
QVARTVS TOMVS OPERVM

DIVI AVRELII AVGVSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI,

COMPLECTENS RELIQVA

τῶν διδακτικῶν.



Alex expurgado este libro con-
forme al expurgatorio nuevo [illegible]
[illegible] [illegible] del [illegible]

BASILEAE

ANNO M. D. LVI.

CATALOGVS EORVM QVAE HOC TOMO CONTINENTVR.

Materiæ pertractandæ difficultas ostenditur. Cap. I

MAGNA quæstio est de mendacio, quæ nos in ipsis quotidianis actibus nostris sæpe conturbat: ne aut temere accusemus mendacium, quod non est mendacium, aut arbitremur aliquãdo esse mẽtiendum, honesto quodam & officioso ac misericordi mendacio. Quã quæstionẽ tam solicite tractabimus, ut quæramus cum quærentibus: Vtrũ aũt aliquid inueniamus, nihil nobis temere affirmantibus, lectori bene attendenti satis indicabit ipsa tractatio: latebrosa est enim nimis & quibusdã quasi cauernosis anfractib. sæpe intentionem quærentis eludit: ut modo uelut elabatur è manibus quod inuentũ erat: modo rursus appareat, & rursus absorbeatur. Ad extremũ tamen sententiã nostram uelut certior indago cõprehendet: In qua si ullus error est, cũ ab omni errore ueritas liberet, atq; in omni errore falsitas implicet, nunq̃ errari tutius existimo quàm cum in amore nimio ueritatis & reiectione nimia falsitatis erratur. Qui enim seuere reprehendunt, hoc nimium dicũt esse. Ipsa aũt ueritas fortasse adhuc dicat, nondũ est satis. Sanè quisquis legis, nihil reprehendas, nisi cum totũ perlegeris, atq; ita forte minus reprehendes. Eloquiũ noli quærere. Multum enim de rebus laborauimus, & de celeritate absoluendi tã necessarij quotidianæ uitæ operis, Vnde hactenus ac ꝓpe nulla fuit nobis cura uerborũ.

Quòd ioci non sint mendacia. Cap. II

Exceptis igitur iocis, quę nunq̃ sunt putata mẽdacia: habẽt enim euidẽtissimã ex pronunciatione atq; ipso iocãtis affectu significationem animi nequaq̃ fallentis, etsi nõ uera enunciantis: quo genere utrũ sit utẽdum perfectis animis, alia quæstio est, quã modo enodandã nõ suscepimus: exceptis ergo iocis, prius agẽdum est, ne mentiri existimetur qui non mentitur.

Quid sit mendacium, & quid sit inter credere & opinari. Cap. III

Quapropter uidendum est, quid sit mendaciũ. Non enim omnis qui falsum dicit mẽtitur, si credit aut opinaẽ uerũ esse quod dicit. Inter credere aũt atq; opinari hoc distat: ꝙ aliquãdo ille qui credit, sentit se ignorare quod credit, q̃uis de re quã se ignorare nouit, omnino nõ dubitet, si eã firmissime credit: ꝗ opinatur aũt, putat se scire quod nescit. Quisquis aũt hoc enunciat quod uel creditũ animo, uel opinatum tenet, etiãsi falsum sit nõ mentitur. Hoc enim debet enũciationi suę fidei, ut illud per eam proferat, quod animo tenet, & sic habet ut profert. Nec ideo tamẽ in nullo uitio est, quãuis nõ mentiatur, si aut nõ credenda credit, aut quod ignorat, nosse se putat, etiãsi uerũ sit. Incognitũ enim habet pro cognito. Quapropter ille mẽtitur qui aliud habet in animo, & aliud uerbis uel quibuslibet significationibus enũciat. Vnde etiã duplex cor dicitur esse mẽtiẽtis, id est, duplex cogitatio: una rei eius quam uerã esse uel scit uel putat & nõ profert: altera eius rei quã pro ista profert sciens falsam esse A uel putans: Ex quo fit ut possit falsum dicere non mẽtiẽs, si putat ita esse ut dicit, q̃uis nõ ita sit, & ut possit uerũ dicere mẽtiens, si putat falsum esse & ꝓ uero enũciat, q̃uis reuera ita sit ut enunciat: ex animi enim sui sentẽtia, nõ ex rerũ ipsarũ ueritate uel falsitate mentiẽs aut nõ mẽtiẽs iudicãdus est. Potest itaq; ille qui falsum ꝓ uero enunciat, quod tamẽ uerũ esse opinatur, errãs dici & temerarius: mentiens aũt non rectè dicitur, quia cor duplex cũ enunciat nõ habet, nec fallere cupit sed fallit. Culpa uero mẽtiẽtis est, in enunciãdo animo suo fallẽdi cupiditas: siue fallat cũ credit falsum enuncianti: siue nõ fallat, uel cum ei nõ creditur, uel cũ uerũ enunciat, uoluntate fallendi, quod nõ putat uerũ. Quod cum ei creditur, nõ utiq; fallit, quãuis fallere uoluerit: nisi eatenus fallit, quatenus putatur ita etiam nosse uel putare ut enunciat: quanq̃ B subtilissime quæratur, utrũ cum abest uolũtas fallendi, absit omnino mendacium.

Quis mentiri dicatur. IIII

Quid enim si quisq; falsum loquẽs quod falsum esse existimat, ideo tamẽ facit, quia putat sibi nõ credi, ut eo modo falsa fide absterreat eũ cui loquitur quẽ sentit sibi nolle credere? Hic enim studio nõ fallẽdi mẽtitur, si mendaciũ est enũciare aliquid aliter quàm scis esse uel putas. Si autem mendaciũ nõ est nisi cũ aliquid enunciatur uoluntate fallendi, nõ mentitur iste, qui propterea falsum loquitur, q̃uis nouerit uel putet falsum esse quod loquiẽ, ut ille cui loquitur non ei credendo non fallatur, quia cum sibi nõ crediturũ uel nouit uel putat. Vnde si appareat, fieri posse ut aliquis propterea falsum dicat ne fallatur ille cui dicitur, existit aliud ecõtrario genus, propterea uerum dicẽtis ut fallat. Qui C enim uerũ ideo loquitur, quia sentit sibi nõ credi, ideo utiq; uerum dicit ut fallat: scit enim uel existimaẽ propterea falsum putari posse quod dicitur, quoniã ab ipso dicitur. Quãobrem cum ideo uerum dicit ut falsum putetur, ideo uerũ dicit ut fallat: Quærendum ergo est, quis potius mentiatur: utrũ ille qui falsum dicit ne fallat, an ille qui uerũ dicit ut fallat: cum & ille sciat uel putet se falsum dicere, & iste sciat uel putet uerum se dicere. Iam enim diximus eum qui nescit falsum esse quod enunciat, nõ mentiri, si hoc putat uerum: eumq; potius D mentiri, qui etiã uerũ enũciat: cum falsum putat, quia ex animi sui sententia iudicandi sunt. De illis itaq; non parua quæstio est, quos proposuimus. Vnum qui scit aut putat se falsum dicere, & ideo dicit, ne fallat: Velut si aliquã uiam nouerit obsideri à latronibus, & timens ne per illam pergat homo cuius saluti prospicit, & eũ scit sibi non credere, dicat eam uiam non habere latrones: ad hoc ut illac non eat, dum ideo credit latrones ibi esse, quia ille dixit non ibi esse cui non credere statuit, mendacẽ putans. Alterũ autem qui sciẽs, aut putans uerum esse quod dicit, ad hoc tamen dicit ut fallat: tanquã si homini non sibi credenti, dicat

latrones in illa uia esse, ubi reuera eos esse cogno
uit, ut ille cui dicit per illam uiã magis pergat, atq;
ita in latrones incidat, dũ putat falsum esse quod
ille dixerit: Quis ergo istorũ mentitur: ille qui eli-
git falsum dicere ne fallat: an ille qui eligit uerum
dicere ut fallat? Ille qui falsum dicendo egit ut ue-
rum sequeretur cui dixit: an iste qui uerũ dicendo
egit ut falsum sequeretur cui dixit? An forte am-
bo mẽtiti sunt, ille quia uoluit falsum dicere: iste
quia uoluit fallere? An potius neuter eorũ menti
tus est: ille quia uoluntatẽ habuit nõ fallẽdi: & ille
quia uoluntatẽ habuit uerũ dicẽdi? Nõ enim nũc
agitur quis eorũ peccauerit, sed quis mentitus sit.
Cito enim uidetur ille peccasse qui uerũ dicendo
egit ut homo inciderit in latrones: ille aũt nõ pec
casse, sed etiã bene fecisse qui falsum dicendo egit
ut homo perniciẽ deuitaret. Sed possunt exẽpla
ista cõuerti, ut & ille aliquid grauius eũ pati uelit
quẽ falli non uult: Multi enim quædã uera cogno
scẽdo sibi intulerũt perniciẽ, si talia fuerũt ut eos
latere debuerint: & iste aliquid cõmodi uelit adi-
pisci eũ quẽ uult falli: Nõnulli enim qui sibi mor-
tem intulissent si aliquid mali quod uere contige
rat de charis suis cognouissent, falsum putãdo si-
bi pepercerunt, atq; ita falli eis profuit, sicut alijs
obfuit uera cognoscere. Non ergo id agitur, quo
animo cõsulendi aut nocendi, uel ille falsum dixit
ne falleret, uel iste uerũ dixit ut falleret: sed exce-
ptis cõmodis aut incõmodis eorũ quibus locuti
sunt, quantũ ad ipsam ueritatem falsitatemq; atti-
net, quæritur quis eorũ, an uterq; neuterne mẽti-
tus sit. Si enim mendaciũ est enunciatio cũ uolun
tate falsum enũciandi, ille potius mentitus est qui
falsum dicere uoluit, & dixit quod uoluit, quãuis
ne falleret dixerit: Si aũt mẽdacium est quælibet
enunciatio cum uoluntate fallendi, nõ ille sed iste
mentitus est qui etiã uerum dicẽdo fallere uoluit.
Quod si mendaciũ est enunciatio cũ uolũtate ali-
cuius falsitatis, ambo mentiti sunt: quia & ille suã
enunciationẽ falsam esse uoluit, & iste de uera sua
falsum credi uoluit. Porrò si mendaciũ est enun-
ciatio falsum enunciare uolentis ut fallat, neuter
mentitus est: quia & ille habuit uolũtatem falsum
dicendo, uerũ persuadere: & iste ut falsum persua
deret, uerũ dicere. Aberit igitur omnis temeritas
atq; omne mendaciũ, cum & id quod uerũ credẽ-
dúmue cognouimus, cũ opus est enunciamus, &
id uolumus persuadere quod enunciamus. Si aũt
uel quod falsum est uerũ putantes uel quod inco-
gnitũ est nobis pro cognito habẽtes, uel quod cre
dendum nõ est credẽtes, uel cum id non opus est
enunciãtes, tamen non aliud q̃ id quod enuncia-
mus persuadere conamur: nõ abest quidẽ temeri
tas & error, sed tamẽ abest omne mendaciũ. Nul-
la enim definitionũ illarũ timenda est, cũ bene si-
bi conscius est animus, hoc se enunciare quod ue
rum esse aut nouit aut opinat̃ aut credit, neq; uel-
le aliquid nisi quod enũciat persuadere. Sed utrũ
sit utile aliquãdo mẽdaciũ, multo maior magisq;
necessaria quæstio est. Vtrũ ergo mentiatur quis-
quis fallendi non habet uoluntatem: uel etiam id

A agit ne fallat̃ cui aliquid enunciat, quãuis enũcia-
tionẽ ipsam falsam habere uoluerit: quia ideo uo-
luit ut uerũ persuaderet: & utrũ mentiat̃ quisquis
etiã uerũ uolens enunciat causa fallendi, dubitari
potest: Nemo aũt dubitat mentiri eum qui uolẽs
falsum enunciat causa fallendi. Quapropter enun
ciationem falsam cũ uoluntate ad fallendũ prola-
tam, manifestũ est esse mendaciũ. Sed utrũ hoc so
lũ sit mendaciũ, alia quæstio est. Interim de hoc *Mentiri uñ aliquando prosit, aut liceat.* V
genere in quod omnes consentiunt, inquiramus:
utrũ aliquando sit utile falsum aliquid enunciare
cum uolũtate fallendi. Nã qui hoc sentiunt adhi-
bent testimonia sentẽtiæ suæ, cõmemorantes Sa-
ram cũ risisset, angelis negasse q̃ riserit: Iacob à pa *Gen. 18 & 26*
tre interrogatũ, respondisse, q̃ ipse esset Esau ma-
tor filius eius: Ægyptias quoq; obstetrices ne in- *Exo. 1*
B fantes Hebræi nascentes interficerentur, etiã deo
approbãte & remunerãte mẽtitas: Et multa eius-
modi exẽpla eligentes, eorũ hominum mendacia
cõmemorant, quos culpare nõ audeas: atq; ita fa-
tearis, aliquãdo esse posse, nõ solum reprehẽsio-
ne nõ dignum, sed etiã dignũ laude mendacium.
Addunt etiã, quo nõ solos premant diuinis libris
deditos, sed etiã omnes homines sensumq; cõmu
nem, dicentes: Si quis ad te cõsugiat qui menda-
cio tuo possit à morte liberari, nõ es mentiturus?
Si aliquid ægrotus interroget quod ei scire non
expedit, qui etiã possit te non respondente gra-
uius affligi: audebis ne aut uerũ dicere in perniciẽ
hominis, aut silere potius q̃ honesto & misericor
di mendacio ualetudini eius opitulari? His atq; ta
C libus copiosissime se arbitrant̃ urgere, ut si consu
lendi causa exigit, aliquãdo mẽtiamur. Contra illi
quib. placet nunq̃ sic mentiẽdum, multo fortius
agunt, utẽtes primo autoritate diuina, quoniã in
in ipso decalogo scriptũ est: Falsum testimonium *Exo. 20*
ne dicas, quo genere cõplectitur omne mẽdaciũ.
Quisquis enim aliquid enunciat, testimoniũ per-
hibet animo suo. Sed ne quis contendat nõ omne
mendaciũ falsum testimoniũ esse appellãdũ: quid
dicturus est ad id quod scriptũ est: Os quod men-
titur occidit animã? Quod ne quis arbitret̃ exce- *Sap. 1*
ptis aliquib. mentientibus posse intelligi, alio lo-
co legat, Perdes omnes qui loquunt̃ mẽdacium. *Psal. 5*
Vnde ore suo ipse dominus sic inqt, Sit in ore ue-
stro est, est: nõ, non: quod aũt amplius est, à malo *Matt. 5*
D est. Hinc & Apostolus cũ exuendũ ueterẽ homi-
nẽ præciperet, quo nomine omnia peccata intel-
ligunt̃, cõsequenter ait, in primis ponẽs: Quapro *Eph. 4*
pter deponẽtes mendaciũ, loquimini ueritatem.
Nec illis quę de ueterib. libris mẽdaciorũ exẽpla
prolata sunt, terreri se dicũt: ubi qcqd gestũ est, fi-
gurate accipi potest, q̃uis reuera cõtigerit: Quic-
quid aũt figurate fit aut dicit̃, nõ est mẽdaciũ. Om
nis em̃ enũciatio, ad id quod enũciat, referẽda est.
Om̃e aũt figurate, aut factũ aut dictũ, hoc enũciat
quod significat eis quib. intelligendũ prolatũ est.
Vnde credẽdũ est illos homines qui propheticis
tẽporib. digni autoritate fuisse cõmemorant̃, om
nia quæ scripta sunt de illis, ꝑphetice gessisse atq;
dixisse: nec minus ꝑphetice eis accidisse, quęcũq;
sic

fic acciderunt, ut eodē prophetico spiritu memo- A
riæ literisq; mandanda iudicarenť. De obstetrici-
bus aūt, quia nō eas possunt dicere ꝓphetico spi-
ritu significandi futuri ueri gratia, aliud pro alio
renūciasse Pharaoni, etiā si aliquid ipsis nescienti-
bus quod per eas actū esset significauit, pro gradu
suo dicūt approbatas & remuneratas à deo. Qui
enim nocēdi causa mētiri solet, si iam cōsulēdi uel
proficiēdi causa mētiatur, multū ꝓficit. Sed aliud
est quod per seipsum laudabile proponať: aliud
quod in deterioris cōparatione præponiť. Aliter
enim gratulamur cū sanus est homo: aliter cū me-
lius habet ægrotus. Nā in scripturis ipsis, iustifica-
ta etiā Sodoma dicitur in cōparatione scelerū po
Ezech. 16 puli Israel. Et ad hanc regulā dirigunt omnia mē-
dacia quę proferunť de ueteribus libris nec repre B
hensa inueniunť, uel reprehēdi nō possunt: ut aut
indole proficientiū & spe approbenť aut signifi-
cationis alicuius causa nō sint omnino mendacia.
Et ideo de libris noui Testamēti, exceptis figura-
tis significationib. domini, si uitā moresq; sancto-
rum & facta ac dicta cōsideres, nihil tale proferri
potest quod ad imitationē prouocet mētiēdi. Si-
mulatio nāq; Petri & Barnabæ nō solū cōmemo-
rata, uerumetiā reprehensa atq; correcta est. Non
enim ut nōnulli putanr, ex eadē simulatione etiā
Act. 16 Paulus apostolus aut Timotheū circuncidit, aut
ipse quædā ritu Iudaico sacramēta celebrauit, sed
ex illa libertate sententiæ suę qua prædicauit, nec
gētibus prodesse circūcisionē, nec Iudæis obesse:
Vnde nec illos astringendos ad cōsuetudinē Iu- C
dæorū, nec illos à paterna deterrēdos cēsuit: Vn-
1. Cor. 7 de illa uerba eius sunt. Circuncisus quis uocatus
est, nō adducat præputiū: in præputio quis uoca-
tus est, nō circūcidatur. Circūcisio nihil est, & prę
putium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei.
Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea
permaneat. Quomodo enim potest adduci præ-
putiū quod præcisum est? Sed non adducat dixit,
nō ita uiuat, quasi pręputiū adduxerit: id est quasi
in eā partē quā nudauit, rursus tegmē carnis attra
xerit, & quasi Iudæus esse destiterit, sicut alibi di-
cit: Circuncisio tua præputiū facta est. Et hoc non
Rom. 2 tanq; cogens dixit Apostolus, aut illos manere in
præputio, aut Iudęos in cōsuetudine patrū suorū,
sed ut neutri in alterum cogerenť. Potestatem au D
tem haberet quisq; manendi in sua cōsuetudine,
nō necessitatem. Neq; enim si uellet Iudæus, ubi
nullū perturbaret, recedere à Iudaicis obseruatio
nibus, prohiberetur ab Apostolo: quādoquidem
consiliū in eis permanēdi ad hoc dedit, ne super-
fluis perturbati Iudæi, ad ea quæ saluti essent ne-
cessaria nō uenirent. Neq; ab illo prohiberetur si
uellet quisq; gentiliū ideo circuncidi, ut hoc ip-
sum ostēderet, nō se detestari quasi noxiū, sed in-
differenter habere tanquā signaculū, cuius utili-
tas iam tēpore præterisset. Nō enim si salus ex eo
iam nulla esset, etiam exitiū inde metuēdum fuit.
Ideoq; & Timotheus cū in præputio uocatus es-
set, tamē quia de Iudæa matre ortus erat, & osten-
dere cognatis suis debebat ad eos lucrifaciēdos,

A non hoc didicisse in disciplina Christiana ut illa sa
cramenta quæ legis ueteris essent abominaretur,
circūcisus est ab Apostolo: ut hoc modo demon-
straret Iudæis, non ideo gentes non ea suscipere,
quia mala sunt, & perniciosè à patrib. obseruata,
sed quia iam saluti nō necessaria post aduentū tāti
sacramēti, quod per tam longa tēpora tota uetus
illa scriptura propheticis figurationib. parturiuit.
Nā & Titū circūciderer cū hoc urgerēt Iudæi, nisi Gal. 2
subintroducti falsi fratres ideo fieri uellent ut ha-
berent quod de ipso Paulo disseminarent: tanq;
eorū ueritati cesserit, qui spem salutis Euangelicę
in circūcisione carnis atq; eiusmodi obseruationi
bus esse prædicarēt, & sine his nemini Christum
ꝓdesse cōtenderent: cū contra nihil ꝓdesset Chri
B stus eis, qui eo animo circuncideренť, ut ibi esse sa
lutē putarent. Vnde est illud: Ecce ego Paulus di
co uobis, quia si circūcidamini, Christus nihil uo- Gal. 5
bis proderit. Ex hac igitur libertate Paulus pater
nas obseruationes seruauit, hoc unū cauēs & præ
dicās, ne sine his salus Christiano nulla putaretur.
Petrus aūt simulatiōe sua tanq; in Iudaismo salus
esset, cogebat gētes Iudaizare, quod uerba Pauli
ostendunt dicētis: Quomō gentes cogis Iudaiza Gal. 2
re? Nō enim cogerenť, nisi uiderēt eū sic eas ob-
seruare, quasi præter illas salus esse nō posset. Pe-
tri ergo simulatio libertati Pauli nō est cōparāda,
Et ideo Petrū amàre debemus libenter correctū:
non aūt astruere etiā de Pauli autoritate menda-
cium: qui & Petrū coram omnibus in rectā uiam
C reuocauit, ne gētes per eum Iudaizare cogerenť,
& ipse suæ prædicationi attestatus est: qui cū pu-
taretur hostis paternarū traditionū eo q nolebat
eas imponere gētibus, nō aspernatus eas ipse mo
re patrio celebrare, satis ostendit hoc in eis Chri-
sto aduenīete remāsisse, ut nec Iudæis essent perni
ciosæ, nec gētibus necessariæ, nec iam cuiq; homi
num salutares. Quòd si autoritas mentiendi, nec
de antiquis libris proferri potest, uel quia non est
mendaciū quod figurate gestum dictúmue reci-
pitur, uel quia bonis ad imitandū non proponiť
quod in malis cum proficere cœperint in peioris
cōparatione laudatur: nec de noui Testamenti li-
bris, quia correctio potius q simulatió, sicut la-
chrymæ potius quàm negatio Petri est imitanda.
D Iam illis exēplis quæ de cōmuni uita proferun
tur, multo cōfidentius asserunt nō esse credendū. Mendaciū an sit iniquitas.
Prius enim docent iniquitatē esse mendaciū, mul Cap. VI
tis documentis literarum sanctarū, & eo maxime
quod scriptū est: Odisti domine omnes q operan Psal. 5
tur iniquitatē, perdes omnes qui loquunť menda
cium. Aut enī, ut solet scriptura, sequēti uersu ex-
posuit superiorē, ut quoniā latius solet patere ini-
quitas, intelligamus nominato mēdacio quā spe-
ciem iniquitatis significare uoluerit: aut si aliquid
interesse arbitranť, tāto peius est mēdaciū, quāto
grauius positū est: Perdes, quàm, Odisti. Forte enī
odit aliquē deus aliquāto mitius ut eū nō perdat.
Quē uero perdit, tāto uehemētius odit, quāto se-
uerius punit. Odit aūt omnes qui operantur ini-
quitatē. At omnes qui loquunť mendaciū etiam

perdet. Quo cõstituto quis eorũ qui hæc asserunt
cõmouebitur illis excẽplis, cũ dicitur: Quid si ad te ho- A
mo cõfugiat qui mẽdacio tuo possit à morte libe
rari? Illa enim mors quã stulti timẽt homines, q pec
care nõ timent, nõ animã sed corpus occidit, sicut
Matth. 10 dñs in Euãgelio docet. Vnde præcepit ne ipsa ti-
meatur: os autẽ quod mẽtitur, nõ corpus, sed animã
Sapien. 1 occidit. His enim uerbis apertissime scriptũ est: Os
quod mentitur, occidit animã. Quõ ergo nõ peruer
sissime dicitur: ut alter corporaliter uiuat, debere al
terũ spiritaliter mori. Nã & ipsa dilectio proximi
Leuitic. 19 ex sua cuiusq; dilectione terminũ accepit: Diliges
inquit, proximũ tanq̃ teipsum. Quõ ergo quisqs
diligit tanq̃ seipsum, cui ut præstet uitã tẽporalẽ,
ipse amittit æternã? quandoquidẽ si pro illius tem
porali uita suã ipsam tẽporalẽ perdit, nõ est iam di B
ligere sicut seipsum, sed plusq̃ seipsum. Quod sa-
ne doctrinæ regulam excedit. Multo minus igitur
æternã suã pro alterius tẽporali mentiendo amis-
surus est. Temporalẽ planè uitã suã pro æterna ui
ta ꝓximi nõ dubitabit Christianus amittere. Hoc
enim præcessit exemplũ, ut pro nobis dominus ipse
Ioan. 15 moreretur. Ad hoc enim & ait: Hoc est mandatum
meũ ut diligatis inuicẽ sicut & ego dilexi uos. Ma
iorem dilectionẽ nemo habet q̃ ut animã suã po-
nat quis ꝓ amicis suis. Nõ enim quisq̃ est ita desi-
piens, ut dicat aliud q̃ saluti sempiternæ hominũ
cõsuluisse dñm, uel faciẽdo qđ præcepit, uel præ-
cipiẽdo quod fecit. Cũ igitur mentiendo uita æter
na amittitur, nunq̃ pro cuiusquã tẽporali uita men-
tiendum est. Enimuero isti qui stomachantur & in- C
dignantur, si nolit aliquis mẽdacio perimere ani-
mam suã ut alius senescat in carne: quid si etiã fur-
to nostro, quid si adulterio liberari possit aliquis
de morte: ideóne furandũ est, aut mœchãdũ? Ne-
sciũt enim ad hoc se cogere, ut si laqueũ ferat ho-
mo & stuprũ petat, cõfirmans q sibi collũ ligabit
nisi ei cõcedatur quod petit, cõsentiat propter ani-
mã, sicut ipsi dicũt liberandã. Quod si absurdũ &
nefariũ est, cur animã suã quisq; mẽdacio corrum
pat ut alter uiuat in corpore, cũ si suũ corpus pro-
pterea corrũpendũ daret, omniũ iudicio nefariæ
turpitudinis dãnaretur? Proinde nõ est in ista quæ-
stione attendẽdũ, nisi utrũ iniquitas sit mẽdaciũ.
Quod cũ supra cõmemoratis documẽtis asseratur,
uidendũ est ita quæri: utrũ ꝓ alterius salute mẽtiri
aliqs debeat, ac si quæreretur, utrũ pro alterius salu- D
te iniquus esse aliquis debeat. Quod si respuit ani
mæ salus quæ nõ potest nisi æquitate seruari, & se
ut præponamus nõ solũ alterius, sed etiã nostræ sa
luti tẽporali iubet, quid restat, inquiũt, quo dubi-
tare debeamus nunq̃ omnino esse mẽtiẽdũ? Nõ
enim dici potest aliquid in tẽporalib. cõmodis, salu
te ac uita corporali maius aut charius. Vnde si nec
ipsa præponẽda est ueritati, quid obijci potest ꝓ-
pter qđ mẽtiendũ esse cõtendãt qui aliquãdo pu-
tant oportere mẽtiri? Pudicitiæ quippe corpo-
Ne pudicitiæ quidem causa mentiendum. Cap. VII ris, quia multũ honorabilis ꝑsona uidetur occurre-
re, & ꝓ se flagitare mẽdaciũ, ut si stuprator irruat
qui possit mẽdacio deuitari, sine dubitatiõe men-
tiendũ sit: facile respõderi potest, nullã esse pudi-

citiam corporis: nisi ab integritate animi pẽdeat:
A qua dirupta cadat necesse est, etiã si intacta uidea
tur: & ideo nõ in rebus tẽporalib. esse numerandã
quasi quæ inuitis possit auferri. Nullo modo igitur
animus se mẽdacio corrũpit pro corpore suo, qđ
scit manere incorruptũ, si ab ipso animo incorru-
ptio nõ recedat. Quod enim uiolẽter nõ præcedẽte
libidine patitur corpus, uexatio potius q̃ corruptio
nominãda est. Aut si omnis uexatio corruptio est
nõ omnis corruptio turpis est, sed quã libido ꝓcu
rauerit, aut cui libido cõsenserit. Quãto autẽ præ-
stãtior est animus corpore, tãto sceleratius corrũ-
pitur. Ibi ergo seruari potest pudicitia, ubi nulla nisi
uolũtaria potest esse corruptio. Certe enim si stupra
tor corpus inuaserit, cui nec ui cõtrairi possit, nec
B ullo cõsilio uel mẽdacio deuitari, necesse est fatea
mur, aliena libidine pudicitiam nõ posse uiolari.
Quapropter quũ nemo dubitat, meliorẽ esse ani-
mum corpore, integritati corporis integritas ani-
mi præponenda est quæ in æternũ seruari potest.
Quis autẽ dixerit integrũ animum esse mentiẽtis?
Etenim libido quoq; ipsa recte definitur, appetitus Libido quid sit
animi quo æternis bonis quælibet tẽporalia præ-
ponũtur. Nemo itaq; potest cõuincere aliqñ esse
mẽtiẽdũ, nisi q potuerit ostẽdere æternũ aliquod
bonũ obtineri posse mẽdacio. Sed cũ tãto quisq;
ab æternitate discedat, quãto à ueritate discordat:
q autẽ mẽtitur à ueritate discedit: absurdissimũ est di
cere, discedẽdo inde posse ad boni aliquid aliquẽ
ꝑuenire. Aut si est aliquod bonũ æternũ quod nõ
C cõplectatur ueritas, nõ erit uerũ: & ideo nec bo-
nũ erit quia falsum erit. Vt autẽ animus corpori, ita
etiã ueritas ipsi animo præponẽda est: ut eã nõ so
lũ magis q̃ corpus, sed etiã magis q̃ seipsum appe
tat animus. Ita quippe erit integrior & castior, cũ
eius potius immutabilitate q̃ sua mobilitate per-
fruetur. Si autẽ Loth cũ ita iustus esset ut angelos etiã Gen. 19
hospites suscipere mereretur, stuprãdas filias Sodo-
mitis obtulit, ut fœminarũ potius ab eis corpora
q̃ uirorũ corrũperentur: quãto diligẽtius atq; cõstã-
tius animi castitas in ueritate seruãda est, cũ ueri-
us ipse corpori suo, q̃ corpus uirile fœmineo cor
pori præferatur. Quod si quisq̃ putat, ideo cui- Mendaciũ causa officij. VIII
quã uel pro aliquo esse mentiendũ, ut interim ui-
uat, aut in his reb. quas multũ diligit nõ offendatur,
quo possit ad æternã ueritatẽ peruenire discẽdo:
D nõ intelligit primo nullũ esse flagitiũ quod nõ ea-
dem cõditione suscipere cogatur, sicut iam supe-
rius demonstratũ est: Deinde ipsius doctrinæ au-
toritatem incipiet penitus interimere, si eis quos
ad illã perducere conamur, mẽdacio nostro per-
suademus aliquando esse mentiendũ. Cum enim
doctrina salutaris, partim credẽdis, partim intel-
ligendis rebus cõstet: nec ad ea quæ intelligenda
sunt perueniri possit, nisi prius credẽda credantur:
quomodo credendũ est ei qui putat aliquãdo esse
mentiendũ, ne forte & tũc mentiatur cum præci-
pit ut credamus? Vnde enim sciri potest, utrũ &
tũc habeat aliquã causam sicut ipse putat officiosi
mẽdacij, existimãs falsa narratione hominẽ terri-
tum posse à libidine cohiberi, atq; hoc modo etiã
ad

ad spiritalia se cõsulere mentiendo arbitret. Quo genere admisso atq; approbato, omnis omnino fi A dei discipina subuertit. Qua subuersa, nec ad intelligentiam peruenitur, cui capiendæ ista paruulos nutrit: atq; ita omnis doctrina ueritatis auferť, cedens licentiosissimæ falsitati, si mendacio uel officioso aliunde penetrãdi aperiť locus. Aut em̃ temporalia commoda, uel propria uel aliena, ueritati pręponit quicũq; mẽtiť: quo quid fieri potest peruersius? aut cũ ueritati adipiscẽdæ opitulante mẽdacio uult facere idoneũ, intercludit aditũ ueritati. Volens em̃ cũ mentitur esse aptus, fit cũ uerum dicit incertus. Quamobrẽ, aut nõ est credendum bonis, aut credendũ est eis quos credimus debere aliquando mẽtiri, aut nõ est credendũ bonos ali- B quando mentiri. Horũ trium primũ perniciosum est, secundum stultũ. Restat ergo ut nunq̃ mẽtiantur boni.

Mendaciũ quo uitetur grauius quid IX

Sic ista quæstione ex utraq; parte cõsiderata atq; tractata, non tamen facile ferenda sententia est: sed adhuc diligenter audiẽdi qui dicunt nullũ esse tam malũ factũ, quod non in peioris deuitatione faciendum sit. Pertinere aũt ad facta hominum, nõ solum quicquid faciunt sed quicquid etiã cũ cõsensiõe patiunť. Vnde si extitit causa ut eligeret uir Christianus thurificare idolis, ne consentiret stupro quod persecutor ei nisi faceret minabať: recte uidenť quærere, cur nõ etiã mentiretur, ut tantã illã turpitudinẽ deuitaret? Ipsam em̃ cõsensionẽ qua stuprũ pati mallet q̃ thurificare idolis, non passionẽ dicũt esse, sed factũ. Quod ne faceret, elegit thurificare. Quanto igiť mendaciũ C proclivius elegisset, si mẽdacio posset à sancto corpore flagitiũ tã immane remoueri. In qua ꝓpositione, ista sunt quæ merito quæri possunt: utrũ talis cõsensio pro facto habẽda sit, aut utrũ cõsensio dicẽda, quæ nõ habet approbationẽ: aut utrũ approbatio sit cum diciť, Expedit hoc pati potius q̃ illud facere: & utrũ recte ille fecerit thurificare q̃ stuprũ pati: & utrũ mẽtiendũ esset potius, si ea cõditio dareť, q̃ thurificandũ. Sed si talis consensio pro facto habenda est, homicidæ sunt etiã qui occidi maluerũt, q̃ falsum testimoniũ dicere, & qd' est homicidiũ grauius, in seipsos. Cur em̃ hoc pacto non dicatur, quod ipsi se occiderint, quia elegerunt hoc in se fieri, ne facerẽt quod cogebãtur? Aut si grauius putať aliũ occidere q̃ seipsum, quid D si hæc cõditio martyri proponereť, ut si nollet de Christo falsum testimoniũ dicere atq; immolare dæmonibus, ante oculos ipsius alius non quilibet homo, sed pater eius occideretur, rogans etiã filium, ne id perseuerãtia sua fieri permitteret. Nónne manifestũ est illo in testimonij fidelissimi sentẽtia permanẽte, solos homicidas futuros fuisse, qui patrem eius occiderent, non illum etiam parricidam? Sicut ergo huius tanti sceleris particeps iste non esset, cum elegisset patrẽ suum potius ab alijs interfici, etiã sacrilegũ cuius anima raperetur ad poenas, q̃ fidẽ suam falso testimonio uiolare: sic talis ille consensus non eum faceret tanti flagitij participẽ, si malefacere ipse nollet, quicquid alij propterea fecissent, quia ipsa non faceret. Quid enim

tales persecutores dicunt, nisi, fac male, ne nos fa- A ciamus? Qui si nobis uere facientibus non fecissent, nec sic eis nostro scelere suffragari deberemus. Nunc uero quãdo iam faciunt, cũ ista dicũt, cur nobiscum potius q̃ soli turpes atq; nocentes sunt? Non enim consensus ille dicendus est, quia non approbamus quod faciũt, semper optãtes & quantum in nobis est prohibentes ne faciant, factumq; ipsorũ non solum non committẽtes cum eis, sed etiam quanta possumus detestatione damnantes. Quomodo, inquis, non cum eis facit, quãdo illi hoc nõ facerẽt, si ipse illud faceret. Hoc modo frangimus ianuam cũ effractoribus, quia si nõ eam clauderemus, illi non frangerent. Et occidi- B mus homines cum latronibus, si scire contingat hoc eos esse facturos: quia si nos præueniẽtes eos occideremus, illi nõ occiderẽt alios. Aut si fateať nobis aliquis parricidiũ se facturũ, nos cum eo facimus, si cũ possumus eum priusquã faciat, nõ interficimus, quãdo aliter eũ uel cohibere uel impedire non possumus. Totidẽ em̃ uerbis dici potest, fecisti cũ eo, quia hoc ille non fecisset, si tu illud fecisses. Ego utrũq; malũ fieri nollẽ: sed id tantũ cauere potui, ne fieret, quod erat in mea potestate. Alterũ aũt alienũ, quod meo pręcepto extinguere non potui, meo malefacto impedire nõ debui. Nõ ergo peccantẽ approbat, qui pro alio nõ peccat: & neutrũ placet ei qui utrunq; nollet admitti. Sed illud quod ad se pertinet etiam potestate, nõ perpetrat: quod aũt ad alterũ, sola uoluntate con- C demnat. Et ideo proponentibus illam conditionem atq; dicentibus, Si nõ thurificaueris, hoc patieris: si respondisset, Ego neutrum eligo, utrunq; detestor, ad nihil horũ uobis consentio: inter hæc uerba atq; talia, quę certe quoniã uera essent, nulla eius consensio, nulla approbatio teneret, quæcũq; ab eis passus esset, illi deputareť iniuriarũ acceptio, illis cõmissio peccatorũ. Debuit ne igitur, ait quispiam, stuprũ perpeti potius q̃ thurificare? Si quęris quid debuerit, neutrum debuit. Si enim dixero aliquid horũ debuisse, aliquid horũ approbabo, cũ improbem utrunq;. Sed si quæritur quid horũ potius debuit euitare qui utrũq; non potuit, sed alterutrum potuit: respondebo, suũ peccatum potius q̃ alienũ: & leuius potius quod suũ, quàm grauius quod alienum. Vt enim salua diligentio- D re inquisitione interim concedam, grauius esse stuprũ q̃ thurificationem: illa tamen ipsius erat, illud alienũ factum, quãuis ipse pateret. Cuius autem factũ, eius & peccatum. Quãuis enim grauius sit homicidiũ q̃ furtum, peius est tamen facere furtum, quàm pati homicidiũ. Itaq; si cuiquã proponeretur, ut si furtum facere noller, interficeretur, hoc est cõmitteretur in eum homicidiũ, quia utrunq; euitare nõ posset, id euitaret potius quod suum peccatũ esset quàm quod alienũ. Nec ideo & illud eius fieret, quia in eum cõmittereť, & quia id posset euitare, si suum uellet admittere. Totus itaq; huius quæstionis nodus ad hoc adducit, ut quæratur, utrum alienum nullum peccatũ quanuis in te cõmissum tibi imputeť, si leuiore tuo pec

cato id possis euitare ne facias: an excepta est omnis immundicia corporalis. Nemo em̄ aliquē immundū fieri dicit, si occidat̄ aut mittat̄ in carcerē, aut in uinculis habeat̄, aut flagellet̄, cęterisq; tormentis & cruciatibus affligat̄: aut proscribat̄, dānisq; afficiat̄ grauissimis, usq; ad ultimā nuditatē, aut expoliet̄ honoribus, atq; ingētes accipiat contumelias per quęcunq; cōuicia. Quicquid horum quisq; iniuste passus fuerit, nemo est tam demens qui eum immundū fieri dicat. At si fimo perfunderetur, aut si tale aliquid per os infundat̄ uel inculcetur, patiat̄ue muliebria, omniū ferè sensus exhorret, & conspurcatū atq; immundū uocant. Ita igit̄ cōcludendū est, ut quæcunq; aliena peccata, exceptis ijs quę immundū faciunt in quē cōmittuntur, nō euitet quisq; peccatis suis, neq; pro se neq; pro quoquā, sed ea sufferat potius fortiterq; patiatur: & nullis peccatis suis ea debet uitare, neq; mendacio. Illa uero quæ ita cōmittunt̄ in hominē ut eum faciant immundā, etiā peccatis nostris euitare debeamus: ac per hoc nec peccata dicēda sunt, quæ propterea fiunt ut illa immundicia deuitet̄. Quicquid enim ita fit ut nisi fieret iuste reprehenderet̄, nō est peccatū. Ex quo conficit̄ ut nec illa immundicia uocanda sit, quādo euitandi eam nulla facultas est. Habet enim etiā tunc quod recte agat qui ea patit̄, ut patienter ferat quicqd nō potest euitare. Nullus aūt recte agens immundus fieri potest quolibet cōtagio corporali. Immundus est enim ante dominū omnis iniquus. Mūdus ergo est omnis iustus, & si nō ante homines, tamē ante dominum qui sine errore iudicat: proinde nec cū ea patit̄, data euitādi potestate, cōtactu ipso immūdus fit: sed peccato quo ea cum posset noluit euitare. Nullū enim peccatū esset, quicqd propter illa euitanda factū esset. Propter hęc igit̄ euitāda quisqs mentitus fuerit, nō peccat. An aliqua etiā mendacia excipienda sunt, ut satius sit hæc pati q̄ illa cōmittere? Quod si ita est, non quicquid factū fuerit ut illa immūndicia euitet̄, nō est peccatū. Quādoquidē sunt quædā mēdacia quæ grauius sit admittere, q̄ illa pati. Nam si aliquis ad stuprū quæratur qui possit occultari mendacio, quis audet dicere nec tūc esse mentiendū? At si tali mēdacio possit latere, quod alterius famā lædat, eius immundiciæ falso crimine ad quā patiendā ille quærit̄: tanquā si dicat̄ quærenti, nominato aliquo casto uiro atq; ab huiusmodi flagitijs alieno, uade ad illū & ipse tibi procurabit quo libentius utaris, nouit em̄ tales & diligit: atq; ita iste ab eo quē quærebat posset auerti, nescio utrū alterius fama mēdacio uiolanda sit, ne alterius corpus aliena libidine uiolet̄. Et omnino nunquā pro aliquo mentiendū est, eo mēdacio quod alterū lædat: & si leuius lędit̄, q̄ ille nisi ita mentireris lædit̄. Quia nec panis alienus inuito quāuis ualentiori auferendus est ut alat̄ infirmior, nec innocēs inuitus uirgis cædendus est, ne alius occidatur. Planè si uelint, fiat, quia nec læ-

In rebus fidei nō esse locum mendacio X

dunt̄ cū ita uolunt. Sed utrum etiā uolētis fama falso stupri crimine lędenda sit, ut ab alterius corpore stuprū auertat̄, magna quęstio est. Et nescio

A utrū facile reperiat̄, quō iustum sit uolētis famam falso stupri crimine maculari, q̄ ipso stupro corpus inuiti. Sed tamen si talis optio proponeret̄ ei qui thurificare idolis q̄ muliebria ꝑpeti maluit, ut si illud uellet euitare, tamā Christi aliquo mendacio uiolaret, insanissimus esset, si faceret. Plus etiā dico, quia insanus esset, si alienæ libidinis euitandæ causa, ne id in eo fieret quod nulla sua libidine pateret̄, Christi Euangeliū falsis Christi laudibus infalsaret, magis euitās alienā corruptionē in corpore suo, q̄ in doctrina sanctificationis animarū atq; corporū, corruptionē suam. Quamobrē à doctrina religionis, atq; ab eis omnino enunciationibus quę propter doctrinā religionis enunciant̄ cū illa docet̄ & discit̄, omnia penitus mēdacia re-

B mouēda sunt. Nec ulla om̄ino causa inueniri posse credat̄, cur in rebus talibus mentiendū sit: quādo nec ideo in ea doctrina mentiendū est, ut ad eā ipsam quisq; facilius perducat̄. Fracta enim uel leuiter diminuta autoritate ueritatis, omnia dubia remanebūt: Quæ nisi uera credantur, teneri certa non possunt. Licet igit̄ uel dissertori ac disputatori atq; prædicatori rerū æternarum, uel narratori uel prænunciatori rerū temporaliū ad ædificandā religionē atq; pietatē pertinentiū, occultare in tēpore quicquid occultandū uidet̄, mentiri aūt nūquam licet, ergo nec occultare mentiēdo. Hoc primitus & firmissime cōstituto, de cæteris mēdacijs securius quærit̄. Sed cōsequenter etiā uidendum est remouēda esse etiā omnia mendacia quę aliquē lædunt iniuste: quia nulli est iniuria uel le-

Differentia mentientis & mendacis. XI

C uior inferēda, ut ab alio grauior repellat̄. Nec illa sunt admittēda mēdacia, quæ quāuis nō obsint alteri, nulli tamē prosunt, & obsunt eis ipsis qui gratis mentiunt̄. Ipsi enim proprie mendaces dicēdi sunt. Interest enim inter mentientē atq; mendacē. Nam mentiens est etiā qui mentit̄ inuitus, mēdax uero amat mētiri, atq; habitat animo in delectatione mentiēdi. Iuxta ponēdi sunt & qui de mēdacio uolūt placere hominibus, non ut alicui faciāt iniuriam uel inferant cōtumeliam, iam em̄ supra hoc genus remouimus, sed ut suaues sint in sermonib. suis. Isti ab illo genere in quo mēdaces posuimus hoc differunt, quod illos mētiri delectat, gaudentes de ipsa fallacia: istis autem placere libet de sua uiloquio, qui tamen ueris mallēt placere: sed quā-

D do facile nō inueniūt uera quæ grata sint audientibus, mētiri eligunt potius q̄ tacere. Difficile est tamen ut isti totā narrationē falsam aliquādo suscipiant, sed plerunq; ueris falsa cōtexunt, ubi suauitas eos deserit. Hæc autem duo genera mendaciorum non obsunt credentibus, quia nihil de doctrina religionis ueritatisq; fallunt̄, aut de ullo cōmodo uel utilitate sua. Sufficit enim eis ut iudicēt fieri potuisse quod dicit̄, & fidem habeant homini quem non debent temere existimare mentientem. Quid enim mihi obest si credam patrem aut auum alicuius uirū bonū fuisse, etiam si non fuit: aut usq; ad Persas militando peruenisse, etiam si à Roma nunq̄ recessit? Ipsis autem mentientibus ualde obsunt: Illis quidē, quia sic deserunt ueritatem

tem ut fallacia lætent, istis quia se malunt placere A
Num utiliter mētiri liceat hominibus quam uerū dicere. Istis generibus sine
ulla dubitatione damnatis, sequit genus mēdacij
Cap. XII tanquam gradatim ad meliora surgentibus, quod be-
neuolis & bonis uulgo tribui solet, cū ille qui mē-
titur, nō solum alteri nō obest, sed etiā prodest ali
cui. De isto genere est tota cōtentio, utrum ne sibi
obsit, qui sic prodest alteri, ut faciat contra uerita-
tem. Aut si ueritas illa sola dicenda est, quæ ipsas
mentes intimo atque incōmutabili lumine illustrat.
Facit certe contra aliquod uerū, quia & si fallunt
corporis sensus, cōtra uerū tamē facit, qui dicit ali
quid ita esse uel nō ita, quod ei nec mens nec sen-
sus nec opinatio sua fidesue renūciat. Vtrū ergo
non sibi obsit qui hoc modo alteri prodest, an illa
cōpensatione nō obsit qua prodest alteri, magna
quæstio est. Si ita est, cōsequēter etiā sibi prodesse de
bet per mēdaciū quod nulli obest. Sed ea cōnexa B
sunt, & istis cōcessis necessario trahunt quæ mul-
tū cōturbēt. Si em quæras, quid obsit homini copijs
superfluis redūdanti, si de innumeris milib. frumen-
torū amittat unū modiū, qui tamē modius possit
ad necessariū uictū prodesse furāti, cōsequēs erit,
ut & furtū sine reprehensiōe fieri possit, & falsum
testimonium sine peccato dici. Quo quid dici po
test peruersius? An uero si alius furatus esset illū
modiū & tu uideres, interrogatusque esses, mentire
ris honeste pro paupere? & si id pro tua paupertate
facilius culpaueris, quasi amplius alium quam te dili-
gere debeas. Vtrunque ergo turpe atque uitandū est.
Sed fortassis exceptionē addendā quis putet, ut
sint quędā honesta mēdacia, quæ nō solū nulli ob
sunt, sed etiā nōnullis prosunt, exceptis his quibus C
crimina occultant & defendunt: ut ideo sit illud
turpe mēdaciū, quod quāuis nulli obsit, & prosit
pauperi, furtū tamē occultat: si aūt ita nulli obes-
set & prodesset alicui, ut etiā nullū peccatū occulta
ret atque defēderet, turpe nō esset. Velut si quispiā
pecuniā suā te uidente abscōderet, ne per furtum
aut uim amitteret, atque interrogatus mentireris,
neque obesses cuiquā, & ei prodesses cui opus erat il-
lud occultū, & nullū peccatū mentiendo texisses.
Nō em quisque peccat abscōdendo rē suā quam ti-
met amittere. Sed si propterea nō peccamus men
tiendo, quia nullius peccatū tegentes, & nulli ob-
sumus, & alicui prosumus, quid agimus de ipso pec
Exod. 20 cato mēdacij? Vbi enim positū est, Ne furtū fece-
ris: ibi positū est, ne falsum testimoniū dixeris. Cū D
ergo singula prohibeantur, cur falsum testimoniū
tūc est culpabile si furtum tegat uel aliquod aliud
peccatū? Si aūt nulla defensione peccati per seip-
sum fiat, nō est culpabile, cū ipsum furtū per se cul
pabile sit, & cætera peccata. An occultare pecca-
tum non licet, & facere peccatū licet? Quod si ab
surdū est, quid dicemus? An falsum testimonium
nō est, nisi cū quisque ita mentit, ut aut crimē cōfin-
gat in aliquē, aut alicuius crimē occultet, aut quo
quo modo quēquā in iudicio premat? Videt em
testis iudici necessarius ad causæ cognitionē. Sed
si hactenus testē scriptura nominaret, nō diceret
1. Cor. 15 Apostolus Paulus, Inuenimur autē & falsi testes
dei, si testimoniū diximus aduersus deū, quia exci
tauerit Christū, quē nō excitauit si mortui non re
surgūt. Ita enim ostēdit falsum testimoniū esse mē
daciū, etiā si in cuiusque falsa laude dicat. An for- Falsum testimoniū. XIII
te tunc dicit falsum testimoniū qui mentit, cū aut
peccatū alicuius uel fingit uel tegit, aut alicui ob-
est quoquo modo? Si em mendaciū quod aduer-
sus uitā cuiusquā tēporalem dicit, detestabile est,
quāto magis quod aduersus uitā æternā, sicuti est
omne mēdacium si in doctrina religionis fiat. Et
ideo falsum testimoniū uocat Apostolus, si quis
de Christo etiā quod ad eius laudē uidetur perti-
nere, mentiat. Si aūt mendaciū sit quod neque cu-
iusquā peccatū aut confingat aut tegat, nec a iudi
ce quærat, & nulli obsit, & prosit alicui, nec falsum
testimoniū esse, nec reprehēsibile mēdaciū. Quid
ergo si ad Christianū homicida confugiat, aut ui-
deat quo confugit, & de hac re interroget ab eo,
qui ad suppliciū quærit hominē hominis interfe-
ctorē, mētiendū est? quō em nō tegit peccatū mē
tiēdo, cū ille pro quo mentit peccatū sceleratū ad
miserit? An quia nō de peccato eius interrogat,
sed de loco ubi lateat? Ergo mētiri ad tegendū cu [redacted]
iusque peccatū, malū est: mētiri aūt ad tegendū pec-
catorē, nō est malū? Ita sane, ait quispiā: Nō enim
tunc peccat quisquā cū euitat suppliciū, sed cum
facit aliquid dignū supplicio. Pertinet autē ad di-
sciplinā Christianam, ut neque de cuiusquā corre-
ctione desperet, neque cuiquā pœnitendi interclu-
datur aditus. Quid si ad iudicē ductus de ipso lo-
co ubi se ille occultat interrogeris: dicturus es, aut
nō ibi est ubi eū scis esse, aut nō noui & nō uidi,
quod nosti & uidisti? Dicturus ergo es falsum te-
stimonium, & occisurus animā tuā, ne occidat ho
micida? An usque ad cōspectū iudicis mētieris: iudi
ce aūt quærēte iam uerū dices, ne sis falsus testis?
Ipse igit hominē proditione occisurus es: etiam
proditorē quippe diuina scriptura detestat. An for
te proditor nō est qui iudici interroganti uerū in-
dicat, esset aūt proditor si quenquā ad exitiū ultro
deferret? Quid si de iusto atque innocēte ubi lateat
sciens à iudice interrogeris, qui tamen ad mortē à
maiore potestate iussus est rapi, ut ille qui interro
gat executor sit legis, nō conditor: an ideo nō erit
falsum testimoniū quod pro innocēte mētireris, quia
nec ille iudex, sed executor interrogat? Quid si i-
pse cōditor legis interroget, aut quilibet iudex ini
quus ad suppliciū quærēs innocētē? Quid facies,
falsus testis an proditor eris? An ille erit proditor qui
iusto iudici latentē homicidā ultro detulerit, & il-
le nō erit qui iudici iniusto ubi lateat innocēs quem
quærit occidere, interrogāti indicauerit eum qui
se fidei eius cōmiserat? An inter crimen falsi testi-
monij & proditionis, dubius incertusque remane-
bis? An tacēdo uel profitēdo te non esse dicturū,
certus utrūque uitabis? Cur ergo non hoc facias, &
priusquā ad iudicem uenias, ut caueas etiā mēda-
ciū? Euitato em mēdacio, oē testimoniū falsum
effugies, siue omne mēdaciū sit falsum testimoniū
siue nō omne. Euitato autē falso testimonio quod
tu esse intelligis, nō effugies oē mēdaciū: Quāto
ergo

ergo fortius, quanto excellentius dices, nec prodam, nec mētiar. Fecit hoc Episcopus quondam Tagastēsis Ecclesiæ Firmus nomine, firmior uoluntate. Nam cū ab eo quæreretur homo iussu imperatoris per apparitores ab eo missus, quem ad se cōfugientē diligētia quāta poterat occultabat, respondit quærētibus, nec mētiri se posse, nec hominem prodere, passusq; multa tormenta corporis, nondū enim erāt imperatores Christiani, permansit in sentētia. Deinde ad imperatorē ductus, usq; adeo mirabilis apparuit, ut ipsi homini quem seruabat, indulgentiā sine ulla difficultate impetraret. Quid hoc fieri potest fortius atq; cōstantius? Sed ait quisquā timidior, Paratus esse possum ad quælibet ferenda tormenta, uel etiam mortē subeundam ne peccem. Cum autem peccatum nō sit ita mētiri, ut neq; cuiquā obsis, neq; falsum testimonium dicas, & prosis alicui: stultum est & graue peccatū, uoluntaria frustra sustinere tormenta, & fortassis utilem salutē, ac uitam incassum sæuientibus proijcere. A quo quæro, cur timeat quod scriptū est, Falsum testimoniū non dices, & nō timeat quod à deo dictū est, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū? Non, inquit, scriptū est, Omne mendaciū: sed ita intelligo, ac si sit scriptū: Perdes omnes qui loquuntur falsum testimoniū. At nec ibi dictū est, Omne falsum testimoniū. Sed ibi positū est, inquit, ubi cætera quæ omnimodo mala sunt. Num & illud quod ibi est, Non occides? Quod si omnimodo malum est, quomodo ab hoc crimine excusabuntur iusti, qui post legem datā multos occiderūt? Sed respondetur, quod nō ipse occidat qui iusti alicuius præcepti minister est. Horum ego timorē sic accipio, ut tamē illum laudabilē uirum, qui nec mentiri uoluit, nec hominem prodere, & melius arbitrer intellexisse quod scriptū est, & intellectū fortiter impleuisse. Sed uenitur aliquādo ad huiusmodi articulū, ut non interrogemur ubi sit ille qui quæritur, neq; cogamur ut eum prodamus, si sic occultatus est, ut inueniri facile nisi proditus nequeat: sed quæritur à nobis utrū illo loco sit, an nō sit. Vbi si esse scimus, tacendo eum prodimus: uel etiam dicēdo nequaquā nos esse dicturos, utrum ibi sit, an non sit. Ex hoc enim colligit ille qui quærit, ibi eū esse: ubi si non esset, nihil aliud ab eo qui mētiri nollet, nec hominem prodere, nisi eum nō ibi esse responderetur. Ita per nostram uel taciturnitatem uel talia uerba homo proditur, ut intret qui quærit si potestatem habet & inueniat eum: qui tamen ab eius inuentione mēdacio nostro posset auerti. Quapropter si nescis ubi sit, nulla est causa occultādæ ueritatis, sed te nescire fatēdum est. Si aūt scis ubi sit, siue ibi sit ubi quæritur, siue alibi: nō est dicendū cū quæsitū fuerit, utrū ibi sit, an nō sit, Nō dico quod quæris: sed dicēdū. Scio ubi sit, sed nunq; mōstrabo. Nā si de uno loco nō respōdeas, & te nō esse proditurū fatearis, tale est, ac si eundē locū digito ostendas, Mouetur enim certa suspicio. Si autē primo fatearis te scire ubi sit, sed non dicere, potest fortasse ab illo loco inquisitor auerti, & tibi iam incūbere, ut ubi est, à te prodatur. Pro qua

Firmus Episcopus Tagastensis

Leuit. 20

Psal. 5

A fide atq; humanitate quicquid fortiter tuleris, nō solū nō culpabile, sed etiam laudabile iudicatur: exceptis duntaxat his, quæ si passus fuerit homo, nō fortiter sed impudice ac turpiter pati dicitur. Hoc est enim ultimū mendaciū, de quo diligētius tractandū est. Nā primū extat euitandū capitale mendaciū longeq; fugiendū, quod fit in doctrina religionis: ad quod mendacium nulla conditione quisquā debet adduci. Secundū autē ut aliquē lædat iniuste: quod tale est, ut & nulli prosit, et obsit alicui. Tertiū quod ita prodest alteri, ut obsit alteri, quāuis non ad immunditiā obsit corporalem. Quartū quod fit sola mētiendi fallendiq; libidine, quod merum mendaciū est. Quintū quod fit placendi cupiditate de suauiloquio. His omnibus penitus euitatis atq; reiectis, B sequitur sextum genus quod & nulli obest, & prodest alicui: quocunq; interrogante. Septimū, quod & nulli obest, & prodest alicui: excepto si iudex interrogat. De quib. duobus generibus quæ solent habere magnā controuersiam, satis tractauimus: & quid nobis placeret ostendimus, ut suscipiendis incōmoditatibus, quæ honeste ac fortiter tolerantur, hæc quoq; genera deuitentur à fortibus & fidelibus & ueracib. uiris ac fœminis. Octauū est genus mendacij, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, ut ab immūdicia corporali aliquē tueatur, duntaxat ea quā superius cōmemorauimus. Nam etiā non lotis manibus māducare, immundiciā putabant Iudæi. Aut si & hanc quisquā immundiciā uocat, nō tamē talem, C pro qua euitanda mētiendū sit. Si aūt mendacium tale est, quod alicui faciat iniuriā, etiam si ab hac immundicia, quam omnes homines abhorrēt ac detestantur, muniat hominem, utrū & hoc genere mentiendū sit, si talis fiat iniuria per mendacium, quæ non sit in eo genere immundiciæ, de quo nūc agimus, alia quæstio est. Nō enim iam de mendacio quæritur, sed quæritur utrū alicui faciēda sit iniuria etiam per mēdaciū, ut illa ab altero immūdicia depellatur. Quod nullo modo putauerim: quanq; proponantur leuissimæ iniuriæ, sicut est illa quā de uno modio amisso supra cōmemoraui, & multū perturbent, utrū non debeamus facere cuiquā uel talem iniuriā, si ea potest alius ne stuprum patiatur defendi aut muniri. Sed, ut dixi, alia quæstio est. Nūc illud quod instituimus peragamus. Vtrū mētien-D dum sit, etiāsi ineuitabilis cōditio proponatur, ut aut hoc faciamus, aut stuprū patiamur, uel aliquā execrabilē inquinationē, etiāsi mentiēdo nulli faciamus iniuriā. De qua re patebit aliquis considerationi locus, si prius diuinas autoritates, quæ mēdacium prohibent, diligenter discutiamus. Si enim ipsæ nullū dant locū, frustra quærimus quà exeamus. Tenendū est enim omnimodo præceptū dei, & uoluntas dei in ijs quæ tenendo præceptū eius passi fuerimus æquo animo sequenda: si autē relaxatur aliquis exitus, non est in tali causa recusandum mendaciū. Proprerea diuinæ scripturæ nō solum præcepta dei cōtinent, sed etiā uitā moresq; iustorū: ut si forte occultū est quemadmodum accipiendum sit quod præcipitur, in factis iustorū intelligatur

Mēdaciorum genera XIIII

Matt. 15

Mendaciū contra iniuriam Cap. XV

telligatur. Exceptis itaque his factis, quæ poteſt
quiſq; ad allegoricā ſignificationē referre, quāuis
geſta eſſe nemo ambigat, ſicuti ſunt ferè omnia in
libris ueteris Teſtamenti. Quis enim ibi aliquid
audeat affirmare nō pertinere ad figuratiuā præ-
nunciationē? Quippe cum Apoſtolus etiā filios
Abrahā, quos utiq; naturali ordine propagādi po
puli editos eſſe atq; uixiſſe facillime dicitur: non
enim monſtra & prodigia nata ſunt, ut ad ſignifi-
cationē aliquā ducant animā: duo tamē teſtamen
ta ſignificare aſſerat: & beneficiū illud mirabile,
quod deus populo Iſrael præſtitit ad eruēdos eos
de ſeruitute, qua in Ægypto premebantur, pœ-
namq; uindictæ cum in itinere peccaſſent, in figu
ra contigiſſe dicat: quæ facta inuenies, quib. iſtam
regulā deroges, & affirmare præſumas ad figurā
aliquā non eſſe redigenda? His ergo exceptis, ea
quæ in nouo Teſtamento à ſanctis facta ſunt, ubi
morū emendatorū euidētiſsima cōmendatio eſt,
ualeant ad exempla intelligēdarū ſcripturarū, quę
in præceptis digeſta ſunt. Velut cum legimus in
Mat.5 Euangelio, Accepiſti alapā, para alteram maxillā.
Exemplum aūt patientiæ nullum ꝙ ipſius domini
potentius & excellentius inuenimus. At ipſe cum
alapa percuſſus eſſet, non ait, Ecce altera maxilla:
Ioan.18 ſed ait, Si male dixi, exprobra de malo: ſi autem be
ne, quid me cædis? Vbi oſtendit illam præparatio
nē alterius maxillæ in corde faciendā. Quod etiā
apoſtolus Paulus utiq; nouerat: nā & ipſe cū eſſet
alapa percuſſus ante pontificē, nō ait, Percute ma
Act.23 xillam alteram: ſed, Percutiet te dominus, inquit,
paries dealbate: & tu ſedes iudicare me ſecūdum
legē, & cōtra legē iubes me percuti? Altiſſime in-
tuens ſacerdotiū Iudæorū iam tale factum fuiſſe,
ut nomine forinſecus niteret, intrinſecus autem lu
teis cōcupiſcentiꝭs ſorderet. Quod tranſiturū eſſe
uindicta dñi uidebat in ſpiritu, cū illud diceret: ſed
tamē cor paratū habebat, non ſolū ad alias alapas
accipiēdas, ſed etiā quælibet tormēta pro ueritate
patienda cum eorū dilectione à quibus illa patere
Mat.5 tur. Scriptū eſt etiam, Ego aūt dico uobis, non iu-
Rom.9 rare omnino. Iurauit aūt ipſe Apoſtolus in Epiſto
Philip.1 lis ſuis, Et ſic oſtendit quō accipiendū eſſet quod
dictum eſt, Dico uobis non iurare omnino: ne ſci
licet iurādo ad facilitatē iurādi ueniatur, et ex faci
litate ad cōſuetudinē, atq; ita ex conſuetudine in
periuriū decidatur. Et ideo nō inuenit iuraſſe niſi
ſcribens, ubi cōſideratio cautior nō habet linguā
præcipitem. Et hoc utiq; à malo, ſicut dictum eſt,
Quod autē amplius eſt, à malo eſt: non tamē ſuo,
ſed eorū infirmitatis, quibus etiā ſic fidē facere co
nabatur: nā quod loquēs iuraſſet, dum non ſcribe
ret, neſcio utrū aliqua de illo ſcriptura narrauerit.
Et tamē dominus ait: Omnino nō iurare. Nō eñ
cōceſſit ut id liceret ſcribētibus. Sed quia præce-
pti uiolati reum Paulū, præſertim in Epiſtolis con
ſcriptis atq; editis ad ſpiritalē uitam ſalutemq; po-
pulorū, nephas eſt dicere: intelligendum eſt illud
quod poſitū eſt, omnino, ad hoc poſitū, ut quantū
in te eſt, non affectes, nō ames, non quaſi pro bo-
no cum aliqua delectatione appetas iuſiurādum.

Sicut illud, Nolite cogitare de craſtino. Et, Nolite Matth.6
A itaq; cogitare quid mãducetis, & quid bibatis, &
quid induamini. Cum aūt uidemus & ipſum dñm Ioan.12
habuiſſe loculos, quò ea quæ dabant, mittebant
ut ſeruari poſſent ad uſus pro tēpore neceſſarios:
& ipſos Apoſtolos procuraſſe multa fratrū indi-
gentiæ, nō ſolū in craſtinū, ſed etiā in prolixius tē
pus impendentis famis, ſicut in actibus Apoſtolo
rū legimus, ſatis elucet illa præcepta ſic intelligen Act.11
da, ut nihil operis noſtri tēporaliū adipiſcēdorum
amore uel timore egeſtatis tanꝗ ex neceſſitate fa
ciamus. Item dictū eſt Apoſtolis, ut nihil ſecū por
tantes in uia, ex Euāgelio uiuerēt. Et quodā loco
etiā ipſe dñs ſignificauit cur hoc dixerit, cū addi-
dit, Dignus eſt eñ operarius mercede ſua. Vbi ſa- Mat.10
tis oſtendit permiſſum hoc eſſe, nō iuſſum, ne for
B te qui hoc faceret, ut in opere prædicationis uerbi
aliquid ab eis, quibus prædicaret, in uſus uitæ hu-
ius ſumeret, illicitum aliquid ſe facere arbitrare-
tur. Poſſe tamen laudabilius non fieri, in apoſtolo
Paulo ſatis demonſtratū eſt. Qui cū diceret, Com- Gal.6
municet autē qui catechizatur uerbo, ei qui ſe ca-
techizat in omnib. bonis: & cū multis locis id ſalu
briter fieri ab eis quibus uerbū prædicaret, oſten-
deret: ſed tamen ego, inquit, non ſum uſus hac po 1 Cor.9
teſtate. Poteſtatem ergo dedit dñs, cum iſta dice-
ret, non imperio conſtrinxit. Ita pleraq; in uerbis
intelligere nō ualentes, in factis ſanctorū colligi-
mus quēadmodū oporteat accipi: quod facile in
aliam partem duceret, niſi exemplo reuocaretur.

Sic ergo quod ſcriptū eſt, Os autem quod men Os hominis
titur occidit animā, de quo ore dixerit, quæritur. duplex
C Plerūq; enim ſcriptura cum os dicit, conceptacu- Cap. XVI
lum ipſum cordis ſignificat, ubi placet & decerni Sap.1
tur quicquid etiā per uocē cum uerum loquimur
enunciatur: ut corde mentiatur cui placet menda-
cium: poſſit autē non corde mentiri, qui per uocē
aliud ꝙ eſt in animo ita profert, ut maioris mali
euitandi cauſa malum ſe admittere nouerit, cui ta
men utrunq; diſpliceat. Et qui hoc aſſerunt, ita di-
cunt etiā illud intelligendū quod ſcriptū eſt, Qui Pſal.14
loquitur ueritatē in corde ſuo: quia ſemper in cor
de ueritas loquenda eſt, non autem ſemper in ore
corporis, ſi aliqua cauſa cauēdi maioris mali aliud
ꝙ in animo eſt, uoce proferri exigat. Et eſſe qui-
dē os cordis ex hoc iam intelligi poteſt, quod ubi
locutio eſt, ibi os non abſurde intelligit. Nec recte
D diceretur, qui loquit in corde ſuo: niſi & os in cor
de recte intelligeret. Quanq; & eo ipſo loco, ubi
ſcriptū eſt, Os autē quod mentitur, occidit animā:
ſi circunſtantia lectionis conſideretur, non accipi Sap.1
tur fortaſſe aliud ꝙ os cordis. Obſcurum enim re-
ſponſum ibi eſt ubi homines latet, qui os cordis
niſi ori corporis cōſonet, audire nō poſſunt. Illud
autē os dicit in eo loco ſcriptura peruenire ad au-
ditum ſpiritus domini, qui repleuit orbē terrarū:
ita ut etiam labia & uocem & linguā cōmemoret
in eo loco, nec tamen omnia ſinat intellectus niſi
de corde accipi, quia deū dicit non latere quod di
citur. Quod autem ſono iſto ad aures noſtras per-
tinente dicitur, nec homines latet. Ita quippe ſcri-
ptum

ptum est, Humanus est enim spiritus sapientiæ, &
non liberabit maledictũ à labrjs eius, quoniã renũ
illius testis est deus, & cordis illius scrutator est ue
rus, & linguæ illius auditor: quoniã spiritus domi-
ni repleuit orbẽ terrarũ, & hoc quod cõtinet om-
nia, sciẽtiam habet uocis. Propter hoc qui loquiť
iniqua, nõ potest latere, sed nec præteriet illũ cor-
ripiens iudiciũ. In cogitationibus eñ impij inter-
rogatio erit, sermonũ aũt illius auditio à domino
ueniet ad correptionẽ iniquitatũ illius. Quoniam
auris zeli audit omia, & tumultus murmuratio-
num nõ absconděť. Custodite ergo uos à murmu
ratione quæ nihil prodest, & à detractione linguæ
parcite, quoniã responsum obscurũ in uacuũ non
ibit, Os autẽ quod mentitur, occidit animã. Vide-
tur ergo his minari, qui obscurũ putant & secretũ
esse, quod corde agitãt atq; uersant. Tam uero cla
rum ostẽdere uoluit hoc esse auribus dei, ut etiam
tumultũ eum appellauerit. Manifeste etiã in Euã-
gelio inuenimus os cordis, ut uno loco & corpo-
ris & cordis ora dominus cõmemorasse inuenia-
tur, ubi ait: Adhuc & uos sine intellectu estis? Nõ
Matth.15 intelligitis quia omne quod in os intrat, in uentrẽ
uadit, & in secessum emittitur, quæ aũt procedunt
de ore, de corde exeũt, et ea coinquinant hominẽ.
De corde enim exeũt cogitationes malæ, homici
dia, adulteria, fornicatiões, furta, falsa testimonia,
blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinãt hominem.
Hic si unũ os q̃d est corporis intellexeris, quomo-
do intellecturus es, Quæ aũt procedũt de ore, de
corde exeũt: cum & sputũ & uomitus de ore pro-
cedat? Nisi forte tũc quisq; nõ coinquinatur, cum
edit aliquid immundũ: coinquinatur autẽ cum id
euomit. Quod si absurdissimũ est, restat ut os cor-
dis intelligamus à domino expositũ, cũ ait, Quæ
procedũt de ore, de corde exeunt. Nam & furtum
cum possit, & sæpe ita fiat, in silentio corporalis
uocis atq; oris perpetrari, dementissimũ est sic in-
telligere, ut tunc putemus quenquã peccato furti
contaminari, cũ id fatetur aut indicat: cum autẽ id
tacite cõmittit, incoinquinatũ arbitrari. At uero
si ad os cordis quod dictũ est referamus, nihil om
nino peccati tacite cõmitti potest. Non eñ com-
mittitur, nisi ex ore illo interiore procedat. Sicut
aũt quæritur de quo ore dixerit, Os aũt quod men
titur, occidit animã, ita quæri potest, de quo mẽda
cio. Videtur enim de illo proprie dicere, quo cui-
quam detrahitur, Ait enim. Abstinete ergo uos à
murmuratione quæ nihil prodest, & à detractiõe
linguæ parcite. Fit aũt ista detractio per maleuo-
lentiã, cum quisq; non solũ ore ac uoce corporis
profert quod cõfingit in aliquẽ, sed etiã tacitus ta-
lem uult credi, quod est utiq; ore cordis detrahe-
re: quod dicit obscurũ & occultũ deo esse nõ pos-
Eccli.7 se. Nã quod alio loco scriptũ est, Noli uelle mẽtiri
omne mendaciũ: nõ ad hoc uolũt ualere, ut nullo
mendacio quisq; mentiatur. Itaq; cum alius dixe-
rit ex isto scripturæ testimonio, usq; adeo generali
ter omne mendaciũ esse detestandũ, ut etiã si quis
mentiri uelit, etiã si nõ mentiatur, iam uolũtas ip-
sa d inanda sit: atq; ad hoc interpretetur, q; non di

ctum est: Noli mentiri omne mendaciũ: sed, Noli
A uelle mentiri omne mendaciũ: ut non solũ menti-
ri, sed nec uelle mentiri quisq; audeat ullo menda
cio. Dicit alius, Imò quòd ait, Noli uelle menti De mẽdacio in
ri omne mendaciũ: de ore cordis exterminãdum utrãq; partem
atq; alienãdum esse mendaciũ uoluit: ut à quibus- disputat.
dam mendacijs ore corporis abstinẽdum sit: sicut Cap. XVII
illa sunt maxime, quæ pertinent ad doctrinã reli-
gionis: à quibusdã uero non sit ore corporis absti
nendum, si maioris mali euitandi causa exigit: ore
aũt cordis ab omni mendacio penitus abstinere
debeamus. Vbi oportet intelligi quod dictũ est,
Noli uelle. Voluntas quippe ipsa quasi os cordis
accipitur, ut nõ pertineat ad os cordis, cum maius
malũ cauentes, mẽtimur inuiti. Est & tertius intel
B lectus, quo sic accipias: Noli omne, ut exceptis a-
liquibus mẽdacijs mẽtiri te sinat. Tanq; si diceret,
Noli uelle credere omni homini: non ut nulli cre-
deretur moneret, sed ut nõ omnibus, aliquib. aũt
crederetur, & id quod sequitur: Assiduitas enim
eius nõ proficiet ad bonum, ita sonat, quasi non à
mẽdacio, sed ab assiduo mẽdacio: id est à cõsuetu
dine atq; amore mẽtiendi prohiberi uideať. Quò
profecto delabitur, quisquis uel omni mendacio
putauerit aburendum: ita enim nec illud cauebit,
quod fit in doctrina pietatis & religiõis: (quo sce
leratius quid inuenias, nõ inter omnia mendacia,
sed inter omnia peccata?) uel alicui mẽdacio, q;-
uis facili, quãuis innoxio nutũ uoluntatis accom-
modauerit, ut non inuitus euadendi maioris mali
C causa, sed uolẽs libensq; mẽtiatur. Ita cum tria sint
quæ in hac sentẽtia intelligi possint, aut omne mẽ
dacium non solũ mentiri noli, sed nec uelle mẽti-
ri: aut noli uelle, sed uel inuitus mẽtire, cũ fugien-
dũ est aliquid grauius: aut noli omne, ut exceptis
aliquibus mendacijs cætera permittanť: unũ hic
pro his, quibus mentiri nunquam placet: duo pro
illis, qui aliquando putant esse mentiendum inue
niuntur. Sed tamen quod sequiť: Assiduitas enim
eius nõ proficiet ad bonum: nescio utrũ possit pri
mæ harum triũ sententiæ suffragari, nisi forte ita,
ut perfectorum præceptum sit, omnino nũquam
non solum mentiri, sed nec uelle mentiri, Assidui-
tas uero mentiendi nec proficientib. permittatur,
Tanquã si cum præciperetur, nunq; prorsus non
D solũ mẽtiendum, sed nec uolũtatem habendã esse
mentiendi, cõtradiceretur exemplis, quòd aliqua
sunt etiam magna autoritate approbata mẽdacia,
Responderetur aũt, illa quidem esse proficientiũ
quæ habent secundum hãc uitam qualecunq; offi
cium misericordiæ: sed usq; adeo esse omne mẽda
cium malũ, & perfectis atq; spiritalib. animis om-
ni modo fugiendũ, ut nec ipsis proficientib. assi-
duitas eius permittẽda sit. Dictũ est enim iam de Exod.1
obstetricib. Ægyptijs, q; de indole ad melius pro-
ficiendi mentientes approbatæ sunt: Quia nõnul
lus gradus est ad diligendam ueram ac sempiter-
nam salutem, cum quisque misericorditer etiam
pro alicuius quãuis mortali salute mentitur. Item
quod scriptum est: Perdes omnes qui loquuntur Psal.5
mẽdacium: Alius dicit nullum hic exceptum esse
mendacium

mēdaciū,sed omne damnatū. Alius dicit: ita ue- A
ro,sed qui loquunť ex corde mendaciū, secūdum
superiorē disputationē : nam ueritatē loquitur in
corde qui odit mentiendi necessitatē, quam pœ-
nam huius uitę mortalis intelligit. Alius dicit, O-
mnes quidē perdet deus qui loquunť mendaciū,
sed non omne mendaciū: Est enim aliquod mēda
cium quod tunc insinuabat Propheta, in quo nul
li parcatur: id est, si peccata sua quisq; confiteri de
trectans, defendat ea potius, & nolit agere pœni-
tentiā: ut parum sit quia operať iniquitatem, nisi
etiam iustus uideri uolens medicinæ cōfessionis
nō succūbat: ut ipsa uerborū distinctio nō aliud in
timare uideať, Odisti omnes qui operanť iniqui-
tatē, sed non perdes, si pœnitēdo in cōfessione ue
ritatem loquanť, ut faciēdo istam ueritatē ueniāt B
Ioan. 3 ad lucē, sicut in Euangelio secundum Ioānem di-
ciť, Qui aūt facit ueritatē, uenit ad lucem. Perdes
autem omnes qui non solum operanť iniquitatē,
quod odisti, sed etiam loquunť mendaciū, falsam
iustitiam prætendendo, nec in pœnitētia cōfiten
do peccata: nam de falso testimonio, quod in de-
cem præceptis legis positū est, nullo modo quidē
contendi potest, dilectionē ueritatis in corde ser-
uandam, & proferendū falsum ad eum apud quē
diciť testimoniū. Cum enim deo tantū diciť, tunc
tantū in corde ueritas amplectenda est. Cum autē
homini diciť, etiā ore corporis uerū proferēdum
est, quia homo nō est cordis inspector. Sed planè
de ipso testimonio nō absurde quęritur, apud quē
quisq; testis sit, Nō eñ apud quoscunq; loquimur, C
testes sumus, sed apud eos quibus expedit & de-
betur per nos cognoscere aut credere ueritatem:
sicuti est iudex, ne in iudicādo erret: aut qui doce-
tur doctrina religionis, ne erret in fide, aut in ipsa
doctoris autoritate dubius fluctuet. Cum aūt ille
te interrogat, aut uult ex te aliquid nosse, qui eam
rem quærit quæ non ad eum pertineat, aut quā ei
nosse nō expedit, nō testē, sed proditorē requirit.
Itaq; si ei mētiaris, à falso fortasse testimonio alie-
nus eris, sed à mēdacio profecto nō eris. Saluo
De eo quod grauioris mali uitandi causa fit. XVIII igitur eo, quod falsum testimoniū dicere nunq; li-
cet, quæritur utrum liceat aliquando mētiri. Aut
si falsum testimoniū est omne mendaciū, uidendū
est utrum admittat cōpensationem, ut dicatur ui- D
tandi maioris peccati gratia: sicut illud quod scri-
Exod. 20 ptum est, Honora patrem & matrē: rapiente offi-
cio potiore contemnitur: unde ultimum sepultu-
ræ honorem patri prohibetur exoluere, qui ab i-
pso domino ad regnum dei annūciandū uocatur.
Prouerb. 19 Item quod scriptum est, Verbum excipiens filius,
à perditione longe aberit: excipiēs aūt excipit il-
lud sibi, & nihil falsi de ore ipsius ꝑcedit: Dicit ali
quis nō aliud hic accipiēdū esse, q̄d positū est, Ex-
cipiens uerbū filius: nisi uerbum dei: quod est ueri
tas. Ergo excipiēs ueritatē filius à perditione lon-
ge aberit, refertur ad illud quod dictū est, Perdes
omnes qui loquuntur mendaciū. Quod uero se-
quitur, Excipiens aūt excipit illud sibi, quid aliud
Gal. 6 insinuat, nisi quod Apostolus dicit, Opus aūt su-
um probet unusquisq;, & tunc in semetipso habe-

A bit gloriā, & non in altero? Qui enim excipit uer-
bum, id est, ueritatē nō sibi, sed ut hominibus pla-
ceat, nō eam custodit cum eis uidet placere posse
mēdacio. Qui aūt excipit sibi, nihil falsum de ore
ipsius procedit, quia etiam cū placet hominibus
mendaciū, nō mentiť ille qui ueritatē, nō qua illis
sed qua deo placeret, excepit sibi. Itaq; nō est cur
hic dicatur, Omnes quidem perdet qui loquūtur
mendaciū, sed non omne mendaciū: quando uni-
uersaliter omnia mendacia circūcisa sunt in eo q̄d
dictū est, Et nihil falsi de ore ipsius procedit. Sed
dicit alius, ita esse accipiēdū sicut accepit Aposto
lus Paulus, quod ait dominus, Ego aūt dico uobis Matt. 5
non iurate omnino. Nam & hic omnis iuratio cir
cuncisa est, sed ab ore cordis: ut nunq; uoluntatis
B approbatione fieret, sed necessitate infirmitatis al
terius: id est, malo alterius, cui nō aliter uideť per-
suaderi posse quod dicitur, nisi iurando fides fiat:
aut ab illo malo nostro, q̄d huius mortalitatis ad-
huc pellibus inuoluti, cor nostrum non ualemus
ostēdere: quod utiq; si ualeremus, iuratione opus
non esset. Quanquā etiam in hac sententia tota, si
quod dictum est, Excipiēs uerbum filius, à perdi-
tione longe aberit: de ipsa dictum est ueritate, per
quam facta sunt oīa, quæ incōmutabilis semper
manet: quoniā doctrina religionis ad eā contem-
plandā perducere nitiť, potest uidere ad hoc esse
dictū, Et nihil falsi de ore ipsius ꝑcedit, ut nihil fal
si quod ad doctrinā pertinet, dicat. Quod menda
ciī genus nulla omnino cōpensatione subeundū,
C penitusq; ac præcipue deuitandū est. Aut si q̄d di
ctum est, nihil falsi, absurde accipiť, si nō ad omne
mendaciū referať: quod dictū est, de ore ipsius, se
cundum superiorē disputationē os cordis accipi-
endum esse cōtendit, qui aliquādo putat esse men
tiendū. Hæc certe omnis disputatio quāuis alter-
net, aliīs asserentibus nunq; esse mentiendū, & ad
hoc diuina testimonia recitantibus: aliīs cōtradi-
centibus, & inter ipsa uerba diuinorū testimonio
rum mēdacio locū quærētibus: nemo tamē potest
dicere, hoc se aut in exēplo, aut in uerbo scriptura
rum inuenire, ut diligendū uel nō odio habēdum
ullū mendaciū habeať: sed interdū mentiēdo faci-
endū esse q̄d oderis, ut quod amplius detestandū
est, deuiteť. Sed in hoc errāt homines, q̄d subdunt
D preciosa uilioribus. Cū eñ cōcesseris admittendū
esse aliquod malū, ne aliud grauius admittať, non
ex regula ueritatis, sed ex sua quisq; cupiditate at-
que cōsuetudine metiť malū: & id putat grauius
q̄d ipse amplius exhorrescit, nō quod amplius re-
uera fugiendū est. Hoc totū ab amoris peruersita-
te gigniť uitium. Cum enim duæ sint uitæ nostræ,
Vna sempiterna, quæ diuinitus promittitur, Alte Vita hominū duplex
ra tēporalis, in qua nunc sumus: cū quisq; istā tem-
poralem amplius diligere cœperit, q̄ illam sempi
ternam, propter hanc quam diligit, putat esse om
nia facienda: nec ulla æstimat grauiora peccata, q̄
quæ huic uitæ faciunt iniuriam, & uel ei cōmodi-
tatis aliquid inique & illicite auferunt, aut eam pe
nitus illa morte adimunt. Itaq; fures & raptores
& contumeliosos & tortores atque interfectores

magis oderũt, q̃ lasciuos, ebriosos, luxuriosos, si nulli molesti sunt. Non enĩ intelligũt aut omnino curant quod isti deo faciant iniuriã: non quidẽ in illius aliquod incõmodum, sed in suã magnã perniciẽ: cum dona eius in se corrũpunt etiã tẽporalia, atq; ipsis corruptionibus auertunt æterna: maximè si iam tẽplũ dei esse cœperũt: quod Christianis omnibus Apostolus ita dicit, Nescitis quia tẽplum dei estis, & spũs dei habitat in uobis? Quisquis templũ dei corruperit, corrũpet illum deus. Templũ enĩ dei sanctũ est, quod estis uos. Et omnia quidẽ ista peccata, siue quibus iniuria fit hominibus in ipsis uitæ huius incõmodis, siue quibus seipsi homines corrũpunt, & nulli inuito nocent, Omnia ergo ista peccata, etiã si huic tẽporali uitæ ad aliquã delectationẽ uel utilitatẽ uidentur consulere: nam nullus aliquid horũ alio proposito ac fine cõmittit: tamen ad illam uitã, quæ sempiterna est, implicatos omnibus modis impediũt. Horum aũt alia sunt quæ solos faciẽtes impediũt, alia quæ eos etiam in quibus fiunt. Nam illa quę utilitatis ad hanc uitã pertinentis gratia seruant̃, cum auferuntur ab iniuriosis, illi soli peccãt & à uita æterna impediunt̃, qui ea faciũt, nõ ij quibus faciũt. Itaq; etiã si ea sibi auferri quisq; cõsentiat, uel ne faciat aliquid mali, uel ne in his ipsis maius aliqd incõmodi patiat̃, nõ solum nõ peccat, sed illud fortiter & laudabiliter, hoc utiliter & inculpabiliter facit. Quæ aũt sanctitatis religionisq; causa seruant̃, cũ hęc uiolare iniuriosi uoluerint, etiã peccatis minoribus, nõ tamẽ iniurijs aliorũ, si cõditio proponit̃ & facultas datur, retinẽda sunt. Et tunc iam illa desinunt esse peccata, quę propter grauiora uitanda suscipiũt̃. Sicut enĩ in rebus utilibus, uelut in pecunia aliòue cõmodo corporali, non uocat̃ damnũ, quod propter maius lucrũ amittit̃: sic & in rebus sanctis nõ uocat̃ peccatũ, quod ne grauius admittatur, admittit̃. Aut si & illud damnũ dicit̃, quod aliquis perdit ne amplius perdat: uocetur & hoc peccatũ, dum tamẽ suscipiendũ esse, ut amplius euitet̃, ita nemo dubitet, sicut nemo dubitat cauendi maioris dãni causa patiendũ esse quod minus est.

1 Cor. 3

B

C

De castitate, pudicitia, ueritate, aliisq; uirtutibus. XIX

Ista sunt aũt quæ sanctitatis causa seruanda sunt, pudicitia corporis, & castitas animę, & ueritas doctrinæ. Pudicitiã corporis, nõ cõsentiẽte ac permittẽte anima, nemo uiolat. Quicquid enĩ nobis inuitis, nullã tribuẽtib. potestatẽ maiore ui cõtingit in nostro corpore, nulla impudicitia est, sed permittẽdi potest esse aliqua ratio, cõsentiendi autem nulla. Tunc enĩ cõsentimus, cũ approbamus & uolumus. Permittimus aũt etiã nõ uolẽtes, euitandæ alicuius maioris turpitudinis gratia. Consensio sanè ad impudicitiã corporalẽ, etiã castitatem animi uiolat. Animi quippe castitas est in bona uolũtate & syncera dilectione, quę nõ corrumpitur nisi cũ amamus atq; appetimus quod amandum atq; appetẽdũ nõ esse ueritas docet. Custodienda est ergo synceriter dilectio dei & ꝓximi: in hac enĩ castitas animi sanctificat̃: & agendũ quib. possumus uiribus, & pia supplicatiõe, ut cũ uiolãda appetit̃ pudicitia corporis nostri, ne ipse animæ sẽsus extremus, q̃ carne implicatus est, aliqua delectatiõe tãgat̃. Si aũt hoc nõ potest, uel mẽtis in nõ cõsentiendo castitas cõseruet̃. Custodiẽda est aũt in animi castitate, qđ ad dilectionẽ proximi ꝑtinet, innocẽtia & beneuolẽtia: quod aũt ad dei, pietas. Innocẽtia est, qua nulli nocemus. Beneuolẽtia, qua etiã prosumus cui possumus. Pietas, qua colimus deũ. Veritas aũt doctrinę, religionis, atq; pietatis nõ nisi mẽdacio uiolatur, cũ ipsa summa atq; intima ueritas, cuius est ista doctrina, nullo modo possit uiolari: ad quã peruenire, atq; in illa omnimodo manere, eiq; penitus inhærere nõ licebit, nisi cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem. Sed quia omnis in hac uita pietas, exercitatio est, qua in illã tendit̃: cui exercitationi ducatũ prębet ista doctrina quæ humanis uerbis & corporeorũ sacramentorũ signaculis ipsam insinuat atq; intimat ueritatẽ: ꝓpterea & hęc quę per mẽdaciũ corrũpi potest, maxime incorrupta seruanda est, ut si quid in illa castitate animi fuerit uiolatum, habeat unde reparet̃. Corrupta enĩ autoritate doctrinæ, nullus aut cursus aut recursus esse ad castitatẽ animi potest.

D

A

B

Pudicitiæ causa non mẽtiendum XX

Cõficit̃ ergo ex his omnib. hęc sententia, ut mẽdaciũ quod nõ uiolat doctrinã pietatis, neq; ipsam pietatẽ, neq; innocẽtiã, neq; beneuolẽtiam, pro pudicitia corporis admittendũ sit. Et tamen si quisq; proponeret sibi sic amandã ueritatẽ non tantũ quæ in cõtemplãdo est, sed etiã in uero enunciãdo, quod in suo quoq; rerũ genere uerum est: & nõ aliter proferendã motu corporis sententiã q̃ in animo cõcepta atq; conspecta est: ut fidei ueridicã pulchritudinẽ, non solũ auro & argento & gẽmis & amœnis prædijs, sed & ipsi uniuersæ tẽporali uitæ omniq; corporis bono præponeret, nescio utrũ à quoquã sapiẽter errare diceret̃. Et si hoc suis omnibus talibus rebus rectè anteferret, plurisq; pẽderet, rectè etiã tẽporalibus rebus aliorũ hominũ, quos innocẽtia beneuolẽtiaq; sua seruare atq; adiuuare deberet. Amaret enĩ perfectã fidem: nõ solũ bene credẽdi ea quæ sibi excellenti & fide digna autoritate dicerent̃, sed etiã fideliter enunciãdi quę ipse dicẽda iudicaret, ac diceret. Fides enĩ appellata est in Latina lingua ex eo quia fit quod dicit̃. Quã manifestũ est nõ exhibere mẽtientẽ. Quę & si minus uiolat̃, cũ ita quisq; mentit̃ ut ei nullo incõmodo, nullaq; ꝑnicie credat̃, addita etiam intentione uel salutis tuẽdæ uel pudicitię corporalis, uiolat̃ tamẽ, & res uiolat̃ in animi castitate atq; sanctitate seruanda. Vnde cogimur nõ opiniõe hominũ, quę plerũq; in errore est, sed ipsa quę omnib. supereminet atq; una inuictissima est ueritate, etiã pudicitiæ corporis perfectã fidẽ anteponere. Est enim animi castitas, amor ordinatus nõ subdẽs maiora minorib. Minus est enĩ quicqd in corpore q̃ quicqd in animo uiolari potest. Certe enĩ cũ pro pudicitia corporali quisq; mentit̃, uidet quidẽ corrũpendo corpori suo, non suam sed alienã imminere libidinẽ: cauet tamẽ ne saltẽ permittẽdo sit particeps. Permissio uero illa ubi nisi in animo est? etiã corporalis ergo pudicitia corrumpi

C

Fides

D

rūpi nisi in animo nō potest, Quo nō cōsentiēte, neqꝫ pmittente, nullo modo recte dicit uiolari pudicitia corporalis, quicquid in corpore fuerit aliena libidine perpetratū. Vnde colligit multo magis animi castitatē seruandā esse in animo, in quo tutela est pudicitiæ corporalis, ꝙ quicquid in corpore fuerit aliena libidine ppetratū. Quāobrem quod in nobis est, utrūqꝫ sanctis morib. & cōuersatiōe muniendū est atqꝫ sepiendū, ne alicūde uiolet. Cū aūt utrunqꝫ nō potest, quid pro quo sit cōtēnendū quis nō uideat, cū uideat quid cui sit præponendū: animus corpori, an corpus animo: animi castitas pudicitiæ corporis, an pudicitia corporis castitati animi? Et quid magis in peccatis caueāt dum, pmissio facti alieni, an commissio facti tui?

Epilogus prædictorū XXI Elucet itaqꝫ discussis omnibus nihil aliud illa testimonia scripturarū monere, nisi nunquā esse omnino mentiendū: quandoquidē nec ulla exempla mēdaciorū imitatione digna in moribus factisqꝫ sanctorū inueniant, quod ad eas attinet scripturas, quæ ad nullam figuratā significationē referuntur, sicuti sunt res gestæ in Actibus Apostolorum. Nam domini omnia in Euangelio, quæ impitioribus mēdacia uident, figuratæ significatiōes sunt. 1 Cor. 9 Et quod ait Apostolus, Omib. omnia factus sum ut omnes lucrifacerē: non eū mentiendo, sed compatiendo fecisse recte intelligit, ut tanta charitate cū eis liberandis ageret, ac si ipse in eo malo esset, à quo illos sanare cupiebat. Nō est igit mētiendum in doctrina pietatis. Magnū enim scelus est, & primū genus detestabilis mendacij. Nō est mētiendū secundo genere, quia nulli faciēda est iniuria. Nō est mentiendū tertio genere, quia nulli cū alterius iniuria cōsulendū est. Nō est mentiēdum quarto genere, propter mēdacij libidinē, quæ per seipsam uitiosa est. Nō est mētiendū quinto genere, quia nec ipsa ueritas fine placendi hominibus enūcianda est: quanto minus mēdaciū, quod per seipsum quia mendaciū est, utiqꝫ turpe est. Nō est mentiendū sexto genere: neqꝫ enim recte etiā testimonij ueritas pro cuiusquā temporali cōmodo ac salute corrumpit. Ad sempiternā uero salutem nullus ducendus est opitulante mēdacio. Nō em̄ malis cōuertentiū moribus aliquis ad bonos mores cōuertendus est. Quia si erga illū faciendū est, debet etiā ipse cōuersus facere erga alios. Atqꝫ ita nō ad bonos, sed malos mores cōuertit, cum hoc ei præbet imitādū cōuerso, quod ei præstitum est conuertēdo. Neqꝫ septimo genere mētiendū: Nō enim cuiusquā cōmoditas aut salus tēporalis, perficiendæ fidei præferēda est. Nec si quisqꝫ in recte factis nostris tam male mouet, ut fiat etiā animo deterior, longeqꝫ à pietate remotior, propterea recte facta deserenda sunt: cū id nobis præcipue tenēdū sit quò uocare atqꝫ inuitare debemus, quos sicut nosmetipsos diligimus: fortissimoqꝫ animo bibēda est Apostolica illa sentētia, Alijs quidem 2 Cor. 2 sumus odor uitæ in uitā, alijs odor mortis in mortem, Et ad hæc quis idoneus? Nec octauo genere mētiendū est, quia & in bonis castitas animi, pudicitia corporis: & in malis id quod ipsi facimus, eo ꝙ fieri sinimus maius est. In his aūt octo generib. tanto quisqꝫ minus peccat cū mentit, quāto emergit ad octauū: tanto amplius, quanto deuergit ad primū. Quisqꝫ aūt esse aliquod genus mēdacij ꝙd peccatū non sit putauerit, decipiet seipsum turpiter, cū honestū se deceptorē arbitrat aliorū. Tanta porrò cæcitas hominū animos occupauit, ut eis parum sit si dicamus quædā mēdacia nō esse peccata, nisi etiā in quibusdā peccatū dicāt esse si mēdacium recusemus: eoqꝫ perducti sunt defendēdo mendaciū, ut etiā primo illo genere, ꝙd est omniū sceleratissimū, dicāt usum fuisse Apostolū Paulū. Nā in epistola ad Galatas, quæ utiqꝫ sicut cæteræ ad doctrinā religionis pietatisqꝫ cōscripta est, illo loco dicūt esse mentitū, ubi ait de Petro & Barnaba: Cū uidissem quia nō recte ingrediunt ad ueritatē Euāgelij. Gal. 2 Cum em̄ uolūt Petrū ab errore, atqꝫ ab illa, in quā inciderat, uiæ prauitate defendere, ipsam religionis uiā, in qua salus est omnibus, con fracta & cōminuta scripturarū autoritate conant euertere. In quo nō uident, nō solum mendacij crimen, sed etiā periurij se obijcere Apostolo in ipsa doctrina pietatis, hoc est, in Epistola in qua prædicat Euangeliū: ibi quippe ait, priusquā ista narraret, Quæ aūt scribo uobis, ecce corā deo quia non mētior. Gal. 1 Sed iam sit huius disputationis modus, in cuius totius cōsideratione & pertractatione nihil præ cæteris cogitandū atqꝫ orandū est, ꝙ illud ꝙd idē Apostolus dicit, Fidelis deus qui nō uos sinet 1 Cor. 10 tentari supra ꝙ potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum ut possitis sustinere.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
CONTRA MENDACIVM AD CONSENTIVM LIBER VNVS.

Hæretici quomodo refellēdi Cap. I

MVLTA mihi legenda misisti, Cōsenti frater charissime, multa mihi legēda misisti: quib. rescripta dū præparo, & alijs atqꝫ alijs magis urgētibus occupationibus distrahor, emēsus est annus: atqꝫ in eas me detrusisti angustias, ut quomodocūqꝫ rescriberē, ne arridēte iam tēpore nauigandi, perlatorē remeare cupientē diutius detinerem. Itaqꝫ omnibus quæ mihi Leonas dei famulus abs te attulit, & mox ut ea sumpsi, & postea cū hæc dictare iam uellem, euolutis atqꝫ plectis, & quātapotui cōsideratiōe perpēsis, ualde sum tuo delectatus eloquio, & sanctarum memoria scripturarū ingenijqꝫ solertia, & dolore quo negligentes catholicos mordes, & zelo quo aduersus etiā latētes hæreticos frendes. Sed nō mihi persuadet eos de latebris suis nostris esse menda-

mēdacijs eruēdos. Vt quid em̄ eos tāta cura uesti-
gare atq; indagare conamur, nisi ut captos in aper A
tumq; ꝓductos, aut etiā ipsos ueritatē doceamus,
aut certe ueritate cōuictos nocere alijs non sina-
mus. Ad hoc ergo, ut eorū mēdaciū deleať, siue ca
ueať, dei aūt ueritas augeať. Quō igiť mendacio
mēdacia recte potero ꝓsequi? An & latrocinio la
trocinia & sacrilegio sacrilegia, & adulterio sunt
adulteria ꝓsequēda? Si aūt ueritas dei in meo mē-
dacio abundauit, nunquid nam & nos dicturi su-
mus, Faciamus mala ut ueniāt bona? Quod uides
Rom. 3 quēadmodū detesteť Apostolus. Quid est enim
aliud, mentiamur ut hæreticos mēdaces ad uerita
tem adducamus, nisi faciamus mala ut ueniāt bo-
na? An aliquādo bonū est mēdaciū, uel aliquādo
mendaciū est non malum? Cur ergo scriptum est,
Psal. 5 Odisti domine om̄es qui operantur iniquitatem, B
perdes omnes qui loquunť mendaciū? Nō enim
aliquos excepit, aut indefinite dixit, perdes loquē
tes mēdaciū, ut quosdam, nō omnes intelligi sine
ret, sed uniuersalē sententiā ꝓtulit dicens, Perdes
omnes qui loquunť mendaciū. An quia nō dictū
est, perdes omnes qui loquunť omne mendaciū,
uel qui loquunť quodcūq; mendaciū, ideo putan
dum est locū alicui relaxatū esse mēdacio, ut scili-
cet sit aliquod mēdaciū, q̄d qui loquunť non eos
deus ꝑdat, sed eos omnes perdat qui loquunť in-
iustū mendaciū, nō quodcūq; mendaciū, quia in-
uenit & iustū, quod utiq; laudis debet esset, nō cri
Priscillianistarum error 11 minis? Nonne cernis quantū adiuuet hæc dis-
putatio eosipsos, quos pro magna uenatione mē-
dacijs nostris cape molimur? Priscillianistarū est C
enim, sicut ipse mōstrasti, ista sententia. Cui cōpro
bandæ adhibent testimonia de scripturis, exhor-
tantes suos ad mentiendū tanq̄ exemplis Patriar
charū, Prophetarū, Apostolorū, Angelorū: nō du
bitantes addere etiā ipsum dn̄m Christū, nec se ali
ter arbitrātes ueracē suam ostendere falsitatē, nisi
ueritatē dicāt esse mēdacē. Redarguēda sunt ista,
nō imitāda. Nec in eo malo debemus Priscilliani-
starū esse participes, in quo cæteris hæreticis con-
uincunť esse peiores. Ipsi em̄ soli, uel certe maxi-
me ipsi reperiunť, ad occultandā suā quā putāt ue
ritatem, dogmatizare mendaciū: atq; hoc tam ma
gnū malū ideo iustū existimare, quia dicūt, in cor-
de retinendū esse quod uerū est, ore autē ad alie-
nos ꝓferre falsum, nullū esse peccatū, & hoc esse D
Psal. 14 scriptū, Qui loquiť ueritatē in corde suo: tanquā
hoc satis sit ad iustitiam, etiāsi loquať quisq; in ore
mendaciū, quādo non proximus, sed alienus hoc
audit. Propterea putāt etiā Apostolū Paulū cum
Ephe. 4 dixisset, Deponētes mendaciū, loquimini uerita-
tē: statim addidisse, unusquisq; cū ꝓximo suo, quia
sumus inuicē mēbra. Vt uidelicet cū eis qui nobis
in societate ueritatis proximi nō sunt, neq;, ut ita
dicam, cōmembres nostri sunt, loqui liceat opor-
teatq; mendaciū. Quæ sentētia sanctos martyres
exhonorat, imò uero aufert sancta omnino marty
ria. Iustius em̄ sapiētiusq; facerēt secundū istos, si
persecutoribus suis nō se cōfiterenť esse Christia-
nos, nec eos sua cōfessione facerēt homicidas: sed
potius mentiēdo & negando quod erāt, & ipsi sal
uum haberēt carnis cōmodum cordisq; proposi- A
tū, & illos cōceptū animo scelus implere nō sine-
rent. Nō em̄ proximi eorū erāt in fide christiana,
ut cū eis deberēt loqui ueritatē in ore suo, quā lo-
quebanť in corde suo, sed ipsius ueritatis insuper
inimici. Si em̄ Hieu, quē sibi inter cæteros ad exē- 4 Reg. 10
plum mētiendi prudenter uidenť intueri, seruum
Baal se esse mentitus est, ut seruos eius occideret:
quāto iustius secundū istorū peruersitatē tēpore
persecutiōis seruos dæmonū se mentirenť serui
Christi, ne serui dęmonū seruos occiderēt Christi:
& sacrificarēt idolis ne interficerenť homines, si
sacrificauit ille Baali ut interficeret homines?
Quid enim eis obesset secundū egregiā doctrinā
mendaciloquorū, si diaboli cultū mētirenť in cor
pore, quādo dei cultus seruabať in corde? Sed nō B
sic intellexerūt Apostolū martyres ueri, martyres
sancti. Viderūt quippe tenueruntq; quod scriptū
est: Corde credit ad iustitiā, ore cōfessio fit ad sa- Rom. 10
lutē. Et, In ore eorū nō est inuentū mēdaciū: ac sic Apoc. 14
irreprehēsibiles abierūt, ubi tētari à mendacibus
ulterius nō cauebūt, q̄ mēdaces amplius in suis
cœlestibus cœtibus uel alienos uel proximos nō
habebūt. Illum uero Hieu mēdacio impio & sacri
ficio sacrilego occidēdos impios & sacrilegos in-
quirentē non imitarenť: nec si de illo qualis fuis-
set, eadē scriptura tacuisset. Cū uero scriptū sit, eū
rectū cor nō habuisse cū deo, q̄d ei profuit q̄d pro
nōnulla obedientia, quā de domo Achab omino
delenda, pro cupiditate suæ dominationis exhi-
buit, aliquātam mercedē transitoriā regni tēpora- C
lis accepit? Ad sententiā potius ueridicā martyrū
defendendā te frater exhortor, ut sis aduersus mē
daces, nō mendacij doctor, sed ueritatis assertor:
nā diligētius, obsecro, attēde quod dico, ut inue-
nias q̄ sit cauendū, quod zelo quidē laudabili ad
uersus impios, ut possint comprehendi & corrigi
uel uitari, sed tamē incautius docendum putatur.
Mendaciorū genera multa sunt, quę quidē om Mēdaciorum mala, Cap. III
nia uniuersaliter odisse debemus. Nullū est enim
mēdaciū quod nō sit cōtrariū ueritati. Nam sicut
lux & tenebræ, pietas & impietas, iustitia & ini-
quitas, peccatū & recte factū, sanitas & imbecilli-
tas, uita & mors: ita inter se sunt ueritas mendaci-
umq; cōtraria. Vnde quāto amamus istam, tanto
illud odisse debemus. Veruntamē sunt quædam D
mēdacia, quæ credere nihil obsit: quāuis etiā tali
mētiendi genere fallere uoluisse, mentienti sit no-
xiū, nō credēti. Tanq̄ si frater ille seruus dei Fron
to in ijs quę tibi indicauit, quod absit, aliqua men-
tireť, sibi nocuisset ꝓfecto, non tibi, quāuis tu om
nia credidisses sine tua iniquitate narrāti. Quoniā
siue illa ita gesta sint, siue nō ita, habent tamen ali-
quid, quod si quis crediderit ita gestū esse, etiamsi
nō ita sit gestū, regula ueritatis & doctrina salutis
æternæ iudiceť esse culpandus. Si autē hoc quisq;
mentiatur, quod si quis crediderit, aduersus do-
ctrinā Christi hæreticus erit, tanto est nocentior
mētiens, quāto miserior credens. Vide ergo qua-
le sit, si aduersus doctrinā Christi mētiti fuerimus
quod

quod quisquis crediderit, interibit: ut inimicos e-
iusdē doctrinę capiamus, quos ad ueritatē, dū nos
ab ea recedimus, adducamus, imò uero cū mēda-
ces mētiēdo capimus, mēdacia peiora doceamus.
Aliud est em̄ quod dicūt quando mentiunt̃, aliud
quādo fallunt̃: nam cū hæresim suā docent, ea di-
cunt in quibus fallunt̃. Quādo autē se dicūt senti-
re quod nō sentiūt, uel nō sentire quod sentiūt, ea
dicūt in quibus mentiunt̃. Quod eis quisquis cre-
dit, & si eos nō inuenit, ipse nō perit. A regula ꝗp-
pe catholica nō recedit, qui hæreticum catholica
dogmata mēdaciter profitentē, catholicū credit.
Ac per hoc nō est ei perniciosū: quia in hominis
mēte, de qua latēte non potest iudicare, nō in dei
fallit̃ fide, quā debet insitā custodire. Porrò autem
quādo hæresim suā docēt, quisquis eis crediderit
B putādo ueritatē, erit particeps ut erroris, ita dam-
nationis illorū. Sic fit, ut cū illi sua nefaria dogma
ta fabulant̃ in quibus mortifero errore falluntur,
tūc quisquis crediderit pereat. Nos aūt quando ca
tholica dogmata prædicamus, in quibus rectā fi-
dem tenemus, tūc si crediderit, inueniat̃ quicunq;
perierat. Quādo uero cū sint Priscillianistę, ut sua
uenena nō prodant, nostros se esse mētiunt̃, quis-
quis nostrū eis credit, etiā illis latētib. ipse catholi
cus perseuerat. Nos cōtra ut ad eorū ꝑueniamus
indaginē, si Priscillianistas nos esse mētimur, quia
eorū tanꝗ̃ nostra sumus dogmata laudaturi, quis-
quis ea crediderit, aut cōfirmabitur apud eos, aut
trāsferet̃ ad eos interim statim: quid autē hora su-
peruentura pariat, utrū inde postea liberent̃, uera
dicētibus nobis, qui decepti sunt fallentib. nobis:
C & utrū audire uelint docentem, quem sic experti
sunt mētientē, quis nouerit certum? quis hoc esse
ignoret incertū? Ex quo colligit̃, perniciosius, aut
ut mitius loquar, periculosius mentiri catholicos
ut hęreticos capiāt, ꝙ̃ mentiunt̃ hęretici ut catho
licos lateāt. Quoniā quisq; credit catholicis men
tiendo tentantibus, aut efficitur, aut confirmatur
hęreticus. Quisquis autem credit hæreticis men-
tiendo sese occultantibus, non desinit esse catho-
licus. Quod ut fiat planius, aliqua exempli gratia
ꝓponamus, & ex eis potissimū scriptis quæ mihi
legenda misisti. Ecce cōstituamus ante oculos cal
lidum exploratorē, accedere ad eum quē Priscilli
anistam esse præsenserit, & dictū Episcopi, uel co-
gniti uitā, uel incogniti famā laudare mēdaciter:
D est hoc tolerabilius adhuc, quia ille putat̃ fuisse ca
tholicus, atq; ex illo errore correctus. Deinde Pri-
scillianū, hoc enim sequit̃ in arte mentiendi, uene
rabiliter cōmemoraturus est, hominē impiū & de
testabilem, & pro suis nefarijs sceleribus crimini-
busq; damnatū. In qua eius uenerabili cōmemo-
ratione, si forte ille cui retia tendunt̃ huiusmodi,
firmus Priscillianista nō fuerat, hac eius prædica-
tione firmabitur. Cū aūt ad cætera explorantis ser
mo processerit, & dicētis misereri se eorum quos
tantis errorū tenebris tenebrarum autor inuolue-
rit, ut honorem animæ suæ, & charitatem diuinæ
prosapię nō agnoscāt. Tum deinde dictū librū, cu
ius nomē est Libra, eo ꝗd pertractatis duodecim
quæstionib. uelut uncijs explicat̃, tantis extulerit
A laudibus, ut talem librā, in qua horrēdæ blasphe-
miæ cōtinent̃, multis librarū auri milibus precio-
siorē esse testet̃: nēpe hæc astutia mentientis, ani-
mam credentis interficit, aut iam interfectā in ea-
dem morte demergit, ac deprimit. Sed, inquies,
postea liberabit̃. Quid si nō fiat, siue aliquo inter-
uenięte impedimēto ne cœpta cōpleant̃, siue ob-
stinatione mentis hæreticæ rursus eadē negantis,
etiā si aliqua iam cœperat cōfiteri: præsertim quia
si cognouerit se ab alieno fuisse tētatū, eoipso au-
dacius illa quæ sentit studebit occultare mēdacio
quando id inculpate fieri multo certius didicerit,
etiā exēplo ipsius tētatoris? Hoc quippe in homi
ne qui ueritatē tegendā putat esse mētiendo, qua
tandē fronte culpabimus & damnare audebimus
B ꝗd docemus? Remanet igit̃, ut quod sentiūt Pri-
scillianistæ secūdū hæresis suæ nefariā falsitatē, de
deo, de anima, de corpore, de cęteris rebus, nō du
bitemus ueraci pietate dānare. Quod aūt sentiūt,
ut ueritas occulet̃ esse mentiendū, sit nobis & il-
lis, quod absit, dogma cōmune. Hoc tam magnū
malū est, ut etiā si conatus hic noster, quo scilicet
eos per mendaciū capere cupimus & mutare, ita
ꝓsperet̃ ut eos capiamus atq; mutemus, nullis lu-
cris cōpensent̃ hæc damna, quibus & nos cū ipsis
pro illorū correctione deprauemur. Per hoc nāq;
mēdaciū & nos erimus ex ea parte peruersi, & illi
semicorrecti: quandoquidē istud quod putāt esse
ꝓ ueritate mentiendū, nō in eis corrigimus: quia
idē nos dicimus & docemus, & fieri oportere prę
cipimus ut ad eos emēdandos ꝑuenire possimus.
C Quos tamē nō emēdamus, quibus mendum quo
uerū tegendū existimāt nō auferimus: sed nos po
tius immendamur, cū per tale mendū eos quæri-
mus, nec inuenimus quemadmodum eis cōuersis
credere ualeamus, quib. peruersis mentiti sumus:
ne forte quod ut caperent̃ sunt passi, faciāt capti,
nō solū quia facēre cōsueuerūt, sed quia & in no-
bis ad quos ueniūt hoc inueniūt. Et ꝗd est mise
rabilius, etiā ipsi iam quasi nostri effecti, quemad-
modū nobis credāt reperire nō possunt. Si em̄ su-
spicent̃ etiā ipsa catholica dogmata nos mēdaci-
ter loqui, ut nescio quid aliud occultemus quod
uerū putamus: certe talia suspicanti dicturus es:
Hoc tūc ideo feci ut caperē te. Sed quid respōde-
bis dicenti: unde igit̃ scio, utrū etiā nunc id facias
D ne capiaris à me? An uero cuiquā persuaderi po-
test, hominē nō mētiri ne capiat̃, qui mētit̃ ut ca-
piat? Vidésne quo tēdat hoc malū, ut scilicet nō
solū nos illis, ipsiq; nobis: sed omnis frater omni
fratri nō immerito uideat̃ esse suspectus? Atq; ita
dum per mēdaciū tenditur ut doceat̃ fides, id agi
potius ut nulli habēda sit fides. Si enim & contra
deum loquimur cū mētimur, quid tantū mali po-
terit in ullo mendacio reperiri, quod tanquā scele
stissimū omni modo deuitare debeamus. Sed
nunc aduerte ꝙ̃ tolerabilius Priscillianistæ in no-
stra cōparatione mentiantur, quādo se fallaciter
loqui sciunt, quos nostro mendacio liberandos
putamus ab eis falsis in quibus errando fallūtur.

Mentienti non haberi fidem. Cap. IIII

Priscillianistæ tolerabilius mentiri quàm catholicum. Cap. V

Priſcillianiſta dicit, quod anima ſit pars dei, & e-
A iuſdē cuius eſt ille, naturę atq; ſubſtantiæ. Magna
hęc eſt & deteſtanda blaſphemia: Sequiť enim, ut
dei natura captiueť, decipiať, fallať, cōturbeť atq;
turpeť, damneť atq; crucieť. At ſi hoc & ille dicit,
qui de tanto malo liberare cupit hominē per men
daciū, uideamus quid interſit inter utrūq; blaſphe
mū. Plurimum, inquis, Nā hoc Priſcillianiſta dicit,
ita etiam credens: Catholicus aūt nō ita credens,
quāuis ita loquens. Ille ergo blaſphemat neſciēs,
iſte aūt ſciens: Ille cōtra ſcientiā, iſte cōtra cōſcien
tiā. Ille habet cæcitatē falſa ſentiendi, ſed in eis ha-
bet ſaltē uoluntatē uera dicēdi: iſte latēs uidet ue-
ra, & uolens loquiť falſa. Sed ille, inquies, hoc do-
cet ut erroris ſui faciat furoriſq; participes: iſte au-
tem hoc dicit, ut ab illo errore ac furore liberet ho
B mines. Iam quidē ſupra oſtēdi, quantū & hoc no-
ceat quod crediť profuturū. Verū interim ſi appē
damus in his duob. mala præſentia, quoniā bona
futura quę catholicus de corrigendo hæretico in-
quirit, incerta ſunt, quis peccat grauius? utrū qui
hominem decipit neſciēs, an qui deū blaſphemat
ſciēs? Profecto quid ſit peius, intelligit qui homi-
ni deū ſolicita pietate pręponit. Huc accedit, quia
ſi blaſphemandus eſt deus, ut ad eum laudādū ho-
mines adducamus: ꝓculdubio nō ſolū ad laudan-
dum, uerumetiā ad blaſphemandū deū, exemplo
& doctrina noſtra homines inuitamus: quoniam
quos ad dei laudes per dei blaſphemias molimur
adducere, uticq; ſi adduxerimus, nō ſolum lauda-
re diſcēt, uerumetiā blaſphemare. Hęc illis benefi
C cia cōferimus, quos nō ignorātes, ſed ſciēter blaſ-
phemādo ab hæreticis liberamus. Et cū Apoſto-
lus homines tradiderit etiam ipſi ſatanæ ut diſce-
1 Tim. 1 rēt nō blaſphemare: nos conamur homines erue-
re ſatanę, ut diſcāt nō per ignorantiā, ſed per ſcien
tiam blaſphemare: Nobiſq; ipſis magiſtris eorum
hoc tam magnū importamus exitiū, ut ꝓpter hæ-
reticos capiēdos prius efficiamur, quod certū eſt,
dei blaſphematores: quo poſſimus ꝓpter eos, q̄d
incertū eſt liberādos, ueritatis eius eſſe doctores.
Cū igiť blaſphemare deum doceamus noſtros, ut
eos Priſcillianiſtæ credant ſuos: uideamus quid
mali dicāt ipſi, qui propterea mentiunť ut eos no-
ſtros eſſe credamus: Anathematizāt Priſcillianū,
& ad noſtrū arbitriū deteſtanť: Dicūt animā crea-
D turā dei eſſe, nō partē: Execranť Priſcillianiſtarū
falſa martyria: Catholicos Epiſcopos à quib. illa
hęreſis nudata, oppugnata, ꝓſtrata eſt, magnis ef-
ferunt laudib. & cætera huiuſmodi. Ecce ipſi uera
dicūt quādo mentiunť, nō quo ſimul poſſit hoci-
pſum uerū eſſe quod mendū eſt, ſed in alio quādo
mētiunť, in alio uera dicūt. Quādo eñ noſtros ſe
eſſe mētiunť, de fide catholica uera dicūt: Ac per
hoc ipſi ne Priſcillianiſtę inueniantť, loquunť mē-
daciter uera, Nos aūt ut eos inueniamus, nō ſolū
mēdaciter loqmur ut ad illos pertinere credamur
ſed etiā falſa loquimur quæ ad illorū errorē perti-
nere cognouimus. Itaq; illi quando noſtri putari
uolunt, & falſum eſt ex parte, & uerū eſt ex parte
quod dicunt, Falſum eſt enim eos noſtros eſſe: ue-
A rum eſt autē, animā partem dei nō eſſe. Nos uero
quādo ad eos ꝑtinere putari uolumus, falſum eſt
utrunq; quod dicimus, & Priſcillianiſtas nos eſſe,
& animam partem dei eſſe. Illi itaq; deum laudāt,
non blaſphemant quando ſe occultant: & quādo
ſe non occultant, ſed ſua proferunt, blaſphemare
ſe neſciunt. Ideo ſi ad fidem catholicam cōuertan
tur, conſolanť ſemetipſos, quia poſſunt dicere q̄d
Apoſtolus, Qui cū inter cętera dixiſſet, Prius fui 1 Tim. 1
blaſphemus, miſericordiā, inquit, cōſecutus ſum,
quia ignorās feci. Nos cōtra, ut ſe nobis aperiant,
ſi hoc quaſi iuſtum mendacium fallendis eis capi-
endiſq; proferimus, profecto ad blaſphematores
Priſcillianiſtas nos pertinere dicimus, & ut nobis
credant, ſine excuſatione ignorantiæ blaſphema-
mus, Neq; eñ catholicus qui blaſphemando uult
B hæreticus credi, poteſt dicere, ignorās feci. Sem *Modus inquirendi et cauendi hæreticos* *Cap. VI*
per frater in talibus cauſis cum timore recolendū
eſt, Quicūq; me negauerit coram hominibus, ne-
gabo eum coram patre meo qui in cœlis eſt. An *Mat. 10*
uero Chriſtū corā hominibus non negat, qui eum
corā Priſcillianiſtis negat, ut eos latentes blaſphe-
mo mendacio nudet & capiat? Quis aūt dubitat
obſecro te, negari Chriſtū, cum ſicuti eſt uerus, ita
non eſſe dicitur: & ſicut eum Priſcillianiſta credit,
ita eſſe dicitur? Sed occultos lupos inquies in- *Obiectio*
dutos pellibus ouium, & dominicum gregem la- *Mat. 7*
tenter grauiterq; uaſtātes, aliter inuenire nō poſ-
ſumus. Vnde ergo innotuerunt Priſcillianiſtę, pri *Reſponſio*
uſquam huius mendacij fuiſſet excogitata uena-
tio? Vnde ad ipſius autoris illorum, profecto aſtu
C tioris, & ideo tectioris cubile peruentū eſt: unde
tot tantiq; manifeſtati atq; damnati, & cęteri innu
merabiles partim correcti, partim uelut correcti,
& in Eccleſia miſerante collecti ſunt. Multas eñ
uias dat dominus quādo miſeretur, quibus ad eo-
rum perueniatur indaginē. Quarum duę ſunt alijs
faciliores, ut uel ab eis quos ſeducere uoluerunt,
aut ab eis quos iam ſeduxerant reſipiſcentib. con
uerſiſq; monſtrenť. Quod facilius fit, ſi nepharius
eorum error, non mendacibus captationibus, ſed
ueracibus diſputationib. euertať. Quibus conſcri
bendis operam te oportet impendere, quoniam
dominus donauit ut poſsis: quæ ſcripta ſalubria,
quibus eorum peruerſitas inſana deſtruiť, cū ma-
gis magiſq; innotuerint, & à catholicis uel anti-
D ſtitibus qui loquunť in populis, uel à quibuſq; ſtu
dioſis zelo dei plenis, fuerint uſquequaq; diffuſa,
hæc erunt ſancta retia quibus capiātur ueraciter,
non mendaciter inquiranť. Sic enim capti, aut ul-
tro quid fuerint fatebunť, & alios quos in ſua ma-
la ſocietate nouerunť, uel cōcorditer corrigēt, uel
miſericorditer prodent: Aut ſi eos pudebit fateri,
quod diuturna ſimulatione texerunt, occulta dei
manu medicāte ſanabunť. Sed multo facilius, in- *Ratio pro mendacio* *Confutatio*
quies, eorū latibula penetramus, ſi quod ſunt nos
eſſe mētiamur. Hoc ſi liceret aut expediret, potuit
Chriſtus pręcipere ouibus ſuis, ut lupinis amictæ
pellibus ad lupos uenirēt, & eos huius artis falla-
cijs inuenirēt. Quod eis non dixit, nec quādo eas *Mat. 10*
in mediū luporū ſe miſſurum eſſe prædixit. Sed *Obiectio*
dicea

dices, Non erant tunc inquirēdi, cū essent apertissimi lupi, sed eorū morsus & sæuitia preferenda. A

Responsio Quid cū tempora posteriora prænuncians, in uestitu ouiū dixit rapaces lupos esse uēturos? Nōne ibi erat locus ut hæc moneret & diceret: & uos ut eos inueniatis, assumite uestitum luporū, intrinsecus aūt oues manete? Non hoc ait: Sed cum di-

Matth.7 xisset: Multi ad uos uenient in uestitu ouiū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: nō addidit, ex mendacijs uestris: sed, ex fructibus eorum cognoscetis eos. Veritate sunt cauēda, ueritate capiēda, ueritate occidenda mendacia. Absit ut blasphemias ignorantiū, sciēter blasphemādo uincamus. Absit ut mala fallaciū imitādo caueamus. Quomodo enim cauebimus, si ut caueamus habebimus? Si enim ut capiat qui blasphemat nesciens, blasphemabo sciēs, peius est quod ago q̄ quod capio. Si ut inueniatur qui Christū negat nesciēs, ego Christum negabo sciēs, ad perditionem me secuturus est quē sic inuenero: siquidem ut illum inueniam, prior pereo. An forte q eo modo Priscillianistas inuenire molitur, ideo non negat Christum, quia ore depromit quod corde non credit: quasi uero

Rom.10 quod & paulo ante iam dixi, cū dictū esset, Corde creditur ad iustitiā: incassum est additū, ore cōfessio fit ad salutē. Nōnne penè omnes qui Christum corā persecutorib. negauerūt, quod de illo credebant, corde tenuerūt, & tamen ore ad salutem nō cōfitendo perierūt, nisi qui per pœnitentiā reuixerunt? Quis ita euanescat ut existimet Apostolum Petrū hoc habuisse in corde quod in ore, quando

Matth.26 Christū negauit? Nempe in illa negatiōe intus ueritatē tenebat, & foris mendaciū proferebat. Cur C ergo lachrymis diluit quod ore negauerat, si saluti sufficiebat quod corde credebat? Cur loquens in corde suo ueritatē, tā amaro fletu puniuit mendaciū quod ore deprōpsit: nisi quia magnā uidit esse perniciē, q corde quidem credidit ad iustitiā, sed ore non cōfessus est ad salutē? Qua propter il-

Psal.14 lud quod scriptū est: Qui loquitur ueritatē in corde suo: nō sic accipiendū est, quasi retēta in corde ueritate, loquendū sit in ore mendaciū. Sed ideo dictum est, quia fieri potest ut loquatur quisq ore ueritatē, quæ nihil ei prosit si eam in corde nō teneat: id est, si quod loquitur ipse non credat: sicut hæretici, maximeq ijdem Priscillianistæ faciunt, cum catholicā ueritatē non quidē credunt, sed tamen loquūtur, ut nostri esse credantur. Loquunē D ergo ueritatē in ore suo, nō in corde suo. Propterea distinguendi erant ab illo de quo dictū est: Qui loquitur ueritatē in corde suo: Hanc autem ueritatem catholicus sicut in corde loquit, quia ita credit, ita & in ore debet, ut ita prædicet. Contra istā uero nec in corde nec in ore habeat falsitatē, ut & corde credat ad iustitiā, & ore cōfessionem faciat ad salutē. Nam & in illo Psalmo cum dictū esset, Qui loquitur ueritatē in corde suo: mox etiā hoc additum est: Qui nō egit dolum in lingua sua. Et

Ephes.4 illud quod Apostolus ait: Depōnētes mendaciū, loquimini ueritatē unusquisq cum proximo suo; quia sumus inuicem mēbra: absit ut sic intelliga-

mus tanq loqui mendacium permiserit cum eis qui non sint nobiscum membra corporis Christi. Sed ideo dictum est, quia unusquisq nostrū hoc debet quemq deputare quod eum uult fieri, etiā si nondum factus est, sicut dominus alienigenam Samaritanū proximū eius ostendit cum quo mise- *Luc.10* ricordiam fecit. Proximus ergo habendus est, nō alienus, cum quo id agendū est, ne remaneat alienus. Et si propter id quod nondū est fidei nostræ sacramentiq particeps factus, aliqua illi occultanda sunt uera, nō tamen ideo dicēda sunt falsa. Fuerunt enim etiā temporibus Apostolorū, qui ueritatem nō ueraciter, id est, nō ueraci animo prædicarent, quos dicit Apostolus Christū annunciasse *Phil.1* non caste, sed per inuidiā & contentionē. Ac per *Confutatio mendacij* hoc etiam tunc nōnulli tolerati sunt annūciantes nō casto animo ueritatem, nō tamen ulli laudati B sunt, tanq annunciantes casto animo falsitatem. Denique de illis dicit, Siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Nullo modo autē diceret, ut postea Christus annuncieē, prius negeē. Quocirca multis quidem modis possunt latentes hæretici uestigari, nec catholica fide uituperata, nec hæretica impietate laudata. Sed & si aliter om- *Ne boni quidē causa peccandum. Cap. VII* nino non posset educi de cauernis suis hæretica impietas, nisi à tramite ueritatis lingua catholica deuiaret, tolerabilius illa occultaretur, quàm ista præcipitaretur. Tolerabilius in suis foueis delitescerent uulpes, q propter illas capiendas in blasphemiæ foueam caderēt uenatores. Tolerabilius perfidia Priscillianistarū ueritatis uelamine tegeretur, q fides catholica, ne à Priscillianistis mentientibus laudaretur, à catholicis credentib. negaretur. Nam si propterea iusta sunt nō qualiacūq, sed blasphema mendacia, quia hoc animo fiunt ut occulti hæretici detegātur, poterunt isto modo si eodē animo fiāt, casta esse adulteria. Quid si enim *Confutatio mendacij* ex numero Priscillianistarū impudicarum aliqua fœmina, injiciat oculum in catholicū Ioseph, eiq promittat proditūram se latebras eorum, si ab illo impetrauerit stuprū, certumq sit eā si ei cōsensum fuerit, quod pollicita est impleturā, faciendum ne censebimus, an intelligemus nequaquā tali pretio merces eiusmodi cōparandas? Cur ergo non eruimus capiēdos hæreticos carne in adulterium defluēte, & eruendos putamus ore in blasphemiā fornicante? Aut enim licebit utrunq pari ratione defendere, ut ideo hæc non esse dicantur iniusta, quia ea facta sunt intētione qua deprehenderenē iniusti: aut si sana doctrina nec propter inueniendos hæreticos uult nos cū fœminis impudicis saltem corpore, nō mente misceri, profecto nec propter inueniēdos hæreticos uult à nobis saltē uoce nō mēte, aut immundā hæresim prædicari, aut castam catholicā blasphemari. Quia & ipsum mētis imperiū, cui debet omis inferior motus hominis obedire, digno nō carebit opprobrio, quando fit quod fieri nō oportet, seu mēbro seu uerbo. Quāquā etiā cū uerbo fit, mēbro fit: quoniā lingua mēbrum est qua fit uerbū. Nec ullū factum nostrum mēbro ullo patitur, nisi quod prius corde cōcipi-

 tur

tur, uel potius intus cogitãdo & cõsentiendo iam partũ, foras ædit ur faciẽdo per mẽbrum. Nõ itaq; animus à facto excusat̃, quãdo dicit̃ aliquid non ex animo fieri, quod tamen nõ fieret, nisi animus faciendũ esse decerneret. Interest quidẽ plurimũ, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea, quæ cõstat esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine, nulla uelut bona intentione faciẽda sunt. Ea quippe opera hominũ, sicut causas habuerint bonas seu malas, nunc sunt bona, nũc mala, quæ non sunt per seipsa peccata. Sicut uictũ præbere pauperib. bonum opus est, si fit causa misericordiæ cũ recta fide. Sicut cõcubitus cõiugalis, quãdo fit causa generandi, si ea fide fiat ut gignant̃ regenerandi. Hæc atq; huiusmodi secundum suas causas opera sunt bona uel mala, quia eadẽ ipsa si habeant malas causas, in peccata uertũtur. Velut si iactantiæ causa pauper pascitur: aut lasciuiæ causa cũ uxore concumbit̃: aut filij generant̃, nõ ut deo sed ut diabolo nutriantur. Cum uero iã opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, uel cætera talia: quis est qui dicat causis bonis esse facienda, ut uel peccata non sint, uel qđ est absurdius iusta peccata sint? Quis est qui dicat, ut habeamus quod demus pauperibus, faciamus furta diuitibus, aut testimonia falsa uẽdamus, maxime si nõ inde innocentes læduntur, sed nocẽtes potius dãnaturis iudicib. eruuntur? Duo enim bona fiũt huius uẽditione mẽdacij, ut & pecunia sumatur unde inops alatur, & iudex fallat̃, ne homo puniat̃. Testamẽta etiã si possumus, cur nõ uera supprimimus, & falsa supponimus: ut hęreditates uel legata nõ habeãt indigni, q nihil ex eis operant̃ boni, sed hi potius à quib. esuriẽtes pascũtur, nudi uestiunt̃, peregrini suscipiunt̃, captiui redimunt̃: Ecclesiæ construunt̃? Cur enim non fiant illa mala, ꝓpter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala? Iam uero si aliquæ immũdæ & diuites fœminæ uideant̃ amatores & strupatores suos insuper ditaturæ, cur non & has partes atq; artes suscipiat uir misericors, quibus pro tam bona causa utat̃, ut habeat unde indigentibus largiatur: nec audiat Apostolũ dicentẽ: Qui furabatur iam nõ furetur, magis aũt laboret operãs manibus suis, quod bonũ est, ut habeat unde tribuat cui opus est. Siquidem non solũ ipsum furtũ, uerumetiam falsum testimoniũ & adulteriũ, & omne opus malũ non erit malum, sed bonũ, si ea causa perpetretur ut sit unde fiat bonũ. Quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesq; conatur mores legesq; subuertere? Quod enim sceleratissimũ facinus, quod turpissimũ flagitiũ, quod impijssimũ sacrilegium nõ dicatur posse fieri recte atq; iuste: nec impune tantũ, uerũetiã gloriose, ut in eo perpetrando, nõ solũ supplicia nulla timeant̃, sed sperentur & præmia: si semel cõcesserimus in omnibus malis operib. hominũ, ideo non quid fiat, sed quare fiat esse quærendũ, ut quęcunq; propter bonas causas facta inueniunt̃, nec ipsa mala esse iudicentur. At si iustitia merito punit furem, etiã qui dixerit & ostenderit ideo se subtraxisse superflua

A

B

Ephes.4

diuiti, ut præberet necessaria pauperi, si merito punit falsariũ, etiã qui se ideo testamentũ alienũ corrupisse docuerit, ut ille heres esset q factur us inde fuerat eleemosynas largas, non ille qui nullas: si merito punit adulterum, etiã qui demonstrauerit misericordia se fecisse adulteriũ, ut per illam cum qua fecit, de morte hominem liberaret: postremo ut ad rẽ de qua quæstio est propius accedamus, si merito punit eũ qui fœminæ alicui Priscillianistarum turpitudinis cõsciæ, propterea se adulterino cõcubitu miscuit, ut ad eorum latebras perueniret: obsecro te, cũ dicat Apostolus: Ne exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, & ideo nec manus, nec corporis genitalia, nec alia membra flagitijs exhibere debeamus, ut Priscillianistas inuenire possimus: quid nos lingua, quid totũ os nostrũ, quid organũ uocis offendit, ut hæc exhibeamus arma peccato: tãtoq; peccato, ubi deum nostrũ ut Priscillianistas apprehẽsos ab ignorãtię blasphemijs seruemus, sine excusatiõe ignorãtiæ blasphememus? Dicet aliquis, Ergo æquãdus est fur quilibet, ei furi qui misericordię uoluntate furatur? Quis hoc dixerit? Sed horũ duorum non ideo est quisquam bonus, quia peior est unus, Peior est enim qui cõcupiscẽdo, q̃ qui miserãdo furatur. Sed si furtũ omne peccatũ est, ab omni furto est abstinendũ. Quis enim dicat esse peccãdũ, etiamsi aliud sit dãnabile, aliud ueniale peccatũ? Nunc aũt quęrimus, si hoc aut illud quisq; fecerit, quis nõ peccauit, siue peccauit: non quis grauius leuiusue peccauit. Nam & ipsa furta leuius utiq; putãtur lege q̃ stupra. Sunt aũt utraq; peccata, q̃uis alia leuiora, alia grauiora: ita ut leuius habeatur furtum quod concupiscendo, q̃ stuprũ quod subueniendo cõmittitur. In suo quippe genere alijs eiusdem generis peccatis leuiora fiũt, quę bono animo uidentur admitti, cum tamen & ipsa alterius generis peccatis, ipso suo genere leuiorib. inueniantur esse grauiora. Grauius est enim auaritia, q̃ misericordia furtum facere. Itemq; stuprum grauius est luxuria, q̃ misericordia perpetrare: & tamen grauius est adulterare misericordia q̃ furari auaritia. Neq; nunc agitur quid sit leuius siue grauius, sed quæ sint peccata uel non sint. Nemo enim dixerit debuisse peccare ubi cõstat esse peccatũ: sed debere dicimus si ita uel ita peccatũ est, ignosci uel nõ ignosci. Verũ quod fatendũ est, ita humanos animos quædã cõpensatiua peccata perturbãt, ut etiam putent̃ debere laudari, ac potius recte facta dicant̃. Quis ẽm dubitet esse grande peccatum, si pater filias suas prostituat fornicationibus impiorum? Et tamen extitit causa qua hoc uir iustus debere se facere existimaret, quando Sodomitæ nefario libidinis impetu hospitib. eius irruebant. Ait enim: Sunt mihi duæ filię quæ non cognouerunt uirum, producam illas ad uos, & utimini eis quomodo placuerit uobis, tantum in uiros istos ne faciatis iniquum, propterea quia intrauerunt sub tectum tignorũ meorũ. Quid hic dicemus? Nonne ita scelus quod Sodomitæ hospitibus illius uiri iusti facere conabantur, horremus

Rom.6

Nam leuiter peccandum. Cap.VIII

C

D

Nemini leuiter peccandũ ob uitandum alienum peccatum grauius. Ca.IX

Gen.19

mus,ut quicquid fieret ne hoc fieret, arbitremur A fuisse faciendũ? Mouet etiã maxime persona facientis,quæ merito iustitię liberabatur à Sodomis: ut quoniã minus malũ est fœminas ꝗ uiros perpeti stuprũ,etiã hoc ad iustitiam iusti illius pertinuisse dicatur, ꝙ in filiabus hoc maluit fieri ꝗ in hospitibus suis, non tantũ id uolens animo, uerũ & offerens uerbo:& si illi assensi fuissent,impleturus & facto.Sed si hãc peccatis aperimus uiam,ut cõmittamus minora ne alij maiora cõmittant, lato limite,imò nullo limite,sed cõuulsis & remotis omnib.terminis infinito spatio cuncta intrabunt atq; regnabunt.Quando enim fuerit definitũ peccandũ esse homini minus,ne alius peccet amplius profecto & furtis nostris stupra cauebuntur aliena,& incesta stupris:& si qua impietas uisa fuerit B etiã peior incestis, incesta quoq; facienda dicenť à nobis,si eo modo agi potuerint, ut illa impietas nõ cõmittatur ab alijs: & in singulis quibusq; generibus peccatorũ,& furta pro furtis, & stupra ꝑ stupris,& incesta pro incestis, & sacrilegia pro sacrilegijs facienda putabuntur,nostra pro alienis: nõ solũ minora pro maioribus,uerũetiam si & ad ipsa summa & pessima ueniatur, pauciora ꝑ pluribus:si se ita rerũ uerset incursus,ut aliter alij non se abstineant à peccatis,nisi minus aliquanto, sed tamẽ peccantibus nobis: ita ut omnino ibi dixerit inimicus qui habuerit huiusmodi potestatem, nisi tu sceleratus fueris, ego sceleratior ero: aut nisi tu hoc scelus feceris,ego talia plura faciã:scelus nobis uideamur admittere, si uelimus ab scelere tẽperare. C Hoc sapere qd est aliud nisi desipere,uel potius insanire? A mea quippe iniquitate, nõ ab aliena,siue in me,siue in alijs perpetrata,mihi est cauẽda dãnatio. Ezech. 18 Anima enim quæ peccauerit,ipsa morieť.Si ergo peccare, ne grauius uel in nos uel in quoslibet alij peccẽt, proculdubio nõ debemus,cõsiderandũ est in eo quod fecit Loth, utrũ exẽplũ sit quod imitari,an potius quod uitare debeamus. Magis enim uideť intuendũ & notandũ,cũ tã horrendũ malũ ex impietate flagitiosissima Sodomitarũ suis impenderet hospitibus, quod cuperet depellere nec ualeret: sic etiã iusti animũ potuisse turbari, ut uellet facere quod nõ humani timoris nebulosa tẽpestas,sed diuini iuris trãquilla serenitas,si consulatur,à nobis faciendũ D non esse clamabit: & iubebit potius ut sic nostra peccata caueamus, ne ullorũ prorsus alienorum peccatorũ timore peccemus. Aliena quippe ille uir iustus timẽdo peccata,quæ nisi cõsentiẽtes inquinare nõ possunt, perturbatus nõ attendit suũ, quo uoluit subdere filias libidinib. impiorũ. Hæc quãdo in scripturis sanctis legimus, nõ ideo quia facta credimus etiã facienda credamus, ne uiolemus præcepta,dum passim sectamur exẽpla. 1. Reg. 25 An uero quia iurauit Dauid se occisurum esse Nabal, & clementi cõsideratione nõ fecit, propterea illũ imitandum esse dicemus, ut temere iuremus nos esse facturos,quod non esse faciendum postea uideamus? Sed sicut illũ timor ut prostituere filias uellet,sic istũ ut temere iuraret, ira turbauit. Deniq; si de ambobus interrogando ut dicerent, cur hæc fecerint,fas nobis esset inquirere, posset ille respondere: Timor & tremor uenerũt super me, & cõtexerunt me tenebræ: posset etiã dicere iste, Psal. 54 Turbatus est præ ira oculus meus: ut non miraremur uel illum in timoris tenebris,uel istum oculo Psal. 6 turbato nõ uidisse quod uidendũ fuit,ne facerent quod faciendũ non fuit.Et sancto quidem Dauid iustius dici potuit,ꝙ nec irasci debuerit: ꝗuis ingrato & reddenti mala pro bonis:Sed & si ut homini ira subrepsit, nõ utiq; tantũ debuit præualere,ut se facturum iuraret,quod aut sæuiendo faceret,aut peierando non faceret.Illi aũt inter libidinosas insanias Sodomitarũ cõstituto, quis auderet dicere,etiam si tui hospites in tua domo, quò B eos intrare humanitate uiolentissima compulisti, ab impudicis apprehẽsi & oppressi muliebria patiantur,nihil timeas,nihil cures, non expauescas, non horrescas,nõ contremiscas. Quis hæc uel illorum sceleratorũ socius hospiti pio dicere auderet? Sed planè rectissime diceret: Age quicquid potes,ne fiat quod merito times. Sed nõ te timor iste compellat,ut facias quod in se filiæ tuæ fieri si uoluerint,faciẽt cum Sodomitis te autore nequitiam,si aũt noluerint, patiẽtur à Sodomitis te autore uiolentiã. Noli facere magnum scelus tuum, dum magis horrescis alienũ. Quãtumlibet enim distet inter tuũ & alienũ,hoc erit tuum, illud alienum. Nisi forte pro defensione huius uiti in eas se quispiã coarctet angustias,ut dicat, quoniã acC cipere ꝗ facere præstat iniuriã, hospites autẽ illi nõ erant utiq; facturi iniuriam sed passuri, maluit uir iustus filias suas iniuriam pati quàm hospites suos,eo iure quo filiarũ dominus erat, & nouerat non eas peccare si id fieret, quia peccantes potius quibus nõ consentirent,sine peccato proprio sustinerent.Deniq; nõ seipsæ stuprãdas quãuis pro masculis fœminas pro illis hospitibus obtulerũt, ne reas eas faceret nõ perpessio libidinis alienæ, sed suæ cõsensio uoluntatis.Nec pater earum hoc in se fieri permittebat,cum hoc facere conarentur quibus hospites nõ prodebat, quãuis minus mali esset quod in uno,ꝗ si fieret in duobus.Sed quantum poterat resistebat,ne ipsum quoq; ullus proprius macularet assensus, quem libidinosus furor D etiã si præualuisset corporis uiribus, tamẽ nõ consentientẽ non maculasset alienus. In filiabus autẽ non peccantibus nec ipse peccabat, quia non eas peccare si opprimerẽť inuitæ, sed peccantes ferre faciebat: tãquam si ab improbis ut sui serui cæderenť offerret,ne hospites eius paterentur cædis iniuriã. De qua re non disputabo, quia longũ est, utrũ uel dominus iure suæ potestatis recte sic utatur in seruo,ut seruum suũ cædi faciat innocentẽ, ne amicus eius etiã ipse innocens,in domo eius à uiolentis improbis uapulet. Sed certe Dauid nullo modo recte dicitur iurare debuisse se esse facturũ,quod postea cerneret se facere nõ debere. Vnde cõstat,ꝙ non omnia quæ à sanctis uel iustis uiris legimus facta,trãsferre debemus in mores:sed etiam hinc discere ꝗ late pateat, & ad quos usq;

peruenia

Gal.6 perueniat quod Apoſtolus ait: Fratres,& ſi præ-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto,uos qui
ſpiritales eſtis,inſtruite huiuſmodi in ſpiritu leni-
tatis,intẽdens teipſum ne & tu tẽteris.Pręoccupa
tiones enim ſunt iſtę in quibus delinquiť,dũ quid
faciendũ ſit aut ad horã nõ uideť,aut & qui uide-
rit uincitur, ut ſcilicet fiat peccatũ, cum uel latet
De tropis ſacræ ſcripturæ intelligendis. Cap.X uerítas,uel cõpellit infirmitas. In omnibus aũt
actibus noſtris maxime etiã bonos turbant com-
penſatiua peccata, ita ut nec peccata exiſtimẽtur
ſi habeãt tales cauſas propter quas fiant,& in qui-
bus uideatur peccari potius ſi non fiant.Et præci-
pue de mendacijs hoc in hominũ opinione præ-
ualuit,ut peccata non puteņ illa mẽdacia, quin-
imo & recte facta eſſe credãtur,quando quiſq; ꝓ
eius cui falli expedit utilitate mentiť: aut ne alijs
noceat qui nociturus uidetur,niſi mendacijs eui-
retur.Ad hęc mendaciorum genera defendenda,
plurima de ſcripturis ſanctis ſuffragari putantur
exempla.Nõ aũt hoc eſt occultare ueritatem, qđ
eſt proferre mendaciũ. Quãuis enim omnis qui
mẽtitur uelit celare quod uerũ eſt,nõ tamen om-
nis qui uult quod uerũ eſt celare mentiť.Pleruncq;
enim uera nõ mentiendo occultamus, ſed tacen-
Ioan.16 do.Neq; enim mentitus eſt dñs,ubi ait: Multa ha
beo uobis dicere,ſed nõ poteſtis illa portare mo-
do.Vera tacuit,non falſa locutus eſt, quibus ueris
audiendis eos minus idoneos iudicauit. Quod ſi
eis hoc ipſum non indicaſſet,id eſt,non eos poſſe
portare quæ dicere noluit,occultaret quidem ni-
hilominus aliqd ueritatis,ſed poſſe hoc recte fieri
forſitan neſciremus,aut nõ tanto firmaremur exẽ
plo. Vnde qui aſſerunt aliquãdo eſſe mentiendũ,
nõ conuenienter cõmemorant Abraham hoc fe-
Gen.20 ciſſe de Sara,quã ſororẽ ſuam dixit: Non enim di
xit,nõ eſt uxor mea:ſed dixit ſoror mea eſt:ꝙ erat
reuera tam propinqua genere,ut ſoror nõ menda
citer diceretur. Quod & poſtea iam ſibi ab illo q
abduxerat ea reddita cõfirmauit, reſpondens illi
& dicens:Eſt uere ſoror mea de patre, nõ de ma-
tre:hoc eſt de paterno genere,nõ de materno. A-
liquid ergo ueri tacuit,nõ falſi aliquid dixit, quã-
do tacuit uxorẽ,dixit ſororẽ.Hoc & filius eius fe-
Gen.26 cit Iſaac. Nã & ipſum nouimus propinquã ſuam
cõiugem fuiſſe ſortitũ. Non eſt ergo mendacium
cum ſilendo abſcõditur uerum, ſed cum loquẽdo
Gen.27 promitur falſum. Iacob aũt quod matre fecit au-
Tropi nõ ſunt mendacia tore,ut patrẽ fallere uideretur, ſi diligẽter & fide-
liter attẽdatur,nõ eſt mendacium,ſed myſterium.
Quæ ſi mẽdacia dixerimus,omnes etiã parabolæ
ac figuræ ſignificandarũ quarũcunq; rerum, quæ
nõ ad proprietatẽ accipiendę ſunt,ſed in eis aliud
ex alio eſt intelligẽdum, dicentur eſſe mendacia.
Quod abſit omnino:Nam qui hoc putat,tropicis
etiã tam multis locutionib.omnibus poteſt hanc
importare calumniã,ita ut hæc ipſa quæ appellať
metaphora, hoc eſt de re ꝓpria ad rem non pro-
Metaphora priã uerbi alicuius uſurpata tranſlatio, poſſit iſta
ratione mendaciũ nuncupari.Cum enim dicimus
fluctuare ſegetes,gẽmare uites, floridã iuuẽtutẽ,
niueã caniciẽ,proculdubio fluctus,gẽmas, florẽ,
niuẽ,quia in his reb.non inuenimus, in quas hæc
A uerba aliunde trãſtulimus,ab iſtis mendacia puta
buntur.Et petra Chriſtus,& cor lapideũ Iudęorũ.
Item leo Chriſtus,& leo diabolus, & innumerabi
lia talia diceņ eſſe mendacia. Quid ꝙ hæc tropi-
ca locutio uſq; ad eam peruenit quæ appellať An
tiphraſis,ut dicať abundare quod non eſt:dicatur Antiphraſis
dulce quod acidũ eſt,lucus quod non luceat,Par-
cæ quod non parcant: Vnde illud eſt in ſcripturis
ſanctis:Si non in faciẽ benedixerit tibi,quod dia- Iob 1
bolus ait domino de ſancto Iob:& intelligiť ma-
ledixerit.Quo uerbo & Nabuthei fictũ crimen à 3.Reg.21
calũniantib.nominatũ eſt. Dictum eſt enim ꝙ be
nedixerit regi:hoc eſt,maledixerit.Hi omnes mo
di locutionũ mendacia putabuntur, ſi locutio uel
actio figurata in mendacio deputabitur.Si aũt nõ
eſt mendaciũ,quando ad intelligentiã ueritatis a-
B liud ex alio ſignificantia referuņ, profecto nõ ſo
lum id quod fecit aut dixit Iacob patri ut benedi- Gen.27
ceretur,ſed neq; illud quod Ioſeph uelut illuden-
dis locutus eſt fratrib.neq; ꝙ Dauid ſimulauit in- 1.Reg.21
ſaniã,nec cætera huiuſmodi mendacia iudicanda
ſunt,ſed locutiones actionesq; Propheticæ ad ea
quæ uera ſunt intelligẽda referẽdę.Quæ ꝓpterea Tropi in ſcripturis quare
figuratis uelut amictib.obteguņ, ut ſenſum pie
quęrentis exerceãt,& ne nuda ac prõpta uileſcãt.
Quãuis quæ alijs locis aperte ac manifeſte dicta
didicimus,cũ ea ipſa de abditis eruũtur, in noſtra
quodãmodo cognitione renouãtur, & renouata
dulceſcũt.Nec inuideņ diſcentibus ꝙ his modis
obſcuraņ:ſed cõmendantur magis:ut quaſi ſub-
tracta deſidereņ ardẽtius,& inueniaņ deſidera-
C ta iocũdius.Tamẽ uera nõ falſa dicuņ, quoniam
uera nõ falſa ſignificaņ,ſeu uerbo ſeu facto. Quę
ſignificantur enim,utiq; ipſa dicuntur:Putaņ aũt
mendacia,quoniã non ea quæ uere ſignificantur,
dicta intelligũtur, ſed ea quæ falſa ſunt, dicta eſſe
credũtur.Hoc ut exẽplis fiat planius, idipſum qđ
Iacob fecit,attẽde:Hædinis certe pellibus mẽbra Gen.27
cõtexit.Si cauſam proximam requiramus, mẽti-
tum putabimus. Hoc enim fecit ut putaretur eſſe
qui non erat.Si aũt hoc factũ ad illud ꝓpter quod
ſignificandũ reuera factũ eſt referať, per hædinas
pelles peccata,per eũ uero qui eis ſe operuit, ille
ſignificatus eſt qui nõ ſua,ſed aliena peccata por-
tauit. Verax ergo ſignificatio nullo modo mẽda-
ciũ recte dici poteſt. Vt aũt in facto, ita & in uer-
D bo.Nã cum ei pater dixiſſet:Quis es tu fili? Ille re-
ſpõdit:Ego ſum Eſau primogenitus tuus. Hoc ſi
referať ad duos illos geminos,mendaciũ uidebiť.
Si aũt ad illud ꝓpter quod ſignificandũ iſta geſta
dictaq; cõſcripta ſunt,ille eſt hic intelligendus in
corpore ſuo qđ eſt eius Eccleſia,qui de hac re lo-
quẽs,ait:Cũ uideritis Abrahã & Iſaac & Iacob,& Luc.13
omnes Prophetas in regno dei:uos aũt expelli fo
ras.Et ueniẽt ab Oriẽte & Occidẽte & Aquilone
& Auſtro,& accũbent in regno dei.Et, ecce ſunt
nouiſſimi qui erãt primi,& ſunt primi qui erãt no
uiſſimi. Sic eñ quodãmodo minor maioris pri-
matũ frater abſtulit atq; in ſe trãſtulit fratris.Cum
igiť tam uera tamq; ſignificeņ ueraciter,quid hic
debet

debet putari factũ dictúmue mendaciter? Cũ em̃ quæ significant, nõ utiq; non sunt in ueritate, sed sunt, seu præterita seu præsentia seu futura, ꝑculdubio uera significatio est nullumq; mendacium. Sed nimis longũ est in hac significatione Prophetica enucleate cuncta rimari, in quibus palmã ueritas habet, quia ut significando prænũciata sunt, ita cõsequẽdo claruerũt.

Quomodo disputandum cum Priscillianistis & mendaciorum patronis. Cap. XI

Neq; id isto sermone suscepi, quod ad te magis pertinet qui Priscillianistarũ latebras aperuisti, quantũ ad eorum attinet dogmata falsa atq; peruersa: ne ita inuestigata uideanť quasi docenda fuerint, & nõ redarguenda: Magis ergo fac ut expugnata iaceant, quæ fecisti ut prodita pateant. Ne dum uolumus ad indaginem hominũ fallaciũ peruenire, ipsas falsitates sinamus tanq; insuperabiles permanere: cũ potius debeamus & in latentiũ cordib. destruere falsitates, q̃ parcẽdo falsitatib. inuenire fallaces. Porrò inter illa dogmata eorũ, quæ subuertenda sunt, etiam hoc est utiq;, quod dogmatizant, ad occultãdam religionẽ, religiosos debere mentiri intantum, ut non solũ de alijs rebus ad doctrinam religionis nõ pertinẽtibus, sed de ipsa quoq; religione mentiẽdum sit, ne patescat alienis: ut uidelicet negandus sit Christus, quo possit inter inimicos suos latere Christianus. Etiã hoc, obsecro te, dogma impium nefariumq; subuerte, propter quod astruendũ argumentãtes de scripturis colligũt testimonia, quibus uideanť nõ solũ ignoscenda uel toleranda, uerũ & honorãda mendacia. Ad te igitur pertinet sectã detestabilẽ cũ refellis, sic accipienda monstrare ista testimonia scripturarũ, ut uel doceas nõ esse quæ putantur esse mendacia, si eo modo intelligantur quo intelligẽda sunt: uel imitanda nõ esse etiã quæ manifestũ est esse mendacia: uel certè ad extremũ de his saltẽ rebus quę ad doctrinam religionis pertinent, nullo modo esse mẽtiendum. Sic enim uere funditus euertuntur, dum euertitur ubi delitescũt: ut eo ipso minime sectandi, & maxime cauendi iudicentur, quo se ad occultandã hæresim suã profitẽtur esse mẽdaces. Hoc in eis est primitus expugnandũ, hoc eorũ uelut idoneum munimentũ ueritatis ictibus feriendum atq; deijciendũ. Nec eis q̃uã nõ habent, alia latebra quò cõfugiant est præbenda: ut si forte ab his produnť quos conati fuerint seducere nec potuerint, dicant: Tentare illos uoluimus: quoniam nos prudentes catholici docuerunt ad inueniendos hęreticos id esse faciendũ. Sed aliquãto commendatius oportet ut dicã, cur ista mihi uideatur tripartita ratio disputãdi, aduersus eos qui patronas mendacijs suis uolunt adhibere diuinas scripturas: ut prius ostendamus nonnulla quæ ibi putantur esse mendacia, nõ esse quod putãtur, si recte intelliganť. Deinde si qua ibi mendacia manifesta sunt, imitanda nõ esse. Tertiò contra omnes omnium opiniones, quibus uidetur ad uiri boni officiũ pertinere aliquando mentiri, omnimodo tenẽdum, in doctrina religionis nullo modo esse mentiendum: Hæc enim tria ibi exequenda paulò ante commendaui, & quodammodo iniunxi.

Non esse mendacia quæ putãtur in sacris literis. XII

Ad ostendenda ergo quædam quæ putãtur in A scripturis esse mendacia, non ea esse quod putantur si recte intelligantur, non tibi parum aduersus istos ualere uideatur, q̃ nõ de Apostolicis, sed de Propheticis literis inueniũt uelut exempla mentiendi. Illa quippe omnia quæ nominatim cõmemorant ubi sit quisq; mẽtitus, in eis libris legũtur in quibus non solũ dicta, uerũ etiam facta multa figurata cõscripta sunt, quia & figurate gesta sunt. In figuris aũt quod uelut mendaciũ dicitur, bene intellectũ, uerum inuenitur. Apostoli uero in epistolis suis aliter locuti sunt, aliterq; cõscripti actus Apostolorũ, iam uidelicet reuelato testamẽto nouo, quod illis figuris Propheticis uelabatur. Deniq; in tot epistolis Apostolicis, atq; in ipso tã grãdi libro in quo actus eorũ canonica ueritate nar- B rantur, nõ inuenitur talis aliquis mentiens, ut de illo ab istis ad mentiendi licentiã proponať exemplum.

De simulatione Petri & Barnabæ

Quandoquidẽ illa Petri & Barnabæ simulatio qua gentes Iudaizare cogebant, merito reprehensa atq; correcta est, & ne tũc noceret, & ne posteris ad imitandũ ualeret. Cũ enim uidisset apostolus Paulus quia nõ recte ingrediunť ad ueritatem Euangelij, dixit Petro corã omnibus: Si tu cum sis Iudæus, gentiliter & non Iudaice uiuis, quomodo gentes cogis Iudaizare? *Gal. 2.* Id autẽ quod ipse fecit, ut quasdã obseruationes legitimas Iudaica cõsuetudine retinẽdo & agẽdo nõ se inimicum legi Prophetisq; mõstraret, absit ut mendaciter eum fecisse credamus. De hac quippe re satis est eius nota sentẽtia, qua fuerat cõstitutũ, nec C Iudæos qui tũc in Christũ credebãt, prohibendos esse à paternis traditionibus, nec ad eas gentiles cũ Christiani fierẽt esse cogẽdos: ut illa sacramenta quæ diuinitus præcepta esse cõstaret, nõ tanq; sacrilegia fugerenť: nec tamẽ putarenť sic necessaria iam nouo Testamẽto reuelato, tanq; sine ijs quicunq; cõuerterenť ad deũ salui esse non possent. Erãt enim qui hoc putabãt atq; prædicabãt, quãuis iam recepto Christi Euãgelio: & eis simulate cõsenserat Petrus & Barnabas, ideoq; cogebant gentes Iudaizare: Id erat enim cogere sic ea necessaria prædicare, tanq; & recepto Euangelio nulla sine illis salus esset in Christo. Hoc error, q̃rundã putabat, hoc timor Petri simulabat, hoc libe[rt]as Pauli redarguebat. Quod ergo ait: Omni- *1. Cor. 9* D bus omnia factus sum ut omnes lucrifacerẽ: cõpatiendo id fecit, nõ mentiẽdo. Fit enim quisq; tanquã ille cui uult subuenire, quando tanta misericordia subuenit, quanta sibi subueniri uellet, si esset ipse in eadẽ miseria cõstitutus. Itaq; fit tanq; ille, non quia fallit illũ, sed quia se cogitat sicut illũ. Vnde illud est eius Apostoli quod iam supra cõmemoraui: Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum ne & tu tenteris. *Gal. 6* Nam si propterea quia dixit: Factus sum Iudæis tanquã Iudæus, & ijs qui sub lege erant tanquã sub lege: *1. Cor. 9* ideo putandus est mẽdaciter suscepisse legis ueteris sacramẽta: debuit & gentiũ idololatriã eodẽ modo mentiendo

tiendo suscipere, quia dixit etiam ijs qui sine lege
erāt tanq̃ sine lege se factum, ut eos lucrifaceret.
Quod utiq; nō fecit. Nō enim alicubi sacrificauit
idolis, aut adorauit illa figmēta, ac nō potius libe-
re tanq̃ martyr Christi detestanda & uitanda mō
strauit. De nullis igitur Apostolicis actibus siue
sermonibus isti proferūt imitāda exēpla mētien-
di. De Propheticis ergo factis seu dictis ideo sibi
uidenť habere quod proferant, quia figuras præ-
nunciatiuas putant esse mendacia, eo q̃ mēdacijs
sint aliquādo similia. Sed cū referuntur ad eas res
propter quas significādas ita facta uel dicta sunt,
reperiunť significationes esse ueraces, ac per hoc
Qgid sit mendacium nullo modo esse mendacia. Mendaciū est quippe
falsa significatio cū uoluntate fallendi. Nō est aūt
falsa significatio, ubi & si aliud ex alio significať,
uerū est tamē quod significatur si recte intelligať.

Euangelij locorum quorundā qui uidētur patrocinari mendacio sensus quis. XIII Sunt quædā eiusmodi etiā saluatoris in Euāge-
lio, quia & ipse dominus Prophetarum Propheta
esse dignatus est. Talia sunt illa, ubi de muliere
quæ fluxū sanguinis patiebatur, ait: Quis me teti-
git? Et de Lazaro, Vbi posuistis eū? Sic q̃ppe in-
Luc. 8 terrogauit quasi nesciens quod utiq; sciebat. Ac
Ioan. 11 per hoc nescire se finxit, ut aliquid aliud illa uelut
ignorantia sua significaret. Quę significatio quo-
niā uerax erat, mendaciū profecto non erat. Eos
nanq; significabant, siue illa fluxum sanguinis pa
tiens, siue ille mortuus quatriduanus, quos etiam
qui cūcta sciebat quodāmodo nesciebat. Nā & il
la typū gerebat plebis gentiū, unde præmissa fue-
Psal. 17 rat Prophetia: Populus quē nō cognoui, seruiuit
mihi. Et Lazarus remotus à uiuentib. tanquā ibi
iacebat per significatiuā similitudinē, ubi ille cu-
Psal. 30 ius uox est, Proiectus sum à facie oculorū tuorū.
Et ideo tanq̃ nesciretur à Christo, & illa quæ fue-
rit, & iste ubi positus fuerit, uerbis interrogantis
est figuratū, & omne uitatū ueraci significatione
mendaciū. Hinc est etiā illud quod cōmemorasti
eos dicere, dominū Iesum posteaquā resurrexit,
ambulasse in itinere cū duobus discipulis, & pro-
pinquātibus eis castello quò ibant, illū longius se
Luc. 24 ire finxisse, ubi Euāgelista dicēs: Ipse aūt se finxit
lōgius ire: etiā ipsum uerbū posuit, quo mēdaces
nimiū delectanť ut impune mentianť: quasi men
daciū sit omne quod fingitur, cū ueraciter aliud
ex alio significādi gratia tam multa finganť. Si er-
go nihil aliud significasset Iesus in eo q̃ lōgius ire
se finxit, merito iudicaretur esse mendaciū. Porrò
aūt si bene intelligatur, & ad id quod uoluit signi
ficare referať, inuenitur esse mysteriū. Alioquin
erunt cūcta mendacia, quæ propter quandā rerū
significandarū similitudinē cum gesta nō sint, tan
Luc. 15 quam gesta narranť. Vnde est illa de duob. unius
hominis filijs, maiore qui mansit apud patrē suū,
& minore qui longius peregrinatus est, tam proli
xa narratio. In quo genere fingendi, humana etiā
facta uel dicta, irrationalibus animantibus & re-
bus sensu carentibus, homines addiderūt, ut eius-
modi fictis narrationibus, sed ueracib. significa-
tionib. quod uellent cōmendatius intimarēt. Nec
apud autores tantū secularium literarum, ut apud

Horatiū, mus loquitur muri, & mustela uulpecu- *Horat. li. ser. 2 sat. 6. & epist. lib. 1. epist. 7*
A læ, ut per narrationem fictam ad id quod agiť, ue-
ra significatio referatur. Vnde & Æsopi tales fa-
bulas ad eum finē relatas, nullus tam ineruditus
fuerit, qui putaret appellanda mendacia. Sed in li
teris quoq; sacris, sicut in libro Iudicum, Ligna si- *Iud. 9*
bi regem requirūt, & loquuntur ad oleā, & ad fi-
cum, & ad uitem, & ad rubū. Quod utiq; totū fin-
gitur, ut ad rem quę intenditur, ficta quidem nar-
ratione, nō mendaci tamen, sed ueraci significa-
tione ueniať. Hæc dixi propter id quod scriptum
est de Iesu, Et ipse se finxit longius ire. Ne quisq̃ *Luc. 24*
ex hoc uerbo sicut Priscillianistæ licitū uolens ha
bere mēdaciū, insuper etiā Christū cōtendat fuis-
se mentitū. Quisquis aūt uult intelligere illud fin-
B gendo quid præfigurarit, attendat quid agendo
perfecerit. Longius nāq; postea profectus super *Eph. 4*
omnes cœlos, nō tamen deseruit discipulos suos.
Propter hoc significandū futurū diuinitus factū,
ad præsens illud est humanitus fictū. Et ideo signi
ficatio uerax in illa est fictione præmissa, quia in
hac profectione illius est significationis ueritas
subsecuta. Ille igitur cōtendat Christū mentitum
esse fingendo, qui negat eū quod significauit im-
pleuisse faciēdo. Quia ergo nō inueniunt men- *Quomodo sacræ scripturæ exempla sint imitāda. Cap. XIIII*
daces hæretici in Testamenti noui literis imitan-
da exēpla mendacij, copiosissimos se existimāt in
hac disputatione qua opinanť esse mentiendum,
cum de ueteribus Propheticis libris, quia non ibi
apparet nisi intelligentib. paucis quò referanť si-
C gnificatiua dicta uel facta ueracia, multa sibi ui-
dentur inuenire ac proferre mendacia. Sed habe-
re cupientes quibus se tueanť uelut imitanda exē
pla fallendi, seipsos fallunt, & mentitur eorū ini- *Psal. 26*
quitas sibi. Illæ aūt personæ quas credendū ibi nō
est prophetare uoluisse, si quid faciēdo uel dicen-
do finxerunt uolūtate fallēdi, q̃uis ex ipsis quoq;
factis earū, siue dictis aliquid Propheticum possit
exculpi, per illius omnipotentiā præseminatum
atq; dispositū, qui bene uti nouit etiā malis homi-
num, tamē quantū ad ipsas attinet sine dubitatio-
ne mentitæ sunt. Sed nō ideo debent imitāda exi-
stimari, quia in eis reperiuntur libris, qui sancti &
diuini merito nominanť. Habent enim cōscripta
& mala hominū & bona: illa uitanda, ista sectāda:
& quædam ita posita ut de illis etiā prolata sit sen
D tentia, quædā uero tacito ibi iudicio nobis iudi-
canda permissa: quoniā nō solum nos nutriri ma-
nifestis, uerū & exerceri oportebat obscuris. Cur
autem isti imitandā sibi Thamar existimant men- *Gen. 38*
tientem, & imitandū Iudam non existimant for-
nicantē? Ibi enim utrunq; legerūt, & nihil horum
scriptura illa siue culpauit, siue laudauit: sed tan-
tūmodo utrunq; narrauit, & iudicandum nobis
utrunq; dimisit. Sed mirū si aliquid horum imitan
dum impune permisit. Quod enim Thamar non
meretricandi libidine, sed concipiendi uoluntate
mentita sit, nouimus. Verū & fornicatio etiam si
Iudæ talis non fuit, potest esse cuiuspiā qua faciat
ut homo liberetur, sicut illius mendacium fuit ut
homo cōciperetur. Nunquid propterea etiā for-
nicandum

nicandū est, si propter illud putat̄ fuisse mentien-
dum? Non de solo itaq; mendacio, sed de omnib.
operibus hominū, in quibus existūt uelut cōpen-
satiua peccata, cōsiderandum est quam sententiā
proferre debeamus, ne aperiamus aditū, non tan-
tum paruis quibusq; peccatis, uerūetiam sceleribus
cunctis, nullumq; remaneat facinus, flagitium, sa-
crilegiū, in quo causa nō possit existere qua recte
uideatur esse faciendum, uniuersamq; uitę probi-
Mendaciū semper esse peccatum. Cap. XV tatem opinio ista subuertat. Nihil aūt iudican-
dus est dicere, qui dicit aliqua iusta esse mēdacia,
nisi aliqua iusta esse peccata, ac per hoc aliqua iu-
sta esse quæ iniusta sunt. Quo quid absurdius dici
potest? Vnde enim est peccatū, nisi quia iustitiæ
contrariū est? Dicantur ergo alia magna, alia par
ua esse peccata, quia uerū est, nec auscultandum
Stoicorum opinio Stoicis qui omnia paria esse contendunt. Dicere
aūt quædam iniusta, quædam iusta esse peccata,
quid est aliud q̄ dicere quasdā esse iniustas, quas-
dā iustas iniquitates, cū dicat apostolus Ioannes:
1. Ioan. 3 Omnis qui facit peccatū, facit & iniquitatem: &
peccatum iniquitas est? Non ergo potest iustum
esse peccatū, nisi cum peccati nomen in alia re po
nimus, in qua quisq; non peccat, sed aut facit ali-
quid, aut patitur pro peccato. Nā & sacrificia pro
peccatis peccata appellata sunt, & pœnæ pecca-
torū dicunt̄ aliquādo peccata. Hęc plane possunt
Quæ sint iusta peccata intelligi iusta peccata, cū iusta dicuntur sacrificia
uel iusta supplicia. Ea uero quæ contra legem dei
Psal. 118 fiunt, iusta esse nō possunt. Dictū est aūt deo: Lex
tua ueritas. Ac per hoc quod est cōtra ueritatē, iu
stum esse nō potest. Quis aūt dubitet cōtra uerita
tem esse mēdaciū omne? Nullū ergo iustū esse po
test mendaciū. Itē cui non clareat, ex ueritate esse
1. Ioan. 2 omne quod iustū est? Clamat aūt Ioannes: Omne
mendaciū non est ex ueritate: Omne ergo menda
ciū nō est iustū. Quapropter quādo nobis de scri-
pturis sanctis mentiendi proponūtur exēpla, aut
mendacia nō sunt, sed putantur esse dum nō intel
liguntur: aut si mendacia sunt, imitanda non sunt,
quia iusta esse nō possunt. Sed quod scriptū est, be
Exod. 1 ne deū fecisse cum Hebręis obstetricibus, & cum
Ios. 2 Raab Hierichuntina meretrice, nō ideo factū est
quia mētitæ sunt, sed quia in homines dei miseri-
cordes fuerūt. Nō est itaq; in eis remunerata falla-
cia, sed beneuolētia: benignitas mētis, non iniqui
tas mentientis. Sicut enim mirum absurdumq; nō
esset, si alio prius tēpore cōmissa ab eis aliqua ope
ra mala deus propter posteriora opera bona uel-
let ignoscere: ita mirandū nō est, q̄ uno tempore
in una causa deus utrunq; cōspicens, id est, factum
misericorditer, factumq; fallaciter, & bonū remu
nerauit, & propter hoc bonum malum illud igno
uit. Si enim peccata quæ propter carnis concupi-
scentiā, non propter misericordiam fiunt, propter
posteriora opera misericordiæ dimittunt̄, cur nō
merito misericordiæ dimittūtur, quæ propter ip-
sam misericordiā cōmittuntur? Grauius est enim
peccatū qd̄ animo nocētis, q̄ quod animo subue
nientis efficitur. Ac per hoc si illud deletur opere
misericordię postea subsequēte, cur hoc quod est

leuius, non deletur ipsa hominis misericordia, &
A præcedente ut peccet, & comitante cū peccat? Ita
quidē uideri potest. Verūtamen aliud est dicere,
peccare quidē non debui, sed opera misericordię
faciā, quibus deleā quod ante peccaui: & aliud est
dicere, peccare debeo, quia nō possum aliter mi-
sereri. Aliud est, inquā, dicere, quia iam peccaui-
mus, benefaciamus: & aliud est dicere, peccemus
ut benefaciamus. Ibi dicit̄, faciamus bona quia fe-
cimus mala: hic aūt, faciamus mala ut ueniant bo
na. Ac per hoc ibi exhaurienda est sentina peccati,
hic cauēda est doctrina peccādi. Restat itaq; ut in-
telligamus illis mulieribus uel in Ægypto, uel in
Hiericho pro humanitate & misericordia reddi-
tam fuisse mercedē utiq; temporalē, quę quidē &
B ipsa æternū aliquid etiā illis nescientib. propheti-
ca significatione figuraret. Vtrum aūt sit aliquan-
do uel pro cuiusq; salute mentiendū, cum quęstio
sit in qua dissoluēda etiā doctissimi fatigant̄, ual-
de illarum mulierculārū, in illis populis constitu-
tarū, & illis moribus assuetarū excedebat modū.
Itaq; hanc earū ignorantiam, sicut aliarum rerum
quas pariter nesciebāt, sed sciendæ sunt a filiis nō
huius seculi, sed futuri, dei patiētia sustinebat: qui
tamē eis pro benignitate humana quam famulis
eius impenderāt, q̄uis cœleste aliquid significan-
tia, præmia terrena reddebat. Et Raab quidem ex
Hiericho liberata, in dei populum trāsitum fecit:
ubi proficiēs posset ad æterna & immortalia mu-
nera peruenire, quæ nullo sunt quærenda menda
C cio. Tunc tamen quando illud opus bonum, & [redacted]
pro suæ uitæ cōditione laudabile Israelitis explo-
ratoribus præstitit, nondū erat talis ut ab ea exige
retur: Sit in ore uestro, est est: non nō. Obstetrices Cap. XVI Matth. 5
aūt illę q̄uis Hebrææ, si secundū carnem tantum-
modo sapuerunt, quid aut quantū est quod eis p
fuit remuneratio tēporalis, quia fecerunt sibi do-
mos, nisi proficiēdo pertinuerūt ad eam domū de
qua deo cantatur: Beati qui habitāt in domo tua, Psal. 83
in secula seculorū laudabunt te? Multū aūt faten-
dum est propinquare iustitię, & q̄uis in ipsa non-
dum, iam tamē spe atq; indole animū esse laudan-
dum, qui nunq̄ nisi hac intentione mentitur quia
uult prodesse alicui, nocere autē nemini. Sed nos
cū quærimus, sit ne boni hominis aliquando men
tiri, nō de homine quærimus, adhuc ad Ægyptū,
D uel ad Hiericho, uel ad Babyloniā pertinente, uel
adhuc ad ipsam Hierusalem terrenam, quæ seruit
cū filiis suis, sed de ciue illius ciuitatis quæ sursum
est libera mater nostra ęterna in cœlis. Et respon-
detur quærentibus nobis: Omne mendaciū non 1. Ioan. 2
est ex ueritate. Filii autem illius ciuitatis, filii sunt
utiq; ueritatis. Eius ciuitatis filii sunt de quib. scri-
ptum est: In ore eorū nō est inuentū mendacium. Apoc. 14
Eius ciuitatis filius est, de quo item scriptum est: Prouerb. 29
Verbum suscipiens filius a perditione longe abe
rit. Excipiēs autem excepit illud sibi, & nihil falsi
ex eius ore procedit. His filiis supernæ Hierusalē
& sanctæ ciuitatis æternæ, si quando ut homini-
bus obrepit qualecunq; mendaciū, poscunt humi
liter ueniam, non inde quærunt insuper gloriam.

Obstetrices Hebrææ & Raab num peccarint mentiendo. Cap. XVII *Exod.1 Iosu.2*

Sed dicet aliquis: Ergo ne obstetrices illæ atq; Raab melius fecissent, si nullā misericordiā præstitissent, nolēdo mētiri? Imò uero illę mulieres Hebrææ, si essent tales de qualibus quęrimus, utrū sit eis aliquando mentiendū, nec aliquid falsi dicerent, & fœda ministeria de paruulis occidendis liberrime recusarent. Sed inquies, Ipsæ morerenť. At uide quid sequať: Morerentur enim cœlestis habitationis incōparabiliter ampliore mercede, quā domus illæ quas sibi fecerūt, in terra esse potuerūt. Morerentur enim futuræ in ęterna fœlicitate, mortē perpessæ pro innocētissima ueritate. Quid illa in Hiericho? Nunquid hoc posset? Nónne si quærentes ciues mentiendo nō falleret, uerū dicēdo latētes hospites proderet? An posset interrogantib. dicere: Scio ubi sint, sed deū timeo, non eos prodo? Posset hoc quidē dicere si iā esset uera Israelitis in qua dolus non esset: quod futura erat per misericordiam dei transiens ad ciuitatem dei. Verū illi hoc audito, inquies, illā perimerent, domū scrutarenť. Sed nūquid cōsequēs erat ut illos etiā quos diligēter occultauerat inuenirent? Prospexerat eīm cautissima mulier, & ibi eos posuerat ubi latere potuissent etiā si ei mentienti creditum nō fuisset. Ita & illa, si tamē à suis ciuib. esset occisa, pro misericordiæ opere, uitā istā finiendā preciosa in cōspectu domini morte finisset, & erga illos eius beneficiū inane non fuisset. Sed inquies. Quid si & ad illū locum ubi eos occultauerat, ij à quib. quærebantur, perscrutādo omnia peruenissent, isto modo dici potest: Quid si mulieri uilissimæ atq; turpissimæ, nō solū mētiēti, uerūetiā peieranti credere noluissent? Nempe etiā sic consecutura fuerāt, quæ timēdo mentita est. Et ubi ponimus uoluntatē ac potestatē dei? An forte nō poterat & illā, nec ciuibus suis mētientē, nec homines dei prodentē, & illos suos ab omni pernicie custodire? A quo enim & post mulieris mendaciū custoditi sunt, ab eo poteruēt, & si illa mentita non esset, utiq; custodiri. Nisi forte obliti sumus hoc fuisse in Sodomis factū, ubi masculi in masculos nefanda libidine accensi, nec ostiū domus in qua erāt quos quærebāt inuenire potuerūt: quoniam uir iustus in causa omnino simillima, pro suis hospitibus mētiri noluit, quos esse angelos nesciebat, & uim morte peiorē ne paterenť timebat. Et certe poterat talia respōdere quærētib. qualia in Hiericho mulier illa respōdit. Nā prorsus similiter & illi interrogādo quæsierunt. Sed homo iustus noluit pro corporib. hospitū animā suā suo mēdacio maculari, pro quib. uoluit corpora filiarū alienæ libidinis iniquitate uim perpeti. Faciat ergo homo etiā pro tēporali hominū salute quod potest. Cum aūt ad hunc articulum uentum fuerit, ut tali saluti cōsulere nisi peccādo nō possit, iam se existimet nō habere quid faciat, quādo id reliquū esse perspexerit quod non recte faciat. Proinde Raab in Hiericho, quia peregrinos homines dei suscepit hospitio, quia in eorum susceptiōe periclitata est, quia in eorū deū credidit, quia diligenter eos ubi potuit occultauit, quia per aliā uiam remeādi consiliū fidelissimū dedit, etiam supernæ Hierusalem ciuibus imitāda laudetur. Quod aūt mentita est, etiamsi aliquid ibi Propheticum intelligenter exponitur, nō tamen imitandū sapiēter proponitur: quāuis deus illa bona memorabiliter honorauerit, hoc malū clemēter ignorauerit. Quæ cū ita sint, quoniā nimis longum est omnia pertractare, quæ in illa Libra dicta sunt posita, uelut imitanda exēpla mentiendi, ad hanc regulā mihi uidentur, non solū ista, uerūetiam si qua sunt talia redigenda: ut aut quod esse crediť, ostendať nō esse mendacium: siue ubi tacetur uerū, nec dicitur falsum: siue ubi significatio uerax aliud ex alio uult intelligi, quod genus figuratorū uel dictorū uel factorum abundat in Propheticis literis: Aut quæ conuincūtur esse mēdacia, nō esse imitāda monstrentur, & si qua nobis ut alia peccata surrepserint, nō eis tribuendā iustitiā sed ueniā postulandā. Hoc quidē mihi uidetur: & ad istā sententiam me superius disputata cōpellunt.

An uerū sit dicendum si cui mortē afferat. Cap. XVIII

Verum quia homines sumus, & inter homines uiuimus, fateorq; me nōdum esse in eorū numero quos cōpensatiua peccata nō turbant, sæpe me in rebus humanis uincit sensus humanus, nec resistere ualeo cū mihi diciť:

Nota casum

Ecce graui morbo periclitatur ęgrotus, cuius iam uires ferre nō possint, si ei mortuus unicus & charissimus filius nuncieť: Si à te quærit an uiuat, quē uitam finisse tu nosti, quid respondebis, quando quicquid aliud dixeris pręter unum de tribus, aut mortuus est, aut uiuit, aut nescio, nihil aliud credit ille quā mortuum: quod te intelligit timere dicere, & nolle mētiri? Tantūdem ualet, etiā si omni modo tacueris. Ex illis aūt tribus duo falsa sunt, uiuit, & nescio, nec abs te dici possunt nisi mentiendo. Illud aūt unum uerum, id est, mortuum esse si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occisus clamabiť. Et quis ferat homines exaggerātes, quantū sit mali salubre mendacium deuitari, & homicidā diligi ueritatē?

Solutio casus & totius quæstionis

Moueor bis oppositis uehementer, sed mirū si etiā sapienter. Cum enim proposuero ante qualescunq; oculos cordis mei intelligibilē illius pulchritudinem, de cuius falsi nihil ore procedit, quāuis ubi radians magis magisq; clarescit ueritas, ibi palpitans mea reuerberatur infirmitas, tamē sic amore tāti decoris accēdor, ut cuncta quæ inde me reuocāt humana contemnā: Sed multū est ut iste intantū perseueret affectus, ne in tētatione desit effectus. Nec me mouet cōtemplantem luminosum bonū, in quo mēdacij tenebrę nullæ sunt, quòd nobis mētiri nolentibus, & hominibus uero audito morientibus, homicida dicitur ueritas. Nunquid enim si stuprum expetat impudica, & te nō cōsentiēte, sæuo amore perturbata moriatur, homicida erit & castitas? An uero quia legimus, Christi bonus odor sumus in omni loco, & in ijs qui salui fiūt, & in ijs qui pereunt, alijs quidē odor uitæ in uitā, alijs autē odor mortis in mortē: etiā odorē Christi pronunciabimus homicidā? Sed quia homines sumus: & nos in huiusmodi quæstionib. & cōtradictionib. plerunque superat aut fatigat sensus humanus, ideo

Gen.19 Iosu.2 2.Cor.2

mox

mox & ille subiecit: Et ad hæc quis idoneus? Huc
accedit ubi miserabilius eiulandũ est, q si cõcesse
rimus pro salute illius ægri de uita filij eius fuisse
mẽtiendum, ita paulatim minutatimq; succrescit
hoc malũ, & breuibus accessib. ad tantum aceruũ
mendaciorũ sceleratorũ sensim subintrãdo perdu
citur, ut nunq̃ possit penitus inueniri, ubi tãtæ pe
sti p minima additamẽta in immẽsum cõualescẽti
possit obsisti. Vnde prouidẽtissime scriptum est:
Eccl. 19 Qui modica spernit, paulatim decidit. Quid q ui
tæ huius tales amatores, ut eã nõ dubitẽt præpo-
nere ueritati, ne homo moriat̃, imò ut homo quã-
doq; moriturus, aliquãto serius moriat̃, nõ tãtum
mẽtiri, sed etiã peierare nos uolũt, ut uidelicet ne
aliquanto citius transeat uana salus hominis, no-
men dei nostri accipiamus inuanũ? Et sunt in eis
docti, qui etiã regulas figãt, finesq; cõstituãt, quã-
do debeat, quãdo nõ debeat peierari. O ubi estis
fontes lachrymarum? Et quid faciemus, quò ibi-
mus? ubi nos occultabimus ab ira ueritatis, si non
solũ negligimus cauere mẽdacia, sed audemus in-
super docere periuria? Viderint em̃ insup assertο-
res defensoresq; mẽdacij, quale genus, uel qualia
genera mentiẽdi eos iustificare delectet. Saltẽ in
dei cultu cõcedant nõ esse mentiendũ, saltẽ sese à
periurijs blasphemijsq; cõtineãt: saltẽ ubi dei no-
men, ubi deus testis, ubi dei sacramẽtũ interponi-
tur, ubi de diuina religiõe sermo promit̃ siue cõse
ritur, nemo mẽtiat̃, nemo laudet, nemo doceat &
præcipiat, nemo iustũ dicat esse mendaciũ. De cæ
teris mendaciorũ generib. eligat sibi quod putat
esse mitissimũ atq; innocentissimũ mentiendi ge-
nus, cui placet esse mẽtiendũ. Hoc scio q etiã qui
docet oportere mẽtiri, uerũ docere se uult uideri.
Nã si falsum est quod docet, quis falsę uelit stude-
re doctrinæ, ubi & fallit docens, & fallitur discẽs.
Si aũt ut aliquẽ possit inuenire discipulũ, docere
se asserit uerũ, cũ doceat esse mentiendũ, quomo-
do erit ullũ ex ueritate mendaciũ, Ioanne aposto-
1 Ioan. 2 lo reclamante: Omne mendaciũ non est ex ueri-
Nunquam mentiendum. XIX tate? Non est ergo uerũ, aliquando esse mẽtien
dum. Et quod nõ est uerũ, nemini est omnino sua-
dendũ. Sed agit partes suas infirmitas, & causam
uincibilem fauẽtibus turbis se habere proclamat:
Vbi contradicit & dicit: Quomodo apud homi-
nes, qui proculdubio si falluntur auertunt̃ à perni
cie uel aliena uel sua, periclitãtibus subuenitur ho
minibus, si nos humanus ad mentiendũ nõ incli-
net affectus? Si pariẽter me audiat turba mortali-
tatis, turba infirmitatis, respondebo aliquid pro
negotio ueritatis. Certe pia, uera, sancta castitas
nõ nisi ex ueritate est: & quisquis aduersus eam fa
cit, pfecto aduersus ueritatem facit. Cur ergo & si
nõ possit aliter periclitantib. subueniri, nõ cõmit-
to stuprũ, quod ideo est cõtrariũ ueritati, quia cõ-
trariũ est castitati: & ut periclitãti subueniatur, lo-
quor mendaciũ, quod ipsi apertissime est contra-
riũ ueritati? Quid apud nos tantũ promeruit casti
tas, & offendit ueritas, cũ omnis ex ueritate sit ca-
stitas, & sit non corporis sed mentis castitas, ueri-
tasq; in mẽte habitet, sicut etiã corporis castitas.

Postremo, quod & pauloante dixi & iterum dico
A quisqs mihi pro persuadendo & defendẽdo ullo
mẽdacio cõtradicit, quid dicit si uerũ nõ dicit? Si
aũt ppterea est audiẽdus quoniã uerũ dicit, quo-
modo me uult facere uerũ dicẽdo mẽdacẽ? Quo-
modo mẽdacio patronã sibi adhibet ueritatẽ? An
aduersatio suo uincit, ut à seipsa uincatur? Quis
hanc absurditatẽ ferat? Nullo ergo modo dixeri-
mus, eos qui asserunt aliquãdo esse mentiendũ, id
asserẽdo esse ueraces, ne quod est absurdissimũ &
stultissimũ credere, ueritas nos doceat esse mẽda-
ces. Quale est enim ut esse adulterandũ nemo dis-
cat à castitate, deũ offendendũ nemo discat à pie-
tate, cuiq; nocendũ nemo discat à benignitate, &
esse mẽtiendum discamus à ueritate? Porrò si hoc
nõ docet ueritas, nõ est uerũ: si non est uerũ, nõ est
B discendũ: si nõ est discendũ, nunq̃ est igitur men-
tiendum. Sed perfectorũ est, ait aliquis, solidus ci- Heb. 5
bus. Multa enim secundũ ueniã relaxantur infir-
mitati, quãuis syncerissimæ nequaq̃ placeant ue-
ritati. Dicat hoc quisquis non metuit quæ conse-
quentia metuẽda sunt, si fuerint aliquo modo ali-
qua permissa mẽdacia: Nullo modo tamẽ intantũ
sunt permittẽda conscendere, ut ad periuria blas-
phemiasq; perueniant. Nec aliquã causam pror-
sus oportet obtẽdi, cur debeat peierari, uel quod
est execrabilius, cur deus debeat blasphemari: nõ
enim quia per mendaciũ blasphematur, ideo non
blasphematur. Potest quippe hoc modo dici, non
peierari, quia per mendaciũ peieratur. Quis enim
per ueritatem possit esse periurus, si etiam per ue-
C ritatem nullus potest esse blasphemus? Sanè mi-
tius falsum iurat qui falsum nescit esse, & uerũ pu-
tat esse qđ iurat: sicut & Saulus excusabilius blas-
phemauit, quia ignorans fecit. Ideo aũt pcius est
blasphemare q̃ peierare, quoniam peierãdo falsæ
rei adhibetur testis deus: blasphemãdo autem de
ipso falsa dicũtur deo. Tãto est aũt quisq; inexcusa
bilior, siue periurus, siue blasphemus: quanto ma-
gis ea quæ peierãdo uel blasphemãdo asserũt, fal-
sa nouerũt esse uel credunt. Quisquis itaq; dicit p
periclitantis hominis salute tẽporali uel uita esse
mẽtiendũ, nimis ipsæ ab itinere exorbitat æternæ
salutis & uitæ, si dicit in ea causa etiã iurandũ per
deum, uel etiã blasphemandum deum. Sed ali- An pro æterna hominis salute mentiri liceat. Ca. XX
quando nobis ipsius quoq; salutis æternę pericu-
D lum opponitur, quod nostro mẽdacio si aliter nõ
potest, depellendũ est clamatur. Velut si quisquã
baptizãdus in potestate sit impiorum atq; infide-
lium cõstitutus, ad quẽ perueniri nõ possit ut la-
uacro regenerationis abluatur, nisi deceptis men
tiendo custodibus. Ab hoc insidiosissimo clamo-
re, quo cogimur non pro cuiusquã opibus uel ho
noribus in hoc seculo trãscurrẽtibus, nõ pro ipsa
huius tẽporis uita, sed pro æterna hominis salute
mẽtiri, quo cõfugiã nisi ad te ueritas? Et mihi abs
te pponitur castitas. Cur enim si custodes isti ut
nos ad baptizandũ hominẽ admittant, stupro il-
lici possunt, nõ facimus cõtraria castitati, & si mẽ-
dacio decipi possunt, facimus contraria ueritati,
cũ proculdubio nulli esset fideliter amabilis casti-

tas, si nõ eam præciperet ueritas? Proinde ut perueniatur ad hominẽ baptizandũ, fallantur mentiendo custodes, si hoc iubet ueritas. Sed quomodo iubeat ueritas, ut homo baptizeť esse mētiendum, si nõ iubet castitas, ut homo baptizetur, esse mœchandũ? Cur aũt hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet ueritas? Si ergo nisi quod ueritas docet facere nõ debemus, cũ ueritas doceat nec propter hominẽ baptizandũ facere quod cõtrariũ est castitati, quomodo nos docebit facere propter baptizandũ hominẽ quod ipsi est cõtrarium ueritati? Sed sicut oculi ad intuẽdum solem parum firmi, ea tamẽ quæ à sole illustrãtur, libenter intuentur: sic animæ iam ualẽtes delectari pulchritudine castitatis, nõ tamen omnino per seipsam cõsiderare ueritatem unde lucet castitas possunt: ut cũ uentũ fuerit ad aliquid faciendũ, quod aduersum est ueritati, ita refugiant & exhorreant, quemadmodũ refugiunt & exhorrent, si faciẽdũ aliquid proponatur quod aduersum est castitati. Ille aũt filius qui uerbũ suscipiẽs à perditione longe aberit, & nihil falsi ex eius ore procedit, tã sibi clausum deputat, si ad subueniẽdum homini per mendaciũ, q̃ si per stuprũ transire cogatur. Et pater exaudit orantẽ, ut ualeat sine mẽdacio subuenire, cui uult pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subueniri. Talis ergo filius ita obseruat à mẽdacio, sicut à peccato. Nã & aliquãdo mẽdacij nomẽ pro peccati nomine poniť. Vnde illud est,
Psal. 115 Omnis homo mendax. Sic enim dictũ est tanquã
Rom. 3 diceretur, omnis homo peccãs. Et illud: Si autem ueritas dei in meo mẽdacio abũdauit. Ac per hoc cũ mẽtitur ut homo, peccat ut homo, & ea sententia tenebitur qua dictum est: Omnis homo men-
1. Ioan. 1 dax. Et si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Cũ uero nihil falsi ex eius ore procedit, secũdum
1. Ioan. 3 eam gratiã sic erit, de qua dictũ est: Qui natus est ex deo, nõ peccat. Hæc enim natiuitas si sola esset in nobis, nemo peccaret: & quãdo sola erit nemo peccabit. Nunc aũt ad huc trahimus, q̃ corruptibiles nati sumus, quãuis secundũ id q̃ renati sumus, si bene ambulabimus, de die in diem renouabimur interius. Cũ uero & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, uita totũ absorbebit, & nullus mortis aculeus remanebit. Aculeus aũt mortis est 1 Cor. 15
peccatum. Aut ergo cauenda mendacia rectè agendo, aut confitenda sunt pœnitendo: non aũt cum abundent infœliciter uiuẽdo, augenda sunt & docendo. Sed eligat qui hoc putat, unde subueniat periclitanti homini ad quãlibet salutẽ qualiacunq; mendacia, dum tamẽ & apud tales obtineamus, nulla causa nos ad peierandũ & blasphemandum oportere perduci. Ista saltem scelera uel ampliora stupris, uel certe non minora iudicemus. Nanq; cogitandũ est, sæpissime homines, de quarum adulterio suspicant, ad iusiurandũ prouocare cõiuges suas. Quod utiq; non facerent, nisi crederent etiam illas quæ non timuerunt perpetrare adulteriũ, timere posse periuriũ. Quia & reuera nõnullæ impudicæ quæ nõ timuerũt illicito concubitu uiros fallere, eisdẽ uiris quos fefellerant timuerunt deum testem fallaciter adhibere. Quid igitur causæ est, ut homo castus & religiosus homini baptizãdo nolit adulterio subuenire, & periurio uelit, quod solẽt & adulteri formidare? Porto si nefas est hoc agere peierãdo, quanto potius blasphemando? Absit ergo ut Christianus neget atq; blasphemet Christũ, quo possit alium facere Christianũ: & pereundo quærat inueniendũ, quẽ si talia doceat, perdat inuentum. Sic ergo librum, cui nomen est Libra, te oportet refellere atq; destruere, ut caput illud quo dogmatizãt occultandæ religionis causa esse mentiendũ, prius esse noueris amputandũ, ita ut illa testimonia quibus sanctos libros mendacijs suis patronos adhibere moliuntur, partim nõ esse mendacia, partim etiã quæ sunt, non esse imitanda demõstres. Et si tantũ sibi usurpat infirmitas, ut ei aliquid ueniãliter permittatur, quod improbat ueritas, tamen ut incõcusse teneas & defendas in diuina religione nunquam omnino esse mentiendum: latẽtes uero sicut nec adulteros per adulteria, nec homicidas per homicidia, nec maleficos per maleficia: ita nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias esse quærendos, secũdum ea quæ tam multa in hoc uolumine disputauimus, ut uix ad eius terminum quem loco isto fiximus, ueniremus.

Epilogus. Cap. XXI

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE FIDE ET OPERIBVS LIBER.

Contra eos qui omnes ad baptismum citra discrimen admittebat. Ca. I

QVIBUSDAM uideť indifferenter omnes admittendos esse ad lauacrũ regenerationis, quæ est in Christo Iesu domino nostro, etiã si malam turpemq; uitam facinoribus & flagitijs euidẽtissimis notam mutare noluerint, atq; in ea se perseueraturos aperta etiã cõfessione declarauerint. Verbi gratia, si quis meretrici adhæret, nõ ei prius præcipiatur ut ab ea discedat & tunc ueniat ad baptismum, sed etiã cum ea manens mansurumq; se confitens admittatur & baptizetur, nec impediatur fieri membrum Christi, etiamsi membrum meretricis esse perstiterit: sed postea doceatur quàm sit hoc malum, iamq; baptizatus de mutandis in melius moribus instruatur. Peruersum enim putant, atque præposterum prius docere quemadmodum debeat uiuere Christianus, & deinde baptizari. Sed censent præcedere debere baptismi sacramentum, ut deinde sequatur uitæ morumq; doctrina, quam si tenere & custodire uoluerit, utiliter fecerit. Si autem noluerit, & retenta fide Christiana, sine qua in æternum periret, in quolibet scelere immunditiaq; perman 1. Cor. 6

permiſerit, ſaluum eum futurũ tanq̃ per ignem,
uelut qui ædificauerit ſuper fundamentum quod A
1 Cor. 3 eſt Chriſtus, non aurũ, argentum, lapides precio-
ſos: ſed ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, non iuſtos
caſtosq; mores, ſed iniquos & impudicos. Ad
hanc aũt uidentur diſputationem impulſi, q̃ eos
mouerit non admitti ad baptiſmũ illos qui dimiſ-
ſis uxoribus alias duxerint, uel fœminas quæ di-
miſſis uiris alijs nupſerint: quia hæc non cõiugia,
Mat. 19 ſed adulteria eſſe dominus Chriſtus ſine ulla du-
bitatione teſtatur. Cum enim negare non poſſent
eſſe adulteriũ, quod ueritas adulteriũ eſſe ſine am
bage cõfirmat, eisq; ſuffragari uellẽt ad accipien-
dũ baptiſmũ, quos huiuſmodi laqueo ita captos
uiderint, ut ſi nõ admitterentur ad baptiſmum, ſine
ullo ſacramẽto mallent uiuere uel etiam mori, q̃
dirupto adulterij uinculo liberari: humana quadã B
miſeratione cõmoti ſunt ad eorũ cauſam ſic acci-
piendam, ut omnes cũ eis facinoroſos & flagitio-
ſos, etiã nulla prohibitione correptos, nulla inſtru-
ctione correctos, nulla pœnitẽtia mutatos ad ba-
ptiſmũ admittẽdos eſſe cẽſerent: exiſtimãtes eos
niſi fieret, in æternũ perituros: Si aũt fieret, etiam
in illis malis perſeuerantes ſaluos per ignem futu
De corrigẽdis malis Chriſtianis. Cap. II ros. Quibus reſpondens hoc primum dico, ne
quis ea teſtimonia ſcripturarũ quę cõmixtionem
bonorũ & malorũ in Eccleſia uel præſentẽ indi-
cant, uel futurã prænunciant, ſic accipiat, ut diſci-
plinæ ſeueritatem ſiue diligentiã ſoluendam om-
nino atq; amittendam, nõ illis edoctus literis, ſed
ſua opinatione deceptus exiſtimet. Neque enim
quia illã primi populi cõmixtionẽ Moyſes dei fa C
mulus patiẽtiſſime perferebat, ideo nõ in multos
Num. 25 etiã gladio uindicauit. Et Phinees ſacerdos adul-
teros ſimul inuentos ferro ultore confixit. Quod
utiq; degradationib. & excõmunicationib. ſignifi
catum eſt eſſe faciendũ in hoc tempore, cum in ec
cleſię diſciplina uiſibilis fuerat gladius ceſſaturus.
Nec quia beatus Apoſtolus inter falſos fratres to
Phil. 1 lerantiſſime congemiſcit, quoſdam etiam diabo-
licis inuidentiæ ſtimulis agitatos, Chriſtũ tamen
1 Cor. 5 prædicare permittit: ideo parcendũ cenſet illi qui
uxorem patris ſui habuit, quem præcepit congre
gata Eccleſia tradere Satanæ in interitum carnis,
ut ſpiritus ſaluus fiat in die dñi noſtri Ieſu Chriſti:
Aut ideo ipſe alios nõ tradidit Satanæ, ut diſcerẽt
1 Tim. 1 nõ blaſphemare, aut fruſtra dicit: Scripſi uobis in D
epiſtola, nõ cõmiſceri fornicarijs: non utiq; forni-
1 Cor. 5 carijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut
idolis ſeruientibus, alioquin debueratis de hoc
mundo exire: nunc autem ſcripſi uobis non com-
miſceri, ſi quis frater nominatur aut fornicator, aut
idolis ſeruiens, aut auarus, aut maledicus, aut e-
brioſus, aut rapax: cum huiuſmodi nec cibũ qui-
dem ſimul ſumere. Quid enim mihi de ijs qui fo-
ris ſunt iudicare? Nonne de ijs qui intus ſunt uos
iudicatis? De his autẽ qui foris ſunt deus iudica-
bit? Auferte malum ex uobiſipſis. Vbi quidam q̃
dictum eſt: Ex uobiſipſis, ita intelligunt ut ex ſe-
ipſo unuſquiſq; auferat malum, hoc eſt, ut ipſe ſit
bonus. Sed quomodolibet intelligatur, ſiue ut ſe-

ueritate Eccleſiæ mali excõmunicationibus corri
A piantur, ſiue ut ſe quiſq; corripiendo & corrigen-
do à ſeipſo auferat malũ: illud tamen quod ſupra-
dictum eſt, non habet ambiguitatem, ubi præce-
pit nõ cõmiſceri eis fratribus qui in aliquo ſupra-
dicto uitio nominantur, id eſt, noti famoſiq; ſunt.
Quo aũt animo & qua charitate miſericors iſta Quomõ peccãtes corripiẽdi. Cap. III
ſeueritas adhibenda ſit, nõ ſolum eo loco ubi ait,
ut ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chri 2 Theſſ. 3.
ſti: ſed alibi quoq; euidẽter oſtẽdit dicens: Si quis
nõ obaudit uerbo noſtro, per Epiſtolam hunc no
tate, & nolite cõmiſceri cum eo, ut erubeſcat, &
nõ ut inimicum eum exiſtimetis, ſed corripite ut
fratrem. Et ipſe dominus exemplum ſingulare pa
tientiæ, qua etiam in xij. Apoſtolis uſq; ad paſſio-
nem diabolũ pertulit, & qui ait: Sinite utraq; creſ- Mat. 13
B cere uſq; ad meſſem, ne forte cum uultis colligere
zizania: ſimul eradicetis & triticum: retiaq; illa in
ſimilitudine Eccleſię uſq; ad litus, hoc eſt, uſq; ad
ſeculi finem bonos & malos piſces habitura prę-
dixit: & cætera ſi qua de permixtione bonorũ &
malorum ſiue aperte ſiue per ſimilitudines locu-
tus eſt: non ideo tamen omittendã cenſuit Eccle-
ſiæ diſciplinam: imò uero admonuit adhibẽdam,
quãdo ait: Attendite uobis: Si peccauerit in te fra Mat. 18
ter tuus, uade & corripe eum inter te & ipſum ſo-
lum. Si audierit te, lucratus es fratrem tuum. Si aũt
non audierit te, aſſume tecũ unum uel duos, ut in
ore teſtium duorũ uel trium ſtet omne uerbum.
Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si aũt nec
Eccleſiã audierit, ſit tibi tanquã Ethnicus & Pu-
C blicanus. Deinde ipſius ſeueritatis terrorẽ grauiſ-
ſimũ adiecit, etiã eo loco dicẽs: Quæ ſolueritis in Mat. 18
terra, ſoluta erunt & in cœlo. Quæ ligaueritis in
terra, ligata erũt in cœlo. Prohibet etiã ſanctũ da-
ri canibus. Nec contrarius eſt Apoſtolus domino 1 Tim. 5
quia dicit: peccantes corã omnibus argue, ut cæte
ri timorẽ habeant: cũ ille dicat: Corripe eum inter
te & ipſum. Vtrũq; enim faciendũ eſt, ſicut & in-
firmitatis diuerſitas admonet, eorũ quos uniq; nõ
perdendos, ſed corrigendos curandosq; ſuſcepi-
mus, & alius ſic, alius aũt ſic ſanãdus eſt: ita etiam
eſt ratio diſſimulandi & tolerandi malos in Eccle
ſia: & eſt rurſus ratio caſtigãdi & corripiendi, non
admittendi uel à cõmunione remouendi. Errãt De perperam intelli[gentibus] ſcriptur[as]. Cap. IIII
aũt homines nõ ſeruantes modũ, & cum in unam
D partẽ procliuiter ire cœperint, non reſpiciunt di-
uinæ autoritatis alia teſtimonia, quib. poſſint ab
illa intentione reuocari, & in ea quæ utriſq; tem-
perata eſt ueritate ac moderatione cõſiſtere. Nec
in hac re tantum de qua nunc quæſtio eſt, ſed etiã
in alijs multis. Nam quidam intuẽtes diuinarum
teſtimonia literarum, quibus unus deus colen-
dus inſinuatur, eundem patrem qui eſt filius, ſan-
ctumq; ſpiritũ putauerunt: Alij rurſus uelut mor
bo contrario laborãtes, cum attenderent ea qui-
bus Trinitas declaratur, nec ualerent intelligere
quomodo ſit unus deus, cum & pater non ſit fi-
lius, nec filius ſit pater, nec ſpiritusſanctus aut pa-
ter aut filius, diuerſitates etiam ſubſtantiarum aſ-
ſerendas putarunt. Quidam uiuentes in ſcriptu-

ris sanctæ uirginitatis laudẽ, connubia damnaue-
runt. Quidam rursus ea testimonia consectantes A
quibus casta coniugia prædicant̃, uirginitatẽ nu-
Rom. 14 ptijs æquauerũt. Quidã cum legerent: Bonum est
fratres nõ manducare carnem, neq; bibere uinũ:
etiam nõnulla similia creaturarum dei, & quas uo
luerũt escas immũdas esse senserunt. Quidã uero
1 Tim. 4 legẽtes: Omnis creatura dei bona est, & nihil abij
ciendum quod cum gratiarũ actione accipitur: in
uoracitatẽ uinolẽtiamq; collapsi sunt, nec sibi ua-
lentes auferre uitia, nisi eis econtrario uel tãta uel
maiora succederẽt. Sic etiã in hac causa quę habe
tur in manibus, quidã intuentes præcepta seueri-
tatis, quib. admonemur corripere inquietos, non
dare sanctum canibus, ut ethnicũ habere Ecclesię
cõtemptorem, à cõpage corporis, membrũ quod B
scãdalizat auellere: ita perturbant Ecclesiæ pacẽ,
ut conentur ante tẽpus separare zizania, atq; hoc
errore cæcati ipsi potius à Christi unitate separen
tur. Qualis nobis causa est aduersus schisma Do-
nati. Et hoc nõ cum illis qui nouerũt Cæcilianũ,
nõ ueris sed calumniosis criminibus appetitũ, &
perniciosam sententiã suã mortifero pudore non
deserunt, sed cũ illis quibus dicimus: Etiam si ma-
li fuissent propter quos in Ecclesia nõ estis, uos ta
men eos ferendo quos emẽdare aut segregare mi
nime poteratis, in Ecclesia permanere debuistis.
Quidã uero ecõtrario periclitantes, cum bonorũ
malorumq; permixtionẽ in Ecclesia demonstratã
uel prædictã esse perspexerint, & patientiæ præ-
cepta didicerint, quæ ita nos firmissimos reddunt C
ut etiã si uidetur in Ecclesia esse zizania, nõ tamẽ
impediatur aut fides, aut charitas nostra, aut quo-
niam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ec
clesia recedamus: instituendã putant esse & Eccle
siam & disciplinã, quandam peruersissimã securi-
tatem præpositis tribuentes, ut ad eos non perti-
neat nisi dicere quid cauendum quidue faciendũ
Propter malos non recedendũ ab ecclesia. Ca. V sit, quodlibet aũt quisq; faciat non curare. Nos
uero ad sanã doctrinam pertinere arbitramur ex
utrisq; testimonijs tutam sentẽtiã moderari, ut &
canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ tolere-
mus, & canibus sanctũ ubi pax Ecclesiæ tuta est,
non demus. Cum ergo siue per negligentiã præ-
positorum, siue per aliquã excusabilem necessita
tem siue per occultas obreptiones inuenimus in
ecclesia malos quos ecclesiastica disciplina corri- D
gere aut coercere nõ possumus, tunc nec ascẽdat
in cor nostrum impia & perniciosa præsumptio,
qua existimemus nos ab his esse separãdos, ut pec
catis eorũ non inquinemur, atq; ita post nos tra-
here conemur ueluti mundos sanctosq; discipu-
los ab unitatis cõpage quasi à malorum cõsortio
segregatos: ueniant in mentẽ illæ de scripturis si-
militudines & diuina oracula uel certissima exẽ-
pla, quibus demonstratum & prænunciatum est
malos in Ecclesia permixtos bonis usq; in finẽ se-
culi tempusq; iudicij futuros, & nihil bonis in uni
tate ac participatiõe sacramẽtorũ qui eorũ factis
nõ cõsenserint obfuturos. Cũ uero eis p quos Ec-
clesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ

aduersus improbos aut nefarios exercendæ, tunc
A rursus ne socordia segnitiaq; dormiamus, alijs a-
culeis præceptorũ quæ ad seueritatẽ coertiõis pti
nẽt, excitandi sumus, ut gressus nostros in uia dñi
ex utrisq; testimonijs illo duce atq; adiutore diri-
gẽtes, nec patiẽtiæ nomine torpescamus, nec ob-
tẽtu diligẽtiæ sæuiamus. Hac ergo secũdũ sanã *Baptismum quibus & quibus dandum. Cap. VI*
doctrinã moderatione seruata, uideamus unde a-
git̃, id est, utrũ ad percipiẽdũ baptismũ sic admit-
tendi sunt homines ut nulla ibi uigilet diligentia,
ne sanctũ canibus detur: usq; adeo ut nec apertis-
simi adulterij perpetratores & eius perseuerantię
professores à sacramento tantę sanctitatis uidean
tur arcendi: quò sine dubio non admitterentur, si
per ipsos dies quibus eãdem gratiam percepturi,
B suis nominibus datis, abstinẽtia, ieiunijs, exorcis-
misq; purgãtur, cum suis legitimis & ueris uxori-
bus se concubituros profiterentur, atq; huius rei
quãuis alio tempore licitæ, paucis ipsis solẽnibus
diebus, nullam cõtinentiam seruaturos. Quomo-
do igit̃ ad illa sancta recusans correptionẽ adul-
ter admittitur, quò recusans obseruationẽ nõ ad-
mittitur coniugatus? Sed prius, inquiũt, baptize-
tur, deinde doceat̃ quid ad bonã uitam moresq;
pertineat. Fit hoc ubi quenquam forte dies urget
extremus, ut ad uerba paucissima quibus tamen
omnia continentur, credat, sacramentumq; perci
piat, ut si ex hac uita migrauerit liberatus exeat à
reatu pręteritorum omniũ peccatorum. Si autem
sanus petit spatiũ discendi quæ discenda sunt, qđ
C aliud opportunius tempus reperiri potest quo au
diat quemadmodũ fidelis fieri ac uiuere debeat,
quàm illud cum attẽtiore animo atq; ipsa religio-
ne suspenso saluberrimæ fidei sacramẽtum petit?
An usq; adeo dissimulamus à sensibus nostris, ut
uel nosipsos non recordemur q̃ fuerimus attenti
atq; soliciti quid nobis præciperent à quibus cate
chizabamur, cum fontis illius sacramenta pete-
remus, atq; ob hoc competentes etiam uocare-
mur: uel nõ intueamur alios qui per annos singu-
los ad lauacrum regenerationis accurrũt, quales
sint ipsis diebus quibus cathecizãtur, exorcizan-
tur, scrutant̃, quanta uigilãtia cõueniant, quo stu-
dio ferueãt, qua cura pendeant. Si tũc tempus nõ
est discendi, quæ uita cõgrua tãto quod accipere
desiderãt sacramẽto quãdo erit? An uero cũ acce
D perint, in tãtis criminibus permanentes, etiã post
baptismũ, nõ noui homines sed rei ueteres: ut ui-
delicet peruersitate mirabili prius eis dicatur: In-
duite hominẽ nouũ: & cum induti fuerint, postea
dicatur: Exuite ueterem: cum Apostolus sanũ or-
dinem tenẽs dicat: Exuite ueterem & induite no Colos. 3
uum: & ipse dominus clamet: Nemo assuit pannũ Matth. 9
nouum uestimento ueteri, & nemo mittit uinum
nouum in utres ueteres? Quid autem aliud agit
totum tempus quo catechumenorum locum &
nomen tenent, nisi ut audiant quæ fides & qualis
uita debeat esse Christiani: ut cum seipsos proba-
uerint, tunc de mensa domini mãducent, & de ca
lice bibant. Quoniã qui manducat indigne, iudi- 1 Cor. 11
cium sibi manducat & bibit. Quod autem fit per
omne

omne tempus quod in Ecclesia salubriter cõstitutum est, ut ad nomen Christi accedentes catechumenorũ gradus accipiãt: hoc fit multo diligentius & instantius his diebus quibus cõpetẽtes uocantur, cum ad percipiẽdum baptismum sua nomina iam dederunt.

Baptizandos iam fidei opera quàm fidem docendos. VII

Quid si, inquiunt, uirgo nesciens uiro nupserit alieno? Hoc si semper nesciat, nũquam ex hoc erit adultera: si autem sciat, iam ex hoc esse incipiet, ex quo cũ alieno uiro sciens cubauerit. Sicut in iure prædiorũ, tandiu quisq; bonę fidei possessor rectissime dicit͂, quandiu se possidere ignorat alienũ: cum uero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc malę fidei perhibebitur, tũc iuste iniustus uocatur. Absit ergo ut sensu nõ humano, sed planè uano sic doleamus cum flagitia corrigunt͂, tanquam cõnubia dirimantur: maxime in ciuitate domini in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia, ubi nuptiarum non solum uinculum, uerumetiam sacramentũ ita cõmendatur, ut non liceat uiro uxorẽ suam alteri tradere: quod in republica tunc Romana, nõ solum minime culpabiliter, uerũetiam laudabiliter Cato fecisse perhibetur. Neq; hinc diutius modo disputare opus est, cum & illi quibus respondeo non audeant affirmare, nullũ hoc esse peccatũ, neq; negẽt esse adulteriũ, ne domino sanctoq; Euãgelio aperte cõuincãtur obsistere. Sed cum eis placet, primũ admittendos esse tales ad percipiendum baptismi sacramẽtum, & ad dominicam mẽsam, etiam si correctionem uoce manifestissima recusauerint: imò uero nihil eos de hac re prorsus admoneri oportere, sed postea doceri: ut si pręcepti obseruationem receperint, culpamq; correxerint, habeant͂ in tritico: si autem cõtempserint, inter zizania tolerent͂: satis ostendunt non se crimina ista defendere, aut quasi leuia uel nulla sint agere. Quis etenim adulterium bonę spei Christianus nullum seu paruũ crimen existimet? Ordinẽ tamen quo hęc in alijs uel corrigantur uel ferant͂ de scripturis sanctis se proferre arbitrant͂, cum dicant Apostolos sic egisse: & de literis eorũ quædam testimonia proferunt, ubi reperiuntur prius insinuasse doctrinã fidei, ac deinde morum tradidisse præcepta. Atq; hinc intelligi uolũt, fidei tantũmodo regulam baptizandis esse intimandam: postea uero iam baptizatis etiam uitæ in melius mutandæ præcepta tradenda, quasi aliquas Apostolorũ Epistolas legant ad eos qui baptizandi sunt datas, ubi de sola fide disputauerunt, & alias ad baptizatos, quibus pręcepta de malis cauendis, bonisq; instituendis moribus cõtinent͂. Cum igitur eos ad Christianos iam baptizatos dedisse literas cõstet, cur utroq; sermone contextę sunt, & eo scilicet qui ad fidem, & eo qui ad uitã bonã pertinet? An forte illis placet ut baptizandis utrunq; non demus, & baptizatis utrunq; reddamus? Quod si absurde dicit͂, ergo fateantur Apostolos doctrinã suam ex utroq; perfectã suis Epistolis indidisse. Sed propterea plerũq; insinuasse prius fidem, ac deinde quod ad uitam bonam pertinet subiecisse, quia & in homine ipso nisi præcedat fides, uita bona sequi non poterit: quicquid enĩ homo ueluti recte fecerit, nisi ad pietatem quę ad deum est, referatur, rectum dici non oportet. Quod si arbitrarent͂ aliqui stulti & nimis imperiti Apostolorum Epistolas ad catechumenos datas, profecto etiam ipsi faterent͂, nondũ baptizatis præcepta morum, quæ fidei congruant, simul cum fidei regulis intimãda: nisi forte ad hãc necessitatem sua nos isti disputatione cõpellunt, ut primas partes Epistolarũ Apostolicarũ ubi de fide loquuntur, catechumenis legẽdas uelint: posteriores autẽ fidelibus, ubi iam pręcipitur quemadmodum Christiani uiuere debeant: quod stultissimum est dicere. Nullum ergo documẽtum est huius opinionis ex Epistolis Apostolorum, cur ideo arbitremur baptizandos de sola fide, baptizatos aũt de moribus admonendos, quia illi primis partibus literarum cõmendauerũt fidẽ, ac postea cõsequenter ut bene à fidelibus uiueretur hortati sunt. Quamuis enĩ illud prius, hoc posterius, sępissime tamen una contexione sermonis utrũq; catechumenis, utrunq; fidelibus, utrũq; baptizandis, utrunq; baptizatis, siue ut instruantur, siue ne obliuiscant͂, siue ut profiteant͂, siue ut confirmẽtur doctrina sanissima & diligentissima prædicandum est. Epistolæ itaq; Petri & Epistolæ Ioannis de quibus quædam testimonia commemorant, addant & Pauli & aliorum Apostolorum, ea ratione accipiendum est quod aduerterũt prius de fide, ac postea de moribus dici, q̃d nisi fallor apertissime exposui.

Christianã uitam scire et agere ante baptismũ necesse Cap. VIII Act. 2

Sed in actibus Apostolorum Petrus, inquiunt, sic allocutus est illos, qui uerbo audito baptizati sunt uno die tria milia, ut eis solam fidem qua in Christũ crederẽt prędicaret. Qui cũ dixissent, quid faciemus? respõdit eis, Agite pœnitentiam, & baptizet͂ unusquisq; uestrũ in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionẽ peccatorũ, & accipietis donũ spiritussancti. Cur ergo nõ aduertũt quod dictũ est, Agite pœnitẽtiã: ibi est enĩ uitæ ueteris expoliatio, ut noua induantur qui baptizant͂? Cui aũt fructuosa est pœnitentia, quæ agitur de mortuis operibus, si in adulterio perseueret alijsq; sceleribus, quibus dilectio mundi huius inuoluit? Sed infidelitatis, inquiunt tantũmodo, quia in Christum non crediderunt, eos uoluit agere pœnitentiã. Mira præsumptio, nolo quicquam grauius dicere, quando eo audito quod dictũ est, Agite pœnitentiam, solius infidelitatis acta dicũtur, cum uita mutanda ex uetere in nouam doctrina Euangelica traderet͂, ubi utiq; & illud est quod in ea sententia ponit Apostolus, Qui furabatur iam non furetur: & cætera, quibus exequit͂ quid sit deponere ueterem hominem & induere nouũ.

Eph. 4

In his autem ipsis uerbis Petri habent unde admoneri potuissent, si diligenter attendere uoluissent. Cum enim dixisset, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionẽ peccatorum, & accipietis donũ spiritussancti: nobis enim hæc est promissio facta & filijs nostris & omnib. qui sunt longe quoscunq; aduocauerit dominus deus noster: cõtinuo subiecit qui librum scripsit atq; ait: & cæ-

teris uerbis pluribus testificabatur dicens, Eripite
uos à seculo hoc prauo. At illi auidissime capien- A
tes exceperunt uerba & crediderunt & baptizati
sunt, & adiectæ sunt illa die tria milia animæ. Quis
hic non intelligat & cæteris plurib. uerbis quæ à
scriptore ꝑpter longitudinē nō recitant, id egis-
se Petrū ut eriperent se ab hoc seculo prauo, quan
doquidem ipsa sentētia breuiter indicata est, cui
persuadēdæ uerbis pluribus Petrus instabat? Ipsa
quippe summa positum est, cum dictum est, Eripi
te uos à seculo hoc prauo: Verbis autem pluribus
ut hoc fieret testificatur Petrus. In his uerbis erat
mortuorum operum condemnatio quæ nequiter
agunt huius seculi dilectores, & cōmendatio ui-
tæ quam teneant atq; sectentur, qui se ab hoc pra-
uo seculo eripiunt. Iam itaq; si placet, affirmare co
nentur, eū se eripere ab hoc seculo prauo, qui tan- B
tummodo credit in Christum, etiam si in flagitijs
quibus uoluerit perseueret usq; ad professionem
adulterij. Quod si dicere nefas est, audiant bapti-
zandi, non solum quid credere debeāt, sed etiam
quemadmodum se ab hoc prauo seculo eripiant.
Ibi enim necesse est ut audiant, quēadmodum cre

Baptismus spadonis, & quid sit euangelizare Christū LX

dentes uiuere debeāt. Spado, inquiunt, ille quē
Philippus baptizauit nihil plus dixit q̄ Credo fi-
lium dei esse Iesum Christum, & in hac professio-
ne continuo baptizatus est. Num ergo placet ut
hoc solum homines respondeant, & continuo ba
ptizent: nihil de spiritusancto, nihil de sancta Ec-
clesia, nihil de remissiōe peccatorū, nihil de resur-
rectione mortuorum: postremo de ipso Iesu Chri
sto nihil nisi quia filius dei est, nō de incarnatione
eius ex uirgine, de passiōe, de morte crucis, de se- C
pultura, de tertij diei resurrectione, de ascensione
ac sede ad dextrā patris aliquid dicēdū est cathe-
chizanti, ac profitendū credēti? Si enim spado cū

Act. 8

respōdisset, Credo filium dei esse Iesum Christum,
hoc ei sufficere uisum est, ut continuo baptizatus
abscederet: cur nō id sequimur, atq; auferimus cæ
tera quæ necesse habemus, etiā cum ad baptizan-
dum temporis urget angustia, exprimere, interro
gando ut baptizandus ad cūcta respōdeat, etiam
si ea memoriæ mandare nō ualuit? Si autē scriptu
ra tacuit atq; intelligenda admisit cętera quæ cum
illo spadone baptizādo Philippus egit, atq; in eo
quod ait, baptizauit eum Philippus, intelligi uo-
luit impleta omnia, quæ licet taceant in scripturis D
gratia breuitatis, tamē serie traditionis scimus im
plenda: pari modo etiā in eo quod scriptū est euā-
gelizasse Philippū spadoni dominum, nullo mo-
do dubitandum est, et illa in catechismo dicta esse
quæ ad uitā moresq; pertinent eius qui credit in
dominū Iesum. Hoc est enī euangelizare Christū,
non tantum dicere quæ sint credēda de Christo,
sed etiam quę obseruāda ei qui accedit ad cōpagē
corporis Christi: imò uerò cuncta dicere quę sunt
credēda de Christo, nō solum cuius sit filius, un-
de secundū diuinitatē, unde secundū carnem ge-
nitus, quæ perpessus, & quare, quę sit uirtus resur
rectionis eius, quod donū spiritus promiserit de-
deritq; fidelibus: sed etiā qualia mēbra, quibus sit

caput, quęrat, instituat, diligat, liberet, atq; ad ęter
A nam uitam honoremq; perducat. Hæc cum dicun
tur, aliquando breuius atq; cōstrictius, aliquando
latius & uberius Christus euangelizat, & tamen
nō solum quod ad fidem, uerū etiam quod ad mo
res fideliū pertinet non prętermittitur. Hoc in-

Scire Christū crucifixum, quid sit, quæ ecclesia uicinitas dilectionis dei & proximi. Cap. X

telligi potest etiam in eo quod commemorant di
xisse Apostolum Paulū, Nihil me dixi scire in uo-
bis nisi Christum Iesum & hunc crucifixū. Quod
illi putant ita dictum, tanquam nihil aliud eis insi
nuatum esset nisi ut primitus crederent ac deinde
baptizati quicquid ad uitā moresq; pertinet dis-
cerent. Hoc, inquiunt, Apostolo satis superq; suf-
fecit, qui eis dixit, quod & si multos pædagogos
haberent in Christo, sed non multos patres, quia
eos in Christo Iesu per Euangelium ipse genuis-
B set. Si ergo ille qui per Euangeliū genuit, quam-
uis gratias agat quod neminem ipsorū baptizaue *1 Cor. 1*
rat nisi Crispum & Caium & Stephanæ domū, ni
hil eos amplius docuit quàm Christum crucifixū:
quid si dicat aliquis, nec resurrexisse Christū eos
audisse quando per Euangeliū geniti sunt? Vnde
est igitur quod eis dicit: Tradidi enim uobis in pri *1 Cor. 15*
mis, quia Iesus Christus mortuus est secundū scri-
pturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit ter-
tia die secūdum scripturas, si nihil nisi crucifixum
docuerat? Si aūt non ita intelligūt, sed hoc quoq;
ad Christum crucifixum pertinere concedūt, sciāt
in Christo crucifixo multa homines discere, & ma
xime quod uetus homo noster simul crucifixus
est, ut euacuetur corpus peccati, & ultra non ser-
uiamus peccato. Vnde etiam de seipso dicit: Mi- *Gal. 6*
C hi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri
Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est
& ego mundo. Proinde attendant & uideāt: quē-
admodum doceatur atq; discatur Christus crucifi
xus, & ad eius crucem nouerint pertinere, quod
etiā nos in eius corpore crucifigitur mundo. Vbi
intelligitur omnis coertio malarum concupiscen
tiarum: ac per hoc fieri nō potest, ut eis qui in cru-
ce Christi informantur, professa adulteria permit
tantur. Nam & Apostolus Petrus de sacramento
ipsius crucis, hoc est passionis Christi admonet,
ut qui ea consecrant peccare desistant ita loquēs:
Christo ergo passo per carnem, & uos eadem co- *1 Pet. 4*
gitatione armamini: quia qui mortuus est carne
D desijt peccare, ut iam nō hominum desiderijs sed
uoluntate domini dei reliquum in carne uiuat, &
cætera. Quibus consequenter ostendit eum perti
nere ad Christum crucifixum, hoc est per carnem
passum, qui in eius corpore crucifixus carnalibus
desiderijs bene uiuit per Euāgelium. Quid quod
etiam duo illa præcepta, in quibus dominus ait to
tam legem Prophetasq; pēdere, huic suæ opinio-
ni suffragari arbitrantur: & sic ea cōmemorant, ut
quoniam primum pręceptum dictum est: Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex to
ta anima tua, & ex tota mente tua: Secundum au-
tem simile huic: Diliges proximum tuum tanquā *Deut. 6*
teipsum: primum pertinere ad baptizandum, ubi
dilectio dei præcipitur: secūdum autem ad bapti-
zatos

zatos, ubi uident esse mores cõuersationis humanæ: sic obliti quod scriptum est, Si fratrem quem uides non diligis, deum quem non uides quomodo diligere poteris? Et illud aliud in eadẽ Epistola Ioannis, Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo. Quo autem pertinent omnia flagitia morum malorum, nisi ad mũdi huius dilectionẽ? Ac per hoc illud primũ præceptũ quod ad baptizandos pertinere arbitrantur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. Nolo plurib. immorari, Nam si diligenter cõsideratur, ista duo præcepta ita ex alterutro connexa reperiunt, ut nec dilectio dei possit esse in homine si nõ diligit proximum, nec dilectio proximi si non diligit deũ. Sed ad rem quæ nunc agit, quod de his duobus præceptis diximus sufficit. At enim populus Israel primum per mare rubrum ductus est, quo significatur baptismus, & postea legẽ accepit, ubi disceret quemadmodũ uiueret. Cur ergo baptizandis uel symbolũ tradimus, reddẽdumq; reposcimus? Nihil enim tale factum est erga illos, quos per mare rubrũ deus ab Ægyptijs liberauit. Si autẽ rectè intelligũt hoc significari præcedẽtib. mysterijs de sanguine ouis postibus illito, & de azymis synceritatis & ueritatis: cur non etiam illud cõsequenter intelligunt, ipsam ab Ægyptijs separationem significare discessionem à peccatis quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet quod à Petro dictum est, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi: tanquã diceret, recedite ab Ægypto & per mare rubrũ transite. Vnde & Epistola quæ ad Hebræos inscribitur, cum eorũ qui baptizãtur cõmemorarent initia, posita est ibi pœnitentia à mortuis operibus: sic enim dicit, Ideoq; remittentes initia Christi uerbum, in cõsummationem respiciamus: non iterũ iacientes fundamentũ pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in deum, lauacri doctrinæ, impositionis manuũ, resurrectionis etiam mortuorum & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia neophytorum satis aperteq; scriptura testat. Quid est aũt à mortuis operibus pœnitentia, nisi ab his quæ oportet mortificari ut uiuamus: quæ si adulteria fornicationesq; nõ sunt, quid iam inter opera mortua nominandum est? Sic aũt non sufficit professio recessionis à talibus, nisi etiam lauacro regenerationis cũcta præterita quæ uelut persequunt peccata deleantur: sicut non suffecit Israelitis recedere ab Ægypto, nisi ea quæ insequebat hostiũ multitudo eiusdem maris fluctibus interiret, qui dei populo transituro liberandoq; patuerunt. Qui ergo profitetur ab adulterio nolle se mutare, quomodo per mare rubrum ducetur, cum ex Ægypto adhuc recuset abscedere? Deinde nõ attẽdunt in ea lege quæ post transitũ maris rubri illi populo data est, primum esse præceptum, Non erunt tibi alij dij præter me. Non facies tibi idola, neq; ullum simulacrum quæcunq; in cœlo sunt sursum, & quæcũq; in terra deorsum, & quæcunq; in aqua & sub terra: non adorabis ea, neq; seruies eis: & cætera ad hoc præceptum pertinentia. Affirment isti itaq; si uolũt contra ipsam suam assertionẽ, etiam de unius dei cultu cauendaq; idololatria, non adhuc baptizandis sed iam baptizatis esse prædicandũ: & non iam dicant, eis qui baptismũ percepturi sunt, fidem tantum quæ in deum est, innimandam: & post eius sacramenti perceptionẽ de moribus uitæ tanquam de secundo præcepto eos quod ad dilectionẽ proximi pertinet, instruendos. Vtrũq; enim lex continet, quam post mare rubrum tanq; post baptismum populus accepit, nec ita facta est distributio præceptorũ, ut ante illius maris transitũ de cauenda idololatria plebs doceret, & posteaquã transierunt audirent honorandum patrem et matrẽ, non mœchandum, nõ occidendũ, & cætera bonę atq; innocentis conuersationis humanę. Si ergo ita quisq; ueniat ad sancti lauacri petitionem, ut profiteatur se ab idolorum sacrificijs non recessurum nisi forte postea quando placuerit, baptismum tamen iamiamq; deposcat, templũq; dei uiui se fieri flagitet, non solum cultor idolorum, uerumetiam in aliquo tam nefario sacrilegio perseuerãs: quæro ab istis utrũ eum faciendum uel catehumenum censeant, quod proculdubio fieri non debere clamabunt. Neq; enim aliud de illorũ corde sentiendũ est. Reddãt itaq; rationẽ secũdum testimonia scripturarum, quæ sic intelligenda putant, quomodo huic audeant contradicere, nec admittẽdum esse cõfirmant reclamantem atq; dicentem, Didici & ueneror Christum crucifixũ, credo filium dei esse Iesum Christum. Non me ultra differas, nihil amplius iam requiras. Quos per Euangelium generabat Apostolus, nihil eos nosse tunc amplius q; Christum crucifixum uolebat. Post uocem spadonis qua se credere Iesum Christũ filium dei esse respondit, cõtinuo Philippus eum baptizare nõ distulit. Quid me ab idolorũ cultu phibes, nec ad sacramentũ Christi admittis, nisi prius inde discessero? illud à pueritia didici, consuetudine ibi grauissima premor, faciã cum potuero, cum cõmodum fuerit: quod etsi non faciam, non tamen sine Christi sacramento hanc uitã finiã, ne deus exigat animam meã de manibus tuis. Quid huic respondendum existimant? An placet ut admittatur? Absit, nullo modo crediderim intantum eos progredi. Quid ergo respondebũt hæc dicenti, & addenti q; nihil sibi de idololatria relinquẽda saltẽ dici debuit ante baptismũ, sicut nihil inde ante mare rubrũ populus ille primus audiuit, quoniã lex hoc habet quã ex Ægypto iam liberatus accepit. Profecto dicturi sunt homini, tẽplum dei futurus es, cum baptismum acceperis. Dicit aũt Apostolus, Quæ compositio templo dei cum idolis? Quare ergo non uident similiter esse dicẽdum, membrũ Christi futurus es, cum acceperis baptismũ. Non possunt membra Christi esse membra meretricis: quia & hoc Apostolus dicit alio loco, Nolite, inquit, errare: neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, & cætera quæ illic enumerat, regnũ dei possidebũt. Cur ergo ad baptismũ idolis seruiẽtes non admittimus et fornicatores admittẽdos putamus, cum

Marginalia: 1 Ioan. 4; 1 Ioan. 2; Exitus Israeli tarum ex Aegypto quid denotet XI; Exod. 14; Act. 2; Heb. 6; Exod. 20; A; B; C; D; Num baptizãdus qui uitam impiã mutare nolit. Ca. XII; 1 Cor. 1; Actor. 8; 2 Cor. 6; 1 Cor. 6

cum & his & cæteris malis dicat, Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed A iuſtificati eſtis in nomine dñi Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri? Quid igiť cauſæ eſt, ut cum poteſtas pateat utrunq; prohibendi, uenientē ad baptiſmū permittam fornicarium permanere, & nō permittam idolis ſeruientē: cum & illis & illis dici audiam, & hæc quidē fuiſtis, ſed abluti eſtis: ſed eo mouentur iſti, quia putāt eſſe in tuto ſalutem eorum, quãuis per ignem qui in Chriſtum crediderint, ſacramentūq; eius acceperint: id eſt, baptizati fuerint, etiam ſi morum corrigendorū ita negligētes ſint, ut nequiter uiuāt. Vnde mox uidebo ſi deus iuuerit, quid ſecundum ſcripturas ſentiendum ſit:

Baptiſmū fidei opera præcedant. XIII Nunc in hac quæſtione adhuc uerſor, in qua eis uideť, baptizatos admonendos eſſe de moribus ad Chriſtianam uitam pertinētibus, baptizandis autem ſolam inſinuandā fidem. Quod ſi ita eſſet, B præter tam multa quæ diximus, non Ioannes Baptiſta *Mat.3* uenientibus ad baptiſmū ſuum diceret, Generatio uiperarū quis oſtēdit uobis fugere ab ira uentura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & cætera, quæ utiq; non de fide, ſed de bonis *Luc.3* operibus admonet. Vnde & militibus dicentibus quid faciemus? non dixit, interim credite & baptizemini, poſt audietis quid facere debeatis: ſed ante dixit, ante præmonuit, ut uenturo domino in cor eorum tanquā præcurſor mandaret uitā. Neminem cōcuſſeritis, nulli calumniā feceritis, ſufficiat uobis ſtipendium ueſtrum. Similiter publicanis quærentibus quid facere deberent, Nihil amplius, inquit, exigatis præter quam cōſtitutum eſt uobis. His breuiter cōmemoratis Euāgeliſta, non enim totos catechiſmos inſerere debuit, ſatis ſi- C gnificauit pertinere ad eū à quo baptizandus catechizatur, docere & monere de moribus. Quod ſi reſpondiſſent Ioanni, prorſus non faciemus fructus dignos pœnitētiæ, calūniaturi ſumus, cōcuſſuri ſumus, ea quæ nobis non debenť exacturi ſumus, & nihilominus eos poſt hanc profeſſionem baptizaret: nec ſic tamen dici poſſet unde modo quæſtio eſt, nō eſſe tēporis cū quiſq; baptizandus eſt, ut prius illi ſermo fiat quemadmodū uitam bonam agere debeat. Quid ipſe dñs, ut alia omittā, cū ab eo diues ille quæreret quid boni faceret ut uitā æternā cōſequereť, recolant quid reſpōderit, *Luc.18* Si uis uenire, inquit, ad uitam, ſerua mandata. At ille, quæ? tūc dominus cōmemorauit pręcepta le- D gis, Non occides, nō mœchaberis, & cætera: ubi cū ille reſpondiſſet hæc ſe feciſſe à iuuentute ſua, addidit etiam perfectionis præceptum, ut uenditis ſuis omnibus & in pauperum eleemoſynis erogatis haberet theſaurum in cœlo, & eundē dominum ſequereť. Videant igiť nō ei dictū eſſe ut crederet & baptizareť, quo ſolo adiutorio putāt iſti uenire hominē ad uitam: ſed morū præcepta homini data, quę utiq; ſine fide cuſtodiri obſeruariq; non poſſunt: nec tamen quia hic de inſinuanda fide dominus uidetur tacuiſſe, præſcribimus nos atq; contenti ſumus, morum tantummodo præcepta dicēda eſſe hominibus ad uitam peruenire cupientibus: Vtraq; enim mutuo cōnexa ſunt, ſicut A ante dixi: quia neq; dilectio dei poteſt eſſe in homine qui nō diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui non diligit deū. Ideo aliquādo alterum ſine altero, ſiue illud, ſiue illud, pro plena doctrina inueniť ſcriptura cōmemorare, ut etiā hoc modo intelligať alterum ſine altero eſſe nō poſſe: quia & qui credit deo, debet facere quod præcepit deus, & qui ꝓpterea facit quia præcepit deus, neceſſe eſt ut credat deo. Quare iam illud uideamus, quod excutiēdum eſt à cordibus religioſis, ne mala ſecuritate ſalutem ſuam perdāt, ſi ad eam obtinendam ſufficere ſolam fidem putauerint, bene autē uiuere & bonis operibus uiam dei tenere neglexerint. *Quod fides ſola ad ſalutē nō ſufficit ſine operibus.* XIIII Nam etiam temporibus Apoſtolorum nō intellectis quibuſdam ſubobſcuris ſententijs Apoſtoli Pauli, hoc eū quidā arbitrati ſunt dicere, faciamus mala ut ueniāt bona: quia dixerat, *Rom.5* B Lex ſubintrauit ut abūdaret delictū, ubi aūt abundauit delictum, ſuperabūdauit gratia. Quod ideo uerū eſt, quia legē accipiētes homines qui de ſuis uiribus ſuperbiſſimè pręſumebāt, nec diuinū adiutoriū uincendarū malarū concupiſcentiarū recta fide impetrātes, plurib. grauioribusq; delictis etiā lege præuaricata onerati ſunt. Ac ſic magno reatu cōpellente cōfugerunt ad fidē, qua miſericordiā indulgentiæ mererenť, & auxiliū à domino qui fecit cœlū & terrā: ut diffuſa per ſpiritūſanctum charitate in cordibus ſuis, cū dilectione agerent quæ cōtra ſeculi huius cōcupiſcentias iuberentur, ſecundū id quod prædictū fuerat in Pſalmo: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea *Pſal.15* accelerauerunt. Cum ergo dicit Apoſtolus, arbi- C trari ſe iuſtificari hominē per fidē ſine operib. legis: nō hoc agit, ut præcepta ac ꝓfeſſa fide opera iuſtitiæ cōtemnanť, ſed ut ſciat ſe quiſq; per fidem poſſe iuſtificari etiā ſi legis opera nō pręceſſerint. Sequunť enim iuſtificatū, non præcedunt iuſtificandū. Vnde in præſenti opere nō opus eſt latius diſputare, præſertim quia modo de hac quęſtione ꝓlixū librū ædidi, qui inſcribiť: De litera & ſpiritu. Quoniā ergo hęc opinio tūc fuerat exorta, alię Apoſtolicæ Epiſtolæ, Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, cōtra eam maxime dirigunt intentionē, ut uehementer aſtruant fidem ſiue operibus nihil ꝓdeſſe: ſicut etiā ipſe Paulus, nō qualemlibet fidē, qua in deū credit, ſed eam ſalubrē planeq; Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione ꝓcedūt: & fi- D des, inquit, quæ per dilectionē operať. Vnde illā *Gal.5* fidē quæ ſufficere ad ſalutē quibuſdā uideť, ita nihil ꝓdeſſe aſſeuerat, ut dicat: Si habeam omnem *1.Cor.13* fidem ita ut montes transferam, charitatē aūt non habeam, nihil ſum. Vbi autem hęc fidelis charitas operať, ſine dubio bene uiuitur: plenitudo em̄ le- *Rom.13* gis charitas. Vnde euidenter in ſecunda Epiſtola Petrus, cū ad uitæ & morū ſanctitatē hortaretur, mundumq; iſtū tranſiturum prænūciaret, cœlos uero nouos & terrā nouā expectari quæ iuſtis inhabitāda tradeť, ut ex hoc attēderēt qualiter eos oporteret uiuere ut habitatione illa digni fierent, ſciēs de Apoſtoli Pauli qbuſdā ſubobſcuris ſen-

tentijs

tentijs nonnullos iniquos accepiſſe occaſionẽ,ut
tanquã ſecuri de ſalute quæ in fide eſt, bene uiue-
re nõ curarent, cõmemorauit quædam ad intelli-
gendũ difficillima eſſe in Epiſtola eius,quę homi
nes puerterent,ſicut & alias ſcripturas,ad propriũ
ſuũ interitũ: cum tamẽ & ille Apoſtolus de ſalute
ęterna,quæ niſi bene uiuẽtibus non dareť,eadem
ſentiret quę cæteri Apoſtoli.Sic itaq; Petrus, His
2 Petri 3 ergo,inquit,hominibus pereũtibus, quales opor
tet uos eſſe in ſanctis cõuerſatiõib. & pietatibus,
expectãtes & ꝓperantes ad præſentiã diei domi-
ni per quã cœli ardentes ſolueneť, & elementa ar-
dore ignis decoqueneť:nouos uero cœlos & terrã
nouam ſecũdum promiſſa ipſius expectamus, in
quib.iuſtitia habitat. Quapropter chariſſimi hæc
expectãtes ſatagite inuiolati & immaculati apud
eũ reperiri in pace: & domini noſtri patientiã ſalu
tem exiſtimate:ſicut & dilectiſſimus frater noſter
Paulus ſecundũ eam quæ data eſt illi ſapientiam
ſcripſit uobis, ut & in omnib. Epiſtolis,loquẽs in
eis de his, in quibus ſunt difficilia quædam intelle
ctu,quæ indocti & inſtabiles puertunt ſicut & cæ
teras ſcripturas, ad propriũ ſuũ interitũ. Vos igiť
amantiſſimi præſciẽtes, cauete ne in falſorũ erro-
re ſeducti decidatis à corroboratione ueſtra: cre-
ſcite uero in gratia & intellectu dñi noſtri & ſalua
toris Ieſu Chriſti:ipſi gloria, & nũc, & in die æter-
nitatis. Iacobus aũt uehemẽter infeſtus eſt eis qui
ſapiunt fidẽ ſine operibus ualere ad ſalutẽ,ut illos
Iacobi 2 etiã dæmonibus cõparet dicens, Tu credis quo-
niam unus eſt deus, bene facis, & dæmones cre-
dunt & cõtremiſcunt. Quid uerius, breuius,uehe
mẽtius dici potuit,cũ et in Euãgelio legamus hoc
dixiſſe dæmonia, cũ Chriſtũ filiũ dei cõfiterentur
& ab illo corriperneť, quod in Petri confeſſione
laudatũ eſt. Quid ꝓderit, ait Iacobus, fratres mei
ſi fidẽ quis dicat ſe habere, opera aũt non habeat?
Nunquid poterit fides ſaluare eũ? Dicit etiã, quia
fides ſine operibus mortua eſt. Quouſq; igitur fal
luntur, qui fide mortua ſibi uitam perpetuam pol
licentur? Quapropter diligenter oportet atten
Opera cũ fide requirt ad ſalutem. XV dere quomodo accipienda ſit Apoſtoli Pauli illa
ſententia planè ad intelligendũ difficilis, ubi ait,
Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere
præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ie-
1 Cor. 3 ſus. Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamen-
tum, aurum, argentum, lapides precioſos, ligna,
fœnũ, ſtipulã, uniuſcuiuſq; opus manifeſtabitur:
dies enim domini declarabit, quia in igne reuela-
biť, & uniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit.
Si cuius opus permanſerit,quod ſuperædificauit,
mercedẽ accipiet: ſi cuius autẽ opus arſerit, dam-
num patieť, ipſe autem ſaluus erit,ſic tamen quaſi
per ignem. Quod quidam ita intelligendũ putãt,
ut illi uideanť ædificare ſuper hoc fundamentum
aurum, argentũ, lapides precioſos, qui fidei quæ
in Chriſto eſt bona opera adijciũt:illi aũt fœnum,
ligna,ſtipulam, qui cum eandẽ fidem habeãt male
operanť. Vnde arbitrantur per quaſdam pœnas
ignis eos poſſe purgari ad ſalutẽ percipiendã me-
rito fundamẽti. Hoc ſi ita eſt, fatemur iſtos lauda-
bili charitate conari ut omnes indiſcrete admittã-
A tur ad baptiſmũ,non ſolũ adulteri & adulteræ cõ-
tra ſententiã domini falſas nuptias prætendentes,
uerumetiã publicæ meretrices in turpiſſima pro-
feſſione pſeuerantes,quas certe nulla etiam negli
gẽtiſſima Eccleſia cõſueuit admittere, niſi ab illa
primitus proſtitutione liberatas. Sed iſta ratione
cur nõ omnimodo admittanť omnino nõ uideo.
Quis enim nõ malit eas poſito fundamento,licet
ligna, & fœnum, & ſtipulam cõgerant, aliquanto
certe diuturniore igne purgari q̃ in æternũ peri-
re? Sed falſa erunt illa quæ obſcuritatẽ ambigui-
tatemq; non habent, Si habeam omnem fidem ita 1 Cor. 13
ut montes transferã, charitatẽ autẽ non habeam,
nihil ſum. Et quid proderit fratres mei ſi fidem di- Iacobi 2
cat ſe quis habere, opera autẽ non habeat,nũquid
B poterit fides ſaluare eũ? Falſum erit & illud, Noli- 1 Cor. 6
te errare: neq; fornicatores, neq; idolis ſeruiẽtes,
neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum con-
cubitores,neq; fures, neque auari, neque ebrioſi,
neq; maledici, neq; rapaces regnum dei poſſide-
bunt. Falſum eſt & illud, Manifeſta ſunt opera car Gal. 5
nis, quæ ſunt fornicationes,immunditiæ, luxuria,
idolorum ſeruitus, ueneficia, inimicitiæ, conten-
tiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones,
hæreſes,inuidiæ,ebrietates, comeſſationes,& his
ſimilia, quæ prædico uobis ſicut prædixi, quoniã
quia talia agunt,regnũ dei non poſſidebunt. Falſa
erũt hæc, Si enim tantummodo credant & bapti-
zenť, quamuis in malis talibus perſeuerent, ſalui
erunt per ignẽ: atq; ideo in Chriſto baptizati etiã
C qui talia agunt, regnum dei poſſidebunt. Fruſtra
autẽ diciť, Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, 1 Cor. 6
quando & abluti hæc ſunt. Inaniter etiã illud à Pe
tro dictũ uidebitur, Sic & uos ſimili forma baptiſ- 1 Petri 3
ma ſaluos facit,non carnis depoſitio ſordium, ſed
conſcientiæ bonæ interrogatio: ſiquidem & ha-
bentes peſſimas conſcientias,omniũ flagitiorũ &
ſcelerũ plenas, nec eorum malorũ pœnitẽtia mu-
tatas, tamẽ baptiſma ſaluos facit: propter funda-
mentum eĩ quod in eo baptiſmate ponitur, licet
per ignẽ,ſalui erũt. Illud quoq; nõ uideo cur domi
nus dixerit, Si uis uenire ad uitã, ſerua mãdata, & Mat. 19
cõmemorauit ea quæ ad bonos mores pertinẽr,ſi
etiam his nõ ſeruatis ad uitã ueniri poteſt per ſolã
fidem, quæ ſine operibus mortua eſt. Illud deinde
D quomodo uerũ erit, quod eis quos ad ſiniſtrã po-
ſiturus eſt, dicet, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus eſt Mat. 25
diabolo & angelis eius: nec increpat quia in eum
non crediderũt,ſed quia bona opera nõ fecerunt.
Nã ꝓfecto ne ſibi quiſquã de fide, quæ ſine operi-
bus mortua eſt, promittat æternã uitam: propter-
ea omnes gentes ſegregaturum ſe dixit, quæ per-
mixtæ eiſdem paſcuis utebanť, ut appareat eos il-
li dicturos, Domine, quando te uidimus illa & illa Mat. 25
patientem, & non miniſtrauimus tibi? qui in eum
crediderant, ſed bona operari non curauerãt, tan-
quam de ipſa fide mortua ad uitam perueniretur
æternam. An forte ibunt in ignem æternum, qui
opera miſericordiæ non fecerunt: & nõ ibunt qui
aliena rapuerũt, uel corrumpendo in ſe templum
dei

dei, in seipsos immisericordes fuerunt: quasi ope-
ra misericordię prosint aliquid sine dilectione, di A
1 Cor. 13 cēte Apostolo, Si distribuam omnia mea paupe-
ribus, charitatē aūt nō babeā, nihil mihi prodest?
Aut diligat quisquā ꝓximū sicut seipsum, qui nō
Psal. 10 diligit seipsum? Qui eñ diligit iniquitatē, odit ani
mam suam. Neq; illud dici hic poterit, in quo nō-
nulli seipsos seducūt, ignē æternū dictū nō ipsam
cōbustionem æternā. Per ignem quippe qui æter
nus erit, transituros arbitranť eos, quibus propter
fidem mortuā per ignem promittūt salutem: ut ui
delicet ipse ignis æternus sit, cōbustio uerò eorū,
hoc est operatio ignis non sit in eos æterna: cum
& hoc præuidens dominus, sententiā suam cōclu
sit ita dicēs. Sic ibūt illi in cōbustionem æternam, B
iusti aūt in uitā æternam. Erit ergo æterna cōbu-
stio sicut ignis, & eos in illam ituros ueritas dicit,
quorū nō fidem, sed bona opera defuisse declara-
uit. Si ergo hæc omnia, & cætera quæ innumera-
bilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta
reperiri possunt, falsa erunt: poterit uerus esse ille
intellectus de lignis & fœno & stipula, ꝙd hi salui
1 Cor. 3 erunt per ignē, qui solam in Christum fidē tenen-
tes bona opera neglexerunt. Si aūt ista & uera &
clara sunt, ꝓculdubio in illa Apostoli sententia ali
us requirendus est intellectus: atq; in his deputā-
2 Pet. 3 da est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædā
difficilia intellectu: quæ non debent homines ꝑ-
uertere ad propriū suū interitū, ut cōtra euidentis-
sima testimonia scripturarū securos faciāt de per-
cipiēda salute nequissimos, nequitiæ suæ pertina- C
cissimè cohęrētes, nec emēdando aut pœnitēdo
Interpretatio loci Pauliui mutatos. Hic à me fortasse quęrať de ipsa Pauli
Cap. XVI Apostoli sentētia ꝙd ego sentiā, & quo nā modo
1 Cor. 13 intelligendā putē. Fateor hic me malle audire in-
telligētiores atq; doctiores, qui sic eam exponāt,
ut illa omnia uera & incōcussa permaneāt, quę su
pra cōmemoraui, & quæcūq; alia nō cōmemora-
ui: quib. apertissime scriptura testať, nihil ꝓdesse
Gal. 5 fidē, nisi eā quā definiuit Apostolus, id est quę per
dilectionē operať: sine opibus aūt saluare nō pos-
se, neq; pręter ignē, neq; per ignē, quia si per ignē
saluat ipsa utiq; saluat. Absolute aūt dictū est & a-
Iacobi 2 perte, Quid ꝓdest si dicat quis fidē se habere, ope
ra aūt nō babet, nūquid poterit fides saluare eum?
Dicam tamē ꝗ̄ breuissime potero etiā ipse quid
senniā de illa Apostoli sententia ad intelligēdum D
difficili, dūmodo illud, quod ad meam promissio
nē attinet, præcipue teneať, quod de hac me mal-
le dixi audire meliores. Fundamentū Christus est
in structura architecti sapiētis, boc expositiōe nō
1 Cor. 3 indiget. Aperte enim dictū est, Fūdamentū enim
aliud nemo potest ponere præter id ꝙd positū est,
quod est Christus Iesus. Si autē Christus, procul-
dubio fides Christi: Per fidē quippe babitat Chri-
stus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus di-
Ephe. 3 cit. Porrò fides Christi illa utiq;, quā definiuit A-
postolus, quæ per dilectionē operať. Non enim fi
Iacobi 2 des illa dęmonū, cum & ipsi credant & contremi-
scant, & filium dei confiteanť Iesum, potest acci-
pi in fundamentū. Quare? nisi quia non est fides

quę operať per dilectionē, sed quæ exprimiť per
timorē. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christia-
næ: id est, ea fides quæ per dilectionē operať, posi
ta in fundamento, neminem perire permittit. Sed
quid sit ædificare super boc fundamentū, aurū, ar-
gentū, lapides preciosos, & ligna, fœnū, stipulam:
si subtilius disserere coner, uereor ne ad intelligen
dum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamē quā-
tum dominus adiuuat, & breuiter, & quantū po-
tero dilucide expedire quod sentio. Ecce ille qui Mat. 19
quæsiuit à magistro bono quid boni faceret, ut ha Mar. 10
beret uitam æternam, & audiuit, si ad uitam ueni- Luc. 18
re uellet, seruanda sibi esse mandata. Et cum quæ-
reret, Quæ mādata, dictū est ei, Non occides, Nō
mœchaberis, Non furtū facies, Non falsum testi-
monium dices, Honora patrem tuum & matrem
tuam, &, Diliges proximū tuum tanquā teipsum,
ut hæc faciens, fidem Christi teneret: & proculdu
bio fidem, quæ per dilectionē operať. Neq; enim
diligeret proximū tanquā seipsum, nisi recepta di
lectiōe dei, sine qua nō diligeret seipsum. Porrò si
faceret etiam quod dominus addidit, dicēs. Si uis
perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes,
& da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo,
& ueni sequere me: ædificaret super illud funda-
mentū, aurū, argentū, lapides preciosos: nō eñ co
gitaret nisi quæ sunt dei, quō placeret deo: & hæ 1 Cor. 3
cogitationes sunt, quantū existimo, aurum, argen
tum, lapides preciosi. Porrò si circa diuitias suas
quodam carnali teneretur affectu, quamuis ex eis
multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas
fraudis aliquid rapinæq; moliret, aut earum minu
endarū uel amittendarū metu in aliquod facinus
flagitiúmue laberetur, alioquin iam se isto modo
ab illius fundamēti stabilitate subtraheret: sed pro
pter carnalem, ut dixi, quem in eis babebat affe-
ctum, talibus bonis sine dolore carere nō posset,
ædificaret super fundamentū illud fœnum, ligna,
stipulam: maxime si & uxorē sic baberet, ut etiam
propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, quo-
modo placeret uxori. Hæc igiť quoniā affectu di-
lecta carnali, non sine dolore amittunť, propter-
ea qui sic ea babent, cum babeant in fundamento
fidem quæ per dilectionē operatur, neq; huic ista
ulla ratione uel cupiditate præponant, in eorū a-
missione passi detrimentū, per ignem quendā do
loris perueniūt ad salutē. A quo dolore atq; detri
mento tanto est quisq; securior, quanto ea uel mi-
nus amauerit, uel tanquam non habens habuerit.
Qui uero propter illa uel tenenda uel adipiscēda
homicidiū, adulterium, fornicationē, idololatriā,
& similia quęq; cōmiserit, non propter fundamē-
tum per ignē saluabitur, sed amisso fundamento
æterno igne torquebitur. Quāobrē & illud quod
dicunt ueluti probare cupientes, quantum ualeat
sola fides, ubi Apostolus dicit: Quod si infidelis 1 Cor. 7
discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus
frater uel soror in huiusmodi: id est, ut propter fi-
dem Christi etiā ipsa uxor legitima societate con-
iūcta, sine ulla culpa relinquať, si cū uiro Christia-
no propter boc quod Christianus est, permanere
noluerit

noluerit:nō attēdūt eo modo illā rectissime dimittit, si uiro suo dicat, Nō ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cōgeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostrā domū trāsigebas, etiā Christianus exerceas: aut si quid aliud uel facinorosum uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat, uel facile uictū habebat, uel etiā incedebat ornatior. Tūc enim ille, cui hoc uxor dicit, si ueraciter egit pœnitentiā ab operibus mortuis, quādo accessit ad baptismum, habetq; in fundamento fidem, quæ per dilectionē operatur, proculdubio plus tenebit amore diuinæ gratiæ, q̄ carnis luxuriæ: & membrū quod eum scādalizat, fortiter amputat: quencūq; autē in hac direptione dolorē cordis propter carnalē affectū cōiugis sustinebit, hoc est detrimētum quod patietur: hic est ignis per quē fœno ardente ipse saluabitur. Si aūt iam sic habeat uxorē tanquā non habens, non propter cōcupiscentiā, sed propter misericordiā, ne forte eā saluam faceret, reddens potius q̄ exigens debitū cōiugale: profecto nec dolebit carnaliter, cū ab illo tali coniugio separabitur: neq; enim in eo cogitabat, nisi quæ sunt dei, quomodo placeret deo. Ac per hoc inquantū aurum, argentum, lapides preciosos cogitationib. illis superædificat, intantū de trimento nullū pateretur, intantum structura eius, quæ non erat fœnea, nullo incendio cremaretur. Siue ergo in hac uita tantū homines ista patiūtur, siue etiā post hanc uitam talia quædā iudicia subsequuntur, non abhorret, quantū arbitror, à ratione ueritatis iste intellectus huius sententiæ. Veruntamen etiā si est alius qui mihi nō occurrit eligendus, istum quādiu tenemus, nō cogimur dicere iniustis, nō subditis, sceleſtis, cōtaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorū cōcubitoribus, plagiarijs, mēdacibus, periuris, & si quid aliud sanę doctrinæ aduersatur, quæ est secundū Euangeliū gloriæ beati dei: si tantum modo in Christū credatis, & sacramentū baptismi eius accipiatis, etiam si uitā istam pessimā non mutaueritis salui eritis. Unde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia dominus ei q̄d petebat dedit, cum ante dixisset, Non est bonū tollere panem filiorū & mittere canibus: quia ille cordis inspector mutatā uidit quam laudauit, & ideo non ait, O canis magna est fides tua: sed, O mulier magna est fides tua. Mutauit uocabulum, quia mutatū uidit affectum, atq; illam correptionē ad fructum peruenisse cognouit. Miror autē si laudaret in ea fidē sine operibus:id est, fidem nō talem quæ per dilectionē iam possit operari, fidem mortuam: & quod Iacobus dicere minime dubitauit, fidem non Christianorum, sed dæmonum. Postremo si istam Chananæam noluīt intelligere mutasse perditos mores, quādo eam Christus cōtemnēdo & corripiendo redarguit, quoscūq; inuenerint tantūmodo credere, uitam uero inquinatissimam nec saltē occultare, sed etiam libere ꝓfiteri, ac nolle mutare, sanēt filios eorū, si possunt, sicut sanata est filia Chananeæ mulieris: non tamē eos faciant membra Christi, cū ipsi esse nō desinant membra meretricis. Illud sane non absurde intelligūt eum peccare in spiritūsanctum, & esse sine uenia reum æterni peccati, qui usq; in finem uitæ noluerit credere in Christum: sed si recte intelligerent quid sit credere in Christum. Nō enim hoc est, habere dæmonū fidem, quæ recte mortua perhibetur, sed fidem quæ per dilectionem operatur. Quæ cum ita sint, quādo tales ad baptismū non admittimus, non ante tēpus zizania euellere conamur, sed nolumus insup sicut diabolus zizania seminare: nec ad Christum uolentē uenire prohibemus, sed eos ad Christū uenire nolle, ipsa sua professiōe cōuincimus: nec uetamus Christo credere, sed demonstramus eos nolle Christo credere, qui uel adulterium dicūt non esse quod ille adulteriū dicit esse: uel credūt adulteros eius mēbra posse esse, quos per Apostolū dicit, regnū dei non possidere: & sanæ doctrinæ aduersari, quæ est secundū Euangelium gloriæ beati dei. Vnde non sunt isti inter eos deputādi, qui ad cōuiuiū nuptiarū uenerūt, sed inter eos qui uenire noluerūt. Cum enim ipsi doctrinæ Christi audēt aptissime cōtradicere, & sancto aduersari Euāgelio, nequaquā uenientes repelluntur, sed uenire cōtemnunt: qui autē seculo saltem uerbis, etiam si non factis renunciant, ueniūt quidem & inter triticū seminantur, & in area cōgeruntur, & ouibus aggregantur, & retia subeunt, & cōuiuantibus admiscentur: sed intus siue lateāt, siue pateāt, tūc erit ratio tolerādi, si potestas nulla est corrigēdi, nec debet esse præsumptio separādi. Absit aūt ut sic intelligamus quod scriptū est, ad cōuiuium nuptiarū adductos, quos inuenerūt bonos & malos: ut eos adduxisse credantur, qui se malos perseueraturos ꝓfessi sunt. Alioquin ipsi serui patrisfamiliās zizania seminauerunt, falsumq; erit illud, Inimicus aūt qui ea seminat, diabolus est. Sed quia hoc falsum esse nō potest, adduxerūt serui bonos & malos, siue qui laterent, siue qui iam adducti & intromissi apparerent: siue bonos & malos dictū est secundū quandā humanā cōuersationē, in qua etiā ij qui nōdū crediderūt, uel laudari uel uituperari solent. Vnde est etiā illud quod dominus mo net discipulos, quos ad Euangeliū prædicandum primitus mittit, ut in quancūq; uenerint ciuitatē, quærāt quis illic dignus sit, ut apud eum habitent donec inde ꝓficiscātur. Profecto ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorū ciuiū bonus habebitur? & quis indignus, nisi qui eis malus innotuerit? Ex hoc utroq; genere ueniūt ad Christi fidem, & sic adducunt boni & mali, quia & illi mali à mortuis operibus pœnitētiā nō recusant. Si aūt recusant, nō intrare cupiētes repelluntur, sed ab introitu ipsi apta cōtradictiōe discedūt. Erit ergo & seruus ille securus, nec inter pigros damnatur, q̄ dominicū talentū noluit erogare, quādoquidē illi noluerūt quod erogabat accipere. Propter illos em̄ hæc similitudo proposita est, qui nolunt suscipere in Ecclesia dispēsatoris officiū, desidiosam prętendentes excusationē, nolle se rationem reddere de peccatis alienis: qui audiūt & nō faciunt, id est, accipiunt & non reddūt. Cū uero dispēsator fidelis &

Aug.to.4 d

Marginal notes: A; Mat.3 (beside line 2 of the right column); Obstinati in peccatis, non merito à baptismo repellantur. XVII; B; 1 Cor.6; 1 Ti.1; Mat.22; C; Mat.13; Mat.10; D; Mat.15; Iacobi 2

& diligens, in erogando paratissimus, & lucrorū
dominicorū auidissimus, dicit adultero, Noli esse A
adulter, si uis baptizari: crede Christo, qui hoc ꝙd
facis dicit esse adulteriū, si uis baptizari: noli esse
membrū meretricis, si uis fieri membrū Christi: il-
le autē respōdet, Nō obedio, nō facio: ipse nō uult
ueram pecuniā dominicā accipere, sed suam poti
us adulterinā uult thesauris dominicis importare.
Si aūt se facturū profiteret̃, nec faceret, nec postea
quolibet modo corrigi posset, inueniret̃ quid de
illo fieret, ne in alijs inutilis esset, qui sibi utilia esse
non posset: ut si intra retia domini bona, piscis ma
lus esset, nō tamē pisces domini suis malis retibus
irretiret: hoc est, ut si haberet in Ecclesia uitā ma-
lam, non tamen illic institueret doctrinā malam.
Cū enim tales facta sua talia defendūt, uel in eis se
perseueraturos apertissime ꝓfitentes, admittunt̃ B
ad baptismū, nihil uident̃ aliud prædicare, nisi for
nicatores & adulteros etiam usq; in uitæ huius fi-
nem in ea nequitia permanētes, regnū dei posses-
suros, & merito fidei, quæ sine operibus mortua
est, ad uitā æternā salutēq; uenturos. Hæc sunt ma
la retia, quæ cauere debēt præcipue piscatores, si
tamen illa euāgelica similitudine piscatores Epi-
scopi, uel inferioris ordinis Ecclesiarū præpositi
intelligendi sunt: quia dictum est, Venite & faciā

Mat.4

uos piscatores hominum. Retibus enim bonis ca
pi possunt pisces & boni & mali, retibus aūt malis
capi nō possunt pisces boni. Quoniā in doctrina
bona & bonus potest esse qui audit & facit, & ma
lus qui audit & non facit: in doctrina uero mala,
& qui eam ueram putat, quāuis ei non obtēperet, C
malus est: & qui obtēperat, peior est. Illud sane
mirabile est, quod fratres qui aliter sapiunt, cū de-
beāt ab ista uel noua uel uetere, ꝑniciosa tamē opi
nione discedere, ipsi insup dicūt nouā esse doctri-
nā, qua nequissimi homines in suis flagitijs se per-
seueraturos in ꝓpatulo profitētes, nō admittunt̃
ad baptismū: quasi nescio ubi ꝑegrinentur, quādo
meretrices & histriones & quilibet alij publicæ
turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis
talibus uinculis ad Christi sacramēta nō permittū
tur accedere, qui utiq; secundū istorū sententiam
omnes admitterent̃, nisi antiquū & robustū morē
sancta ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissi-
ma ueritate uenientē, qua certū habet, quoniam
qui talia agunt, regnū dei nō possidebunt. Et nisi D
egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam, ac
cedere ad baptismum non sinunt̃. Si aūt subrepse
rint, nisi uel postea mutati egerint pœnitētiā, salui
esse non possunt. Sed ebriosi, auari, maledici, & si
qua alia uitia dānabilia apertis factis conuinci re-
darguiq; non possunt, præceptis tamē & catechis-
mis ualidissime flagellant̃, atq; omnes tales muta
ta in melius uoluntate, ad baptismū uidētur acce-
dere. Sed si forte adulteros, quos non lex humana
sed diuina condemnat, id est qui alienas uxores
tanq; suas habent, uel fœminę alienos maritos, ali
cubi negligētius admitti solere aduerterunt, ex il-
lis rectis debēt conari ista corrigere: hoc est, ut e-
tiam isti non admittant̃: nō ex his ꝑrauis illa recta

Prohiberi malos à baptismo non nouum
Cap. XVIII

deprauare, ut neq; de morū correctiōe catechizā-
dos esse cēseant cōpetentes: et cōsequēter omnes
etiā illarū publicarū turpitudinū & scelerū ꝓfesso
res, hoc est meretrices, lenones, gladiatores, ac si
quid huiusmodi est, etiā in illis malis permanētes,
admitti oportere arbitrent̃. Oīa quippe illa quę
Apostolus enumerat, concludens, quoniā qui ta-

1 Cor. 6

lia agūt, regnū dei non possidebunt: qui uehemē-
tius agūt, manifestata sibi cōgruenter increpāt, &
resistētes atq; in eis se ꝑmansuros ꝓfitentes, ad ac
cipiendū baptismū non admittūt. Qui aūt opi-
nant̃ & cætera eleemosynis facile cōpensari, tria
tamē mortifera esse nō dubitāt excōmunicatione
puniēda, donec pœnitētia humiliore sanent̃, im-
pudicitiā, idololatriā, homicidiū. Neq; nunc opus
est quærere qualis sit eorū ista sentētia, & utrū cor
rigēda an approbāda, ne opus susceptū mittamus B
in longū, ꝓpter eam quęstionē, quę huic absoluē-
dę minime necessaria est. Sufficit enim, quia si om
nia nō sunt admittēda ad baptismi sacramentū, in
ter hæc omnia est adulteriū. Si aūt tria illa sola ex-
cipienda sunt, etiā in his tribus est adulteriū, unde
ista disputatio mota est. Sed quoniā malorū Chri-
stianorū mores, qui fuerunt antea etiā pessimi, ha-
buisse nō uidentur hoc malum, ut alienas uxores
ducerēt uiri, aut alienis uiris fœminæ nuberēt: in-
de fortasse apud quasdam ecclesias negligētia ista
surrepsit, ut in catechismis cōpetentium nec quæ-
rerent̃ nec repcuterent̃ hæc uitia. Atq; inde factū
est, ut inciperēt & defendi: quę tamē in baptizatis
rara sunt adhuc, si ea nō negligēdo nō defensa fa-
ciamus. Talem quippe in quibusdā negligētiā, in C
alijs imperitiā, in alijs ignorantiā probabiliter do
minus somno in homine significasse intelligitur,
ubi ait, Cū aūt dormirēt homines, uenit inimicus,

Mat.13

& superseminauit zizania. Hinc aūt existimandū
est nūc ea primū apparuisse in moribus, quamuis
malorū Christianorū, qm̄ beatus Cyprianus in E-

Cyprianus

pistola De lapsis, cū deplorādo & arguēdo multa
cōmemoraret, quibus merito dicit indignationē
dei fuisse cōmotā, ut intolerabili persecutione ec-
clesiā suā sineret flagellari, hęc ibi omnino nō no-
minat: cū etiā illud nō taceat, & ad eosdem mores
malos ꝑtinere cōfirmet, iūgere cū infidelibus uin
cula matrimonij, nihil aliud esse asserēs, ꝙ prosti-
tuere gētibus mēbra Christi: quæ nostris tēpori-

Matrimoniū cum infidelib.

bus iam nō putant̃ esse peccata: quoniā reuera in D
nouo testamēto nihil inde præceptum est, & ideo
aut licere creditū est, aut uelut dubiū derelictum
est. Sicut etiā illud ambiguum est, utrū Herodes
mortui duxerit an uiui fratris uxorem: & ideo nō
ita claret, quid Ioānes ei nō licere dicebat. De cō-

Herodes Mar.6

cubina quoq;, si ꝓfessa fuerit nullū se aliū cognitu
rā, etiā si ab illo cui subdita est, dimittat̃: merito du
bitat̃, utrū ad percipiendū baptismum nō debeat
admitti. Quisquis etiā uxorem in adulterio depre
hensam dimiserit, & aliā duxerit, nō uidet̃ æquan
dus eis, qui excepta causa adulterij dimittūt & du
cunt. Et in ipsis diuinis sentētijs ita obscurū est, u-
trum & iste, cui quidē sine dubio adulterā licet di
mittere, adulter tamē habeat̃ si alterā duxerit, ut
quantum

Non tantum ob tria flagitia licere excommunicare
Cap. XIX

quantū existimo uenialiter ibi quisq; fallat. Quāobrē quæ manifesta sunt impudicitiæ crimina, omnimodo à baptismo ꝓhibēda sunt, nisi mutatione uolūtatis & pœnitētia corrigant: quæ aūt dubia, omnimodo conandū est ne fiant tales coniunctiones. Quid enim opus est in tantū discrimē ambiguitatis caput mittere? Si aūt factæ fuerint, nescio utrum ij qui fecerint, similiter ad baptismum non debere uideantur admitti.

Quæ baptizandi facere debeant. XX

Quantū attinet igitur ad doctrinam salubrē ueritatis, ne cuiquam mortifero peccato ꝑniciosissima securitas detur, uel etiā pestilentiosissima tribuatur autoritas, iste curationis ordo est, ut baptizandi credant in deū patrem & filiū & spiritumsanctū, eo ritu quo symbolū traditur: & à mortuis operibus agant pœnitentiā, omniumq; se omnino pręteritorū remissionē in baptismo accepturos esse non dubitēt: non ut peccare liceat, sed ut peccasse non noceat, ut sit factis remissio nō permissio faciendi. Tūc uere dici potest, etiā spiritaliter, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: *Ioan. 5* quod dominus de corporali sanitate ideo dixit, quoniā sciebat ei quē saluū fecerat, meritis peccatorū illū etiā carnis accidisse lāguorē. Ii aūt ei homini, qui et baptizādus adulter ingredit, & baptizatus adulter egreditur, miror quomodo dici existimenr, Ecce sanus factus es. Quis enim grauis & exitiabilis morbus erit, si adulterium sanitas erit?

Apostolos grauibus peccatis obnoxios non admisisse ad baptismum Cap. XXI

Sed in tribus milibus, inquiunt, quos uno die Apostoli baptizarunt, & in tot milibus credentiū, in quibus Apostolus ab Hierusalē usq; in Illyricū Euāgeliū repleuit, *Rom. 15* erāt utiq; aliqui alienis uxoribus copulati, uel fœminæ alienis maritis: in quibus regulā Apostoli constituere debuerūt, quæ deinceps in Ecclesiis seruaretur: utrū non admitterent ad baptismū, nisi illa adulteria correxissent. Quasi non similiter aduersus eos dici possit, quod nō inueniūt aliquē cōmemoratū, qui cū talis esset admissus est. Aut uero possint singulorū hominū crimina, quod infinitū erat, cōmemorari, cū generalis illa regula satis superq; sufficiat, ubi Petrus pluribus uerbis restificās baptizandis, ait: Eripire uos ab hoc seculo prauo. *Act. 2* Quis enim dubitet ad huius seculi prauitatē adulreria pertinere, & illos qui elegerūt in eadē iniquitate persistere? Similiter autē dici potest publicas meretrices, quas utiq; ad baptismū, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentiū per tot gentes, & de his suscipiēdis uel prohibēdis cōstituere Apostolos exēpla debuisse. Vetunramē de quibusdā minoribus possumus coniectare maiora. Si enim ad baptismū Ioānis ueniētes publicani ꝓhibiti sunt aliquid amplius exigere, *Luc. 3* ꝙ quod eis fuerat cōstitutū, miror si uenientibus ad baptismū Christi posset permitti adulteriū. Cōmemorauerūt etiā Israelitas multa mala & grauia perpetrasse, & effudisse multū sanguinē Prophetarū, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christū credere noluerūt: non intuētes quia peccatū eorū non hoc solū fuit, quia in Christū nō crediderūt, uerumetiā quia Christū occiderunt: quorum unū pertinet ad crimen incredulitatis, alterū ad crimē crudelitatis. Illud ergo est contra fidem rectā, istud contra bonā uitā. Vtroq; aūt uitio caret, qui fidem Christi habet: non sine operibus mortuā, quæ etiam in dæmonibus inuenit, sed fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. Hæc est fides de qua dicitur: Regnum cœlorū intra uos est. *Luc. 17* Hanc enim diripiūt qui uim faciūt credendo, impetrantes spiritū charitatis, ubi est plenitudo legis, sine qua lex in litera reos faciebar etiam præuaricationis. Non itaq; putandū est ideo dictū: Regnum cœlorum uim patitur, & qui uim faciunt, diripiunt illud: *Matth. 11* quia etiā mali tantūmodo credendo & pessime uiuēdo perueniūt in regnū cœlorū: sed quia reatus ille pręuaricationis, quem sola lex, id est litera sine spiritu iubendo faciebat, credēdo soluitur, & uiolentia fidei spiritussanctus impetratur: per quē diffusa charirare in cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore cōpletur.

Non sufficere fide solū credere. XXII

Nequaq; ergo mens incauta fallatur, ut se existimet deum cognouisse, si eum fide mortua, hoc est sine bonis operibus confiteatur more dæmonū: & ideo se iam non dubitet ad uitā æternam esse uenturā, quia dominus dicit: *Ioan. 17* Hæc est aūt uita æterna, ut cognoscant te unum uerum deum, & quē misisti Iesum Christū. Venire quippe debet etiā illud in mentem, quod scriptū est. In hoc cognoscimus eum, si mādata eius seruauerimus. *1. Ioan. 2* Qui dicit, quia cognouit eū, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc ueritas non est. Et ne quisq; existimet mādata eius ad solā fidem pertinere: quanquam dicere hoc nullus est ausus, præsertim quia mādata dixit, quæ ne multitudine cogitationes parerent, in illis duobus tota lex pēdet & Prophetæ: *Mat. 22* licet recte dici posset, ad solā fidem pertinere dei mādata, si non mortua, sed uiua illa intelligat fides, quæ per dilectionē operat: tamen postea Ioannes ipse aperuit quid diceret, cum ait: Hoc est mandatum eius, ut credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inuicem. *1 Ioan. 3* Hoc itaq; prodest in deum recta fide credere, deum colere, deum nosse, ut & bene uiuēdi ab illo sit nobis auxiliū, & si peccauerimus, ab illo indulgentiā mereamur: nō in factis quæ odit securi perseuerātes, sed ab eis recedentes, eiq; dicentes: Ego dixi domine miserere mei, sana animā meam quoniā peccaui tibi: *Psal. 40* quod nō habent cui dicant, qui nō in eū credunt: & frustra dicūt, qui cum tam longe ab illo sint, à gratia mediatoris alieni sunt. Hinc illa uerba sunt in libro sapientiæ, quæ nescio quō intelligit perniciosa securitas: Et si peccauerimus, tui sumus: *Sap. 15* quoniā scilicet bonum & magnū deum habemus, qui uelit atq; possit pœnitentium peccata sanare, nō qui minime audeat permanētes in malignitate disperdere. Deniq; cum dixisset, Tui sumus: addidit, scientes potentiā tuam: utiq; potentiam cui se subtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoq; secutus adiunxit: Non peccauimus aūt, scientes quoniā tui sumus deputati. Quis eīm digne cogitans habitationē apud deū in qua omnes prędestinatione sunt deputati, qui secundum

propoſitũ uocati ſunt, non enitaĩ ita uiuere ut tali
habitationi cõgruat? Quod ergo & Ioãnes dicit, A
1 Ioan. 2 Hæc ſcripſi uobis ut non peccetis, & ſi quis pecca
uerit aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chri-
ſtũ iuſtũ, & ipſe eſt exoratio pro peccatis noſtris:
nõ id ait ut cũ ſecuritate peccemus, ſed ut recedẽ-
tes à peccato, ſi quod admiſſum eſt, ꝓpter illũ ad-
uocatũ quem non habent infideles minime de in-
Iudicare & iudiciũ quid ſignificet in ſacris literis Cap. XXIII dulgẽtia deſperemus. Nec de his igitur uerbis
minor illa conditio promittẽda eſt, ſic in deũ cre-
dere uolentibus ut permaneant in perditis mori-
bus: multo minus de illis ubi Apoſtolus ait, Qui
Rom. 2 ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt. Qui autẽ
in lege peccauerũt, per legem iudicabunĩ: tanquã
hoc loco aliquid diſtet inter perire & iudicari, cũ
alio uerbo hoc idem ſignificatũ ſit. Solent eñ ſcri
pturæ iudicium etiam pro æterna damnatiõe po-
Ioan. 5 nere. Sicut in Euãgelio dominus loquiĩ, Veniet
hora in qua omnes qui ſunt in monumentis audi- B
ent uocẽ eius: & procedent qui bene fecerũt in re
ſurrectionẽ uitæ: qui autẽ male egerũt in reſurre-
ctionẽ iudicij. Neq; illud dictũ eſt, hoc qui credi-
derũt, illud aũt qui non crediderũt: ſed hoc illi qui
bene egerunt, illud qui male egerũt. Inſeparabilis
eſt quippe bona uita à fide, quę ꝑ dilectionẽ opaĩ:
imò uero ea ipſa eſt bona uita. Videmus itaq; re-
ſurrectionẽ iudicij dixiſſe dñm ꝓ reſurrectiõe dã-
nationis æternę. De omnib. quippe reſurrecturis,
ubi proculdubio erãt etiam ij qui omnino nõ cre
dunt, neq; enim ipſi non ſunt in monumẽtis, duas
partes fecit, alios in reſurrectionẽ uitę, aliós in re-
ſurrectionem iudicij reſurrecturos eſſe declarãs.
Quod ſi dicũt, nõ ibi intelligẽdos etiã eos qui om
nino nõ credunt, ſed eos qui per ignẽ ſalui erunt C
quia crediderunt, etiã ſi male uixerũt, ut eorũ tran
ſitoriam pœnã iudicij nomine ſignificatã arbitrẽ-
tur: Quanquã hoc imprudentiſſime dicatur, cum
omnino dominus omnes reſurrecturos, in quib.
ſine dubio & increduli erunt, in duo diuiſerit, ui-
tam & iudiciũ: ita uolens iudiciũ æternũ intelligi
quãuis hoc non addiderit ſicut & uitã. Neq; enim
ait in reſurrectionẽ uitæ æternę, cũ aliud utiq; in-
telligi noluerit: Videant tamẽ quid reſpõſuri ſint
ubi ait, Qui aũt nõ credit, iam iudicatus eſt. Nam
Ioan. 3 hic proculdubio aut iudiciũ pro pœna æterna po
ſitum intelligũt, aut per ignem ſaluos futuros etiã
incredulos dicere audebũt: quoniã qui nõ credit,
inquit, iam iudicatus eſt: hoc eſt, iam iudicio deſti D
natus: & nõ erit quod ꝓ magno beneficio pollice
antur credentib. nequiterq; uiuẽtibus, quãdo & ij
qui nõ credũt nõ erũt ꝑdendi, ſed iudicãdi. Quod
ſi dicere non audent, non audeant aliquid mitius
polliceri eis de quib. dictũ eſt, per legẽ iudicabũ-
tur: quia cõſtat iudiciũ etiã ꝓ ęterna dãnatiõe ſole
re nominari. Quid q; inuenimus nõ ſolũ minime
mitioris, uerũetiã deterioris cõditionis eſſe illos q
ſciẽtes peccãt. Hi ſunt eñ maxime qui legẽ acce-
Rom. 4 perũt. Nã ſicut ſcriptũ eſt, Vbi lex nõ eſt, nec præ-
Rom. 7 uaricatio. Hinc eñ eſt & illud, Cõcupiſcentiã ne-
ſciebã niſi lex diceret, Nõ cõcupiſces. Occaſione
itaq; accepta peccatũ per mandatũ operatũ eſt in
me omnẽ cõcupiſcentiã: & alia multa quæ de hac
re idẽ Apoſtolus dicit. Ab hoc reatu grauiore, li- A
berat gratia ſpiritusſancti per Ieſum Chriſtum do
minũ noſtrũ, quę diffuſa charitate in cordibus no
ſtris donat iuſtitię delectationẽ, qua immoderatio
cõcupiſcẽtiæ ſupereĩ. Hinc itaq; confirmaĩ, nõ ſo
lum nihil mitius ſed grauius aliquid intelligendũ
de quibus dictũ eſt, Qui in lege peccauerũt per le
gem iudicabunĩ: q̃ de illis qui ſine lege peccãtes
ſine lege peribũt. Nec ꝓ pœna trãſitoria hoc loco
dictũ iudiciũ, ſed pro ea qua etiã nõ credentes iu-
dicabunĩ. Nam qui hac utunĩ ſentẽtia ad promit-
tendã ſalutẽ per ignem, illis qui etiã credẽtes peſ-
ſime uiuũt, ut eis dicãt, Qui ſine lege peccauerũt, Rom. 2
ſine lege peribunt: qui aũt in lege peccauerũt, per
legem iudicabunĩ: tanquã dictũ ſit, Nõ peribunt,
ſed per ignẽ ſalui erunt: nec illud attendere potue
runt, hoc Apoſtolum de illis qui ſine lege, & illis
B qui in lege peccauerunt dixiſſe, cum de gentib. &
de Iudæis ageret: ut nõ tantũ gentibus, ſed utriſq;
gratiã Chriſti, qua liberarentur, neceſſariã demõ-
ſtraret: quod totũ ipſa epiſtola ad Romanos eui-
denter oſtẽdit. Iam ergo etiam Iudæis in lege pec-
cantibus, de quibus dictũ eſt, Per legẽ iudicabun
tur, nõ eos liberante gratia Chriſti promittant, ſi
placet, per ignẽ ſalutẽ: quoniã de his dictũ eſt, Per
legẽ iudicabuntur. Quod ſi non faciunt, cõtra ſe-
ipſos ueniunt, qui eos grauiſſimo infidelitatis cri-
mine obſtrictos eſſe dicũt: ut quid trãſferũt ad in-
fideles & fideles, in eo quod ad fidem Chriſti atti-
net, illud quod dictum eſt de ijs qui ſine lege & ijs
qui in lege peccauerunt, cũ de Iudęis & de gẽtib.
ageretur, ut ad Chriſti gratiam utriq; inuitaretur?
C Neq; enim dictũ eſt, Qui ſine fide peccauerũt, Libertas fidei non ſit fidelibus uelamẽ malitiæ XXIIII
ſine fide peribunt: qui antẽ in fide peccauerũt, per
fidẽ iudicabunĩ: ſed ſine lege dictũ eſt, & in lege:
ut ſatis appareret illam cauſam tãgi, quæ inter gẽ-
tes & Iudæos agebatur, nõ quæ inter bonos ma-
losq; Chriſtianos. Quanquã ſi illo loco legem pro
fide accipi uolũt, quod nimis importunũ & abſur
dũ eſt, etiã hinc apertiſſimã poſſunt legere ſenten
tiam Apoſtoli Petri: qui cũ loquereĩ de ijs qui in
occaſionẽ carnis acceperãt, & in uelamentũ mali
tiæ quod ſcriptũ eſt, Nos ad nouũ teſtamẽtũ perti
nentes, nõ ancillæ filios eſſe, ſed liberæ, quia liber Gal. 4
tate Chriſtus non liberauit: & putauerãt hoc eſſe
libere uiuere, ut tanq; de tanta redẽptione ſecuri,
D quicquid liberet licere ſibi arbitrarenĩ, non intu-
entes quod dictũ eſt: Vos in libertatẽ uocati eſtis Gal. 5
fratres, tantũ ne libertatẽ in occaſionẽ carnis de-
tis: unde & ipſe Petrus dicit: Liberi nõ ſicut uela- 1 Petri 2
mentũ malitiæ habentes libertatẽ: ait de illis & in
ſecunda epiſtola ſua: Hi ſunt fontes ſicci, & nebu- 2 Pet. 2
læ à turbine exagitatę, quib. caligo tenebrarũ re-
ſeruata eſt: ſupba enim uanitatis loquẽtes illiciũt
in cõcupiſcẽtijs carnis impudicitiæ eos qui paulu
lum effugerunt, in errore cõuerſati, libertatẽ illis
ꝓmittẽtes, cũ ipſi ſerui ſint corruptiõis. A quo eñ
qs deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Si eñ
refugiẽtes coinquinationes mũdi & agnitionem
domini noſtri & cõſeruatoris Ieſu Chriſti, his rur-
ſus

ſus implexi ſuperanť, facta ſunt illis poſteriora de
teriora prioribus. Melius eñ erat illis nõ cogno-
ſcere uiam iuſtitiæ, q̃ cognoſcentib. retrorſum re
flecti à tradito ſibi ſancto mandato. Cõtigit enim
illis res ueri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuũ uo-
mitum: & ſus lota in uolutabris cœni. Quid ad-
huc promittiť cõtra iſtam manifeſtiſſimã ueritatẽ
cõditio melior, ijs qui cognouerũt uiam iuſtitiæ,
hoc eſt dominũ Chriſtũ, & perdite uiuũt, quaſi o-
mnino nõ cognouiſſent: cũ aptiſſime dicať, Me-
lius erat illis nõ cognoſcere uiã iuſtitiæ, q̃ cogno-
ſcentib. retrorſum reflecti à tradito ſibi ſancto mã
Sanctũ mandatum quid, idq; cognoſcentes ac trãſgredientes quæ pœna maneat. Cap. XXV dato? Neq; enim illud hoc loco intelligendum
eſt ſanctum mandatũ, quo præceptum eſt ut in de
um credamus: quanquã eoipſo totum continetur
ſi eam intelligamus fidem credentiũ, quæ per dile
ctionẽ operať: ſed aperte expreſſit quod diceret
ſanctum mandatũ, id eſt quo præceptum eſt, ut ab
huius mũdi coinquinationib. recedẽres, caſtra cõ
uerſatione uiuamus. Sic enim ait, Si eñ refugien-
tes coinquinationes mundi in agnitionẽ domini
noſtri & conſeruatoris Ieſu Chriſti, his rurſus im-
plexi ſuperanť, facta ſunt illis poſteriora deterio-
ra prioribus. Nõ ait, refugientes ignorantiam dei,
aut refugientes infidelitatẽ ſeculi, uel tale aliquid:
ſed coinquinationes mũdi, in quibus eſt utiq; om
nis immũditia flagitiorũ. Nam de his ſuperius lo-
quens, dixit, Coepulantes uobiſcũ, oculos haben
tes plenos adulterij & indeſinẽtis peccati. Ideo e-
tiam fontes ſiccos eos appellat, fontes uidelicet,
quod acceperint agnitionẽ dñi Chriſti: ſiccos aũt
quia nõ cõgruenter uiuũt. De talib. quippe etiam
Iudas apoſtolus loquens: Ii ſunt, inquit, qui in di-
lectionib. ueſtris maculati coepulanť ſine timore
ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua: & cætera.
Quod enim Petrus ait, Coepulantes uobiſcũ, ocu
los habentes plenos adulterij: hoc Iudas, in dile-
ctionib. ueſtris maculati coepulanť. Mixti ſunt e-
nim bonis in epulis ſacramẽtorũ & dilectionibus
2 Petri 2 plebium. Et quod Petrus ait, fontes ſiccos: hoc Iu-
das, nubes ſine aqua: hoc Iacobus, fides mortua.
Nõ itaq; promittiť pœna ignis trãſitoria turpiter
ſcelerateq; uiuentibus, quia uitã iuſtitiæ cognoue
runt, quibus melius erat nõ cognoſcere, ſicut ue-
raciſſima ſcriptura teſtať. De talibus quippe etiã
Mat. 12 dñs ait: Et erunt nouiſſima illius hominis peiora
Luc. 11 q̃ erãt prima: quoniã purgationis ſuæ habitatorẽ
ſpiritũſanctũ nõ recipiẽs, fecit in ſe immundũ ſpi-
ritũ multipliciorẽ redire. Niſi forte ideo ſunt iſti
de quibus agiť meliores habẽdi, quia non redie-
rũt ad immũditiã adulteriorũ, ſed ab ea nõ receſ-
ſerunt, nec purgati ſe rurſus inquinauerũt, ſed pur
gari recuſauerũt. Neq; eñ ut releuata conſcientia
intrẽt baptiſmũ, dignantur ſaltẽ uomere priſtinas
immũditias, quas canum more iterũ ſorbeant, ſed
in lauacri ipſius ſanctitate ꝑtinaciter crudo pecto
re indigeſtam nequitiã tenere cõtendunt: nec oc-
cultant eã pollicitatione uel ficta, ſed impudentia
ꝓfeſſionis eructãt: nec exeuntes de Sodomis mo
Gen. 19 re uxoris Loth in præterita iterũ attendũt, ſed om
nino de Sodomis dedignanť exire, imò ad Chri-

ſtum cũ Sodomis conanť intrare. Paulus apoſto-
A lus dicit: Qui prius fui blaſphemus & perſecutor *1 Tim. 1*
& iniurioſus, ſed miſericordiã conſecutus ſum, q̃a
ignorãs feci in incredulitate. Et iſtis diciť: Tũc po
tius miſericordiã cõſequimini, ſi ſcientes male ui-
xeritis in ipſa fide. Nimis longũ eſt, & penè infini
tũ omnia teſtimonia ſcripturarũ uelle colligere,
quibus apparet nõ ſolũ nõ eſſe mitiorem cauſam
eorũ qui ſciẽtes, q̃ qui neſcientes uitã nequiſſimã
& iniquiſſimã ducunt, uerũetiã hoc ipſo eſſe gra-
uiorẽ. Proinde iſta ſuffecerint. Caueamus ergo *Baptiſmo Chriſtianorum uita reſpondeat. Cap. XXVI*
diligẽter in adiutorio domini dei noſtri nõ facere
homines male ſecuros, dicentes eis, q; ſi fuerint in
Chriſto baptizati, quomodolibet in ea fide uixe-
rint, eos ad ſalutẽ æternã eſſe uenturos: nec ſic fa-
ciamus Chriſtianos quomodo Iudæi proſelytos,
B quib. dominus ait: Væ uobis Scribæ & Phariſæi, *Matt. 23*
qui circuitis mare & terrã facere unũ proſelytum:
cũ aũt feceritis, facitis eum filiũ gehennę duplo q̃
uos eſtis: ſed potius ſanã doctrinã dei magiſtri in
utroq; teneamus: & ſancto baptiſmo cõſona ſit ui
ta Chriſtiana, ne cuiq; homini ſi utrũlibet defue-
rit uita promittať æterna. Qui eñ dixit: Niſi quis *Ioan. 3*
renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, nõ intrabit in re-
gnum cœlorũ: ipſe etiam dixit, Niſi abundauerit *Matt. 5*
iuſtitia ueſtra ſuper Scribarum & Phariſæorũ, nõ
intrabitis regnũ cœlorũ. De illis quippe ait: Scri-
bæ & Phariſæi ſuper cathedrã Moyſi ſedent: quæ *Matt. 23*
dicũt facite, quæ aũt faciunt, facere nolite. Dicunt
enim & nõ faciunt. Ergo iuſtitia eorum eſt dicere
& non facere: ac per hoc noſtrã eſſe uoluit abun-
C dantem ſuper illorũ, dicere & facere: quę ſi nõ fue
rit, nõ intrabiť in regnũ cœlorum: nõ quia quiſq;
ita debet extolli, ut nõ dicã apud alios iactare, ſed
apud ſeipſum putare audeat, ſe in hac uita eſſe ſi-
ne peccato: ſed niſi eſſent quædã ita grauia ut etiã
excõmunicatiõe plectẽda ſint, nõ diceret Apoſto
lus: Cõgregatis uobis & meo ſpiritu tradere eiuſ- *1 Cor. 5*
modi hominẽ Satanæ in interitum carnis, ut ſpiri
tus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Vnde etiam dicit:
Ne lugeã multos ex ijs qui ante peccauerũt & nõ *2 Cor. 12*
egerũt pœnitentiã ſuper immunditiã & fornica-
tionem quã geſſerũt. Item niſi eſſent quædã nõ ea
humilitate pœnitẽtię ſanãda, qualis in eccleſia da
tur eis qui ꝓprie pœnitẽtes uocanť, ſed quibuſdã
correptionũ medicamẽtis, nõ diceret ipſe domi-
D nus: Corripe eum inter te & ipſum ſolũ, & ſi te au *Matth. 18*
dierit lucratus es fratrem tuũ. Poſtremo niſi eſſent
quædã ſine quibus hæc uita nõ agiť, nõ quotidia-
nam medelã poneret in oratione quã docuit, ut di
camus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos
dimittimus debitorib. noſtris. Iam ſatis quantũ *Epilogus prædictorum. Cap. XXVII*
arbitror de tota illa opinione quid mihi uideretur
expoſui, ubi tres quæſtiones mouerunt. Vna de
permixtione in eccleſia bonorũ & malorũ tanq̃
tritici & zizaniorũ: ubi cauendũ eſt ne ideo pute-
mus eſſe ꝓpoſitas iſtas ſimilitudines, uel hanc, uel
de immũdis in arca animalibus, uel quæcunq; alia
idem ſignificãt, ut dormiat eccleſiæ diſciplina, de
qua in figura illius mulieris dictũ eſt: Seueræ ſunt *Prouer. 31*
cõuerſationes domus eius: ſed ut nõ euſq; ꝓgre-

diaẽ dementię potius temeritas, q̃ seueritas diligẽtię, ut quasi bonos à malis per nefaria schismata se parare præsumat. Nec em̃ per has similitudines & prænũciationes cõsiliũ desidię datũ est bonis, qua negligãt quod prohibere debẽt: sed patiẽtiæ qua perferãt salua doctrina ueritatis q̃d emendare nõ ualent. Nec quia scriptũ est introisse ad Noe in arcam etiã immũda animalia: ideo præpositi uetare nõ debẽt, si qui immũdissimi ad baptismũ uelint intrare saltãtes, q̃d est certe mitius q̃ mœchantes: sed per hãc figurã rei gestę prænũciatũ est immundos in ecclesia futuros ꝓpter tolerãtiæ rationẽ, nõ ꝓpter doctrinæ corruptionẽ, uel disciplinæ dissolutionẽ. Nõ em̃ quacũq; libuit intrauerũt immunda animalia arcę cõpage confracta, sed ea integra per unũ atq; idẽ ostiũ, quod artifex fecerat. Altera quæstio est, in qua eis uisum est fidẽ solam baptizandis esse tradẽdã, postea uero iã baptizatos docendos esse de moribus sed satis demonstratũ est, nisi fallor, tũc magis ꝓtinere ad curã speculatoris, cum om̃es qui fideliũ optãt sacramentũ, omnia quæ dicunẽ intẽtius & solicitius audiunt, nõ tacere de pœna, quã male uiuẽtibus dñs cõminatur: ne in ipso baptismo rei sint grauissimorũ criminũ, quo ueniunt ut remittaẽ reatus omniũ peccatorũ. Tertia quæstio est periculosissima, qua parũ cõsiderata, & nõ secundũ diuinũ eloquiũ pertractata, tota illa opinio mihi uideẽ exorta, in qua promittitur scelestissime turpissimeq; uiuẽtibus, etiam si eo modo uiuere perseuerent, & tantũmodo credant in Christũ, eiusq; sacramẽta percipiant, eos A ad salutẽ uitam q; æternã esse uẽturos: cõtra apertissimam domini sententiã, qui desiderãti uitã æternam, respondit, Si uis uenire ad uitã, serua mandata: & cõmemorauit quæ mandata, ubi ea scilicet peccata uitantur, quibus nescio quo modo salus æterna ꝓmittiẽ propter fidẽ sine operib. mortuã. De his tribus quęstionibus satis, quantũ existimo disputaui: demõstrauiq; sic tolerãdos in ecclesia malos, ut non negligaẽ ecclesiastica disciplina: sic catechizandos eos, qui baptismũ petunt, ut nõ solum audiant atq; suscipiant quid credere, uerũetiã qualiter uiuere debeãt: sic promitti fidelib. uitam æternã, ut nõ etiã per fidẽ mortuã, quę sine operibus saluare nõ potest, ad eã se quisq; puenire posse arbitreẽ, sed per illã fidẽ gratiæ, quę per dilectionẽ operaẽ. Nõ itaq; culpenẽ dispensatores fideles, B non sua negligentia uel pigritia, sed quorũdã potius cõtumacia, qui pecuniã dominicã recusant accipere, & adulterinã suam cogunt seruos dominicos erogare: dum nolunt saltẽ tales esse mali, quales sanctus Cyprianus cõmemorat, seculo uerbis solis & nõ factis renunciãtes: quando nec uerbis renunciare diaboli operibus uolũt, cũ se in adulterio permãsuros uoce apertissima ꝓfitentur. Si q̃d ab eis dici solet, q̃d forte disputando nõ attigi, tale esse arbitratus sum, cui mea responsio necessaria nõ fuisset: siue quod ad rem, de qua agitur, nõ pertinet, siue quod tam leue esset, ut à quolibet redargui facillime posset.

Gen. 7 — Mat. 19 — Gal. 5

DIVI AVRELII AVGVSTINI

QVAESTIONVM SVPER GENESIM LIBER I

C

Vm scripturas sanctas, quę appellanẽ canonicę, legẽdo et cũ alijs codicib. secundũ Septuaginta interpretationẽ cõferendo percurreremus, placuit eas quęstiones, quę in mentẽ ueni rent, siue breuiter cõmemorando, uel etiã pertractãdo tantũmodo proponerentur: siue etiã qualitercunq; tanq; à festinantib. soluerent, stilo alligare, ne de memoria fugerẽt. Nõ ut eas satis explicaremus, sed ut cum opus esset, possemus inspicere: siue ut admoneremur quid adhuc esset requirendum, siue ut ex eo quod iam uidebatur inuentum ut poteramus, essemus & ad cogitandum instructi, & ad respõdendum parati. Si quis igitur hæc legere ꝓpter incultũ in nostra festinatione sermonẽ non fastidierit, si quas quæstiones propositas inuenerit nec solutas, ne ideo sibi nihil collatum putet. Nonnulla enim pars inuentionis est, nosse quid quæras. Quarum autem solutio placuerit, non ibi uile cõtemnat eloquiũ, sed de aliqua participatione doctrinę potius gratuletur. Non enim disputatio ueritate, sed ueritas disputatione requiritur. Exceptis ergo ijs quæ à principio, ubi deus cœlum & terram fecisse narratur, usq; ad dimissionem duorum hominum primorũ de paradiso, tractari multipliciter possunt, de quibus aliàs quantum potuimus disseruimus: hæc sunt quæ legentibus nobis occurrẽtia uoluimus literis attingere. Quomodo Cain potuerit cõdere ciuitatẽ, cum ciuitas alicui utiq; constituatur hominum multitudini, illi autem duo parentes & duo filij fuisse referantur, quorum filiorum ab altero alter occisus est, in cuius occisi lo- D cum alius natus esse narratur? An ideo quæstio est, quoniam qui legunt, putant solos tunc fuisse homines quos diuina scriptura cõmemorat, nec aduertunt eos qui prius sint conditi duos, uel eos etiam quos genuerunt tam diu uixisse, ut multos gignerent? Non enim & Adam ipse eos solos genuit, quorum nomina legũtur, cum de illo scriptura loquens ita concludat, quod genuerit filios & filias. Proinde cũ multo pluribus illi uixerint annis, quàm Israelitæ in Ægypto fuerunt, quis non uideat quàm multi homines nasci potuerũt, unde illa ciuitas impleret, si Hebræi multo minore tempore ita multiplicari potuerũt? Quæri solet, quo modo Mathusalem secũdum annorum computationem uiuere post diluuiũ potuerit, cum omnes, præter eos qui in arcam ingressi sunt, perisse dicãtur. Sed hanc quęstionẽ plurium codicũ mendosi tas peperit. Nõ solũ quippe in Hebręis aliter inue

Gen. 4 — Gen. 5

nitur, uerũetiam in septuaginta interpretatione,
A Mathusalẽ in codicibus paucioribus, sed ueracio
ribus, sex annos ante diluuiũ reperitur fuisse de-
III functus. Itẽ quæritur, queadmodum potuerint
Gen.6 angeli cũ filiabus hominũ concũbere, unde gigã-
tes nati esse perhiberenť: quãuis nõnulli & Latini
& Græci codices, non angelos habeant, sed filios
dei, quos quidã ad soluendã istã quæstionẽ iustos
homines fuisse crediderũt, qui potuerũt etiã ange
lorũ nomine nũcupari. Nã de homine Ioãne scri-
Malach.3 ptũ est: Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã,
qui pręparabit uiã tuã. Sed hoc mouet, quomodo
uel ex hominũ cõcubitu nati sunt gigãtes, uel fœ-
minis miscere se potuerũt, si nõ homines sed an-
geli fuerũt. Sed de gigantib. id est, nimiũ grandib.
atq; fortib. puto nõ esse mirandũ ꝙ ex hominibus
nasci potuerũt, quia & post diluuiũ quidam tales
B fuisse reperiunť: & quædã corpora hominũ ad in-
credibilẽ modũ ingentia, nostris quoq; tẽporib.
extiterũt, nõ solũ uirorũ, uerũetiam fœminarum.
Vnde credibilius est homines iustos appellatos,
uel angelos, uel filios dei, cõcupiscẽtia lapsos pec
casse cũ fœminis, ꝙ angelos carnẽ non habentes
usq; ad illud peccatũ descẽdere potuisse: ꝗuis de
quibusdã dæmonibus qui sunt improbi mulierib.
à multis tã multa dicãtur, ut nõ facile sit de hac re
IIII definienda sententia. De arca Noe quæri solet,
utrũ tanta capacitate quãta describitur, animalia
omnia quę in eã ingressa dicunť, & escas eorũ fer-
re potuerit. Quam quęstionẽ cubito geometrico
soluit Origenes, asserẽs nõ frustra scripturã dixis-
se, ꝙ Moyses omni sapientia Ægyptiorũ fuerit e-
Cubitus geometricus ruditus, qui Geometricã dilexerunt. Cubitũ autẽ
C Geometricũ dicit tantũ ualere quantũ nostra cu-
bita sex ualent. Si ergo tã magna cubita intelliga-
mus, nulla quæstio est, tantæ capacitatis arcã fuis-
V se ut posset illa omnia cõtinere. Itẽ quæriť, utrũ
arca tã magna cẽtũ annis potuerit fabricari à qua-
tuor hominib. id est, Noe & tribus filijs eius. Sed
si nõ potuit, non erat magnũ fabros alios adhibe-
re: ꝗuis operis sui mercede accepta non curaue-
rint utrũ eã Noe sapienter, an uero inaniter fabri-
caret. Et ideo nõ in eã intrauerũt: quia nõ credide
VI rũt quod ille crediderat. Quod ait cũ de arcæ fa
bricatione loqueretť: Inferiora bicamerata & tri-
camerata facies ea, quæri solet: Nũ inferiora futu-
ra erant bicamerata & tricamerata. Sed in hac di-
D stinctiõe totã structurã eius intelligi uoluit, ut ha-
beret inferiora, haberet media & superiora, quæ
appellantur tricamerata. In prima quippe habita
tione, id est in inferiorib. semel camerata erat ar-
ca, in secunda uero habitatione supra inferiorẽ iã
bicamerata erat, ac per hoc in tertia supra secũdã
VII tricamerata erat. Quoniã non solũ uiuere, sed
etiam pasci in arca animalia deus dixit, & iussit ut
Noe ab omnib. escis sumeret sibi & illis quæ ad il-
lum fuerãt ingressura. Quæriť quomodo ibi leo-
nes uel aquilæ, quæ cõsueuerũt carnibus uiuere,
pasci potuerint: utrũ & animalia præter illũ nume
rũ ꝓpter aliorũ escã fuerint intromissa, an aliqua
pręter carnes, quod magis credendũ est, à uiro sa-
picte, uel deo demõstrante prouisa sint, quæ taliũ
quoq; animãtiũ escis cõuenirẽt. Quod scriptũ VIII
est: A uolatilibus mundis, & à uolatilib. immũdis, Gen.7
& à pecorib. mundis, & à pecorib. immũdis, & ab
omnib. serpentibus in terra: quod deinde non ad-
diť, subaudiť mundis & immundis: & adiũgitur,
Duo & duo intrauerũt ad Noe in arcã, masculus
& fœmina. Quæriť quomodo superius distinxe-
rit duo & duo ab immũdis: nunc aũt siue à mũdis
siue ab immundis duo & duo dicat intrasse. Sed
hoc referť nõ ad numerũ mundorũ uel immũdo-
rũ animaliũ, sed ad masculũ & fœminã, quę in om
nibus siue mũdis siue immundis duo sunt mascu-
lus & fœmina. Notandũ quod scriptum est: In IX
quo est spiritus uitę: non solũ de hominib. sed etiã
de pecoribus dictũ: ꝓpter illud quod quidã de spi
ritusancto uolũt intelligere, ubi scriptũ est: Et in- Gen.2
sufflauit deus in faciẽ eius spiritũ uitæ: quod me-
lius quidã codices habent, flatũ uitæ. De mõtiũ X
altitudine, quã omnẽ scriptũ est trãscendisse aquã
cubitis quindecim, quidã nõ recte dubitãt ꝓpter
Olympi mõtis historiã. Si em̃ terra inuadere po-
tuit spatiũ tranquilli illius aeris, ubi diciť nec nu-
bes uideri, nec uẽtos sentiri, cur nõ & aqua crescẽ
doť Quod scriptũ est: Exaltata est aqua super XI
terrã centũ quinquaginta dies. Quæriť utrũ usq;
ad hunc diẽ creuerit, an per tot dies in altitudine
qua creuerat mãserit: quoniã alij interpretes pla-
nius uidenť hoc dicere. Nã Aquila dixit, obtinuit:
Symmachus, præualuerũt aquæ. Quod scriptũ XII
est, exaltatã esse aquam post centũ quinquaginta Gen.8
dies, & adductũ esse spiritũ super terrã, & desijsse
aquã: & cõclusos fontes abyssi, & cataractas cœ-
li, & detentã pluuiã de cœlo: Quæriť utrum post
centũ quinquaginta dies hæc facta sint, an per re-
capitulationẽ omnia cõmemorata sint, quæ post
quadraginta dies pluuiæ fieri cœperũt: ut hoc so-
lũ ad centũ quinquaginta dies pertineat, ꝗd usq;
ad ipsos aqua exaltata est: aut de fontib. abyssi ces
sante iam pluuia, aut quia mãsit in altitudine sua,
dum in illo spiritu siccareť: Cætera uero quę dicta
sunt, nõ post cẽtũ quinquaginta dies omnia facta
sint, sed cõmemorata sint om̃ia, quæ ex fine qua-
draginta dierũ fieri cœperũt. Quod scriptũ est, XIII
dimissum esse coruũ, nec redijsse: & dimissam post
eũ colũbam, & ipsam redijsse, ꝙ nõ inuenisset re-
quiẽ pedib. suis, quæstio solet oboriri. Vtrum cor
uus mortuus sit, an aliquo modo uiuere potuerit:
quia utiq; si fuit terra ubi requiesceret, etiã colũba
requiẽ potuit inuenire pedib. suis. Vnde cõijciť à
multis ꝙ cadaueri potuerit coruus insidere, ꝗd co
lũba naturaliter refugit. Itẽ quæstio est quõ co- XIIII
lũba nõ inueniret ubi resideret, si iã sicut narratio-
nis ordo cõtexiť, nudata fuerãt cacumina mõtiũ.
Quæ quęstio uideť per recapitulationẽ posse dis-
solui, ut ea posterius narrata intelliganť, quę prius
facta sunt, an potius aquæ nondũ siccatæ fuerant.
Quid sibi uult ꝗd dñs dicit: Non adijciã adhuc XV
maledicere sup terrã propter opera hominũ, quia
apposita est mẽs hominis ad malitiã ab iuuẽtute:
Non adijciã ergo adhuc percutere omnẽ carnem

uiuam, quẽadmodũ feci. Et deinde iungit quæ fe-
cundũ largitatẽ bonitatis fuæ donat hominib. in-
dignis. Vtrũ hic Teftamẽti noui indulgẽtia figu-
rata fit, & præterita ultio ad uetus pertineat tefta-
mentũ: hoc eft illud ad legis feueritatẽ, hoc ad gra
XVI tiæ bonitatẽ. Quid eft: Et de manu fratris homi
Gen.9 nis exquirã animam hominis? An omnẽ hominẽ
fratrẽ eius hominis nomine intelligi uoluit, fecun
XVII dum cognationẽ ex uno ductã? Quæritur quare
Gen.9 peccãs Cham in patris offenfa, non in feipfo, fed
in filio fuo Chanaan maledicitur? Nifi quia pro-
phetatũ eft, terrã Chanaã eiectis Chananeis inde
& debellatis, accepturos fuiffe filios Ifrael qui ue-
XVIII nirẽt de femine Sem. Quæritur quõ dictũ fit de
Gen.10 Nemroth: hic cœpit effe gigas fuper terrã: cum gi
gantes & antea natos fcriptura cõmemoret. An
forte quia poft diluuium nouitas generis humani
reparãdi de nouo cõmemoratur, in qua nouitate
XIX hic cœpit effe gigas fuper terrã. Quæritur quid
fit: Et Heber nati funt filij duo, nomen unius Pha
lech, quia in dieb. eius diuifa eft terra: nifi forte in
dieb. eius linguarũ illa diuerfitas extiterit, per quã
XX factũ eft ut gẽtes diuiderenť. Et erat omnis ter-
Gen.11 ra labiũ unum: quõ hoc poteft intelligi, quãdo fu-
perius dictũ eft ꝙ filij Noe, uel filiorũ eius diftri-
buti effent per terrã fecundũ trib. & fecundũ gen
tes & fecundũ linguas fuas, nifi quia per recapitu
lationẽ poftea cõmemorat qđ prius erat: fed ob-
fcuritatẽ hic facit ꝙ eo genere locutionis ifta cõ-
texit, quafi narratio de ijs quæ poftea facta funt
XXI confequať. Venite ædificemus nobis ciuitatẽ
& turrim cuius caput erit ufq; in cœlum. Si fe hoc
poffe crediderunt, nimiũ ftulta audacia & impie-
tas deprehendiť. Et quia ob hoc dei uindicta fecu
ta eft, ut eorũ linguæ diuiderenť, nõ abfurde hoc
XXII cogitaffe credunť. Venite defcẽdamus & con-
fundamus linguas eorũ, ne audiat unufquifq; uo-
cem ꝓximi: utrũ ad angelos dñs hoc dixiffe intel-
ligať, an fecundũ illud accipiẽdũ eft quod in exor
Gen.1 dio libri legiť: Faciamus hominẽ ad imaginem &
fimilitudinẽ noftrã. Nam & quod poftea diciť fin
gulari numero, quia ibi cõfudit dñs labiũ terræ: fi-
cut & illic cũ dictũ effet, faciamus ad imaginẽ no-
ftrã: in cõfequẽtib. tamẽ nõ dictũ eft fecerunt, fed
XXIII fecit dominus. Quod fcriptũ eft: Et erat Arpha
xad annorũ centũ trigintaquinq; cũ genuit Chai-
nan, & uixit Arphaxad poftq̃ genuit Chainan
annos quadringentos, uel ficut in Græco inueni-
mus, annos trecẽtos. Quæriť quõ dixerit deus ad
Noe: Erũt anni uitæ eorũ centũ uiginti: Nõdũ na-
tus erat Arphaxat quãdo dixit hoc deus, nec fuit
in arca cũ parentib. fuis. Quomõ ergo intelliguntť
deinceps anni uitæ humanæ prædicti centũ uigin
ti, cũ inueniať homo uixiffe amplius quadringen
tis annis: Nifi quia intelligiť ante xx. annos q̃ in-
ciperet arca fieri, quæ centũ annis facta reperitur,
hoc deũ dixiffe ad Noe, cũ iam prænũciaret fe fa-
cturũ effe diluuiũ, nec uitæ humanæ deinceps fu-
turæ in ijs qui poft diluuiũ nafcerenť fpatiũ prædi-
xiffe, fed uitæ hominũ quos fuerat diluuio deletu
XXIIII rus. Quæritur quare fcriptũ fit: Sem erat pater

omniũ filiorũ Heber: cũ inueniatur Heber quin- Gen.10
A tus à Sem filio Noe, utrũ ex filio Hebræi dicuntur
appellati, per filiũ eñi generatio trãfit ad Abrahã.
Quid ergo probabilius fit, ab Heber tanq̃ Hebe
ros dictos, an Abræos, merito quæriť. Quo- XXV
modo accipiendum fit, ꝙ cum effet Thare pater Gen.11
Abrahæ annorũ lxx. genuit Abraham, & poftea
cum fuis omnib. manfit in Charrã & uixit annos
ducẽtos quinq; in Charram & mortuus eft: Et di-
xit dominus ad Abrahã ut exiret de Charram, &
exijt inde, cum effet idem Abraham feptuaginta-
quinq; annorũ: Nifi quia per recapitulationẽ oftẽ
ditur uiuo Thare locutũ effe dñm. Et Abrahã ui-
uo patre fuo fecundũ præceptũ domini, exiffe de
Charrã, cũ effet feptuagintaquinq; annorũ, cente
fimo & quadragefimo & quinto anno uitæ patris
B fui: fi dies uitæ patris fui anni ducenti quinq; fue-
rint, & ideo fcriptũ fit: Fuerũt anni uitæ Thare du
cẽti quinq; in Charrã, quia ibi cõpleuit om̃es an-
nos totius uitæ fuæ. Soluiť ergo quæftio per reca-
pitulationẽ, quæ indiffolubilis remaneret, fi poft
mortẽ Thare acciperemus locutũ effe dominũ ad
Abrahã ut exiret de Charrã, qui non poterat effe
adhuc annorũ lxxv. cũ pater eius iam mortuus ef-
fet, quia eũ feptuagefimo ætatis fuæ anno genue-
rat: ut Abrahã poft mortẽ patris fui annorũ effet
centũ trigintaquinq;, fi omnes anni patris eius du
centi quinq; fuerũt. Recapitulatio itaq; ifta fi ad- Recapitulationis utilitas
uertať in fcripturis, multas quæftiones foluit, quæ
indiffolubiles poffint uideri fecundũ etiam fupe-
riorũ quæftionũ expofitionẽ per eandẽ recapitu-
lationẽ factã: quanq̃ aliter ifta quæftio à quibuf-
C dam foluať, ex illo cõputari annos ætatis Abrahæ
ex quo liberatus eft ex igne Chaldæorũ, in quem
miffus eft ut arderet, quia eundẽ ignẽ fuperftitiõe
Chaldæorum colere noluit: liberatus inde, etfi in
fcripturis nõ legiť: Iudaica tamẽ narratione tradi-
tur. Poteft & fic folui, quoniã fcriptura quæ dixit,
Cũ effet Thare annorũ lxx. genuit Abrahã & Na
chor & Aram: non utiq; hoc intelligi uoluit, quia
eodem anno feptuagefimo ætatis fuæ omnes tres
genuit, fed ex quo anno generare cœpit, eum an-
num cõmemorauit fcriptura. Fieri autẽ potuit, ut
pofterior fit generatus Abrahã, fed merito excel-
lentiæ qua in fcripturis ualde cõmendať, prior fue
rit nominatus: ficut Propheta priorem nominauit
minorem, Iacob dilexi, Efau aũt odio habui. Et in Malach.1
D Paralipomenon cũ fit quartus nafcẽdi ordine Iu- 1 Paral.4
das, prior eft nominatus, à quo Iudaicæ gẽti nomẽ
eft datũ propter tribum regiã. Cõmodius aũt plu
res exitus inueniunť, quibus quæftiones difficiles
diffoluunť. Cõfideranda eft fane narratio Stepha
ni de hac re, cui magis harũ expofitionũ nõ repu-
gnet: Et illud quidẽ cogit, ut nõ ficut narrari uide
tur in Genefi, poft mortẽ Thare locutus fit deus
ad Abrahã ut exiret de cognatione fua & de do-
mo patris fui, fed cũ effet in Mefopotamia priuf-
quam habitaret Charrã, iam utiq; egreffus de ter-
ra Chaldæorũ, ut in illo itinere intelligatur ei lo-
cutus deus. Sed quod Stephanus poftea fic nar- Act.7
rat: Tunc egreffus Abrahã de terra Chaldæorum
habitauit

habitauit in Charrã, & inde postquã mortuus est pater eius, collocauit eũ in terra hac: non paruas affert angustias huic expositioni quæ fit per recapitulationẽ. Videtur enim habuisse imperiũ dñi quod ei fuerat locutus in itinere Mesopotamię egresso de terra Chaldæorũ & euntiin Charrã, & hoc imperiũ post mortẽ patris sui obedienter impleesse cũ dicitur: Et habitauit in Charram: & inde postq̃ mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac. Ac per hoc manet quęstio, si septuagintaquinq; annorũ, sicut euidenter scriptura Geneseos loquitur, fuit, quando egressus est de Charrã, quõ esse possit hoc uerum, nisi forte quod ait Stephanus: Tunc Abrahã egressus est de terra Chaldęorũ & habitauit in Charrã, nõ sic accipiaẽ, tunc egressus est posteaq̃ ei locutus est dñs: iam enim erat in Mesopotamia, sicut supra dictũ est, quãdo illud audiuit à dño: sed ipsam regulã recapitulationis contexere uoluit Stephanus, & simul dicere, unde egressus, ubi habitauerit, cũ ait: Tunc Abraham egressus est de terra Chaldęorũ, & habitauit in Charram. In medio aũt, id est inter egressum de terra Chaldæorum, & habitationẽ in Charrã, locutus est ei deus. Postea uero quod adiungit Stephanus: Et inde postquã mortuus est pater eius, collocauit in terra hac: intuendũ est, quia non dixit, & postquam mortuus est pater eius, egressus est de Charrã: sed inde collocauit eũ deus in terra hac: ut post habitationem in Charrã collocareẽ in terra Chanaan, non post mortem patris egressus, sed post mortem patris collocatus in terra Chanaan: ut ordo uerborũ sit: Habitauit in Charrã, & inde collocauit illum in terra hac, postq̃ mortuus est pater eius: ut tunc intelligamus collocatũ uel constitutũ Abraham in terra Chanaan, quãdo illic eum nepotẽ suscepit cuius uniuersum semẽ illic fuerat regnaturum ex promisso dei hæreditate donata. Nã ex ipso Abrahã natus est Hismael de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos illius terræ nõ pertinet hæreditas. Et ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hæreditate alienatus est. Ex Iacob autẽ filio Isaac quotquot filij nati sunt, id est uniuersum semen eius, ad illã hæreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus & constitutus est in illa terra Abrahã, quoniã uixit usq; ad natiuitatem Iacob si recte intelligitur. Soluta quęstio est secundum recapitulationẽ, q̃uis & aliæ solutiones non sint contẽnendæ. XXVI *Gen. 12* Erit ergo cũ te uiderint Ægyptij, dicẽt, quia uxor illius hęc. Factum est aũt statim ut intrauit Abrahã in Ægyptũ, uidẽtes Ægyptij mulierẽ, quia speciosa erat ualde. Quõ accipiatur, q̃ Abraham ueniens in Ægyptũ celare uoluit uxorem suã esse Sarã, secundũ omnia quæ de hac re scripta sunt, utrũ hoc cõuenerit tam sancto uiro, an sub defectione fidei eius intelligaẽ, sicut nõnulli arbitrati sunt, iam quidem cõtra Faustum de hac re disputaui: & diligẽtius à presbytero Hieronymo expositũ est, quare nõ sit cõseq̃ues, ut cũ aliquot dies apud regẽ Ægypti Sara fuerit, etiam eius concubitu credatur esse polluta: quoniã mos erat regius, uicibus ad se admittere mulieres suas *Lib. 22. ca. 33*

& nisi fomẽtis & unguẽtis diu prius accurato corpore, nulla intrabat ad regẽ. Quæ dũ fierent, afflictus est Pharao manu dei, ut uiro redderetur intactam, quã ipsi deo maritus cõmiserat, tacens q̃ uxor esset, & nõ mentiẽs q̃ soror esset: ut caueret quod cauere quãtũ homo poterat, & deo cõmendaret quod cauere nõ poterat: ne si & illa quod cauere poterat deo tantũ dimitteret, nõ in deũ credere, sed deũ tentare potius inueniret. Quod terra Sodomorũ & Gomorreorũ anteq̃ deleret comparatur paradiso dei, eo q̃ erat irrigua ut terra Ægypti quã Nilus irrigat: satis ut opinor ostenditur quõ debeat intelligi ille paradisus, quẽ plantauit deus ubi cõstituit Adã. Quis enim alius intelligatur paradisus dei nõ uideo: & utiq; si arbores fructiferæ in paradiso uirtutes animi accipiendæ essent, sicut nonnulli existimant, nullo corporali in terra paradiso ueris lignorũ generib. instituto, nõ diceretur de ista terra, sicut paradisus dei. XXVII *Gen. 13* Respiciẽs oculis tuis uide à loco in quo nunc tu es ad aquilonẽ & aphticũ & orientẽ & mare, quia omnem terrã quã tu uides tibi dabo eã & semini tuo usq; in seculũ. Quæritur hic quõ intelligatur tantum terræ promissum esse Abrahæ & semini eius quãtũ poterat oculis circũspicere per quatuor cardines mũdi. Quantũ est enim quod ad terrã cõspiciẽdã acies corporalis uisus possit attingere? Sed nulla est quęstio si aduertamus nõ hoc solum esse promissum: nõ enim dictũ est, tantũ terræ dabo tibi quantũ uides, sed tibi dabo terrã quã uides. Cũ enim & ulterior undiq; dabaẽ, profecto hæc præcipue quæ uidebaẽ dabatur. Deinde attendendũ est quod sequiẽ, quoniã ne putaret etiã ipse Abraham hoc solũ promitti terrarũ quod aspicere uel circũspicere posset: Surge, inquit, & perambula terrã in lõgitudine eius & latitudine, quia tibi dabo eã: ut perambulãdo perueniret ad eã, quã oculis uno loco stans uidere nõ posset. Significat aũt ea terra quam prius populus accepit Israel semen Abrahæ secundũ carnẽ, nõ illud latius semen secundũ fidem: quod ne tacereẽ, dictum est ei futurum sicut arenã maris, secundũ hyperbolẽ quidẽ, sed tamen tantum quod numerare nullus posset. XXVIII

Et nũciauit Abrahã transfluuiali. Transfluuialem Abrahã appellatũ etiam Græca exẽplaria satis indicant: sed cur ita appellatus sit, hæc uidetur causa, quòd ex Mesopotamia ueniens trãsito flumine Euphrate sedes cõstituit in terra Chanaan, & transfluuialis appellatus est ex ea regione unde uenerat: Vnde Iesus Naue dixit ad Israelitas, Quid uultis seruire dijs patrum uestrorũ qui sunt trans flumen? XXIX *Gen. 14* De eo quod scriptũ est: Circa solis uero occasum pauor irruit super Abrahã, & ecce timor magnus incidit ei. Pertractanda est ista quęstio, pp̃ter eos qui cõtendunt perturbationes istas nõ cadere in animũ sapientis: utrum tale aliquid sit quale Aulus Gellius cõmemorat in libris noctium Atticarũ, quendã Philosophũ in magna maris tẽpestate perturbatũ cũ esset in naui, & animaduersum à quodã luxurioso adolescẽte: q cũ ei post transactũ periculũ insultaret, q̃ Philosophus XXX *Gen. 15* *Lib. 19. cap. 1*

cito

cito perturbatus esset, cũ ipse neq; timuerit neq;
palluerit: Respõdit, ideo illũ nõ perturbatũ, quia
nequissimę animę suę nihil timere deberet, quod
nec digna esset ꝓ qua aliquid timeret: Cæteris aũt
studiosis qui in naui fuerant expectantib. protulit
librũ quendã Epicten stoici: ubi legebat non ita
placuisse stoicis, nullã talẽ perturbationẽ cadere
in animũ sapientis, quasi nihil tale in eorũ appare
ret affectib. sed perturbationẽ ab eis definiri, cum
ratio talibus cederet, cũ aũt nõ cederet, nõ dicen-
dũ perturbationẽ. Sed cõsiderandũ est queadmo
dũ hoc dicat Aulus Gellius, & diligenter disseren
XXXI dũ. Dabo tibi & semini tuo post te terrã in qua
Gen.17 habitas, omnẽ terrã cultam in possessionẽ ęternã.
Quæstio est quomõ dixerit æternã, cum Israelitis
tẽporaliter data sit: utrũ secundũ hoc seculũ dicta
sit æterna ut ab eo quod est αἰὼν Græce, quod se-
culum significat, dictũ sit αἰώνιον, tanq; si Latine di
ci posset seculare: an ex hoc aliquid secundũ spiri
talẽ promissionẽ hic intelligere cogamur, ut ęter
num dictũ sit ideo, quia hinc æternũ aliquid signi
ficat: An potius locutionis est scripturarũ ut ęter-
nũ appellẽt, cuius rei finis nõ cõstituit: aut nõ ita
fit ut deinceps nõ sit faciendũ, quantũ pertinet ad
curã uel potestatẽ faciẽtis, sicut ait Horatius: Ser-
uiet æternũ, qui paruo nesciat uti. Non eñ potest
in æternũ seruire, cuius ipsa uita qua seruit ęterna
esse nõ potest. Quod testimoniũ non adhiberem,
nisi locutionis esset. Verborũ quippe illi sunt no-
bis autores, non rerum uel sententiarũ. Si aũt de-
fendunt scripturæ secundũ locutiones proprias,
quæ idiomata uocant, quãto magis secundũ eas,
quas cum alijs linguis cõmunes habent. Quę-
XXXII ritur quomodo dictũ sit ad Abrahã de filio eius:
Gen.17 Et reges gentiũ ex illo erunt: utrum quia nõ pro-
uenit secundũ regna terrena, secundũ ecclesiã ac-
cipi debeat, an propter Esau etiam ad literã conti
XXXIII git. Et uidẽs procurrit in obuiã illis ab ostio ta-
Gen.18 bernaculi sui, & adorauit super terrã, & dixit: Do-
mine, si inueni gratiã ante te, ne prętereas seruum
tuũ: Quæritur cũ tres uiri essent qui ei apparue-
rant, quõ singulariter dominum appellat, dicens:
Domine si inueni gratiã ante te: An intelligebat
unũ ex eis dominũ, & alios angelos: an potius in
angelis dominũ sentiẽs, dño potius q̃ angelis lo-
qui elegit: quia uno ex tribus cum ipso Abraham
postea remanente, duo mittunt in Sodomã, & il-
XXXIIII lis sic loquit Loth tanq; domino. Sumat aqua,
& lauem pedes uestros, & refrigerate sub arbore,
& sumã panem & mãducate. Quæritur si angelos
intelligebat, quomodo potuerit ad hãc humani-
tatem inuitare, quoniã refectio mortali carni ne-
XXXV cessaria est, nõ immortalitati angelorũ. Abra-
ham aũt & Sara seniores progressi in diebus, defe
cerant aũt Saræ fieri muliebria. Seniorũ ætas mi-
nor est q̃ senum: quãuis & senes appellent senio-
res. Vnde si uera sunt quæ à nõnullis medicis asse
runt, quoniã senior uir cum muliere seniore filios
facere nõ potest, etiã si adhuc fœminæ muliebria
ueniãt, secundũ hoc admiratũ Abrahã de ꝓmis-
sione filij, & miraculũ posuisse Apostolũ, accipe-
re possumus, ubi dixit: Emortuũ corpus Abrahæ. Rom.4
A Emortuũ quippe corpus nõ ita intelligendũ est,
ac si omnino nullam uim generandi habere pos-
set, si mulier iuuenilis ætatis esset, sed secundũ hoc
emortuũ ut etiam de prouectioris ætatis muliere
nõ posset. Nã ideo de Cethura potuit, quia & iu-
uenem illã inuenit. Sic enim medici tradunt, quo-
niã cuius corpus uiri secundũ hoc iam defecit, ut
cũ fœmina prouectioris ætatis, q̃uis mẽstrua ad-
huc patiatur, generare nõ possit, de iuuencula po
test. Et rursus mulier, quæ iam ꝓuectæ ætatis est,
q̃uis adhuc menstrua fluant, ut de seniore parere
nõ possit, de iuuene potest. Illud itaq; ideo mira-
culũ fuit, quia secũdũ id quod diximus, emortuo
corpore uiri, fœmina quoq; prouectæ ætatis fuit,
ut ei destitissent fieri muliebria. Nã quod ait Apo
stolus, corpus emortuũ, uerbo quis premat, quod
B dixit emortuũ: Iam ergo nec animã habuisse, sed
cadauer fuisse intelligi debet, quod absurdissimæ
falsitatis est. Sic itaq; soluit ista quæstio. Alioquin
merito mouet, quomodo cũ esset Abrahã propè
mediæ ætatis, secundũ quã homines tũc uiuebãt:
& postea filios de Cethura fecerit, dicat ab Apo-
stolo corpore emortuo, & pro miraculo, quia ge-
nuit, prædicetur. Et dixit dominus ad Abrahã: XXXVI
Quare risit Sara in semetipsa dicens: Ego uero pa Gen.18
riam, ego aũt senui? Quæritur quare istam redar-
guit dominus, cum & Abrahã riserit, nisi quia il-
lius risus admirationis & lætitiæ fuit: Saræ aũt du-
bitationis, & ab illo dijudicari potuit qui corda
hominum nouit. Negauit Sara dicens: Nõ risi, XXXVII
timuit enim. Quomodo intelligebãt deũ esse qui
C loquebatur, cũ etiã negare ausa sit Sara quod rise-
rit, tanquã hoc ille posset ignorare: nisi forte Sara
homines eos putabat, Abraham uero deũ intelli-
gebat: sed etiam ipse illa humanitatis officia præ-
bẽdo, de quibus supra dixi, quę necessaria nisi in-
firmæ carni esse non possent, mirum nisi homines
prius esse arbitratus est. Sed fortassis in aliquibus
deum loqui intellexit, quibusdã diuinæ maiesta-
tis existentib. & apparentibus signis: sicut in ho-
minibus deũ sæpe apparuisse scriptura testat. Sed
rursus quærit, si ita est, unde angelos fuisse postea
cognouerunt, nisi fortè cum eis uidentibus in cœ
lum issent. Scio enim quia cõstituet filijs suis, & XXXVIII
domui suæ post se, ut custodiãt uias domini, & fa-
ciant iustitiam & iudiciũ, ut adducat dominus in
D Abrahã omnia quę locutus est ad illum. Ecce ubi
promittit dominus Abrahæ nõ solũ præmia, sed
etiã obedientiã iustitiæ filiorum eius, ut circa eos
etiã præmia promissa cõpleantur. Descendens XXXIX
ergo uidebo si secundũ clamorem ipsorũ uenien-
tem ad me consummantur, si aũt non, ut sciã: uer-
ba hæc si nõ dubitãtis, quid duorũ potius euentu
rum sit, sed irascẽtis & minantis accipiamus, nulla
quęstio est. More quippe humano deus in scriptu
ris ad homines loquit, & eius irã nouerũt sine ꝑ-
turbatione eius intelligere qui nouerũt. Solemus
aũt etiã sic minaciter loq. Videamus si nõ tibi fa-
cio: aut, uideam⁹ si nõ illi facio: &, si nõ potuero ti
bi facere: uel sciã, id est hoc ipsum experibor, utrũ
non

nõ possim: quod cõminando, nõ ignorãdo dicit.
Irati apparet affectus: sed perturbatio nõ cadit in
deũ. Mos autẽ humanæ locutionis & usitatus est,
ut humanæ infirmitati congruat cui deus coaptat
XL locutionẽ suã. Quæri solet, utrũ quod de Sodo-
mis dixit deus, nõ se perdere locũ si inuenirent il-
lic uel decẽ iusti, speciali quadã sententia, de illa ci
uitate, an de omnib. intelligendũ sit generaliter,
parcere deũ loco in quocunq; uel decem iusti fue
rint. In qua quæstione nõ est quidẽ necesse ut hoc
de omni loco accipere cõpellamur. Verũtamen
de Sodomis potuit & sic dici, qa sciebat deus ibi
nõ esse uel decẽ: & ideo sic respondebatur Abra-
hæ, ut significaretur, nec tot ibi posse inueniri, ad
exaggerationẽ iniquitatis illorũ. Nõ enim neces-
se erat deo tã sceleratis hominib. parcere, ne cũ il-
lis perderet iustos, cũ posset iustis inde liberatis,
reddere impijs digna supplicia: sed ut dixi ad ostẽ
dendã malignitatẽ multitudinis illius dixit: Si de-
cem ibi inuenero parcã uniuersæ ciuitati: tanq; si
diceret: Certe possum nec pios cũ impijs perde-
re: nec tamẽ ꝓpterea impijs parcere, quia libera-
tis & separatis inde pijs, possum impijs digna re-
pendere: & tamen si ibi inueniant, parco: hoc est
quia nec tot ibi possent inueniri. Tale aliquid est
Hier.5 apud Hieremiã ubi ait: Circuite uias Hierusalẽ, &
uidete & quærite in plateis eius & cognoscite si
inuenietis hominẽ facientẽ iustitiã & quærentẽ
fidẽ, & propitius ero peccatis eorũ: id est inuenite
uel unũ & parco cæteris, ad exaggerãdũ & demõ
XLI strandum q nec unus ibi posset inueniri. Quod
Gen.19 occurrit Loth angelis & adorauit in faciẽ, uidetur
intellexisse q angeli essent. Sed rursus cũ eos ad
refectionẽ corporis inuitat, quæ mortalib. neces-
saria est, uidet putasse q homines essent: ergo quę
stio similiter soluit, ut soluta est de trib. qui uene-
rũt ad Abrahã, ut aliquib. signis appareret eos di-
uinitus missos, qui tamẽ homines crederent. Nã
Heb.13 & hoc in epistola quæ est ad Hebræos, cũ de ho-
spitalitatis bono scriptura loqueret, ait: Per hanc
enim quidã nesciẽtes hospitio receperũt angelos.
XLII Quod ait Sodomitis Loth: Sunt mihi duæ filię
quæ nondũ nouerunt uiros, producã illas ad uos,
utimini illis quõ placuerit uobis, tantum in uiros
istos ne faciatis iniquũ: quoniã ꝓstituere uolebat
filias suas hac cõpensatione, ut uiri hospites eius
nihil à Sodomitis tale paterent, utrũ admittenda
sit cõpẽsatio flagitiorũ uel quorũcunq; peccato-
rũ, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius
malũ faciat: an potius perturbationi Loth nõ cõsi
lio tribuendũ sit, quia hoc dixerit, merito quærit:
& nimirũ periculosissime admittit hæc cõpensa-
tio: Si aũt perturbationi humanę tribuit & menti
tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.
XLIII Viros uero qui erant ad ostiũ domus percusse-
runt cæcitate, Græci habent ἀορασίαν quod magis
significat si dici potest, auidentia, quæ faciat nõ ui
deri nõ omnia, sed quod non opus est. Nã merito
mouet quõ potuerũt deficere quærendo ostium,
si tali erãt cęcitate percussi, ut omnino nihil uide-
rẽt. Hoc enim modo sua calamitate turbati, ulte-
rius ostiũ nõ requirerẽt. hac ἀορασίᾳ & illi ꝑcussi
A sunt qui quærebãt Helisæũ. Hãc & illi habuerunt
qui dominũ post resurrectionẽ cũ illo ambulãtes
in uia nõ cognouerũt, quãuis nõ sit ibi hoc uerbũ
positũ, sed res ipsa intelligatur. Dixit aũt Loth XLIIII
ad illos: Oro domine, quia inuenit puer tuus mise
ricordiam ante te, & magnificasti iustitiã tuã quã
facis in me ut uiuat anima mea: ego autẽ nec pos-
sum saluus fieri in monte, ne sorte cõprehendant
me mala & moriar. Hac perturbatiõe timoris nõ
credebat ipsi domino quem in angelis cognosce-
bat, qua etiã illud de filiabus suis prostituẽdis di-
xerat: ut intelligamus nõ pro autoritate habendũ
quod dixit de turpitudine filiarũ: nõ enim & hoc
pro autoritate habendũ est, deo nõ esse credẽdũ.
Et recordatus est deus Abrahã, & exemit Loth XLV
B de medio euersionis. Cõmẽdat scriptura meritis
magis Abrahæ liberatum esse Loth, ut intelliga-
mus iustum Loth dictũ secũdũ quendã modum,
maxime q unũ uerum deum colebat, & propter
cõparationem scelerũ Sodomorũ, inter quos ui-
uens ad uitã similẽ non potuit inclinari. Ascen XLVI
dit aũt Loth de Segor, & sedebat in monte. Mirũ
ubi ipse mons est in quem spõte ascendit, quo ad-
monente domino ascendere noluit: aut enim nul XLVII
lus est alius, aut nõ apparet. Timuit enim habi-
tare in Segor. Infirmitati eius dominus & timori
concesserat ciuitatẽ quam Loth ipse delegerat: &
in ea promiserat ei securitatẽ, q propter illũ par-
ceret ciuitati: tamen ibi etiã esse timuit, fides ita e-
ius nõ magni roboris fuit. Dixit aũt Abraham XLVIII
C de Sara uxore sua, soror mea est. Timuit enĩ dice- Gen.20
re, uxor mea est, ne forte occiderent eum uiri ciui
tatis propter illã. Quæri solet quomodo adhuc in
illa ætate pro Saræ pulchritudine Abrahã pericli
tari metuebat. Sed magis formæ illius uis mirãda
est, quæ adhuc adamari poterat, q̃ quæstio diffi-
cilis putanda. Quod ait deus ad Abimelech, XLIX
Propter Saram peperci tibi ut nõ peccares in me, Gen.20
quãdo eũ admonuit, uxorem Abrahæ esse quam
putabat sororem. Aduertendũ est & notandum,
in deum peccari, quando talia cõmittuntur quæ
putant homines leuiter habenda, tanquã in carne
peccata. Quod aũt dixit ei, ecce tu morieris: Etiã
hoc notandũ est, quomodo dicat deus tanq; præ-
dicens sine dubio futurũ, quod admonendo dicit
D ut à peccato abstinendo caueatur. Merito quę- L
ritur cur Abraham nec die quo natus est ei filius, Gen.21
nec die quo circũcisus est, sed die quo ablactatus
est epulum fecerit. Quod nisi ad aliquam spiritalẽ
significationem referatur, nulla solutio quæstio-
nis est. Tũc scilicet esse debere magnũ gaudium
spiritalis ætatis, quãdo fuerit factus homo nouus
spiritalis: id est nõ talis qualibus dixit Apostolus:
Lac uobis potum dedi non escam, nondum enim 1 Cor.3
poteratis, sed nec adhuc potestis, adhuc enĩ estis
carnales. Quæritur Sara dicente: Ejce ancil- LI
lam & filium eius: non enim hæres erit filius an- Gen.21
cillæ cum filio meo Isaac: quare contristatus sit
Abraham, cum fuerit prophetia, quam utiq; ma-
gis debuit nosse ipse q̃ Sara. Sed intelligendum
est

est,uel ex reuelatione hoc dixisse Sarã,quia prius
illi fuerat reuelatũ, illum uero quẽ de hoc postea A
dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse
cõmotũ:uel ambos prius nesciisse, quidnam illud
esset,& per Sarã nesciẽtem hoc prophetice dictũ
esse,cũ illa mota esset muliebri animo ꝓpter ancil
LII læ superbiam. Notandũ ꝙ Hismael dictus sit à
deo semen Abrahæ, propter illud quod sic acci-
piẽdum docet Apostolus quod dictũ est: In Isaac
uocabitur tibi semen:nõ filij carnis,sed filij ꝓmis-
sionis deputantur in semine:ut hoc proprie perti-
neat ad Isaac,qui nõ filius carnis,sed filius promis
sionis fuit ubi promissio fit de omnibus gẽtibus.
LIII Surrexit aũt Abraham mane, & sumpsit panes
& utrem aquæ,& dedit Agar, & imposuit in hu-
meros,& puerũ,& dimisit illam. Fieri solet quæ-
stio:Quomodo imposuerit in humeros puerũ tã B
grandẽ:Nam qui fuerat antea ꝙ natus esset Isaac
xiij.annorũ circũcisus, cũ esset Abrahã nonagin-
tanouẽ,& natus sit Isaac centenario patre: Lude-
bat aũt Hismael cũ Isaac quando Sara cõmota est,
utiq; cum grãdiusculo qui iam fuerat ablactatus:
profecto annorũ fuit Hismael quãdo cum matre
sua de domo patris expulsus est, amplius sexde-
cim.Sed ut hoc quod cũ paruulo lusit,per recapi-
tulationem accipiamus dictũ, tanq; ablactaretur
Isaac: profecto etiã sic amplius ꝙ tredecim anno-
rum puer in humero matris cũ utre & panibus ni
mis absurdũ est ut impositus esse credaẽ.Quàm fa
cile aũt soluitur quæstio,si non subaudiamus, im-
posuit,sed dedit.Dedit enim Abraham sicut scri-
ptum est,matri eius panes & utrem, quæ illa im-
posuit in humeros suos.Cum aũt adiunctũ & di- C
ctum esset puerũ: subaudiamus dedit, qui panes
LIIII & utrẽ dederat,nõ in humeros imposuit. Defe
cit aũt aqua de utre, & proiecit puerũ sub unam
abietem,& discessit,& sedere cœpit cõtra illũ lon
ge quantũ arcus mittit.Dixit enim: Non uidebo
mortẽ filij mei,& sedit contra eũ. Exclamans aũt
puer plorauit.Et exaudiuit deus uocẽ pueri de lo
co ubi erat.Et uocauit Angelus domini Agar de
cœlo,& dixit ei: Quid est Agar? Noli timere,ex-
audiuit enim deus uocẽ filij tui de loco in quo est:
Surge,accipe puerũ & tene illum in manu tua:In
magnã enim gentẽ faciã illum. Solet quæri quo-
modo cũ puer esset annorũ amplius quindecim,
proiecerit eum mater sub arborem & ierit longe
quantũ arcus mittit,ne uideret eũ moriẽtẽ: quasi D
eũ quem portabat proiecerit, ita uidetur sonare
quod dicitur,maxime, quia sequitur, fleuit puer.
Sed intelligendũ est, proiectũ esse,nõ à portante,
sed ut fit ab animo, tanquã moriturũ. Neq; enim
Psal.30 quod scriptũ est:Proiectus sum à facie oculorum
tuorũ:portabatur qui hoc dixit:Et est in quotidia
no loquẽdi usu, cũ proijcitur aliquis ab aliquo cũ
quo erat, ne ab illo uideatur aut cum illo maneat.
Intelligendũ est autẽ ꝙ scriptura tacuit, ita disces-
sisse matrem à filio, ut puer ignoraret, quò mater
abierit:& eã in syluestribus stirpibus latuisse,ne fi
lium siti deficientẽ uideret.Ille autẽ etiã illa ætate,
quid mirũ si matre diutius nõ uisa & tanq; perdi-
ta eo loco ubi solus remãserat fleuit? Quod ergo
postea dicitur:Accipe puerum, nõ ut eũ de terra
uelut iacentẽ tolleret dictum est, sed ut ei coniun
geretur & eum manu teneret deinceps comitẽ, si
cut erat:quod plerũq; faciũt simul ambulãtes cu-
iuslibet ætatis. Factum est aũt in tẽpore illo,& LV
dixit Abimelech &c.Quæri potest quãdo cũ isto
Abimelech pactũ fecit Abrahã, ut appellatus est
puteus quẽ fodit,puteus iurationis: quõ cõgruat
ueritati:Agar enim de Abrahæ domo expulsa cũ
filio iuxta puteũ,sicuti dictum est,iurationis erra-
bat,qui ualde postea dicitur factus ab Abraham:
ibi enim Abimelech & Abrahã iurauerunt,quod
nondũ utiq; factum fuerat, cum de domo Abra-
hæ Agar cũ filio fuisset expulsa. Quomodo ergo
errabat iuxta puteũ iurationis? An factũ iam fuis-
se intelligendum est,& per recapitulationẽ post-
ea cõmemoratũ quod egit Abrahã cum Abime-
lech:sed forte qui lõge postea librũ scripsit,ex no
mine putei iurationis appellauit regionem in qua
cũ filio mater errabat,tanq; diceret, errabat in illa
regione ubi puteus iurationis factus est,ꝙuis pu-
teus postea sit factus, sed lõge ante ætatẽ scripto-
ris? Sic aũt appellabaẽ puteus cũ liber scriberet,
nomen tenẽs antiquũ quod imposuerat Abrahã.
Si autem ipse est puteus quem apertis oculis uidit
Agar,nihil restat nisi ut per recapitulationẽ quæ-
stio dissoluaẽ. Nec mouere debet quomodo pu-
teum quẽ foderat Abrahã nesciebat Agar, si ante
est ille fossus ꝙ illa expulsa. Valde eñ fieri potuit,
ut pecorũ suorũ causa, longe à domo in qua cum
suis habitabat, puteũ foderet quem illa nesciret.
Quæri potest quõ ad puteum iuramẽti agrum LVI
plantauerit Abrahã,si in terra illa, quemadmodũ
Stephanus dicit,nec acceperat hæreditatem, nec Act.7
spatiũ pedis.Sed ea est intelligẽda hæreditas, quã
deus munere suo fuerat daturus,non empta pre-
tio.Intelligitur aũt spatiũ circa puteũ ad illud em-
ptionis pactum pertinere in quo fuerãt agnæ se-
ptem datę,quãdo Abimelech & Abrahã sibi etiã
iurauerũt. Et tentauit deus Abrahã. Quæri so- LVII
let quomodo hoc uerũ sit cũ dicat in epistola sua Gen.22
Iacobus,ꝙ deus neminẽ tentet:nisi quia locutiõe Iacobi 1
scripturarũ solet dici,tẽtat,ꝓ eo quod est probat.
Tentatio uero illa de qua Iacobus dicit, nõ intel-
ligitur nisi qua quisq; peccato implicatur. Vnde
Apostolus dicit:Ne forte tẽtauerit uos is qui ten 1 Thess.3
tat:Nã & alibi scriptũ est: Tẽtat uos dñs deus ue- Deut.13
ster,ut sciat si diligitis eũ:etiã hoc genere locutio-
nis,ut sciat,dictum est,ac si diceret ut scire uos fa-
ciat,quoniã uires dilectionis suæ hominẽ latent,
nisi diuino experimento etiam eidem innotescat.
Vox angeli de cœlo ad Abrahã.Ne inijcias ma LVIII
nũ in puerũ,neq; facias ei quicq;.Modo enim co-
gnoui,quoniã times deũ tu.Etiã ista quæstio simi
li locutione soluitur:hoc est enim,nunc cognoui
quoniã times deum tu:quod significat,nũc te feci
cognoscere.In cõsequentibus aũt hoc genus lo-
cutionis euidẽter apparet, ubi dicitur:Et uocauit
nomẽ Abrahã loci illius,dñs uidit: ut dicatur ho-
die in monte dñs apparuit:uidit, pro eo quod est
apparuit

apparuit, hoc est, uidit, pro eo quod est uideri fe-
cit: significans perefficientē id quod efficitᷣ, sicut A
LIX frigus pigrū, quod pigros facit. Et nō peperci-
Gen.22 sti filio tuo dilecto propter me. Nunquid Abrahā
propter angelū nō pepercit filio suo, aut propter
deū? Aut ergo angeli nomine dñs Christus signi-
ficatus est, qui sine dubio deus est, & manifeste à
Propheta dictus, magni consilij angelus: Aut ꝙ
deus erat in angelo, & ex persona dei angelus lo-
quebatᷣ, sicut in Prophetis etiā solet. Nā in conse-
quentib. hoc magis uideᷣ apparere ubi legitᷣ: Et
uocauit angelus dñi Abraham iterū de cœlo. Per
memetipsum iuraui dicit dominus: Nō facile em̄
inuenitᷣ dominus Christus patrem dominū dicere
tanꝗ suū dominū, illo præsertim tēpore antequā
sumeret carnē: Nam secundū id quod formā serui
accepit, nō incongruenter hoc dici uidetur. Nam B
secūdū huius rei futuræ Prophetiā illud est in psal
Psal.2 mo: Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Nam
neq; in ipso Euāgelio facile inuenimus à Christo
deū patrē dominū appellatū, ꝙ eius dominus es-
set, quāuis deum inueniamus in illo loco, ubi ait:
Ioan.20 Vado ad patrem meū & patrē uestrum, deū meū
Psal.109 & deum uestrū. Quod aūt scriptū est: Dixit domi-
nus domino meo: ad ipsum qui loquebatur refer-
tur, id est, dixit dominus meus domino meo, pa-
ter scilicet filio. Et, Pluit dominus à domino: qui
scribebat dixit, ut dominus eius à domino eius: id
est dominus noster à domino nostro pluisse intel-
LX ligatur, filius à patre. Quod in his qui nūciaue-
runt Abrahę natos esse filios Melche, nominatur
& Chamuel pater Syrorū, nō utiq; qui nunciaue- C
runt, annūciare patrē Syrorū potuerunt: ex origi-
ne quippe illius Syrorū genus longe postea ꝓpa-
gatum est: Sed dictum est à persona scribētis, qui
post omnia illa tempora hæc scribendo narrauit:
quemadmodū supra diximus de puteo iuratiōis.
LXI Exurgens aūt Abrahā adorauit populū terræ.
Gen.23 Quæritur quomō scriptū sit: Dominū deum tuū
Luc.4 adorabis, & illi soli seruies: cum Abrahā sic hono
rauerit populum quendā gentiū, ut etiam adora-
ret. Sed animaduertendū est in eodem pręcepto,
nō dictū dominum deum tuum solum adorabis:
sicut dictum est, & illi soli seruies: quod est Græce
λατρεύσεις: Talis enim seruitus nō nisi deo debeᷣ.
Vnde damnantur idololatræ: id est eiusmodi ser-
uitutem exhibentes idolis quæ debetur deo. Nec D
moueat quod alio loco in quadā scriptura prohi-
bet angelus hominē adorare se, & admonet ut do
minus potius adoreᷣ: Talis enim apparuerat an-
gelus ut pro deo posset adorari, & ideo fuerat cor
LXII rigendus adorator. Quod Abrahā iubet puero
Gen.24 suo, ut manū suā ponat sub eius femore, & sic eum
adiurat per dominū deum cœli, & dominū terræ,
solet imperitos mouere: nō attendentes magnam
de Christo extitisse prophetiam, quòd ipse domi-
nus cœli & dominus terræ in ea carne uēturus es-
LXIII set, quæ de illo femore propagata est. Quæren-
dum quid differāt augurationes illicitę ab illa pe-
titione signi, qua petiuit seruus Abrahę ut ei deus
ostenderet, ipsam esse futurā uxorem domini sui

Isaac, à qua cū petiuisset ut biberet, diceretᷣ illi, bi-
be & tu, & adaquabo camelos tuos quoadusq; bi
bere desinēt. Aliud est enim, mirū aliquid peterē
quod ipso miraculo signū sit: aliud hæc obseruare
quæ ita fiūt ut mira nō sint, sed à coniectoribus su
perstitiosa uanitate interpretenᷣ. Sed hoc ipsum
etiā quod mirū aliquid postulatur quo significeᷣ
quod quisq; uult nosse, utrū audiendū sit, non par
ua quęstio est. Eò nanq; pertinet quòd dicunᷣ qui
hoc non recte faciunt, tentare dominū. Nam ipse
dominus cum à diabolo tentareᷣ, testimonij de
scripturis adhibuit: Non tentabis dominū deum Deut.6
tuum. Suggerebatur enim tanꝗ homini, ut signo Matt.4
aliquo exploraret ipse quantus esset, id est ꝙ mul
tum apud deū posset quod uitiose fit, cum fit. Ab
hoc aūt discernitᷣ quod Gedeon fecit, pugnæ im-
minente periculo. Consultatio quippe illa magis
ꝙ tentatio dei fuit. Vnde & Achaz apud Esaiam
timet signum petere, ne deū tētare uideatur, cum
hoc eum dominus admoneat per Prophetā: cre-
do existimans ꝙ ab ipso Propheta exploratetur,
utrū pręcepti memor esset quo tentare deū prohi
bemur. Seruus Abrahæ narrans quæ sibi man-
data fuerant à domino suo, dicit eum sibi dixisse: LXIIII
Non sumes uxorem filio meo de filiabus Chana-
næorum, inter quos ego habito in terra eorū: sed
in domū patris mei ibis & in tribū meā, & sumes
uxorē filio meo inde: & cætera si leganᷣ quomo-
do illi mandata sint, sed sententia eadē reperitᷣ, uer
ba uero nō oēa, uel ipsa, uel ita dicta sunt. Quod
admonēdum putaui propter stultos & indoctos
homines, qui Euangelistas hinc calumnianᷣ, ꝙ in
aliquibus uerbis nō omnino conueniunt, quāuis
rebus atq; sententijs omnino nō discrepēt. Certe
enim istū librū unus homo scripsit, qui ea quæ su-
pra dixit cum mādaret Abrahā, uel relicta sic po-
nere potuit si ad rem pertinere iudicaret, cum ue-
ritas narrationis nō exigitur, nisi ut rerum senten-
tiarumq; sit, quibus uoluntas, propter quam inti-
mandam uerba fiunt, satis apparet. Quod ha- LXV
bēt Latini codices narrāte seruo Abrahę quæ sibi
mandauerat dominus eius: Tunc innocens eris à
iuramento meo uel iuratione mea: Græci habent
maledicto meo: ὅρκος enim dicitur iuratio, κατά-
ρα maledictū: unde & κατάρατος maledictus uel
ἐπικατάρατος dicitᷣ. Proinde oritur quæstio, quo-
D modo ista iuratio maledictū posset intelligi, nisi
quia maledictus est qui cōtra iurationem fecerit.
Si ergo facitis misericordiā & iustitiam ad do- LXVI
minum meū, renunciate mihi. Duo illa quæ assi-
due ponunᷣ in alijs sanctis scripturis, & maxime
in Psalmis, misericordia & iustitia, tantundē enim
ualet, misericordia & ueritas, hinc iam apparere
cœperunt. Ecce Rebecca in cōspectu tuo: Ac- LXVII
cipiens eā recurre, & sit uxor filij domini tui quē-
admodū locutus est dominus. Quæritur quando
locutus sit dominus, nisi quia uel Prophetam esse
Abrahā nouerāt, & prophetice à domino dictū,
quod per illū dictū fuerat, agnoscebant: aut signū
illud quod sibi dictū seruus eius narrauit, locutio-
nem domini appellauerunt: hoc enim magis de

Rebecca expressum est Nam quod Abraham di
xerat, nō de Rebecca dixerat, sed de aliqua fœmi A
na ex tribu uel cognatione sua: & hoc ad utrūq;,
ut immunis esset a iuramento seruus si non impe-
trasset, quod utiq; nō dicit̃ cum aliquid propheta
LXVIII tur: Certā enim decet esse prophetiā. Quod Re
beccæ dixerūt fratres eius proficiscēti: Soror no-
stra es, esto in milia miliū & hæreditatē obtineat
semen tuū ciuitates aduersariorū tuorū: non Pro-
phetæ fuerāt, aut uanitate tam magna optauerūt,
sed eos quod promiserat deus Abrahæ latere non
LXIX potuit. Quod scriptū est: Exijt Iacob exerceri
in cāpo meridie: Qui uerbū de hac re Græcū ne-
sciunt, exercitationē corporis putant. Scriptū est
aūt Græce ἀδολεσχῆσαι, ἀδολεσχεῖν uero ad animi ex-
ercitationē pertinet, & sæpe uitio deputat̃: More
aūt scripturarū plerunq; in bono ponit̃. Pro isto B
uerbo quidā interpretes nostri exercitationem,
quidā garrulitatē quasi uerbositatē, quæ in bonū
quantū ad Latinū eloquiū pertinet, uix aut nunq̄
inuenitur, sed ut dixi in scripturis plerūq; in bono
dicit̃: & uidetur mihi significare animi affectū stu
diosissime aliquid cogitātis cū delectatione cogi
tatiōis, nisi aliud sentiūt qui hæc uerba Græca me
LXX lius intelligunt. Adijciens aūt Abraham sum-
Gen.25 psit uxorē nomine Cethurā. Quæstio & hic esset,
si peccatū est maxime in antiquis dantibus operā
propagādæ proli. Quidlibet enim hic q̄ inconti-
nentia suspicāda est tāti uiri, in illa præsertim iam
ætate. Cur aūt in hac filios fecerit, qui cū miraculo
de Sara fecerat, supra dictum est, quanq̄ nōnulli
donū quod accepit Abrahā uelut reuiuiscētis cor
poris ad filios procreādos, diu permāsisse asserāt, C
ita ut posset & alios procreare. Sed multo est ab-
solutius, de adolescentula potuisse seniorē, qd' se-
nior de seniore non posset, nisi deus illic miraculū
præstitisset, maxime propter Saræ, nō solū ætatē,
uerūetiam sterilitatē. Sanè etiā grandioris ætatis,
& sicut scriptura loquit̃, plenū dierū posse dici se-
niorē, hoc est presbyterum, hinc intelligi potest,
quia hoc Abrahā appellatus est quando mortuus
est. Proinde omnis senex etiā presbyter, nō omis
presbyter etiā senex: quia plerunq; hoc est nomē
ætatis, quæ infra senectutē senectuti uicina est, &
ex hoc etiā ipsa à senectute nomē accepit. In Lati-
na autem lingua presbyter senior appellat̃, apud
Græcos autem maxime, sicut scriptura loquitur
πρεσβύτερος & νεώτερος dicunt̃ etiā si ætates iuue D
num cōparent̃, quod dicimus nos maiorē atq; mi
norē. Verūtamen hoc factū Abrahæ, q̄ post mor
tē Saræ de Cethura filios procreauit, non sic acci-
piendū est quasi humana cōsuetudine & cogita-
tione tantūmodo substituēdæ numerosioris ꝓlis
hoc factū sit. Sic enim possent accipere homines
etiā quod de Agar factū est, nisi Apostolus admo
neret illa fuisse facta ꝓphetice, ut in utrisq; perso-
Gal.4 nis mulierū earumq; filiorū duo testamēta ad futu
rorū prenūciationē allegorica significatio figura-
ret. Vnde in isto quoq; Abrahæ facto tale aliquid
quærendū est. Si non facile occurrat, ego interim
quod occurrit, munera quæ acceperunt filij con-
cubinarū, uident̃ mihi significare quædam dona
dei, uel in sacramētis, uel in quibusq; signis, etiam
carnali populo Iudæorum & hæreticis data uelut
filijs concubinarū, cum hæreditatis munus, quod
est charitas & uita æterna, non nisi ad Isaac perti-
neat, hoc est, ad filios promissionis. Quid sibi LXXI
uult quod scriptū est: Hæc sunt nomina filiorum
Hismael secundū nomina generationū eorū? Nō
enim satis elucet cur additū sit, secundū nomina
generationū eorum: cum ij soli nominentur quos
ille genuit, nō etiam qui ab ipsis geniti sunt: Nisi
forte quia nationes ex illis propagatæ, eorū nomi
nibus appellātur, & hoc significatū sit cū dictum
est, secundū nomina generationū eorum, quāuis
hoc modo illæ nationes sint potius secūdū nomi-
na istorū, non ista nomina secundū illas nationes,
quia illæ posterius extiterūt. Vnde notanda locu
tio est, quia & postea de illis dicit̃, duodecim prin
cipes secundū gentes eorū. Quod de Rebecca LXXII
scriptū est, quia uenit interrogare dominū cū ge-
stirent puerperia in utero eius: quærit̃ quò ierit.
Non enim erant tūc Prophetæ aut sacerdotes se-
cundū ordinē tabernaculi, uel tēpli domini. Quò
ergo ierit merito mouet, nisi forte ad locū ubi arā
cōstituerat Abrahā. Sed illic quomodo responsa
dent̃, omnino tacet scriptura, utrū per aliquem sa
cerdotē quod incredibile est, si erat non fuisse no
minatū, & nullā omnino sacerdotū aliquorum fa
ctam esse mentionē. An forte ibi cum orando al-
legassent desideria sua, dormiebant in loco, ut per
somniū monerentur? an adhuc uiuebat Melchise
dech, cuius tāta fuit excellentia, ut à nonnullis du
bitetur, utrum homo, an angelus fuerit? an erant
aliqui tales etiā illo tempore homines dei in quib.
posset deus interrogari? Quicquid horū est, & si
quid aliud quod me forte ne cōmemorarem præ-
terierit, mentiri tamen scriptura nō potest, quæ di
xit Rebeccā ijsse ad interrogandū dominum, eiq;
dominū respōdisse. In eo q̄ dominus respōdit LXXIII
Rebeccæ: Duæ gētes in utero tuo sunt, & duo po
puli de uentre tuo separabūtur, & populus popu-
lum superabit, & maior seruiet minori: spiritali in-
telligentia, carnales in populo dei significant̃ per
maiorē filiū, & spiritales per minorem: quia sicut
dicit Apostolus: Non prius quod spiritale, sed q̄d 1.Cor.15
animale, postea spiritale. Solet & sic intelligi hoc
quod dictum est, ut in Esau figuratus sit maior po
pulus dei, hoc est, Israeliticus secundū carnē: per
Iacob aūt figuratus sit ipse Iacob secundū spirita-
lem progeniē. Sed etiā historica proprietate hoc
responsum inuenitur esse cōpletum, ubi populus
Israel, hoc est, Iacob minor filius, superauit Idu-
mæos, hoc est, gētem quā propagauit Esau, eosq;
fecit tributarios per Dauid, quod diu fuerūt usq;
ad regem scilicet Ioram, sub quo Idumæi rebella-
uerunt, & iugum Israelitarū Idumæi à ceruice sua
deposuerūt: secundū Prophetiā ipsius Isaac, quan
do minorem pro maiore benedixit, hoc enim di-
xit & de maiori, cū & ipsum postea benediceret.
Iacob autem erat homo simplex habitans do- LXXIIII
mum. Quod Græce dicitur ἄπλαστος hoc Latinè
simplicem

ſimplicem interpretati ſunt. Proprie aũt ἄπλαστος
nõ fictus: unde aliqui Latini interpretes, ſine do-
lo, interpretati ſunt, dicentes. Erat Iacob ſine do-
lo habitãs in domo: ut magna ſit quæſtio, quomõ
per dolũ acceperit benedictionẽ qui erat ſine do-
lo. Sed ad ſignificandũ magnũ aliquid quod ſcri-
ptura prætermiſit. Hinc enim maxime cogimur
ad intelligenda illo loco ſpiritalia, quia ſine dolo
erat qui dolũ fecit. Vnde quid ſentiremus, in ſer-
mone quodam ad populum habito ſatis diximus.
LXXV In eo quod ſcriptũ eſt: Facta eſt autem fames ſu
per terrã præter famẽ quæ ante facta eſt in tẽpore
Abrahã: Abijt aũt Iſaac ab Abimelech regem Phi
liſtinorum in Gerara. Quæritur, hoc quando ſit fa
ctum, utrum poſteaq̃ Eſau uẽdidit primogenita
ſua cibo lẽticulæ, poſt illam quippe narrationem
hoc narrari incipit, an ut fieri ſolet per recapitula-
tionem narrator ad ea reuerſus ſit, cũ progreſſus
de filijs eius ad eum locũ perueniſſet, qui de lenti-
cula cõmemoratur. Mouet aũt, quia ipſe inuenit
Abimelech qui etiam Saram cõcupiuerat. Ipſius
enim paranymphus & princeps militiæ, qui ibi
cõmemorati ſunt etiã hic cõmemorãtur, utrũ uel
uiuere potuerint. Quãdo enim factus eſt amicus
Abrahæ, nondũ natus erat Iſaac, ſed iã promiſſus.
Ponamus antequam naſceretur Iſaac, illud fuiſſe
factũ. Deinde Iſaac ſuſcepit filios cũ eſſet annorũ
ſexaginta: illi autem iuuenes erãt quando uendi-
dit Eſau primogenita ſua. Ponamus etiã ipſos cir-
ca xx. annos fuiſſe, fiunt anni ætatis Iſaac uſq; ad il
lud factũ filiorum eius, circiter octoginta. Adole-
ſcentẽ accipiamus fuiſſe Abimelech quando ma-
trem ipſius concupiuit, & Abrahæ amicus eſt fa-
ctus. Potuit ergo iam eſſe quaſi cẽtenarius, ſi poſt
illud factum filiorũ ſuorum perrexit in eam terrã
famis neceſſitate Iſaac. Non ergo ex hoc cogit ul-
la neceſſitas per recapitulationẽ putare narratã
profectionẽ Iſaac in Gerara. Sed quia ibi diutur-
no tẽpore fuiſſe Iſaac ſcribitur, & puteos fodiſſe,
& de his cõtendiſſe, & ditatum fuiſſe pecunia, mi
rũ niſi recapitulando iſta cõmemorant, quæ ideo
fuerant prætermiſſa, ut primum de filijs eius uſq;
ad illum locum de lenticula narratio perueniret.
LXXVI Ideo quod ſcriptũ eſt de Iſaac. Benedixit autem
eũ dominus, & exaltatus eſt homo, & procedens
maior fiebat quoaduſq; magnus factus eſt ualde:
ſecundum terrenam fœlicitatem dictum ſequen-
tia docent. Exequitur enim narrator eaſdem eius
diuitias, quib. magnus factus eſt: & hinc motus
Abimelech, timuit illam ibi eſſe, ne potentia eius
ſibi eſſet infeſta. Quanquã ergo ſpiritale aliquid
iſta ſignificent, tamẽ ſecundũ id quod ita contige
runt, ideo præmiſſum eſt, benedixit eũ dominus,
ut ſana fide intelligamus etiã iſta temporalia do-
na, nec dari poſſe, nec ſperari debere, etiã cum ab
infirmioribus appetuntur, niſi ab uno deo: ut qui
Luc.16 in minimis fidelis eſt, etiã in magnis fidelis ſit: &
qui in mãmona iniquo fidelis inuentus eſt, etiam
uerũ accipere mercatur, ſicut dominus in Euãge-
lio loquitur. Talia etiã de Abrahã dicta ſunt, q̃ ei
munera dei prouenerint. Vnde nõ parum ædifi-
cat ſanam fidem pie intelligentibus iſta narratio;
A etiam ſi de his rebus allegorica ſignificatio nulla
poſſet exculpi. Fiat execratio inter nos & inter LXXVII
te: id eſt iuratio quæ maledictis obſtringit, quæ ac
cidãt ei qui peierauerit: ſecundũ quam cõſideran
dũ eſt quod & ſeruus Abrahæ cõmemorauit, nar
rãs eis à quibus accepit uxorẽ domino ſuo Iſaac.
Quid eſt quod ſcriptũ eſt, q̃ cum ueniſſent pue LXXVIII
ri Iſaac & dixiſſent, Fodimus puteũ & nõ inueni-
mus aquã: appellauit eundẽ puteũ Iſaac iuramen
tum. An quãuis factum ſit, in aliquã ſignificatio-
nem ſine dubio ducendũ eſt ſpiritalem: quoniã ni
hil habet conueniẽtiæ ſecundum literã, ut ideo iu
ramentũ appellauerit puteum, q̃ ibi aqua non ſit
inuẽta: quanq̃ alij interpretes pueros Iſaac inuen
B tam potius aquã nunciaſſe dixerunt, ſed etiam ſic
quare iuramentũ appellatũ eſt, ubi nulla facta fue
runt iuramenta? Quoniam tantus Patriarcha LXXIX
Iſaac antequã moriatur quærit à filio ſuo uenatio- Gen.27
nem & eſcã, qualẽ amat pro magno beneficio &
promittit benedictionẽ, nullo modo uacare arbi-
tramur ſignificatione prophetica: maxime quo-
niã feſtinat uxor eius ut illã benedictionẽ minor
accipiat, quẽ ipſa diligebat, & cętera in eadẽ nar-
ratione multum mouẽt ad maiora intelligẽda uel
requirenda. Quod habent Latini codices, Ex- LXXX
pauit autẽ Iſaac pauore magno ualde: Græci ha-
bent, ἐξέστη δὲ ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα, ubi
tanta cõmutatio intelligit̃, ut quædã mentis alie-
natio ſequeret̃. Ipſa enim proprie dicitur ecſtaſis.
C Et quia ſolet in magnarũ rerũ reuelationib. fieri,
in hac intelligendũ eſt factam eſſe ſpiritalẽ admo-
nitionẽ, ut cõfirmaret benedictionẽ ſuam filio mi
nori, cui potius iraſcendũ fuit q̃ fefellerit patrem.
Sic & de Adam cũ prophetatur hoc ſacramentũ
magnũ, quod dicit Apoſtolus in Chriſto & in ec- Gen.2
cleſia: Erũt duo in carne una, dicit̃ q̃ ecſtaſis præ- Ephes.5
ceſſerit. Quomõ annũciata uel renunciata ſunt LXXXI
uerba Eſau Rebeccæ, quibus cõminatus eſt occi-
dere fratrẽ ſuũ, cũ ſcriptura dicat, hoc eũ in ſua co-
gitatione dixiſſe: niſi quia hinc nobis dat̃ intelli-
gere, q̃ diuinitus ei reuelabant̃ omnia. Vnde ad
magnũ myſteriũ pertinet, q̃ filiũ ſuũ minorẽ pro
maiore uoluit benedici. Quod habẽt Latini co LXXXII
dices, Iſaac dicente filio ſuo: Vade in Meſopota- Gen.28
miam in domum Bathuel patris matris tuæ, & ſu-
D me inde tibi uxorem: Græci codices nõ habẽt ua-
de, ſed fuge: hoc eſt, ἀπόδραθι. Vnde intelligitur
etiã Iſaac cognouiſſe, quod filius eius Eſau de fra-
tre ſuo in cogitatione ſua dixerit. Et ſurrexit Ia LXXXIII
cob de ſomno ſuo, & dixit, quia eſt dominus in lo
co hoc, ego aũt neſciebã: & timuit, & dixit, q̃ ter-
ribilis locus hic, hic nõ eſt niſi domus dei, & hæc
eſt porta cœli. Hæc uerba ad Prophetiã pertinẽt,
quia ibi futurũ erat tabernaculũ quod conſtituit
dominus in hominib. in primo populo ſuo. Por-
tam autẽ cœli ſic intelligere debemus, tanq̃ inde
fiat aditus eredẽtib. ad capeſſendũ regnũ cœlorũ.
Quòd ſtatuit lapidẽ Iacob quẽ ſibi ad caput po LXXXIIII
ſuerat, & cõſtituit eum titulum, & perfudit illum
oleo, nõ aliquid idololatriæ ſimile fecit. Nõ enim

uel tunc uel postea frequẽtauit lapidẽ adorando, uel ei sacrificãdo, sed signũ fuerat in prophetia euidentissima constitutũ, quæ pertinet ad unctio-
LXXXV nẽ, unde Christi nomen à chrismate est. Et uocauit Iacob nomen loci illius domus dei, & Vlamaus erat nomẽ ciuitati ante. Iuxta ciuitatẽ dormisse si intelligatur, nulla quæstio est. Si aũt in ciuitate, mirũ uidetur quomodo potuerit illũ titulũ cõstituere. Quod autẽ uouit uotum si prosperaretur eundo & redeũdo, decimasq; promisit domui dei futuræ in loco illo prophetia est domus dei: ubi & ipse rediẽs deo sacrauit, nõ illum lapidem deum appellãs, sed domũ dei, id est, quia in illo lo-
LXXXVI co futura erat domus dei. Quod uenit Rachel cum ouibus patris sui, & dicit scriptura, q cùm uidisset Iacob Rachel filiã Labã fratris matris suæ, accessit & reuoluit lapidẽ ab ore putei: magis notandũ est aliquid scripturam prætermittere quod intelligere debemus q̃ ullam quæstionẽ esse mouendã. Intelligitur enim q illi cum quibus primo loquebatur Iacob, interrogati quæ esset quæ ueniebat cũ ouibus, ipsi dixerunt filiam esse Laban, quam utiq; Iacob nõ nouerat: sed illius interrogationẽ responsionemq; illorũ scriptura prætermit-
LXXXVII tens, intelligi uoluit. Quod scriptũ est, Osculatus est Iacob Rachel, & exclamãs uoce sua fleuit, & indicauit ei, quia frater est eius, & qa filius Rebeccæ est: Cõsuetudinis quidẽ fuit, maxime in illa simplicitate antiquorũ, ut ꝓpinqui ꝓpinquos oscularentur, & hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri potest quomodo ab incognito illa osculum acceperit, si postea indicauit Iacob propinquitatem suã. Ergo intelligendũ est, aut illũ qui iam audierat quæ illa esset, fidẽter in eius osculũ irruisse, aut postea scripturã narrasse per recapitulationẽ quod primo factum erat, id est, q indicauerit Iacob quis esset: Sicut de paradiso postea dicit, quo modo deus eũ instituerit, cum iam dictũ esset, q plãtauit deus paradisum, & posuerit illic hominẽ quem finxerat: & multa alia per recapitulationẽ
LXXXVIII dicta intelliguntur. Quod scriptũ est, Seruiuit Iacob pro Rachel annis septẽ, & erãt in cõspectu eius uelut pauci dies, eo q diligebat illã: quærendum quomodo dictũ sit, cũ magis etiã breue tempus longũ esse soleat amantibus. Dictum est ergo propter laborẽ seruitutis, quẽ facilẽ & leuẽ amor
LXXXIX faciebat. Si parũ aduertatur rei huius narratio, putabitur quòd posteaq; Liam Iacob duxit uxorem, deinde seruiuit alios septẽ annos ꝓ Rachel, & tunc eã duxit. Verùtamen nõ ita est, sed Laban ei dixit, Cõsumma itaq; septimanã istius, & dabo tibi & hanc pro opere quod operaberis apud me adhuc septẽ annos alios. Quod itaq; ait, consumma septimanã istius: ad nuptiarũ celebrationem pertinet, quæ septẽ diebus celebrari solent. Hoc itaq; ait, Imple dies nuptiarũ septem pertinentes ad istã quam duxisti, & dabo tibi & hanc pro eo quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequit, Fecit aũt Iacob sic, & impleuit septimanã eius, id est, septẽ dies nuptiarũ Liæ: & dedit illi Laban Rachel filiã suam ipsi uxorem.

A Dedit aũt Laban Rachel filiæ suæ Balã ancillam suã, ei ancillam, & intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis q̃ Liam, & seruiuit illi septem annos alios. Vtiq; apparet quia posteaquã duxit Rachel, tũc seruiuit pro ea septẽ annos alios. Nimis enim durũ & ualde iniquũ fuit, ut deceptum adhuc differret alios annos septẽ, & tunc eam traderet quã primo debuit. Septẽ diebus solere nuptias celebrari, etiã liber Iudicũ ostẽdit in Samsone quãdo fecit potũ septẽ diebus. Et addidit scriptura, quòd sic solerent facere iuuenes: fecit autẽ Iudic. 14
hoc, ꝓpter nuptias suas. Nõ facile dignoscitur, XC quas concubinas appellet scriptura, quas uxores, quando quidẽ & Agar dicta est uxor quæ postea dicit cõcubina, & Cethura, & ancillæ quas dederunt Rachel & Lia uiro suo. Nisi forte omnis con Gen. 5
B cubina uxor, nõ aũt omnis uxor cõcubina more loquendi scripturarũ appelletur: id est, ut Sara & Rebecca, & Lia & Rachel cõcubinæ dici nõ possint: Agar uero & Cethura, & Bala & Zelfa & uxores & cõcubinæ. Quod Latini habẽt, nato XCI filio Liæ de Zelfa, q dixerit: Beata facta uel fœlix Gen. 30 facta sum: Græci habẽt, εὐτύχη, quod magis bonã fortunã significat. Vnde uidet occasio non bene intelligentib. dari tanq̃ illi homines fortunam coluerint, aut hoc uerbũ diuinarũ scripturarũ autoritas in usu receperit: sed fortuna intelligẽda est ꝓ his rebus quæ fortuitu uident accidere, non quia numẽ aliquod sit, cũ hæc ipsa tamẽ quæq; fortuita uidentur, causis occultis diuinitus dent. Vnde etiã uerba, quæ nemo potest auferre à cõsuetudine loquendi, parata sunt, id est, forte & fortasse, &
C forsitã & fortuitu. Vnde uidet in Græca lingua resonare, quod dicunt τύχε, uelut ab eo q̃d est τύχη. Aut certe Lia ꝓpterea sic locuta est, q adhuc gentilitatis cõsuetudinẽ retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, ut ex hoc data huic uerbo puret autoritas. Quod Iacob dixit: Et benedixit te dñs in XCII pede meo: satis aduertẽdũ est, & notãdus scripturarũ sensus, ne cum ita quisq; locutus fuerit, quasi augurari uideatur. Multũ enim interest quod adiecit: Benedixit te dñs in pede meo. In ingressu enim meo uoluit intelligi, hinc gratias agens deo.

In facto Iacob cum uirgas excorticauit, detra- XCIII hens uiride ut album uarie appareret, & sic in conspectu fœtus pecorũ uariarentur, cum matres in alueis aquarũ biberent, & uisis uirgis illam uarie-
D tatem conciperent, multa dicunt similiter fieri in animalium fœtibus: sed & mulieri accidisse traditur, & scriptum reperitur in libris antiquissimi & peritissimi medici Hippocratis, quòd suspitione adulterij fuerat punienda, cũ puerũ pulcherrimũ peperisset utriq; parenti generiq; dissimilem: nisi memoratus medicus soluisset quæstionẽ, illis admonitis quærere, ne forte aliqua talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta mulier à suspitione liberata est. Sed ad hãc rem quam fecit Iacob uirgarum ex diuersis arboribus triũ copulatio quid contulerit utilitatis, quod attinet ad uarias pecudes multiplicandas, non apparet omnino: nec aliquid ad hoc commodum interest, utrum ex unius

unius generis ligno uarient uirgæ, an plura sint li
gnorū genera, cum sola quæratur lignorū uarie- A
tas: ac per hoc cogit inquiri prophetiā, & aliquam
figuratā significationē res ista, quā sine dubio ut
Propheta fecit Iacob, & ideo nec fraudis arguen-
dus est. Nō enim tale aliquid, nisi reuelatione spi-
ritali eum fecisse credendū est. Quod aūt ad iusti-
tiā pertinebat, sicut alij interpretes apertius hoc
narrant, non ponebat uirgas in secundo cōceptu
ouiū, quod tāto obscurius, quāto breuius à septua
ginta dictum est: Quæ cum peperissent, nō pone-
bat: quod intelligit cū primū peperissent, ut iam
non solere ponere intelligatur, cū secundo paritu
ræ essent, ne ipse auferret omnes fœtus quod ini-
XCIIII. quum fuit. Quod Laban dicit: Quare furatus es
Gen. 31 deos meos: hinc est illud fortasse quod & augura
ri se dixerat, & eius filia se bonā fortunā nomina- B
uerat. Et notandū est ꝙ à principio libri nūc pri
mum inuenimus deos gentiū, superioribus quip-
XCV pe scripturę locis deum nominabant. Quid est
quod dicit Iacob socero suo: Et decepisti merce-
dem meā decem agnabus. Hoc enim quomodo
& quādo factum sit scriptura nō narrat, sed utiq;
factum est quod iste cōmemorat. Nā dixit hoc &
uxoribus suis, quādo eas uocauit in campū. Cō-
querens enim de patre illarū, ait inter cætera: Et
mutauit mercedem meā decem agnorum. Intelli-
gitur ergo per singula tempora partus ouiū, cum
Laban uideret tales fœtus esse natos quales pla-
cuerat ut ad Iacob pertinerēt, pactum fraude mu-
tasse, & dixisse ut futuro fœtu alios pecudū colo-
res haberet in mercede Iacob. Tunc autē ille uir- C
gas uarias nō supponebat, & nō nascebantur ua-
rij, sed unius coloris, quæ Iacob ex nouo pacto au
ferebat. Quod cū uidisset Laban, rursus pactum
fraude mutabat ut ad Iacob uaria pertinerēt, tūc
illarū suppositione uirgarū uaria nascebantur. Er-
go quod ait Iacob uxoribus suis: Mutauit merce-
dem meā decē agnorū, & postea ipsi Laban: De-
cepisti mercedem meā decem agnabus, nō ita di-
xit quasi ꝓuenerit socero eius ipsa fraus: ut enim
nō ei prouenirer, deum sibi dixit aduersus illū fu-
isse: decem uero agnos uel decē agnas, pro decē
tēporibus posuit, quibus oues quas pascebat per
sexēnium pepererūt. Bis quippe pariebāt in an-
no. Cōtigerat aūt ut primo anno, quo inter se pa-
cti sunt, & ad eas pascendas placito huius merce- D
dis accessit, quòd semel parerēt in fine anni, quia
cū accessisset iā semel pepererant. Rursusq; sexto
anno, id est ultimo, cum semel peperissent, exor-
ta necessitate profectionis prius recederet ꝙ ite-
rum parerent: ac per hoc cum primus annus atq;
ultimus duos ouiū partus sub illo haberent, hoc
est, singulos, medij uero quatuor anni binos, fiūt
omnes decem. Nec mirum quòd hæc decem tem
pora nomine agnorū appellauit qui eisdem tem-
poribus nascebantur, uelut si quisq; dicat per tot
uindemias, aut per tot messes, quib. numerus in-
telligatur annorū: Vnde ait quidam: Post aliquot
aristas: per aristas uidelicet messes, & per messes
annos significās. Pecudum aūt illius regionis fœ-
cunditas, sicut Italarum tāta fertur, ut bis in anno
pariant. Sumpsit aūt Iacob lapidem & consti- XCVI
tuit eum titulū. Diligenter animaduertendum est Gen. 31
quomō istos titulos in rei cuiusq; testimonio con
stituebāt. Nō ut eos pro dijs colerēt, sed ut eis ali-
quid significarent. Quòd aceruū lapidū quem XCVII
inter se cōstituerant Laban & Iacob aliquanta di
uersitate appellauerūt ut eū uocaret Labā aceruū
testimonij, Iacob aceruum testem: traditur ab eis
qui & Syram & Hebræā linguā nouerūt, propter
proprietatē suæ cuiusq; linguæ factum. Fieri enim
solet ut alia lingua nō dicat uno uerbo, quod alia
dicit, & uicinitate significatiōis quidq; appellet.
Nā postea dicitur, propter hoc appellatum est no
men aceruus testatur. Hoc enim medie positū est
quod utriq; cōueniret, & ei ꝗ dixerat aceruus te-
stimonij, & ei qui dixerat aceruus testis. Quid XCVIII
est quod loquēdo Laban ab Iacob dicit. Testatur
aceruus hic, & testatur titulus hic, propter hoc ap
pellatur nomen, aceruus testatur: & uisio quā di-
xit. Respiciat deus inter me & te: nisi forte ordo
est, & uisio quā dixit deus, respiciat inter me & te.
Deus quippe illi dixerat in uisione, ne læderet &
delerer Iacob. Quid est quod dicit in cōsequen XCIX
tibus Laban. Vide nemo nobiscū est, nisi forte ne
mo extraneorū, aut propter testificationem dei,
quā ita habere deberent, tanq; nemo cū eis esset
quē testimonio eius adiungerent. Et iurauit Ia- C
cob per timorē patris sui Isaac: Per timorem utiq;
quo timebat deū, quem timorē etiā superius com
mēdauit, cū diceret: Deus patris mei Abrahæ, &
timor patris mei Isaac est. Castra dei quæ uidit CI
Iacob in itinere, nulla dubitatio est ꝙ angelorum Gen. 32
fuerit multitudo: ea quippe in scripturis militia
cœli nominat̃. Nūciato sibi fratre suo Iacob ue CII
niente obuiā ei cū quadringētis, turbatus est qui- Gen. 32
dem & mente cōfusus, quoniā timuit ualde: & ui-
sum est homini perturbato diuisam multitudinē
suam in duo castra disponere. Vbi quæri potest,
quomō habuerit fidē promissis dei, quādoquidē
dixit: Si uenerit ad castra prima frater meus & ex-
ciderit ea, erūt secunda in salutē. Sed etiā hoc fieri
potuit, ut euerteret castra eius Esau, & tamē deus
post illā afflictionē adesset & liberaret eū, & quæ
promisit impleret. Et admonendi fuimus hoc exē
plo, ut quāuis credamus in deum, faciamus tamē
quæ facienda sunt ab hominibus in præsidiū salu-
tis, ne prætermittētes ea deum tentare uideamur.
Deniq; post hæc quæ uerba dicat idem Iacob, cō-
siderandū est. Deus, inquit, patris mei Abraham,
& deus patris mei Isaac, domine qui dixisti mihi,
recurre in terrā generationis tuæ, & benefaciā ti-
bi, idoneus es mihi ab omni iustitia & ab omni ue
ritate quę fecisti puero tuo. In uirga eīm mea trāsi-
ui Iordanē hunc, nūc aūt factus sum in duo castra:
Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, quia
ego timeo illum, ne cum uenerit feriat me & ma-
tres super filios. Tu autē dixisti, benefaciā tibi, &
ponam semen tuū tanquam arenā maris, quæ nō
dinumerabitur præ multitudine. Satis in his uer-
bis & humana infirmitas, & fides pietatis appa-

CIII ret. Quod Latini codices habẽt de Iacob: Di-
xit enim placabo uultũ eius in muneribus præce-
dentibus eũ: scriptor libri qui narrãs ait de Iacob,
Dixit enim placabo uultũ eius: hucusq; uerba Ia-
cob dixisse intelligitur, cætera uero sua intulisse q
ait, in muneribus præcedẽtibus eũ: tanq; diceret,
in muneribus quæ præcedebant Iacob, placabo
uultũ fratris mei. Ordo est ergo uerborum Iacob:
Placabo uultũ eius, & post hoc uidebo faciẽ eius,
forsitan enim suscipiet faciẽ meã. Interposita autẽ
sunt uerba scriptoris, in munerib. præcedentibus
CIIII eum. Quod ab illo angelo desiderat Iacob be-
nedici, cui luctãdo præualuit, magna est de Chri-
sto prophetia. Nã eo ipso admonet mysticum ali-
quid sapere, quo omis homo à maiore uult bene-
dici. Quomodo ergo ab eo benedici iste uoluit
quem luctando superauit? Præualuit enim Iacob
Christo, uel potius præualere uisus est, per eos Is-
raelitas à quibus crucifixus est Christus, & ab eo
tamen benedicitur in eis Israelitis qui crediderũt
Rom.11 in Christũ, ex quibus erat: qui dicebat. Nã & ego
Israelita sum ex semine Abraham de tribu Benia-
min. Vnus ergo atq; idẽ Iacob & claudus & be-
nedictus: claudus in latitudine femoris tanquã in
Psal.17 multitudine generis, de quib. dictũ est: Et claudi-
cauerũt à semitis suis. benedictus aũt in eis de qui-
Rom.11 bus dictũ est: Reliquiæ p electionẽ gratiæ saluę fa
CV ctæ sunt. Quid sibi uult q̃d ait Iacob fratri suo,
Gen.33 Propter hoc uidi faciẽ tuam quẽadmodũ cum ui-
det aliquis faciẽ dei: utrum pauentis & perturbati
animi uerba usq; in hãc adulationẽ proruperunt:
an secundũ aliquẽ intellectum sine peccato dicta
accipi possunt? Fortassis enim quia dicti sunt &
gentiũ dij quæ sunt dæmonia, nõ præiudicetur ex
his uerbis homini dei. Nõ enim dixit, queẽadmo-
dum si uiderẽ faciem dei: sed, cũ uidet aliquis: ipse
enim aliquis, quẽ significare possit incertum est:
atq; ita fortasse tẽperata sunt uerba, ut & ipse Esau
sibi delatũ tantum honorẽ gratẽ acciperet, & qui
hæc etiã aliter intelligere possunt, eũ à quo dicta
sunt nullo crimine impietatis arguerẽt. Quod etsi
benigno animo dicta hæc uerba fraterna sunt,
quoniã & post bonã susceptionẽ metus trãsierat,
potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pha-
raonis deus dictus est, secundũ quod dicit Apo-
1Cor.8 stolus, Et si sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue
in terra, quemadmodũ sunt dij multi, & dñi mul-
ti: maxime quia sine articulo in Græco dictũ est,
quo articulo euidẽtissime solet dei ueri unius fie-
ri significatio. Non enim dixit πρόσωπον τοῦ θεοῦ,
sed dixit, πρόσωπον θεοῦ: facile aũt hoc intelligunt
qua distãtia dicatur, qui Græcum eloquiũ audire
CVI atq; intelligere solent. Quæritur utrũ mendaci-
ter promiserit Iacob fratri suo, q sequens pedes
suorũ in itinere propter quos sic moraretur, uẽtu-
rus esset ad eũ in Seir: hoc eñi sicut scriptura dein
de narrat, nõ fecit, sed eo porrexit ex itinere quo
dirigebat ad suos. An forte ueraci animo promi-
CVII serat, sed aliud postea cogitando delegit? Quo
modo scriptura dicit, q uidit Sichem filius Emor
Gen.34 Euæi, princeps terræ, Dinam filiã Iacob & acce-

pit eam & dormiuit cum ea, & humiliauit eam: &
A intẽdit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit uirgi-
nem, & locutus est secundum sensum uirginis ip-
sius. Quomodo uirgo appellat, si iam cũ illa dor-
mierat eamq; humiliauerat? Nisi forte uirgo no-
men ætatis est secundũ Hebræũ eloquium: an po
tius per recapitulationem postea cõmemoratur
quod primo factũ est. Prius enim potuit intẽdere
animæ ipsius & amare uirginẽ, & loqui secundũ
sensum uirginis, deinde cum illa dormire, eamq;
humiliare. Cũ paulo ante loquens Iacob cũ fra- CVIII
tre suo Esau, infãtes filios suos esse significet, qui
Græce dicuntur παιδία, quæri potest quomodo
potuerunt facere tantã stragem direptionemq; ci
uitatis, interfectis quãuis in dolore circuncisionis
B cõstitutis, pro sorore sua Dina. Sed intelligẽdum
est diu illic habitasse Iacob, donec & filia eius uir-
go fieret & filij iuuenes. Nam ita scriptũ est, Et ue-
nit Iacob in Salem in ciuitatẽ Sicimorum quæ est
in terra Chanaan, cum aduenit de Mesopotamia
Syriæ, & applicuit ad faciẽ ciuitatis, & emit par-
tem agri in quo statuit illic tabernaculum suũ, ab
Emor patre Sichẽ centũ agnis, & statuit ibi aram
& inuocauit deum Israel. Exijt autem Dina filia
Liæ quam peperit ipsi Iacob, ut condisceret filias
regionis eius: & cætera. Apparet ergo his uerbis,
nõ transeunter, sicut uiator solet, illic mansisse Ia-
cob, sed agrũ emisse, & tabernaculũ constituisse,
arã instruxisse, ac per hoc diutius habitasse: filiam
uero eius cũ ad eã uenisset ętatẽ ut amicas iam ha-
C bere posset, cõdiscere uoluisse filias eiuĩ loci: atq;
ita factam esse pro illa cruentissimã cædem & de-
prædationẽ, quæ iam, ut puto, quæstionẽ non ha-
bet. Multitudo enim nõ parua erat cũ Iacob, qui
plurimũ ditatus fuit, sed filij eius in hoc facto no-
minantur, quia eiusdẽ facti principes atq; autores
fuerunt. Quod ait Iacob timens bella finitimo CIX
rum apud ciuitatẽ Salem, quam expugnauerunt
filij eius, Ego aũt exiguus sum numero, & conue-
niẽtes super me occident me: propter bel'a pluriũ
qui cõsurgere poterãt, se dixit numero exiguum,
nõ q minus multos haberet, q̃ possent sufficere
ad expugnationem illius ciuitatis, cum suos in iti-
nere in bina castra diuiserit. Dixit autẽ deus ad CX
Iacob, Surge & ascẽde in locum Bethel, & habita Gen.35
ibi, & fac ibi aram deo qui apparuit tibi cũ fuge-
D res à facie Esau fratris tui. Quid est q non dixit, &
fac ibi aram mihi qui apparui tibi: sed deus dicit,
Fac ibi aram deo qui apparuit tibi: utrum filius
ibi apparuit, & deus pater hoc dicit, an in aliquo
genere locutionis annumerandũ sit? Quod Ia- CXI
cob ascensurus Bethel, ubi iussus est aram facere,
dixit domui suæ & omnib. qui cũ illo erant, Tolli
te deos alienos qui uobiscũ sunt de medio uestri:
& cętera. Deinde dicit, et dederũt Iacob deos alie
nos qui erãt in manibus eorũ, & inaures quæ erãt
in auribus eorũ. Quæritur quare & inaures, quæ
si ornamẽta erant, ad idololatriã non pertinebãt,
nisi quia intelligendũ est phylacteria fuisse deorũ
alienorũ. Nã Rebeccam a seruo Abrahæ inaures
accepisse scriptura testat, quod non fieret si eis in-
aures

aures habere ornamenti gratia nõ liceret. Ergo il-
læ inaures quæ cum idolis datæ sunt, ut dictũ est, A
CXII idolorũ phylacteria fuerũt. Et factus est timor
dei in ciuitatibus quæ circa illos erant, & nõ sunt
secuti post filios Israel. Incipiamus enim aduerte-
re quemadmodũ deus operet̃ in hominũ mentib.
A quo eñ timor dei factus est in illis ciuitatibus,
nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filijsq; tueba-
CXIII tur? Venit aũt Iacob in Luzan quæ est in terra
Chanaan, quæ est Bethel. Animaduertendum est
tria iam nomina huius ciuitatis cõmemorata: Lã-
maus, quod dictũ est eam prius uocatam, cũ illuc
prius pergens in Mesopotamiam uenisset Iacob:
& Bethel, quod nomẽ ipse imposuit, & interpre-
tatur domus dei: & Luza, quod modo cõmemo-
ratum est. Nec mirum debet uideri, multis eñ lo-
cis hoc accidit in ciuitatibus, & in fluminibus, & B
in quibusq; terrarũ, ut ex alijs atq; alijs causis uel
adderent̃ uel mutarentur uocabula, sicut etiã ipsis
CXIIII hominibus. Iterum in Luza apparuit deus Ia-
cob & dixit ei, Nomen tuum iam non uocabit̃ Ia-
cob, sed Israel erit nomẽ tuum. Hoc dicit ecce ite-
rum deus in benedictione, quę repetitio cõfirmat
magnũ promissum hoc nomine. Nã hoc mirũ est,
quibus tantũ semel dictũ est, amplius eos nõ uoca
ri quod uocabant̃, sed quod eis nomẽ nouũ impo
nebat̃ omnino amplius aliquid nõ uocatos nisi q
eis impositũ sit: istũ autẽ per uitã suam & deinceps
post uitã suã appellatũ esse Iacob, cui nõ semel de-
us dixerat. Nõ iam uocaberis Iacob, sed Israel erit
nomẽ tuũ. Nimirũ ergo nomẽ hoc ad illã recte in
telligitur ꝑtinere ꝓmissionẽ, ubi sic uidebit̃ deus C
quõ nõ est antea patribus uisus: ubi nõ erit nomẽ
uetus, quia nihil remanebit uel in ipso corpore ue
CXV tustatis, & dei uisio summũ erit præmiũ. In pro-
missis Iacob dicit̃, Gẽtes et cõgregationes gentiũ
erunt ex te. Quęrit̃ utrũ gentes secundũ carnẽ, cõ
gregationes aũt gentiũ secundũ fidem: an utrũq;
propter fidẽ gentiũ dictũ est, si gẽtes appellari nõ
CXVI possunt una gẽs Israel secundũ carnẽ? Ascendit
aũt deus ab eo loco ubi locutus est cũ eo: et statuit
Iacob titulũ in loco in quo locutus est cũ eo, titulũ
lapideũ: & libauit super eum libamen, & infudit
super eũ oleũ, & uocauit Iacob nomẽ loci in quo
locutus est cũ eo illic deus, Bethel. Iterũ factũ est
hoc loco quod factũ fuerat, an iterũ cõmemoratũ
est? Sed quodlibet horũ sit, super lapidem libauit D
Iacob, nõ lapidi libauit. Nõ ergo sicut idololatræ
solẽt aras ante lapides cõstituere, & tanquã dijs li
CXVII bare lapidibus. Quod duodecim filij cõputant̃
Israel qui nati sunt, ut dicit̃, Hi sunt filij Israel qui
nati sunt ei in Mesopotamia, cum Beniamin lõge
postea natus sit, cum iam transisset Bethel, & ap-
propinquarent Bethleem, Frustra quidam conan
tes istam soluere quæstionẽ, dixerũt nõ legendũ,
nati sunt, sicut Latini plerique codices habẽt, sed fa-
cti sunt. Græce enim scriptũ est ἐγένοντο: ita uolen-
tes intelligi Beniamin, quãuis ibi natus nõ fuerit,
ibi factum tamẽ, quia iam fuerat in utero semina-
tus, ut prægnans inde Rachel exisse credat̃. Hoc
autẽ modo etiã si nati sunt legẽret̃, possent dicere
iam in utero natũ, quia cõceptus erat: sicut de san-
cta Maria dictũ est ad Ioseph, Quod enim in ea na Matt. 1
tum est, de spiritu sancto est: sed aliud est quod im
pedit hanc solutionẽ quęstionis huius, quia si iam
ibi Beniamin cõceptus erat, qui filij Iacob grãdes
inde exierũt, uix annorũ duodecim esse potuerũt.
Viginti nanq; annos illic expleuit, quorũ primis
septẽ sine cõiugio fuit donec seruiẽdo Lia despon
saret̃. Vt ergo primo anno quo duxit uxorẽ ei fili
us nasceret̃, duodecim annorũ esse potuit primiti
uus, cũ inde ꝓfectus est. Proinde si iam cõceptus
fuerat Beniamin, intra decẽ menses illa omnis uia
peracta est, & quicquid in itinere scriptũ est de Ia-
cob: Vnde sequit̃, ut filij eius tã paruuli pro soro-
re sua Dina tantã stragẽ fecerint, tot homines tru-
cidauerint, ita expugnauerint ciuitatẽ: in quibus
Simeon & Leui, qui primi gladijs accincti intra-
uerint ad illos homines eosq; ꝑemerint, undecim
unus, alter decẽ annorũ fuisse reperiat̃, etiã si per
singulos annos sine intermissione illa pepererat.
Quod utiq; incredibile est ab illius ætatis pueris
illa oĩa fieri potuisse, qñ & ipsa Dina uix adhuc
sex annorũ fuit. Proinde aliter soluenda quæstio
est, ut ideo intelligat̃ dictũ cõmemoratis duode-
cim filijs, Hi sunt filij Iacob q facti sunt ei in Meso
potamia Syrię, quia inter oẽs qui tam multi erãt,
unus tantũ erat nõ ibi natus, qui tamẽ inde habuit
nascẽdi causam, quod ibi mater eius patri copula
ta est. Sed solutio ista quęstiõis aliquo exẽplo simi
lis locutionis firmãda est. Nulla tamen est facilior
solutio quęstionis huius q̃ ut per synecdochen di
ctum accipiat̃. Vbi enim pars maior est, aut poti-
or, solet eius nomine etiam illud cõprehẽdi quod
ad ipsum nomen nõ pertinet. Sicut ad duodecim
Apostolos iam nõ pertinebat Iudas, qui etiã mor
tuus fuit cum dñs resurrexit à mortuis, & tamen
ipsius duodenarij numeri nomẽ Apostolus in E- 1 Cor. 15
pistola sua tenuit, ubi ait: eũ apparuisse illis duode
cim. Cum articulo enim hoc Gręci codices habẽt
ut nõ possent intelligi quicunq; duodecim, sed illi D
in illo numero insignes. Eo modo locutiõis puto
& illud à domino dictũ, Nonne ego uos duode- Ioan. 6
cim elegi, & unus ex uobis diabolus est? ut nõ ad
electionẽ etiã ipse pertinere uideat̃. Nõ eñ facile
inuenit̃ electorũ nomẽ in malo, nisi quando mali
eligunt̃ à malis. Quod si putauerimus & illum ele
ctum, ut per eius traditionẽ domini passio cõple-
retur, id est, malitiã eius ad aliqd electã, bene uten
te deo etiã malis: illud attẽdamus ubi ait: Nõ de o- Ioan. 13
mnib. uobis dico, ego scio quos elegi: ubi decla-
rat ad electionẽ non pertinere nisi bonos. Ac per
hoc illud q̃d dictũ est, Ego uos duodecim elegi:
per synecdochen dictũ est, ut nomine maioris me
liorisq; partis, etiã illud cõpleret̃ quod ad ipsum
nomen non pertinet. Hic modus est in hoc eodẽ
loco, ubi Emor pro filio suo Sichem, ut acciperet
Dinam filiam Iacob, exijt loqui eum eodẽ Iacob,
& uenerunt etiam filij eius qui absentes erant, &
ad omnes dicit Emor: Sichen filius meus elegit
animo filiam uestram, date ergo illi eam uxorem.
Quia eñ potior erat patris ꝑsona, per synedochẽ

filiam uestrã dicẽs, etiã fratres tenuit hoc nomine
quorũ non erat filia. Hinc est & illud, Curre ad o- A
ues, & accipe inde mihi duos hædos, simul em̃ pa
scebanẽ oues & hædi. Et quia potiores sunt oues,
earũ nomine etiã caprinũ pecus cõplexus est. Sic
quia potior erat numerus undecim filiorũ Iacob
qui nati fuerant in Mesopotamia, ipsorũ cõmemo
ratiõe scriptura cõplexa est etiã Beniamin qui nõ
erat ibi natus, & dictũ est, Hi sunt filij Iacob qui fa
CXVIII ɔti sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Quod post
Gen.36 narrationẽ mortis Isaac narraẽ quas uxores Esau
accepit, & quos creauerit, recapitulatio intelligẽ-
da est, Neq; em̃ post mortẽ Isaac fieri cœpit, cum
iã essent Esau & Iacob centũ uiginti annorũ. Nam
eos sexagenarius suscepit, & uixit omnes annos
CXIX uitæ suæ centũ octoginta. Quæstio est quõ scri
ptura dicat post mortẽ Isaac patris sui Esau abscesB
sisse de terra Chanaan & habitasse in monte Seir,
cũ ueniẽte de Mesopotamia Iacob fratre eius, le-
gatur q; iam illic habitabat. Proinde quid fieri po-
tuerit ut scriptura fallere uel falli nõ credaẽ, in ꝓm
ptu est cogitare, q; scilicet Esau posteaq; in Meso-
potamiam frater eius abscessit, noluit habitare cũ
parẽtib. suis, siue ex illa cõmotiõe qua dolebat se
benedictiõe fraudatũ, siue aliqua causa uel uxorũ
suarũ quas odiosas uidebat esse parẽtib. uel quali-
bet alia: & cœpit habitare in monte Seir. Deinde
post reditũ Iacob fratris sui facta inter eos concor
dia, reuersus est & ipse ad parentes, & cũ mortuũ
patrẽ simul sepelissent, quia eos plurimũ ditatos
terra illa sicut scriptũ est minime capiebat, abscef-
sit rursus in Seir, & ibi ꝓpagauit gentẽ Idumęorũ. C
CXX Quod scriptũ est, Hi principes horrei filij Seir
in terra Edom: secũdũ tẽpus quo uiuebat, scriptor
cõmemorat. Cũ autẽ Seir habitaret qui istos ge-
nuit, nondũ ueniẽte in illam terrã Esau, nondum
utiq; appellabaẽ terra Edom. Nõ enim nomẽ nisi
ab ipso Esau inditũ est terræ, quoniã idẽ ipse Esau
& Edom uocabaẽ, de quo ꝓpagati sunt Idumæi,
CXXI hoc est gẽs Edom. Quod scriptũ est, Et ij reges
qui regnauerũt in Edom antequã regnaret rex in
Israel: nõ sic accipiendũ est tãquã om̃es reges no-
minati sint usq; ad ea tẽpora quibus cœperunt re-
ges in Israel, quorum primus fuit Saul, Multi fue-
runt in Edom usq; in tempora Saul, temporib. eti-
am iudicũ, quorum tempora fuerunt ante reges:
sed ex his multis eos solos potuit commemorare D
Moyses qui fuerũt antequã ipse moreretẽ. Nec mi-
rum est quod numerãtib. ab Abrahã per Esau pa-
trem gẽtis Edom, atq; per Rahuelem filium Esau,
& Zarã filiũ Rahuelis, & Iobab filiũ Zara, cui Io-
bab successit in regno Balach, qui primus in ter-
ra Edom rex fuisse cõmemoraẽ, usq; ad ultimũ re-
gem quẽ potuit nominare Moyses, plures gene-
ratiões inueniunẽ q̃ numerent ab Abraham per
Iacob usq; ad Moysen. Nam illic inueniuntur fe-
rè duodecim, hic aũt usq; ad Moysen fermè septẽ.
Concordat Fieri enim potuit, ut ideo ibi plures nominaren-
Matthæus tur, quia citius moriẽdo plures alter alteri succes-
cum Luca serunt. Sic enã contigit ut alium ordinem sequẽs
Mat.1 Matthæus ab Abrahã usq; ad Ioseph quadragin-
taduas generationes numeret. Lucas autem in or Luc.3
dine alio numerãs generationes, nõ per Salamo-
nem sicut ille, sed per Nathan, ab Abraham usq;
ad Ioseph quinquagintaquinq; cõmemoret. In il-
lo q̃ppe ordine ubi plures nominanẽ, citius mor-
tui sunt, q̃ ubi pauciores. Ne forte aũt moueat ali
quem quod inter reges Edom cõmemoratur Ba-
lach filius Beor, & de similitudine nominis existi
met illũ esse Balach qui restitit Moysi ducenti po
pulũ Israel, sciat illũ Balach Moabitam fuisse non
Idumæũ, eumq; filiũ fuisse Sephor, nõ filiũ Beor.
Sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam nõ Num.22
Balach, quẽ Balaam conduxerat idem Balach ad
maledicendum populum Israel. Quomodo po CXXII.
tuerit mors Isaac, decem & septẽ annorum inue-
nire Ioseph eius nepotem, sicut uidetur tanquam
ex ordine scriptura narrare, quocũq; se quisq; cõ-
uertat inuenire difficile est. Nolo enim dicere, nõ
posse inueniri, ne forte me fugiat quod aliũ nõ fu
git. Si enim post mortẽ aui sui Isaac, decẽ & septẽ
annorũ fuit Ioseph, quando eum fratres in Ægy-
pto uẽdiderũt, ꝓculdubio & pater eius Iacob de-
cimoseptimo anno filij sui Ioseph cẽtũ uiginti an-
norum fuit. Genuit eum aũt Isaac cũ esset annorũ
sexaginta, sicut scriptũ est: Vixit ergo Isaac postea
centumuiginti annis, quia cẽtesimo octogesimo
mortuus est: idcirco dimisit filios cẽtũ uiginti an-
nos habẽtes, & Ioseph decẽ & septem. Ioseph aũt
quoniã triginta annorũ fuit, quando apparuit in
conspectu Pharaonis, secuti sunt aũt septem anni
ubertatis & duo famis, donec ad eũ pater cũ fra-
tribus uenit, triginta nouẽ ꝓfecto annos agebat
Ioseph quãdo Iacob intrauit in Ægyptũ. Tũc aũt
idem Iacob, quod ore suo Pharaoni dicit, centesi-
mum & trigesimũ annũ agebat ætatis: cẽtum aũt Gen.47
& uiginti Iacob, quando erat decem & septẽ Io-
seph, quod uerũ esse nullo modo potest. Si em̃ de-
cimoseptimo anno uitæ Ioseph, Iacob cẽtũ uigin
ti ageret, proculdubio trigesimo & nono anno Io
seph, nõ centũ triginta, sed cẽtum quadraginta &
duos annos agere inueniretẽ Iacob. Si aũt die mor
tis Isaac nondũ erat annorũ decem & septem Io-
seph, sed aliquãtulo tempore post mortem aui sui
ad decimũseptimũ peruenit annũ, quo anno scri-
ptura testante in Ægyptũ est à fratribus uẽditus,
pluriũ etiam q̃ centũ quadraginta duorũ annorũ
esse debuit pater eius, quãdo est filiũ in Ægyptũ
consecutus. Scriptura quippe posteaq; narrauit
annũ uitæ ultimum Isaac centesimum & octoge-
simum, ac eius mortem ac sepulturã, deinde com-
memorauit quemadmodũ digressus esset Esau à
fratre suo de terra Chanaan in montẽ Seir, & cõte
xuit cõmemorationem regum & principũ gentis
ipsius, in qua se constituit, uel quam propagauit
Esau. Post hæc narrationem de Ioseph sic intulit.
Habitabat autẽ Iacob in terra Chanaan, hæ autẽ
procreaturæ Iacob. Ioseph autem decẽ & septem
annorum erat pascens cum fratribus oues: Dein-
de narratur causa somniorũ: quemadmodũ odio-
sus fratribus sit factus & uenditus. Aut ergo eo-
dem anno decimoseptimo, aut etiã aliquãto ma-
ior

ior uenit in Ægyptũ, ac per hoc utrolibet modo permanet quęstio. Si enim decẽ et septẽ annorum fuit post mortẽ aui sui, quando pater eius centum uiginti fuit, ꝑfecto anno eius trigesimo & nono quando Iacob uenit in Ægyptum cẽtum quadragintaduos annos idẽ Iacob agere debuit. Fuit aũt tũc Iacob centũ triginta, ac per hoc si decem & septem annorũ Ioseph in Ægyptũ est uẽditus, ante duodecim annos ꝙ moreret auus eius, uenditus inueniť. Decẽ enim & septem annorũ esse nõ potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac cẽtesimo & octauo anno uitæ patris sui Iacob. His eñ cũ adiecerimus uiginti duos annos quib. Ioseph usqȝ ad aduentũ patris sui fuit in Ægypto, fiẽt ætatis anni Ioseph trigintanouem, & Iacob centũ triginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniã scriptura post mortẽ Isaac ista narrauit, putatur Ioseph post eiusdẽ aui sui mortem decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus de uita Isaac, tanquam multũ decrepiti senis tacuisse scripturã, cũ iam de Iacob & eius filijs loqueretur, uiuo tamen Isaac decem & septẽ annorum esse cœpit Ioseph.

CXXIII Gen.37 Quod dicit Iacob ad Ioseph, Quod est somniũ hoc quod somniasti? Nũquid uenietes ueniemus ego & mater tua & fratres tui adorare te super terram? Nisi in aliquo mysterio dictũ accipiatur, quo modo intelligit de matre Ioseph, quæ iã erat mortua. Vnde nec in Ægypto cum sublimareť putandum est hoc esse completum, quia nec pater cum adorauit quãdo ad eum uenit in Ægyptum, nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo ꝑsona facile intelligi potest etiã de mortuis, secundũ illud quod dicit Apostolus. Philip.2 Quia donauit ei nomẽ quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectať, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ.

CXXIIII Quæritur quare Hismaelitas scriptura quibus à fratribus uenditus est Ioseph, etiam Madianitas uocet, cũ Hismael sit de Agar filius Abrahæ, Madianitæ uero de Cethura? An quia scriptura dixerat de Abraham, quod munera dederit filijs cõcubinarũ suarum Agar scilicet & Cethuræ, & dimiserit eos ab Isaac filio suo in terram Orientis, unã gentem fecisse intelligendi sunt?

CXXV De Iacob scriptum est cum lugeret Ioseph, Congregati sunt autem omnes filij eius & filiæ, & uenerunt consolari eũ. Quæ filiæ pręter Dinam? An filios & filias dicit cõnumeratis nepotibus & neptibus? iam eñ maiores filij eius filios habere potuerũt.

CXXVI Et noluit consolari dicens: Quoniam descendam ad filium meũ lugens in infernũ. Solet esse magna quęstio quomodo intelligatur infernus: utrũ illuc mali tantũ, an etiã boni mortui descẽdere soleant. Si ergo tantum mali, quomodo iste ad filium suũ se dicit lugentem uelle descendere? Nõ enim in pœnis inferni eũ esse credit. An perturbati & dolentis uerba sunt, mala sua etiam hinc exaggerantis?

CXXVII Et uendiderunt Ioseph in Ægyptũ Petefræ spadoni, præposito coquorum. Nolunt quidam præposito coquorũ interpretari, qui Grece ἀρχιμάγειρος diciť, sed præpositũ militiæ cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus etiã est ille quẽ Nabuchodonosor misit, penes quem potius inueniť
A primatus fuisse militiæ.

CXXVIII Gen.38 Factum est autẽ in tempore illo descendit Iudas à fratribus suis ad hominem quendam Adollamitam cui nomẽ Hiras. Et uidit illic Iudas filiam hominis Chananæi nomine Sue, & accepit eam, & introiuit ad eam, & cõcepit & peperit filium: & cætera. Quęritur quãdo ista fieri potuerunt. Si enim posteaquã Ioseph deuenit in Ægyptum, quomodo intra uiginti fermẽ & duos annos, nam post tãtum tẽporis colligitur eos uenisse ad eundem Ioseph fratrẽ suũ in Ægyptum cũ patre suo, fieri potuerit, ut Iudæ filij eius ætatis omnes possent ducere uxores? Nam Thamar nurũ suam mortuo primogenito suo alteri fi-
B lio suo dedit: quo etiã mortuo, expectauit ut cresceret tertius. Et cũ creuisset, nec illi eam dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factũ est ut eidẽ socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo hęc omnia intra tam paucos annos fieri potuerint, merito mouet, nisi ut forte solet scriptura per recapitulationẽ aliquot annos ante uenditũ Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi uelit, quoniã sic positũ est ut diceret, Factũ est autẽ in illo tẽpore: ubi tamẽ quęriť, si decẽ & septẽ annorũ erat Ioseph quãdo uenditus est, quot annorũ esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quando idem ipse primogenitus Ruben, ut plurimũ fratrẽ suum Ioseph quinqȝ aut sex annos potuerit ætate præcedere. Euidẽter autem scriptura dicit triginta annorũ fuisse Ioseph quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno deci-
C moseptimo ætatis suæ uẽditus fuisse credať, tredecim annos pegerat in Ægypto ignotus Pharaoni: ad hos aũt tredecim annos accesserũt septẽ anni ubertatis, & facti sunt anni uiginti: his adduntur duo, quia secundo anno famis intrauit Iacob Ægyptũ cum filijs suis, & inueniũtur uiginti duo anni quibus absuit Ioseph à patre & à fratrib. suis. Quomedio tẽpore quomodo fieri potuerint de uxore & filijs & nuru Iudę omnia quæ narrantur, indagari difficile est: nisi forte ut credamus, et hoc enim fieri potuit, mox ut adolescere Iudas cœpit, eum incidisse in amorem eius quã duxit uxorem; nondum uendito Ioseph in Ægyptum.

CXXIX Et depositis uestimentis uiduitatis suæ à se. Hic insinuatur etiam tẽporib. Patriarcharum certa & sua fuisse uestimenta uiduarum, non utiqȝ talia qualia cõ-
D iugatarum.

CXXX Gen.39 Quod iterum dicitur, Ioseph autem depositus est in Ægyptum et possedit eũ Petefres spado Pharaonis: ad ordinem redit scriptura unde recesserat, ut illa narraret quæ scriptura digesta sunt.

CXXXI Gen.40 Quod aliqui codices Latini habent, tria canistra alicæ, cũ Græci habeant χονδριτῶν, quod interpretanť, qui usum eiusdem linguæ habẽt, panes esse cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibarium potuerit Pharao habere in escis. Dicit eñ in supiore canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pharao, opus pistorũ. Sed intelligendũ est etiã ipsum canistrũ habuisse panes cibarios, quia dictũ est, tria canistra χονδριτῶν, & desup fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodem canistro superiore.

CXXXII Quod putabat se stare Pharao super flumen

Gen.24 flumē, quēadmodum seruus Abrahæ dixit, Ecce
ego sto super fontē aquæ. Nam & ibi Græcus ὑπὸ A
τῆς πηγῆς dixit, quēadmodum hic ὑπὸ τῷ ποταμῷ.
Hæc locutio si intelligatur in Psalmo ubi scriptū
Psal.23 est, Qui fundauit terram super aquam, non cogū-
tur homines putare sicut nauē natare terrā super
aquam. Secundum enim hanc locutionē recte in-
telligit͂, quod altior sit terra ꝗ̃ aqua, altius quippe
ab aquis sustollitur ubi habitent terrena animalia.
CXXXIII Quod scriptum est, Obliuiscentur ubertatis fu
turæ in tota terra Ægypti, non futuræ illis qui fa-
men patiētur, tanꝗ̃ postea ueniat illis ubertas, sed
futura erat tunc quando loquebatur, tanquam di-
ceret, Vbertatis huius quam futurā significarunt
boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homi-
nes in ea fame quā significauerunt boues & spicæ
CXXXIIII malæ. Nunquid inuenimus hominē talem qui B
habeat spiritū dei in se? Ecce iam nisi fallor tertio
insinuat nobis in hoc libro spiritussanctus, id est,
Gen.1 spiritus dei. Primo em̄ dictū est, Spiritus dei fere-
Gen.6 batur super aquā. Secūdo ubi dicit deus, Nō per-
manebit spiritus meus in hominibus istis, ꝓpter
quod caro sunt. Et tertio nunc quod Pharao dicit
de Ioseph, esse in illo spiritū dei, nondum tamē le-
CXXXV gimus spiritūsanctum. Et imposuit Pharao no-
men Ioseph Psotonphanech: hoc nomē interpre-
tari dicitur, occulta reuelauit, ex illo utiq; ꝗd som-
nia regi aperuit: Ægyptia uero lingua, saluatorē
CXXXVI mundi perhibent appellatū isto nomine. Et de
ἁλίου πό- dit ei Aseneth filiam Petefræ sacerdotis Solis ciui
λεως tatis ipsi uxorem. Quæri solet cuius Petefræ, u-
trum illius cuius seruus fuit, an alterius: sed credi- C
bilius æstimatur alterius. Nam de illo cur non cre
datur, multa sunt quæ moueant. Primū, quia scri-
ptura non cōmemorauit, cum uidetur hoc nō po-
tuisse præterire, quod ad illius iuuenis nō paruam
gloriam pertinebat, ut eius filiam duceret cuius
famulus fuit. Deinde quomodo spado filiam ha-
bere potuerit? Sed respōdet͂ quō uxorem, postea
quippe credit͂ abscisus, uel casu uulneris, uel pro-
pria uoluntate. Et quod honor eius non ipse com
memoratur qui solet, id est, quod ἀρχιμάγειρος fue
rit, quē principē coquorum Latini interpretes po
suerunt: principē aūt militiæ quidam intelligi uo-
lunt. Sed etiā hic respondet͂, duos illum honores
habuisse, & sacerdotiū solis, & militiæ principatū.
Congruenter aūt alibi ille honor eius cōmemora D
tus est qui talibus actibus cōgruebat: hic uero po
steaquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas
ipse honor debuit nominari soceri eius, qui perti-
neret ad diuinitatē non paruam secundū opinio-
nem Ægyptiorū in sacerdote Solis. Verum in his
omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum car
ceris, nimis incredibile est hunc fuisse præpositū
officio sacerdotum. Deinde non simpliciter di-
ctū est, ꝙ sacerdos Solis esset, sed de ciuitate Solis,
quæ uocat͂ Heliopolis: abesse aūt dicit͂ amplius ꝗ̃
uiginti milibus à ciuitate Mēphi, ubi Pharaones,
id est, reges maxime cōmanebant. Quomodo er-
go deserto officio sacerdotij sui potuit strenue re-
gi seruire militiæ principatu? Accedit etiā quod
Ægyptij sacerdotes perhibent͂ non seruisse sem-
A per nisi templo deorū suorū, nec aliquid aliud offi
cio egisse. Sed si forte tunc aliter fuit, credat quisq;
ꝗd placet, nō tamē est quæstio cuius exitus clau-
sus sit, siue unus fuerit Petefres, siue duo. Quodli-
bet enim horū quisq; existimet nō est fidei pericu
losum, nec contrarium ueritati scripturarum dei.
Et congregauit Ioseph triticum sicut arenā ma CXXXVII
ris, multum ualde quoadusq; non potuit numera
ri, non enim erat numerus: pro eo dictum est, non
em̄ erat numerus, quod nomen numeri omnis usi
tati excederet copia illa, & quomodo appellaret͂
non inueniebat͂. Nam unde fieri potest ut quan-
tumlibet magnæ, finitæ tamē, multitudinis nume
rus nō sit? Quāuis hoc potuerit etiam secundum
hyperbolen dici. Et commemoratus est Ioseph CXXXVIII
B somniorum suorum quæ uidit ipse, adorauerant
enim eum fratres sui. Sed aliquid in illis somnijs
excelsius inquirendū est: Non enim potest eo mo
do de patre eius ac matre compleri, quæ iam mor-
tua fuerat, quod de Sole & Luna cū uidisset, à pa-
tre increpāte audierat qui uiuebat. Quid est ꝙ CXXXIX
Ioseph uir tam sapiens, atq; ita non solum homi-
num inter quos uiuebat testimonio, sed ipsa etiā
scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem Pha-
raonis, non exituros de Ægypto fratres suos, nisi
frater eorū minor uenerit. An etiā bono & fideli
uiro utilis fuerat salus Pharaonis, cui fidē sicut pri-
mitus domino suo seruabat in omnibus? Quanto
enim magis ipsi qui eum in tanto honore locaue-
rat, si illi seruauit fidem qui eum seruū emptitium
C possidebat. Quod si non curabat Pharaōis salutē,
nūquid & periuriū pro cuiuslibet hominis salute
uitare nō debuit? An non est periuriū? Tenuit e-
nim unū eorū donec ueniret Beniamin, & uerum
factū est quod dixerat, non exibitis hinc nisi uene
rit frater uester: Ad omnes enim nō potuit perti-
nere quod dictū est: Nam quomodo esset ille uen
turus, nisi ad eū ducendū aliq redissent? Sed quod
sequit͂ magis urget quæstionē, ubi iterum iurauit
dicens, Mittite ex uobis unū, & adducite fratrem
uestrū: uos autem non educemini quoadusq; ma-
nifesta sint uerba uestra si uera dicitis an non: sin
autem, per salutē Pharaonis exploratores estis: id
est, si non uera dicitis, exploratores estis. Huic sen
tentiæ interposuit iurationem, quia si uera non di
D xissent, exploratores essent, id est exploratorū pœ
na digni essent, ꝗs tamē uera dicere sciebat. Neq;
enim periurus est quisq; si ei quem castissimū no-
uit dicat, si hoc adulterium de quo argueris com-
misisti, damnat te deus, & his uerbis adhibeat iu-
rationē, uerū omnino iurat. Ibi est enim conditio
qua dixit, si fecisti, quem tamē non fecisse certum
habet. Sed ait aliquis, uerum est, quia si fecit adul-
terium, damnat illū deus: hoc aūt quomodo uerū
est, si nō uerū dicitis, exploratores estis, cum etiā
si mentiantur, non sint exploratores? Sed hoc est
quod dixi, ita dictū esse, exploratores estis, tāquā
si dictū esset, exploratorum pœna digni estis, hoc
est, exploratores deputabimini merito mendacij
uestri. Estis aūt, potuisse dici, ꝓ habebimini & de-
putabi-

putabimini, innumeræ similes locutiones docent.
3 Reg. 18 Vnde est illa Heliæ. Quicunq; exaudierit in igne, A
ipse erit deus, Non enim tūc erit, sed tunc habebi-
CXL tur. Quid est quod cū inter se pœnitentes filij Is-
rael, loquerenť de fratre suo Ioseph, quod cū illo
male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderet
quod se periclitari uidebāt: adiungit scriptura &
dicit, Ipsi ignorabāt quod audiebat Ioseph: inter-
pres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligēdū
est, ideo eos putasse, quia ille nō audierit, quod ui
debāt interpretē qui inter illos erat nihil ei dicere
eorū quæ loquebanť: nec ob aliud adhibitū puta-
bant interpretē, nisi quod eorū linguam ille nesci
ret: nec cura erat interpretis ea dicere illi à quo po
situs fuerat, quæ nō ad illum, sed inter se loquebā-
CXLI tur. Et iterū accessit ad eos & dixit illis: nec ad-
iungit quid illis dixerit, Vnde intelligiť hæc eadē
CXLII dixisse quæ dixerat. Et deducetis senectam me-
am cum tristitia ad infernum. Vtrū ideo ad infer- B
num, quia cum tristitia? An etiam si abesset tristi-
tia, tanquam ad infernum moriendo descensurus
hæc loquiť? De inferno enim magna quæstio est,
& quid inde scriptura sentiat, locis omnibus ubi
forte hoc cōmemoratum fuerit, obseruādum est.
CXLIII Quod à præposito domus audiūt, Deus uester
Gen. 43 & deus patrum uestrorū dedit uobis thesauros in
saccis uestris, argentū autem uestrū probatum ha
beo: mendaciū uidetur, sed aliquid significare cre
dendum est. Argētum enim quod & datur & non
minuitur, quia & probatū appellatū est, nimirum
Psal. 11 illud intelligiť de quo alibi legimus, Eloquia do-
mini eloquia casta, argentū igne examinatū, pro-
batū terræ, purgatum septuplum: id est, perfectē.
CXLIIII Biberunt autem & inebriati sunt cū eo. Solent C
hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, nō
propter illos filios Israel, sed ꝓpter Ioseph qui ual
de sapiens cōmendatur: sed hoc uerbum & pro sa
tietate solere poni in scripturis, qui diligenter ad-
uerterit, multis in locis inueniet. Vnde est illud.
Psal. 64 Visitasti terram & inebriasti eā, multiplicasti dita
re eam: eo quod in laude benedictiōis hoc positū
est & donū dei cōmemorať, apparet hanc ebrieta
tem saturitatē significare. Nam ita inebriari ut in-
ebrianť ebriosi, nec ipsi terræ utile est, quoniā ma-
iore quàm satietati sufficit humore corrumpitur,
sicut uita inebriosorum qui nō satietate se replēt,
CXLV sed mergūt diluuio. Quod ait fratribus suis Io-
Gen. 44 seph, Nesciebatis quia augurio auguratur homo D
qualis ego: de hoc augurio etiam mandauit eis di
cendum per hominē suū: quid sibi uelit, quæri so-
let: an quia nō serio sed ioco dictū est, ut exitus do
cuit, non est habendū mendaciū. Mendacia enim
à mendacibus serio aguntur nō ioco. Cum autem
quæ non sunt tanquā ioco dicunť, non deputātur
mendacia. Sed magis mouet quid sibi uelit ista a-
ctio Ioseph, qua fratres suos, donec eis aperiret qs
esset, totiēs ludificauit & tāta expectatione suspē-
dit: quod licet tanto sit suauius cum legiť, quanto
illis sit inopinatius cum quibus agiť, tamē sapien
tiæ illius grauitate, nisi magnū aliquid isto quasi
ludo significareť, nec ab illo fieret, nec ea scriptu-
ra contineret in qua est tanta sanctitatis autoritas
& prophetandorū tanta intentio futurorū: quam
modo exequi exponendo nō suscepimus, sed ad-
monere tantū uolumus quid hic oporteat inqui-
ri. Nam nec illud uacare arbitror, quod nō ait, au-
guror ego, sed augurať homo qualis ago. Quod
si locutionis genus est, in scripturę corpore simile
aliquid reperiendū est. Non negligenter consi CXLVI
derandum puto, tantā miseriam in hac perturba-
tione fratrū suorū quos Ioseph quandiu uoluit te-
nuit, & quāta uoluit mora protraxit: nō eos utiq;
faciēs calamitosos, quando tantæ etiā ipsorum fu-
turæ lætitiæ exitum cogitabat: & totū hoc quod
agebat ut eorū gaudium differreť, ob hoc agebat,
ut eadem dilatione cumulareť: tanquā non essent
condignæ passiones eorum in toto illo tempore
quo turbabanť, ad futuram gloriam exultationis
quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem
à se perditū esse arbitrabantur. Multa in narra- CXLVII
tione Iudæ aliter dicta sunt quàm cū illis egerat Io
seph, quāuis apud eum loqueretur, ut omnino de
illa insinuatiōe quod exploratores essent nihil di-
ceretur. Quod utrum consulto tacitū sit, an & id
fecerit perturbationis obliuio, nō apparet. Nam
& illud quod dixerūt se ab ipso Ioseph interroga-
tos de patre & fratre suo, se autē illa interroganti
indicasse, mirū si uel ad sententiā potest ista perue
nire narratio, ut eam cōstet esse ueracem: quanq;
& si aliqua falsa in ea sunt, falli potius per obliuio-
nem potuit q̄ auderet mentiri: apud eū prǽsertim
cui non sicut nescienti, sed etiam illa quæ nouerat
eum scire ad flectendam eius misericordiā narra-
tioni suæ inserebat. Quid est quod dicit Ioseph, CXLVIII
Misit enim me deus ante uos, remanere uestrū re- Gen. 45
liquias super terrā, & enutrire uestrum reliquias:
mirū est: hoc enim non usquequaq; consonat, ut re-
liquias accipiamus Iacob & filios eius, cum om-
nes sint incolumes. An forte illud significat alto
secretoq; mysterio quod ait Apostolus, Reliquiæ Rom. 11
ꝑ electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Quia Prophe
ta prædixerat, Et si fuerit numerus filiorū Israel si- Esa. 10
cut arena maris, reliquię saluæ fient. Ad hoc enim
occisus est Christus à Iudæis, & traditus gentibus
tanq; Ioseph Ægyptijs à fratribus, ut & reliquiæ.
Israel saluæ fierent. Vnde dicit Apostolus, Nam Rom. 11
& ego Israelita sum, ut & plenitudo gētium intra-
ret, & sic omnis Israel saluus fieret, id est, ex reli-
quijs Israel secundū carnē, & plenitudine gentiū
quæ in fide Christi secūdū spiritū sunt Israel. Aut
si & gēti illi Israelitæ restat fidei plenitudo, ex qua
erāt reliquiæ in quibus reliquijs tunc & Apostoli
salui facti sunt, hoc significať ea plenitudine libe-
ratiōis Israel, qua per Moysen ex Ægypto libera-
ti sunt. Intrauit in Ægyptum Iacob & omne se- CXLIX
men eius, filij & filij filiorū eius, filiæ & filiæ filia- Gen. 46
rum eius cum eo. Quærendū quomodo dicat fili-
as & filias filiarum eius, cum filiam unam legatur
habuisse. Superius autē filias eius dixeramus ac-
cipi posse neptes eius, sicut filij Israel omnes dicū
tur etiā uniuersus populus ab illo ꝓpagatus. Sed
nūc cum dicit, filias filiarum, propter unā Dinam
pluralis

pluralis numerus pro singulari positus est, sicut e-
tiã ꝑ plurali singularis solet, nisi nurus eius quisq̃
CL asserat filias eius potuisse appellari. Quod dicit
scriptura tot animas pepisse Liam: uel tot aut tot
animas exijsse de femoribus Iacob: uidendum est
quid hinc respondeatur eis qui hoc testimonio con
firmare nitũtur à parentibus simul animas cũ cor
poribus propagari. Animas em̃ dictas pro homi-
nibus, à parte totum significãte locutione, nullus
ambigit. Sed quomodo ipsam partẽ ex qua totũ
cõmemoratũ est, hoc est animã, cuius nomine to-
tus homo significatus est, alienemus ab eo quod
dictũ est, exierũt de femoribus eius, ut carnes tan-
tum ex illo natas, quãuis solæ animæ nominẽtur,
accipiamus, quærendi sunt locutionũ modi secũ-
CLI dum scripturas. Hi filij Liæ quos peperit ipsi Ia
cob in Mesopotamia Syriæ, & Dinam filiã eius,
omnes animæ filij & filiæ triginta tres: Nunquid
istæ omnes trigintatres animæ ex Lia in Mesopo
tamia Syriæ natę sunt? Sed utiq̃ filij & una filia ex
quibus neptes cõmemoratæ sunt. Si ergo de uno
Beniamin quæstio nata fuerat, quando numera-
tis duodecim filijs Iacob & nominatim cõmemo-
ratis dictũ est, hi filij Iacob qui facti sunt ei in Me-
sopotamia Syriæ: quanto maior nũc quæstio est,
quomodo trigintatres animæ ex Lia in Mesopo-
tamia Syriæ natæ sunt: nisi quia illa locutio cõfir-
matur, tanquã ibi omnes ortæ sint, quorum paren
tes ibi orti sunt. Deinde & illud iam nõ dubiũ est,
in una filia filias nominari, plurali numero pro sin
CLII gulari posito. Quod legitur sexagintasex ani-
mas intrasse cũ Iacob in Ægyptũ, exceptis uideli
cet filijs Ioseph, & deinde illis annumeratis infer-
tur, septuagintaquinq̃ animæ erant cũ quibus Ia-
cob intrauit in Ægyptũ: sic accipiẽdum est, qui e-
rant in domo Iacob quando intrauit in Ægyptũ.
Nã utiq̃ quos ibi inuenit, non cũ eis intrauit. Sed
quoniã diligentius discussa ueritate reperiuntur
duo nati iam fuisse cũ intrauit, Effrem & Manas-
ses, quod nõ solum hoc loco Hebræi codices ha-
bere dicunt, uerumetiã ipsa septuaginta interpre-
tatio in Exodo declarat, nec septuaginta interpre
tes mihi in hoc uident̃ errasse: qui ꝑpter aliquam
mysticã significationẽ quadam uelut Prophetica
libertate hunc numerũ complere uoluerũt, si ad-
huc uiuente Iacob illi ex duobus filijs Manasse &
Effrem propagati sunt, quos eidẽ numero domus
Iacob aggregandos iudicauerũt. Sed quia inueni
tur Iacob decem et septem annos uixisse in Ægy-
pto, quomodo potuerũt filij Ioseph illo uiuo etiã
nepotes habere, nõ inuenitur. Ingressus est enim
Ægyptũ Iacob secundo anno famis, nati sunt au-
tem filij Ioseph in annis abundantię. Quibuslibet
annis ubertatis nati existimẽtur, à primo anno u-
bertatis usq̃ ad secundũ annum famis, quo ingres
sus est Iacob in Ægyptum, nouem anni sunt, huc
additis decem & septem quibus ibi uixit Iacob, ui
gintisex anni reperiunt̃. Quõ ergo minus quàm
uiginti & sex annorũ iuuenes etiã nepotes habe-
re potuerũt? Sed neq̃ ulla Hebraica ueritate ista
quęstio soluit̃. Quemadmodũ autem impleri po-
tuit, ut tot nepotes susciperet Iacob antequam in-
A traret in Ægyptum, etiã de Beniamin qui illa æta-
te uenit ad fratrẽ? Non solũ scriptura filios eũ ha-
buisse cõmemorat, sed & nepotes & pronepotẽ,
qui oẽs adnumerantur sexaginta sex hominibus,
cũ quibus Iacob in Ægyptum, etiã secundũ He-
braicam ueritatẽ perhibetur intrasse. Videndum
est etiã quid sibi uelit, quod cũ Ioseph & filij eius
nõ amplius quàm octo cõmemorant̃: Beniamin
uero & eius filij simul undecim reperiãtur, nõ de-
cem & nouem oẽs sicut sunt octo & undecim, sed
decem & octo referant̃ in summam, & postea Io-
seph cũ filijs suis, non animæ octo, sed nouẽ fuisse
dicant̃, cum octo inueniãtur. Hæc omnia quæ in-
dissolubilia uident̃ magnam continent sine dubi-
tatione rationem, sed nescio utrum possint cũcta
B ad literã conuenire, præcipue in numeris quos in
scripturis esse sacratissimos & mysteriorũ plenis-
simos ex quibusdã quos inde nosse potuimus di-
gnissime credimus. Commendatur in Patriar- CLIII
chis, quod pecorũ nutritores erant à pueritia sua
& à parẽtibus suis. Et merito, nam hæc est sine ul-
la dubitatiõe iusta seruitus & iusta dominatio, cũ
pecora homini seruiũt & homo pecoribus domi-
nat̃. Sic em̃ dictũ est cum crearet̃, Faciamus homi Gen. 1
nem ad imaginẽ & similitudinem nostram, & ha-
beat potestatem piscium maris & uolatilium cœ-
li, & omniũ pecorum quæ sunt super terram. Vbi
insinuatur rationẽ debere dominari irrationabili
uitæ. Seruum autem hominem homini, uel iniqui
tas uel aduersitas dominari fecit. Iniquitas quidẽ
C sicut dictũ est, Maledictus Chanaan, erit seruus Gen. 9
fratrib. suis. Aduersitas uero, sicut accidit ipsi Io-
seph, ut uenditus à fratribus seruus alienigenæ fie
ret. Itaq̃ primos seruos quibus hoc nomẽ in Lati-
na lingua inditũ est, bella fecerunt. Qui em̃ homo
ab homine superatus iure belli posset occidi, quia
seruatus, est seruus appellatus: inde & mancipia, *Seruus*
quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in *Mancipium*
hominibus, ut seruiãt fœminæ uiris & filij parenti
bus: quia & illic iustitia est hæc, ut infirmior ratio
seruiat fortiori. Hæc igit̃ in dominationibus & ser
uitutibus clara iustitia est, ut qui excellũt ratione,
excellãt dominatione: quod cũ in hoc seculo per
iniquitatẽ hominũ perturbat̃, uel per naturarum
carnaliũ diuersitatẽ, ferunt iusti tẽporalẽ peruersi
D tatẽ, in finẽ habituri ordinatissimã & sempiternã
felicitatẽ. Abominatio est enim Ægyptijs om- CLIIII
nis pastor ouium. Merito Ægyptijs, in quibus fi-
gura est præsentis seculi, in quo abũdat iniquitas,
abominatio est omnis pastor pecorum, Abomi-
natio est em̃ iniquo uir iustus. Venerunt autẽ in CLV
Ægyptum ad Ioseph Iacob & filij eius, & audiuit
Pharao rex Ægypti, & ait Pharao Ioseph dicens, Gen. 47
Pater tuus & fratres tui uenerunt ad te: ecce ter-
ra Ægypti ante te est, in terra optima colloca pa-
trem tuũ & fratres tuos. Hæc repetitio nõ potest
misceri, ad quã sæpe obscure per recapitulationẽ
redit̃: sed omnino aperta est. Iam em̃ dixerat scri-
ptura quomodo uenerint ad Pharaonẽ fratres Io
seph, & quid eis dixerit uel ab eis audierit: sed hoc
nunc

nũc uelut ab initio repetiuit, ut inde cõtexeret nar
rationẽ ab bis uerbis, quæ soli Ioseph Pharao di-
xit: quorũ omniũ in codicibus Græcis, qui à dili-
gentioribus cõscripti sunt, quædam obeliscos ha-
bent, & significant ea quæ in Hebræo nõ inueniũ
tur, & in septuaginta inueniunt, quędã asteriscos,
quibus ea significant quæ habẽt Hebræi, nec ha-
CLVI bent septuaginta. Quid est q dixit Iacob Pha-
Gen.47 raoni, Dies annorũ uitæ meæ quos incolo. Sic eñ
habẽt Græci, quod Latini habent ago uel habeo,
uel si quid aliud. Vtrũ ergo ideo dixit, quos inco-
lo: quia in terra natus est, quã nondũ populus di-
uina pmissiõe hęreditatis acceperat, & ibi uitam
ducens, utiq in aliena terra erat: nõ solum quãdo
peregrinabat, sicut in Mesopotamia, uerũetiam
quando ibi erat ubi natus est. An potius secũdum
1 Cor.5 id accipiendũ est, quod ait Apostolus, Quãdiu su
mus in corpore, peregrinamur à domino. Secun-
Psal.38 dum hoc & illud in Psalmo dictũ intelligit, Inqui
linus ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes
patres mei. Nam iterum dicit de ipsis diebus uitæ
suæ, Nõ puenerũt in dies annorũ uitæ patrũ meo-
rum, quos dies incoluerunt. Non eñ hic aliud uo
luit intelligi, q̃ id quod Latini codices habent, ui-
xerũt: ac per hoc significauit hanc uitã incolatum
esse sup terrã: id est, peregrinationis habitationẽ.
Sed credo sanctis hoc cõuenire, quibus aliam pa-
triam æternã dominus pollicet. Vnde uidendum
est quẽadmodum dictum est de impijs. Incolẽt &
Psal.55 abscondent, ipsi calcaneũ meũ obseruabunt. De
his eñ cõuenientius accipitur, qui ut abscondant
incolunt, id est, ut insidientur filijs nõ manẽt in do
CLVII mo in æternum. Et dedit eis possessionem in
terra optima, & in terra Ramessem, sicut pręcepit
Pharao. Quærendũ est utrũ terra Ramessem ipsa
sit Gessen: Ipsam enim petierant, & ipsam eis Pha
CLVIII rao dari præceperat. Et metiebatur triticum pa
tri suo Ioseph: & tamen eum pater nec quando ui
dit adorauit, nec quãdo ab illo triticũ accipiebat.
Quomodo ergo somniũ Ioseph modo impletum
putabimus, & nõ potius maioris rei cõtineri pro-
CLIX phetiam? Et intulit Ioseph omem pecuniam in
domum Pharaonis. Pertinuit ad scripturã in hac
CLX etiã re cõmendare fidem famuli dei. Dixit autẽ
illis Ioseph, Adducite pecora uestra, & dabo uo-
bis panes pro pecoribus uestris, si deficit argen-
tum. Quæri potest, Cum Ioseph frumenta college
rit, unde homines uiuerẽt, pecora unde uiuebãt,
cum tanta fames inualesceret: maxime quia fra-
tres Ioseph Pharaoni dixerant, Nõ sunt enim pa-
scua pecoribus puerorum tuorũ, inualuit enim fa
mes in terra Chanaan, & propter hãc etiã inopiã
pascuorũ uenisse se cõmemorauerant. Proinde si
ea fame pascua defecerãt in terra Chanaan, cur in
Ægypto non defecerant, eadem tunc fame ubiq
inualescente? An sicut perhibetur ab eis qui loca
sciunt, in multis Ægypti paludibus poterant pas-
cua non deesse, etiam cum fames esset frumento-
rum, quæ solent Nili fluminis inundatiõe proue-
nire. Magis enim dicunt paludes illæ feracia pa-
scua gignere, quando aqua Nili minus excrescit.

Moriturus Iacob filio suo Ioseph dicit: Si inue- CLXI
A ni gratiã in cõspectu tuo, subijce manũ tuam sub Gen.47
femore meo, & facies in me misericordiã & uerita
tem. Ea filium iuratione constringit, qua seruum
cõstrinxit Abraham. Ille mandans unde uxor du-
catur filio suo, iste sepulturam cõmendans corpo
ris sui. In utraq tamen causa nominata sunt duo il
la, quæ magni habenda atq pendenda sunt in scri
pturis omnibus, quacunq dispersa legunt, mise-
ricordia & iustitia, uel misericordia & iudiciũ, uel
misericordia & ueritas, quandoquidẽ in quodam
loco scriptum est: Vniuersæ uię domini misericor Psal.24
dia & ueritas. Ita hæc duo multũ cõmendara mul
tum cõsideranda sunt. Seruus aũt Abraham dixe-
rat: Si faciris in dominũ meum misericordiam &
iustitiam, sicut & iste filio suo dicit, ut facias in me
B misericordiam & ueritatem. Quid sibi autẽ uelit
à tanto uiro tam solicita corporis cõmendatio, ut
nõ in Ægypto sepeliat, sed in terra Chanaan iu-
xta patres suos, mirũ uidetur, & quasi absurdum,
nec cõueniens tantæ excellentiæ mentis prophe
ticæ, si hoc ex hominũ cõsuetudine metiamur. Si
aũt in his omnibus sacramenta quærant, maioris
admirationis gaudiũ ipsi qui inueniret oriet. Ca-
daucrib. quippe mortuorũ peccata significari in
lege, non dubiũ est, cũ iubent homines post eorũ
contractationẽ, siue qualẽcunq contactum tanq
ab immũdicia purificari. Et hinc illa sententia du-
cta est: Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit il
lum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat Eccl.34
super peccata sua, & iterum ambulans hęc eadem
facit. Sepultura ergo mortuorũ remissionẽ signi-
C ficat peccatorũ, eo pertinens quod dictũ est: Bea- Psal.31
ti quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta
sunt peccata. Vbi ergo sepelienda erãt hoc signifi
cantia cadauera Patriarcharũ, nisi in ea terra ubi il
le crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio
peccatorũ? Mortib. eñ Patriarcharũ peccata ho-
minum figurata sunt. Dicũt aũt ab eo loco, quod
Abrahemiũ uocat, ubi sunt ista corpora, abesse lo
cũ ubi crucifixus est dñs fere triginta milibus, ut
etiã ipse numerus significare intelligat, qui in ba-
ptismo apparuit fere triginta annorũ: & si quid a-
liud de re tanta, uel hoc modo uel sublimius intel
ligi potest: dũ tamen non frustra arbitremur tales
ac tãtos homines dei tantã gessisse curã pro sepe-
D liendis corporibus suis, cum sit atq esse debeat fi-
delium ista securitas, ubicũq corpora eorũ sepe-
liant, uel insepulta etiã inimicorũ rabie relinquan
tur, aut p eorũ libidine dilacerata absumant, non
ideo uel minus integra, uel minus gloriosa in eo-
rũ resurrectione futura. Quod habẽt Latini co- CLXII
dices: Et adorauit super caput uirgæ eius: nõnulli
codices emẽdatius habent: Adorauit super caput
uirgæ suę, uel in capite uirgæ suæ, siue in cacumi-
ne, uel sup cacumen. Fallit eñ eos uerbũ Græcũ,
quod eisdẽ literis scribit siue eius siue suæ: sed ac-
centus dispares sunt, & ab eis qui ista nouerũt, in
codicib. nõ cõtemnunt. Valent eñ ad magnã di-
scretionem, q̃uis & unam plus literã habere pos-
set, si esset suæ, ut non esset, αὐτοῦ, sed ἑαυτοῦ. Ac per

hoc merito quæritẽ quid sit quod dictũ est, Nam fa
cile intelligeretẽ senem, qui uirgã ferebat eo more
quo illa ętas baculũ solet, ut se inclinauit ad deum
adorãdũ, id utiq; fecisse super cacumẽ uirgæ suæ,
quã sic ferebat ut super eã caput inclinãdo adora-
ret deũ. Quid est ergo, Adorauit sup cacumẽ uir-
gæ eius: id est, filij sui Ioseph? An forte tulerat ab
eo uirgã, quãdo ei iurabat idẽ filius: & dum eã te-
net post uerba iurãtis, nõdũ illa reddita mox ado-
rauit deũ? Non em̃ pudebat eũ ferre tãtisp insigne
potestatis filij sui, ubi figura magnę rei futurę præ
signabatẽ: quãuis in Hebræo facillima huius quæ-
stionis absolutio esse dicatẽ, ubi scriptũ phibẽt, Et
adorauit Israel ad caput lecti, in quo utiq; senex ia
cebat: & sic positum habebat, ut in eo sine labore,
quãdo uellet, oraret: nec ideo tamen quod septua
ginta interpretati sunt, nullum uel leuẽ sensum ha
CLXIII bere putandũ est. Etiam hic cõmemorãs Iacob
Gen.48 promissiones dei erga se factas, dicit sibi dictum,
Faciã te in cõgregationes gentiũ: quibus uerbis
magis fideliũ uocationẽ significat, quàm carnalis
CLXIIII generis propagationẽ. Quod scriptũ est dicen
re Iacob de Effrem & Manasse, Nunc ergo filij tui
duo, qui facti sunt tibi in terra Ægypti priusquã
ad te uenirẽ in Ægyptũ, mei sunt Effrem & Ma-
nasses, tanquã Ruben & Simeon erũt mihi: natos
autẽ si genueris postea, tibi erũt: in nomine fratrũ
suorũ, appellabuntẽ in sortibus eorũ. Fallit legen-
tes aliquando, ut existiment ita dictũ, tanquã si a-
lios genuisset Ioseph, istorũ nominibus eos Iacob
appellari præciperet, quod nõ ita est. Verborum
quippe ordo cõtexitẽ, Nunc ergo filij tui duo, qui
facti sunt tibi in terra Ægypti priusquam ad te ue
nirẽ in Ægyptũ, mei sunt, Effrẽ & Manasses: tan-
quã Rubẽ & Simeon erũt mihi, in nomine fratrũ
suorũ appellabuntẽ in sortibus eorũ: Hoc est, simul
hæreditatẽ capiẽt cum fratribus suis, ut simul uo-
centẽ filij Israel. Duæ quippe ipsæ tribus adiunctæ
sunt, ut excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit,
duodecim essent quæ terrã diuiderẽt, & decimas
præberẽt. Illud aũt interpositum est, quod de alijs
CLXV filijs Ioseph si nascerentẽ dixit. Quod Iacob filio
suo Ioseph tanquã nesciẽti uoluit indicare, ubi &
quando sepelierit matrem eius, cum & ipse simul
fuerit cum fratribus suis: sed etsi erat tam paruus
ætate, ut illud uel curare uel omnino retinere non
posset, quæ res cõpulit modo dici, Nisi forte ad
rem pertinuit commemorare ibi sepultã matrem
CLXVI Ioseph, ubi Christus fuerat nasciturus. Quod
ita benedicit nepotes suos Israel, ut dexteram ma-
num minori imponat, maiori aũt sinistrã, & hoc fi
lio suo Ioseph uolenti corrigere quasi errantẽ atq;
nescientẽ, ita respõdit, Scio fili mi scio, & hic erit
in populũ, & hic exaltabitẽ, sed frater eius iunior
maior illo erit, & semẽ eius erit in multitudine gẽ-
tium: Hactenus de Christo accipiendũ est, quate-
Gen.25 nus etiã de ipso Iacob & fratre eius dictũ est, quia
maior seruiet minori. Secũdũ hoc em̃ significauit
aliquid pphetice hoc faciendo Israel, quod popu
lus posterior pChristũ futurus regeneratiõe spiri-
tali, superaturus erat populũ priorẽ de carnali pa-

trũ generatione gloriantẽ. Quod Sichimã dicit CLXVII
A Iacob præcipuã dare filio suo Ioseph, & addit, qđ
eã possederit in gladio suo & arcu: Quæri potest
quẽadmodum ualeat ad literã cõuenire. Emit em̃
centũ agnis possessionẽ illam, nõ cepit iure uicto
riæ bellicæ. An quia Salem ciuitatẽ Sichimorum
filij eius expugnauerũt, ut iure belli potuit eius fie
ri, & iustũ bellũ cum eis gestum uideatẽ, quia tan-
tam priores iniuriam fecerunt in eius filia conta-
minanda? Cur non ergo illis illam terram dedit,
qui hoc perpetrauerũt, hoc est maiorib. filijs suis?
Deinde si modo ex illa uictoria glorians, dat eam
terram filio suo Ioseph, cur ei duplicuerũt tũc filij
qui hoc commiserũt? Cur deniq; etiam nũc, cum
eos benediceret, exprobrãdo id cõmemorauit in
factis eorũ? Proculdubio ergo aliquod hic latet
propheticum sacramẽtum: quia & Ioseph quadã
præcipua significatione Christũ præfigurauit, &
B ei datur illa terra, ubi disperdiderat obruẽdo deos
alienos Iacob, ut Christus intelligatur possessurus
gentes dijs patrũ suorum renũciantes & credẽtes
in eum. Videndum quomodo dicant scripturę, CLXVIII
quod assidue dicũt de mortuis, Et appositus est ad Gen.49
patres suos: uel appositus est ad populũ suũ. Ecce
em̃ de Iacob dicitẽ iam quidẽ mortuo, sed nõdum
sepulto: & ad quẽ populũ apponatẽ, non in prom-
ptu est uidere. Ex illo enim populus prior nascitẽ,
qui dictus est populus Israel: qui uero eũ præcesse
rũt, tam pauci iusti nominantẽ, ut eos populum ap
pellare cũctemur. Nam si dictũ esset, appositus est
ad patres suos, nulla quæstio fieret. An forte po-
pulus est, nõ solum hominũ sanctorũ, uerũ & an-
gelorũ, populus ciuitatis illius, unde dicitẽ ad He-
C bræos, Sed accessistis ad montẽ Sion, & ad ciui- Heb.12
tatẽ dei Hierusalem, & ad milia angelorũ exultã-
tium. Huic populo apponũtur qui post hãc uitam
placentes deo fiunt. Tunc em̃ dicuntẽ apponi, quã
do nulla iam remanet solicitudo tentationũ, & pe
riculum peccatorum. Quod intuens ait scriptura, Eccli.11
Ante mortem ne laudes hominẽ quenq;. Qua- CLXIX
draginta dies sepulturæ, quos cõmemorat scriptu Gen.50
ra, forte significãt aliquid pœnitẽtiæ, qua peccata
sepeliuntẽ. Nõ enim frustra etiã quadraginta dies
ieiuniorum sunt cõstituti, quibus Moyses & He- Exod.20
lias, & ipse dominus ieiunauit: & Ecclesia præci- 3 Reg.19
pua obseruatiõe ieiuniorũ quadragesimã uocat.
Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionã Pro-
D phetã scriptũ perhibẽt, Quadraginta dies & Nini Ione 3
ue euertetẽ, ut per tot dies accõmodatos uidelicet
humiliationi pœnitentiũ, intelligatẽ in ieiunijs sua
defleuisse peccata, & impetrasse misericordiã dei.
Nec tamẽ putandũ est istum numerũ luctui pœni
tentiũ tantũmodo cõuenire: alioquin nõ quadra-
ginta dies fecisset dominus cũ discipulis suis post
resurrectionẽ, intrans cum eis & exiẽs, manducãs
& bibens, qui dies utiq; magnæ lætitiæ fuerunt.
Nec septuaginta interpretes, quos legere consue
uit Ecclesia, errasse credendi sunt, ut non dicerent
quadraginta dies, sed triduum & Niniue euertetẽ.
Maiore quippe autoritate prædit quã interpretum
officiũ est, pphetico spiritu, quo etiam ore uno in

suis

suis interpretationibus, quod magnũ miraculum fuit, cõsonuisse firmant, triduũ posuerunt: quãuis nõ ignoraret quod dies quadraginta in Hebræis codicib. legerent, ut in dñi nostri Iesu Christi clarificatione intelligerent dissolui aboleriq; peccata de quo dictũ est, Qui traditus est ꝓpter delicta nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostram. Clarificatio aũt dñi in resurrectiõe & in cœlũ ascẽsione cognoscit. Vnde & bis numero, quãuis unũ & eundẽ spiritũsanctũ dedit, primo postq; resurrexit, iterum posteaq; ascẽdit in cœlũ. Et qm post triduũ resurrexit, post quadraginta aũt dies ascẽdit, unum horũ qd posterius factũ est, per numerũ dierũ codices Hebræi significãt: alterũ aũt de triduo, quod ad eandẽ etiam rem pertineret, septuaginta cõmemorare, non interpretationis seruitute, sed ꝓphetiç autoritate uoluerũt. Non ergo dicamus unum horũ falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus, cũ & illi qui ex Hebræo interpretanť, probẽt nobis hoc scriptũ esse quod interpretanť: & septuaginta interpretũ autoritas, quę tanto etiã diuinitus facto miraculo cõmenda
Rom. 4

CLXX tur, tanta in Ecclesiis uetustate firmetur. Quod mandauit Ioseph ad potẽtes Ægypti, ut dicerent Pharaoni nomine eius, Pater meus adiurauit me, dicens, In monumento quod ego fodi mihi in terra Chanaan, ibi me sepelies. Quæri potest quo uerum sit, cum hæc uerba patris eius quãdo de sua sepultura mandauit, nõ legantur. Sed ad sentẽtiam uerba referre debemus, sicut in alijs supra similiter iteratis uerbis uel narrationib. admonuimus. Voluntati eñi enũciandę, & innotitiã perferendę oportet uerba seruire: fodisse aũt sibi Iacob sepulchrum, nusquã superius in scripturis legitur, Sed nisi fieret, cum in eisdem terris esset, modo nõ di-

CLXXI ceretur. Quid sibi uult, quod cum pergerent ad sepeliendum Iacob, scriptura dicit, Et aduenerunt ad areã Achad, quę est trans Iordanẽ. Prætergressi sunt eum locum, in quo erat mortuus sepeliẽdus, milia, sicut perhibẽt qui nouerunt, plusquã quinquaginta: tantum quippe spatij est plus minus, ab eo loco ubi sepulti sunt Patriarchę in quibus & Iacob, usq; ad hunc locum, quo eos aduenisse narratur. Nam post factũ ibi luctum & planctũ magnũ redierunt ad locũ quem præterierãt, rursus Iordane traiecto. Nisi forte quis dicat aliquorũ hostium uitandorum causa per eremũ eos uenisse cũ corpore, qua uia etiam populus Israel ductus est per Moysen ab Ægypto liberatus. Illo quippe itinere ut plurimum circumitur, & per Iordanẽ uenit ad Mambram, ubi sunt corpora Patriarcharũ, id est, ad terrã Chanaã. Sed quo factũ sit ut trãs illa loca ad Orientẽ uersus tantũ iret, & inde ad ea per Iordanẽ ueniret, significatiõis causa factũ esse credẽ-

CLXXII dum est, q; per Iordanẽ uenturus erat ad eas terras postea Israel in filijs suis. Et fecit luctũ patri suo septem dies. Nescio utrum inueniať alicui sanctorum in scripturis celebratũ esse luctũ nouem dies, quod apud Latinos Nouẽdial appellant. Vnde mihi uidentur ab hac cõsuetudine prohibendi, si qui Christianorũ istum in mortuis suis numerum

seruant, qui magis est in gentiliũ cõsuetudine. Septimus uero dies autoritatem in scripturis habet. Vnde alio loco scriptũ est, Luctus mortui septem dierum, fatui autẽ oẽs dies uitæ eius. Septenarius aũt numerus propter sabbati sacramẽtum præcipue quietis indiciũ est: unde merito mortuis tanquam requiescẽtib. exhibeť. Quẽ tamẽ numerũ in luctu Iacob decuplauerũt Ægyptij qui eum septuaginta diebus luxerunt. Et uixit Ioseph annos centũ et decẽ, et uidit Ioseph Effraim filios usq; ad tertiam generationẽ, & filij Machyr filij Manasse nati sunt super femora Iosepb. Cum hos filios filiorum, uel nepotes filiorũ dicat scriptura Ioseph uiuẽdo uidisse, quõ eos iũgit illis septuaginta quinq; hominibus, cum quibus Iacob Ægyptum dicit intrasse, quãdoquidẽ Ioseph senescẽdo peruenit ut eos natos uideret: Iacob aũt cum ingressus est in Ægyptum, iuuenis erat Ioseph, et eum pater mori ens quinquagesimũ & sextũ ferè ætatis annũ agẽtem reliquit. Vnde cõstat certi mysterij causa illũ numerũ, id est, septuagenariũ & quinariũ scripturam cõmendare uoluisse. Si aũt quisquam exigit quõ etiã secundũ historiæ fidem uerũ sit, Iacob cũ septuagintaquinq; animabus in Ægyptũ intrasse, nõ illo uno die quo uenit, eius ingressum oportet intelligi: sed quia in filijs suis plerunq; appellatur Iacob, hoc est in posteris suis, & per Ioseph eũ cõstat in Ægyptũ intrasse, introitus eius accipiẽdus est quãdiu uixit Ioseph, per quẽ factũ est ut intraret. Toto quippe illo tẽpore nasci & uiuere potuerunt oẽs qui cõmemoranť, ut lxxv. animæ cõplentur usq; ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit, Hi filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, loquens etiam de ijs qui nõ erant nati: quia illic parentes eorũ, ex quib. nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos: quoniã causa qua nascerentur ibi nata est, id est, parentes eorum, quos Lia ibi pepererat: ita quoniam causam intrandi in Ægyptum Iacob in Ioseph babuit, totum tempus quo in Ægypto uixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Ægyptũ per suã progeniem, quæ illo uiuo propagabať, per quẽ factũ est ut ingrederetur.
Eccli. 22.
CLXXIII.

D. AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM SVPER Exodum, Liber II

E obstetricum mendacio, quo fefellerũt Pharaonẽ ne occiderent masculos Israelitas quãdo nascebanť, dicẽtes, non ita parere mulieres Hebræas sicut pariebant Ægyptiæ: Quæri solet utrũ talia mendacia approbata sunt autoritate diuina, quandoquidẽ scriptũ est, deũ benefecisse obstetricibus: sed utrũ ꝓ misericordia ignoscebat mẽdacio: an & ipsum mendaciũ dignum præmio iudicabat, incertũ est. Aliud enim faciebãt obstetrices uiuificãdo infantes paruulos, aliud Pharaoni mentiendo. Nam in illis uiuificandis opus misericordiæ fuit, mendatio uero illo pro se utebantur ne noceret illis Pharao, quod potuit nõ ad laudẽ,
I
Exod. 1

sed ad ueniā pertinere. Neq; hic autoritatē ad mē-
tiendū esse propositā mihi uideť cis de quibus di-
Apoc. 14 ctum est, Et non est inuentū in ore eorū mendaci
um. Quorundā enim uita longe inferior à profes-
sione sanctorū, si habear ista mendaciorū peccata,
prouectu ipso & indole feruntur, præsertim si be-
neficia nondū norunt expectare cœlestia, sed cir-
ca terrena occupanť: Qui autē ita uiuūt ut eorum
Philip. 3 cōuersatio, sicut dicit Apostolus, in cœlis sit, non
eos existimo linguę suę modū, quantū ad ueritatē
promendā attinet falsitatēq; uitādam, exēplo illo
obstetricū debere formare. Sed diligentius de hac
quęstione differendū est, propter alia exēpla quæ
Cap. II in scripturis reperiunť. De facto Moysi cum oc
Exod. 2 cidit Ægyptiū ad defendēdos fratres suos, satis di
sputauimus in illo opere quod de uita Patriarcha
Lib. 20. c. 60. rum aduersus Faustum scripsimus: utrum indoles
in eo laudabilis fuerit, qua hoc peccatū admiserit,
sicut solet ubertas terrę etiā ante utilia semina qua
dam herbarū quāuis inutilium feracitate laudari:
an omnino ipsum factū iustificādū sit. Quod ideo
nō uideť quia nullā adhuc legitimā potestatē ge
rebat, nec acceptā diuinitus, nec humana societa-
Act. 7 te ordinatā. Tamen sicut Stephanus dicit in acti-
bus apostolorum putabat intelligere fratres suos
quod per eū deus daret illis salutē: ut per hoc testi
moniū uideať Moyses iam diuinitus admonitus
quod scriptura eo loco tacet, hoc audere potuisse.
III Clamauit ad eū dn̄s de rubo. Dn̄s in angelo, an
Exod. 3 dominus angelus ille qui dictus est, Magni consi
Esa. 9 lij angelus: & intelligitur Christus. Supra enim di
xit, apparuit illi angelus domini in flamma ignis
IIII in rubo. Educere illos de terra illa in terram bo
nam & multam, in terrā fluentē lac & mel: utrum
terram fluentē lac & mel spiritaliter accipere de-
bemus, quia secundum proprietatē non hoc erat
illa quę data est populo Israel: an locutiōis est, qua
V id ad laudē ubertatis & suauitatis referatur. Et
nunc ecce clamor filiorum Israel uenit ad me, nō
Gen. 18 sicut clamor Sodomorū quo iniquitas sine timo-
VI re & sine uerecundia significať. Quod manda-
uit dominus Hebræis per Moysen, ut acciperent
ab Ægyptijs uasa aurea & argentea & uestē: atq;
addidit, & prædabimini eos: mādati huius nō po-
test iniustum esse iudiciū. Mandatū em̄ dei est, de
quo non iudicandum, sed ei obtemperādum fuit.
Ille enim nouit quàm iustè mādauerit, ad seruum
autem pertinet obedienter facere quod mādauit.
VII Quod ait Moyses ad dominū, precor domine
Exo. 4 non sum eloquens ante hesternum, neq; ante nu-
diustertianum diem, neq; ex quo cœpisti loqui fa
mulo tuo: intelligiť credere, posse fieri dei uolūta
te subito eloquentē: cum dicit, Neq; ex quo cœpi
sti loqui famulo tuo: tanquam ostendens fieri po-
tuisse, ut ante hesternum & nudiustertianū diem
qui eloquens non fuisset, repēte fieret, ex quo cū
VIII illo dominus loqui cœpit. Quis fecit mutū &
audientē, uidentē & cęcum? nonne ego dominus
deus? Sunt qui deo calūniantur, uel scripturæ po-
tius uet‹›ris testamēti, quia dixerat deus, quod ip-
se fecerat cæcū & mutū. Quid ergo dicunt de do-
mino Christo apertè in Euangelio dicēte, Ego ue
A ni ut qui non uident uideāt, & qui uidēt cæci fiāt? Ioan. 9
Quis aūt nisi insipiens crediderit aliquid homini
secūdum uitia corporalia posse accidere quod de
us nolit? Sed eum iuste totū uelle nemo ambigit.
Quod dominus dicit ad Moysen, Sed nūc ua- IX
de tu, & ego aperiam os tuum, & instruam te quæ
locuturus es. Satis hic apparet, non tantū instru-
ctionem oris, sed ipsam etiam apertionē ad dei uo
luntatem & gratiā pertinere. Nō enim ait, Tu ape
ri os tuum, & ego instruam te: sed utrūq; ipse pro-
misit, apetiā & instruam. Alibi autē dicit in Psal-
mo, Dilata os tuū, & adimplebo illud. Vbi signi- Psal. 80
ficat in homine uoluntatē accipiendi, quod deus
donat uolenti: ut ad uolūtatis exordiū pertineat,
Dilata os tuum: ad dei aūt gratiam, Et adimplebo
B illud. Hic uero & aperiam os tuum, & instruā te.
Et iratus iracūdia dominus dixit, Quemadmo X
dum possit intelligi irascens deus, quia non sicut
homo per irrationabilem perturbationē, per om-
nia tenendū est ubi tale aliquid scriptura dicit, ne
de hoc eadē sæpe dicenda sint. Sed merito quæri-
tur cur iratus de fratre Moysi dixerit, quod illi ip-
se loquereť ad populum: uideť enim tanquā diffi-
denti non dedisse plenissimā facultatē, quam da-
turus erat, & per duos agi uoluisse, quod etiā per
unum posset, si credidisset. Veruntamē eadē uer-
ba omnia diligentius cōsiderata, nō significāt ira-
tum dominū pro uindicta dedisse Aaron. Sic em̄
dicit, Nonne ecce Aaron frater tuus Leuites scio
quia eloquēs est, loqueť ipse? Quibus uerbis ostē
C ditur deus increpasse potius eum, qui timet ire q;
ipse esset minus idoneus, cum haberet fratrē, per
quē posset ad populū loqui quod uellet: quotiā
erat ipse gracilis uocis, & linguę tardioris, quanq;
de deo totū sperare deberet. Deinde eadem ipsa
quę paulo ante ꝓmiserat, & posteaq; iratus est, di
cit. Dixerat enim, Aperiam os tuum, & instruā te:
nunc autē dicit, Aperiam os tuū & os eius, & in-
struam uos quæ faciatis: sed quoniā addidit, Et lo-
queť ipse tibi ad populum: uideť oris apertio præ
stita, propter quod dicit Moyses linguæ se tardio
ris. De uocis aūt gracilitate nihil ei dominus præ
stare uoluit, sed propter hoc adiutoriū fratris ad-
iunxit, qui posset ea uti uoce, quę populo docēdo
sufficeret. Quod aūt ait, Et dabis uerba mea in os
D eius: ostendit quod ea loquēdo esset daturus: nam
si tantūmodo audiendo, sicut populo, in aures di-
ceret. Deinde quod paulopost ait, Et loquetur i-
pse tibi ad populū, & ipse erit tuum os: & sic sub-
auditur, ad populum. Et cum dicit, Tibi loque-
tur ad populum: satis indicat in Moyse principa-
tum, in Aaron ministerium. Deinde quod ait,
Tu autem illi eris in ijs quæ ad deum. Magnum
hic fortassis perscrutandum est sacramentum, cu-
ius figuram gerat, uelut medius Moyses inter do-
minum & Aaron, & medius Aaron inter Moy-
sen & populum. In eo quod scriptum, Et fa- XI
ctum est in uia ad refectionem obuiauit ei ange-
lus, & quærebat eum occidere: & assumpto Se-
phora calculo, circumcidit præputium filij sui, &
procidit

procidit ad pedes eius, & dixit, Stetit sanguis cir-
cũcisionis infantis mei: & recessit ab eo: propter A
quod dixit, Desiit sanguis circũcisiõis. Primũ quæ
ritur quẽ uolebat angelus occidere, utrũ Moysen,
quia dictum est, Occurrit ei angelus, & quærebat
eum occidere. Nam cui putabit occurrisse, nisi illi
qui uniuerso suorũ comitatui præfuit, & à quo cæ
teri ducebantᷣ? An puerũ quærebat occidere, cui
mater circũcidendo subuenit: ut ob hoc intelliga-
tur occidere uoluisse infantẽ, quia nõ erat circũci
sus, atq; ita sancire præceptũ circũcisionis, seueri-
tate uindictæ. Quod si ita est, incertũ est prius de
quo dixerit, Quærebat eũ occidere, quia ignoratᷣ
quẽ, nisi ex cõsequẽtibus reperiatᷣ: mira sanè locu
tione & inusitata, ut prius diceret, Occurrit ei, & B
quærebat eũ occidere: de quo nihil ante dixerat.
Psal.86 Sed talis est in Psalmo, Fundamẽta eius in monti-
bus sanctis: diligit dominus portas Sion. Inde eñ
Psalmus incipit, nec aliquid de illo uel de illa di-
xerat, cuius fundamẽta uoluit intelligi, dicẽs, Fun
damenta eius in mõtibus sanctis. Sed quia sequiᷣ,
Diligit dñs portas Sion: fundamenta uel domini
uel Sion, & ad faciliorẽ sensum magis Siõ, ut fun-
damenta ciuitatis accipiantᷣ. Sed quia in hoc pro-
nomine, quod est eius, genus ambiguũ est: omnis
enim generis est hoc pronomen, id est, & mascu-
lini, & fœminini, & neutri: in Græco aũt in fœmi-
nino genere dicitur αὐτῆς, & habet codex Grçcus
αὐτοῦ, cogit intelligere nõ fundamẽta Siõ, sed fun
damẽta dñi, id est, quæ cõstituit dñs, de quo dictũ
Psal.146 est, Ædificans Hierusalem dñs. Nec Sion tamen, C
nec dominũ antea nominauerat, cum diceret, Fũ-
damenta eius in montibus sanctis: sic & hic non-
dum nominato infante dictum est, Occurrit ei, &
quærebat eum occidere: ut de quo dixerit, in cõse
quentibus agnoscamus: quanquã & si de Moyse
accipere quisquã uoluerit, nõ est magnopere resi
stẽdũ. Illud potius quod sequiᷣ si fieri potest intel-
ligatᷣ, quid sibi uelit ideo recessisse angelum ab in
terfectiõe cuiuslibet eorũ, quia dixit mulier, Ste-
tit sanguis circũcisiõis infantis: nõ enim ait, reces-
sit ab eo, propter quod circũcidit infantem: sed qa
stetit sanguis circũcisionis: non quia cucurrit, sed
XII quia stetit, magno nisi fallor sacramẽto. Quod
Exod.4 supius dictũ est, ꝙ Moyses uxorẽ & infantes suos
imposuit uehiculis, ut cũ eis in Ægyptũ pergeret, D
Exod.18 postea uero Iethro socer eius illi cum eis occurrit,
posteaquã eduxit populũ ex Ægypto, quæri po-
test quõ utrũq; sit uerũ. Sed intelligendũ est, post
illã quæ ab angelo futura erit interfectionẽ Moy-
si uel infantis, reuersam fuisse cũ paruulis. Nã qui-
dam putauerũt ꝓpter hoc angelũ terruisse, ne ad
impedimentũ ministerij quod diuinitus impositũ
Moyses gerebat, fœmineus sexus comitaretur.
XIII Quęritᷣ quõ populo dicatᷣ, quod mãdauit deus
Exod.5 eiecturum se eos de Ægypto in terram Chanaan:
Pharaoni autẽ dicatur, quod trium dierũ iter exi-
re uellent in desertũ, & immolare deo suo ex man
dato eius. Sed intelligendũ est, quãuis deus sciret
quid esset facturus, quoniã pręsciebat nõ consen-
surum Pharaonẽ ad populũ dimittendũ, illud pri-
mo dictũ esse quod etiam primitus fieret si ille di-
A mitteret: ut enim sic fierent omnia quẽadmodum
cõsequens scriptura testatur, Pharaonis cõtuma-
cia meruit & suorũ. Neq; eñ mendaciter deus iu-
bet quod scit nõ facturũ cui iubetᷣ, ut iustũ iudiciũ
cõsequatᷣ. Verba quæ dicit Moyses ad domi- XIIII
num: Quare afflixisti populũ hunc, & ut quid me
misisti: ex quo eñ intraui ad Pharaonem loqui in
tuo nomine in hũc populũ, nõ liberasti populum
tuũ: Non cõtumaciæ uerba sunt uel indignatiõis,
sed inquisitionis & orationis. Quod ex his appa-
ret quæ illi dominus respõdit: Nõ enim arguit in-
fidelitatem eius, sed quid sit facturus aperuit. Sa XV
cramẽti locũ esse dubiũ nõ est, quod scriptura uo- Exod.6
B lens originẽ Moysi demonstrare, quod eius actio
iam expetebat, à primogenito Iacob, id est, Rubẽ
progenies cœpit, inde ad Simeõ, inde ad Leui, ul
tra progressa non est, quoniã ex Leui Moyses. Hi
aũt cõmemorantur qui iam cõmemorati fuerant
in illis septuagintaquinq; in quib. Israel intrauit in
Ægyptum: nõ enim primam neq; secundam, sed
tertiam tribum, id est, Leuiticam deus esse uoluit
sacerdotalẽ. Quod Moyses dicit: Ecce ego gra XVI
cili uoce sum, & quomodo exaudiet me Pharao:
nõ uidetur tantũ propter magnitudinem populi
excusare de uocis gracilitate, uerũetiam propter
unum hominẽ. Mirũ si tam gracilis uocis, ut nec
ab uno homine posset audiri: An forte regius fa-
stus non eos permittebat de proximo loqui: diciᷣ
autem illi, Ecce dedi te deum Pharaoni, & Aaron
C frater tuus erit tuus Propheta. Notãdum quod XVII
cum ad populũ mitteretur, nõ ei dictum est, Ecce Exod.7
dedi te deum populo, & frater tuus erit tuus Pro-
pheta: sed frater tuus, inquit, loqueᷣ tibi ad popu-
lum. Dictũ est etiam. Erit os tuum, & tu illi quę ad
deum: nõ dictum est, tu illi deus. Pharaoni autem
diciᷣ Moyses datus deus, & secũdum analogiam
Propheta Moysi Aaron, sed ad Pharaonem. Hic
insinuatᷣ nobis ea loqui Prophetas dei quę audiũt
ab eo, nihilq; aliud esse Prophetam dei, nisi enun-
ciatorem uerborum dei hominibus, qui deum uel
non possunt uel non merentur audire. Assidue XVIII
deus dicit, Indurabo cor Pharaonis: & uelut cau-
sam infert cur hoc faciat: Et implebo signa mea &
portẽta mea in Ægypto: tanquã necessaria fuerit
obduratio cordis Pharaonis, ut signa dei multipli
D carentur uel implerẽtur in Ægypto. Vtitur ergo
deus bene cordibus malis, ad id quod uult osten-
dere bonis, uel quod facturus est bonis. Et quãuis
uniuscuiusq; cordis in malitia qualitas, id est, qua-
le cor habeat ad malum, suo fiat uitio, quod inole
uit ex arbitrio uoluntatis: & tamẽ qualitate mala
ut hue uel illuc moueatᷣ, cũ siue huc, siue illuc ma-
le moueatᷣ causis sit quibus animus propelliᷣ: quę
causæ ut existant uel nõ existant, non est in homi
nis potestate, sed ueniunt ex occulta prouidentia,
iustissima plane & sapiẽtissima, uniuersum quod
creauit disponentis & administrãtis dei: Vt ergo
tale cor haberet Pharao, quod patientia dei non
moueretur ad pietatẽ, sed potius ad impietatem,
uitij proprij fuit: Quod uero facta sunt ea, quibus

cor suo uitio tam malignum resisteret iussionibus
dei: hoc est enim quod dicit̃ Induratum: quia non
flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resiste-
bat: dispensationis fuit diuinę, qua tali cordi nō so
lum iusta, sed euidēter iusta pœna parabat̃, qua ti-
mētes deū corrigerent̃. Proposito quippe lucro,
uerbi gratia, propter quod homicidiū committa-
tur, aliter auarus, aliter pecuniæ comtemptor mo
uent̃: ille scilicet ad facinus perpetrādū, ille ad ca-
uendum: ipsius tamen lucri propositio in alicuius
illorū nō fuit potestate. Ita causæ ueniūt hominib.
malis, quæ non sunt quidem in eorum potestate,
sed de illis faciunt, quales eos inuenerint iam fa-
ctos proprijs uitijs & præterita uoluntate. Viden
dum sane est, utrum etiā sic accipi possit, Ego in-
durabo: tanquā diceret, q̃ durū sit demonstrabo.
XIX Si loquet̃ uobis Pharao dicens, Date nobis si-
gnum aut portētū, & dices Aarō fratri tuo, Sume
uirgā & proijce illam palam Pharaone & palam
seruis eius, & erit draco. Hic certe non ministerio
uocis erat opus, cum uidebat̃ uelut ex necessitate
datus Aaron propter gracilitatē uocis Moysi: sed
uirga erat ꝓijciēda ut draco fieret. Cur ergo Moy
ses ipse nō fecit, nisi quia ista meditatio ipsius Aa-
ron inter Moysen & Pharaonem alicuius magnæ
XX rei figurā gerit? Etiā hoc notādum est, quod cū
signum palam Pharaone fieret, scriptū est, Et ꝓie-
cit Aaron uirgā suā, Si forte dixisset, Proiecit uir-
gam: nulla esset quæstio. Quod uero addidit, suā,
cum eam Moyses dederit, non frustra forsitan di-
ctum est. An erat utriq; illa uirga cōmunis, ut cu-
XXI iuslibet eorū diceret̃, uerum diceret̃? Et absor-
buit uirga Aaron uirgas illorum. Si dictum esset,
Absorbuit draco Aaron uirgas illorum: intellige
retur uerus draco Aaron phantastica illa figmen-
ta non absorbuisse, sed uirgas. Hoc eñ potuit ab-
sorbere quod erant, nō quod esse uidebant̃, & nō
erant. Sed quoniā dixit, Absorbuit uirga Aaron
uirgas illorū: draco utiq; potuit uirgas absorbere
non uirga. Sed eo nomine appellata res unde uer
sa est, non in quod uersa est, quia in id etiā reuersa
est: ideo hoc uocari debebat quod principaliter
erat. Quid ergo dicēdū est de uirgis magorū, utrū
& ipsæ ueri dracones factę fuerant, sed ea ratione
uirgę appellatę sunt, qua & uirga Aarō: an potius
uidebant̃ esse quod nō erāt ludificatione ueneſi-
ca? Cur ergo ex utraq; parte et uirgę dicunt̃ et dra
cones, ut de figmentis illis nihil differat loquendi
modus? Sed demōstrare difficile est quomodo e-
tiam si ueri dracones facti sunt è uirgis magorum,
non fuerint tamen creatores draconū, nec magi,
nec angeli mali, quibus ministris illa operabant̃.
Insunt enim corporeis rebus omnia elementa mū
di quædā occultæ seminariæ rationes, quibus cū
data fuerit opportunitas temporalis atq; causalis,
prorumpunt in species debitas suis modis & fini-
bus. Et sic non dicunt̃ angeli, quæ ista faciunt, ani
maliū creatores, sicut nec agricolę segetum uel ar
borum uel quorumcunq; in terra gignentiū crea-
tores dicēdi sunt: quāuis nouerint præbere quas-
dam uisibiles opportunitates & causas, ut illa na-

scant̃. Quod autē isti faciunt uisibiliter, hoc ange-
A li inuisibiliter: deus uero solus uerus creator est,
qui causas ipsas & ratiōes seminarias rebus ipsis
inseruit. Res breuiter dicta est, quæ si exemplis &
copiosa disputatiōe explicet̃, ut facilius intelliga-
tur, lōgo sermone opus esset, à quo se ratio nostræ
festinatiōis excusat. Fecerūt aūt similiter & in- XXII
cantatores Ægyptiorū ueneficijs suis, & indura-
tū est cor Pharaonis, & nō exaudiuit eos, sicut di-
xit dñs. Cū hæc dicunt̃, uidet̃ propterea cor Pha-
raonis induratū fuisse, quia & incantatores Ægy-
ptiorū similia fecerunt. Sed cōsequentia docebūt
quāta fuerit illa obduratio, etiā cū incātatores de-
ficerent. Fecerunt autem similiter & incantato XXIII
res Ægyptiorum ueneficijs suis, Et eduxerunt ra- Exod. 8
nas super terram Ægypti. Quæritur, unde, si iam
B ubiq; factum erat. Sed similis quæstio est unde &
aquam in sanguinem uerterunt, si tota aqua Ægy
pti in sanguinē conuersa iam fuerat. Vnde intelli-
gendū est regionē, ubi filij Israel habitabāt, plagis
talib. nō fuisse percussam: & inde potuerūt incan-
tatores uel aquā haurire quā in sanguinem uerte-
rēt, uel aliquas ranas educere ad solam demōstra-
tionē magicæ potētiæ: quanq; potuerūt etiā post-
eaquā illa cōpressa sunt, facere: sed scriptura cito
narrando coniunxit quod etiā postea fieri potuit.
Et uidit Pharao quoniā facta est refrigeratio, & XXIIII
ingrauatū est cor eius & non exaudiuit eos, sicut
dixerat dominus. Hic apparet nō illas tantū fuis-
se causas obduratiōis cordis Pharaonis, quod in-
cantatores eius similia faciebant, uerūetiā ipsam
dei patientiā qua parcebat. Patiētia dei secundum
C corda hominū, quibusdā utilis ad pœnitendū, qui
busdā inutilis ad resistendū deo, & in malo perse-
uerandum: nō tamē per seipsam inutilis est, sed se
cundū cor malū, sicut iam diximus. Hoc & Apo-
stolus dicit, Ignoras quia patiētia dei ad pœniten Rom. 2
tiam te adducit: Secundū autē duritiam cordis tui
& impœnitēs cor, thesaurizas tibi iram in die iræ
& reuelatiōis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq;
secundū opera eius. Nam & alibi cū diceret, Chri 2 Cor. 2
sti bonus odor sumus in omni loco: etiā illud adiū
xit, & in ijs qui salui fiunt, et in ijs q̃ pereūt. Non di
xit Christi bonū se odorē esse ijs qui salui fiūt, ma-
lum aūt ijs qui pereūt, sed tantū bonū odorē se di-
xit. Illi uero tales sunt, ut & bono odore pereāt se-
D cundum sui cordis, ut sępe dictū est, qualitatē, quę
mūdanda est bona uoluntate in dei gratiā, ut inci-
piant ei prodesse iudicia dei quæ malis cordib. no
cēt. Vnde ille immutato in melius corde cātabat,
Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua ad- Psal. 118
iuuabūt me. Nō dixit munera, uel pręmia tua, sed
iudicia tua. Multū est autē ut syncera fiducia dici
possit, Proba me dñe et tēta me, ure renes meos et Psal. 25
cor meū. Et ne sibi aliqd ex suis uirib. tribuisse ui-
deret̃, continuo addidit, quoniā misericordia tua
ante oculos meos est, & cōplacui in ueritate tua.
Factā erga se cōmemorat misericordiā, ut cōpla-
cere posset in ueritate, quoniā uniuersæ uiæ domi
ni misericordia & ueritas. Quod dixerūt magi XXV
ad Pharaonē. Digitus dei est hic: quoniā non po-
tuerunt

tuerũt educere cyniphes:senserũt profecto cũ ar-
tium suarũ nefariarũ scirent potentiã, non talibus
artib.uelut potentior in eis esset Moyses suos co-
natus fuisse frustratos,ut nõ possent educere cyni
phes,sed digito dei,qui utiq; operabat̃ per Moy-
sen.Digitus aũt dei,sicut Euãgelium manifestissi-
me loquitur,spiritussanctus intelligit̃.Nanq; uno
Luc.11 Euãgelista ita narrãte uerba domini,ut diceret:Si
ego in digito dei eijcio dęmonia,alius Euãgelista
idipsum narrans exponere uoluit,quid sit digitus
Mat.12 dei,& ait:Si ego in spiritu dei eijcio dæmonia.Cũ
itaq; magi faterent̃,quorũ Pharao potentia pręsi-
debat,digitũ dei esse in Moyse in quo superahan-
tur,& eorũ ueneficia frustrabantur:tamẽ indura-
tũ est cor Pharaonis nunc mirabili omnino duri-
tia.Cur autem in tertia ista plaga magi defecerũt:
nam plagæ cœperũt ex quo aqua in sanguinẽ uer
sa est,& sentire & explicare difficile est. Poterant
enim & in primo signo deficere,ubi in serpentem
uirga conuersa est:& in prima plaga, ubi aqua in
sanguinem cõmutata est: & in secunda de ranis,
si hoc uoluisset digitus dei, id est, spiritussanctus.
Quis em̃ dementissimus dixerit digitũ dei in hoc
signo potuisse conatus magorũ impedire, & in su
perioribus nequiuisse? Omnino ergo certa causa
est quare illa facere hucusq; permissi sunt.Cõmen
datur em̃ fortasse trinitas, & quod uerũ est summi
Philosophi gentiũ quantũ in eorũ literis indaga-
tur,sine spiritusancto philosophati sunt, q̃uis de
patre & filio nõ tacuerint, quod etiã Didymus in
libro suo meminit quem scripsit de spiritusancto.
XXVI Ecce ego mitto in te & in seruos tuos & in po-
pulum tuũ & in domus tuas cynomyã, & imple-
bunt̃ domus Ægyptiorũ cynomya: ut scias quo-
niã ego sum dominus deus omnis terræ: & dabo
interuallũ inter populũ meũ, & inter populũ tuũ.
Quod hic scriptura aperuit ne ubicunq; diceret,
intelligere debemus & in posteriorib. & in prio-
ribus signis factum esse,ut terra in qua habitabat
populus dei nullis plagis talib. uexaret̃.Opportu
num aũt fuit ut ibi hoc aperte poneret̃, unde iam
incipiũt signa quibus magi similia nec conati sunt
facere:proculdubio enim quia ubiq; fuerant cyni
phes in regno Pharaonis,non aũt fuerant in terra
Gessen,ibi conati sunt magi similiter facere & mi
nime potuerũt.Quousq; ergo deficerent,nihil de
eius terræ segregatione dictũ est, sed ex quo cœ-
perunt ea fieri ubi iam illi similia facere nec cona-
XXVII ri auderent. Quod Latini codices habent:Eun
tes immolate dño deo uestro in terra hac.Gręcus
habet:Veniẽtes immolate domino deo uestro in
terra hac.Nolebat enim eos ire quò dicebant,sed
ut illic in Ægypto immolarẽt,uolebat.Hoc osten
dunt uerba Moysi quæ sequuntur ubi dicit, non
posse fieri propter abominationes Ægyptiorum.
Quod ait Moyses,Nõ potest fieri sic: Abomi-
nationes em̃ Ægyptiorũ immolabimus domino
deo nostro:id est,hæc immolaturi sumus quę abo
minantur Ægyptij,& propterea in Ægypto non
possumus:hoc manifestãt uerba quæ adiungit &
dicit:Si em̃ immolauerimus abominatiões Ægy-
ptiorũ palam ipsis,lapidabimur.Hoc enim nõ in-
A telligentes,quidã interpretes nostri sic interpreta
ti sunt,ut dicerent,Nõ potest fieri sic, nũquid abo
minationes Ægyptiorũ immolabimus domino
deo nostro? Cũ magis hoc scriptura dixerit, quia
Ægyptiorũ abominatiões immolaturi sunt. Alij
uero Latini sic habent:Nõ potest fieri sic, quoniã
abominationes Ægyptiorum nõ immolabimus
domino deo nostro.Contrariũ sensum facit addi-
ta particula negatiua,cũ Moyses dixerit:Non po
test fieri sic,abominationes Ægyptiorum immo-
labimus domino deo nostro: & ideo in eremũ di-
cebant se ire uelle,ubi Ægyptij non uiderent abo
minationes suas.Hoc autem intelligendũ est my-
stice significari,quod etiã de pastoribus diximus,
qui erant Ægyptijs abominabiles: & ideo separa
B tam terrã Israelitæ acceperunt,cũ uenerunt in Æ-
gyptum. Sic enim & sacrificia Israelitarũ abomi-
nationes sunt Ægyptijs,sicut iniquis uita iustorũ.
Cum ablata esset locusta, dictũ est de Pharao- XXIX
ne:Et ingrauauit Pharao cor suũ etiã in hoc tem-
pore,& noluit dimittere populũ.Certe nunc non
dictum est:Ingrauatum est cor Pharaonis, sed in-
grauauit Pharao cor suum,sic utiq; in omnib. pla-
gis.In uoluntate quippe hominis est origo uitio-
rum:mouẽtur aũt causis corda hominum,alia sic,
alia uero sic,etiam nõ diuersis causis, sæpe diuer-
so modo secundũ proprias qualitates,quæ ex uo-
luntatibus ueniunt. Videns aũt Pharao, quia XXX
non est mortuum de pecoribus filiorum Israel ul- Exod.9
lum, ingrauatũ est cor Pharaonis. Quomodo ex
C contrarijs causis facta est hæc ingrauatio cordis
Pharaonis? Si enim & pecora Israelitarum more-
rentur,tũc uideretur causa cõpetens qua cor eius
ingrauaretur ad cõtemnendum deum, tanq; si &
magi eius pecora Israelitarũ fecissent mori: Nunc
uero unde debuit ad timendũ uel credendũ mo-
ueri,uidẽs nullũ pecus mortuũ ex pecoribus He-
bræorum,hic ingrauatus est:id est,illa ingrauatio
etiã hucusq; progressa est. Quid est q; dicit deus XXXI
ad Aaron & Moysen: Sumite uobis plenas ma-
nus fauillæ de fornace,& aspergat Moyses in cœ-
lum corã Pharaone & corã seruis eius, & fiat pul-
uis in tota terra Ægypti: Signa enim superiora,
uirga fiebãt,quã nõ Moyses,sed Aaron uel exten
debat super aquã,uel ad terrã percutiebat:nũc ue
D ro interpositis duobus signis de cynomya & pe-
corum mortibus,ubi nec Aaron nec Moyses ali-
quid operati sunt manu,dicit̃ ut Moyses fauillam
spargat in cœlũ de fornace,& hanc ambo sumere
iubent̃,sed ille spargere nõ in terrã sed in cœlum,
tanq; Aaron qui datus erat ad populũ, terrã per-
cutere deberet,uel in terrã,siue in aquã manũ ex-
tendere:Moyses uero de quo dictũ est:Eritq; tibi
in ijs quæ ad deũ,in cœlum iubetur fauillam spar-
gere.Quid duo illa superiora signa, ubi nec Moy
ses nec Aaron manu aliquid operant̃? Quid sibi
uult ista diuersitas? Neq; enim nihil. Et propter XXXII
hoc ipsum conseruatus es, ut ostendam in re uirtu
tem meam, & ut annuncietur nomen meum in u-
niuersa terra. Hæc scripturæ uerba & Apostolus

 posuit

posuit, cũ in eodẽ loco perdifficili uersaretur. Ibi
Rom. 9 autem & hoc ait: Si autem uolens deus ostendere A
iram, & demõstrare patientiã suam, attulit in mul-
ta patientia uasa iræ: parcendo utiq; ijs, quos ma-
los futuros esse præscierat: quæ uasa dicit perfecta
in perditionẽ: Et ut notas, inquit, faceret diuitias
gloriæ suæ in uasa misericordię. Vnde uasorũ mi-
Psal. 58 sericordiæ uox est in Psalmis: Deus meus miseri-
cordia eius pręueniet me: deus meus demõstrauit
mihi in inimicis meis. Nouit ergo deus bene uti
malis, in quibus tamẽ humanã naturã nõ ad mali-
tiam creat, sed eos perfert patiẽter quousq; scit o-
portere: nõ inaniter, sed utẽdo eis ad admonitio-
nem uel exercitationẽ bonorũ. Ecce enim ut an-
nunciaretur nomẽ dei in uniuersa terra, uasis mise
ricordiæ utiq; prodest. Ad eorum itaq; utilitatem B
Pharao seruatus est, sicut & scriptura testatur, &
XXXIII exitus docet. Quid est ꝙ mãdauit deus Pharao
Exod. 9 ni, cũ se facturũ magnam grandinẽ minaretur, ut
festinet cõgregare pecora sua, & quæcunq; illi es-
sent in cãpo, ne grãdine intereant. Hoc enim non
tam indignanter q̃ misericorditer uidetur admo-
nere. Sed hoc non facit quęstionẽ, quòd deus etiã
irascẽs temperat pœnã: Illud est quod merito mo
uet, quib. nunc pecorib. consulatur si omnia mor-
tua fuerant plaga superiore, ubi scriptũ est ꝙ dis-
creuit deus inter pecora Hebræorũ & Ægyptio-
rum, ita ut illic nullũ morereĩ, omnia uero Ægy-
ptiorum pecora morereñ. An eo soluiĩ quæstio
quod prædixerat ea moritura quæ in campo fuis-
sent, ut hæc accipiantur omnia: intelligantĩ autem C
euasisse quæ in domibus erant, quæ potuerũt etiã
à dubitantibus colligi & in domo teneri, ne forte
uerũ esset quod Moyses dñm facturum esse pręd
xerat: & ex his esse in campis iterũ poterant quæ
modo admonet cõgregari in domos ne grandine
pereant. Maxime quia sequitur scriptura & dicit:
Qui timuit uerbũ domini seruorum Pharaonis
cõgregauit pecora sua in domos: qui aũt non in-
tendit mente in uerbũ domini, dimisit pecora sua
in campo. Hoc ergo fieri potuit, quãdo etiã mor-
tem pecorũ minatus est deus, quanquam id scri-
XXXIIII ptura tacuerit. Et dixit dominus ad Moysen,
Extende manũ tuam in cœlum & erit grando in
omni terra Ægypti. Ecce iterũ Moyses nõ in ter-
ram, sed in cœlũ manum iubetur extendere, sicut
XXXV superius de fauilla. Cum fragore cœli, qui uehe D
mẽs erat in grãdine, Pharao territus, rogaret Moy
sen ut oraret pro illo confitente iniquitatẽ suam
& populi sui: Moyses ei dixit, Et tu & serui tui scio
ꝙ nondum timetis dominum. Qualem timorem
quærebat, cui timor iste nondũ erat ei domini ti-
mor? Facile est enim pœnã timere, sed nõ hoc est
deum timere, illo scilicet domini timore pietatis,
Gen. 31 quem cõmemorat Iacob, ubi dicit, Nisi deus pa-
tris mei Abrahã & timor Isaac adesset mihi, nunc
XXXVI me inanẽ dimisisses. Dominus inquit ad Moy-
Exod. 10 sen: Intra ad Pharaonẽ, ego ẽm grauaui cor eius
& seruorũ eius ut ordine superueniant signa mea
hęc super eos: tanq; opus habeat deus cuiusquam
malitia. Sed sic intelligendũ est, ac si diceret, Ego
enim patiẽs fui super eum & seruos eius, ut nõ eos
A auferrem, ut ordine superueniant signa mea super
eos. Quia cum patiẽtia dei obstinatior fiebat ma-
lus animus, ideo pro eo quod est, patiẽs fui, diciĩ,
grauaui cor eius. Et non est relicta locusta una XXXVII
in omni terra Ægypti, & indurauit dominus cor
Pharaonis. Beneficiũ certe dei cõmemorauit scri
ptura quo abstulit locustas: & secuta, dixit indu-
rasse dominũ cor Pharaonis, beneficio utiq; suo
& patiẽtia sua, qua illa fiebat obstinatio dũ ei par-
ceretur, sicut omnia mala corda hominũ, patiẽtia
dei male utendo durescũt. Tertio diciĩ ad Moy XXXVIII
sen: Extende manũ tuam in cœlũ, ut fieret etiã pla
ga tenebrarum. Nunquam aũt dictum est ad fra-
trem eius Aaron ut extẽderet manum in cœlum.
B Quod ergo dictum est ad Moysen, extende ma-
num tuam super terram Ægypti, & ascendat locu
sta super terrã: credo id significatum, etiam minus
posse qui plus potest, non aũt continuo cui mino
ra cõceduntur posse maiora. Deus ad Moysen XXXIX
dicit: Loquere ergo secreto in aures populi, ut pe Exod. 11
tat unusquisq; à proximo, & mulier à proxima ua
sa aurea & argentea & uestem. Nõ hinc quisq; su-
mendum exemplũ putare debet ad expoliãdum
isto modo proximũ. Hoc enim deus iussit qui no-
uerat quid quęq; pati oporteret: nec Israelitæ fur-
tum fecerunt, sed deo iubenti ministeriũ præbue-
runt: Quemadmodũ cum minister iudicis occidit
eum quem iudex iussit occidi, profecto si id spõte
faciat, homicida est, etiam si eũ occidat, quem scit
C occidi à iudice debuisse. Est etiam ista nonnulla
quæstio: Si seorsum habitabant Hebræi in terra
Gessen, ubi nec plagæ fiebant quibus regnũ Pha-
raonis affligebaĩ, quomodo quisq; petit à proxi-
mo uel à proxima, aurum, argentũ, & uestem, præ
sertim quia ubi primũ hoc mãdatur per Moysen,
sic positum est, & mulier à uicina sua & cõcellaria
uel cõcellanea, si ita dicendũ est, uel cohabitatri-
ce sua. Vnde intelligendũ est etiã in terra Gessen
non solos Hebręos habitasse, sed eis aliquos Æ-
gyptios in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos
potuerũt merito Hebræorũ etiã illa diuina benefi
cia peruenire, ut hinc eos & diligerẽt ijdẽ Ægy-
ptij cohabitatores, ac quod petebãt facile cõmo-
darent: nec tamen deus iudicauit ita illos alienos
fuisse ab iniurijs & cõtritionib. quas populus dei
D pertulit, ut nec isto dãno ferirentur qui plagis illis
propterea quod terræ illi parcebatur percussi nõ
erant. Dixit autem dominus ad Moysen: Non XL
exaudiet uos Pharao ut multiplicem signa mea &
portenta mea in terra Ægypti: tanquã opus fue-
rit eius inobedientia ut signa illa multiplicarenĩ,
quæ utiliter fiebant ad terrendũ populũ dei, atq;
ipsa discretione ad pietatẽ informãdum. Sed hoc
dei fuit, malitia cordis illius bene utentis, nõ Pha-
raonis, dei patiẽtia male abutentis. Quę autem XLI
superauerint ab eo in mane igni concremabitis. Exod. 12
Quæri potest quomodo aliquid superauit cũ hoc
præmoniti fuerint, ut si domus nõ habuerit cõsu-
mendo pecori idoneam multitudinẽ, uicini assu-
mantur. Sed intelligitur quoniam dictum est: Os
non

non conteretis ab eo, remansura utiq; fuisse ossa
XLII quæ igni cremarent. Agnus perfectus masculus anniculus erit uobis. Mouere potest ista locutio, quasi agnus possit esse masculus, nescientem qua necessitate ita sit translatum. Ouis enim trasferri debuit, quia Græcus πρόβατον habet, sed πρόβατον in Græca lingua generis neutri est, & potuerunt quæ sequunt omnia cõuenire, tanquã si diceret, pecus perfectũ masculum anniculum erit uobis. Potuit enim dici Latine masculũ pecus: quomodo dicunt mascula thura genere neutro: ouis autem masculus dici nõ posset, quia fœminini generis est ouis. Item ouis mascula si diceretur, esset absurdius: pecus uero si poneret, etiã aliud intelligeretur, nec seruaretur sacramentũ. Quod cũ scriptura de oue loquatur, post dicit, ab agnis & hœdis accipietis illud. Qua in re Christus significari
B merito accipitur. Quid enim opus erat ouem uel agnũ ab agnis & hœdis accipiendũ moneri, nisi ille figuraretur cuius caro nõ solum ex iustis, uerũetiam ex peccatorib. propagata est? Quanquã conent Iudæi etiam hœdũ intelligere accipiendũ ad celebrandum Pascha, & hoc etiam dictum esse putant ab agnis & hœdis accipi, tanquã diceret, uel ab agnis agnum, uel ab hœdis hœdum, si illud desit, sumi oportere: apparet tamen in Christo rebus impletis quid illo præcepto fuerit figuratum.
XLIII Quod scriptũ est: Et facietis diem hũc in progenies uestras legitimum æternũ uel æternalẽ, quod Græce dicitur αἰώνιον, non sic accipiendũ est tanquam possit istorum prætereũtium dies esse ullus æternus: sed illud æternũ est, quod ille significat dies: uelut cũ dicimus ipsum deũ æternũ, nõ utiq;
C istas duas syllabas eternas dicimus, sed quod significant: quanquã diligenter scrutandũ sit, quomodo appellare scriptura soleat ęternũm, ne forte ita dixerit solenniter æternum, quem nephas habeãt prętermittere aut sua sponte mutare. Aliud est em̃ quod præcipitur quousq; fiat, sicut pręceptum est ut septies muros Hiericho circumiret arca. Aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus prępiniat obseruationis, siue quotidie, siue per menses, siue per annos solẽniter, siue per multorum uel aliquorũ annorũ certa interualla. Aut ergo sic appellauit æternum, quod nõ sua sponte audeant desinere celebrare: aut sicut dixi, ut non ipsa signa erũ, sed res quæ ijs significantur ęternę
XLIIII intelligantur. Et factus est clamor magnus in
D Ægyptijs. Nõ enim erat domus in qua nõ erat in ea mortuus. Nõnne potuit esse aliqua domus quę primogenitũ nõ haberet? Cum ergo primogeniti tantũmodo morerenẽ, quomodo nulla erat quę nõ haberet mortuum? An & hoc diuinitus præscientia dei fuerat procuratũ, ut in omnib. omnino essent domib. primogeniti in quibus percuterent Ægyptij? Ab hac sanè plaga nõ sunt putandi immunes fuisse Ægyptij, qui habitabãt in terra Gessen, hominũ quippe erat, uel animalium, non terrę: id est, homines & animalia primogenita moriebant occulto & angelico percussũ: nõ aliquid in terra uel in cœlo factũ erat, sicut rana uel locusta, uel tenebræ unde qui habitabant, affligerent.
A A talibus enim plagis cũ terra Gessen fuisset aliena, proculdubio perueniebat beneficium ad eos Ægyptios, qui in eadẽ terra cum Hebræis morabãtur: hac uero primogeniti eorũ omnes percussi
sunt. Filij autem Israel fecerũt sicuti præceperat XLV
illis Moyses, & petierunt ab Ægyptijs uasa aurea & argentea & uestẽ, & dominus dedit gratiã populo suo corã Ægyptijs & cõmodauerunt illis, & prædati sunt Ægyptios. Iam hoc factũ fuerat ante mortes primogenitorũ Ægyptiorũ: sed nunc per recapitulationẽ repetitur. Nam narratũ est quando factũ est. Modo enim fieri quomodo posset ut in tãto luctu ex mortibus suorum accõmodarent ista filijs Israel? Nisi forte quis dicat etiam ista plaga nõ fuisse percussos Ægyptios, qui cũ Hebræis inhabitabant terrã Gessen. Quid est quod ait: XLVI
Accipietis aũt fasciculum hysopi, & tingentes ex sanguine qui est iuxta ostium, linietis super limen & super ambos postes. Quæriẽ enim quẽ sanguinem dicat iuxta ostium, cum illius agni utiq; uelit intelligi sanguinẽ, cuius immolatione fit Pascha: utrum ne eo modo cõsequenter præcepit, quãuis hoc tacuerit, ut idem agnus iuxta ostium occidatur? An quod est credibilius, ideo dixit ex sanguine qui est iuxta ostium, quia utiq; illi qui liniturus est super limen & postes, uas ipsum in quo sanguinem excepit, iuxta ostium positurus est, ut ad manum habeat quando tingat. Sustulerunt autem XLVII
filij Israel de Ramasse in Socoth, in sexcenta milia peditum uiri, præter instructum uel cẽsum. Si isto modo potest rectè interpretari quod Græcus habet ἀποσκευὴν: quo uerbo non solum mobilia, uerumetiam mouentia significari indicat scriptura, ubi Iudas loquens ad patrem suũ dicit: Mitte pue- Gen.43
rum mecum & surgẽtes ibimus ut uiuamus & nõ moriamur, & nos, & tu, & substãtia nostra. Ibi em̃ Gręcus ἀποσκευὴ habet, ubi substantiam Latinus interpretatus est, quod aliquando cẽsum interpretantur nostri: sicut nunc instructum dicere uoluimus, dum tamẽ eo nomine & homines uel iumenta uel omnia pecora intelligantur. Vbi etiam uiri & uxores possent intelligi, nescio. Sexcenta tamẽ milia peditum cum scriptura cõmemoret addens & dicens, excepto instructu uel censu uel substantia, uel si quo alio uerbo melius interpretaẽ ἀποσκευὴν, manifestum est & homines significatos, siue in seruis, siue in mulieribus, siue in his ętatibus, quæ militiæ nõ essent idoneæ, ut sexcẽta milia peditum in eis solis intelligamus qui possent militari agmine armari. Quæri aũt solet, utrum ad tantũ numerũ Hebræi peruenire potuerint per eos annos in Ægypto, quos ostendere consideratus in scripturis numerus potest, qui primùm anni quot fuerint, nõ parua est quæstio. Dicit enim deus ad Abrahã cum factum esset illud sacrificiũ de uacca trima, & capra, & ariete, & turture, & colũba, antequã non solum Isaac, sed nec Hismael quidẽ natus esset: Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen Gen.15
tuum in terra nõ propria, & in seruitutem redigẽt eos & nocebũt illis quadringentis annis. Si ergo quadrin-

quadringentos annos sic acceperimus ut in serui
rute sub Ægyptijs intelligãtur, nõ paruum spatiũ A
tẽporis fuit, quo ita populus multiplicaretur. Sed
tot annos nõ fuisse, apertissimo indicio scriptura
testatur. Quidã enim putant quadringentos tri-
ginta annos accipi debere, ex quo Iacob intrauit
in Ægyptũ, donec inde populus per Moysen li-
beratus est, quoniã in Exodo scriptum est: Inco-
latus aũt filiorũ Israel quẽ incoluerũt in terra Æ-
gypti & in terra Chanaan ipsi & patres eorũ anni
quadringenti triginta. Seruitutis aũt eorũ uolunt
esse annos quadringentos: propterea φ scriptum
est in Genesi: Sciendo scias, quia peregrinum erit
semen tuũ in terra non sua, & in seruitutem redi-
gent eos & nocebũt illis quadringẽtis annis. Sed
quoniã seruitutis anni post mortem Ioseph cõpu-
tantur: Illo enim uiuo, non solũ ibi non seruierũt, B
uerũ etiam regnauerunt: non est quemadmodum
computentur quadringenti triginta in Ægypto.
Gen. 45 Ingressus est enim Iacob anno filij sui trigesimo &
nono: quoniam xxx annorũ erat Ioseph cum ap-
Gen. 41 paruit in conspectu Pharaonis, & regnare cœpit
sub illo. Transactis aũt septem annis ubertatis se-
cundo anno famis ingressus est Iacob in Ægyptũ
Gen. 50 cum alijs filijs suis: ac per hoc tunc agebat Ioseph
triginta & nouẽ annos, qui impletis uitæ suæ an-
nis centũ & decẽ mortuus est: uixit enim in Ægy-
pto post ingressum ad se patris sui, septuaginta &
unũ annos. Quos si retraxerimus à quadringẽtis
triginta annis, remanebunt seruitutis anni, id est
post mortẽ Ioseph, nõ quadringẽti, sed trecẽti &
quinquaginta nouẽ anni. Quòd si ex illo putabi-
mus nos cõputare debere, ex quo Ioseph sub Pha C
raone regnare cœpit, ut tunc quodãmodo intelli
gatur intrasse Israel in Ægyptũ, quando ibi filius
eius tanta potestate sublimatus est, etiã sic trecẽti
quinquaginta erunt, quos Tychonius uult accipi
quadringẽtos, ut à toto pars intelligaĩ, id est, à to-
to cẽtenario pars quinquagenaria, & probat hac
loquẽdi regula solere uti scripturã. Si aũt quod a-
liquãto probabilius dici potest, tũc habeamus in-
trasse Israel in Ægyptum, quando illic Ioseph esse
uẽditus cœpit, detracturi sumus adhuc annos tre
decim, ut trecẽtos trigintaseptẽ annos ꝓ quadrin
gentis accipiamus. Sed cũ scriptura cõmemoret
Caath filiũ Leui auũ Moysi cũ auo suo Iacob in-
trasse in Ægyptum, dicat autẽ eum uixisse annos
centũ triginta, filium uero eius patrẽ Moysi Am- D
ram centũ trigintaseptẽ. Moysen uero dicat octo-
ginta annorũ fuisse cũ de Ægypto populũ libera-
uit: etiam si tũc genuisset Caath patrẽ Moysi, quo
anno mortuus est, ille quoq; Amram ultimo uitæ
suæ anno genuisset Moysen, cõputet annos cen-
tũ triginta, & cẽtũ trigintaseptẽ, & octoginta, tre-
centos, & quadragintaseptẽ annos faciũt, nõ qua
dringentos triginta. Quod si quis dicat extremo
anno uitæ Iacob natũ esse Caath filiũ Leui, septua
ginta fermè anni possunt accedere illi summæ, q̃a
septuaginta unũ annos uixit in Ægypto Ioseph
post ingressum patris sui. Quapropter etiam si se-
ptuaginta anni uitæ Ioseph ab ingressu Iacob in
Ægyptum usq; ad natiuitatem Caath, si tũc natus
A asseratur, & centum triginta anni ipsius Caath, &
centũ triginta septẽ filij eius Amrã patris Moysi,
& octoginta ipsius Moysi, quadringẽtos & decẽ
& septẽ annos faciũt, nõ quadringentos triginta.
Proinde illa nimirũ cõputatio, quam secutus est
Eusebius in historia sua Chronica, perspicua ueri
tate subnixa est: Ab illa enim promissione compu
tat quadringentos xxx annos, qua uocauit deus
Abrahã, ut exiret de terra sua in terram Chanaan:
quia & Apostolus cũ Abrahę laudaret & cõmen Gal. 3
daret fidẽ, in ea promissione qua Christũ uult in-
telligi prophetatũ, id est, qua promisit deus Abra
hę φ benedicerenĩ in eo omnes tribus terrę: Hoc
aũt dico, inquit, quia testamentum confirmatũ à
deo, post quadringentos & triginta annos facta
lex nõ infirmat ad euacuãdas promissiones. Ex il-
B la ergo promissione qua uocatus est Abraham &
credidit deo, post quadringentos & triginta an-
nos factam legem dicit Apostolus, non ex tẽpore
quo Iacob intrauit in Ægyptũ. Deinde etiam ipsa
scriptura Exodi satis hoc significauit: nõ enim di-
xit: Incolatus filiorum Israel, quem incoluerũt in
terra Ægypti anni quadringẽti triginta: sed aper-
te dixit: Quẽ incoluerũt in terra Ægypti & in ter
ra Chanaan ipsi & patres eorũ. Ac per hoc mani-
festũ est cõputandum esse tẽpus etiam Patriarcha
rum Abrahæ, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari
cœpit Abrahã de terra Chanaan: id est, ex illa ꝓ-
missione, in qua eius fidẽ laudat Apostolus, usq;
ad illud tempus, quo ingressus est Israel in Ægy-
ptũ. Toto quippe isto tẽpore peregrinati sunt pa
C tres in terra Chanaã, & deinde semen Israel in Æ-
gypto: ac sic cõpleti sunt quadringẽti triginta an-
ni à promissione usq; ad exitũ Israel ex Ægypto:
quãdo facta est lex in mõte Sina, quæ nõ infirmat
testamentũ ad euacuãdas ꝓmissiones. Septuage-
simo & quinto anno uitæ suæ Abrahã, sicut scri-
ptura dicit, egressus est in terrã Chanaã, & genuit
Isaac cũ esset annorũ centũ. Fiũt itaq; anni uiginti
quinq; ex ꝓmissione usq; ad natum Isaac. His ad-
dunĩ omnes anni uitæ suæ Isaac, id est, centũ octo
ginta, fiant ducẽti quinq;, tunc erat Iacob annorũ
cẽtum uiginti. Nati sunt enim sexagenario patre
gemini, ipse & Esau: post decẽ aũt annos intrauit
Iacob in Ægyptũ, cum esset annorũ centũ trigin-
ta. Ioseph aũt cũ esset trigintanouẽ. Fiũt proinde
D anni à ꝓmissione usq; ad ingressum Iacob in Æ-
gyptũ, ducẽti quindecim. Ioseph aũt ab illo tricesi
mo & nono anno ætatis suæ, in quo eum pater in
Ægypto inuenit, uixit septuaginta & unũ annos:
quia omnes ætatis eius anni centũ decem fuerũt.
Cũ itaq; ad ducẽtos quindecim annos accesserint
septuaginta unus, fiunt anni ducẽti octoginta sex.
Restant cẽtum quadragintaquatuor uel quinq;,
quibus intelligiĩ seruisse in Ægypto populus Is-
rael post mortem Ioseph. His annis quantũ mul-
tiplicari potuerint, si fœcũditas hominis cõsidere
tur, adiuuãte illo qui eos uoluit ualde multiplica-
ri, reperitur nõ esse mirum φ in sexcentis milibus
peditum egressus est populus ex Ægypto: exce-
pto

pto cætero apparatu, ubi & seruitia erāt, & sexus
A muliebris & imbellis ætas. Quod ergo dixit deus
ad Abrahā: Sciendo scias, quia peregrinū erit se-
men tuū in terra non propria, & in seruitutē redi-
gent eos & nocebūt illis quadringentis annis, nō
sic accipiendū est, tanquam in illa durissima seruitute
quadringētos annos dei populus fuerit: sed quia
scriptū est: In Isaac uocabitur tibi semen: ex anno
Gen.21 natiuitatis Isaac usque ad annum egressionis ex Æ-
gypto cōputantur anni quadringenti quinque. Cū
ergo de quadringentis xxx. detraxeris uiginti-
quinque qui sunt à promissione usque ad natum Isaac
non mirum est si quadringentos & quinque annos
summa solida quadringētos uoluit appellare scri-
ptura, quæ solet tēpora ita nuncupare ut quod de
summa perfectiōis numeri paululū excrescit, aut
B infra est, non computetur. Non itaque quod ait, in serui
tutem redigent eos & nocebunt illis, ad quadrin-
gentos annos referendum est, tanquam per tot annos
eos habuerint in seruitute: sed referendi sunt qua-
dringenti anni ad id quod dictū est, peregrinum
erit semen tuū in terra nō propria: quia siue in ter
ra Chanaā siue in Ægypto peregrinum erat illud
semen, antequam hereditatem sumerent terrā ex pro-
missione dei, quod factū est posteaquam ex Ægypto
liberati sunt: ut hyperbaton hic intelligatur & or-
do uerborū sit: Sciendo scias, quia peregrinū erit
semen tuum in terra nō propria quadringētis an-
nis: illud aūt interpositū intelligatur, & in seruitu-
tem redigent eos & nocebunt illis: ita ut ad qua-
dringentos annos ista interpositio non pertineat.
C In extrema enim parte annorū summæ huius, hoc
est, post mortē Ioseph factū est ut in Ægypto po-
XLVIII pulus dei durā perageret seruitutem. Quid est
Exod.13 quod ait cum de Pascha præciperet: Erit tibi in si-
gno super manū tuam. An intelligitur super ope-
ra tua: id est, quod præferre debeas operibus tuis?
Pertinet enim Pascha propter occisionē ouis ad
fidem Christi & sanguinem quo redēpti sumus.
Hæc aūt fides operibus prępponēda est, ut sit quo-
dāmodo super manum aduersus illos qui in ope-
ribus legis gloriabantur, de qua re Apostolus lo-
quitur, & nullum ait posse deo placere sine fide:
qui fidē operibus sic anteponit, ut ex illa pendeāt
bona opera, atque ab ea præueniantur, non ut ipsa
uelut meritis bonorū operum retribui uideatur.
D Illa enim ad gratiā pertinent: si aūt gratia iam non
ex operibus, alioquin gratia iam non esset gratia.
XLIX Cum aūt emisit Pharao populum, non deduxit
eos deus per uiā terræ Philistijm, quæ propè erat.
Dixit enim deus: Ne quando pœniteat populum
cum uiderit prælium & reuertatur in Ægyptum.
Hic ostenditur omnia fieri debere quæ cōsilio re-
cte fieri possunt, ad euitanda quæ aduersa sunt, e-
L tiam cum deus apertissime adiutor est. Quinta
aūt progenie ascenderunt filij Israel de terra Ægy
pti. Vtrum progeniem in centū annis uult cōpu-
tari, & ideo quinta progenie, quia post quadrin-
gentos & triginta annos: an per hominum gene-
rationes hoc potius intelligendum est, ab ipso Ia-
cob, qui intrauit in Ægyptū, usque ad Moysen, qui
cum populo egressus est. Iacob enim primus, se-
A cundus Leui, tertius Caath, quartus Amrā, quin-
tus Moyses inuenitur. Has autem dicit progenies
Latinus interpres, quas γενὲς Græci uocant, quæ
in Euangelio generationes appellantur, nec nu-
merantur nisi per successiones hominum, nō per
numerū annorum. Dixit autem Moyses: Con-
fidite & state & uidete salutem quæ est à domino LI
quā faciet uobis hodie. Sicut enim uidistis Ægy- Exod.14
ptios hodie, nō apponetis amplius uidere eos in
ęternum tempus. Quomodo accipienda sunt hęc
uerba cum uiderint postea Israelitę Ægyptios: an
quia isti qui tūc uidebant nō eos ulterius uiderint
quia & illi sunt mortui qui consequebantur, & isti
omnes quique die mortis suæ? Nam posteri eorum
uiderunt posteros illorum. An non eos uidebitis
B sicut hodie, intelligendū est non sicut hodie perse
quentes & inimicos, & tanto post uos agmine ue
nientes: ut omnino nulla sit quæstio, nec de æter-
no tempore quod hic posuit, quia & si uidebūt se
utique tēpore resurrectionis, non sic utique uidebūt
ut hodie. Quid est quod dicit dn̄s ad Moysen: LII
Quid tu clamas ad me, cum scriptura non dixerit
aliquid de Moysi uocibus, nec eum orantem cō-
memorauerit, nisi quia intelligi uoluit hoc eum
egisse uocis silētio ut corde clamaret. Et tu ele- LIII
ua uirgam tuā, & extende manū tuam super ma-
re, Hæc est uirga illa in qua fiebant mirabilia, quæ
modo dicitur esse Moysi: tunc autem fratris eius
fuisse dicebatur, quando per illā ipse operabatur.
Extendisti manū tuā, & transuorauit eos terra. LIIII
C Terra pro aqua nō mirū est posita: Tota quippe Exod.15
pars ista extrema uel infima mūdi, terræ nomine
censetur, secundū id quod sæpe dicitur, deus qui
fecit cœlum & terram: & in illius Psalmi distribu-
tione cōmemoratis cœlestibus: Laudate, inquit, Psal.148
dominū de terra: & ea exequitur in laude quæ etiā
ad aquas pertinebāt. Misisti spiritū tuū & coo-
peruit eos mare. Ecce iam quinto cōmemoratur LV
spiritus dei, ut in hoc numero accipiamus & quod
dictum est, Digitus dei est hic. Primo ubi scriptū
est: Spiritus dei ferebatur super aquas. Secundo ubi Gen.1
dicitur: Non permanebit in istis hominib. spiritus Gen.6
meus, quoniā caro sunt. Tertio ubi Pharao dicit
ad Ioseph, Quoniam spiritus dei est in te. Quarto Gen.41
ubi incantatores Ægyptiorum dicūt, Digitus dei
D est hic. Quinto in hoc Cantico: Misisti spiritum Exod.8
tuum & cooperuit eos mare. Meminerimus autē
spiritum dei non solum ad beneficia, uerumetiam
ad uindictam cōmemorari. Nam quid aliud etiā
supra dixit: Per spiritum iræ tuæ diuisa est aqua?
Iste itaque spiritus irę dei in Ægyptios: nam spiritus
iræ eis quibus nocuit aquarum diuisio, ut intran-
tes possent aquis redeuntibus obrui: filijs uero Is-
rael quibus profuit quòd aqua diuisa est, non fuit
ille spiritus iræ dei. Vnde significatur propter di-
uersas operationes & effectus spiritus dei dissi-
militer appellari, cum sit unus atque idem ille dun-
taxat qui etiam spiritussanctus in unitate trinita-
tis accipitur. Proinde non arbitror alium quàm
eundē significari ubi dicit Apostolus: Non enim Rom.8
accepistis

accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptiōis in quo clamamus, abba pater: quia eodem spiritu dei, id est digito dei
Exod.31 quo lex in tabulis lapideis cōscripta est, timor incussus est eis qui gratiā nondū intelligebāt, ut de sua infirmitate atq; peccatis per legē cōuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, a quo perduce-
Gal.3 rētur ad gratiā quæ est in fide Iesu Christi. De hoc aūt spiritu adoptionis & gratię, id est de hoc opere spiritus dei quo impertit gratia & regeneratio in uitā æternā dicitur: Spiritus aūt uiuificat, cum
2 Cor.3 supra diceretur, litera occidit, id est lex cōscripta:
LVI tantūmodo iubēs sine adiutorio gratię. Venerunt aūt in Mesra & non poterant bibere aquam de Mesra, amara enim erat. Si propter hoc appellatum est nomen loci eius amaritudo, quia nō poterant ibi aquā bibere, eo quōd amara est: Mara enim interpretatur amaritudo: quomō uenerunt in Mesra, nisi quia eo nomine locum scriptura appellauit in quē uenerūt, quo iam appellabatur cū hæc scribebant: Posterius enim utiq; scripta sunt
LVII q̄ illa cōtigerunt. Et ostendit ei dominus lignū & misit illud in aquā: & facta est aqua dulcis. Genus ligni erat istā habens uim, an quolibet ligno id facere potuerat deus qui tanta mirabilia faciebat? Hoc tamē uidetur significare quod dictū est, ostendit ei, tanquā tale iam lignū esset quo posset hoc fieri: Nisi forte locus erat ubi ligna omnino non inueniebant: ut hoc ipsum esset diuini adiutorij q ei dominus lignū ostendit ubi nullū erat: & per lignū aquas dulces fecit, præfigurans gloriam & gratiā crucis: sed in tali etiam natura ligni quis nisi creator & demonstrator laudandus est?
LVIII Dixit dominus ad Moysen: Ecce ego pluā uo-
Exod.16 bis panes de cœlo: & exiet populus & colligent unius diei in diem, ut tētem illos si ambulēt in legem mea an nō. Tētatio ista probatio est, nō ad peccatū seductio: nec ideo probatio ut deus nouerit, sed ut ipse ipsis hominib. ostēdat quo humiliores fiāt ad petendū adiutoriū & agnoscendā dei gra-
LIX tiam. Moyses & Aaron dicunt ad populū inter cætera: Propter quod exaudiuit dominus murmurationē uestram qua uos murmuratis aduersum nos. Nos autē quid sumus? Non enim aduersum nos murmur uestrū est, sed aduersus dominū. Nō enim tantū se ualere uoluerunt quantū deū. Dixerunt enim quid sumus nos? Vt illi aduersus illum se scirēt murmurasse qui istos miserat, & per istos operabat. Nec talis illa est sententia, ubi Petrus di-
Act.5 cit Ananię: Cur ausus es mētiri spirituisancto? Nō hominib. mētitus es, sed deo. Quod simile fuisset si dixisset, nō spirituisancto mentitus es, sed deo. Ita enim loquens, negaret deum esse spiritum sanctum. Nunc uero cum dixisset: Ausus es mentiri spirituisancto? cum ille se putaret hominib. fuisse mentitū, ipsum spiritūsanctum deum esse mōstrauit, subiūgens: Non hominib. mētitus es, sed deo.
LX Deus mandauit per Moysen populo: Ad uesperā ederis carnes, & mane replebimini panib. Ecce nō pro omni alimento panes nominantur. Nam isto nomine carnes cōplecterentur, quia &

ipsæ alimenta sunt: nec tamen panes eos modo di
A cit qui fiūt ex frumēto: Ipsos enim proprie panes appellare cōsueuimus: māna aūt panum nomine appellat. Non autē uacat q dicit ad uesperam carnes & mane panes se daturū. Tale quippe aliquid etiam in Helia significatū est, cū ei alimenta coruus afferret. An forte carnibus ad uesperā & mane panibus, ille significat, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationē nostram? Ad uesperā quippe mortuus ex infirmitate sepultus est, mane autem apparuit discipulis, quia resurrexit ex uirtute. Et dixit Moyses ad LXI
Aaron: Accipe uas aureum unum, & mitte illud plenū gomor mannæ, & repone illud ante deum, & seruetur in progenies queādmodum præcepit dominus. Quæri potest, ubi Aaron poneret ante
B deū, quando nec ullū simulachrum fuit, nec arca testamēti iam fuerat instituta. An forte ideo de futuro dixit, repones, ut intelligeretur tūc ante deū posse reponi quando futura erat arca: an potius ante deū dictum est quod fit ipsa deuotione offerēdi, in quocūq; loco poneret, ibi enim est deus? Sed illud quod adiungit: Et reposuit Aaron ante testimoniū ad reseruandum: priorē magis sensum asserit. Hoc enim modo scriptura dixit per prolepsim, quod postea factū est cum esse cœpit tabernaculū testimonij. Filij aūt Israel ederūt manna annis quadraginta, quoadusq; uenirent in terram LXII
quæ inhabitatur. Māna ederunt quoadusq; uenirent in partē Phœnices. Significauit scriptura per prolepsim, id est, hoc loco cōmemorando quod etiā postea factum est, nō edisse filios Israel in ere-
C mo nisi manna. Hoc est enim quod ait, usq; ad terram quæ inhabitatur: id est, quæ iam non est eremus: nō quia cōtinuo ut uenerūt ad terrā habitabilem destiterūt uesci māna, sed quia nō ante. Traiecto enim Iordane significat manna cessasse, ubi panes terrę manducauerunt: quādo ergo ingressi sunt habitabilem terrā, antequā transierūt Iordanem, uel tantum manna uesci, uel utroq; cibo potuerunt. Hoc quippe intelligi potest, quando cessasse manna nō dicitur nisi Iordane traiecto. Cur autē in illa eremi inopia etiam carnes desiderauerunt, quando de Ægypto cū suis ualde multis pecoribus exierunt, magna quæstio est: Nisi forte dicatur, cum per eremum pascua tanta nō essent, & ex eo minor futura uideretur fœcunditas pecorū,
D pepercisse illos pecoribus, ne omnibus deficientibus etiam sacrificijs necessaria defuissent, uel si quid aliud dici potest, unde quæstio ista soluatur. Congruentius tamen creditur nō eos carnes desiderasse quas de pecoribus habere poterant: sed eas quæ deerant, ex aquis uidelicet. Ipsas quippe in illa eremo non inueniebant: unde & illis ortygometra data est, id est, aues quas coturnices mul- Ortygometra
ti Latini interpretati sunt, cū sit aliud genus auiū ortygometra, quāuis coturnicibus nō usquequaq; dissimile. Nouerat enim deus quid desiderarent, & desideriū eorū quo carnis genere satiaret. Sed quia scriptura concupiuisse illos carnes dixerat, nec expresserat cuiusmodi carnes, ideo quæstio
facta

LXIII facta est. Manna ederũt quoadusq; uenirent in
partẽ Phœnicis. Iã dixerat quoadusq; uenirent ad
terram quæ inhabitatur. Sed quia non expresserat
propriè quã diceret, repetitione uidetur quãdam
proprietatẽ expressisse, dicendo, in partẽ Phœni-
cis. Sed tunc illam terrã sic credendũ est appellatã
modo enim hoc non uocatur nomine. Alia quip-
pe est quæ Phœnice appellaṫ regio Tyri & Sido-
nis, quã illos transisse nõ legitur: quanquã scriptu
ra fortasse potuerit terrã Phœnicis appellare, ubi
palmarũ arbores iam esse cœperãt post eremi ua-
stitatẽ, quoniã palma Græce sic appellatur. In ini-
tio enim profectionis suæ inuenerant locum ubi
lxx. palmarum arbores fuerant, & xij. fontes: sed
postea eos excepit eremi prolixitas, ubi tale ali-
quid nõ fuit, quousq; uenirent ad loca quæ cole-
bantur. Verum ille sensus est probabilior, ut cre-
damus sic appellatam tunc fuisse terram. Multarũ
enim terrarũ & locorum, sicut fluminũ & urbiũ,
nomina certis existentibus causis antiquitate mu
LXIIII tata sunt. Et dixit dominus ad Moysen: Ante-
Exod. 17 cede populum: Sume aũt tecum de seniorib. po-
puli: & uirgã in qua percussisti flumen, accipe in
manu tua. Flumen Aaron legiṫ, non Moyses, uir-
ga percussisse. Nam Moyses eadem uirga mare di
uisit, non flumen. Quid sibi ergo uult: Accipe uir-
gã in qua percussisti flumẽ? An forte mare appel-
lauit flumen? Quærendũ exemplũ locutionis hu-
ius, si ita est, an quod Aaron fecit, Moysi potius tri
butũ est: quia per Moysen deus iubebat, quæ face
ret Aaron: & in Moyse autoritas, in illo aũt mini-
sterium fuit: quandoquidem & primis suis uerbis
Exod. 4 deus hoc illi ait, de fratre suo: Erit tibi ad populũ,
XLV tu illi in ijs quæ ad deũ. Et ecce ego sto super ca
cumẽ collis, & uirga dei in manu mea, dicit Moy-
ses ad Iesum Naue cũ præciperet pugnare aduer-
sus Amalech. Nũc ergo uirga dei dicitur quæ pri-
mũ dicta est uirga Aaron, postea uero uirga Moy
si: sicut dicitur spiritus Heliæ qui est spiritus dei,
cuius particeps factus est Helias: sic illa potuit di-
ci. Dicitur etiã dei iustitia, quæ nostra est, sed do-
Rom. 10 nata à deo: de qua loquens Apostolus, Iudęos ar-
1. Cor. 4 guit dicens: Ignorãtes dei iustitiã & suã iustitiã uo
lentes cõstituere: id est, tãquam à se sibi paratam,
cõtra quales dicit: Quid enim habes quod nõ ac-
LXVI cepisti? Venit aũt Aaron & omnes seniores If-
Exod. 18 rael mãducare panẽ cum socero Moysi ante deũ:
uel sicut alij codices habent, corã deo: quod Gręce
scriptum est ἐναντίον τοῦ θεοῦ. Quæritur ubi ante
deum, quãdo nec tabernaculũ fuit, nec arca testa-
menti: quæ postea sunt instituta. Neq; enim & hic
de futuro dictum accipere possumus, sicut dictũ
Exo. 16 est de mãna quod positum est in uase aureo. Ergo
ante deũ id accipere debemus factũ, quod in ho-
LXVII norem dei factũ est. Vbi enim non deus? Moy-
ses socero suo dixit: Quia uenit ad me populus in
quirere iudicium à deo cum eis cõtigerit discepta
tio, & cum uenerint ad me, iudico unumquenq;,
& moneo eos pręcepta dei & legẽ eius. Quęri po
test quomõ ista Moyses dixerit, cũ lex dei adhuc
nulla conscripta esset, nisi quia lex dei sempiterna
est, quã cõsulunt omnes piæ mẽtes, ut quod in ea
A inuenerint, uel faciãt, uel iubeãt, uel uetent, secun
dũ q; illa incõmutabili ueritate perceperint. Nũ-
quid enim Moyses, quãuis cum illo deus loque-
retur, per singula credendũ est q; consulere sole-
ret deũ si quid esset in disceptationib. tantæ multi-
tudinis, quę illũ in hoc iudicandi negocio à mane
usq; ad uesperã detinebat? Et tamen nisi suæ men-
ti præsidentem dominũ consuleret, legemq; eius
æternã sapienter attenderet, quid iustissimũ iudi-
care inter disceptantes posset non inueniret. In LXVIII
eo q; Iethro consiliũ dat genero suo Moysi, ne oc
cupatus iudicijs populi & ipse & populus consu-
meretur cõsumptione intolerabili. Prima quęstio
est, cur hoc deus famulum suũ, cum quo ipse tanta
& talia loquebaṫ, ab alienigena passus est admo-
neri. In quo scriptura nos admonet, per quęlibet
B hominem detur consiliũ ueritatis, nõ debere con
temni. Videndũ est etiã, ne forte ibi uoluerit deus
ab alienigena admoneri Moysen, ubi & ipsum
posset tentare superbia: sedebat enim iudiciaria
sublimitate solus, uniuerso populo stante. Nã hũc
sensum indicat, cũ ipse Iethro eos eligi iussit ad iu
dicandas causas populi, qui odissent superbiam.
Deinde q; sit obseruãdum quod alibi scriptura di Eccle. 11
cit: Fili ne in multis sint actus tui: satis & hic appa
ret. Deinde uerba Iethro dantis consilium Moysi
cõsideranda sunt: Dicit enim: Nũc itaq; audi me,
& consilium dabo tibi, & erit deus tecum: Vbi mi
hi uideṫ significari, nimis intentũ humanis actio-
nibus animum, deo quodãmodo uacuari, quo fit
tanto plenior, quanto in superna atq; æterna libe
C rius extenditur. Quod uero adiungit & dicit: LXIX
Esto tu populo in ijs quæ ad deum, & referes uer-
ba eorũ ad deum: & testaberis illis præcepta dei
& legẽ eius: & demonstrabis illis uias in quibus
ambulabũt in eis, & opera quæ faciant. Cũ popu-
lo uniuerso hoc agendũ esse demõstrat. Nõ enim
ait, uniuscuiusq; uerba referes ad deum, sed uerba
eorũ, cum supra dixisset: Esto tu populo in ijs quę
ad deũ sunt. Post hęc admonet ne singulorũ nego
cia quæ inter se habent deferantur, electis uideli-
cet potentibus uiris deum colẽtibus, iustis & qui
oderint superbiã, quos cõstituat super millenos,
alios super centenos, alios super quinquagenos,
alios super denos: Sic & ab ipso Moyse remouit
graues & periculosas occupationes, nec istos gra
D uauit. Quãdoquidẽ ipsi mille haberẽt unũ super
se, & sub illo haberẽt, alios decẽ, & sub eis alios ui
ginti, & sub his alios cẽtum, ut uix aliquid ad sin-
gulos quosq; prępositos perueniret, quod iudica-
re necesse haberent. Insinuatur hinc etiã humilita
tis exẽplũ, quod Moyses, cũ quo loquebaṫ deus,
nõ fastidiuit neq; cõtempsit alienigenæ soceri sui
consiliũ: quanq; & ipse Iethro, cum Israelita non
fuisset, utrũ inter uiros deum uerum colẽtes, reli-
giosesq; sapientes habendus sit, quẽadmodum &
Iob cũ ex ipso populo nõ fuisset, meritò quæritur,
imo credibilius habetur: ambigue quippe posita
sunt uerba, uel utrũ significauerit deo uero in po-
pulo eius, quãdo uidit generum suum, uel utrum

adorauit eum ipse Moyses: quanquam de adoratione
etiã si expresse positũ esset, honor uideretur soce-
ro redditus, eo modo quo solet hominib. honori-
ficentiæ causa exhiberi à patribus. Sicut de Abra-
Gen.23 hã scriptũ est, q adorauerit filios Heth. Quos aũt
dicat γραμμάτων εἰσαγωγεῖς post decuriones, nõ fa
cile sciri potest: quoniam hoc nomen in nullo usu
habemus, uel officiorũ uel magisteriorũ. Nã qui-
dã doctores interpretati sunt, ut intelligant utiq;
literarum, qui introducant in literas, sicut resonat
Græcum uocabulum. Hic sanè significatur q an-
te legem datã habuerint Hebrei literas, quę quan
do cœperint esse, nescio utrum ualeat indagari.
Nonnullis enim uidetur à primis hominibus eas
cœpisse & perductas esse ad Noe, atq; inde ad pa
rentes Abrahę, & inde ad populum Israel: sed un-
LXX de hoc probari possit ignoro. Mensis aũt tertij
Exod.19 exitus filiorum Israel de terra Ægypti hac die ue-
nerunt in eremũ Sina, & profecti sunt ex Raphi-
dim, & uenerunt in eremũ Sina, & applicuit Israel
ibi contra montẽ, & Moyses ascendit in montem
dei, & uocauit eũ dominus de monte dicẽs: Hæc
dices domui Iacob, & nũciabis filijs Israel: Vos ipsi
uidistis quæ fecerim Ægyptijs, quomodo porta-
uerim uos super alas aquilarũ & assumpserim mi-
hi. Si ergo audieritis uocem meam & custodieri-
tis pactum meũ, eritis mihi in peculium: & cętera.
Deinde paulopost: Descẽde & testare populo &
purifica illos hodie & cras: & lauent uestimenta
sua, & sint parati in diem tertium. Tertia enim die
descendet dominus in montẽ Sina corã omni po
pulo. Hoc die reperitur data lex, quæ in tabulis la
pideis scripta est digito dei, sicut consequẽtia do-
cent. Dies aũt iste tertius apparet tertij mensis ab
exitu Israel ab Ægypto. Ex die ergo quo Pascha
fecerũt, id est, agnũ immolauerunt & ederũt, qui
fuit quartusdecimus primi mẽsis, usq; ad istũ quo
lex datur, dies quinquaginta numerant: decem &
septem scilicet primi mensis, reliqui ab ipso quar-
todecimo: deinde omnes xxx secundi mensis, qui
fiunt quadragintaseptem: & tertius tertij mensis,
qui est à solennitate occisi agni quinquagesimus.
Ac per hoc fit in ista umbra futuri, secũdum agni
immolati diem festũ sicut quinquagesimo die lex
data est, quæ cõscripta est digito dei: ita in ipsa ue-
ritate noui Testamenti à festiuitate agni immacu
lati Christi Iesu quinquaginta dies numerantur,
quando spiritussanctus de altissimis datus est. Di
gitum aũt dei esse spiritũsanctum, supra iam dixi-
LXXI mus teste Euangelio. Quęritur, decẽ præcepta
Exod.20 legis quemadmodũ diuidenda sint: utrũ quatuor
sint usq; ad præceptum de sabbato, quæ ad ipsum
deum pertinent: sex autẽ reliqua, quorũ primum:
Distinctio præceptorum decalogi Honora patrẽ & matrem, quæ ad hominem perti
nent: an potius illa tria sint, & ista septem. Qui ẽm
dicũt illa quatuor esse, separant quod dictum est:
Non erunt tibi dij alij præter me: ut aliud præce-
ptũ sit: Nõ facies tibi idolũ: & cætera, ubi figmen-
ta colenda prohibentur. Vnum autem uolũt esse,
Non cõcupisces uxorem proximi tui, &: Nõ con
cupisces domũ proximi tui, & omnia usq; in finẽ.

Qui uero illa tria esse dicunt, & ista septem, unum
A uolunt esse, quicquid de uno colẽdo deo pręcipi-
tur, ne aliquid aliud præter illum pro deo colatur.
Hæc aũt extrema præcepta in duo diuidunt, ut a-
liud sit præceptũ: Non cõcupisces uxorẽ proximi
tui: & aliud: Non concupisces domũ proximi tui,
nõ seruum, non ancillam, nõ bouem, nõ asinum,
nec omnia quæcunq; illius sunt. Decẽ tamen esse
præcepta neutri ambigunt, quoniam hoc scriptu
ra testatur. Mihi tamen uidentur congruentius ac
cipi tria illa, & ista septem, quoniam Trinitatẽ ui-
dentur illa quæ ad deum pertinent insinuare dili-
gentius intuentibus. Et reuera quod dictũ est, Nõ
erunt tibi dij alij præter me: hoc ipsum perfectius
explicatur cum prohibentur colenda figmenta.
B Cõcupiscentia porrò uxoris alienæ, & concupi-
scentia domus alienæ, tantũ in peccando differũt,
ut illi quod dictũ est: Non cõcupisces domũ pro-
ximi tui: adiũcta sint & alia dicẽte scriptura, neq;
agrum eius, neq; seruum eius, neq; ancillam eius,
neq; bouem eius, neq; subiugalẽ eius, neq; omne
pecus eius, neq; quæcũq; proximi tui sunt. Discre
uisse autẽ uidetur cõcupiscentiam uxoris alienæ
à cõcupiscẽtia cuiuslibet rei alienæ, quãdo utrũq;
sic cœpit: Non concupisces uxorem proximi tui:
&, Non cõcupisces domum proximi tui: & hinc
cœpit cætera adiũgere: Non autem cum dixisset:
Non cõcupisces uxorem proximi tui: huic conne
xuit alia dicens, neq; domum eius, neq; agrũ eius,
neq; seruum eius & cætera: sed omnino apparent
C hæc esse coniuncta quæ in uno præcepto uident
cõtineri, & discreta ab illo ubi uxor nominata est.
Illud aũt ubi dictum est: Non erũt tibi dij alij prę-
ter me, apparet huius rei diligẽtiorem executio-
nem esse in ijs quæ subiecta sunt. Quò enim perti
net: Non facies tibi idolum, neq; ullũ simulachrũ:
quæcunq; in cœlo sunt sursum, & quæcũq; in ter-
ra deorsum, & quæcunq; in aqua sub terra, nõ a-
dorabis ea neq; seruies illis: nisi ad id quod dictũ
est: Non erunt tibi dij alij præter me? Sed rursum
quæritur quid differat: Non furtum facies: ab eo
quod paulopost de non concupiscendis proxi-
mi rebus præcipitur. Nõ quidem omnis qui rem
proximi sui concupiscit, furatur: sed quia omnis
qui furatur rem proximi cõcupiscit, poterat in il-
la generalitate ubi de non concupiscenda re pro-
D ximi præcipitur, etiam illud quod ad furtum per-
tinet contineri. Similiter etiam quęritur quid dif-
ferat quod dictum est: Non mœchaberis: ab eo q
paulopost dicitur: Non cõcupisces uxorem pro-
ximi tui. In eo quippe quod dictũ est, non mœcha
beris, poterat & illud intelligi: nisi forsitan in il-
lis duobus præceptis, non mœchandi, & non fu-
randi, ipsa opera notata sunt, in his uero extremis
ipsa concupiscentia: quæ tantum differunt, ut ali-
quando mœchetur qui non concupiscit uxorem
proximi, cũ alia aliqua causa illi misceatur: aliquan
do autem concupiscat nec ei misceatur, pœnam
timens: & hoc fortasse lex ostendere uoluit, quòd
utraq; peccata sint. Item quæri solet utrum mœ-
chiæ nomine etiã fornicatio teneatur. Hoc enim
Græcum

Græcum uerbũ eſt, quo iam ſcriptura utitur ꝓ La
μοιχός tino, Mœchos tamen Græci non niſi adulteros di A
cunt. Sed utiq; iſta lex nõ ſolis uiris in populo, ue
rũetiam fœminis data eſt. Neq; enim quia dictum
eſt: Non cõcupiſces uxorem proximi tui: nihilſi-
bi hic præceptũ debet putare fœmina, tanq; licite
poſſet concupiſcere uirum proximæ ſuæ. Si ergo
hoc ex illo quod uiro dictũ eſt, intelligiť, quãuis
nõ dictum ſit ꝙ etiam ad fœminã pertineat, quã-
to magis ex eo quod dictum eſt, non mœchabe-
ris, uterq; ſexus conſtringitur, cum & ipſum præ-
ceptum poteſt referri ad utrũq;, ſicut nõ occides,
non furaberis, & alia quæ ſimiliter non expreſſo
uno ſexu utriq; uideņť ſonare cõmuniter, Tamen
ubi unus exprimitur, honoratior utiq; exprimitur
id eſt maſculinus, ut ex hoc intelligat etiã fœmina
quid ſibi præceptũ ſit. Ac per hoc ſi fœmina mœ- B
chata eſt habẽs uirũ, concũbendo cum eo qui uir
eius non eſt, etiã ſi ille nõ habeat uxorem: etiã uir
mœchatus eſt habẽs uxorẽ, concũbendo cum ea
quę uxor eius nõ eſt, etiã ſi illa non habeat uirum.
Sed utrũ ſi faciat qui uxorem nõ habet, cũ fœmi-
na quę uirũ nõ habet, ambo pręcepti huius tranſ-
greſſione teneanť, merito quæritur. Si enim non
tenetur, nõ eſt prohibita in decalogo fornicatio,
ſed ſola mœchia, id eſt adulteriũ: ꝗuis omnis mœ
chia etiã fornicatio eſſe intelligitur, ſicut loquunť
Matt. 5 ſcripturæ. Dominus enim dicit in Euãgelio: Qui-
cunq; dimiſerit uxorem ſuã excepta cauſa fornica
tionis facit eã mœchari. Hoc utiq; fornicationem
appellauit, ſi cũ alio peccet quæ uirũ habet, quod
eſt mœchia, id eſt adulteriũ. Omis ergo mœchia
etiã fornicario in ſcripturis dicitur: Sed utrũ etiã C
omnis fornicatio mœchia dici poſſit, in eiſdẽ ſcri
pturis nõ mihi interim occurrit locutionis exem-
plũ: ſed ſi non omnis fornicatio etiã mœchia dici
poteſt, ubi ſit in decalogo ꝓhibita illa fornicatio
quã faciũt uiri qui uxores nõ habẽt, cum fœminis
quæ maritos non habẽt, utrũ inueniri poſſit, igno
ro. Sed ſi furti nomine bene intelligiť omnis illici
ta uſurpatio rei alienæ: non enim rapinã permiſit
qui furtũ prohibuit, ſed utiq; à parte totũ intelligi
uoluit, quicquid illicite rerũ proximi auferť: pro-
fecto & nomine mœchiæ omnis illicitus concubi
tus atq; illorũ membrorũ nõ legitimus uſus pro-
hibitus debet intelligi. Et quod dictum eſt, Non
occides: nõ putandũ eſt fieri cõtra hoc præceptũ
quãdo lex occidit uel occidi aliquẽ deus iubet. Il- D
le enim facit qui iubet, quando miniſteriũ negare
nõ licet. In eo etiã quod dictũ eſt, Falſum teſtimo-
nium nõ dices aduerſus proximũ tuum: quæri ſo-
let, utrum prohibitũ ſit omne mendaciũ: ne forte
nõ ſit hoc præceptũ aduerſus eos qui dicunt tunc
eſſe mentiendũ, quãdo iſtud mendacium prodeſt
alicui, & nihil obeſt ei cui mentiris. Tale quippe
nõ eſt aduerſus proximũ tuũ, ut ideo uideať hoc
addidiſſe ſcriptura, quæ poſſet breuiter dicere, fal
ſum teſtimoniũ nõ dices, ſicut dixit, non occides,
nõ mœchaberis, non furaberis. Sed hinc magna
quæſtio eſt, nec à feſtinãtib. cõmode explicari po
Pſal. 5 teſt quomõ accipiendũ ſit, Perdes omnes qui lo-

quũtur mendaciũ: &, Noli uelle mẽtiri omne mẽ- Eccli 2
A daciũ: & cætera huiuſmodi. Et omnis populus LXXII
uidebat uocẽ & lampades & uocẽ tubæ & mon-
tem fumantẽ. Solet quæri quomõ populus uide-
bat uocẽ, cum uox nõ ad uiſum, ſed potius ad au-
ditũ pertinere uideať. Sed ſicut dicitur, ſicut mo-
do dixi, uideať de omnib. quæ à me dicta ſunt, ſic
uidere ſolet pro generali ſenſu poni, non ſolũ cor
poris, uerũetiã animi: Vnde eſt illud, Cum uidiſſet Gen. 24
Iacob, quia ſunt eſcæ in Ægypto: unde utiq; ab-
ſens erat. Quanq; nõnulli uidere uocẽ nihil aliud
arbitrati ſunt eſſe ꝙ intelligere, qui uiſus mentis
eſt. Cũ uero hic breuiter dicẽdũ eſſet, ꝙ populus
uidebat uocẽ & lampades, & uocẽ tubæ ac mon-
tem fumantẽ, quæſtio maior oritur quomodo au
diebat lampades, & montẽ fumantẽ, quod perti-
B net ad ſenſum uidẽdi: Niſi quis dicat, nec tã breui-
ter dicendũ fuiſſe: ſed ut totũ diceretur, audiebat
uocem & uidebat lampades, & audiebat uocem
tubæ & uidebat montem fumantem. Duo quip-
pe genera uocis erãt: & de nubibus, ſicut tonitrua
& tuba, ſi tamẽ ipſam dixit uocẽ quæ de nubibus
ædebatur: ac ꝑ hoc melius in ijs quæ ad ſenſum au
diẽdi pertinebãt generalis ſenſus eſt poſitus, hoc
eſt uidẽdi, cũ breuiter totũ uellet ſcriptura cõple-
cti, ꝗ ut in ijs quæ pertinẽt ad uidẽdi ſenſum, ſub-
intelligeretur auditus: quo more loqui nos ſole-
mus. Nã uide qd ſonet, ſolemus dicere: audi quid
luceat, nõ ſolemus. Loquere tu nobis, & non lo LXXIII
quatur ad nos deus, ne quãdo moriamur. Multũ
& ſolide ſignificať ad uetus teſtamentũ timorẽ po
tius pertinere, ſicut ad nouũ dilectionẽ: quanquã
C & in uetere nouũ lateat, & in nouo uetus pateat.
Quomodo aũt tali populo tribuatur uidere uocẽ
dei, ſi hoc accipiendũ eſt intelligere, cũ ſibi loqui
timeãt ne moriãtur, nõ ſatis elucet. Et dixit eis LXXIIII
Moyſes, Conſtãtes eſtote, propterea enim uenit
deus ad uos tentare uos, ut ſit timor eius in uobis
ne peccetis. Sic illi cohibendi fuerant à peccatis,
utiq; timẽdo ne pœnas ſenſibiles paterentur, quia
nondũ poterant amare iuſtitiã: & in hoc erat eis
tentatio à domino qua probabanť, ut apparerent
cuiuſmodi eſſent: nõ ut deo noti fierent, quẽ non
latebat qualeſcũq; eſſent, ſed ut inter ſe ac ſibimet.
Multũ tamen iſtis terroribus Teſtamenti ueteris
differẽtia cõmendatur, quod etiam in Epiſtola ad
Hæbreos apertiſsime dictum eſt. Moyſes au- LXXV
D tem intrauit in nebulam ubi erat deus: id eſt ubi
expreſsiora fiebant ſigna quibus cognoſceretur
deus. Nã quomodo in nebula erat, cum cœli cœ-
lorũ non ſufficiãt, niſi quẽadmodũ nuſquã nõ eſt
qui in loco nullo deeſt. Nõ facietis uobis deos LXXVI
argenteos, & deos aureos non facietis uobiſipſis.
Repetiť quod in primo pręcepto inculcatũ eſt, et
ex dijs argẽteis & aureis utiq; omnia ſimulachra
intelliguntur, ſicut in illo etiã Pſalmo, Idola gen- Pſal. 113
tium argentũ & aurum. Quæ de ſeruo Hebræo LXXVII
præcipiũtur, ut ſex annos ſeruiat & dimittatur li- Exod. 21
ber gratis, ne ſerui Chriſtiani hoc flagitarẽt a do-
minis ſuis, Apoſtolica autoritas iubet ſeruos do-
minis ſuis eſſe ſubiectos, ne doctrina & nomẽ dei

blaſphe-

blaſphemet. Illud enim ex hoc ſatis cōſtat in my-
ſterio præceptū, quia & pertundi ſubula eius au-
tem ad poſtē pręcepit deus, qui libertatem illā re-
LXXVIII cuſaret. Si quis aūt uēdiderit filiā ſuā in famulā
nō abibit ita ut ancillæ recedūt: Quòd ſi non pla-
cuerit domino ſuo quā nō adnominauit eā, remu
nerabit eā: Genti aūt exterę non eſt dominus uē-
dere illā, quoniā ſpreuit in ea. Quod ſi filio adno-
minauerit eam, ſecundū iuſtificationem filiarū fa-
ciet ei. Quòd ſi aliā accipiet ei, quæ opus ſunt &
ueſtem & cōuerſationem eius nō fraudabit ei. Si
aūt tria hæc nō fecerit ei, exibit gratis ſine pretio.
Obſcuriſſimū locū inuſitatę locutiones fecerunt,
ita ut interpretes noſtri quemadmodū eū explica
rent penè nō inuenirent. In ipſo quoq; Græco elo
quio multū obſcurū eſt, quod hic dicitur. Tamen
quid uideat ut potero aperiā. Si quis autē, inquit,
B uendiderit filiā ſuā in famulam, id eſt, ut ſit famula
quam οἰκέτιν Gręci uocant, non abibit ita ut rece-
dunt ancillæ, intelligendū eſt, nō ſic recedet, quo-
modo recedunt ancillæ Hebrææ poſt ſex annos.
Eam quippe oportet etiā in fœminā Hebræam le
gem datā intelligi quæ ſeruat in maribus. Cur er-
go iſta nō ita recedet, niſi quia in illo famulatu in-
telligit humiliata q̄ ei ſe dominus miſcuerit? Hoc
enim in cōſequentibus utcūq; clareſcit. Sequitur
enim & dicit: Quòd ſi non placuerit domino ſuo
quā non adnominauit eā, id eſt, nō eam fecit uxo-
rem, remunerabit eā: hoc eſt quod ſupra dixit, nō
abibit ita ut recedūt ancillæ. Iuſtum eſt quippe eā
aliquid accipere pro eo q̄ humiliata eſt, quia non
ei ſe ita cōmiſcuit ut faceret uxorē: id eſt, ut adno-
C minaret eam ſibi. Hoc autē quod diximus, remu-
nerabit eam: quidā interpretes dixerunt, redimet
eam. Quòd ſi in Gręco dictū eſſet, ἐκλυτρώσεται ſcri
Pſal. 129 ptum eſſet, ſicut ſcriptū eſt: Et ipſe redimet Iſrael.
Nam & ἐκλυτρώσεται ſcriptum eſt. In hoc autem lo
co uocabulum ἐκλυτρώσεως legitur, ubi intelligit q̄
accipit magis aliquid, q̄ pretio datur ut redima-
tur. Quomodo enim dabit dominus eius ut redi-
mat, quam ipſe famulā poſſidet? Genti aūt exterę
nō eſt dominus uendere illam, quoniā ſpreuit in
ea: id eſt, nō quia ſpreuit in ea ideo dn̄s eſt uende-
re illā: id eſt, nō tantū ei dominabit, ut etiā exteræ
genti eā licite uendat. Hoc eſt aūt ſpreuit in ea, q̄d
eſt ſpreuit eam. Spreuit aūt eam, hoc eſt, humilia-
uit eā: id eſt, cōcumbēdo nec uxorē faciendo. Di-
D xit aūt Gręce ἠθέτησεν, quod nos diximus ſpreuit,
quo uerbo ſcriptura utitur apud Hieremiam: Si-
cut ſpernit mulier eū cui cōmiſcetur. Deinde ſe-
quitur & dicit: Quòd ſi filio adnominauerit eā, ſe-
cundū iuſtificationē filiarū faciet ei: Hic iam ape-
rire incipit quēadmodū ſupra dixerit, quā nō ad-
nominauit. Nā quid eſt aliud, ſi filio adnominaue
rit eā, niſi filio cōiunxerit eā uxorē: quandoquidē
dicit ſecundū iuſtificationē filiarū faciet ei, id eſt,
ut ſic tradat tanquā filiā, dotem ſcilicet apponens
ei. Deinde adiūgit: Quòd ſi aliā accipiet ei, id eſt,
nō iſtam depuerit uxorē filio ſuo, ſed ei aliam
accipiat, quæ opus ſunt & ueſtē & conuerſationē
eius nō fraudabit ei. Simili lege quæ competunt,

quoniā non manſit uxor filio eius, quēadmodum
A ei daret ſi eā ſibi nō adnominaſſet, & tamē cōcū-
bendo humiliaſſet. Quod aūt nos diximus, cōuer
ſationem nō fraudabit, Græcus habet ὁμιλίαν, id
eſt locutionē, quo nomine intelligit ſcriptura ho
neſtius appellare concubitū. Quid eſt aūt concu-
bitum nō fraudabit, niſi pro concubitu mercedē
dabit? Namq; apud Danielem cōtra Suſannā fal- Daniel 13
ſum teſtimoniū dicentes ſeniores: Venit, inquiūt,
ad eā adoleſcens qui erat in latenti abſcōditus, &
concubuit cū ea. Daniel aūt de hoc ipſo interro-
gans ait: Sub qua arbore uidiſti eos loquentes: q̄d
illi dixerant cōcubuit cum ea. Deinde alterum ar
guens atq; cōuincens dixit: Semē Chanaan & nō
Iuda, ſpecies delectauit te, & concupiſcentia euer
tit cor tuū: Sic enim faciebatis filiabus Iſrael, ſed il
læ timentes acquieſcebant uobis. Græcus aūt ha-
B bet ὡμιλοῦσαν ὑμῖν: quod poſſet Latine uerbum ex
uerbo dici, loquebantur uobis, quo ſignificaretur
concubitus. Nam ubi dicitur: Sub qua arbore cō-
prehendiſtis eos: Græcus habet, cōprehendiſtis
eos colloquentes inuicē: & illic ſignificatur con-
cubitus. Quod ergo de hac de qua agitur adiun-
git ſcriptura & dicit: Si aūt tria hæc non fecerit ei,
exibit gratis: hoc intelligitur, ſi eā ipſe concubitu
non humiliauerit, neq; filio ſuo coniunxerit, neq;
alia filio ſuo ducta iſtā eiecerit, abibit gratis: id eſt
ſufficiet ei nō teneri in ſeruitute. Abibit enim, ni-
hil accipiens ut ſeruus Hebræus: Non enim licet
domino eius copulare illā uiro nō Hebręo, quam
non licet exteræ genti tradi. Si aūt ſeruo Hebræo
eam copulauerit, hoc utiq; intelligitur, q̄ cum eo
C gratis exibit nequaquam à marito ſuo ſeparata.
Si quis percuſſerit aliquem & mortuus fuerit, LXXIX
morte moriat: Qui aūt nolēs, ſed deus tradidit in
manus eius, dabo tibi locū in quē fugiat: Quærit
hoc quomodo dictū ſit: Si aūt nolens, ſed deus tra
didit in manus eius: quaſi & ſi uolēs occiderit, poſ
ſet occidere, niſi deus traderet in manus eius. In-
telligit ergo tātūmodo deū feciſſe cū quiſq; occi-
dit à nolēte: & ꝓ hoc tantūmodo, quia deus id fe-
cit, dictū eſt, ſed deus tradidit in manus eius. Cum
uero uolēs, & ipſe occidit, & deus tradidit in ma-
nus eius: hoc ergo intereſt, q̄ illic tātū deus fecit:
hic aūt & deus & homo, ꝓpter uoluntatē facientis,
ſed nō fecit deus ut homo: Deus enī nō niſi iuſte,
homo aūt pœna dignus: nō quia illū occidit quē
D deus nollet occidi, ſed quia ꝑ iniquitatē. Nō enim
miniſteriū deo iubēti prębuit, ſed ſuæ malignę cu
piditati ſeruiuit. In uno igit eodēq; facto & deus
de occulta æquitate laudat, & homo de ꝓpria ini
quitate punit. Nō enim quia deus ꝓprio filio nō Rom. 8
pepercit, ſed pro nobis omnib. tradidit illum, ideo
Iudas excuſatus eſt, qui eūdem ad mortē tradidit
Chriſtum. Si aūt litigabunt duo uiri, & percuſ- LXXX
ſerit quis mulierē fœtū in utero habentē, & exie-
rit infans eius nondū formatus, detrimentū patie-
tur quantū indixerit uir mulieris, & dabit cum po
ſtulatione. Mihi uidet ſignificationis alicuius cau
ſa dici hæc, magis q̄ ſcripturam circa huiuſmodi
facta occupatam: Nam ſi illud attenderet, ne pręg-
gnans

gnans mulier percuſſa in abortũ cõpelleretur:nõ
A poneret duos litigantes uiros,cũ poſſit & ab uno
hoc admitti,qui cum ipſa muliere litigauerit, uel
etiam nõ litigauerit,ſed alienæ poſteritati nocere
uolẽdo id fecerit.Quod uero nõ formatũ puerpe-
riũ noluit ad homicidiũ pertinere,ꝑfecto nec ho-
minẽ deputauit quod tale in utero geriť. Hic de
anima quæſtio ſolet agitari, utrũ quod formatum
nõ eſt,nec animatũ quidẽ poſſit intelligi, & ideo
nõ ſit homicidiũ,quia nec exanimatũ dici poteſt,
ſi adhuc animã nõ habebat.Sequiť enim & dicit:
Si autem formatũ fuerit, dabit animã pro anima.
Vbi quid aliud intelligitur, niſi & ipſe morietur?
Nã hoc & in cęteris ex hac occaſione iã pręcepit:
Oculũ pro oculo,dentẽ pro dente,manũ pro ma-
nu,pedẽ pro pede,cõbuſtionem pro cõbuſtione,
B uulnus pro uulnere,liuorẽ pro liuore:talionis ui-
delicet æquitate.Quæ lex ideo cõſtituit, ut demõ
ſtraret quæ uindicta debeatur.Niſi enim per legẽ
ſciretur quid uindictę deberetur,unde ſcireť quid
Matt.6 uenia relaxaret,ut dici poſſet, dimitte nobis debi
ta noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus no-
ſtris? Debitores igitur lege monſtrantur,ut appa-
reat quid dimittať quãdo ignoſciť.Neq; enim de
bita dimitteremus, niſi quid nobis debereť, lege
indice diceremus. Si ergo illud informe puerpe-
riũ iam quidẽ fuerit,ſed adhuc quodãmodo infor
miter animatũ, quoniã magna de anima quæſtio
nõ eſt præcipitãda indiſcuſſa temeritate ſentẽtiæ,
ideo lex noluit ad homicidiũ pertinere: quia nõ-
dum dici poteſt anima uiua in eo corpore q̃d ſen-
C ſu caret,ſi talis eſt in carne nondũ formata,& ideo
nondum ſenſibus prædita.Quod aũt dixit:Et da-
bit cũ poſtulatione quod maritus mulieri informi
excluſo dandũ conſtituerit,nõ eſt in prõptu intel
ligere.Ad animã quippe,q̃d Grecus habet,pluri-
bus modis intelligiť, & tolerabilius cum poſtula-
tione dictũ eſt, q̃ ſi aliud diceret. Fortaſſis enim
poſtulabit,ut de eo modo deo ſatisfaciat, etiam ſi
LXXXI maritus mulieris nõ expetat. Si aũt cornu per-
cuſſerit taurus uirũ aut mulierẽ & mortuus fuerit,
lapidib.lapidabiť taurus,& non manducabuntur
carnes eius,dominus aũt innocẽs erit. Ad iuſtitiã
pertinet,ut animal hominib.noxiũ perimatur, &
quod de tauro poſitũ eſt, à parte totũ intelligẽdũ
eſt,quicquid de pecorib.uſu humano ſubditũ in-
D feſtũ eſt hominibus.Sed ſi neceſſe eſt occidi,num-
quid lapidari? Quid intereſt eñ animal quod au-
ferendũ eſt qua morte auferať? Deinde quod ad-
didit carnib.eius nõ eſſe ueſcendũ, quò pertinet,
niſi omnia iſta ſignificẽt aliud, quod ſcriptura ma-
LXXXII xime ſolet intueri. Si aũt cornu percuſſerit ali-
cuius taurus taurũ proximi & mortuus fuerit,uen
dẽt taurũ uiuũ & partientur preciũ eius, & taurus
qui mortuus fuerit diſpertieť.Nũquid in ſolo tau-
ro hæc iuſtificatio ſeruanda eſt,& nõ de omni pe-
core in tali caſu? Proinde à parte totũ in hoc intel
ligendum eſt:ſed hoc de carnib.occiſi pecoris fie-
LXXXIII ri nõ poteſt,quæ non ueſcunť. Quę iuſtificatio
Exod.22 eſt, ut pro uitulo uno quinq; reddantur, pro oue
autẽ quatuor,niſi aliquid ſignificare intelligatur?

Si aũt perfodiẽs inuẽtus fuerit fur & percuſſus LXXXIIII
A mortuus fuerit,non eſt illi homicidiũ:Si aũt orieť
ſol ſuper eũ,reus eſt,& morte morietur. Intelligiť
ergo tũc nõ pertinere ad homicidiũ,ſi fur noctur-
nus occiditur:ſi autẽ diurnus, pertinere. Hoc eſt
enim quod ait:Si orieť ſuper eũ ſol.Poterat quip-
pe diſcerni ꝙ ad furandũ, nõ ad occidendum ue-
niſſet,& ideo non deberet occidi.Hoc & in legi- ff.ad l.Aquil. leg.iiij.
bus antiquis ſecularibus, quibus tamẽ iſta eſt an-
tiquior,inuenitur: impune occidi nocturnũ furẽ
quoquo modo,diurnũ aũt ſi ſe cum telo defende
rit:iam enim plus eſt q̃ fur. Quid eſt qui periu- LXXXV
rio cõuictus fuerit per deum, reſtituet duplo, niſi
quia uult deus aliquando ſigno dato prodere pe-
ierantem? Deos nõ maledices.Quæriť quos di LXXXVI
xerit deos,utrũ principes qui iudicant populũ, ſi-
B cut dictũ eſt de Moyſe, ꝙ datus fuerat deus Pha- Exod.7
raoni:ut per expoſitionẽ dictũ ſit quod ſequiť, ue
lut oſtendẽdo quos dixerit deos,ubi ait:Et princi
pẽ populi tui nõ maledices:quod Græcus habet,
nõ dices male.An ſecũdũ illud accipiendũ, quod
Apoſtolus ait:Nam etſi ſunt qui dicunť dij,ſiue in 1 Cor.8
cœlo ſiue in terra,ſicuti ſunt dij multi & dñi mul-
ti:addendo enim,ſicuti ſunt, deos intelligi uoluit
qui digne etiã dicunť:ita ſane ut λατρεία quæ diciť
Græce,& interpretať Latine ſeruitus, ſed ea quæ
ad religionẽ pertinere intelligiť,nõ debeatur niſi
uni deo uero qui nobis eſt deus:Illi aũt qui dicunť
dij,etiamſi qui ſunt qui merito dicunť, prohibiti
ſunt maledici,non iuſſi ſunt ſacrificijs uel ullis la-
triæ obſequijs honorari. Nõ eris cũ pluribus in LXXXVII
C malitia.Ne ſe inde quiſq; defendat,quia cum plu- Exod.23
ribus fecit,aut ideo nõ putet eſſe peccatum. Et LXXXVIII
pauperis non miſereberis in iudicio.Niſi addidiſ-
ſet,in iudicio:magna eſſet quæſtio.Sed intelligen
dũ eſſet etiã ſi ſcriptũ nõ eſſet. Supra eñ dixerat,
Nõ apponeris cũ multitudine,cũ plurib.ut decli-
nes iudiciũ:ac ꝑ hoc & pauperis nõ miſereberis:
poſſet intelligi,in iudicio.Sed cum additũ eſt,nul
la quæſtio eſt hoc eſſe præceptũ,ne forte cũ iudi-
camus uideamus iuſtitiã eſſe pro diuite cõtra pau
perẽ,& nobis recte facere uideamur ſi cõtra iuſti
tiam pauperi faueamus cauſa miſericordię. Bona
eſt ergo miſericordia,ſed nõ debet eſſe cõtra iudi
ciũ.Iudiciũ ſanè illud appellat ſcriptura, quod iu-
ſtum eſt. Ne quis autem propter iſtam ſentẽtiam
D deũ putaret miſericordiã prohibere,quod ſequi-
tur opportuniſſime ſequitur.Si autem obuiaueris
boui inimici tui,aut ſubiugali eius errantibus, re-
ducens reddes ei, ut ſcias non te prohibitũ facere
miſericordiã.Fac eam erga inimicos tuos, cũ po-
teſtas eſt à iudicando libera:non enim cum redu-
cis errantẽ bouem inimici tui & reddis, inter ali-
quos iudex reſides. Sex annis ſeminabis terrã LXXXIX
tuam,& colliges fructum eius:ſeptimo autẽ anno
ſemiſſionem facies,& requiem dabis illi: & edent
pauperes gentis tuæ,quę aũt ſuperabunt edent fe
ræ beſtiæ:Sic facies uineã tuam & oliuetum tuũ.
Quæri poteſt quid colligant pauperes,ſi ſeptimo
anno ita parcit terræ, ut nec ſeminetur quidem?
Non enim ad uineã & oliuetũ pertinet quod di-

ctum est: Edent pauperes gentis tuę, quia de terra
nō seminata nihil possunt sumere ubi segetes na- A
sci nō possunt: De uinea enim & oliueto postea di
cit similiter esse faciendū: ac per hoc illud de aruis
intelligit̃ quæ frumentis seruiūt. An sic accipien-
dum: Sex annis seminabis terrā tuam, & colliges
fructum eius: hoc est sex annis seminabis & colli-
ges, septimo uero nō colliges: ut intelligatur semi
nabis, etiā si dictū nō est: ut ad sex annos semina-
re & colligere pertineat, ad septimū uero dimitte-
re quod fuerit seminatū. Nam quid inde habebūt
pauperes, quorū residuum etiā feris bestijs dedit,
eis uidelicet quæ illis frugibus uesci possint, sicut
sunt apri, & cerui, & si quid huiusmodi? Quod ta-
men nō diceretur nisi alicuius significationis gra-
tia. Nā si quod attinet ad præcepta quæ hominib. B
data sunt, de bobus cura nō est deo: quod non sic
intelligit̃ tanquam non ipse pascat ea, quæ nec semi-
nāt, nec metunt, neque cōgregāt in horreū: sed quia
ei curæ nō est præcepto monere hominē quomo
do boui suo cōsulat: quāto minus ei cura est de fe-
ris bestijs pręcipere, quomō illis ab hominib. con
sulat̃, cū eas ipse pascat diuitijs naturæ usquequaque
fructiferæ, qui eas etiam per alios sex annos pascit
XC cū colligunt̃ quę seminantur. Nō coques agnū
Exo.23 in lacte matris suæ. Quomodo intelligatur ad uer
borum proprietatē nescio utrū possit reperiri. Si
enim alicuius significationis causa ꝓhibitū accipia-
mus, agnum in lacte coqui, nullus usus est ita co-
quēdi. Si aūt in diebus quibus lactat̃, quis hoc ha
buit unquā Iudęorū in obseruatione, ut agnū non C
coqueret, nisi cū desisteret sugere? Quid est autē
in lacte matris suæ, quasi posset, etiā si hoc intelli-
geretur, sine huius præcepti trāsgressione coqui,
si eo nato mortua matre eius, ab oue alia lactaret̃?
cū alicuius profecto rei significādæ causa esse præ
ceptū nemo ambigat. Sed etiam illa quæ possunt
obseruantia factitari, non sine causa ita præcepta
sunt, significāt enim aliquid. Hoc uero quomō ob-
seruet̃ ad proprietatē uerborū aut nō est, aut non
elucet: Intellectum tamē de Christo approbo, quod
hac ꝓphetia prędictus est, nō occidēdus à Iudæis
infans, quando Herodes quærens eū ut occideret
nō inuenit, ut coques quod dictū est, pertineat ad
ignē passionis, hoc est, tribulationē. Vnde dicit̃,
Eccl.27 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos ten-
tatio tribulationis. Quia ergo non est tunc infans D
passus, cū quærente Herode huiusmodi periculū
imminere uideretur, prædictū est his uerbis. Non
coques agnū in lacte matris suæ. Illud quoque forsi
tan nō absurdū est, quod alij dicunt, id esse præce-
ptum per Prophetā, ne se boni Israelitæ sociarent
malis Iudæis, à quibus Christus passus est tanquā
agnus in lacte matris suæ: id est, eo tempore quo
cōceptus est. Dicūtur enim fœminæ ex quo cōce
perint lac colligere: illo nanque mense passum esse
Christū, et paschæ obseruatio, & dies ecclesiæ no
tissimus natiuitatis eius ostēdit. Qui enim mense
nono natus est octauo calēdas Ianuarias, ꝑfecto
mēse primo conceptus est circa octauū calendas
Aprilis, quod tempus etiam passionis eius fuit in
lacte matris suæ, hoc est in dieb. matris suæ. Ec- XCI
A ce ego mitto angelū meū ante faciē tuam, ut ser-
uet te in uia, & inducat te in terrā quā paraui tibi.
Attēde tibi & exaudi eū, ne non credas illi: nihil
enim subtrahet tibi, nomen enim meum est super
eum. Hoc de illo nimirū intelligitur cui nomē mu
tatū est ut Israel uocaret̃, ipse quippe introduxit
populum in terrā promissionis. Et seruies do- XCII
mino deo tuo ut benedicā panem tuū, & uinum
tuū, & aquam tuā, & auertam infirmitatē à uobis.
Nō erit qui nō generet, neque sterilis super terram
tuam. Numerū dierum tuorū replebo, & timorē
mittam qui te antecedat, & amentes faciā omnes
gentes ad quas tu intrabis: & cætera. Quāuis istæ
promissiones possint & spiritaliter intelligi, ta-
B men cum secundū temporalē hominū felicitatem
intelliguntur, ad uetus testamentū pertinent: ubi
quanquam præcepta, exceptis his quæ in sacramēto
aliquid significāt, eadē ad mores bonos pertinen-
tia reperiantur, promissiones tamen carnales atque
terrenæ sunt. Vnde in psalmo lxxij. penè lapsos
& effusos gressus suos homo dei dicit, cum zela-
rer in peccatoribus, pacē peccatorum intuens. Ea
quippe cernebat abūdare impijs, quæ ipse secun-
dum testamentū uetus expectabat à dño deo, cui
hac mercede seruiebat. Et cum hinc ei subrepere
cœpisset sensus impius, quod deū nō curare existima
ret humana, correptū se dicit, dum autoritatē san-
ctorum nō est ausus improbare, et incœpit cogno
scere, & ait: Hoc labor est ante me donec introeā
C in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. Ibi
enim pręmia dabuntur ad nouū pertinentia testa
mentum, quæ impij nō accipient: & pœnæ tūc fu
turæ sunt impiorū, quas nullus piorū sensurus est.
Et mittā uespas ante te, & ejciam Amorræos, XCIII
Euæos, Chananæos, & Ethæos. Quærit̃ de istis
bestijs quid intelligendū sit? Nā & promittit hoc
deus & liber Sapientiæ dicit impletum, ubi ait, Et Sap.12
misit antecessores exercitus sui uespas. Non autē
legimus factū, neque Moysi temporibus, neque sub
Iesu Naue, neque sub iudicibus, neque sub regibus.
Ac per hoc uespæ istæ aculei timoris intelligēdæ
sunt fortasse, quibus agitabantur memoratæ gen-
tes ut cederent filijs Israel. Deus enim loquit̃, in
cuius sermone si figurate aliquid dicatur quod ad
proprietatē non sit impletū, non impedit historiæ
D fidem, in qua perspicitur ueritas narrationis. Sicut
nec Euangelistarum narratio secundum proprie-
tatem impeditur, si aliquid à Christo dicitur figu-
rate. Si seruieris dijs eorum, erunt tibi offendi- XCIIII
culū. Hic Græcus δουλείας habet, non λατρείας.
Vnde intelligitur, quia & δουλεία debetur deo
tāquam domino, λατρεία uero non nisi deo tanquam
deo. Et Moysi dixit, Ascēde ad dominum tu & XCV
Aaron & Nadab & Abiud, & septuaginta senio- Exod.24
rum Israel: & adorabunt à longe dominum: & ac
ceder Moyses solus ad dominum, ipsi autem non
accedent: populus autē non ascēdet cum illis. In-
troiuit ergo Moyses et narrauit populo omnia
uerba dei & iustificationes. Respondit aūt omnis
populus uoce una dicentes, Omnia uerba quæ lo
cutus

cutus est dominus faciemus & audiemus. Vsq; ad
hunc locũ scripturæ, iustificationes intelliguntur A
quæ datæ sunt populo ad obseruandũ. Incipiunt
aũt quantũ ipsa scripturæ uerba indicãt, unde boc
nomen iustificationũ exortũ est, ab illo seruo He-
bræo cui auris ad postẽ pertundit. In quibus om-
nibus iustificationibus considerandũ est, quæ in-
de ad agendam uitã & morũ bonorũ conseruatio
nem duci possint. Multa quippe in eis sacramen-
ta sunt significantia potius aliquid quàm uitã no-
strã instructia. Iustificationes sanè Latini interpre
tes eas esse dixerũt, quæ Græci δικαιώματα appel
XCVI lant. Notandũ est, quod iterum populus ita re-
spondet, Omnia uerba quæ locutus est dñs facie-
mus & audiemus: cũ uideat ordo postulare, ut di-
ceret, audiemus & faciemus. Sed mirũ nisi aliquis
sensus hic latet. Nam si audiemus, pro eo positum
est, q̃d est intelligemus, prius oportet uerbis dei
reddere faciẽdi seruitutẽ, ut ad intelligentiã earũ B
rerũ quæ ipso præcipiẽte fiũt, merito deuotionis,
qua nõ contemptę sed factę sunt, ipse pducat. Sed
uidendũ est utrũ iste populus illi filio similis inue
Mat. 21 niat qui patri iubẽti dixit, Ibo in uineã, & non ijt.
Gẽtes enim quæ dominũ penitus contempserũt,
postea per unius obediẽtiã iustificatæ quæ nõ se-
XCVII ctabant iustitiã apprehẽderunt iustitiã. Notan
dum ergo quod Moyses ædificauit altare sub mõ
te, & duodecim lapides, & in duodecim tribus Is-
rael. Intelligit enim ex duodecim lapidibus alta-
re ędificatũ significasse ipsum populum esse altare
XCVIII dei, sicut est tẽplũ dei. Et immolauerũt hostiã sa
lutaris deo. Non dixit hostiã salutarẽ, sed hostiã sa
lutaris, quod Græcus habet σωτηρίου uel σωτηρίας.
Psal. 115 Vnde & in psalmo, Calicẽ, inquit, salutaris accipi C
am: nõ dixit calicẽ salutarẽ. Vbi uidendum est, ne
Lucæ 2 forte ille significet de quo dixit Simeon, Quoniã
uiderunt oculi mei salutare tuum. Hũc eñ & Psal
Psal. 95 mus cõmendat, ubi legit, Bene nunciate diem ex
die salutare eius. Quid est enim aliud si diligẽtius
attẽdamus, quod ait diem ex die, nisi lumen ex lu-
mine, boc est deum ex deo, quod est unigenitus fi
XCIX lius? Sumẽs aũt Moyses dimidiã partẽ sangui-
nis, infudit in craterem, & partem reliquam san-
guinis infudit ad altare: & accipiẽs librũ testamẽ-
ti recitauit in aures populi. Notãdũ est nũc primũ
sacrificasse Moysen euidẽter scripturã dicere, ex
quo ex Ægypto eductus est populus. Primo eñ
de Iethro dictũ erat socero eius, quãuis cũ aliqua
Exod. 18 ambiguitate, q immolauerit deo. Et aduertendũ D
librũ testamẽti cũ sanguine hostiæ recitari, in quo
libro istas iustificatiões cõscriptas debeamus acci
pere, Nam decalogũ legis in tabulis lapideis fuis-
C se cõscriptũ postea manifestũ est. Et dixerũt. O-
mnia quæcũq; locutus est dñs, faciemus & audie-
CI mus. Non aliter respondent ecce iam tertio. Et
ascẽdit Moyses & Aarõ & Nadab & Abiud & se
ptuaginta seniorũ Israel, & uiderũt locũ ubi stete-
rat ibi deus Israel. Cõstat inter eos qui recte intel-
ligũt, nullo deũ cõtineri loco, nec aliquo uelut si-
tu corporis mẽbra ponere, sicuti est nostri corpo-
ris situs, sedere, iacere, stare, & siquid huiusmodi

est. Hęc eñ sunt nisi corporũ, deus aũt spiritus est.
A Quod aũt se ostẽdit specie corporali uel signis cor
poraliter expressis, nõ substãtia eius apparet qua
est ipse quod est, sed assumptio formarũ uisibiliũ
eius omnipotentiæ subiacet. Et de electis Israel CII
nõ dissonuit nec unus, & apparuerunt in loco dei,
& manducauerũt & biberunt. Quis dubitet illos
q̃s nominatim expressit, et septuaginta seniores
nunc appellatos electos Israel, qui proculdubio
personã gerebãt eorum qui electi sunt in populo
dei. Nõ eñ omniũ est fides, Et nouit dñs qui sunt 2 Thes. 3
eius. In magna aũt domo sunt alia uasa in honorẽ,
alia in cõtumeliã. Quoniã ergo quos ante pręsci- Rom. 8
uit, & prædestinauit: quos aũt prædestinauit, illos
& uocauit: quos aũt uocauit, ipsos & iustificauit:
quos autẽ iustificauit, ipsos & glorificauit: profe-
cto de electis Israel nõ dissonuit nec unus. Signifi
cat aũt in quaternario numero in Moyse & Aarõ
B & Nadab & Abiud, ꝓpter quatuor Euãgelistas,
& totius orbis qui in quatuor partes diuidit pro-
missionẽ, & septuaginta de seniorib. Israel nume-
ro scilicet septenario decuplato, q ꝑtinẽt ad signi-
ficãdũ spũmsanctũ. Saphiro aũt significat uita cœ
lestis, maxime quia dictũ est, Sicut aspectus firma
mẽti, Firmamẽtũ aũt cœlũ appellari quis nesciat?
Et forma lateris in eodem saphiro quadraturã ip-
sam, uel stabilitatẽ, uel eiusdẽ quaternarij numeri
sacramentũ figurat. Quod aũt manducãt & bibũt
in loco dei, suauitatẽ saturitatẽq; pręfigurat uel si-
gnificat in illo regno æternitatis. Beati eñ qui esu Matt. 5
riunt & sitiũt iustitiã, quoniã ipsi saturabunt. Vn- Luc. 6
de & dñs dicit uenturos multos, quos utique nisi
electos, præscitos, prædestinatos, uocatos, iustifi-
C catos, glorificatos, & recubituros cum Abraham Mat. 8
& Isaac & Iacob in regno cœlorũ? Nã et alio loco
ipse hoc promittit fidelibus suis, quod faciat eos Luc. 14
recumbere, & trãseat & ministret eis. Quid sibi CIII
uult quod Iesus Naue nõ commemoratus in illis
quatuor subito cũ Moyse apparet, & cũ illo ascẽ-
dit in montẽ ad accipiẽdas tabulas legis: & subito
rursus idẽ Iesus absconditur, id est, tacet: & Moyses
accepit legẽ in duabus tabulis, & cum eo iterum
apparet. An forte significat nouũ testamentũ no-
mine Iesu & absconditũ esse in lege, & aliquando
apparere intelligentibus? Quod uero Iesus iã uo-
catur, cũ in libro numerorũ quãdo id nomẽ acce-
perit scriptura testat, quod iam prope esset ut ter-
D ram promissionis intrarẽt, per prolepsim, hoc est,
per præoccupationem anticipat scriptura quod
postea factũ est. Omnia quippe ista posteaquã fa-
cta sunt, scripta sunt, ac per hoc quãdo factum est
quõ cõmemoratur, nondum uocabatur Iesus, sed
quando scriptũ est iam hoc uocabatur. Et facies CIIII
in ea cymatia aurea uersatilia in circuitu. Cyma- Exod. 25
tia dixit quæ in quadratura extãt per quatuor par
tes, sicut mensę quadræ fieri solent. Nec quod ait
uersatilia, mobilia debemus accipere. Fixa sunt e-
nim, sicut dixi mẽsas habere solitas: sed uersatilia
dixit, tortilia, quę Gręce uocant στρεπτά: uel canali
bus sicut sunt colũnæ tortiles: aut implicatis dua-
bus uirgulis in modũ restis, sicut etiã torques fieri
g 4 solent

solent. Quod aūt ait, Et fabricabis illi quatuor annulos aureos, & impones super quatuor latera ar A
cæ, duos annulos in latere uno, & duos annulos in latere altero, ad quatuor angulos occurrūt qua tuor annuli singuli in singulis, & p singulorū nūerū fit, ut quod in duobus laterib. ponit, etiā in omnibus quatuor ponat. Vnus em angulus duobus laterib. cōmunis est: alioquin nō occurrit, ut bini annuli ponant per quatuor latera cū sint quatuor annuli: octo quippe esse debuerunt, si aliter intelligimus q̄ quod dixi fieri numero angulorū. Ad hoc em annuli in angulis ponunt, quod inducant supportatoria uel gestatoria quibus arca quatuor
CV hominibus hinc atq; inde portet. Propitiatoriū ad quid dicat superimponendū super arcā quæri solet: sed cum aureū fieri iubeat, eiusq; longitudinem & latitudinē tantam exprimat, quanta & ip- B
sius arcę dicta est, procul dubio uelut tabulam aureā tantæ formę fieri præcepit qua tegeret arca: ita ut in ipso propitiatorio essent duo Cherubin, hinc atq; inde alterutrū attendentes: ita ut uultus eorū in propitiatoriū essent, & pennis suis obūbrarent propitiatoriū, quod magnū est sacramentū. Aurū quippe significat sapientiam, arca significat secretum dei. In arca iussa sunt poni lex, et māna, & uirga Aaron. In lege præcepta sunt, uirga potestatē significat, māna gratiā, quia nisi cū gratia non est potestas præcepta faciendi. Verūtamen quia lex à quouis proficiente nō ex omni parte complet, propitiatoriū est desuper. Ad hoc enim opus est ut propitius sit deus, & ideo desup ponit, quia super exaltat misericordia iudicio. Duo uero Cherubin C
pēnis suis obumbrāt propitiatoriū, id est, honorāt uelando, quoniā mysteria ista ibi sunt: & inuicem se attendūt, quia consonant, duo quippe ibi testamenta figurātur. Et uultus eorū sunt in propitiatorium, quia misericordiā dñi, in qua una spes est, ualde cōmendant. Deniq; hinc se promisit locuturum deus ad Moysen de medio Cherubin desursum propitiatorij. Porrò si creatura ratiōalis in multitudine sciētiæ, quoniā hanc interpretationē habent Cherubin, duobus ipsis animalib. significat: ideo duo sunt, ut societatē charitatis cōmendent: ideo pēnis suis propitiatoriū obūbrāt, quia deo nō sibi tribuāt pēnas suas, id est, deū honorāt uirtutibus quibus præstāt: & uultus eorū nō sunt nisi in propitiatoriū, quia cuicūq; perfectui ad multitudi- D
CVI nem sciētiæ spes non erit, nisi in dei misericordia.
Quod ait, Erūt annuli in thecis supportatorijs ad tollendā mēsam: hoc intelligendū est, q̄ annuli essent uelut thecæ supportatoriæ, id est, quo supportatoria tanq̄ in thecas inducant. Erūt quippe in thecis: ita dictū est tanq̄ diceret, erūt pro thecis.
CVII Decē aulæorū iubet fieri tabernaculū, cum sit
Exod. 26 decalogus legis. Aulæa uero significāt latitudinē,
Rom. 13 propter facilitatē. Charitas quippe plenitudo legis est: & nō nisi charitati sunt præcepta facilia, unde
Psal. 117 ipsa dilatio cōmendat cum dicit, Dilatasti gressus meos subtus me, & nō sunt infirmata uestigia mea. Sed quoniā ista dilatatio per gratiam fit dei:
Rom. 5 charitas enim diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos sed per spiritūsanctū qui datus est nobis: ideo hic mystice ipse numerus etiā cōmendatur, qui pertinet etiā ad spiritūsanctū per quē lex possit impleri. Dicit enim aulæū longitudinē debere habere in cubitis uigintiocto. Iste aūt numerus, quia per septenariū diuidendus est, significauit, cum dicit latitudinē auleæ in cubitis quatuor, Quater enim septē fiunt uigintiocto. Et est etiam iste numerus pfectus, quia sicut senarius suis partibus cōstat. Quod uero tam sępe dicit, Cherubin facies ea opere textoris: quid aliud quàm in his omnibus multitudinē scientiæ cōmendat, quod interpretatur Cherubin. Et facies uela capillacia CVIII
operire super tabernaculum. Vndecim facies ea, Quę capillacia uela sunt, id est, Cilicina, undecim dicuntur esse. In peccatis quippe transgresio est. Trāsgresio uero undenario numero significatur quoniā transgreditur denarium, id est, legē: ideo ipsa undecim per septenariū multiplicata, faciunt septuaginta septē. Vbi significauit dominus uniuersam remisionē peccatorum dicēs, Nō solum Mat. 18
septies, uerumetiā septuagiesseptiesæquot genera tiones reperiunt, cum Lucas à baptismo domini Luc. 3
enumerās sursum uersus ascendit & peruenit per Adā usq; ad deū. Ad hoc enim fit significatio peccatorū in his uelis, ut per cōfesionē exprimātur, & per gratiā quæ data est Ecclesiæ aboleant, hoc est tegātur. Vnde dicitur, Beati quorum remissæ Psal. 31
sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Deinde iubet ea uela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries aūt rubricatus, cui non occurrat Christus passiōe cruentatus? Significātur his etiā martyres sancti, quorū oratiōibus propitiat deus peccatis populi sui. Ipsis deniq; supiaciunt pelles hyacinthinæ, ut significet uita æterna uiriditate tanquā uigore perpetuo. Facies duos anconiscos CIX
columnæ uni cōsistentes ex aduerso, hoc est, unū hinc, & unū inde de lateribus colunæ: anconiscos aūt dicit, quos uulgo uocamus ancones, sicut sunt in colūnis cellarū uinariarū quibus incumbūt ligna quæ cupas ferūt. Ducta est aūt similitudo uerbi à cubitis ubi flectūtur manus, quibus incūbunt recumbētes, qui Græce ἀγκῶνες uocātur. Bases CX
colūnarum duas uni. Bases nō eas tātum uidet dicere scriptura quibus columnæ ab imo fulciūtur, sed etiā supiores quæ capitella nos dicimus. Ideo dicit duas bases colūnæ uni in ambas partes eius. Nam quæ sunt ambæ partes, nisi inferior & superior? Quod octo colūnas & bases earū sedecim CXI
secundū supradictā rationē à posterioribus tabernaculi scriptura dicit cū superius sex dixerit, intelligitur annumeratis duabus angularib. octo fieri.
Et diuidet uobis uelamen inter mediū sanctū, CXII
& inter mediū sanctūsanctorū: id est, ut inter sanctū & sanctūsanctorū sit hoc uelamē de quo nūc loquit, in quatuor colūnis extētum, De hac differētia inter sanctū & sanctūsanctorū ad Hebræos Heb. 9
epistola loquitur, quia ubi arca testimonij, ibi sanctumsanctorū, hoc est, intus intra uelum: foris aūt mēsa & candelabrū, & cætera quæ pauloante dixit quemadmodū fierent, sancta dicta sunt, & nō sancta-

ſanctaſanctorũ. Et ſignificaẽ foris uetus teſtamen
tum, intus aũt & nouũ, cũ ſit utrũq; in lectiõe uete
ris teſtamenti, & expreſſum operibus, & ſignifica
tione figuratũ. Ac ꝑ hoc in ſanctis figura figuræ,
quia figura eſt ueteris teſtamẽti: in ſanctis aũt ſan-
ctorũ figura eſt ipſius ueritatis, quia figura eſt no-
ui teſtamẽti. Totũ quippe uetus teſtamentũ in his
rebus & celebrationibus, quæ ita obſeruãda præci
CXIII piunẽ, figura eſt. De altari quæriẽ quõ tribus cu
Exod. 27 bitis altũ eſſe uoluerit, cũ tanta fere ſit ſtaturę ho-
minis altitudo. Quõ ergo miniſtrabaẽ altari, cum
gradus habere altare alio loco ꝓhibeat? Ne pudẽ
da, inquit, tua reueles ſuꝑ illud. Sed illud dicebat
de altari quod terra uel lapidibus cõſtruẽdũ eſſet,
ubi gradus ipſi coædificati ad corpus altaris utiq;
ꝑtinerẽt: nũc uero de tabulis fieri altare præcepit,
quo ſi apponereẽ ad horã adminiſtratiõis aliquid
ubi ſtaret miniſter altaris, & ꝑacto miniſterio tol-
lereẽ, ad corpus altaris nõ utiq; pertineret. Itẽ quæ
ritur quõ ſuper altare ligneũ ſacrificiũ quod infe-
rebaẽ poſſet incẽdi, præſertim q̃a concauũ fieri iu
bet & craticulam deponi uſq; ad mediũ eius, id eſt
mediũ cõcauitatis eius, opere factũ reticulato. An
quoniã dixit, Et facies cornua in quatuor angu-
los, ex ſeipſo erũt cornua & teges illa ęramẽto: nõ
ad ſola cornua referendũ eſt quod ait, teges illa ę-
ramẽto, ſed ad omnia de quibus loquebaẽ de alta
CXIIII ri fabricãdo præcipiẽs. Et tu loquere omnib. ſa
Exod. 28 pientibus mente quos repleui ſpiritu intellectus,
αἰσθήσεως quidẽ Græcus habet, quem Latine ſen-
ſum, nõ intellectũ dicere ſolemus. Sed ſcriptura
de ſenſu interiore quẽ intellectũ uocamus, ſic loq
Heb. 5 ſolet, ſicut ad Hebræos, Perfectorũ eſt aũt ſolidus
cibus, eorũ qui per habitũ exercitatos habẽt ſen-
ſus ad diſcernẽdũ bonũ & malũ. Ibi eñ q̃d poſuit
ſenſus, Gręcus habet αἰσθήσεις. Quẽ ergo iſtũ ſpũm,
niſi ſpiritũſanctũ debemus accipe? Et ſtolas quas
faciet, pectoralẽ, humeralẽ, & tunicã talarem, &
tunicã cum cornibus. Has appellatas ſtolas eſſe &
cætera, cũ ſuperius unam ſtolam faciendã propo-
ſuiſſet, notandũ eſt. Tunicam uero cum cornibus,
honeſtius putarunt Latini interpretes dici, quàm
ſi dicerẽt cum cirris, qui bene diſpoſiti ornamẽto
CXV eſſe ueſtibus ſolent. Aſpidiſcas in ueſte ſacerdo
tali quas dicat, utrũ ſcutulas, quæ à ſcuto Latine
appellanẽ, quia & Græci ſcutũ ἀσπίδα appellãt.
An uero aſpidiſcas propter diligentem colligan-
tiam dicit ab aſpide ſerpẽte, ſicut etiã murenulæ
Spithamus appellanẽ. Spithamus autem lõgitudo, & ſpitha-
mus latitudo, Latini quidam interpretati ſunt mẽ
ſuram extẽtæ palmæ à fine pollicis uſq; ad finẽ di-
giti minimi. Item quod diciẽ, Sumes duos lapides
onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſ-
rael, ſex nomina in lapide uno, & ſex reliqua in al
tero iuxta ordinem natiuitatis eorũ: an intelligen
dum, ut lapides ſint de nominibus filiorum Iſrael
ſecundũ natiuitates eorum: id eſt, ſecundũ ordinẽ
CXVI quo nati ſunt. Et facies ſuper rationale fimbrias
complectẽtes opus catenarũ de auro puro: quod
Latini rationale interpretati ſunt, inopia linguę fe
cit: Græcus habet enim λόγιον non λογικόν. Ratio
nale autẽ illud ſolemus appellare quod Græci di-
A cunt λογικόν. Sed quoniam λόγος, in Græca lin-
gua ambiguũ eſt, utrum uerbũ ſignificet, an ratio-
nem: quia utriuſq; rei nomẽ eſt, ubi putatum eſt à
uerbo ductum λόγιον, eloquiũ noſtri interpretati
ſunt. Nam q̃d habemus, Eloquia domini, eloquia Pſal. 11
caſta: Græci habent λόγια. Hic uero in ueſte ſacer
dotali, quod eſt auro & hyacintho, & purpura, &
cocco duplici torto, et byſſo duplici torta, fieri prę
ceptũ eſt, quadratũ duplex quod eſſet in pectore
ſacerdotis & λόγιον uocareẽ, incertũ utrũ à ratiõe
an à uerbo ductũ fuerit: interpretes noſtri à ratiõe
dictũ putãtes rationale appellauerunt. Et impo CXVII
nes ſuper ratiõale iudicij demonſtrationẽ & ueri-
tatem. Quid ſibi hoc uelit, uel in quali re uel me-
tallo ponereẽ ſuper rationale demõſtratio & ueri
B tas, quoniã talia dicit fieri in ueſte ſacerdotis quæ
corporaliter fiũt, inuenire difficile eſt. Fabulantur
tamen quidã, lapidẽ fuiſſe, cuius color, ſiue ad ad-
uerſa, ſiue ad proſpera mutareẽ quãdo ſacerdos in
trabat in ſancta: & hoc eſſe quod ait, Et afferet Aa
ron iudicia filiorũ Iſrael ſuper pectus ſuum, oſten-
dens uidelicet in illa demonſtratione & ueritate,
quid de illis iudicauerit dñs: quanquã poſſit intel
ligi demonſtrationẽ & ueritatẽ literis impoſitã ſu
per λόγιον. Et facies tunicam talarem hyacinthi CXVIII
nam, id eſt uſq; ad talos depẽdentẽ: & erit periſto-
mium ex ea medium: id eſt, qua caput eijciaẽ. Hoc
eſt enim quod Græci dicunt περιστόμιον. Oram ba-
bens in circuitu periſtomij, opus textoris conte-
xtam, id eſt, ne ipſa ora extrinſecus aſſuaẽ: hoc ui-
C detur dicere, cõmiſſuram cõtextam. Vnde etiam
addidit, ex ipſa ne rũpatur: id eſt, ut ex ipſa ſit ipſa
ora contexta cum ueſte. Et erit Aaron cum cœ CXIX
perit fungi ſacerdotio, audietur uox eius intranti
in ſanctuariũ in conſpectu domini & exeũti ut nõ
moriaẽ: intrantis & exeuntis uocem de tintinabu
lis dicit audiri, tantũq; ibi pondus obſeruatiõis po
ſuit ut diceret, ne moriaẽ. Teſtimonia ergo quæ-
dã ſignificari uoluit in ueſte ſacerdotali, qua utiq;
ſignificaẽ eccleſia, per hæc tintinabula, ut nota ſit
conuerſatio ſacerdotis: ſicut Apoſtolus dicit, Cir- Tit. 2
ca oẽs teipſum bonorũ operũ præbẽs exemplũ.
Aut illud, Quæ audiſti à me per multos teſtes, hęc
eadẽ cõmenda fidelibus, & ijs qui idonei ſunt &
alios docere. An quid aliud, magnũ tamẽ eſt, quic
D quid illud eſt? Intranti autẽ & exeunti, pro intran-
tis & exeuntis, locutio eſt: uox pro ſonitu, nã tinti
nabulorũ magis ſonus quàm uox eſt. Et facies CXX
laminam auream puram, & formabis in eadẽ for-
matione ſanctitatem domini: & impones illud ſu-
per hyacinthum duplicẽ tortam, & erit ſuper mi-
tram: ſecundum aſpectum mitrę erit, & erit ſupra
frontem Aaron, ut auferat peccata ſanctorũ quæ-
cũq; ſanctificabunt filij Iſrael omnis datus ſancto-
rum eorum. Quomodo formetur in lamina ſancti
tas domini, non uideo, niſi aliquibus literis, quas
quidam quatuor eſſe dicũt Hebręas: quod ut Grę
ci appellant τετραγράμματον, nomẽ dei ineffabile
credũt fuiſſe uel eſſe adhucuſq;. Sed quęlibet ſint,
uel quomodolibet ſe habeãt illę literæ ut dixi, ſan
ctitatem

ctitatẽ domini uel sanctificationẽ si hoc magis di
cendum est, quod Græcus habet ἁγίασμα, nō nisi A
in auro literis formari potuisse crediderim. Ibi au-
tem dicit sacerdotẽ sanctorũ auferre peccata, quæ
cunq; sanctificabũt, inquit, filij Israel omnis datus
sanctorũ eorũ: quod arbitror dictum in eis sacrifi-
cijs quæ offerunt pro peccatis suis: ut non sancto-
rum hominũ intelligamus, sed sanctorum ab eo
quod sunt sancta quę offeruntur pro peccatis. Cũ
ergo de lamina dixisset, adiunxit atq; ait. Et aufe-
ret Aaron peccata eorũ quæcunq; sanctificabunt
filij Israel omnis datus sanctorũ eorũ: id est, sacer-
dos auferet quæcunq; offerunt pro peccatis suis,
quæ dicunt̃ & sancta, quia iustificant̃, & peccata,
quia pro peccatis offerunt̃: sicut multis locis hoc B
ipsum euidenter scriptura cõmemorat. Quod au-
tem adiungit & dicit, Et erit super frontẽ Aaron
semper acceptũ illis in cõspectu dñi, ad laminã il-
lam reuertit̃, In quo aduertẽdũ, si inueniri potest
qui nō habeat necessitatẽ ꝓ suis offerre peccatis
pręter Christũ, qui solus potest omniũ auferre pec
cata: intelligit̃ frontis ornamentũ, fiducia bonę ui
tæ, quã qui uere ꝑfecteq;, nō significatiōe, sed ueri
tate sacerdos habet, solus potest auferre peccata,
CXXI nec habet necessitatẽ offerre pro suis. De Aaron
& filijs Aaron, cũ præciperet loquẽs ad Moysen
quō uestirent̃ & ungerentur, quid est quod ait, Et
implebis manus eorũ ut sacerdotio fungantur mi
CXXII hi. An forte munerib. quæ offerẽda sunt deo? Et
facies eis femoralia linea, tegere turpitudinẽ cor-
poris eorũ, à lumbis usq; ad femora erunt. Cũ ue- C
stis tãta cooperiat totũ corpus, quid est quod ait,
femoralia facies linea tegere turpitudinẽ corpo-
ris eorũ: quasi apparere posset tãta desuꝑ ueste ad
hibita? Nisi quia signũ esse uoluit in hoc castitatis
uel cõtinentiæ: quæ ideo per indumentũ significa
tur, ut non ex seipso habita, sed data intelligatur.
CXXIII Cũ de filijs Aarō loqueret̃, Et indues eos, inqt,
lib. 3 nu. 31. ci tunicas, & cinges eos zonis, & circũdabis eis cida
darim exponit ras. Quã dicit cidarim uel cidaras, quoniã non est
pro tegumento interpretatũ, nec in usu modo est, ignorat̃: puto ta
to capitis men non esse capitis tegmen ut nonnulli putaue-
runt. Neq; enim diceret, circũdabis eis, nisi tale ali
quid esset quod non capiti, sed corpori usui esset.
Et erit illis sacerdotiũ mihi in sempiternũ. Quo
CXXIIII modo dicat in sempiternũ, de his significatiuis re-
bus, superius sæpe diximus, Nam utiq; mutatum D
est hoc sacerdotiũ, ut ille esset in æternum secun-
dum ordinẽ Melchisedech, nō secundũ ordinem
Aarō. Ibi enim & iuratio, & nulla dei pœnitudo,
Psal. 109 qua significet̃ mutatio. Iurauit enim dominus, &
non pœnitebit eũ, tu es, inquit, sacerdos in æter-
num secũdũ ordinẽ Melchisedech. De ordine aũt
Aaron dictũ est quidẽ, in sempiternũ, uel propter
tempus nō pręceptũ quousq; obseruaret̃, uel quo
res significaret æternas: nusquã est tamen dictum
de sacerdotio Aaron, quia iurauit dominus & nō
pœnitebit eum: Et ideo dictum est in illo sacerdo
tio secundum ordinem Melchisedech, non pœni
tebit eum: ut significaretur, quia de sacerdotio A-
CXXV aron pœnituit eum, id est, mutauit illud. Quid

est & cõsummabis manus Aaron, & manum filio *Exod. 29*
rum eius. An per manus potestatẽ significauit, ut
aliqd etiã ipsi cõsecrare possent? Potestas aũt san-
ctificatiōe cõsummabat̃, qua præcepti sunt sancti
ficari à Moyse. Et adduces uitulũ ad ostiũ taber CXXVI
naculi, & supimponẽt Aarō & filij eius manus su-
as super caput uituli in cõspectu dñi. Ecce unde su
pra dictũ est, cõsummãdas esse manus eorũ, id est,
perficiendã potestatẽ, ut etiã ipsi sanctificarẽt quō
fit cũ ponũt manus suas super uitulũ immolandũ.
Quod odor suauitatis sæpe dño dicitur sacrifici CXXVII
um de uictimis pecorum in scripturis sacris, nō u-
tiq; deus odore fumi delectatur, sed tantũ illud q̃d
hic significatur spiritaliter, deũ delectat cũ spirita
liter exhibetur, qm̃ ipse odor dei spiritaliter intel-
ligitur. Non enim sicut nos odorẽ corporeis na-
ribus ducit. Sicut ergo ille olfacit, sic ista signifi-
cant. Et sumẽs pectusculũ de ariete cõsummatio CXXVIII
nis, q̃d est Aaron: id est, ipsius Aaron. Hoc eñ per
tinere uoluit ad summũ sacerdotiũ. Et erit Aarō CXXIX
& filijs eius legitimũ æternũ à filijs Israel: cũ dice-
ret de pectusculo & brachio uictimarũ. More illo
ergo, æternũ dixit, quẽ sæpe supra cõmemorauí-
mus. Et stola sancti quæ est Aaron, erit filijs eius
post eũ, ungere eos in ipsis & cõsummare manus
eorũ. Septẽ diebus uestiet se ea sacerdos qui suc-
cesserit ei de filijs eius qui intrabit in tabernaculũ
testimonij deseruire in sanctis. Hæc uerba multas
quæstiōes habẽt. Nã primũ hic notandũ est, quō
cũ stolam dixerit sancti, postea pluraliter dicit un
gere eos in ipsis, tanq; in stolis. Nã & supra multas
stolas eas dixerat, quibus una cõstaret, quanquã
ambiguũ sit, utrũ in ipsis ab eo quod sunt ipsa ge-
nere neutro, quæcunq; sunt quibus illa stola com
pletur, id est, uestis sacerdotalis, quod magis putã
dum est, eo quod in cõsequentib. dicit, septẽ die-
bus uestiet se ea sacerdos qui successerit ei: ea scili
cet oñia quæ cõmemorauit cũ uestẽ sacerdotalẽ
describeret, repetiuit sanè quod supra dixerat, cõ-
summare manus eorũ: unde quid mihi uideret̃ ex
posui. Quod uero ait, septẽ diebus uestiet se ea sa-
cerdos: nũquid alijs diebus se nō uestiet? sed illis
septẽ continuis intelligi uoluit, quibus eius sacer-
dotiũ quodãmodo dedicat̃, atq; hebdomadis est
in eius inchoatiōe festiuitas. Successorẽ aũt Aarō
eũ dicit, qui intrat tabernaculũ testimonij deserui
re in sanctis: eũ scilicet significans qui nō poterat
esse nisi unus, nō quales erant filij Aarō cum uiuo
patre suo, sed qualis successor ipsius Aaron. Quō
ergo propriũ dicit huius unius esse, intrare in ta-
bernaculũ testimonij, deseruire in sanctis: cum &
illa quæ sunt extra uelũ quo uelant̃ sancta sancto-
rũ, sancta appellẽt̃, & tabernaculũ testimonij etiã
illud uocet̃, ubi sunt sancta: id est, mẽsa & candela
brum: ubi cum deseruiant etiã sequentes sacerdo
tes ad mensam & candelabrum & ipsum altare
quomodo unũ dicit successorẽ Aaron qui intret
in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis?
Si dixisset, deseruire in sanctis sanctorum, nulla
esset quæstio. Ad hæc enim ubi est arca testimo-
nij solus unus intrabat summus sacerdos. Quod
etiam

etiã in epiſtola ad Hebrços diligentiſſime cõmen
datᷣ:niſi forte eoipſo, quod unũ dicit intrare in ta-
bernaculũ teſtimonij deſeruire in ſanctis, nõ uult
utiq; intelligi,niſi in ſanctiſſanctorum:quia et ipſa
utiq; ſancta appellanᷣ. Nec eñ omnia quæ ſancta
ſunt,etiã ſanctaſanctorũ dici poſſunt:quãuis econ
trario quç ſanctaſanctorũ ſunt,proculdubio utiq;
ſancta ſunt. Vnus aũt iſte qui ſemel in anno intra-
bat in ſanctaſanctorũ,quoniã Chriſtũ Ieſum ſigni
Heb.9 ficabat,aptiſſime ſupradicta ad Hebræos epiſtola
cõmendaᷣ. Quod aũt prçfiguratũ eſt in ſanctaſan
ctorũ,ut ſup arcã quç legẽ habebat,eſſet ꝓpiciato
riũ,ubi dei miſericordia ſignificaᷣ, intelligẽdũ eſt
ꝙ propitius ſit peccatis eorũ qui legẽ nõ implent.
Hoc mihi uideᷣ etiã in ipſa ueſte ſacerdotis ſignifi
cari.Nã & ipſa quid aliud ꝙ eccleſiæ ſacramẽta ſi-
gnificat,quod in λογίῳ, id eſt, rationali in pectore
ſacerdotis poſito iudicia cõſtituit, in lamina uero
in ſanctificatione & oblationẽ peccatorũ: tanq̃
rationale ſit in pectore ſimile arcç in qua lex erat,
& lamina illa in frõte ſimilis ꝓpiciatorio quod ſu-
per arcã erat,& utrobiq; ſeruareᷣ q̃d ſcriptum eſt,
Iacobi 2 Superexaltat miſericordiã iudicio.
CXXX Quid eſt q̃d
purificatũ & ſanctificatũ altare ſeptẽ dieb.dicit q̃d
ſanctũſancti erit altare? Nõ quidẽ dicit ſanctũſan
ctorũ, ſicut eſt illud quod uelo ſeparaᷣ, ubi eſt ar-
ca teſtimonij. Veruntamẽ & hoc altare extra uelũ
poſitũ, per ſanctificationẽ ſeptẽ dierum dicit poti
us, ꝙ per unctionẽ fieri ſanctũ ſancti. Et addidit,
CXXXI Omnis qui tetigerit altare ſanctificabiᷣ.
Exod.30 Cum
de annulis loqueretur altaris incenſi, quod altare
non inçrari,ſed inaurari iuſſit, Et duos annulos au
reos puros facies, inquit, ſub tortili corona eius,
in duo latera facies in duobus lateribus: quoniam
Græcus habet εἰς τὰ δύο κλίτη ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ
πλευροῖς. Nã clite latera ſunt, & pleurç latera ſunt,
Vnde quidam Latini ſic interpretati ſunt, in duas
partes facies in duobus lateribus. Non autem ait
Græcus μέρη, quod eſt partes, ſed κλίτη, quod la
tera. Nam hoc uerbum eſt in illo Pſalmo ubi ſcri-
Pſal.127 ptum eſt, Vxor tua ſicut uinea fertilis in lateribus
domus tuæ. Ac per hoc tantum caſus intereſt, q̃a
prius accuſatiuũ,poſt uero ablatiuũ poſuit,in duo
latera facies, in duobus lateribus. Quis autem ſit
ſenſus difficile eſt aſſequi, niſi forte ut ſolet ſcri-
ptura amare eclipſim, ut aliquid deſit, & ſubaudia
tur, etiã hic ſubaudiaᷣ, erũt: ut iſte ſit ſenſus, in duo
latera facies, in duobus laterib. erũt: id eſt ad duo
latera facies annulos, quoniã in duobus lateribus
CXXXII erũt. Et erũt arcus amitibus ita ut tollatur illud
in eis. Quos annulos dixerat, arcus dicit. Annulos
quippe pro rotũdis anſis poſuit. Et quid eſt aliud
annulus uel circulus, niſi undiq; arcus? Ideo qui-
dã nolentes arcus dicere, thecas interpretati ſunt,
quibus amites inducerentur, dicẽtes. Et erunt the
cæ amitibus, quaſi Græcus hoc nõ poſſet dicere,
cũ etiã thecæ Græcũ uerbũ ſit: dixit aũt ψαλίδας,
quod arcus interpretatur.
CXXXIII Incendet ſuper illud
incenſum cõtinuatiõis in cõſpectu domini in pro
genies eorũ. Cõtinuationis incenſum dicit, quod
cõtinuatim fieret: id eſt nullo die prætermittereᷣ.

Cũ de altari prçcipet incẽſi: id eſt in quo incẽſum
A tantũ poneret, nõ holocauſtũ, nõ ſacrificiũ, nõ li-
batio, prædixerat idipſum incẽſum quotidie poni
debere: nũc aũt dicit, Et depropitiabit Aaron uel
exorabit ſup cornua eius ſemel in anno de ſangui
ne purificatiõis delictorũ. Deꝓpitiabit, ab eo q̃d
eſt depropitiatio, quç Grçce diciᷣ ἐξιλασμός. Vn-
de etiã intelligẽdũ eſt, hoc ꝙ ſemel in anno iubet
fieri ad ꝓpitiãdũ deũ ſuper cornua altaris incẽſi, id
eſt ut de ſanguine purificatiõis delictorũ, uictima
rũ ſcilicet quç offerũᷣ pro delictis ſemel in anno,
tanganᷣ cornua altaris incẽſi: nõ pertinere ad illã
appoſitionẽ incẽſi, quã quotidie fieri iuſſerat. Illa
eñ fiebat aromatibus, non ſanguine, & quotidie,
nõ ſemel in anno. Non ergo ſimus intellecturi, ſe-
mel in anno intrare ſacerdotẽ ſolere in ſanctaſan-
B ctorũ, ſed ſemel in anno cũ ſanguine: & quotidie
quidẽ ſolere intrare ſine ſanguine cauſa incẽſi im
ponẽdi, Cũ ſanguine aũt ſemel in anno, maxime
quia ſequiᷣ & dicit, Semel in anno purificabit il-
lud, ſanctũ ſanctorũ eſt dño. Nõ ergo ſemel in an-
no ponet illic incẽſum quod quotidie fieri iuſſum
eſt, ſed ſemel in anno purificabit illud, quod cum
ſanguine fieri debere prçceptũ eſt: & poſt hoc ad
iũgit, ſanctũſanctorũ eſt dño: ac per hoc ſanctũſan
ctorũ nõ extra, ſed intra uelũ erat, etiã illud profe-
cto altare de quo nũc agiᷣ, quod poni cõtra uelũ
intrinſecus iuſſit. Quid eſt quod ait, Si accepe- CXXXIIII
ris cõputationẽ filiorũ Iſrael in uiſitationẽ eorũ: ni
ſi quia iubet eos aliquãdo uiſitari & cõputari, id
eſt numerari? Quod in Dauid ꝓpterea uindicatũ
C intelligẽdũ eſt, quia deus nõ iuſſerat. Aduerten CXXXV
dũ eſt etiã & notandũ quẽadmodũ unguẽto chriſ
matis omnia iuſſit ungi, tabernaculũ ſcilicet & ea
quæ in illo erãt, & deinde erũt ſanctaſanctorũ: O-
mnia ſcilicet cũ fuerint uncta, erũt ſanctaſanctorũ.
Quid igiᷣ diſtabit iã inter illa interiora quæ uelo
teguntᷣ, & cætera, ſi oñia cũ uncta fuerint erũt ſan
ctaſanctorũ, diligẽtius requirendũ: hæc tamen no
tanda crediderimus: ubi etiã meminerimus, ꝙ ſi-
cut de illo altari ſacrificiorũ, q̃d poſt unctionẽ ap-
pellari uoluit ſanctũſancti, cõtinuo dictũ eſt, Om
nis qui tãgit illud ſacrificabiᷣ: ita de oñib. poſtea
quæ de illo unguẽto uncta, dicta ſunt Sanctaſan-
ctorũ, eadẽ ſentẽtia ſubſecuta eſt, ut diceretᷣ, Om-
nis qui tãgit ea ſanctificabiᷣ: Quod duob. modis
D intelligi poteſt, ſiue tangẽdo ſanctificabiᷣ, ſiue ſan
ctificabiᷣ ut ei liceat tãgere, ſi tamẽ nõ licebat tan
gere populo tabernaculũ, quãdo offerebat hoſti-
as, uel quçcũq; ab eis oblata offerebãᷣ deo. Nã cõ
ſequẽter nõ ſolis ſacerdotibus, neq; ſolis Leuitis
dicẽdũ admonet, q̃d ait ad Moyſen, Et filijs Iſrael
loquere dicens: utiq; filij Iſrael totus ille populus
erat. Iubet aũt illis dici, oleũ linitio unctionis, ſan-
ctũ erit hoc uobis in ꝓgenies ueſtras: ſuper carnẽ
hominis nõ linieᷣ, & ſecũdũ cõpoſitionẽ hãc non
facietis aliud, q̃a ſimiliter ſanctũ eſt, & ſanctifica-
tio erit uobis. Quicũq; fecerit ſimiliter, & q̃cũq; da
bit de eo exterç natiõi, interibit de populo ſuo. Iu
bet igiᷣ nõ ſolis ſacerdotib. ſed uniuerſo populo
Iſrael, ut nõ faciãt tale unguẽtũ in uſus humanos.
Hoc

Hoc est em̄ qđ ait, Super carnē hominis nō linieť.
Probibet ergo simile fieri in usus suos, & interitū A
minať si quisquā similiter fecerit: id est unguētum
ad usus suos, similiter si simile cōfecerit uel cuiq;
hinc dederit exteræ natiōi. Ac per hoc q̄ ait, San-
ctificatio erit uobis: cū hoc populo Israel uniuer-
so dici iubet, nō uideo quid intelligā: nisi quia lice
bat eis quādo ueniebāt cū suis quisq; muneribus
tangere tabernaculū: & tangendo sanctificabanť
propter illud oleū quo cūcta perūcta sunt, & hinc
dictū, Omnis qui tāgit sanctificabiť: nō tamen sic
quemadmodū sacerdotes, qui ut ęterno sacerdo-
CXXXVI tio fungerenť ungebanť ex illo. Quod pręcepit
quibus aromatib. fiat thymiama: id est incensum,
& dicit unguētario more coctū opus unguētarij:
nō ideo putare debemus unguentū fieri: id est un
de aliquid ungať: sed ut dictū est thymiama, uel in
censum quod imponať illi altari incēsi: ubi non li
CXXXVII cebat sacrificari, & erat intra sancta sanctorū. Et B
cōcides de illis minutim, & pones cōtra testimo-
nia in tabernaculo testimonij, unde innotescā tibi
inde in sanctūsanctorū erit tibi incēsum. Ecce ite-
rū hoc incēsum, quia intus ponebať ad altare incē
si quod intus erat, sanctūsanctorū diciť: & taber-
naculū testimonij ꝓprie diciť, illud ipsum interius
ubi arca erat, adhibita sanè differētia, cū ait, unde
innotescā tibi inde. Sic em̄ dixerat primū de ꝓpi-
tiatorio, quod utiq; intus est: id est intra uelū supra
CXXX. arcā. Quid est q̄ Beseleel cū iuberet adhiberi o-
VIII peribus tabernaculi faciēdis, dixit eū se repleuisse
Exo. 31 spiritu diuino, sapiētiæ & intellectus & sciētiæ in
omni opc excogitari & architectonari &c. Vtrū
spiritussancti muneri etiā ista opera tribuēda sunt
quę ꝑtinere ad opificiū uidenť: an & hoc significa C
tiue dictū est, ut ea ꝑtineāt ad diuinū spiritū sapiē
tiæ & intellectus & sciētiæ quæ his rebus signifi-
canť? Tamen etiā hic cū spiritu repletus dicať iste
diuino sapiētiæ & sciētiæ nondū legiť spiritussan
CXXXIX ctus. Quid sibi uult quod cū de sabbato obser-
uādo pręcipet ait, Testamentū æternū in me & fi
lijs Israel: nō ait, inter me & filios Israel. An quia
sabbatū requiē significat, & requies nobis non est
nisi in illo? Nam ꝑfecto filios Israel uniuersum po
pulum suū dicit: id est semen Abrahā: & est Israel
secundū carnē & secundū spiritū. Nā si Israel non
esset dicendus, nisi ex genere carnis, nō diceret A
postolus, Videte Israel secundū carnē: ubi profe-
1Cor. 10 cto significat esse Israel secundū spiritū qui in abs- D
cōdito Iudęus est et circūcisus corde. Sic ergo me
lius fortasse distinguiť, Testamentū ęternū in me:
ut inde alius sit sensus, et filijs Israel signū æternū:
id est ęternę rei signū: quō petra erat Christus, q̄a
petra significabat Christū. Non ergo ita intelligē
dum est testamentū æternū in me & in filijs Israel,
tanquā in deo & filijs Israel sit hoc testamentū æ-
ternū: in me, quia in illa promissa est requies æter
na: & filijs Israel signū est æternū, quia filij Israel ac
ceperūt obseruandū signū, quo requies significať
æterna ueris Israelitis, hoc est filijs promissiōis &
CXL uisuris deū facie ad faciē sicuti est. Et dedit Moy
si statim ut cessauit loqui ad eum, in monte Sina
duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas
digito dei. Cū tam multa locutus sit deus, duæ tan
tum tabulæ danť Moysi lapideæ, quæ dicunť ta-
bulæ testimonij futuræ in arca. Nimirū omnia cæ-
tera quę pręcepit deus ex illis decē pręceptis quę
duabus tabulis cōscripta sunt, pendere intelligun
tur, si diligēter quæranť & bene intelliganť: quo-
modo hæc ipsa rursus decē præcepta ex duob. il-
lis, dilectione scilicet dei & proximi, in quib. tota
lex pendet & Prophetæ. Quod iubet Aarō in- CXLI
aures demi ab auribus uxorum atq; filiarū, unde Exod. 32
illis faceret deos, non absurde intelligiť difficilia
præcipere uoluisse, ut hoc modo eos ab illa inten
tione reuocaret: factū tamen illud ipsum difficile
ut esset aurum ad faciendū idolū, propter eos no-
tandū putaui, qui contristanť si quid tale ꝓpter ui
tam æternā diuinitus fieri uel æquo animo tolera
ri iubeať. Dominus iudicās Moysi quid fecerit CXLII
de uitulo populus, hoc est de idolo quod ex auro
suo fecerāt, dixit eos dixisse: Hi dij tui Israel qui te
eduxerūt de terra Ægypti: Quod eos dixisse non
legitur, sed animū eorū hunc fuisse deus ostendit.
Horū quippe uerborū gerebant in corde senten-
tiam, quæ deū latere nō poterat. Et propitiatus CXLIII
est dn̄s de malitia quam dixit facere populo suo.
Malitiā hic pœnā intelligi uoluit, sicuti est: Æsti- Sap. 3
mata est malitia exitus illorū. Secundū hanc dici-
tur: Bonū & malum à deo, non secundū malitiam
qua homines mali sunt. Malus enim deus nō est,
sed malis ingerit mala: q̄a iustus est. Iratus qui- CXLIIII
dem Moyses uideť tabulas testimonij digito dei
scriptas collisisse atq; fregisse, magno tamē myste
rio figurata est iteratio testamenti noui, quoniam
uetus fuerat abolēdum & constituendū nouum.
Notandū sanè quāta pro populo ad deum suppli-
catione laborauerit, qui tam seuerus in eos uindi-
cando extitit. Quod aūt in ignem missum uitulū
fusilem cōtriuit & in aquam sparsit, quam populo
potū dedit, quid nobis uideatur significare, iam Lib. 22 ca. 93
alibi scripsimus in opere contra Faustum Mani-
chæum. Et dederunt mihi, & misi in ignem, & CXLV
exijt uitulus hic. Cōpendio locutus est, nō dicens
quod ipse formauerit ut exiret uitulus fusilis. An
excusationis causa timendo mentitus est, tāquam
ipse in ignē periturū aurū proiecerit, atq; ipso nō
id agente forma uituli exierit? Quod ideo nō est
credendū hoc eum animo dixisse, quia nec latere
Moysen posset quid esset in uiro cū quo deus lo-
quebať, & fratrē de mendacio nō redarguit. Et CXLVI
cū uidisset Moyses populū, quia dissipatus est, dis-
sipauit em̄ eos Aaron, ut in gaudiū uenirēt aduer
sarijs suis. Notādum est quemadmodū illud totū
malū quod populus fecit, ipsi Aaron tribuať, q̄d
eis cōsenserit ad faciendum quod male petiuerāt.
Magis enim dictū est: Dissipauit eos Aarō, quo-
niā cessit eis, q̄ dissipauerunt se ipsi qui tantū ma-
lum flagitauerūt. Cū Moyses dicit ad deū: Pre- CXLVII
cor, peccauit populus iste peccatū magnū & fece
runt sibi deos aureos, & nūc siquidem remittis il-
lis peccatū illorū, remitte: sin aūt, dele me de libro
tuo quē scripsisti. Securus quidem hoc dixit, ut in
conse-

cõsequentib. ratiocinatio cõcludat̃, id est, ut quia
deus Moysen nõ deleret de libro suo, populo pec
catũ illud remitteret. Veruntamẽ aduertendũ est
quãtũ malũ in illo peccato pspexit Moyses quod
tanta cæde crediderit expiandũ, qui eos sic dilige
CXLVIII bat, ut pro eis illa uerba deo funderet. Merito
quęrit̃, cũ supius populũ dissipasse dictus sit Aa-
ron, cur in ipsum uindicta nulla ꝓcesserit: neq; cũ
Moyses interfici iussit omnẽ qui Leuitis eũtibus
ad portã & redeuntib. occurrisset armatis: neq; cũ
postea factũ est quod scriptura dicit: Et percussit
dñs populũ ꝓpter facturã uituli quẽ fecit Aaron,
maxime quia & hic hoc idẽ repetẽdo inculcatum
est. Nõ em̃ dictũ est, Et percussit dñs populũ pro-
pter facturã uituli quẽ fecerũt, sed quẽ fecit Aarõ,
& tamẽ nõ est percussus Aaron: quin etiã illud q̃d
de sacerdotio eius ante peccatũ eius deus præci-
piebat impletũ est: sed iussit & ipsum & filios ab-
lui, & sic ordinari sunt in sacerdotio. Ita nouit ille
cui parcat usq; ad cõmutationem in melius, & cui
parcat ad tẽpus, quãuis eũ præscierit in melius nõ
mutari: & cui nõ parcat ut mutet̃ in melius, & cui
non parcat ita ut uitæ mutationẽ eius expectet: &
hoc totum ad id redit quod Apostolus dicit excla
Rom. 11 mans: Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius & in-
CXLIX uestigabiles uię eius. Vade & ascẽde hinc tu &
Exo. 33 populus tuus quẽ eduxisti de terra Ægypti. Deus
iratus dicere uidet̃, tu & populus tuus quẽ eduxi-
sti de terra Ægypti: Alioquin dixisset, tu & popu-
lus meus quem eduxisti de terra Ægypti: sed illi
quãdo idolũ poposcerunt ita locuti sunt, Moyses
enim hic homo qui eduxit nos de terra Ægypti,
non scimus quid factũ sit ei: liberationẽ suã in ho-
minẽ cõstituẽdo defecerãt. Hoc eis modo replica
tur cũ dicit̃, Tu & populus tuus quem eduxisti de
terra Ægypti: quod illis est criminis & nõ Moy-
si. Nõ em̃ aliud uolebat Moyses, nisi ut nõ in illo,
sed in dño spẽ ponerẽt, et dñi misericordia se cum
gratiarũ actione crederẽt ab illa seruitute libera-
tos: cuius tamẽ apud deũ tanq; fidelissimi famuli
tantũ erat meritũ p illius gratiã, ut ei diceret deus,
Sine me, & iratus coterã eos. Quod utrũ iubentis
sit cũ ait, Sine me, an quasi petẽtis sit, utrũq; uidet̃
absurdũ. Nam & si iubebat deus, inobedienter fa
mulus nõ parebat: & deũ hoc à seruo uelut pro be
neficio petere nõ decebat, cũ pręsertim posset eos
etiã illo nolẽte cõterere. Ille itaq; ibi sensus in prõ
ptu est, q; his uerbis significat deus, plurimũ apud
se ꝓdesse illi populo, quia sic ab illo uiro diligebã
tur, quẽ sic dñs diligebat: ut eo modo admonere-
mur, cum merita nostra nos grauassent ne diliga-
mur à deo, reuelari nos apud eũ illorũ meritis pos
se quos deus diligit. Nã cũ ab omnipotẽte dicitur
homini, Sine me & cõterã eos: q̃d aliud dicit̃ q̃ cõ
tererẽ eos, nisi diligerent̃ abs te? Ita ergo dictũ est,
Sine me: ac si diceret̃, noli eos diligere & conterã
eos: q̃a ne id faciã dilectio tua intercedit mihi. Ob
tẽperandũ aũt esset dño dicẽti, noli eos diligere, si
hoc iubendo dixisset, & nõ potius admonẽdo &
exprimẽdo quid illũ ab eorũ supplicio reuocaret:
nec tamẽ etiã illo intercedẽte sine flagello discipli
næ populũ dereliquit. Nescio quo enim modo, ut
A sic eos diligeret ipse Moyses, deus illos occultius
diligebat, qui manifesta uoce terrebat. Vbi di- CL
cit deus ad Moysen, Vade et ascẽde hinc tu & po
pulus tuus quẽ eduxisti de terra Aegypti, in terrã
quã iuraui Abrahã, Isaac, & Iacob dicens, Semini
uestro dabo eã: continuo tanq; ad ipsum Moysen
adhuc loquatur, occulta conuersione quæ Gręce
ἐκστροφῇ dicit̃, iam ad ipsum populũ loquit̃ dicẽs,
Et simul mittã angelũ meũ ante te, & ejciet Cha-
nanæũ & Amorræũ, & Aethęũ & Pheresęum &
Gergesæũ & Euæũ & Hiebusæũ, & introducet te
in terrã fluentẽ lac & mel. Nõ enim ascendã tecũ,
quia populus dura ceruice es ut nõ deleã te in uia.
Magna sacramẽti & mira ꝓfunditas, tanq; miseri-
cordiã maiorẽ posset angelus habere q̃ deus, qui
B populo duræ ceruicis parceret, cui deus si cũ illis
esset ipse nõ parceret: & tamẽ etiã p angelũ suũ, se
quodãmodo ab eis absente, qui nusq; esse absens
potest, implere se dicit q; patrib. eorũ iurauit: tan-
quã & hic ostẽdẽs, hoc se ideo facere, quia illis pa
tribus iustis ꝓmisit, nõ q; isti digni essent. Quid er
go significat, nisi forte ideo se non esse cũ eis, quia
dura ceruice sunt: quia nõ eũ propitiũ & salubrẽ,
nisi humilitas & pietas capit. Esse aũt deũ cũ durę
ceruicis hominib. nihil est aliud q̃ uindicando ad
esse atq; puniẽdo. Vnde cũ eo modo malis nõ ad
est parcẽdo, facit quod ptinet ad illud quod dicit̃,
Auerte faciẽ tuã à peccatis meis: quia nisi auertit,
aduertit. Sicut em̃ fluit cera à facie ignis, sic pereũt Psal. 50
peccatores à facie dei. Et dixit Moyses ad dñm, Psal. 67
C Ecce tu mihi dicis, Deduc populũ hũc: tu aũt non CLI
demõstrasti mihi quẽ simul mittas mecũ: Tu autẽ
dixisti mihi, scio te præ omnibus, & gratiã habes
apud me. Si ergo inueni gratiã in cõspectu tuo o-
stende mihi temetipsum manifeste ut uideã te, ut
sim inueniẽs gratiã ante te, et ut sciã quia populus
tuus est gẽs hęc. Quod habet Gręcus γνωστῶς, hoc
q̃dã Latini interpretati sunt manifeste, cũ scriptu-
ra nõ dixerit φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius
dici: Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostende mi-
hi temetipsum ut sciẽter uideã te: quibus uerbis sa
tis ostẽdit Moyses quod nõ ita uidebat deũ in illa
tanta familiaritate cõspectus ut desiderabat uide-
re: quoniã illæ omnes uisiones dei quæcunq; mor
taliũ præbebant̃ aspectib. & ex quibus fiebat so-
D nus quo mortalis attingeret̃ auditus, sic exhibe-
bant̃, assumpta sicut deus uolebat specie qua uo-
lebat, ut nõ in eis ipsa ullo sensu corporis sentiret̃
diuina natura, quæ inuisibilis ubiq; tota est, & nul
lo cõtinet̃ loco. Et quia in duobus præceptis hoc
est dilectionis dei & ꝓximi, tota lex pendet, ideo
Moyses in utroq; suũ desideriũ demonstrabat. In
dilectiõe scilicet dei: ubi ait: Si inueni gratiã in cõ
spectu tuo, ostẽde mihi temetipsum manifeste ut
uideã te, ut sim inueniẽs gratiã in cõspectu tuo: In
dilectione aũt ꝓximi, ubi ait, & ut sciã quia popu
lus tuus est gens hæc. Quid est quod dicit deus CLII
ad Moysen, quoniã scio te præ omnib. Nunquid
ergo deus nouit plus aliqua & aliqua minus? An
secundũ quod dicit̃ quibusdã in Euangelio: Non Matth. 25

noui uos. Secundũ hãc eñ scientiã quã deus dicit
scire quæ illi placẽt, nescire quæ displicẽt, nõ quia
ignorat ea, sed quia nõ approbat, sicut ars recte di
cit nescire uitia cũ improbat uitia, prę om̃ib. deus
Moysen sciebat quia deo præ om̃ib. Moyses pla-
CLIII cebat. Notandũ est, quod prius ipse Moyses di
xerat deo, Dixisti mihi, Scio te præ om̃ibus: quod
illi deus posteaq̃ hoc ipse dixit legit dixisse, ante
aũt nõ legit, ut intelligamus nõ om̃ia esse scripta
quæ cũ illo deus locutus est: sed diligentius inqui
rendũ est in priorib. scripturę partibus, an uero ita
CLIIII sit. Cũ aũt dixisset Moyses ad dñm, Ostẽde mi-
hi gloriã tuã: respõdit ei dñs, Ego transibo ante te
in gloria mea, et uocabo nomine domini in cõspe
ctu tuo, & miserebor, cui misertus ero, & miseri-
cordiam pręstabo, cui misericordiam præstitero:
Cũ pauloante dixisset ipse, Antecedã te & requiẽ
tibi dabo. Quod Moyses sic uidet accepisse, ante
cedam te, tanquã nõ ei populo qui præsens in iti-
nere futurus esset, & ideo ait, Si non tuipse simul
ueneris nobiscũ, ne me educas hinc: & cętera. De-
us aũt neq; ei hoc negauit dicẽs, Et hoc tibi uerbũ
quod dixisti faciã. Quõ ergo cũ dixisset ei Moy-
ses, Ostende mihi gloriã, rursus tanq̃ præcessurus
& nõ cũ eis simul futurus uidet dicere, Ego trãsi-
bo ante te, nisi quia hoc aliud est? Ille quippe intel
ligit loqui & dicere, Trãsibo ante te, de quo dicit
Ioan. 13 Euangeliũ, Cum uenisset hora ut trãsiret Iesus de
hoc mũdo ad patrẽ, qui trãsitus etiã Pascha inter-
pretari perhibet. Hæc itaq; magna omnino pro-
phetia est. Ipse enim ante om̃es sanctos transiit ad
patrem de hoc seculo, parare illis mãsiones regni
cœlorũ, quas dabit eis in resurrectione mortuorũ,
quoniam transiturus ante omnes primogenitus à
mortuis factus est. Gratiã uero suã in eoipso ual-
de cõmendat cum dicit, Et uocabo nomine dñi in
cõspectu tuo: tanquã in cõspectu populi Israel, cu
ius Moyses cũ hæc audiret typũ gerebat. In cõspe
ctu enim gẽtis ipsius ubiq; dispsæ uocat dñs Chri
stus in omnibus gẽtibus. Vocabo aũt dixit, non
uocabor, actiuũ uerbũ pro passiuo ponẽs genere
locutiõis inusitato, in quo nimirũ magnus sensus
latet. Sic enim fortasse significare uoluit seipsum
hoc facere, id est gratia sua fieri, ut uocetur dñs in
omnibus gentibus. Quod uero addidit, Et mise-
Rom. 9 rebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo
cui misericordiam pręstitero. Ibi planè expressius
ostendit uocationẽ, qua nos uocauit in suũ regnũ
& gloriã: nõ ꝓ meritis nostris, sed ꝓ misericordia
sua. Quoniã enim se gentes introductutũ pollice-
bat, dicẽs, Vocabo nomine domini in conspectu
tuo: cõmẽdauit se hoc misericorditer facere sicut
Rom. 15 Apostolus dicit, Dico eñ Christũ ministrũ fuisse
circũcisionis ꝓpter ueritatẽ dei, ad cõfirmãdas ꝓ-
missiones patrũ: gẽtes aũt super misericordia glo
rificare deũ, Hoc ergo prędictũ est, Miserebor cui
misertus ero, & misericordiã præstabo cui miseri
cordiã pręstitero. Quibus uerbis ꝓhibuit hominẽ
uelut de propriarũ uirtutũ meritis gloriari, ut qui
gloriat in domino glorief. Nõ eñ ait, Miserebor
talibus uel talibus, sed cui misericors fuero: ut ne
minẽ præcedẽtib. bonis opibus suis misericordiã
A tantæ uocatiõis meruisse demõstraret. Et eñ Chri Rom. 5
stus ꝓ impijs mortuus est. Sed utrũ hoc idẽ repete
re uoluerit, cũ addidit, Misericordiã præstabo cui
misericordiã præstitero: uel sicut alij interpretati
sunt, cui misericors fuero, an aliq̃d intersit, nescio.
Quod enim Gręca lingua duobus uerbis dictum
est ἐλεήσω, & οἰκτειρήσω, quod unũ atq; idẽ uidet si
gnificare, nõ potuit Latinus diuersis uerbis dice-
re, sed diuersis modis candẽ misericordiã repeti-
uit. Si aũt diceret, Miserebor cui misereor, aut mi-
serebor cui misertus ero, nõ satis cõmode dici ui-
deret: & tamẽ fortius ille ipse ibi sensus est, q aut
ipsius misericordiæ suæ firmitatẽ deus ista repeti-
B tione mõstrauit: sicut, amen amẽ: sicut, fiat fiat: si-
cut repetitio somnij Pharaõis, pluraq; similia: aut
utrisq; populis, id est gẽtib. & Hebræis hoc modo
deus prænunciauit misericordiã se esse facturum.
Quod Apostolus ita dicit, Sicut eñ uos aliquãdo Rom. 11
nõ credidistis deo, nũc aũt misericordiã cõsecuti
estis in illorũ incredulitate: sic & ipsi nũc, qui non
crediderũt in uestra misericordia, ut & ipsi miseri-
cordiã cõsequant. Cõclusit eñ deus omnes in in-
credulitate, ut omniũ misereat. Deinde post hanc
suę misericordię cõmendationẽ respõdet ad illud
quod ei dictũ fuerat, Ostende mihi gloriã tuã, uel
quod supra petiuerat Moyses, dicens, Ostẽde mi-
hi temetipsum manifeste, ut uideã te, Nõ poteris,
inquit, uidere faciẽ meã. Non eñ uidebit homo fa
ciem meã, & uiuet: ostendẽs huic uitę quæ agit in
C sensibus mortalibus corruptibilis carnis, deũ sicu
ti est apparere nõ posse: id est sicuti est uideri in il-
la uita potest, ubi ut uiuat, huic uitæ moriẽdũ est.
Itẽ interposito articulo dicẽte scriptura, ut ait do-
minus, sequit & loquit, Ecce locus penes me: quis
eñ locus nõ penes deũ est, qui nusquã est absens?
Sed ecclesiã significat dicendo, Ecce locus penes
me, tanq̃ tẽplum suũ cõmendãs. Et stabis, inquit,
supra petrã: q̃a super hãc petrã, ait dñs, ædificabo
ecclesiã meã: statim ut trãsiet gloria mea: id est sta-
tim ut transiet gloria mea, stabis supra petrã, quia
post transitũ Christi, id est, post passionẽ & resur-
rectionẽ Christi stetit populus fidelis supra petrã.
Et ponã te, inquit, in cauerna petræ, munimẽ fir-
missimum significat. Alij aũt interpretati sunt, In
spelunca petræ: sed Gręcus habet ὀπὴν, hoc eñ fo
D ramẽ uel cauernã rectius interpretamur. Et tegã
manu mea sup te donec transeã & auferã manum
meã, & tũc uidebis posteriora mea, facies aũt mea
non uidebit tibi. Cũ iam dixisset, Stabis sup petrã,
statim ut trãsiet gloria mea: ubi intelligit post trãsi
tum suũ ꝓmisisse sup petrã stabilitatẽ: quõ accipiẽ
dũ est quod ait, Ponã te in cauernã petræ, & tegã
manũ meã sup te, donec &c. quasi iam illo in petra
cõstituro, tegat manũ suã super eũ, & deinde trãse
at, cũ esse in petra nõ possit nisi post eius transitũ.
Sed recapitulatio intelligẽda est rei prætermissæ,
quali solet uti scriptura in multis locis. Postea qp-
pe dixit quod ordine tẽporis prius est. Qui ordo
ita se habet, Tegã manũ meã sup te, donec trãseã,
& tũc uidebis posteriora mea; nã facies mea non
uidebitur

uidebiṫ tibi: & ſtabis ſuper petrā ſtatim ut tranſiet
gloria mea, & ponā te in cauerna petrę. Hoc enim A
factū eſt in eis, quos tūc ſignificabat pſona Moy-
ſi, id eſt Iſraelitis: qui in dñm Ieſum: ſicut Actus
Apoſtolorū indicāt, poſtea crediderunt, id eſt ſta-
tim ut trāſiet eius gloria. Nā poſteaq̃ reſurrexit à
mortuis, & aſcēdit in cœlū emiſſo de cœlo ſpiritu
Act. 2 ſancto, cū linguis omniū gētiū loquerenṫ Apoſto
li, cōpuncti ſunt corde multi ex eis qui crucifixe-
1Cor. 2 rāt Chriſtū: quē ſi cognouiſſent, nuq̃ dñm gloriæ
crucifixiſſent: cæcitas ex parte Iſrael facta eſt, ſicut
dictū fuerat, Tegā manū meā ſup te donec tranſe-
Pſal. 31 am. Vnde Pſalmus dicit, Quoniam die ac nocte
grauata eſt ſuper me manus tua, Diem appellans,
quādo Chriſtus diuina miracula faciebat: noctē,
quādo ſicut homo moriebaṫ, quādo & illi lituba-
uerūt qui in die crediderāt. Hoc eſt ergo, Cū tran- B
ſiero tūc uidebis poſteriora mea: Cum trāſiero de
hoc mūdo ad patrē, poſterius in me credituri ſunt
quorū typū geris. Tūc enim cōpuncti corde dixe
Act. 2 runt, Quid faciemus? Et iuſſi ſunt ab Apoſtolis a-
gere pœnitētiā, & baptizari in nomine Ieſu Chri-
ſti, ut dimitterenṫ illis peccata eorū. Quod in Pſal
1Cor. 2 mo illo ſequiṫ, cū dictū eſſet, Die ac nocte graua-
ta eſt ſup me manus tua: id eſt ut cognoſcerē. Si e-
nim cognouiſſent, nunq̃ dominū gloriæ crucifi-
xiſſent. Sequiṫ & iūgit, Conuerſus ſum in erumna
mea, dum configiṫ ſpina: id eſt cū eſſem corde cō-
punctus. Deinde addidit, Peccatū meū cognoui,
& facinus meū nō operui: poſtquā uiderūt quāto
ſcelere Chriſtū crucifixerunt. Et quia receperunt
cōſiliū ut agerēt pœnitētiā, & in baptiſmo remiſ- C
Pſal. 31 ſionē acciperēt peccatorū, Dixi, inquit, pnūciabo
aduerſum me delictū meū dño, & tu remiſiſti im-
pietatē cordis mei. Hāc aūt prophetiā potius fuiſ-
ſe, quā locutus eſt dñs ad Moyſen, ſatis res ipſa in-
dicat, quādoquidem de petra uel cauerna eius, &
de manu eius ſuperpoſitiōe, de uiſiōe poſteriorū
eius, nihil poſtea uiſibili ope ſubſecutū legiṫ. Mox
eñ adiūgit interpoſito articulo ſcriptura, Et dixit
dñs ad Moyſen, cū ipſe dñs utiq̃ etiā illa, quæ ſu-
pra ſunt loqueretur, atq̃ inde contexit quid dein-
ceps dñs dicat, Excide tibi duas tabulas lapideas,
CLV ſicut & primas &c. Quid eſt q̄d dictū eſt de dño,
Et reū nō purificabit: niſi, nō eū dicet innocentē?
CLVI Deus in mōte duas rurſus lapideas tabulas cō-
ſcripturo dicit Moyſi inter cętera, Corā omni po- D
pulo tuo faciā glorioſa. Nondū dignatur dicere,
Corā omi populo meo. An ita dixit, populo tuo,
quō cuilibet homini eiuſdem populi diceret. Ex
quo populo es? Quō ciuitati tuæ dicimus, nō cui
dominaris, uel quam cōſtituiſti, ſed unde ciuis es.
Sic eñ & paulopoſt dicit, Omis populus in qui-
bus es. Alio modo quid dictū eſt, niſi populus tu-
us? Quod aūt nō dixit, in quo es, cōſuetudo locu
CLVII tionis eſt. Quid eſt quod dicitur ad Moyſen, At
tēde tibi, ne quādo ponas teſtamētū his qui ſedēt
ſuper terrā. Nō eñ habet Græcus, Ne quando po
nas, ſed ne quando ponat. An forte de populo ei
dicere uoluit, cuius ipſe ductor fuit? Sed non ipſe
introduxit populum in eā terrā, ubi prohibet po-

ni teſtamētū cū eis qui in illa habitabāt. Mirū itaq̃
locutionis genus eſt, & adhuc inexpertū uel non
animaduerſum, ſi tamē locutio eſt, ac nō ſenſus a-
liquis. Cū præcipet deus loquēs ad Moyſen, ut CLVIII
data terra in poteſtate, omnis idololatria euertere
tur, nec adorarenṫ dij alieni, ait, Dñs eñ deus ze-
lans, nomē deus zelator eſt: id eſt ipſum nomē q̄d
dñs deus dicitur, zelans eſt, quia deus zelator eſt,
Quod nō humanæ perturbatiōis uitio facit deus,
ſemper atq̃ omimodo incōmutabilis atq̃ trāquil
lus: ſed hoc uerbo indicat nō impune plebem ſuā
per alienos deos fornicaturā. Ductū eſt eñ uerbū
à tropo metaphora, à zelo maritali, q̄ caſtitatē cu-
ſtodit uxoris, quod nobis pdeſt, nō deo. Quis eñ
tali genere fornicationis deo nocuerit, ſed ſibi plu
rimū ut pereat? Quod deus phibet, terrore grauiſ
ſimo zelantē ſe appellās. Cui diciṫ in Pſalmo, Per- Pſal. 72
didiſti omnē qui fornicaṫ abs te, mihi aūt adhære
re deo bonū eſt. Deniq̃ ſequiṫ, Ne forte ponas te
ſtamētū his qui ſedēt ſuper terrā, et fornicenṫ poſt
deos eorū. Quod ait, Nō uideberis in cōſpectu CLIX
meo inanis: ſicut indicāt circūſtantia de quibus lo
quitur, in conſpectu ſuo, dicit dñs in tabernaculo
ſuo: hoc eſt aūt non ibi uideberis inanis, nunq̃ in-
trabis ſine aliquo munere. Quod ſpiritaliter intel-
lectū, magnū ſacramentū eſt. Verum hęc diceban
tur in umbris ſignificationū. Cū de ſabbato prę CLX
cepiſſet, quid eſt quod addidit, De ſatione & meſ
ſe requieſces. Videṫ eñ dicere, tēpore ſationis &
meſſis. An forte ita obſeruādā requiē ſabbati prę-
cepit, ut nec illa tēpora habeāt excuſationē, quæ
agricolis ualde ſunt neceſſaria propter uictū atq̃
uitā? Iuſſum eſt ergo ut etiā tēpore ſatiōis & meſ-
ſis, quādo multū urget operatio, requieſcaṫ in ſab
bato: ac ſic per hęc tēpora, quæ opus plurimū fla-
gitāt, ſignificatū eſt omni tēpore ſabbato debere
ceſſari. Quod dixit, Nō cōcupiſcet quiſquā de CLXI
terra tua, cū aſcēdes uideri in cōſpectu dei tui per
tria tēpora anni: hoc uult intelligi, ut ſecurus quiſ
que aſcēderet, nec de terra ſua ſolicitus eſſet, deo
promittēte cuſtodiā, q̄ nemo inde aliqd cōcupi-
ſceret, pter illū qui aſcēdit, nec ſuā inde timeret
abſentiā. Et hic ſatis oſtēdit quid ſupra dixerit. Nō
apparebis in cōſpectu dñi dei tui inanis, quia in il
lo loco dixit, ubi tabernaculū uel templū deus fue
rat habitaturus. Quid eſt quod ait, Nō occides CLXII
ſuper fermentū ſanguinē immolatorū meorū? An
illa hoc loco dicit immolata ſua, quæ per Paſcha
occiduntṫ, & præcepit ne tunc ſit in domo fermen
tum, quoniā dies ſunt azymorū. Quid eſt quod CLXIII
ait, Et nō dormiet in mane immolatio ſolēnitatis
Paſchæ: niſi quod ſuperius aperte præcepit ne ali-
quid ex pecore quod immolaṫ carniū relinquatur
in mane. Sed locutio fecit obſcuritatē, dormiet e-
nim dixit pro manebit. Nō coques agnum in la CLXIIII
cte matris ſuæ: Ecce dixit iterum, quod quēadmo
dum intelligi poſſit ignoro. Magna tamen eſt de
Chriſto prophetia, & ſi fieri ad literā poſſit, quā-
to magis ſi nō poteſt. In ſermonibus enim dei nō
ſunt ad proprietatē operū omnia reuocāda, ſicut
nec illud de petra & cauerna eius, & manus ſu-

perpositiõe. Sed planè de fide narrationis hoc exi
gendū est, ut quæ dicit facta esse, uere facta sint: &
quę dicit dicta esse, uere dicta sint, Quod exigit̃ e-
tiā à narratorib. Euāgelij: cum em̃ Christū narrēt
quędā dixisse, quæ in parabolis dixit, tamē hęc eū
CLXV dixisse nō parabolica, sed historica narratio est. Et
erat ibi Moyses in cōspectu dñi quadraginta die-
bus & quadraginta noctibus, panē non māduca-
uit, & aquā nō bibit. Quod & ante dixerat, quan-
do tabulas accepit quas fregit, hoc etiā modo re-
petit: nō recapitulando quod factū est, sed iterū fa
ctū esse cōmendās. Repetitio quippe legis iā quid
significet diximus. Quod aūt ait, Panē nō mādu-
cauit, & aquā nō bibit: intelligit̃ ieiunauit, à parte
totū: id est nomine panis omnem cibū, & nomine
CLXVI aquę omnē potū significāte scriptura. Et scripsit
in tabulis testamenti decē uerba. De Moyse dictū
est q̄ ipse scripserit, cui etiā deus paulo ante dixe-
rat, Scribe tibi uerba hæc. Cū uero primū legē ac-
cepit, cuius tabulas abiecit & fregit, nec ipse exci-
disse dictus est tabulas lapideas, & modo dictum
est, Excide tibi duas tabulas lapideas: nec ei dictū
est ut scriberet, sicut eo modo dicitur: nec eas ipse
scripsisse narrat̃, sicut modo narrat scriptura, & di
cit, Scripsit in tabulis testamēti decē uerba: sed tūc
Exod. 31 dictū est, Et dedit Moysi, statim ut cessauit loqui
ad eū in mōte Sina, duas tabulas testimonij, tabu-
las lapideas scriptas digito dei. Deinde paulopost
Exod. 32 Conuersus, inquit, Moyses descēdit de monte, &
duæ tabulæ testimonij in manu eius, tabulæ lapi-
deę scriptę ex utraq; parte earū, hinc atq; hinc erāt
scriptę: & tabulę opus dei erāt, et scriptura, scriptu
ra dei & sculpta in tabulis. Proinde magna oritur
quæstio quō illæ tabulæ quas erat Moyses deo u-
tiq; pręsciēte fracturus, nō hominis opus esse dicā
tur, sed dei: nec ab homine scriptę, sed scriptæ digi
to dei. Posteriores uero tabulę tamdiu māsuræ, ac
in tabernaculo ac tēplo dei futuræ, iubente quidē
deo, tam ab homine excisæ sint, q̄ ab homine scri
ptę. An forte in illis priorib. gratia dei significaba
tur, nō hominis opus, qua gratia indigni facti sunt
reuertētes corde in Ægyptum, & faciētes idolū:
unde illo beneficio priuati sunt, & ꝓpterea Moy-
ses tabulas fregit: istis uero tabulis posteriorib. si-
gnificati sunt qui de suis opib. gloriant̃. Vnde di-
Rom. 10 cit Apostolus, Ignorātes dei iustitiā, & suā uolen-
tes cōstituere, iustitiæ dei nō sunt subiecti: & ideo
tabulę humano opę exculptæ, & humano opę cō
scriptæ datæ sunt, quæ cū ipsis manerēt, ad eos si-
gnificādos de suis opib. gloriaturos, nō de digito
dei, hoc est de spiritu dei. Certe ergo repetitio le-
gis nouū testamētū significat: illud aūt uetus signi
ficabat, unde cōfractū & abolitū est: maxime qm̃
cū secūdo lex dat̃, nullo terrore dat̃, sicut illa in tā-
ro strepitu igniū, nubiū & tubarū, unde tremefa-
ctus populus dixit, Nō loquatur deus ad nos, ne
moriamur: unde significat̃ timor esse in ueteri te-
stamēto, in nouo dilectio. Quō igit̃ hic soluit̃ quę
stio, quare illę opus dei, istæ opus hominis: & illæ
conscriptæ digito dei, istæ scriptæ ab homine? An
forte ideo magis in illis priorib. uetus significatū
est testamētū, quia deus ibi pręcepit, sed homo nō
A fecit? Lex em̃ posita est in ueteri testamēto, quæ
cōuinceret trāsgressores, quæ subintrauit ut abun Rom. 5
daret delictū. Nō em̃ implebat̃ timore, quę nō im
plet̃ nisi charitate. Et ideo dicit̃ opus dei, quia de-
us legē cōstituit, deus cōscripsit, nullū opus homi
nis, quia homo deo non obtēperauit, & eū potius
reū lex fecit. In secūdis aūt tabulis homo per adiu-
toriū dei tabulas fecit atq; cōscripsit: quia noui te-
stamēti charitas legē fecit. Vnde dicit dñs. Nō ue- Mat. 5
ni legē soluere, sed adimplere. Dicit aūt Aposto-
lus, Plenitudo legis charitas: Et fides quæ per dile Rom. 13
ctionē operat̃. Factū est itaq; homini facile in no-
uo testamēto, quod in uetere difficile fuit, habēti
fidē quę per dilectionē operat̃: atq; illo digito dei
hoc est spiritu dei intus eam in corde scribēte, non
B foris in lapide. Vnde dicit Apostolus, Nō in tabu 2 Cor. 3
lis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib. quoniā
charitas dei, qua ueraciter impletur pręceptū, dif-
fusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui
datus est nobis. Hoc est ergo, prima data est lex,
ubi significat̃ uetus testamētū, quod est opus tan-
tummodo dei, & cōscriptio digito dei. Quod A-
postolus dicit, Itaq; lex quidē sancta, & mandatū Rom. 7
sanctū & iustū & bonū. Lex ergo sancta & bona,
dei opus est: ubi homo nihil ait, quia non obtēpe-
rat: sed reatu potius premit̃, lege minante atq; dā-
nante. Peccatū enim, inquit, ut appareat peccatū,
per bonū opatū est mihi mortē. Beatus aūt homo
est, cū hoc mandatū sanctū & iustū & bonū facit:
hoc etiā opus eius, sed per gratiā dei. Moyses ad CLXVII
C filios Israel, posteaq̄ de mōte descēdit, habēs alias
tabulas legis, circūposito sibi uelamine ꝓpter glo
riam uultus eius, quā filij Israel nō poterāt intueri,
Hæc, inquit, uerba, quæ dixit dñs facere ea: ambi-
gue positū est, utrū ea facere ipse dñs, an illi: sed u-
tiq; manifestū est quòd illi: iussit quippè ille quæ
fierent. Sed forte ideo sic positum est, ut ex utroq;
accipiatur: quia & dñs facit, cum faciētes adiuuat,
secundū illud Apostoli, In timore & tremore ue- Philip. 2
stram ipsorū salutē operamini: deus enim est qui
operat̃ in uobis & uelle operari pro bona uolun-
tate. Omnis offerens demptionē, argentū & ęs CLXVIII
attulerūt demptionē dño: tanq̄ diceret, Om̃is qui Exod. 35
attulit, attulit illud atq; illud, inter cętera quæ dice
bat, & argentū & æs cōmemorās. Dēptionē sanè
D interpretati sunt Latini, quod Græcus habet ἀφαί
ρεμα. Appellata est aūt dēptio, eo q̄ sibi demeret
qui dño offerret. Narrāte Moyse cōmemoratū CLXIX
est q̄ ei dixit deus de Beseleel eisdem uerbis ac to
tidē, quod eum impleuit spiritu diuino sapiētiæ &
intellectus et sciētię ad tabernaculi opera faciēda,
quę pertinēt ad artes opificū. Vnde quid nobis ui
deret̃ iam diximus. Sed ideo nūc hoc idem cōme
morandum putaui, quia nō frustra eisdē omnino
uerbis repetitū est, quibus antea Moysi à domino
fuerat intimatū. Sanè nouo more hic ars archite-
ctonica ꝓhibet̃, opificū ex auro & argēto & quo
cūq; metallo, cū illa dici soleat architectonica, quę
pertinet ad fabricas ędificiorum. Et omnes qui CLXX
spōte uellēt ire ad opa, ut cōsummarēt ea, & acce- Exod. 36
perunt

perunt à Moyse omnes demptũ æs. In notitiã tan-
tum Moyses ꝓtulit quę dñs opera fieri præcepit,
tabernaculũ scilicet cũ omnibus quæ in eo essent,
& uestes sacerdotales. Cõmemorauit aũt quosdã,
quib. dixit spũm diuinitus datũ, ꝙ illa efficere pos
sent: & tamẽ multi intelligunẽ spõte ad eadẽ ope-
ra uenisse quib. nec imperatũ est, nec eorũ nomi-
na cõmemorata sunt à dño dicta Moysi, Nõ ergo
illi soli hoc munus diuinitus habuerunt, qui nomi
natim cõmemoranẽ, sed fortasse præcipue atq; ex
cellentius. Laudãdus est aũt in his omnib. non at-
tractus ad opus seruiliter animus, sed liberaliter &
CLXXI spõte deuotus. Notandũ ꝙ illi qui sapiẽtes ap-
pellanẽ, effectores operũ sancti etiã moribus tales
erãt, ut cũ ipsi susciperẽt omnia quæ populus offe-
rebat, existimans necessaria ex quibus illa omnia
cõplerenẽ, uiderunt plus offerri ꝙ̃ erat necesse, &
dixerũt Moysi: atq; ille per præconẽ ultra populũ
offerre ꝓhibuit. Poterãt aũt, si uellẽt, multa aufer-
CLXXII re, sed modestia ꝓhibuit, uel religio terruit. Post
eaꝙ̃ descẽdit Moyses de mõte, opera cõmẽdanẽ
tabernaculi construendi, & uestis sacerdotalis, de
quib. faciẽdis anteꝙ̃ aliud præciperet, locutus est
ad populũ de sabbati obseruatiõe. Vbi nõ imme-
rito mouet, cũ decẽ uerba legis accepit in tabulis
lapideis iterũ, quas ipse excidit, ipse cõscripsit: qua
re de sabbato solo, posteaꝙ̃ descendit, populũ ad-
monuit? Si enim propterea decẽ præcepta legis
superfluũ fuit ut populus iterũ audierit: cur & hoc
nõ fuit superfluũ, ut de sabbato audiret, cũ & hoc
in eisdẽ decẽ pręceptis legaẽ? An & hoc simile est
Exod. 34 uelamẽto, quo faciẽ obtexit: quia splendorẽ uul-
tus eius filij Israel nõ poterant intueri? Nã ex decẽ
præceptis hoc solũ populo præcepit, ꝗd figurate
ibi dictũ est: alia quippe nouẽ sicut præcepta sunt,
etiã in nouo testamẽto obseruãda minime dubita
mus. Illud aũt unum de sabbato usq; adeo figurata
diei septimi obseruatione apud Israelitas uelatum
fuit, & in mysterio præceptũ fuit, & quodã sacra-
mento figurabaẽ, ut hodie à nobis non obseruet,
sed solũ ꝗd significabat intueamur: In illa aũt reqe
ubi opera seruilia iubenẽ cessare, magna est altitu
do gratię dei. Tunc eñ fiũt cũ requie opera bona,
cũ fides per dilectionẽ operaẽ: timor aũt tormẽtũ
habet, & in tormẽto quę requies? Vnde timor nõ
Rom. 5 est in charitate, charitas aũt diffusa est in cordibus
nostris per spiritũsanctũ qui datus est nobis: ideo
sabbatũ requies sancta domino diciẽ, dei scilicet
gratiæ tribuẽda, nõ nobis uelut ex nobis. Alioqn
nostra opera sic erunt, ut sint humana, aut cũ pec-
cato, aut cũ timore, nõ cũ dilectione: & ideo serui-
lia sine requie. Plenitudo aũt sabbati erit in requie
sempiterna. Nõ eñ frustra institutũ est & sabbatũ
Leuit. 25 sabbatorũ. Superius quãdo prius locutus est deus
de tabernaculo ungẽdo, dixit eadẽ unctione san-
Exod. 30 ctificari illa omnia, & fieri sanctasanctorũ: Altare
autẽ holocaustomatũ eadem unctione sanctifica
tum, dixit sanctũsancti: & hoc interesse uidebaẽ,
ꝙ nihil eorũ dixisset sanctũsanctorũ, nisi quod tan
tum uelo separabatur à sancto, id est ubi erat arca
testamẽti & altare incensi. Nunc aũt cum eadem

repeteret, dixit de tabernaculo uncto & his quæ
A in illo essent, ꝗd eadẽ unctione sanctificarenẽ, &
fierẽt sancta: illud autẽ altare holocaustomatũ, de
quo prius dixerat quod fieret sanctũsancti, eadẽ
unctione nũc dixit fieri sanctũsanctorũ. Vnde da
tur intelligi tantũdẽ ualere, quod dictũ fuerat san
ctũsancti, quantũ ualet quod dictũ est, sanctũsan-
ctorũ: ac ꝑ hoc & illa oĩa uncta, id est totũ taber
naculum, & quæcũq; in eo essent, quę prius appel
lauerat sanctasanctorũ, tantundẽ ualere quod nũc
ait sancta: nec unũquodq; eorum dici tantũmodo
post istã unctionẽ sanctũsancti, uerumetiã sanctũ
sanctorũ: sicut altare holocaustomatum, ut iam ni
hil intersit, quantũ ad hanc appellationẽ attinet,
inter illa quæ interius intra uelũ fuerant, id est ubi
erat arca testimonij, & cætera foris: nisi ꝙ illa inte-
rius ita dicebanẽ sanctasanctorũ uel sanctũsancti,
ut etiã ante unctionẽ sic appellarenẽ: cætera uero
B unctiõe sanctificata sunt, ut hoc nomẽ acciperẽt.
Quod ocio discutiendũ est quid ista significent. CLXXIII
Cum scriptura narraret quomodo Moyses cõ- Exo. ultu.
stituerit tabernaculũ, Extẽdit, inquit, aulæa super
tabernaculũ, non utiq; desuper tectũ, sed cingens
colũnas: quia de columnis dixerat, ꝙ statuerit ta-
bernaculũ. Item cũ dicit. Et super atrium in circui-
tu tabernaculi & altaris, manifestat altare holo-
caustomatũ ad ostiũ tabernaculi forinsecus fuisse,
ut atrio totũ ambiretur, & altare esset infra atrium
inter portã atrij & ostium tabernaculi. Notanda
est quoq; res multũ mirabilis, quod nube descen-
dente & implente tabernaculũ, quæ tamẽ gloria
dñi diciẽ, non poterat Moyses intrare tabernacu-
lũ, qui in mõte Sina, quãdo legẽ primitus accepit,
C intrauit in nubẽ ubi erat deus. Proculdubio ergo Exod. 19
aliã personã tunc figurabat, aliam nũc. Et tunc eo
rum qui participes fiunt intimæ ueritatis dei: nũc
aũt Iudæorũ, quibus gloria domini, quæ in taber-
naculo est, quod est gratia Christi, tanquã nubes
opponiẽ, nõ eã intelligẽtibus: & ideo nõ intrauit
in tabernaculũ testimonij. Et hoc credendũ est se-
mel factũ mox ut cõstitutũ est tabernaculũ signifi
catiõis huius causa uel alicuius alterius. Neq; eñ
semper sic erat nubes super tabernaculũ, ut illuc
Moyses intrare nõ posset, quãdoquidẽ nõ remo-
uebaẽ, nisi cũ eis hoc signũ dabaẽ disiungẽdi, hoc
est castra mouẽdi ex eo loco ubi erãt: & accedẽdi
quo nubes ducebat per diem, & flãma per noctẽ. Exod. 13
D Quæ duo uicissim etiã super tabernaculũ mane-
bant, ubi castra posuissent, nubes per diẽ, flamma
per noctẽ. Quoniam liber qui Exodus diciẽ, in Topographia tabernaculi
constitutione tabernaculi sumit terminũ, de quo
tabernaculo etiã per superiora eiusdẽ libri multa
dicta fuerant, quæ faciebãt difficultatẽ intelligen
di: sicut solet omnis τοπογραφία, id est loci alicuius
descriptio in omni historia facere: uisum est mihi
de toto ipso tabernaculo separatim dicere, quo in
telligaẽ, si fieri potest, quale illud & quid fuerit, in
terim ꝓprietate narrationis inspecta, & in aliud
tẽpus dilata figurata significatiõe: neq; eñ ibi ali-
quid fuisse putandũ est, quod iubẽte deo cõstitue
reẽ sine alicuius magnæ rei sacramento, cuius co-

gnitio fidem formã'q; pietatis ædificet. Iubet ergo
Deus Moysi facere tabernaculũ decẽ aulæorũ de A
hyacintho & purpura & cocco torto & bysso tor
ta cherubin opere textoris. αὐλαίας quas Græci ap
pellãt, Latini aulęa perhibẽt, quas cortinas uulgo
uocãt. Nõ ergo decẽ atria fieri iussit, sicut quidam
negligẽtes interpretati sunt: nõ eñ aulas, sed aulæ
as dixit. Opere ergo textili cherubin iussit in aulę
is fieri, quorũ aulæorũ lõgitudinẽ esse pręcepit cu
bitorũ uigintiocto, & latitudinẽ cubitorũ quatu-
or. Cohærere aũt inuicẽ aulæa, & cõiungi inter se
quinq; hinc, & quinq; inde, ut spatiũ q̃d eis cinge-
ret, hoc esset tabernaculi spatiũ. Quõ aũt inter se
cõnecterẽt eadẽ quina aulæa, ita præcepit, Facies
illis, inquit, ansas hyacinthinas, ora summa aulæi B
unius ex una parte in cõmissurã: & sic facies sum-
mã ad cõmissurã secũdã: id est ubi cõmittit aulęũ
aulæo, tertiũ scilicet secũdo, quod secundũ iam cũ
primo cõmissum est, id est cõiunctũ atq; cõnexũ,
faciẽ contra faciẽ cõsistentia ex aduerso singula:
quoniã inter se iussit ea cõiungi, ut ex aduerso cõ-
stituerent. Vtrũ aũt quadrũ spatiũ his cõcluderet,
an rotundũ, nõdũ apparet: sed apparebit cũ de co
lumnis cœperit dicere, quibus protendunt aulęa.
Nõ ergo amplius q̃ de triũ cõnexione dicere uo-
luit, quę fit in duabus cõmissuris, secũdi ad primũ,
tertij ad secũdũ, ut ex hac ueluti regula cætera iun
gerentur. Ansas ergo præcepit fieri primo aulæo
quinquaginta ex una parte qua illi fuerat cõmittẽ
dum secundũ: & ansas quinquaginta tertio aulæo
ex ea parte, qua secundo cõiungebat: ipsum autẽ C
secundũ, id est inter utrasq; ansas quinquagenas
mediũ, circulos habere uoluit quinquaginta aure
os, utiq; ex una parte, per quos cõiungeret quin-
quaginta ansis aulęi primi: ac per hoc cõsequẽs e-
rat, ut ex alia quoq; parte circulos totidẽ haberet,
per quos cõiũgeret ansis aulęi tertij. Quod breui
ter scriptura ita dixit. Et facies circulos quinqua-
ginta aureos, & cõiunges aulæũ ad aulęũ circulis,
& erit tabernaculũ unũ. Cũ culi ergo quinquagin
ta aurei secundi aulæi, inserebant quinquaginta
ansis tertij aulæi: & deinceps ita cætera cõnecte-
bãtur, ut quinq; cõplecterent, atq; ex aduersa par-
te alia similiter quinq;. Deinde dicit, Et facies ue-
la capillacia operire super tabernaculũ, id est quæ
uenirẽt super, nõ à parte tecti, sed supercingendo,
Dicimus eñ & sic aliquid superponi, nõ quemad D
modũ tectũ domus, sed quẽadmodũ tectoriũ pa-
rietis, tanq; super lineã fasciã. Vndecim, inquit, ue
la facies ea, Lõgitudo unius ueli erit xxx. cubito-
rum, & quatuor cubitorũ latitudo ueli unius, Mẽ
sura eadẽ erit undecim uelorũ, et cõiunges quinq;
uela in se, & sex uela in se. Quõ ergo aulæa uoluit
quina cõiũgi, sic ista uela quinq; & sex, quę unde-
cim erãt, & nõ decẽ. Et duplicabis, inquit, uelũ se-
xtũ secũdũ faciẽ tabernaculi ne moueret, quia im
pariliter alterutrũ incurrebant sex et quinq;. Dein
de dicit etiã ista uela capillacia, quẽadmodũ sibi-
met iũgerent, Et idẽ dicit, & fortasse planius, Et fa
cies, inquit, ansas quinquaginta in ora ueli unius,
q̃d cõtra mediũ est, id est cõtra secũdũ, quia ipsum
erit mediũ inter primũ et tertiũ, secũdã cõmissurã,
id est iũcturã: et L. ansas facies sup orã ueli, q̃d con
iunctũ est ad secũdũ uelũ, id est super orã tertij ue-
li, quod cõiungit secundo. Et facies circulos ære-
os L. & cõiunges circulos ansis, & cõiunges uela,
& erit unũ. Circulos ergo medio uelo uoluit ap-
poni, id est, secũdo, quib. quinquagenis ansis iun-
geret primo & tertio. Nihil ibi aliud est, nisi q; cir-
culos nõ aureos: sed æreos fieri nũc pręcepit. An-
sas aũt in aulæis hyacinthinas dixerat, in uelis aũt
capillacijs quoniã tacuit cuiusmodi essent ansæ,
quid nisi capillacias eas credibilius accipimus?
Quod deinde sequit ita est ad intelligẽdũ diffici-
le, ut uerear ne exponẽdo fiat obscurius. Dicit e-
nim, Et suppones in uelis tabernaculi dimidiũ ue
li q̃d supauerit, subteges q̃d abũdat de uelis taber-
naculi, subteges post tabernaculũ cubitũ ex hoc,
& cubitũ ex hoc: ex eo q̃d superat uelis de lõgitu-
dine uelorũ tabernaculi, erit cõtegẽs sup latera ta
bernaculi, hinc atq; hinc ut opiat. Cũ sextũ uelũ ius
serit duplicari secundũ faciẽ tabernaculi, q̃d dicat
supare in uelis dimidiũ ueli: & q̃d dicat cubitũ ex
hoc, & cubitũ ex hoc cum dimidiũ ueli xv, cubita
sint, q̃m xxx. cubitorũ iussit esse unũ uelũ, q̃s facile
intelligat? Aut si ppterea supat de lõgitudine ue-
lorũ, q̃a prima aulęa de bysso & cocco & purpura
& hyacintho uigintiocto cubitis lõga esse pręce-
pit, ista uero capillacia xxx. cubitorũ esse uoluit,
duob. cubitis supant singula aulęa à singulis uelis
capillacijs: quæ in sũma inducta, excepto undeci-
mo q̃d duplicari iussit, uiginti cubita excrescunt,
quib. supat ambitus aulęorũ ambitu capillaciorũ.
Decẽ q̃ppe uelorũ cubita bina quib. lõgiora erãt,
uiginti faciũt: quorũ ex utroq; latera decẽ hinc, &
decẽ inde poterãt supare, nõ cubitũ ex hoc & cu-
bitũ ex hoc, sicut scriptura loquit. Quapropter dif-
ferenda mihi uidet huius loci expositio, donec ta
bernaculũ colũnis omib. cũ atrio q̃d circũponit o-
mni ex parte cõsistat. Fortassis eñ p anticipatio-
nẽ aliq̃d dicit de his uelis capillacijs, q̃d ad illa pro
ficiat de quib. nõdũ locutus est. Quod eñ dicit, Et
facies uela capillacia opire sup tabernaculũ: utrũ
uniuersum tabernaculũ his uelis coopiri uelit, cũ
atrio scilicet de quo circũponẽdo postea loquit:
an hoc interius tabernaculũ q̃d decẽ aulæis fieri
iussit, incertũ est. Sequit ergo & dicit, Et facies o-
perimẽtũ tabernaculo, pelles arietũ rubricatas. E-
tiã hoc operimẽtũ utrũ uniuerso tabernaculo fie-
ri iusserit in circuitu, an interiori tãtũ, similiter ha-
betur incertũ. Quod uero adiungit. Et operimẽta
pelles hyacinthinas desup: hoc nõ in circuitu, sed
à tecto uelut camera accipiẽdũ est. Et facias, inq̃t,
colũnas tabernaculo de lignis imputribilib. decẽ
cubitorũ colũnã unã, & cubiti unius & dimidij la
titudinẽ colũnæ unius, duos anconiscos columnę
uni cõsistẽtes ex aduerso. Sic facias omes colũnas
tabernaculi. Quare iusserit fieri hos anconiscos,
de quib. antea dixi, q̃d essẽt, nõ satis mihi apparet,
Si eñ ad colũnas portãdas, fierẽt quatuor ut in u-
num fierẽt: si aũt ibi serræ incumberẽt, etiã plures
fierẽt, nam quinas serras singulis columnis distri-
buit

buit. Nisi forte in his anconiscis nō aliqs usus, sed sola significatio sit, sicut in uelo undecimo capilla cio: Nā columna duos anconiscos uelut brachia hinc atq; hinc extendēs, figurā crucis reddit. Nūc iā uideamus numerū columnarum, in quib. & forma tabernaculi possit aduerti: utrū quadra, an rotunda sit: an oblongā habeat quadraturā, laterib. longiorib. breuiorib. frontib. sicut pleræq; basilicæ cōstruuntur hoc enim potius hic eui dēter exprimitur. Nā ita dicit: Et facies colūnas tabernaculorum, uiginti columnas ab latere isto q̄d respicit ad Aquilonē: xl bases argenteas facies xx columnis, duas bases columnæ uni in ambas partes eius: Et latus secundū cōtra Austrum xx columnas & xl. earum bases argenteas, & duas bases colūnæ uni in ambas partes eius, et duas bases columnæ uni in ambas partes eius. Repetitio nō moueat, quia genus locutionis est, ut omnes ita intelligātur de quibus non dicit. De basibus autē iam antea diximus, cur una columna duas habeat, quia & capita hoc loco bases uocat. Videmus igitur uicenis columnis porrecta duo latera tabernaculi Aquilonis & Austri: duo sunt reliqua, Orientale & Occidentale, quæ si totidē columnas habuissent, ꝓculdubio quadratum esset. Quod autē habet, de Occidētali nō tacet, de Orientali tacetur. Vtrum quia nō habuit, & sola illic sine columnis extēdebant aulæa, ab extrema colūna unius lateris usq; ad alterius alterā extremam: an & aliqua causa taceat, ut etiā tacite intelligant, nescio. Postea quippe ex ipsa parte Orietis decē columnæ cōmemorant, sed atrij de quo postea loquit, quod huic tabernaculo circumponi iubet. Cōmemoratis ergo laterib. tabernaculi Aquilonio & Australi & uicenis columnis, deinde sequit & adiungit dicēs: Et retro tabernaculū per partē quæ est contra mare, facies sex colūnas: & duas columnas facies in angulis tabernaculi à posteriorib. & æquales deorsum uersus, & in se cōuenietes erūt, ac æquales capitibus in cōmissuram unā. Sic facies angulos, duob. angulis æquales sint, & erunt octo colunæ, & bases earū argēteæ sedecim, & duæ bases colūnæ uni, & duæ bases colūnæ uni in ambas partes eius. De basibus similis ratio & similis locutio est. Latus itaq; Occidētis, nā hoc est ad mare, columnis octo extendit, sex medijs, & duab. angularib. quas æquales ad unā cōmissurā dicit esse debere. Credo q̄ angulus duo in se latera cōmittat, & sic colūna angularis lateri utriq; cōmunis: ista Occidētali & Aquilonari, & ista Occidētali, & Australi. Quod autē dicit etiā æquales deorsum uersus, hoc utiq; dicit, ut ad perpēdiculum libraretur, ne robustiores essent infra q̄ supra, sicut pleræq; colūnæ sunt. Deinde dicit, Et facies serras de lignis imputribilibus, quinq; uni columnæ ex una parte tabernaculi, & quinq; serras colūnæ lateri tabernaculi secūdo, & quinq; serras colūnæ posteriori lateri tabernaculi, q̄d est ad mare. Mirū si dubitari potest latus Oriētale colūnas nō habuisse in hoc interiore tabernaculo, cui postea circumponitur atriū. Singulas quasq; igit columnas omniū trium

A laterū habere serras quinas iubet. Et serra, inquit, media inter medias colūnas pertrāseat ab uno latere in aliud latus: Hoc uidet dicere, ut de colūna in columnā serra pueniret, & per interuallum columnarū porrigeret à latere unius usq; in latus alterius: ac per hoc una ex his omnib. columna non erat habitura ꝓprias quinq; serras, ad quā extremā quinq; perueniebant à columna sibi proxima uenietes, Et columnas, inquit, inaurabis auro, & annulos facies æreos, in quos indues serras, & inaurabis auro serras. Ne columnæ foraminib. cauernarent, quo intrarēt serræ annulos fieri iussit, quibus ex utraq; parte cōtinerent fines serrarum. Proinde intelligunt hi annuli fixi à ligno ansulis pepēdisse, ut extremas partes serrarū possent capere & cōtinere. Et eriges, inquit, tabernaculū se-
B cundū speciē quæ mōstrata est tibi in mōte. Et facies uelamen de hyacintho & purpura & cocco torto & bysso neta, opus textile facies illud super Cherubim: & superimpones illud super quatuor columnas imputribiles inauratas auro, et capita earū aurea, et bases earum quatuor argēteæ: et pones uelamē sup colūnas, et induces illud interius ubi uelamē est, arcam testimonij: et diuidet uobis uelamē inter mediū sancti et mediū sancti sancto rū: et cooperies de uelamine arcā testimonij in sancti sanctorū. Hęc oīa manifesta sunt, interius in tra uelamē hoc iiij. colūnis impositā fuisse arcā testimonij, quā nō sic operiri iussit uelamine, ut sup arcæ cooperculū iaceret uelamē, sed ut cōtra mēsam statueret. Deinde dicit, Et pones mensam foris extra uelamē, & cādelabrū cōtra mēsam in par-
C te tabernaculi, quę respicit ad Austrū: et mensam pones in parte tabernaculi quę respicit ad Aqlonē. Etiā hoc planū est. Qd' aūt sequit, Et facies ad ductoriū de hyacintho et purpura & cocco torto & bysso torta, opus uariatoris: et facies uelamini quinq; colūnas, et inaurabis illa auro, et capita earū aurea, et cōflabis eis qnq; bases ęreas. Cui usui uelamē hoc fiat qnq; colūnis extentū, post apparebit, nā hic nō apparet: Vult eīn illud esse uelamē ostij tabernaculi huius, uidelicet interioris, cui circūponit atriū. Deinde iubet altare fieri sacrificiorū et holocaustomatū: et dicit quēadmodum fiat, nondū aūt dicit ubi ponat: sed hoc quoq; post apparebit. Hic iā de atrio loquit usq; ad finē, quod circūponendū est tabernaculo illi, de quo prius
D cōstituēdo locutus est. Et facies, inquit, atrium, q̄d dicit Graece αὐλὴν nō αὐλαίαν: q̄d quidā interpretes nostri nō discernētes, et hoc et illa aulęa, quas aulęas non aulas Gręci dicunt, atria interpretati sunt dicētes, Et facies tabernaculū decē atriorum ubi decē aulæorū dicere debuerūt. Nōnulli autē multo imperitiores, ianuas interpretati sunt, et aulas et aulęas. Sicut autem in lingua Latina inuenimus aulęa, quas Gręci aulęas uocāt: ita quā illi appellāt αὐλὴν, nostri aulā uocauerūt. Sed iam non atriū isto nomine, sed domus regia significatur in Latina lingua: apud Gręcos aūt atriū. Ergo & facies, inquit, atriū tabernaculo in latere quod respicit ad Austrū, et territoria atrij ex bysso torta: lon-

 gitudo

gitudo sit eentũ eubitorũ uni lateri, colũnæ earũ
uiginti,& bases earũ æreæ uiginti, & circuli earũ,
& arcus earũ argẽtei. Sic & lateri quod ad Aqui-
lonẽ, tẽtoria centũ cubitorũ lõgitudinis & colũ-
næ earũ uiginti,& bases earũ æreæ uiginti, & cir-
culi earũ,& arcus eolũnarum,& bases inargenta-
tæ argẽto. Latitudo aũt atrij quæ est ad mare, tẽto
ria eius quinquaginta cubitorũ: columnæ earum
decẽ,& bases earũ deeẽ,& latitudo atrij quod est
ad Orientẽ,quinquaginta cubitorũ, colũnæ eius
decem,& bases earũ decẽ. Hic iam uidemus com
memorari colũnas ab Oriente cũ loquiĩ de atrio,
& eas deeem dicẽs cum basibus æreis, sicut dixit
etiã de Occidẽtalibus,ubi difficillima oritur quę-
stio. Nã facile est quidẽ, ut accipiamus ab Oriẽte
unũ ordinẽ columnarũ ad atriũ pertinentiũ, quo
tabernaculũ interius p omnes quatuor partes cin
gitur,quia nõ habebat ex ea parte colũnas taber-
naculũ interius: Ab Occidẽte aũt ubi iam erãt in-
terioris tabernaculi colũnę octo,quomõ etiã istas
decẽ quas exterioris atrij cõmemorat accepturi
sumus, tanq̃ ab Occidẽte duo sint ordines colũ-
narũ,interiorũ octo,& exteriorũ decem? Quod si
ita est,longiora erant etiã latera atrij exterioris, q̃
tabernaculi interioris, ut sit unde ab extremo in
extremũ alius columnarũ ordo dirigaĩ, & nõ in-
currat in ordinẽ priorẽ ad interius tabernaculum
pertinentẽ. Et si hoc est, cõsequẽs erit,ut uicenæ il
læ colũnę duorũ laterũ tabernaculi interioris, Au
stri & Aquilonis,interuallis breuiorib. dirimanĩ,
q̃ illæ uicenæ quas habet atriũ exterius ex eisdem
lateribus. Et quia illi exteriores ordines uicenarũ
columnarũ,sicut scriptura loquiĩ, centena cubita
tenent: isti interiores totidẽ columnarum quamli
bet minus cubita teneãt,quoniã hoc scriptura nõ
expressit,cõsequens erit,ut octo colũnę illę taber
naculi interioris in latere Occidẽtali rariores sint
q̃ uicenæ illæ eiusdẽ tabernaculi Australes & A-
quiloniæ: ut possit cõprehendi spatiũ quantũ suf-
ficit decẽ illis aulæis circũtendẽdis,quib. primitus
dicit hoc tabernaculũ fieri: habent enim cubita ui
cena & octona, quæ fiunt simul ducenta octogin
ta. Quorũ si centena essent in laterib. duob. Austri
& Aquilonis,ubi uicenarũ columnarum ordines
sunt, quadragena utiq; cubita tenderẽtur per alia
duo latera Oriẽtis & Occidentis, & proportione
occurrerẽt in octo colũnis cubita xl, sicut in uigin
ti colũnis cubita centũ,sed nõ essent lõgiora late-
ra exterioris atrij, quoniã centenis cubitis defini-
ta sunt, & ideo nõ esset quemadmodum ille ordo
decẽ columnarum ab angulo Australi in angulũ
Aquiloniũ includeret ordinẽ interiorũ octo colũ
narum. Proinde ut atrio undiq; circundareĩ inte-
rius tabernaculũ,oportet illud esse etiã longitudi
nis breuioris: atq; ita necesse sit, uicenas eius colũ
nas in duobus lateribus quibus in longũ porrigiĩ
densius cõstitui, q̃ sunt atrij exterioris etiã ipsę ui-
cenæ: & rarius octo colũnas tabernaculi interio-
ris à parte Occidẽtis, q̃ decem ex eadẽ parte atrij
exterioris: quoniã quicquid minus cubitorũ ex il
lis aulęis extẽditur in colũnis uicenis duorũ late-
rum ad Austrũ & ad Aquilonẽ, cõpẽsandum est
A latitudini Oriẽtalis & Occidentalis lateris,ut du-
centa octoginta cubita cõsummenĩ aulæorũ. Nõ
enim sicut de uelis capillacijs,ubi unũ plus est,ita
& de his aulæis iussit aliquid duplicari. Quapro-
pter si tantũ breuiaĩ lõgitudo tabernaculi interio
ris,quod ab atrio exteriore posset includi, ut in ui
cenis eius colũnis nõ centena cubita tendanĩ au-
læorum,sed uerbi gratia, ut minimũ nonagena &
sena,ut quaternis cubitis breuiora sint: hæc ipsa
quaterna cubita: id est, octo cubita in duob. alijs
laterib. utiq; tendẽda sunt Orientali & Occidẽta-
li: ac sic in illis octo colũnis Occidẽtalib. taber-
naculi interioris nõ extenduntĩ cubita xl, sed xliiij
& alia quadragintaquatuor ab Oriente. Cũ ergo
B in decẽ columnis exterioris atrij tendũtur cubita
quinquaginta,in octo autẽ interioris tabernaculi
tenduntĩ cubita xliiij, rariora inueniunĩ interual-
la interiorũ octo columnarũ q̃ exteriorum decẽ:
quia si paria essent, ita in colũnis octo quadragin-
ta cubita tenderenĩ, sicut quinquaginta tẽdeban-
tur in decẽ: quoniã quod sunt proportione octo
ad decẽ, hoc sunt quadraginta ad quinquaginta:
Quinarium quippe numerũ quadraginta octies
habẽt, quinquaginta decies. Nec nos mouerẽt co
lumnarum interualla disparia, q densiores in late
rib. lõgitudinis ponerenĩ, ubi uicenæ sunt: ratio-
res aũt in latere latitudinis, ubi octo sunt, nisi aliud
existeret quod urgeret mutare sentẽtiam. Cũ em̃
cõmemorasset longitudinẽ atrij ad mare habere
C tentoria quinquaginta cubitorũ, & colũnas decẽ,
& bases earum decẽ: & latitudinẽ atrij ad Orien-
tem, item quinquaginta cubitorũ, & colũnas de-
cem & bases decem: atq; his dictis perfecta uide-
reĩ forma tabernaculi cũ atrio suo undiq; ambien
te, iniecit aliud, quod ubi & quomodo intelligen
dum sit, difficile reperiĩ. Et quindecim, inquit, cu
bitorum tentoriorũ altitudo lateri uni, columnæ
eorũ tres, & bases earũ tres: & lateri secũdo quin-
decim cubitorũ tentoriorũ altitudo, columnę eo-
rum tres, & bases earũ tres: & portę atrij tegimen
uiginti cubitorũ altitudo ex hyacintho & purpu-
ra & cocco neto & bysso torta, uarietate acu pi-
cta: colũnæ earũ quatuor, & bases eorũ quatuor.
Hęc ubi cõstituanĩ, perfecta illa forma tabernacu
li nõ uideo: sed planè uideo eundẽ esse numerum
D colũnarũ decẽ, in tribus & tribus, & quatuor, ter-
nis scilicet à laterib. & quatuor in medio. Ac per
hoc tẽtoria illa q̃nquaginta cubitorũ nõ cõtexta
erũt, ne aditus in atrio nullus sit, sed quindenis cu
bitis media uiginti cubita separabunĩ, ut faciant
portę tabernaculi tegimen: hoc est uelũ quod or-
namẽto uelamẽtoq; depẽdeat, ut teneat spatium
quatuor columnarũ q̃d portæ atrij deputatũ atq;
separatũ est. Ideo uelamẽ ipsum à laterib. quinde-
norum cubitorũ diuisum atq; separatũ, etiam spe-
cie distingui uoluit, ut opere acu picto quatuor il
lis colorib. uariareĩ. Sed latera illa quindenorum
cubitorũ hinc atq; hinc ternas columnas haben-
tium, si ad eandẽ lineę rectitudinẽ portæ atrij cõ-
iungantur, non erit spatium inter decem colũnas
exterioris

exterioris atrij, & octo interioris tabernaculi, ubi sit altare qnq; cubitorū, quadrū occupās spatiū: & ante ipsum altare, ubi seruiat altari: & inter ipsum & ostiū tabernaculi interioris, ubi sit labrū æneū. Sic enim poni iustum est, unde manus & pedes sacerdotes lauēt quādo intrāt tabernaculū, uel quādo accedūt ut altari deseruiāt. Quod nisi foris à tabernaculo in atrio intellexerimus, quomodo possunt prius lauare manus & pedes, & sic tabernaculū introire? Foris aūt ab atrio nō possumus altare statuere, q̄a & tabernaculū & altare circūdari atrio præcepit. Restat igiť ut illa latera qndenotū cubitorū hinc atq; hinc, & colūnarū ternarū, sic accipiamus à laterib. ut ipsa faciant interuallū aliquot cubitorū inter portā atrij & ostium tabernaculi interioris: portā quidē patētem xx cubitis & quatuor colūnis, & habentē uelū acu picto opere uariatū uiginti cubitorum: ostiū uero tabernaculi interius, ubi ponať uelamē illud in quinq; columnis extentū. Quod utiq; nō intra illū ordinē octo columnarū, sed extra foris ad atriū positū intelligere debemus. Nunc enim erit uelū ostij tabernaculi, quod ostiū tanq; ualuis aperiebať, ubi aulæa inter se circulis & ansis non cōiungebanť. Aut si forte intra illum ordinē octo colūnarū tabernaculi interioris, opponebať hoc uelamen in qnq; columnis ostio tabernaculi, ut quādo aperiebatur interiora nō nudarenť, ne à prospicientib. uiderenť: quod tamē uelamē siue interius ab illo ordine columnarū, siue exterius poneret, quod nō satis elucet, proculdubio distabat moderato interuallo ab eodē ordine colūnarū, ne quinq; colūnæ ad quatuor colūnas densius cōstipatæ, intercluderēt potius aditū, q̄ uelarent. Secundū istum itaq; modū, & secundū hāc formā tabernaculi nihil iam opus est uicenas illas colūnas laterum interioris tabernaculi ad Austrū & Aquilonē cōstituere densiotes, & rariores illas octo facere quæ ab Occidēte fuerāt. Decē quippe illæ atrij exterioris ab eadem parte Occidentis nō longū ordinē faciūt colūnarum, quo includātur octo interiores, sed ternis ab utroq; latere cōstitutis, & quatuor in portam, spatiū cōcludūt, ubi & altare sit holocaustomatū intra portā atrij ante ostiū tabernaculi: & labrū inter ostiū tabernaculi & altare, & interuallū necessariū ministerio inter altare & portā atrij, & sic illud totum spatiū atrij concludiť colūnis decē, tribus ab Aquilone, & trib. ab Austro, & quatuor ab Occidēte, tanq; si Π Græcā literā facias. Et sic adiungebať idē spatiū lōgiori ordini columnarū tabernaculi interioris, tāq; si literā memoratā ex ea parte qua nō habet adiungas literæ productionē quæ iota dicitur: ut eius parte quæ in medio est ab eo latere concludatur, & restent hinc atq; inde ex ipso iota reliquæ partes. Poterant ergo numerari decē columnę in illo lōgo ordine partis Occidentalis tabernaculi interioris, si cū illis octo adderentur duæ quæ fuerāt ultimæ in ordinibus laterum atrij Aquilonis & Austri. Nam & illa decem quæ proprie ad atriū pertinerēt à parte Occidētis, unde & intrabatur ad tabernaculū, ternas habebant

in laterib. & quatuor in fronte ubi porta erat, atq;
A ita spatiū usui sacrificiorū necessarium intra atriū ante tabernaculum amplectebantur. In ternis aūt columnis quę fuerāt à laterib. tētoria erāt de bysso quindenorū cubitorū: in quatuor aūt ubi porta erat, uelum erat xx cubitorū acu picto opere uariatum. Nec moueat q̄ dicit scriptura, quindecim cubitorū tentoriorū altitudo, colūnæ eorum tres, & bases earū tres: & latus secundum quindecim cubitorum tentoriorū altitudo, colūnæ eorū tres, & bases eorum tres: & portę atrij tegimen uiginti cubitorū altitudo. Altitudinē quippe eandē dicit, quæ fuerat lōgitudo tentoriorū. Eadē quippe altitudo est cū texunť, quę longitudo est cum tendunť. Quod ne suspicari uideamur, alio loco idipsum scriptura cōmemorans ait: Et fecerūt atriū
B quod est ad Austrū, tētoria atrij de bysso torta, centum per centū: id est, centū cubita tentoriorū per cētū cubita spatium quod tenebāt uiginti columnæ. Deinde sequiť: Et colūnæ eorū uiginti, & bases earū xx æreæ: & latus quod ad Aquilonē centum per centū, & columnæ eorū xx. æreę, & bases earum xx æreæ: & latus quod est ad mare, aulæa quinquaginta cubitorū, & columnæ eorum decē & bases earum decē. Eadē dicit aulęa quę tētoria, & latus quod est ad Orientē quinquaginta cubitorum tētoria. Post hæc redit ad posteriora tabernaculi, ut ostēdat quēadmodum illę decē columnæ spatium de quo loquebať atrij cōplectebanť. Quindecim cubitorū, inquit, q̄d est à dorso. Dorsum appellat quia posteriora tabernaculi erāt: id
C est, à parte Occidētis. Et columnæ, inquit, eorum tres, & bases earū tres: & à dorso secundo hinc & hinc secundū partē atrij aulęa quindecim cubitorum, & colūnæ eorū tres, & bases earū tres. Manifestum est certe, eadē duo dorsa dici hoc loco cū cōmemoranť omnia quēadmodū facta sunt, quæ latera dicebanť quādo præcipiebať ut fierent. Latera scilicet, q̄a hinc atq; inde cōiunctæ portæ Occidentalis atrij spatiū occludebant. Dorsum uero quod à tergo tabernaculi erat hæc pars atrij à parte Occidentali. Sequiť aūt & dicit: Omnia aulæa atrij de bysso torta, & bases columnarum æreæ, & ansæ earū argenteę, & capita inargentata argēto, omnes colūnę atrij. Deinde adiungit, quod nōdū istic cōmemorauerat: Et erat memorati atrij opus
D uariatoris, de hyacintho & purpura & cocco neto & bysso torta, uiginti cubitorū lōgitudinem & latitudinē. Ecce ubi apparet eandē dictā superius altitudinē, quæ aulęorū extentorū fuerat longitudo. Et deinde addidit: Et latitudinē quinq; cubitorum. Tot eñ cubitis latitudinis erigebanť tētoria exterioris atrij, sicut interioris cubitis quatuor. Sic autē & superius dixerat, Longitudo autē atrij centū per centū, & latitudo quinquaginta p quinquaginta, & altitudo qnq; cubitorū ex bysso torta: Hanc latitudinē dicens quam postea altitudinem dixit, quoniā quæ iacentium latitudo est, eadem erectorū altitudo: Sicut quod pauloante cōmemoraui, quæ cum texūtur altitudo est, eadem cū tēduntur lōgitudo est. Nunc iam quod distuleram

lerā uideamus, quomodo ex hac forma uniuerſi tabernaculi, quā ſicut potui ante oculos colloca-ui difficultas illa ſoluatᷣ de capillacijs uelis. Quæ fortaſſe ideo erat obſtruſior, quia per anticipatio-nē ibi aliquid dictū eſt, quod profecerit operi, de quo poſtea fuerat locuturus, cū atriū tabernaculo, circūponendū deſcriberet. Nunc itaq; uerba ipſa uideamus. Et ſuppones, inquit, quod ſuperabit in uelis tabernaculi, dimidiū ueli q̄d ſuperabit ſubte ges quod abundat, in uelis tabernaculi ſubtegas poſt tabernaculū. Hoc totū quod dictū eſt unum ſenſum habet, quia dimidiū ueli quod ſuperaue-rit: boc eſt, id quod ſuperabundauit de uelis taber naculi, ſubtegendū eſt poſt tabernaculū. Quomō ergo ſupereſt, id eſt abūdet & reſtet dimidiū ueli, ex illa ſerie connexorū uelorū oportet inquirere: quoniā quinq; in ſe, & ſex in ſe cōnecti uoluit, ſi-cut ſuperius loquens dixerat, ſextū uelum à facie tabernaculi duplicandū, id eſt ab Oriente. Totiēs enim poſteriora tabernaculi à parte Occidentis eſſe ſignificauit, id eſt ad mare. Quid igitur facies tabernaculi, niſi pars illa intelligenda eſt, quæ ad Orientē? Pars ergo illa, qua uela quinq; connexa ſunt, habet cubitorū centū quinquaginta, hoc eſt quinquies tricena: Tricenorū enim cubitorū erāt ſingula, ſicut ea deus fieri iuſſerat. Illa uero pars, in qua nō erant quinq;, ſed ſex uela, ſibimet ſimiliter cōnexa cubita babebat centum octoginta, id eſt ſexies tricena, ac p̄ hoc duplicato ex eis uno uelo, ſicut iuſſum eſt, ſecundū faciē tabernaculi minue bātur in ea duplicatione cubita quindecim. Qui-bus detractis, centū ſexagintaquinq; remanebāt: & ideo poſt centū quinquaginta cubita, quib. illi parti quinq; uelorū etiā iſta pars ſex uelorū ęqua-batur, ſuperabant atq; abundabāt cubita quinde-cim. Illinc enim erāt à parte quinq; uelorū, cubita cētum quinquaginta: hinc aūt à parte ſex uelorū duplicato uno uelo ſecūdū faciē tabernaculi, erāt cubita centū ſexagintaquinq;. Plus ergo habebat pars iſta cubita quindecim. Hoc dicit dimidiū ue-li, quod iubet ſubtegi poſt tabernaculū, ut quia il lud à facie duplicatū eſt, boc dimidiū redundans à poſteriore parte tabernaculi nō duplicaretur, ſed ſubtegeretᷣ: id eſt omnia ipſa q̄ndecim cubita ſub termiſſa tegerentᷣ: ac ſi & ipſa illi lōgitudini detra herentᷣ, ſicut illa itidē quindecim à facie taberna-culi unius ueli duplicatiōe detracta ſunt. Eoq; mo do centū quinquaginta cubitis quinq; uelorū, oc currerāt ex alia parte cētum quinquaginta cubita ſex uelorū: triginta ſcilicet cubitis à centū octo-ginta detractis à facie tabernaculi uelo duplicato & à poſteriorib. tabernaculi dimidio uelo ſubte-cto. Iam illud quod ſequitᷣ aliud eſt, & aliam quæ-ſtionē infert, propter quā maxime huius loci ex-poſitionē differendā putaui, ut prius & formā cō-ſtituēdi tabernaculi, & de atrio circūponendo q̄d ſcriptū eſt uideremus. Sequitur ergo: Cubitum ex hoc & ex hoc, ex eo quod ſuperat uelis de lōgitu dine uelorū tabernaculi erit cōtegens: & ſuper la-tera tabernaculi hinc atq; hinc ut operiat. Aliud eſt quod ſuperauit una pars ſex uelorū aliā partē

quinq; uelorum propter ampliorē uelorū nume-
A rum, unde iam diximus: aliud quod ſuperauit de lōgitudine uelorū, unde nūc dictum eſt. Ita enim nō pars parti cōparatur, & altera alterā ſuperare inuenitur: illa ſcilicet, quæ uela ſex habet, illā quæ uela quinq; habet. Quæ ambę ut ſibimet æquarē-tur, à facie tabernaculi facta eſt unius ueli duplica tio, à tergo dimidij ſubtectio. Sed ipſa uela capilla cia cōparata aulęis, ex quibus decē iuſsit fieri in-terius tabernaculū quatuor coloribus textis, lon-giora reperiūtur cubitis binis. Ea enim erāt aulęa ſingula cubitorum xxxviij. iſta xxx. ideo hic nunc ait, Ex eo quod ſuperāt uelis de lōgitudine uelo-rum. Quid eſt ergo, Cubitū ex boc, & cubitum ex boc erit, contegens ſuper latera tabernaculi: niſi quia illa lōgitudo, in qua binis cubitis uela capil-lacia lōgiora fiūt aulęis, his ſingulis ſingula, nō to
B ta in unā partē cogēda: id eſt ut quicquid ſuperat, ad poſteriora tabernaculi colligatᷣ: ſed diſtribuatᷣ ex ęquo, tātumq; eius ad priora tabernaculi, quā-tum ad poſteriora tribuatᷣ: id eſt quoniā duo cubi ta in ſingulis uelis eandē quę ſuperat longitudinē faciunt, ut cubitū inde auferat pars iſta, & cubitū illa: ita de ſingulis cubitis ſuis habeat pars iſta cu-bita decē, & illa de ſingulis decē, quoniā decē ue-la binis cubitis longiora, uiginti cubitorū lōgitu-dinē faciūt, qua uidentur ſuperare ſerie ſua ſeriem aulęorū. Deinceps uidendū eſt hæc uiginti cubi-ta, quæ ſuperāt à longitudine uelorum, cui ſpatio cingendo proficiāt. Si enim uelis capillacijs inte-rius tabernaculum circuntegitur, ita ſuperant, ut quid ex eis cooperiatᷣ nō ſit omnino. Vnde reſtat
C etiā ipſa ſubtegi, & ſubtegēdo detrahi, quod ſcri-ptura nō dicit. Aulęa quippe decem, quæ habent cubita uigena & octona, quibus interius tenditur tabernaculū, circūplectuntur ſpatiū quantū poſ-ſunt circūplecti cubita ducēta octoginta. Vnde latera illa longiora Auſtrale & Aquiloniū, baben tia uigenas columnas, auferunt ex his cubitis du-centa cubita: reſtant octoginta, quæ duobus reli-quis lateribus breuioribus, Oriētali quod nō ba-bet ordinē columnarū, & Occidentali ubi erant columnę octo, quadragena diſtribuātur. Proinde in capillacijs uelis quoniam detractis triginta cu-bitis trecenta reſtabant, ſi trecentis cubitis capil-laciorum uelorū, ducenta octoginta cooperiebā-tur aulęorum, ita ſupererūt uiginti ut nō ſit quod
D ex eis tegatur. Proinde duo illa cubita quæ ſingu-la capillacia plus habent, ex quibus ſumma uigin ti cubitorū collecta eſt, ſic diſtribuēda ſunt, cubi-tum ex boc, & cubitū ex hoc, id eſt ne omnia in unā partem cogātur, ut proficiāt operiēdis lateri-bus tabernaculi, ſed exterioris atrij, id eſt omnia illa trecēta cubita uelorum capillaciorū extrinſe-cus tabernaculum cingant. Adiūctis quippe late ribus atrij exterioris centum cubitorū, id eſt Au-ſtri & Aquilonis, quinquaginta cubita ſuperſunt Orientis & Occidentis, quæ omnia fiunt trecen-ta, quibus cooperiendis capillaciorum trecenta ſufficiūt, Hoc eſt quod ait, cubitum ex hoc, & cu-bitū ex boc: id eſt diſtributio duorum cubitorū,

quibus

quibus unũquodq; uelum capillaciũ longius eſt:
hoc eſt ex eo quod ſuperat uelis de lõgitudine ue
lorũ, erit cõtegens ſup latera tabernaculi: illa ſcili-
cet exteriora quæ ad atriũ pertinẽt hinc atq; hinc
ut operiat: nec illa ipſis atrij quæ cẽtenis cubitis et
uigenis colũnis tendunẽ, Ipſa enim nõ ſunt facta
longiora q̃ illa interioris tabernaculi quæ decem
aulęis tenduntur, & uigenas etiã ipſa colũnas ha-
bẽt. Nã ſicut interioris tabernaculi duo latera ab
Aquilone & Auſtro cẽtenis cubitis portiguntur,
ita & exterioris atrij. Nõ ergo ad ipſa exteriora to
tidem columnarũ latera tegẽda capillaciorũ uelo
rum profuit lõgitudo, quia longitudinẽ ſuperant
aulęorũ, Tantũ enim dant exterioribus lateribus
quantũ & interiorib. darẽt, id eſt cubita centena,
quæ fiũt ducenta: ſed quia lateribus Orientis &
Occidẽtis ſufficerẽt latera quadragena, ſi tantum
modo interius tabernaculũ uelis capillacijs cinge
retur: additis aũt laterib. atrij creuit tabernaculi
latitudo, ut tegẽdis laterib. Orientali & Occidẽta
li iam non quadragena, ſed quinquagena cubita
ſint neceſſaria: ad ea tegẽda proficere potuit capil
laciorũ uelorũ lõgitudo amplior q̃ aulęorum: ut
nõ ambo cubita, quib. binis longiora ſunt quinq;
ex una parte impenderentur, ſed cubitũ ex hoc &
cubitũ ex hoc: ac ſic haberet ex ipſa ſuperabũdan
tia latus Oriẽtale cubita decẽ, & Occidentale alia
decẽ: Viginti enim fiunt bina decẽ, quia uelis un-
decim, cubita triginta duplicatione & ſubtectiõe
ab hoc ambitu derrahũtur. Sed quoniam id quod
Latine interpretatũ eſt: cubitũ ex hoc, & cubitum
ex hoc, ex eo quod ſuperat uelis de lõgitudine ue
lorũ tabernaculi, erit cõtegens ſuper latera taber-
naculi, Græcus habet πλάγια, quæ Latini nõnulli
nõ latera ſed obliqua interprerati ſunt: merito mõ
uet, quia etſi nihil hic uideaẽ obliquum ubi omẽs
anguli quatuor laterũ recti ſunt, πλάγια tamẽ di-
ci latera illa nõ poſſunt, quorũ unum eſt in facie,
alterum tetro, id eſt Orientale & Occidẽtale, ſed
πλάγια dici poſſunt à dextero & à ſiniſtro, id eſt
Aquilonio & Auſtrali. Cũ ergo nõ ſunt ea πλάγια
quę habent cubita quinquaginta, quib. lateribus
tegendis potuiſſe diximus ſuperare lõgitudinem
capillaciorũ uelorũ, quomõ erit uerũ, cubitum ex
hoc & cubitũ ex hoc, ex eo quod ſuperat uelis de
longitudine uelorũ tabernaculi, erit cõtegens ſu-
per latera tabernaculi? Sed nimirũ de illis laterib.
tegendis loquiẽ, quæ etiã dorſa appellat quinde-
norum cubitorũ colũnarumq; ternarũ, quæ cum
porta atrij habente cubita uiginti, & colũnas qua
tuor, quinquaginta complẽt cubita & columnas
decẽ. Hæc latera ex iſtis ſuis finibus in mediũ po-
ſuerunt atrij portã, ex illis aũt oſtium tabernaculi:
inter portã atrij & oſtiũ tabernaculi ſpatiũ iacet,
quantũ cubita illa cõcludunt xx. à porta, & dexte
ra leuaq; quindena. In eo ſpatio eſt altare taberna
culi, & inter altare tabernaculi labrum ęteũ, ubi
ſacerdotes manus & pedes lauabant. Diligenter
aũt menſuris examinatis, fortaſſe in iſtis lateribus
ternarũ columnarũ quę πλάγια Gręce dicta ſunt,
nõnulla etiam obliquitas inuenitur, ut nõ fruſtra
quidem interpretes noſtri obliqua interpretaren
A tur, quæ in Græco πλάγια repererunt. Non enim
uela capillacia quindenis cubitis ſuis poſſunt te-
gere quindena cubita tentoriorum in illis laterib.
niſi poſterioribus partibus tabernaculi antequã
ad illa latera deflectantur, nõ amplius q̃ dena cu-
bita dependerint ex linea recta poſterioris taber-
naculi, id eſt à parte Occidentis: quę linea cum ha
buiſſet octo colũnas pertinẽtes ad interius taber-
naculũ, decẽ habere cœpit additis laterib. atrij ex-
terioris: & cũ habuiſſet cubita xl. ad octo colũnas
pertinẽtia, quinquaginta habere cœpit in colum
nis decẽ. Ex hac ergo linea cum tecta fuerint uelis
capillacijs dena cubita ab utroq; angulo uenien-
tia, reſtabũt in medio xxx non tecta uelis capilla-
cijs, ſed illis tantũmodo aulæis: in quorũ xxx cubi
B torũ medio per quodlibet cubita tẽderentur, erat
oſtiũ tabernaculi. Proinde illa latera trinarum co-
lumnarũ & quindenorũ cubitorũ, ſi ex illis finib.
ſuis quibus ſibi iungebanẽ portę atrij, patebãt in-
ter ſe cubitis uiginti: quia tãtũ habebat porta quæ
illa latera dirimebat: ex alijs aũt finib. quibus hæ-
rebãt poſteriori illi lineę tabernaculi, de qua locu
ti ſumus habebant inter ſe cubita xxx. ꝑculdubio
erãt obliqua: quoniã plus inter ſe patebãt ex hac
parte ubi habebãt media cubita triginta, q̃ ex illa
parte ubi habebãt media cubita xx. Ita illa decem
cubita capillaciorũ uelorum, quod erat dimidiũ
abũdãtis lõgitudinis quę ꝓficiebãt poſteriori par
ti tabernaculi, hoc eſt Occidentali, ſicut alia decẽ
proficiebãt priori parti, id eſt Oriẽtali, quinis cu-
C bitis cõplebãt tecturã laterũ illorũ quæ πλάγια di
cta ſunt, inde qnq; & hinc qnq;. Quę ſi defuiſſent
dena cubita tegerẽtur in eiſdẽ lateribus, & quina
nuda eſſent. Itaq; quantũ mihi uideẽ, melius intel
ligiẽ hinc eſſe dictum, cubitũ ex hoc & cubitũ ex
hoc, ex eo qđ ſuperat uelis de lõgitudine uelorũ
tabernaculi: nõ quia erãt cũ hinc et inde quina eſ-
ſent, ſed quia ex illa lõgitudine redũdabãt, in qua
binis cubitis erant aulæis capillacia longiora, ex
quib. duob. cubitis uniuſcuiuſq; ueli cubitũ ꝓfe-
cerat parti Oriẽtali: reſtabat utiq; alterũ cubitum
parti Occidẽtali, ut cubitũ ex hoc eſſet cõtegens
ſup πλάγια tabernaculi. Vnde dictũ eſt, hinc atq;
hinc ut operiat, quia non operiebat totũ, ſi eadem
quina cubita defuiſſent. Nũc iam quoniã ſatis di-
D ſputatũ eſt, quomõ illa omnia intelligẽda ſint quę
in tabernaculi cõſtitutione uidebantur obſcura:
breuiter ſi poſſumus enitamur oſtendere, quid ſit
eadẽ diſputatione cõfectum. Ab Occidẽte igitur
trahebaẽ, et prima erat ingrediẽdi porta atrij quæ
patebat xx. cubitis, & habebat quatuor colũnas
quibus depẽdebãt uelũ xx. cubitis extentũ, ere-
ctum aũt cubitis quinq;, quatuor illis ſæpe cõme-
moratis coloribus acu picto opere uariato. Hac
porta ingrediẽs excipiebaẽ atrio, cuius latera dex
tera leuaq; qndenis cubitis et ternis colũnis porri
gebanẽ introrſus: ut in medio ponerẽt oſtiũ taber
naculi interioris in ea parte qua ꝑueniebant, ſicut
in medio ponebãt portã atrij ab ea parte unde in-
cipiebãt. Hoc itaq; atriũ latius erat quàm longius.

Nam

Nã lõgitudo eius erat à porta ipſius uſq; ad oſtiũ
tabernaculi inferioris in cubitis fermè qndecim:
latitudo aũt circa portã in cubitis xx. circa oſtium
uero in cubitis triginta. Vnde obliqua illa latera
fuiſſe intelligunt quę dextera læuaq; in columnis
ternis & quindenis cubitis erant. In hoc atrio erat
altare ſacrificiorũ quadratũ, quinq; ſcilicet cubi-
tis longũ & totidẽ latum. Inter portã & altare ſpa-
tiũ erat, ubi uerſabant qui ſacrificia imponebãt al
tari: introrſus uero inter altare & oſtiũ tabernacu
li, locus erat cineris ante altare, & deinde labrũ æ-
reũ ubi manus & pedes ſacerdotes lauabãt, uel al
tari in atrio ſeruituri, uel tabernaculũ interius in-
greſſuri. Tẽtoria porrò huius atrij in laterib. terna
rũ columnarũ byſſina erãt, extẽta cubitis quinde-
nis, erecta cubitis quinis. Ab hoc ergo atrio intra
bat oſtiũ tabernaculi cũ trãſiſſet altare, & labrum
æneũ. Intrabat aũt apertis aulæis, quibus decem,
quinq; hinc & quinq; inde ex aduerſo ſibimet cõ
ſtitutis, totũ ipſum interius tabernaculũ cingeba-
tur. Quo oſtio ingreſſo occurrebat uelũ quod ad
oſtiũ fuerat oppoſitũ in qnq; colũnis extentũ, ua-
riatũ illis iiij. coloribus: quod uelũ cũ faciẽdũ pręc-
iperet, adductoriũ uocauit, credo ꝙ curreret, du
cẽdo & reducẽdo, cũ operiret atq; aperiret ingreſ
ſum. Trãſito iſto uelo, excipiebat pars tabernacu-
li media inter hoc uelũ & illud alterũ interius ꝗd
colũnis quatuor fuerat impoſitũ, ex illis quatuor
colorib. factũ, & ſeparabat inter ſancta, quæ forin
ſecus erãt, & ſanctaſanctorum interius poſita. In
hoc itaq; medio ſpatio inter iſta duo uela, menſa
erat aurea, quæ habebat panes ꝓpoſitionis in par
te Aquilonis: & cõtra eã candelabrũ aureũ ſeptẽ
lucernarũ in parte Auſtri: Hucuſq; ſecundis ſacer
dotibus licebat intrare. Interius autẽ, id eſt in ſan-
ctumſanctorũ intra uelũ quatuor colũnarum, ar-
ca erat teſtimonij deaurata, in qua erãt tabulæ la-
pideæ legis, & uirga Aaron, & urna aurea cũ mã-
na: & propitiatoriũ deſuper aureũ, ubi ſtabãt duo
cherubin alis obũbrãtes propitiatoriũ & intuẽtes
inuicẽ ad ipſum. Ante arcã uero, id eſt inter arcã
Leuit. 16 & uelũ poſitũ erat altare incẽſi, ꝗd aliquando au-
reũ dicit ſcriptura, aliquãdo deauratũ, aureũ utiq;
appellãs ꝙ erat inauratũ. Ad hæc ſanctaſanctorũ
niſi ſummo ſacerdoti nõ licebat intrare quotidie
ꝓpter inferẽdũ incẽſum: ſemel aũt in anno cũ ſan-
guine ad purificandũ altare: & ſi quãdo forte exi-
gebat neceſſitas ꝓ peccato ſacerdotis, aut uniuer
ſæ ſynagogæ, ſicut in Leuitico ſcriptũ eſt: Sic in-
trabat in tabernaculũ ab Occidẽte, id eſt, à porta
Auſtri uſq; ad latus oriẽtale introrſus ubi erat ar-
ca teſtimonij. Hoc aũt interius tabernaculũ quod
incipiebat non à porta atrij, ſed ab oſtio quod ap-
pellabat oſtiũ tabernaculi, & finiebat in longũ la
tere Orientis ubi erat arca teſtimonij, decẽ aulæis
cõcludebat: quorũ erant ſingula uigintiocto cubi
torũ, quinq; hinc & quinq; inde, ſibimet connexa
anſulis & circulis ex aduerſo ſibimet cõſtituta: &
colũnis uicenis in laterib. longioribus Aquilonis
atq; Auſtri, & colũnis octo à latere Occidẽtis, à la
tere aũt Orientis nullis columnis, ſed ſolis aulæis.

Quæ aulęa decẽ erigebant in cubitis quatuor, &
A per totũ circuitũ tendebantur in cubitis ducentis
octoginta: quorũ cẽtena in lateribus erant lõgio-
ribus Auſtri & Aquilonis per uicenas columnas:
quadragena uero cubita in reliquis duobus late-
ribus breuioribus: uno Occidentis per columnas
octo: altero Orientis ubi colũnæ non erant, ſed ſo
la tendebant aulæa, de ſolis duab. angularibus co
lumnis, medijs aũt nullis: & erant hęc aulæa decẽ
de quatuor colorib. texta. Hoc eſt interius taber-
naculũ circũdabatur atrio ab Auſtro xx. colũnis
& ab Aquilone uiginti. Quę duo atrij latera ęqua
lem habebant longitudinẽ cum laterib. interioris
tabernaculi, quia & ipſa uicenis colũnis porrige-
bant in cubitis totidẽ: id eſt, centenis: à latere aũt
Oriẽtis atriũ concludebatur colũnis decẽ cubitis
B quinquaginta. Qui ordo columnarũ rectus erat,
& incurrebat in illas duas angulares interioris ta-
bernaculi, quas ſolas Oriẽtis pars habebat. Proin
de cũ ipſis cõplebant decẽ. A latere aũt Occiden
tis habebat quidem atriũ decẽ columnas, non ta-
men recto ordine, ſed ſicut iam oſtendimus tanq;
triporticũ, quatuor à porta, & ternis à lateribus.
Vniuerſum aũt atriũ in circuitu tabernaculi ten-
torijs byſſinis cingebat, quæ erigebantur cubitis
quinq;: his ſuperueniebant uela capillacia unde-
cim, ex una parte ſibimet quinq; connexa, ex alia
ſex. In cõnexione ergo quinq; uelorũ, cubita erãt
centũ quinquaginta: ex alia uero parte in conne-
xione ſex uelorũ, cubita erant centum octoginta:
quoniã uela ſingula tricenorũ fuerãt cubitorum.
Sed ut alia pars alteri coæquaretur, duplicatũ eſt
C unũ uelũ à facie tabernaculi: id eſt, ab Oriente, &
ſubtectum eſt dimidiũ uelũ à parte poſteriore: id
eſt, ab Occidente: atq; ita ſubtracta ſunt cubita tri
ginta, quãta erat ueli unius lõgitudo, & remanſe-
runt centũ quinquaginta, quãta etiã ex parte alte-
ra fuerũt. Circũitus itaq; uelorũ capillaciorũ quo
cingebat atriũ tabernaculi, trecẽtis cubitis tende
bat, ſicut circũitus decẽ aulæorũ interioris taber-
naculi, cubitis ducentis octoginta. Aulæa quippe
ſingula habebãt cubita uicena & octona in longi
tudine, capillacia uero uela tricenis cubitis longa
erant. Quapropter ex ambitu aulæorũ interioris
tabernaculi, qui erat in cubitis ducẽtis octoginta,
centena cubita in laterib. longioribus erãt Auſtri
& Aquilonis, & quadragena in duobus breuio-
D rib. Orientis & Occidentis. Ex ambitu aũt capil-
laciorũ uelorũ quo atriũ exterius tegebatur, quia
ambitus erat in cubitis tricenis, centena erãt in la-
teribus longioribus Auſtri & Aquilonis, quoniã
ęqualia erant laterib. tabernaculi interioris, quin-
quagena autẽ in reliquis duabus partib. Orientis
& Occidẽtis. Ac per hoc duo illa cubita, quibus
lõgius erat aulæo uelum capillaciũ, non lateribus
Auſtri & Aquilonis, quæ paria erant atrij exterio
ris & tabernaculi interioris, ſed lateribus Orientis
& Occidẽtis proficiebãt. In eis eñ laterib. creue-
rat tabernaculi latitudo, circũpoſito extrinſecus
atrio: ſed qnquagena cubita uelorũ capillaciorũ
à parte Oriẽtis per decẽ colũnas recto ordine ten
debantur

debãtur, eisq; ꝓficiebat unum cubitum ex duob.
illis quib. eorundẽ uelorũ maior fuerat lõgitudo:
alia uero cubita qnquaginta, quæ Occidentali la
teri debebanť, quib. alterum ex duob. illis cubitũ
proficiebat, nõ tendebanť per columnarum ordi
nem rectum. Ibi eñ erat illa tanq̃ triporticus quę
cõcludebat spatium atrij, ubi esset altare sacrificio
rum, quatuor columnis à porta, & laterib. ternis:
ac p hoc nõ poterãt etiã cingere illa cubita quin-
quaginta, sed usq; ad cooperiẽda obliqua illa late
ra tẽdebanť quæ in columnis ternis & quindenis
cubitis erãt. Erigebantur autẽ capillacia uela cu-
bitis quatuor, eisq; tegebanť atrij tẽtoria byssina,
quorum erat erectio in cubitis qnq;: pelles uero
rubricatæ super capillacia uela ueniebant. Desup
autem, id est à parte tecti, uice cameræ tabernacu
lum pellib. hyacinthinis tegebať: utrum cũ atrio
& spatium illud interius non apparet: sed credibi
lius est, atrij spatia quę inter exteriores & interio-
res columnas erãt, uelum apertũ habuisse, maxi-
me illud Occidentis ubi erat altare sacrificiorum.

D. AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM SVPER Leuiticum. Liber III

I Leuit. 5 SI autem anima peccauerit, aut audie
rit uocẽ iurationis, & ipse testis fue-
5 rit aut uiderit, aut cõscius fuerit, si nõ
utiq; nunciauerit, & accipiet pecca-
tum. Quid hoc est, si nõ nunciauerit,
accipiet peccatũ? Quod eñ additum est, & locu-
tionis est usitatæ in scripturis. Verum iste sensus
quia obscurus est, exponẽdus uidetur. Hoc enim
uideť dicere, peccare hominẽ, quo audiente iurat
aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet.
Tunc autẽ scit, si ei rei de qua iuratur testis fuerit,
aut uidit, aut cõscius fuit, id est, aliquo modo co-
gnouit, aut oculis suis cõspexit, aut ipse qui iurat
illi indicauit. Ita eñ potuit esse conscius, sed inter
timorẽ huius peccati, & timorẽ ꝓditionis homi-
num, nõ parua extitit plerunq; tẽtatio. Possumus
enim paratũ ad periuriũ admonẽdo uel prohiben
do à tam graui peccato reuocare. Sed si nõ audie
rit, & corã nobis de re quã nouimus falsum iura-
uerit, utrũ prodẽdus sit, si proditus etiã in pericu-
lum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed
quia nõ expressit cui hoc indicãdum sit, utrum il-
li cui iuratur, an sacerdoti, uel cuipiã qui non solũ
eũ persequi nõ potest irrogãdo suppliciũ, sed etiã
orare pro illo potest, uidetur mihi q̃ se homo sol-
uat à peccati uinculo, etiã si indicet talib. qui ma-
gis possunt ꝓdesse q̃ obesse periuro, siue ad cor-
rigẽdum eũ, siue ad deũ pro illo placãdũ: si & ip-
II se confessionis adhibeat medicinam. Post hoc
autẽ peccati genus, quod de periurio alicuius nõ
indicato cõmemorauit, nullum pro eo sacrificiũ
iussit offerri: sed deinde subiunxit: Anima quæ-
cunq; tetigerit omnẽ rem immundã, aut mortici-
num iumentorũ, aut à fera capti immũdi, aut eorũ
quæ sunt morticina abominationũ immũdarum,
morticinũ iumentorũ immũdorũ, aut tetigerit im
A munditiã hominis, ab omni immũditia cuiusq; si
tetigerit, inquinabiť: & si latuerit eũ, post hoc aũt
cognouerit, etiã deliquerit &c. Neq; hoc sacrifi-
cium ꝓ isto genere peccati q̃ offerať cõmemora-
uit, sed adhuc adiecit & ait: Anima quæcũq; iura-
uerit distinguens labijs malefacere aut beneface-
re, secundũ omnia quæcunq; distinxerit homo iu
reiurãdo, & latuerit eũ, & id cognouerit, & pecca
uerit unũ ex his, & cõfessus fuerit peccatũ ꝓ quo
peccauit aduersus ipsum. His omnib. sine aliqua
interpositione sacrificij cõnexis & explicatis, ad-
iungit & dicit: Et offeret ꝓ ijs quę deliquit dño ꝓ
peccato quo peccauit, fœminã ab ouib. agnã, aut
caprã de capris ꝓ peccato, & exorabit ꝓ eo sacer
dos ꝓ peccato, & remitteť illi peccatum. Quid est
ergo q̃ ꝓ tacito cuiusq; periurio, & ꝓ eo q̃d tangi
B tur morticinũ uel aliquid immundũ, nullũ sacrifi-
cium cõmemorauit: ꝓ eo uero peccato ubi quid
falsum quisq; nesciẽs iurauit, dixit offerri agnã uel
caprã? An ꝓ omnib. supradictis hoc sacrificiũ o-
portet intelligi? Voluit eñ prius omnia enume-
rare, & sic inferre quo sacrificio possint expiari.
Sed in eis omnib. supradictis generib. peccatorũ,
sunt quædã ꝓpter locutionũ modos subobscure
posita, sicuti est q̃d ait, morticinũ iumentorũ. Ea
eñ quæ Græce κτήνη appellanť, pleriq; nostrorũ
iumẽta interpretati sunt, quod nomẽ in Latina cõ
suetudine eorũ animaliũ est, quorũ laborib. adiu-
uamur, maxime in portandis oneribus, sicuti sunt
equi, asini, muli, cameli, & si q̃d huiusmodi. Quæ
uero Græci κτήνη uocãt, tam late intelliguntur ut
C omnia aut ꝓpe omnia pecora isto nomine cõclu
dantur. Et ideo nõ genere locutionis uelut πλεο-
νασμῷ additũ est in Græco, immundorũ, cũ dice-
reť, iumentorũ: qñ sunt etiã munda pecora quæ
κτήνη appellanť. Quæ aũt iumẽta usus Latinus ap
pellat, secũdũ legis dictionẽ nõ nisi immũda sunt.
Itẽ quod ait: Anima quęcunq; iurauerit, distin- III
guens labijs malefacere aut benefacere: quæritur
quid dixerit, distinguẽs. Assidue quippe hoc uer-
bum ponit scriptura. Vnde est & illud: Reddã uo Psal. 65
ta mea quę distinxerũt labia mea. Itẽ diciť ad Eze
chielẽ. Cũ dicã iniquo morte morieris, ei tu nõ di Ezech. 3
stinxisti neq; locutus es. Itẽ scriptum est: Si qua in Num. 30
domo patris sui cõstituta uouerit uotũ, distinguẽs
labijs suis aduersus animã suã. Videť ergo ista di-
D stinctio quasi definitio esse, qua secernit aliquid à
cæteris quæ solo dicto nõ tenentur. Sic ergo acci
piatur tanq̃ dictum sit: Anima quæ iurauerit, de-
finiens labijs malefacere aut benefacere, secundũ
om̃ia quę definierit homo cũ iureiurãdo, & latue
rit eũ: id est nesciens faciendũ esse uel nõ faciẽdũ,
iurauit facere: & id cognouerit, & peccauerit unũ
ex his: siue quia iurauit anteq̃ cognosceret, siue
quia fecit, iurauit & cognouit postea, quia nõ fuit
faciendũ neq; iurandũ: & cõfessus fuerit peccatũ
quod peccauit, id est peccatũ, quod peccauit, lo-
cutio est enim. Quod aũt addidit aduersus ipsum,
quid intelligiť, nisi aduersus ipsum peccatũ con-
fessus fuerit, id est cõfitẽdo peccatũ accusauerit?

Et offeret pro ijs quæ deliquit domino, pro pecca
to quo peccauit, fœminā ab ouibus agnā. Visitata
locutione agnā fœminā dicit, quasi possit esse aut
agna nisi de ouib. aut capra nisi de capris. Nonnul
la aūt quęstio est, imò nō parua, quid sit quod assi
due dicit, post hoc aūt cognouerit & deliquerit:
quasi tūc fiat delictū cū fuerit cognitū. An potius
quia nisi pro cognito satis fieri non potest: sed
nō ait, post hoc aūt cognouerit & pœnituerit eū.
Quid ergo est, post hoc cognouerit & deliquerit:
nisi post cognitionē deliquerit: ut si sciens fecerit
quod faciendū nō esset, tūc delicto purgatio de
beat? Sed nō ita prælocutus est. Ea quippe uidet
exequi peccata quæ ab ignorantibus & per hoc à
nolentib. cōmittunt. Fortassis ergo aliquo gene
re locutiōis deliquerit, dictū est, delictū esse didi
cerit. An potius conuerso ordine dictum est, quia
alia genera locutionis habet scriptura, q̄ p alia lo
ca similia recto ordine dicebant? Nam cū alibi to
ties scriptū sit, & deliquerit & cognitum fuerit, et,
hic tātū cōmutato, ut dixi, ordine, prius dictū est,
cognouerit, deinde deliquerit. Ordine aūt suo, ita
dici potest: Anima quæcūq; tetigerit omnē rē im
mundā aut morticinum, aut à fera capti immūdi,
aut eorū quæ sunt morticina abominationū im-
mūdarum, morticinū iumētorū immundorū, aut
tetigerit immūditiā hominis, ab omni immūditia
eius si tetigerit inquinet, & si laterit eū deliquerit,
IIII post hoc aūt cognouerit. Si aūt nō ualet manus
eius quod satis est in ouē, offeret pro peccato suo
q̄ peccauit, duos turtures aut duos pullos colum
binos domino, unū pro peccato, & unū pro holo
caustomate. Certe hic aperit quæstionē de qua su
perius cū loqueret ambigebamus: Ideo quippe
uidet dicere unū pro peccato, alterū pro holocau
stomate, quoniā nō offerebat sacrificiū p pecca-
to nisi cū holocausto. Deniq; cū prius seorsum de
holocaustis loqueret, cōmemorauit turturem, &
nō dixit duos: nūc uero ideo duos dicit, q a sacrifi-
ciū p peccato sine holocaustomate nō offerebat.
Quod ergo superius dicebat: Et impones super
holocaustoma: nō est dubiū q̄ prius holocausto-
ma, deinde illud superimponebatur: nūc uero de
auib. aliter dicit, ut prius offerat pro peccato una
V auis, deinde altera pro holocaustomate. Quod
aūt ait: Anima si latuerit, cū obliuio est ei, id est si
obliuiōe factum fuerit ut lateat eū, uel eā si ad ani
mā referas, quoniā non dicēdo, ad hominē retulit.
VI Animā quippe hic hominē dicit. Et si peccaue
rit nolens à sanctis dominū, & c. Videtur obscure
positū hoc peccati genus, sed in cōsequentib. ape
ritur, ubi dicit, q̄ post oblatū de ariete sacrificium
restituet illud, & quintas adijciet. Ibi enim intelli-
git hoc esse à sanctis obliuione peccare, aliquid p
obliuionē usurpare quod debetur sanctis, siue sa-
cerdotibus, siue oblationib. uel primitiarum, uel
VII quicquid huiusmodi. Et anima quęcūq; pecca-
uerit & fecerit unū ab omnib. præceptis dñi quæ
nō oportet fieri, & non cognouerit & deliquerit,
& nō cognouerit peccatū suū, offeret arietē sine
macula de ouibus pretio argēti in delictū ad sacer
dotē: & exorabit pro eo sacerdos propter ignorā
A tiam eius qua ignorauit, & ipse nō sciuit, & remit
tetur illi: Deliquit enim delictū ante deū. Excepta
locutionū inusitata densitate, quę iam pter assi-
duam repetitionē debēt esse notissimæ, totus iste
sensus obscurus est, quoniā quærit quomō discer
natur hoc genus delicti ab eis quæ superius qua-
dā generalitate cōplexus est. Videtur eū hoc ra-
tio poscere, ut certis generib. peccatorum certa
quib. expiētur sacrificiorū adhibēda sint. Hoc aūt
q̄d modo cōmemoraui, non specialiter exprimit
peccatū, sed in ea uidetur generaliter uersari, de
qua ante cū diceret, constituit sacrificiū sacerdoti
uitulū, & uniuersæ synagogę similiter uitulū, prin
cipi, caprū, & cuicunq; animæ hoc est cuicūq; ho-
B mini, caprā, uel si uoluerit ouē, tamē fœmineū pe-
cus. Deinde cœpit excepta facere quædā genera
peccatorū, & nominatim exprimere pquib. quid
offerēdū sit: uelut de audito & tacito cuiusq; per-
iurio, & de tactu morticinio, & immūdo, & iura-
tione falsa per ignorantiā: & de ouib. agnā aut ca
prā de capris, aut par turturū, aut duos pullos co-
lumbinos: aut decimā partē ephi similaginis, p eo
aūt peccāte qui per obliuionē aliquid sanctorum
usurpauit, arietē et eiusdē rei restitutionis quintis
adiectis: Nūc uero nō expressa specie peccati, ge-
neraliter addit: Anima quęcūq; deliquerit & fece
rit unū ab omnib. præceptis dñi quę non oportet
fieri: sic in illa generalitate ubi dicebat, unū ex pię
ceptis dñi quod nō fiet, et non cognouerit et deli
C querit, id est p ignorantiā nolēs peccauerit, arietē
iubet offerri, nō capram aut fœminā ex ouibus, si-
cut superius in tali peccatorū generalitate consti
tuerat. Quid sibi ergo uult ista pmixtio: nisi forte
q̄d hic dixit, deliquit eīn delicto delictū ante do-
minū: Hoc quod ait, ante dñm: in his uoluit deli-
ctum intelligi quæ fiūt ante dominū, id est à quib.
dño in tabernaculo deseruitur: unde aliquid pau-
lo ante dixerat cū ait, peccauit à sanctis, & intelle-
ximus, & usurpauit aliquid sanctorū, quod etiam
restitui præceperat: Ac per hoc nō sic tantū pec-
cari potest in his reb. si aliqd inde per obliuionē
usurpet, sed etiā multis alijs modis potest quisq;
per ignorantiā delinquere in ijs quæ seruituti dñi
exhibent: hoc uoluit postea genus delictorū ge-
neraliter cōmemorare, & ideo & illic & hic arie-
D tem iussit offerri. Plenæ sunt autē scripturæ cū di-
citur, ante dñm, & nō intelligit, nisi illud q̄d dño
exhibetur, sicut sacrificiū, uel primitiæ, uel aliqua
in sacris seruitus. Quæritur etiā, utrum ubiq; sit VIII
accipiendū quod dictum est: Si non ualet manus
eius quod satis est ad ouē, offerre eum debere par
turturum, aut duos pullos columbinos: & si hoc
quoq; nō ualet, certā similaginis quātitatem: qm̄
si ubiq; ita licere intelligitur, nō potest quidē dici,
sacerdotē nō habere uitulum aut uniuersam syna
gogam aut principē nō habere caprā uel ouem.
Et si ita est, quid opus erat postea dicere, tacitū cu
iusquam periuriū, aut tactum immundū, & periu-
rium per ignorantiam factum purgari sacrificio
agnæ & capræ, cum eadē sacrificia præcepta sint
etiam

etiã in ista generalitate peccati, ad quã generalita
tem etiã ista potuerant pertinere: Si autē hinc ista
discernunť quo licebat pro eo turtures & colum
bas, uel etiã si hoc nō esset similaginem offerri, ibi
aũt ubi nō dictum est nō licebat nō uideť subuen
tum esse pauperib. quoniã multa possunt esse de-
licta nō specialiter expressa quę ad illã generalita
tem referũtur, ubi grauarenť inopes, si tãtũmodo
caprã fœminã & agnã ex ouib. & illas auiculas, &
similaginē licebat offerri: Nisi forte qs dicat, hoc
discerni ista excepta & nominatim expressa pec-
cata ab illis quę generaliter cõmemorata sunt, qa
hic agnã dixit, ibi ouē: ut ætas pecorum aliquã dif
ferentiã faciat: dum tamen intelligať pauperibus
peræque subuentũ, ut si nō haberēt ulla animalia
quadrupedia, aut memoratas aues, aut similaginē
offerrent pro peccatis ignorãtiæ suæ. Si autē mo-
uet: quare cũ generaliter oĩa ignorantiæ pecca-
ta cõcluserit & sacrificia, nō pro distantia pecca-
torum quã nō fecerat, sed pro distantia personarũ
distinxerit: postea uoluerit etiã peccata distingue
re, et pro eorũ diuersitate sacrificia diuersa præci-
pere, quasi nō ad illã generalitatē omnia pertine-
rent: Sic factã posterius exceptionē oportet intel
ligi, ut quæcunq; remãserint his exceptis quę no-
minatim & speciatim cõmemorauit, dicta in illa
generalitate intelligamus. Quē modũ locutionis
alibi reperiri certũ nō est, sed esse in scripturis san
1 Cor.6 ctis. Tale est illud ubi Apostolus ait: Omne pec-
catum quodcunq; fecerit homo extra corpus est:
hinc eñ nihil uideť intermisisse peccati, quando-
quidē ait, omne peccatũ quodcũq; fecerit homo:
postea tamen excepit fornicationē cũ intulit: qui
autē fornicať, in corpus propriũ peccat. Quod se
cundum consuetudinē nostræ locutionis ita dice
reť: Omne peccatũ quodcunq; fecerit homo, ex-
cepta fornicatione, extra corpus est: qui aũt forni
catur, in corpus ꝓpriũ peccat. Ita & hic, cũ prius
generaliter omnia ignorãtiæ peccata diceret illis
quæ cõmemorauit sacrificijs expianda, postea ta-
men excepit illa quib. expresse & distincte positis
certã sacrificiorum purgationē adhiberet, ut his
exceptis quæcunq; reliqua essent, ad illã genera-
IX litatē pertinerent. Offeret arietem ab ouib. sine
Leuit.6 macula precio, in quod deliquit. Nō ita distinguē
dum est, quasi pretio in quod pretiũ deliquit, sed
si offerat arietē pretio offerat, id est emptũ. Etiam
hoc uidetur ad sacramētũ alicuius significationis
pertinere uoluisse, quoniã pretiũ ipsum nō defini
uit. Nã si definisset posset uideri hoc præcepisse,
ne uile pecus offerretur, ut etiam si nō emeret qui
offerret, tale tamē offerret quod tãti ualeret. Ad-
dito aũt, ut non solũ pretio emptus aries offerreť,
uerumetiã siclorũ sanctorũ, ita enim dicit, pretio
argēti siclorum sanctorũ, aliquot siclis ut ematur
aries, nō uno siclo uoluit. Quid sibi autē uelit, si-
clum sanctũ, iã ubi uisum est disseruimus. Quòd
uero cũ dixisset, & delicti sui offeret dño arietē ab
ouib. sine macula pretio: deinde addidit, in quod
deliquit: intelligendũ est in id offerri in quod de-
liquit: id est in eã rem, ꝓpter eã rem. Et auferet ho
locarpoma quod cõsumpserit ignis, illã holocau- In nostris non ὁλοκάρπωμα, sed κατακάρπωσις legitur
A stosim ab altari. Quid auferet, quod cõsumptum
est? Iussit enim sacerdotem auferre post totius no
ctis ignem holocarpoma, id est holocaustũ quod
ignis cõsumpserit. Vel quid sibi uult etiam illud
quod addidit, illã holocaustosim: cum hoc intelli
gatur holocarpoma quod holocaustosis: nisi for-
te illud est uerũ q̃d in quodã Græco inuenimus.
Nō enim ait, auferet holocarposim, sed auferet ca
tacarposim, hoc est reliquias holocausti q̃d ignis
consumpsit. Has autē reliquias, ueluti est cinis &
carbo, appellauit illã holocaustosim, eius rei no-
mine quæ cõsumpta est, reliquias ipsius consum-
ptionis appellans. Quod autē supra dixit: Ista
lex holocausti: & deinde exponens quæ sit eadē X
lex dixit, Ista holocaustosis, super incensionē eius
B super altare totã noctem usq; in mane, & ignis al-
taris ardebit super illud, nō extingueť: planius es-
set secundum nostræ cõsuetudinis locutionem, si
nō haberet, &: Nam ista cõiunctione detracta ita
sensus cõtexitur: Ista holocaustosis, super incēsio
nem eius super altare totã noctē usq; in mane ig-
nis altaris ardebit super illud: id est super altare.
Deinde ad cumulũ exprimendæ sententiæ intu-
lit, nō extinguetur. Nã hoc iam erat dictum, tota
nocte. Et induet stolam aliam, & abijciet holo
carpoma extra castra in locum mundũ: hoc appel XI
lat holocarpoma quod iam cõcrematum est: hoc
autē in illo Græco catacarposis legitur. Quidam
uero Latini addiderũt quod cõsecratum est, & ita
interpretati sunt: Et abijciet holocarpoma quod
consecratum est extra castra in locum mundum.
C Et ignis altaris semper ardebit ab eo, & nō ex- XII
tinguetur: id est ab illo igne in quo arsit holocau-
stum usq; in mane. Non uult enim ignem prorsus
extingui, sed cũ usq; in mane arserit holocaustũ,
ablatis inde reliquijs cõsumptionis nec sic extin-
gui ignē, sed inde iterũ renouari quo ardeant alia
quæ imponunť. Quod autē sequiť & dicit: Et XIII
exuret super illud sacerdos ligna mane, & stipa-
bit super illud holocaustũ, & superponet super il-
lud adipē salutaris, & ignis semper ardebit super
illud & nō extinguetur: uidendũ est utrum mane
quotidie uoluerit intelligi, ut nullus dies præter-
mitteref quo non inueniretť holocaustũ, et adeps
salutaris: an mane ideo, ut quocunq; die impone-
retur non nisi mane imponereť. Si enim quotidie
D intellexerimus, quid si nullus offerret? Si autem
tanq; de publico uel de suo sacerdotes quotidia-
na holocausta procurabãt, super ipsa imponeban
tur ea quæ iussit à populo oblata pro peccatis su-
per holocausta imponi: & nō erat necesse offeren
ti sacrificia pro peccato, etiã holocaustum offerre
super quod illud imponereť, nisi quãdo par turtu
rum offerebať, aut duo pulli columbini: Nam ibi
omnino definitũ est, unum pro peccato alterũ in
holocaustũ offerri oportere: & prius ꝓ peccato,
deinde holocaustum. Deinde quæri potest, utrũ
holocaustũ quod mane iussit imponi, ipsum etiã
per totã noctem arderet usq; ad alterum mane, an
illud quod ait, tota nocte ardere debere, holocau

ſtum fuerit ueſpertinũ,& deinde cœperit de lege
holocauſti dicere, ut à ueſpertino holocauſto inci A
peret: quod mirũ eſt ſi taceret, nec admoneret ta-
XIIII lia ueſpere offerre oportere. Et locutus eſt do-
minus ad Moyſen dicẽs: Iſtud donũ Aaron & fi-
liorum eius quod offerũt domino in die quacũq;
unxeris eũ. Alia ſunt ſacrificia quæ cõmemorauit
in Exodo, quibus per ſeptẽ dies ſanctificantur ſa-
cerdotes ut ſacerdotio ſuo fungi incipiãt: & aliud
eſt quod modo cõmemorat, quid offerat ſummus
ſacerdos quando conſtituit̃, id eſt, quando ungit̃.
Hoc enim ſequit̃ & dicit, in die quacunq; unxeris
eum: Nõ dixit, unxeris eos: cum etiã ſecundos ſa-
cerdotes ungi pręcipiat. Deinde dicit ipſum ſacri
ficium, decimã partẽ ephi ſimilaginis, in ſacrificiũ
ſempiternũ. Quæritur quomodo ſempiternum, ſi
illud eo die offertur quo ungit̃ ſummus ſacerdos
ab illo qui unctus eſt, niſi ut ſemper hoc offeratur B
in die quo ungitur ſummus ſacerdos, hoc eſt, per
ſucceſſiones ſacerdotũ: quãuis & illo modo ſem-
piternum poſſit intelligi, non hoc, ſed quod ſigni
XV ficat. Dimidiũ eius, inquit, mane & dimidium
eius poſt meridiẽ: quod Græcus habet δειλινόν. In
ſartagine, inquit, in oleo fiet cõſperſa, offerat eam
freſam, id eſt, eã ſimilaginẽ. Deinde dicit freſa: ſi ta
men hoc recte interpretatũ eſt ex illo q̃d Græcus
habet ἑλικτά, & pluraliter hoc poſuit genere neu
tro. Nõ enim ait freſam, tanq; eãdem ſimilaginem
quã dixerat cõſperſam. Hæc aũt freſa ſacrificium
de fragmentis eſſe dicitur. Vtrum ergo freſa dicat
ipſa frumenta, id eſt, cõminuta, an ipſa minutiſſi-
XVI ma ſimilaginis freſa dixerit, nõ eſt euidens. Se-
quitur aũt & dicit: Sacrificium in odorem ſuauita C
tis domino, ſacerdos unctus qui pro illo eſt ex fi-
lijs eius, faciet illud. Propter hoc fortaſſis dixerat
ſempiternum, ut hoc faciat omnis ſummus ſacer-
dos quando ſuccedit mortuo, eo die quo unctus
fuerit. Adiunxit eñ & ait, lex æterna: cũ poſſet æ-
XVII ternũ ſecũdum id intelligi quod ſignificat. Se-
quitur aũt, Omne cõſummabit̃. Quod habet Grę
cus ἐπιτελεσθήσεται, & aliqui interpretes dixerunt,
omne imponet̃, ubi uult intelligi eſſe holocauſtũ,
q̃a nihil exinde remanet. Deniq; adiungit: Et om-
ne ſacrificium ſacerdoti, holocauſtum erit, & nõ
edetur. Hoc ergo dixerat, omne conſummabitur.
XVIII De ſacrificio pro peccato cũ diceret: Sacerdos
qui imponet illud, mãducabit illud. Nõ hoc quod
imponit mãducabit, nam illud igni conſumet̃, ſed D
quod inde remanſerit: Non enim holocauſtũ eſt,
ut totũ ardeat in altari. Dicit autẽ poſtea. Omnia
quæ pro peccato ſunt, ex quib. illatũ fuerit à ſan-
guine eorũ in tabernaculũ teſtimonij exorari in
ſancto, nõ edetur, ſed igni cremabit̃. Quomõ er-
go ad ſacerdotes pertinẽt manducãda quæ rema-
nent de ſacrificijs pro peccatis? Quod intelligen
dum eſt, hæc excepta eſſe, de quorũ ſanguine tan
git̃ illud altare incenſi in tabernaculo teſtimonij.
Hoc enim iuſſit fieri ſuperius de uitulo quẽ pro
peccato ſuo ſacerdos offerret, & de uitulo quẽ ꝓ
peccato uniuerſæ ſynagogę, ut carnes quę reman
ſerint, foris extra caſtra cõburantur: hoc eſt quod
modo breuiter cõmemorauit. Et iſta lex eſt a- XIX
rietis qui pro delicto eſt, ſancta ſanctorũ ſunt, id A
eſt, ad ſacerdotes pertinẽt manducanda. Quid XX
eſt quod de ariete pro delicto cũ dixiſſet, legemq;
ſacrificij expoſuiſſet, ait: Quomodo quod eſt pro Leuit.7
peccato, ita & id quod pro delicto, lex una eſt eo-
rum. Quærit̃ inter peccatũ & delictũ quæ ſit diffe
rentia: quoniã ſi nulla eſſet, nullo modo diceretur
quomõ quod eſt pro peccato, & quod ꝓ delicto.
Quãuis eñ lex eiuſq; ſacrificiũ nihil diſtet, quia
lex una eſt eorũ: tamẽ ipſa duo, quorũ unũ eſt ſa-
crificium, id eſt peccatũ & delictũ, ſi inter ſe nihil
differrẽt, & ſi unius rei duo nomina eſſent, nõ cu-
raret ſcriptura tam diligẽter cõmendare unũ eſſe
utriuſq; ſacrificiũ. Fortaſſis ergo peccatũ eſt per- Peccatum
petratio mali, delictũ aũt deſertio boni: ut quẽad- Delictum
modum in laudabili uita, aliud eſt declinare à ma
lo, aliud facere bonũ, quod admonemur dicente B
ſcriptura: Declina à malo & fac bonũ: ita in dãna- Pſal. 36
bili, aliud ſit declinare à bono, aliud facere mala:
& illud delictũ, hoc peccatũ ſit. Nã & ipſum uoca
bulum ſi diſcutiatur, quid aliud ſonat delictũ, niſi
derelictum, & qui delinquit quid derelinquit niſi
bonũ? Græci autẽ duo nomina uſitata huic peſti
impoſuerũt: Nam delictũ apud eos παράπτωμα di-
citur & πλημμέλεια. Iſto ipſo quippe loco Leuitici
πλημμέλεια eſt. Apoſtolus autẽ ubi dicit: Si præoc Gal.6
cupatus fuerit homo in aliquo delicto, παραπτώ-
ματι Græcus habet: quorũ nominũ ſi origo diſcu-
tiatur in παραπτώματι tanq; decidere intelligit̃ qui
delinquit: Vnde cadauer q̃d Latini à cadẽdo dixe
runt Græce πτῶμα ἢ πτωμὸς dicit̃, ἀπὸ τοῦ πίπτειν, id
eſt ab eo quod eſt cadere. Qui ergo peccando ma C
lum facit, prius delinquẽdo à bono cadit. Et πλημ
μέλεια ſimile nomẽ eſt negligẽtiæ: nã Græce negli
gẽtia ἀμέλεια dicitur, quia curæ nõ eſt quod negli-
gitur. Sic enim Græcus dicit, non curo οὐ μέλει μοι.
Particula ergo quæ addit̃ πλὴν ut dicat̃ πλημμέ-
λεια, præter ſignificat: ut πλημμέλεια quod uocatur
negligentia, uideat̃ ſonare ſine cura: πλὴν μελείας
præter curã penè tantundem eſt. Hinc & quidam
noſtri πλημμέλειαν non delictũ, ſed negligentiam
interpretari maluerunt. In Latina aũt lingua quid
aliud negligitur, niſi quod nõ legit̃, id eſt nõ eligi
tur? Vnde etiã legere à legẽdo, id eſt ab eligendo
Latini autores appellatũ eſſe dixerunt. His quo-
dãmodo ueſtigijs colligit̃, q; ille delinquit qui bo
nũ derelinquit, & relinquendo à bono cadit, quia D
negligit, id eſt non legit. Peccatũ uero unde ſit di
ctum quod Græce ἁμαρτία dicitur, in neutra lin-
gua mihi interim occurrit. Poteſt etiã uideri illud
eſſe delictũ quod imprudẽter, id eſt ignoranter: il
lud peccatũ, quod ab ſciẽte cõmittitur. Huic dif-
ferentiæ uident̃ iſta teſtimonia cõſonare diuina:
Delicta quis intelligit? Et illud: Quoniã tu ſciſti Pſal.18
imprudentiã meã. Cõtinuo quippe ſecutus adiun
xit: Et delicta mea à te non ſunt abſcondita: uelut Pſal.68
alio modo repetẽs eandẽ ſententiã. Nec ab eadẽ
ratione diſcordat quod pauloante cõmemoraui
Apoſtoli dictũ: Si præoccupatus fuerit homo in
aliquo delicto: hinc eñ quod præoccupatũ dicit,
imptu-

imprudenter lapſum eſſe ſignificat:peccatũ uero
ad ſcienrẽ pertinere apoſtolus Iacobus tanq̃ defi
Iacob.4 niens ait:Sciẽti igitur bonũ facere & nõ facienti,
peccatum eſt illi. Sed ſiue illa, ſiue iſta, ſiue alia ali-
qua differentia ſit peccati & delicti, niſi aliqua eſ-
ſet, nõ ſcriptura ita loquereť ut diceret, Quomõ
quod ꝓ peccato, ita & q̃d pro delicto lex una eſt
eorũ. Indifferẽter aũt plerũq; dicunť, ut et peccatũ
nomine delicti, et delictũ nomine peccati appelle
tur. Neq; enim cũ dicitur in baptiſmo fieri remiſ-
ſio peccatorũ, mentio fit etiã delictorum:& tamẽ
Mat.26 utrunq; intelligiť. Sic & dominus ait: Pro multis
effundi ſanguinẽ in remiſſionẽ peccatorũ: Nun-
quid quoniã non ait, & delictorum, ideo quiſquã
dicere audebit in ſanguine ipſius delictorũ nõ fie
ri remiſſionẽ? Item quod ſcriptũ eſt apud Apoſto-
Rom.5 lum: Nam iudiciũ quidem ex uno in condẽnatio-
nem, gratiã uero ex multis delictis in iuſtificatio-
nem: quid aliud q̃ nomine delictorũ etiam pecca
ta cõprehẽſa ſunt? In hac quoq; ipſa ſcriptura Le-
uitici, qua cogimur aliquã inter delictum pecca-
tumq; diſtantiã uel inuenire uel credere, ita legiť,
cum de his ipſis quæ pro peccatis offerenda iube
bantur ſacrificijs deus loquereť: Si aũt omnis, in-
quit, ſynagoga filiorum Iſrael, ignorauerit & la-
tuerit uerbũ ab oculis ſynagogæ, & fecerit unum
ab omnib. mandatis domini quod nõ fiet, & deli-
querit, & cognitum illis fuerit peccatũ quod pec-
cauerũt in eo. Ecce ubi dixit, & deliquerit, ibi cõ-
tinuo peccatũ quod peccauerunt addidit, hoc ip-
Leuit.4 ſum utiq; quod deliquerunt. Et paulopoſt: Si aũt
princeps, inquit, peccauerit, & fecerit unũ ab om-
nibus præceptis domini dei ſui, quod nõ fecit uo-
lens, & deliquerit. Item in conſequentibus. Si aũt
anima, inquit, una peccauerit nolens de populo
terræ, in eo quod facit ab omnibus præceptis do-
mini quod nõ fiet, & deliquerit & cognitũ fuerit
Leuit.5 ei peccatũ quod peccauit in ipſo. Item alibi: Ani-
ma quæcunq; iurauerit diſtinguens labijs malefa-
cere aut benefacere, ſecundũ omnia quæcunq; di
ſtinxerit homo cum iureiurando, & latuerit eum
& hic cognouerit, & peccauerit unum ex his &
confeſſus fuerit peccatũ pro quo peccauit aduer-
ſus ipſum, offeret pro eis quæ deliquit dño pro eo
peccato quod peccauit. Et paulopoſt: Et locutus
eſt dominus ad Moyſen dicens: Anima ſi latuerit
eũ obliuione, & peccauerit nolens à ſanctis domi
ni, offerat delicti dño arietem ſine macula de oui-
bus, pretio argẽti ſiclorum ſanctorũ pro quo de-
liquit: & pro quo peccauit à ſanctis reſtituet, &
q̃ntas adijciet ſuper illud, & dabit illud ſacerdoti:
& ſacerdos exorabit pro eo in ariete delicti & re-
mitteť illi. Sequiť adhuc & dicit: Anima quęcũq;
peccauerit, & fecerit unũ ab omnib. præceptis do
mini quæ nõ oportet fieri, & cognouerit & deli-
querit & acceperit peccatũ ſuũ, offeret arietẽ de
ouibus pretio argẽti in delictũ ad ſacerdotẽ: exo-
rabitq; ꝓ eo ſacerdos ꝓ ignorãtia eius qua igno-
rauit, & ipſe non ſciuit & remittetur illi: Deliquit
enim delicto delictũ ante dominum. Et adhuc ita
dicit: Et locutus eſt dominus ad Moyſen dicens:

Anima quæcunq; peccauerit deſpiciens deſpexe
A rit pręcepta domini, & mẽtitus fuerit quæ ſunt ad
proximũ de cõmendatione aut de ſocietate, aut
de rapina, aut iniuriã fecerit aliquã proximo, aut
inuenerit perditionem & mẽtitus fuerit de eo, &
iurauerit iniuſte de uno ab omnib. quæcunq; fece
rit homo, ita ut peccet in his: & erit cum peccaue
rit & deliquerit, reddet rapinã quã rapuit, aut iniu
riam quam nocuit, aut cõmendatum quod depo
ſitum eſt apud eũ, aut perditionẽ quã inuenit, ab
omni re illa quã iurauit pro ea iniuſte: & reſtituet
ipſam, & q̃ntas eius adijciet ad illud, cuius eſt ipſi
reddet: & qua die cõuictus fuerit delicti ſui, offe-
ret domino arietẽ ab ouib. ſine macula, pretio in
quo deliquit: & exorabit pro eo ſacerdos ante do
minũ, & remitteť illi de uno ab omnib. quæ fecit
B & deliquit in eo. Penè ergo in omnib. factis quæ
dicit eſſe peccata, eadẽ etiam delicta dicit: Qua-
propter & indifferẽter ea dici manifeſtũ eſt mul-
tis ſcripturarũ locis: & habere aliquid differentiæ
ſcriptura teſtať, quæ dicit: Sicut quod pro pecca-
to, ita & quod pro delicto. Omnẽ adipẽ boum XXI
& ouium & caprarũ non edetis, & adeps morticí
norum & à fera caprorũ fiet in omne opus, & ci-
bo nõ edetur: Omnis qui ederit adipẽ de pecori-
bus quæ auferetis ab eis hoſtiam domino, peribit
anima illa de populo ſuo. Dixerat ſuperius de adi
pe: Omnis adeps domino, & quęſieramus utrum
omnis omnino pecoris mundi duntaxat: nam de
immũdis nulla quæſtio eſt: & quid de adipe fieret
quẽ uetuit in eſcã uenire: nunc autẽ dixit quid fie
C ret de adipe morticini à fera capti, ut ſit in omne
opus. Omne opus, utiq; illud opus cui tale aliq̃d
neceſſariũ eſt. Vnde remanſit quæſtio, quid fieret
de adipe cęterorum animalium quę immũda ſunt
ad ueſcẽdum. Sed cum dicit omnem animã peri-
re de populo ſuo qui ederit adipem eorũ pecorũ
ex quibus domino offeretur, uidetur definiſſe il-
lum tantũ adipem de pecoribus mundis prohibi-
tum mãducari, ex quibus fit ſacrificiũ: quãuis Iu-
dæos audierimus nullũ omnino adipem in eſcam
ſumere. Sed quid ſcriptura uoluerit, non quid illi
opinati fuerint, requirendũ. Deniq; nõ inueniũt,
quid recte de adipe faciant, unde ſe abſtinent, &
quomõ eum proijciant cũ dictũ ſit: Omnis adeps
domino: ſi non adipem ſacrificiorum tantum, ſed
D etiã eorum animalium de quibus nõ ſacrificatur,
quãuis immundorũ hic uoluit intelligi. Quid XXII
ſibi uult q̃ de ſacrificijs ſalutaris iterum admonet
& dicit, eũ qui offert donũ ſacrificij ſalutaris ſui,
pectuſculum & brachiũ ſacerdotibus dare debe-
re: ita tamen, ut adeps pectuſculi offeratur domi-
no cũ pẽna iecoris: cum ſuperius loquens de ſacri
ficijs ſalutaris, pennã iecoris cum adipe uẽtris &
renum & lumborũ offerri domino præceperit, ta
cuerit aũt de adipe pectuſculi? An quod ibi præ-
termiſit, hic cõmemorat? Quare ergo de pẽna ie-
coris & ibi & hic? An forte aliquid intereſt quod
ſuperius de ſacrificio ſalutaris præcepit, hic autẽ
addidit ſui, tanq̃ aliud ſit ſalutaris, aliud ſalutaris
ſui. Cũ ſacrificia pro peccatis prius cõmemo- XXIII

ret, uitulum dixit offerendũ pro peccato sacerdotis qui fecisset populũ peccare: postea etiã narrauit scriptura quemadmodũ ea quæ præcepit dominus gesta sunt: ergo pro Aaron & filijs eius dicitur oblatus uitulus pro peccato: sed superius de sanguine uituli cornua tãgi præcepit altaris incẽsi, adspergendũ etiã ex ipso sanguine contra uelũ sanctum, reliquũ uero sanguinẽ fundendũ ad basim altaris holocaustomatũ: postea uero quando sanctificatur Aaron, de aspersione sanguinis contra uelum, nihil dictum est: de cornibus autẽ altaris dictũ est, sed non additum est incensi: additum est autẽ, effundendũ sanguinem ad basim altaris: nõ dixit ad bases eius, tanquã necesse fuisset illud accipere, cuius cornua sanguine tetigisset. Proinde quãuis ambigue sit positum, liberũ est tamẽ ita intelligere factũ, ut factũ fuerat ante præceptum de uitulo pro peccato: ut nõ eius altaris cornua tacta intelligamus, ad cuius basim fusus est sanguis: sed tacta cornua altaris incensi, fusum aũt sanguinem ad basim altaris sacrificiorum superius: quia generaliter præcipiebat, si sacerdos peccasset, ipsum sacerdotem unctum & cõsummatũ, quẽ uult intelligi summũ sacerdotem, sacrificia ista offerre: nunc uero cũ sanctificatur Aaron, Moyses offert & ipse accipit pectusculũ impositionis quod antea prælocutus est sacerdoti esse dandum. Inde autem puto pectusculum impositionis dictum, quia imponebatur inde adeps, sicut cõmemorauit superius de sacrificio salutaris: Cũ ergo uideatur ab Aaron cœpisse summũ sacerdotiũ, quid putamus fuisse Moysen, si ergo sacerdos non fuit, quomodo per illum omnia illa gerebantur: si autem fuit, quomodo summũ sacerdotium ab eius fratre cœpisse definimus. quanquã etiam Psalmus ille ubi dictum est, Moyses & Aaron in sacerdotib. eius: auferat dubitationẽ, ꝙ sacerdos fuerit & Moyses: uestem tamen illam sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentũ, Aaron iubetur accipere & successores eius summi sacerdotis in Exodo, antequã omnino aliquid de sanctificãdis & quodãmodo ordinandis sacerdotib. præcipiatur: quãdo Moyse ascẽdẽte in montẽ, iubenẽ nõ ascendere sacerdotes: quos intelligere alios non possumus nisi filios Aaron, nõ quia iam erant, sed quia futuri erant, hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationẽ, sicut sunt pleraq; taliũ locutionũ: Nam & filius Naue, Iesus appellatus est, cũ longe posteã hoc nomẽ ei scriptura narret impositum. Ambo ergo tunc summi sacerdotes erãt, Moyses & Aaron. An potius Moyses, Aaron uero sub illo: an & ipse summus propter uestem pontificalẽ, ille uero propter excellẽtius ministeriũ. Nã à principio ei dicitur, Ipse tibi quę ad populũ: tu illi quę ad deũ. Quæri etiã potest post mortẽ Moysi quis ungebat successorẽ summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto nõ utiq; poterat. An qui iã unctus erat inter secũdos sacerdotes: idẽ quippe fuit oleum & quo summus, & quo secũdi ungebanẽ: uestem tantũ sumebat ille pontifex qua eius summitas appareret. Et si ita est: utrũ ipse sumebat, an

Marginalia (left): A (beside "...narrauit scriptura"); B (beside "...ut factũ fuerat ante præceptum"); C (beside "...si autem fuit,"); Psal. 98 (beside "cœpisse definimus"); D (beside "Nam & filius Naue"); Exod. 4 (beside "cipio ei dicitur").

cum alius induebat, sicut & post eius mortẽ Moyses filiũ fratris sui. Si ergo ab alio uestiebaẽ: nunquid nã poterat à secũdo summus, præsertim quia talis erat uestis ut eũ ab alio indui necesse fuerit? An sic induebaẽ prius, ut etiam posteaẽ Nõ enim semel indutus nõ eã ponebat, aut cũ posuisset, nõ eã resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, ut secundi uestirent primũ, obsequendo, nõ excellendo. Vnde aũt apparet quisnã filiorũ summo sacerdoti succedere deberet? Nõ enim primogenitũ, aut maiorem scriptura definiuit, nisi intelligamus aliquo diuino indicio fieri solere, siue per Prophetã, siue quolibet alio modo quo consuli deus solet: quanq; ex cõtentione res peruenisse uideatur, ut postea ꝓpterea fuerint plures summi sacerdotes, quia cõtendentibus excellentiorib. litis finiendæ causa plurib. honor ipse tribuebaẽ. Quid est ꝙ dicit Moyses ad Aarõ & filios eius cũ sanctificantur ad ineundũ sacerdotiũ: Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem dies die & nocte, ne moriamini. Nũquid nã credibile est situ corporis uno loco sedere præceptos per dies septẽ die & nocte, unde se omnino nõ cõmouerẽt? Nec tamẽ hinc tanq; allegorice aliquid significatũ, quod nõ fieret, cogẽdi sumus accipere, sed potius agnoscere locutionẽ scripturarũ, ubi sessionẽ, pro habitatione & cõmoratione posuit. Nõ enim quia dictũ est de Semei ꝙ sederit in Hierusalem annos tres, ideo putãdũ est per totũ illud tẽpus in sella sedisse & nõ surrexisse. Hinc & sedes dicunẽ, ubi habent cõmorationem quorũ sedes sunt, habitatio quippe hoc nomen accepit. Et factum est die octauo, uocauit Moyses Aaron & filios eius, & senatum Israel. Quem quidã nostri senatũ interpretati sunt, γερουσίαν Græcus habet: hoc est ergo secutus interpres, quia & senatus à senio uideẽ dictus. Non aũt apte in Latino diceretur, uocauit senectutem Israel, pro senibus uel senioribus, quãuis eadem locutio esset si diceretur, uocauit iuuentutem Israel, pro iuuenibus. Sed hoc usitatum est in Latina lingua, illud aũt non est. Nam hoc proprie diceretur, si diceretur, uocauit senectutem Israel. Vnde quidam insolenter putãtes etiam senatum dici, interpretati sunt ordinẽ seniorũ. Cõpendio tamẽ forsitan melius diceretur, uocauit seniores Israel. Moyses dicit ad Aaron: Senatui Israel loquere dicens: Accipite hircum ex capris, unum pro peccato, & arietem & uitulũ & agnũ anniculum in holocarposim sine macula, & uitulũ à bobus, & arietem in sacrificium salutaris ante dominum, & similam cõspersam in oleo, quoniã hodie uidebitur dominus in uobis. Quatuor genera sacrificiorum de animalibus superius cõmendauit: holocausti, pro peccatis, salutaris, & consummationis, sed cõsummationis ad sacerdotis sanctificationem pertinet: Tria ergo genera reliqua hic præcipiuntur offerri, & dicitur hoc senioribus Israel, ut pertineat ad uniuersum populũ. Sed hoc loco sacrificiũ pro peccato habet tria pecora, hircum & arietẽ, & uitulũ: ad holocaustũ uero agnus pertinet: & ad sacrificiũ salutaris, hircus & aries.

Marginalia (right): XXIIII Leuit. 8 (beside "Quid est ꝙ"); XXV Leuit. 9 (beside "Et factum est die octauo"); XXVI (beside "Moyses dicit ad Aaron").

Quapro-

Quapropter non est sic distinguendū,ut pro peccato non intelligat nisi hircus,tria uero reliqua in holocaustum, id est, aries & uitulus & agnus: sed potius prima tria pro peccato,id est quod dictum est, Accipite hircū ex capris unū pro peccato, & arietē & uitulum, subaudiat pro peccato: & reliquus,id est,agnus in holocarposim,id est, in holocaustum. Quod ideo cōmonendum à nobis fuit, quoniā posset etiam ita distingui, ut cum dictum esset, accipite hircum ex capris unū pro peccato, reliqua iam ad holocarposim pertinere dicerent. Quod uero adiungit, sine macula, ad omnia referri potest. Cū ergo ambiguū sit, quō aptius distinguatur, illa res adducit, ut tria superiora pro peccato intelligantur, quoniā superius pro peccato principis hircum iussit offerri: & pro peccato cuiusq; proprio cum peccat ante dñm faciendo unū ex his quæ nō oportet, præcepit arietē: pro peccato uniuersæ synagogæ uitulū. Oportebat ergo ut senatui loqueretur, quid uniuersus populus offerre debeat, ut hircus iubeat propter principes & aries ꝓpter propriū uniuscuiusq; peccatū, & uitulus ꝓpter peccatū uniuersę synagogę. Aliud est enim q̄d in populo habet quisq; peccatū suū propriū, et possunt habere oēs propria: aliud quādo cōmune peccatū est, quod uno animo fit & una uoluntate aliquid multitudine cōparata cōmittitur. Quod uero sacrificia salutaris, uitulum & arietem iubet quæ præcipua sunt, uniuersi eī populi causa est. Præcipiens aūt antea de sacrificijs salutaribus, unde libet iussit offerri, siue masculū, siue fœminam: dum tamē non nisi de bobus et de ouibus & capris offerantur. Si aūt quærit, quare duo præcepit, uitulum & arietē, difficile est inuenire: nisi forte uitulū uoluit sacrificiū salutaris uniuersi populi: arietē aūt pro unoquoq;, tanquā pro singulis quibusq;: quia uidetur etiā superius quasi duo genera salutaris sacrificij pręcepisse: unum quod uelut uniuersorum esset, appellauit sacrificiū salutaris: alterum aūt ubi dixit, si quisq; obtulerit sacrificium salutaris sui. Vbi etiam differentiam reperiebamus, quia in illo quod appellauit salutaris, non cōmemorauit adipem pectusculi offerendum domino, atq; ipsum pectusculum & brachiū dextrū dādā sacerdoti: sed in illo hoc fieri iussit quod postea dicit sacrificium salutaris sui. Quod forte intelligitur singulorū quorumq; priuatum, non publicum uniuersorū. Nam & Moyses obtulit sacrificia salutaris, nec dictū est ibi, salutaris sui: credo pro populo uniuerso obtulit. Vbi aūt uniuersi, ibi & singuli: non aūt ubi singuli, continuo ibi uniuersi. Singula enim possunt esse sine uniuerso: uniuersi aūt non possunt nisi ex singulis quibuscunq; cōstare. Nam singuli quiq; congregati uel in summā reputati, faciunt uniuersos. Notādum est sanè, cū pro populo offerunt sacrificia, & pro peccato sacrificia iussa esse offerri, & holocaustū, & sacrificia salutaris: pro sacerdote aūt oblatū fuisse pro peccato & holocaustū & consummationis. Non autem salutaris, sed consummationis tunc oblatum est, quando sacerdotes sanctificati sunt ut sacerdotio fungerenī, & hęc obtulit Moyses pro Aaron & fi- A lijs eius: postea uero Aaron ipse iam sanctificatus & sacerdotio fungens offerre pro se iussus est uitulum ꝓ peccato, & arietē in holocaustū. Nō aūt iussus est pro se offerre consummationis, quod tunc ideo oblatū est, ut cōsummaret sanctificatione, & sacerdotio fungi posset, quo iam q̄m fungebatur nō opus erat eum iterū cōsummari. XXVII Et ait Moyses ad Aaron. Accede ad altare & fac quod ꝓ peccato tuo, & holocaustū tuū: & exora pro te & domo tua. Mirum est quō prius dicar faciendū quod pro peccato, deinde holocaustū, cū sacrificia pro peccatis super holocausta superius iubeat imponi, excepto quod de auib. præcepit. An forte hic quod prius fiebat, id est, holocaustū, posterius cōmemorauit? Nō eīm queadmodū de auibus dixit, B fac prius illud & postea illud: sed fac illud atq; illud. Quid aūt prius faciēdū sit indicat superius ex posita instructione, ubi dicit super holocaustū imponi sacrificiū pro peccatis: quanq; ualde moueat quod etiā ita narrat scriptura fecisse Aaron quod audiuit, & prius cōmemorat eū facere pro peccato, deinde holocaustū. Quod utrū & ipse prius fecerit, an prius hoc scriptura narrauerit quod postea factū est, sicut in multis facere solet, habetur incertū, nisi quod dixi superius legeret cum ageret de sacrificio pro peccato. Ita eīm legitur. Et superponet illud sacerdos super altare sup holocaustū dñi, & exorabit pro eo sacerdos pro peccato q̄d peccauit, & dimittet illi. Quō ergo posset hoc super holocaustomata imponi, nisi holocaustoma C prius imponeret? Pręcepit aūt hoc et de sacrificio salutaris, ut super holocaustoma imponeret: sed quia nō hoc ubiq; dicit, nō per omnia sacrificia salutaris, nec per oīa sacrificia pro peccato, potest forsitan dici nō hoc regulariter fuisse præceptum: sed illic tantūmodo ut fieret dictū, id est, in sacrificio salutaris, cū sit de bobus, ibi enim præcepit: & in sacrificio pro peccato: cum sit de fœmina ex ouibus: cætera uero siue sint salutaris, siue pro peccato, non esse necesse ut super holocausta imponantur. Mouet etiā quod cum faceret Aaron dona populi quæ supra cōmomorauit, nō oīa cōmemorata sunt immolata quę fuerant prædicta: sed tantū hircus pro peccato & holocaustū, ubi tamen illum agnum nō expressit: duo uero alia quę D ad sacrificia pro peccato potius q̄ ad holocaustū pertinere diximus, tacuit, id est arietē & uitulum: nisi forte à parte totum intelligi uoluit, ut solo capro cōmemorato etiā illa subsecuta acciperemus. Cum de sacrificijs salutaris populi narraret, quemadmodū ea fecerat Aaron de uitulo & ariete ait, Et occidit uitulum & arietē sacrificij salutaris populi, & obtulerunt filij Aaron sanguinē ad eum, & effudit ad altare in circuitu, & adipē & cætera, quō præcepit dñs Moysi. Nunc singulariter, nūc pluraliter loquit, cum de duobus animalibus loquatur, uitulo & ariete. Quod ergo dicit duos renes, ab utroq; animante intelligendum est, atq; ita quatuor fiunt, ita & cætera. Quod uero ait, Et posuit adipes super pectuscula, cū ipsa pectuscula nō

imposuerit altari, sacerdoti enim debebatur cum
brachijs dextris, quid sibi uult? An intelligendum A
est, & imposuit adipes qui sunt super pectuscula?
ipsos enim posuit, quos imponeret altari à pectu-
sculis deptos. Nam ita & superius præcepat. De-
nicꝫ sequit, Et imposuit adipes altari, & pectuscu-
lum & brachiū dextrū abstulit Aaron oblationē
ante dñm: modo singulariter inferēs, & pectuscu-
lū dicēs uncꝫ utrūcꝫ ex utroꝗ animāte, quæ pectu
XXVIII scula dixerat. Quid est quod ait, Cum extulis-
set Aaron manus super populū, benedixit eos &
descēdit cum fecisset pro peccato & holocausto-
mata & quæ salutaris. Vbi autem ista fecit, nisi su
per altare, id est, ad altare stās eiꝗ deseruiēs? Inde
ergo descendit ubi stabat. Nimirum illius solutio
quæst. 113 quæstionis adiuuari hoc testimonio uidetur, ubi
quæsieramus in Exodo quō seruiri potuerit ad al- B
Exod. 20 tare quod erat altum cubitis tribus. Gradum quip
pe illic intelligere, phibebamur, quia id deus uetu
erat, ne super altare pudenda uirilia ministrātis re
uelarentur, quod uncꝫ fieret, si pars altaris gradus
esset, id est, si cōpactus adhæreret. Deniꝗ ibi hoc
uetuit, ubi de altari structili loquebatur, unum eni
esset altare cum gradu cuius pars esset gradus, &
ideo uetitū est: hic uero ubi altaris tanta fuerit alti
tudo, ut nisi sacerdos super aliquid staret apte mi-
nistrare nō posset: intelligendū est, quicquid illud
erat quod ad horā ministrationis ponebaī & aufe
rebaī, non fuisse altaris partem, & ideo non fuisse
contra præceptum, quod gradū habere prohibitū
est: hoc aūt qualecuncꝫ fuerit, tacuit scriptura, &
ideo quæstio facta est. Sed nunc cum dicit scriptu
ra, sacerdotē cum fecisset sacrificia descēdisse, hoc C
est cum immolata imposuit altari, utiqꝫ manifestat
alicubi eum stetisse unde descenderet: & quia ibi
steterat, ideo trium cubitorū altari ministrādo de-
XXIX seruire potuisse. Et uidit omnis populus & a-
mens factus est. Quod alij interpretes dixerūt ex-
pauit, conantes transferre de Græco, quod dictū
est ἔκστασις unde ἐκστατικὸς dicit, qui sępe in scripturis
XXX Latinis legitur mentis excessus. Et exijt ignis à
dño, & deuorauit quæ erāt super altare, holocau-
stomata & adipes. Quid dicit à dño, quæri po-
test, utrum quia nutu & uoluntate dñi factum est,
an ab eo loco ignis exijt ubi erat arca testimonij.
Non enim in loco aliquo ita est dñs, quasi alibi nō
XXXI sit. Postquā exeunte igne à dño, incensi, & mor D
Leuit. 10 tui sunt filij Aaron, qui ausi sunt in batillis suis ad
hibito igne alieno incēsum imponere dño: quod
ideo nō licebat, quia ex illo igne qui diuinitus ad
altare uenerat deinceps custodito, omnia erāt ac-
cendenda quæ in tabernaculo accēdi oportebat,
Mortuis ergo illis ait Moyses: hoc est quod dixit
dominus dicens, In eis qui mihi appropinquant
sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor:
eos appropinquare domino uolens intelligi qui
in tabernaculo sacerdotio fungebantur: sanctifi-
cari aūt in eis etiā uindicando, sicut factum est, V-
trum ut hinc sciret, ꝗ minus alijs parcat, si illis nō
1 Petri 4 parcit: quo sensu dictū est, Si iustus uix saluus erit,
peccator & impius ubi parebūt? An potius secun

dum illud: Cui plus datur, plus exigiī ab eo. Et il-
lud: Seruus qui non cognouit uolūtatem dñi sui, Luc. 12
& facit digna plagis, uapulabit paucis: seruus aūt
qui cognouit uoluntatē domini sui, & facit digna
plagis, uapulabit multis, Et illud: Exiguo cōcedi- Sap. 6
tur misericordia, potentes aūt potentiora tormen
ta patient? Sed ubi hoc dixerit dominus quod eū
dixisse Moyses cōmemorauit, in scriptura quæ re
tro est non inuenitur. Tale ergo est hoc, quale in
Exodo, ubi dicit domino: Tu dixisti, scio te pręo- Exod. 33
mnibus. Quod inuenitur quidem dominus ei di-
xisse, sed postea. Sed quoniam mendaciter nunꝗ
hoc Moyses diceret, intelligitur idē etiam ante di
xisse, quāuis scriptum nō fuerit, ita & hoc. Vnde
apparet non omnia scripta esse quæ deus locutus
est eis, per quos nobis sancta scriptura eius mini-
strata est. Quid est quod Aarō & reliquos filios XXXII
eius mortē illorum duorū lugere prohibēs dicit:
Caput uestrum cidara non denudabitis: ubi certe
ostēdit cidaras tegmina capitū fuisse, nisi quia illa
faciebāt lugentes, quę cōsuetudini ornatus essent
cōtraria. Sicut enim in nostra cōsuetudine, qui ca
put apertū magis habemus, operitur in luctu: sic
quia illi operimento capitis ornabanī, nudādum
erat lugentibus. Quod ideo prohibet, ne lugerēt
eos in quorum pœna sanctificatus est dominus: id
est, cōmendatus est timor eius. Nec ideo quia lu-
gendi nō erant, nō permittit alios lugere illos: sed
quia illi lugere tunc nō debebant cū dies sanctifi-
cationis eorum agerentur, nōdum completis se-
ptem, quibus eos pręcepit de tabernaculo nō ab-
scedere: quāꝗ possit uideri, qui illo oleo fuerant
sanctificati, hoc dictum esse quod nunꝗ quenꝗ
lugere deberent. Ita enim dicit: Fratres autem ue-
stri omnis domus Israel plorabūt incendium quo
incensi sunt à domino, & ab ostio tabernaculi te-
stimonij nō exibitis, ne moriamini: oleū enim un-
ctionis quod est à domino, super uos est. Et lo- XXXIII
cutus est dominus ad Aaron dicens: Vinū & sice
ram nō bibetis tu & filij tui tecū, cum intrabitis in
tabernaculū testimonij, aut cum accedetis ad alta
re, & nō moriemini. Quando ergo eis bibere lice
bat, quādoquidem in tabernaculum eis quotidie
necesse erat introire & accedere ad altare, ꝓpter
continuā seruitutē? Quod si quisꝗ dicit, nō omni
die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu
in tabernaculū, qui quotidianus erat propter can
delabrū & panes ꝓpositionis super mēsamponē-
dos? Si aūt respōdetur, tabernaculum testimonij
nūc quod ait, illud esse intelligēdum ubi erat arca
testimonij, etiā illud necessę erat intrare summū sa
cerdotē ꝓpter incēsum cōtinuationis. Non enim
semel in anno intrabat, sed cum sanguine purifica
tionis semel in anno, propter incensum aūt quo-
tidie. An intelligendū est deum præcepisse, ut ui-
num omnino nō biberet? Cur ergo nō ita præce-
pit potius ut breuiter diceret, uinū nō bibetis, sed
addidit, cū intrabitis in tabernaculū, aut cum ac-
cedetis ad altare? An quia causa nō bibendi racen
da nō erat, maxime quia deus præscius erat futu-
ros postea tā multos etiā summos sacerdotes uno
tempo-

tempore, id est, non per successionẽ, qui taberna-
culo & sacrificijs & incẽso & uniuerso illi ministe
rio uicibus deseruirẽt: quando utiq; illi non bibe-
bant quorũ locus erat deseruiẽdi, alij aũt bibebãt?
An quid aliud hoc loco intelligendũ est, quoniã
cũ uinum & siceram sacerdotes bibere ꝓhiberet,
secutus ait, Legitimum æternum in progenies ue
stras. Ambiguũ est utrum superiori sensui conne-
ctatur, id est, ad uinum non bibendum pertineat:
an inferiori ubi sequit̃, Distinguere inter medium
sanctorũ & cõtaminatorũ: & inter medium mun-
dorũ & immundorũ: & instruere filios Israel om-
nia legitima quæ locutus est dominus ad eos per
manũ Moysi: ut hoc sit officiũ sacerdotũ legitimũ
in progenies eorum. Quomodo autẽ dicat æter-
B num, iam sæpe diximus. Hoc quoq; ambigue posi
tum est quod ait, distinguere inter mediũ sancto-
rum & contaminatorũ, & inter mediũ mũdorum
& immundorum: utrũ ab eo quod sunt sancta &
munda: uel inquinata & immunda: an ab eo quod
sunt sancti & mundi, uel inquinati & immundi: id
est, utrũ inter illa sacra quæ rite uel non rite fierẽt
distinguere uoluit sacerdotes: an ipsos homines
probandos uel improbandos: an potius ad utrũq;
XXXIIII referendũ est, siue homines, siue sacra. Pectuscu
lum segregationis, & brachium oblationis man-
ducabitis in loco sancto. Quamuis singula singu-
lis data sint, nimirũ tamen ununq; posset dici se-
gregationis, quia utrunq; sacerdoti separat̃: & u-
trũq; oblationis siue demptionis, quæ Græce di-
C citur ἀφαίρεμα, quia utrunq; demitur & auferẽ eis
pro quibus offertur ut detur sacerdoti. Pectuscu-
lũ sanè impositionis superius legimus, & brachiũ
oblationis: quia de brachio nihil imponebat̃ alta
XXXV ri, adeps autẽ de pectusculo imponebat̃. Quid
est quod dicit, de sacrificijs salutariũ: cum ea dicat
quæ alibi dixit sacrificia salutaris singulari nume-
ro, id dixerit sacrificiũ salutaris, cum de eadẽ re di-
ceretur. An forte hoc loco ubi ait, à sacrificijs salu
tariũ, sanitatũ dici debuit? Nam in illo Psalmo ubi
Psal.64 dictum est, Exaudi nos deus sanitatũ nostrarum:
hoc uerbum habet Græcus quod etiam hoc loco,
id est, σωτηρίων: qui genitiuus pluralis in Græca
lingua ambiguus est: utrũ à salute, an à salutari no-
men declinatũ sit: quoniam σωτηρία dicitur salus
uel sanitas, unde fit genitiuus pluralis τ σωτηριῶν,
D Salutare aũt σωτήριον dicit̃, & inde genitiuus plu-
ralis idẽ ipse est. Si ergo recte potest intelligi etiã
sacrificiũ salutis quod est sacrificiũ salutaris, quo-
niam salutaris salus datur, & illud est salutare un-
de salus accipit̃, non est necesse ut tanquã multo-
rum salutarium sacrificia hic intelligamus, ubi di-
ctum est de sacrificijs salutarium, sed multarũ for-
sitã sanitatũ, quæ tamẽ ab uno salutari accipiunt̃.
Psal.115 Quod si autẽ salutare dei de quo dictum est, Cali-
cem salutaris accipiam: Et de quo Simeon dicit in
Lucæ 2 Euangelio, Quoniam uiderunt oculi mei salutare
tuũ: fides Christiana nouit, possunt sane nõ absur
de intelligi uel dici etiam sacrificia salutaria, quæ
XXXVI sunt salutaris. Et erit tibi & filijs tuis & filiabus
tuis legitimũ sempiternũ. Non frustra est additũ,

filiabus: quoniam quædam ad escas pertinentia sa
A cerdotũ prohibet à fœminis accipi, sed à masculis
iubet. Cum quæsisset Moyses caprũ oblatum pro
populi peccatis, & nõ inuenisset, quoniã fuerat in
cẽsus, & iratus est quod ea quæ pro peccato à po-
pulo offerrent̃ cõstituit dñs sacerdotib. edẽda, ab-
latis inde adipibus & renibus. Iratus aũt est nõ fra
tri suo, sed filijs eius, credo quod ad eos suggerẽn-
di ministeriũ pertineret: respõdit illi Aaron & ait,
Si hodie obtulerunt ea quæ pro peccato illorum
sunt, & holocausta sua ante dñm, & cõtigerint mi
hi talia, ut comedam quod est pro peccato hodie,
nunquid placitum erit dño? Et audiuit Moyses &
placuit illi. Hoc uidetur dixisse Aaron, ꝙ ipso die
quod primum obtulerant filij Israel pro peccato
suo, non debuit à sacerdotibus manducari, sed to-
tum incendi, non inde regulam faciens & cætera.
Nam deinceps sacrificia pro peccatis ipsi edebãt.
Sed quia hoc primũ fuit ipso primo die primitus
oblatum, credendũ est Aaron sacerdotẽ hoc diui
na inspiratione dixisse, ut & illud circa sacerdotes
deinceps seruaret̃ quod præceperat dñs Moysi, &
hoc quod Aaron dixit tanquam diuinitus dictum
Moyses approbaret. Quid ergo de cæteris eiusdẽ
diei sacrificijs, id est de ariete & uitulo, quæ dixi-
mus etiam ipsa pro peccato oblata debere intelli-
gi: an de uitulo nulla quæstio est, quoniã oporte-
bat sic fieri, ut de eius sanguine quemadmodũ præ
ceptum fuerat intromitteret̃, unde & tangerent̃
cornua altaris incensi, & cõsequens erat ut totus
arderet? Quid ergo de ariete? An quoniã primũ
caprũ quæsiuit Moyses, quod de capro illi respon
sum est, hoc & de ariete intelligendũ est quẽ ex or
dine fuerat quæsiturus, nisi illud responsum sacer-
dotis ei placuisset? De uitulo autẽ quid quæreret,
cum ea lege fieri potuerit quã de uitulo pro pec-
cato uniuersę synagogę præceperat deus, sicut de
uitulo pro peccato sacerdotis: id est, ut totus arde
ret extra castra. Hæc eñ sunt uerba irascẽtis Moy
si ad filios fratris sui, cũ hircum pro peccato quæsi
tum nõ inuenisset, quia fuerat totus incẽsus, Qua-
re nõ comedistis illud quod fuit pro peccato in lo
co sancto? Quoniam eñ sancta sanctorũ sunt, hoc
uobis dedit edere ut auferatis peccatũ synagogæ,
& exoretis pro eo ad dñm. Nõ eñ illatũ est à san-
guine eius in sanctũ ante faciẽ intus. Edetis illud
in loco sancto, quõ mihi constituit dñs. Vtiq; cum
dicit, non enim illatum est à sanguine eius in san-
ctum ante faciem intus: proculdubio discernit il-
lud quod ita fit pro peccato sacerdotis, siue pro
peccato uniuersæ synagogę, non de hirco, de quo
sanguis quoniam non erat iussus inferri ad tangẽ-
da cornua intus altaris incensi, non debuit totus
incendi, sed à sacerdotibus manducari. Hoc autẽ
quare sit factum, id est, ut etiam ipse totus incẽde-
retur, respõdit Aaron & placuit Moysi. Sanè quo
niam sex pecora præcepta fuerunt senioribus po-
puli ut offerent̃ pro populo, quorũ prius quatuor
cõmemorauit, hircum & arietem, & uitulum, &
agnum anniculum: quorũ manifestum est hircum
pro peccato, manifestum est etiã agnum annicu-
lum

lum in holocaustũ: duo uero media arietem & ui-
A tulum ambigue posita: uideamus utrum ad sacrifi
cium pro peccato pertinerẽt, ut hirco adiungerẽ
tur, an potius agno ut in holocaustũ offerrent: un
de quid uobis uidereť, suo loco exposuimus. Post
ea uero ut sex animalia cõplerenť, uitulũ & arietẽ
cõmemorauit in sacrificiũ salutaris: nec tamen in
consequẽtibus cum immolata sunt, & identidem
cõmemorata, fit mentio pecorum ipsorum arietis
& uituli, quæ inter caprũ & agnum posuerat: sed
tantũ ille uitulus, & ille aries cõmemorãtur, quos
in sacrificiũ salutaris offerri iusserat, ut iam nõ sex
pecora, sed potius quatuor fuisse credanť. Potest
fortassis intelligi quæ duo illa, quæ prius inter hir
cum & agnum posuerat, iterum nominauit: & nõ
est alius uitulus & alius aries in sacrificium saluta-
ris: ut cum dixisset hircũ pro peccato, & arietẽ &
uitulũ, non dicens in quid, id est, in quam rem: a-
B gnum uero anniculum in holocaustũ: postea dice
re uoluerit, quid de uitulo & ariete faciendũ esset,
id est, quia neq; pro peccato sicut hircus, neque in
holocaustũ sicut agnus, sed in sacrificium salutaris
iubebantur inferri. Sed si hoc intellexerimus, ma-
nebit quæstio, quare pro peccato synagogæ hir-
cus oblatus sit, cum de sacrificijs quę pro peccatis
offerenda essent ab initio dñs loquẽs, uitulũ offer
ri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro pecca-
to sacerdotis, nõ caprum, sed uitulum: de quo uitu
lo etiã sanguinẽ similiter ut pro peccato sacerdo-
tis ad tãgenda cornua altaris incensi præcepit in-
ferri. Et quę causa fuerit ut pro peccato Aarõ Moy-
ses uitulũ offerret, & ipse Aaron alterum uitulum,
sicut pro peccato sacerdotis secundũ dei præce-
C ptũ offerri oportebat: pro peccato aũt populi non
uitulus sicut pręceptũ fuerat, sed hircus potius of-
ferretur? Quod cõmonere uisum est nobis, ut su-
pra diximus, qđ nõ solus hircus pro peccato po-
puli, sed & aries & uitulus offerri iussus est, ut ad
ista tria subaudiať pro peccato: quia & principes e-
rant in populo, pro quib. hircus fuerat offerẽdus:
& singuli quiq; habere propria peccata potuerũt,
pro quib. aries: & unũ aliquod peccatũ omes, pro
quo uitulus sicut ab initio præceptum fuerat, pro
peccato uniuersæ synagogæ uitulum offerri opor
tebat. Ideo aũt cũ immolata sunt, hircus tantũmo-
do nominať, ut alia etiã tacita intelligerenť, locu-
tione à parte totũ, quia omnia fuerãt pro peccatis.
XXXVII Cum ageret de morticinis immundorũ anima-
Leuit. 11 D lium. Et omne uas fictile, inquit, in quo ceciderit
ex eis quæcunq; sunt intus, immunda erunt: & il-
lud cõteratur, id est ipsum uas. Et omnis cibus qui
manducatur in quencunq; uenerit super illum a-
qua, immũdus erit uobis. Non quęcũq; aqua intel
ligenda est quæ superueniret cibo, facit eum im-
mundum: sed ex illo uase quod factũ est immũdũ
de morticinis immũdis, si forte ipsum uas habuit
XXXVIII aquã. Instrue filios Israel inter uiuificantia quæ
Viuipera manducanť, & inter uiuificãtia quæ nõ manducã-
tur. quæ Græcus habet ζωογονοῦντα, nostri quidam
uiuificãtia interpretari maluerunt, quia utcunque
hoc uerbũ noster usus recepit, quã facere nouũ inso
litum si dici posset uiuigignẽtia. Non enim quę ui
A uificant, id est, uiuere faciũt, sed quæ uiuos fœtus
gignũt, id est, non oua, sed pullos, dicunť ζωογονοῦ
ντα. Quid est quod ait de muliere quæ peperit, XXXIX
Omne sanctũ non tanget & sanctuariũ nõ introi- Leuit. 12
bit. Quod sanctuariũ uult intelligi, cũ legať in ta-
bernaculũ nõ nisi sacerdotes solere ingredi, & us-
que ad uelũ interius secundũ: ultra uelũ aũt ipsum
ubi erat arca, nõ nisi unũ summũ sacerdotẽ. An &
ante tabernaculũ, ubi erat altare sacrificiorũ, san-
ctuariũ dici potuit? Nam sæpe appellať locus san-
ctus etiã ipsum atrium, cum dicitur, In loco sancto
edent ea. Illuc fortassis solebant intrare mulieres,
quãdo offerebãt dona sua quę imponerenť altari.
Quid est quod dicit, Si masculũ peperit mulier, XL
immunda erit septẽ dies, secundũ dies secessionis
purgationis eius immunda erit, & in die octauo
cirũcidet carnem præputij eius, & trigintatres di-
B es sedebit in sanguine suo mundo. Ome quod san
ctum est nõ continget, et sanctuariũ non intrabit.
Quę differentia est inter septẽ dies illos quibus di
cit eam immundam, & trigintatres dies quibus in
sanguine suo mundo sedebit. Si eñ iam immũda
non est per trigintatres dies, quare nõ tãgit quod
sanctũ est? An hoc ad hoc interest, quia in sanguine
est, licet mũdo: ut hoc distet, quia cũ immunda est,
ubicunq; etiã sederit immundũ facit: cũ uero iam
in sanguine mundo sedet, tantũ quod sanctum est
non ei licet tangere, & in sanctuariũ intrare. Hoc
est enim quod ait, secundũ dies secessionis purga
tionis suæ, quod dicit alio loco, immunditiã fœmi
næ quæ mẽstruis purgatur septem dierũ esse, quã-
do omne super quod sederit immundũ. Secessio-
C nis autem dicit, quoniam secedebat aliquantum,
ne omnia coinquinaret cum perageret illos dies.
Hos dies immunditiæ eius si fœminã pareret, lex
duplicabat, et quatuordecim fiebant: reliquos aũt
quibus sedebat in sanguine mundo suo, etiã ipsos
duplices iussit seruari, id est, sexagintasex, ut om-
nes essent in partu masculi quadraginta, & fœmi-
nę octoginta. Aliqui aũt codices Græci nõ habẽt,
in sanguine mundo suo, sed in sanguine immũdo
suo. Et cum impleti fuerint dies purgationis eius
super filio aut super filia, offeret agnũ anniculum
sine macula in holocaustũ, & pullum columbinũ
& turturẽ pro peccato ad ostiũ tabernaculi testi-
monij ad sacerdotẽ, & offeret eũ ante dñm, & exo
D rabit pro eo sacerdos & purgabit eam à fonte san-
guinis eius. Ista lex eius quę peperit masculum aut
fœminã. Si aũt nõ inuenerit manus eius quod sa-
tis est in agnũ, & accipiet duos turtures, aut duos
pullos columbinos, unum in holocaustũ, & unũ
pro peccato, & exorabit pro ea sacerdos & purga
bitur. Recte ergo superius nõ legendũ est, offeret
agnũ anniculum sine macula in holocaustum, aut
pullum columbinũ, aut turturẽ pro peccato, sicut
nonnulli codices habẽt: sed sicut dictũ est, & pul-
lum columbinũ & turturem pro peccato: quãdo-
quidẽ postea dicit, Si nõ inuenerit manus eius quod
satis est ad agnũ, & accipiet duos turtures, ubi, &,
plus uidetur habere. Nam ea coniunctione detra
cta

ćta, integre sequiť, Accipiet duos turtures, aut du
os pullos colũbinos, unũ scilicet in holocaustũ, al A
terũ pro peccato. Sed quo peccato, nũquid pepe
risse peccatũ est? An hic ostendiť illa propago ex
Rom. 5 Adã, unde Apostolus dicit, ex uno in condemna-
tionẽ: & quia per unũ hominẽ peccatũ intrauit in
mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omes homi-
nes pertransiit? Et hic satis apparet quẽadmodum
Psal. 50 dictũ sit, Ego in iniquitatibus cõceptus sum, & in
peccatis mater mea in utero me aluit. Cur ergo nõ
illud quod natum est purgari dicit scriptura per
hoc sacrificiũ, sed ipsam quę peperit? An ad ipsam
quidẽ unde illa origo trahebať relata purgatio est
propter sanguinis fontem? Nõ poterat tamẽ sine
ipsius fœtus purgatiõe fieri, qui ex ipso sanguine
exortus est. Nam quo ptinet quod superius ait, su-
per filio, aut super filia offeret agnũ anniculũ sine B
macula in holocaustũ, & pullũ colũbinũ aut turtu
rẽ pro peccato, si nihil per hoc sacrificiũ fiebat pro
eis qui nascebanť? Quod siquisquã ita distinguere
conabiť, ut dicat nõ esse iungendũ super filio aut
sup filia offerre agnũ anniculũ sine macula in ho-
locaustũ, & pullũ columbinũ pro peccato: sed ita
potius legendũ. Cum adimpleti fuerint dies pur-
gationis eius super filio aut super filia: id est, dies
purgatiõis impleti fuerint super illo aut super illa,
filio scilicet uel filia: deinde ab alio sensu sequatur,
Offeret agnum anniculũ sine macula in holocau
stũ & pullũ colũbinũ pro peccato, id est, p pecca-
to suo, cum cõpleti fuerint dies purgatiõis eius su
per filio & super filia. Quisqs ergo ista distinguen
dum putauerit, ex Euãgelio cõuincetur, ubi cum C
tale aliqd nato ex uirgine dño facerẽt, magis pro-
pter cõsuetudinẽ legis, q̃ propter necessitatẽ ali-
Lucæ 2 cuius in eo expiãdi purgãdiq; peccati, sic legiť, Et
cum inducerẽt puerũ Iesum parẽtes eius ut face-
rẽt secundũ cõsuetudinẽ legis pro eo: nõ dictũ est,
pro matre eius, sed pro eo: quamuis ea fierent quę
hoc loco præcepta sunt de duobus turturibus, aut
de duobus pullis columbinis. Sic eñ baptizari i-
pse etiam dignatus est baptismo Ioannis, qui erat
baptismus pœnitẽtiæ in remissionẽ peccatorum,
quãuis nullũ haberet ille peccatum. Merito ergo
quidã nostri ita interpretati sunt etiã istum in Le-
uitico locum, ut nõ dicerẽt super filio aut super fi
lia: sed pro filio aut pro filia. Hanc eñ uim huius
præpositionis esse intellexerũt hoc loco, ubi Græ D
cus ait, ἐφ᾽ υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρί. Sané aduertẽdum est,
q̃ pauper dñs nasci uoluerit, ut non pro illo offer-
retur agnus & pullus columbinus aut turtur, sed
par turturum aut duo pulli columbini, sicut in E-
uangelio legitur: quod scriptura Leuitici tunc ius
sit offerri, si nõ habuerit manus offerẽtis quod sa-
XLI tis est magnum. Homini si cui facta fuerit in cu
Leuit. 13 te corporis cicatrix signi lucida, & fuerit in cute
coloris eius tactus lepræ: & cætera. Velut expo-
nendo dixerit posterius, unde quod primũ dixe-
rat intelligeret, quoniã dixerat homini si cui facta
fuerit in cute corporis eius cicatrix signi lucida:
ne cicatricẽ sic intelligeremus quomodo solet es-
se uestigiũ sanati uulneris, aperuit hoc se de colo
re dicere, cũ adiũxit, Et fuerit in cute coloris eius
A tactus lepræ. Quicquid ergo illud, coloris uitium
est, quod nomine cicatricis appellat. Quod uero
ait, tactus lepræ, non q̃d tactu color sentiať, sed ita
dicit tactũ lepræ, tanq̃ ipse homo uel corpus eius
lepra sit tactũ, hoc est maculatũ atq; uitiatum: si-
cut dici solet, tetigit eum uel non tetigit eum fe-
bris. Deniq; ipsam maculam, tactũ uocat, & eam
semper isto nomine appellat. Vnde nonnulli no-
stri nõ tactũ, sed maculã interpretati sunt, quo no-
mine quidẽ planius uideretur sonare quod legiť:
sed potuit & Græcus nõ dicere ἁφὴν, id est tactũ,
sed μῶμον, id est, maculam: unde ἄμωμον dicit im-
maculatum: quanquã non ab illo solo quod in co
lore cõtingit, sed ab omni uitio purũ solet scriptu-
ra ἄμωμον dicere. Vnde non maculam coloris: sed
B omnis uitij notam uult intelligi, quod μῶμον ap-
pellat. Posset ergo quod ad solum colorẽ attinet
σπίλον dicere: quo uerbo usus est Apost. ubi ait de Ephe. 5
ecclesia, non habente maculã aut rugã: nec μῶμον
aut σπίλον dixit, sed ἁφὴν, id est tactum: quod in
Græca lingua inusitate dicitur in coloribus, & ta-
men hoc septuaginta interpretes nõ piguit Græ-
ce dicere, cur ergo Latinos piguerit? Quod aũt di
ciť cicatrix signi: uel ideo dicit, q signMy aliqd:
uel ideo potius, q ipsum hominẽ signo quodã di-
scernit à cæteris: hoc est notabilẽ reddit. Quid XLII
est quod ait, Et uidebit sacerdos & inquinabit eũ
ad quã ueniet ut mundeť? Sed inquinabit dictum
est, id est, inquinatũ pnunciabit, si hæc in eo uide-
rit quæ scriptura dicit de macula lepræ. Si autẽ XLIII
C lucidus albus erit in cute color eius, & humilis nõ
fuerit aspectus eius à cute. Lucidus albus subau-
ditur tactus: id est, illa macula coloris, non pilus.
Quod postea dicit, Si aũt conuersa mutata fuerit
significatio in cute: hãc dicit significationẽ quod
superius signũ in Latino legiť. Nam Græcus & su
pra & hic uno eodemq; uerbo usus est, σημασίαν
dicens. Et segregabit illum sacerdos septem die XLIIII
bus secundo, & uidebit illum sacerdos die septi-
mo secundo: & ecce obscurus tactus non est con-
uersus in cute: & purgabit eũ sacerdos, signũ eñ
est: hoc est, purgatũ eũ pnũciabit. Nõ enim est le-
pra sed signum. Si autem conuersa mutata fue- XLV
rit significatio in cute postea quã uidit illum sacer
dos ut purget: & uisus fuerit denuo sacerdoti &
D uiderit eum sacerdos, & ecce cõmutata fuerit si-
gnificatio in cute, coinquinabit eum sacerdos, le-
pra enim est. Etiam hic inquinabit dixit, inquina-
tum pronunciabit: ut amplius habet ex more lo-
cutionis scripturæ. Hoc itaq; uideť admonuisse,
ut cũ uisus fuerit solus color albus & lucidus, dis-
color sano colori, adhuc probeť à sacerdote: ut si
uiderit etiam pilum mutatũ in album colorem, &
humiliorẽ factum cutis locum in quo est albus co
lor, tunc pronunciet lepram: id est, inquinet homi
nem pronunciãdo leprosum. Si autem, inquit, lu-
cidus albus fuerit in cute color eius, id est, lucidus
albus fuerit ille tactus, quo nomine eandẽ macu-
lam appellat: & humilis non fuerit aspectus eius à
cute, & pilus nõ fuerit conuersus in albũ: ipse au-
tem

tem est obscurus, id est, ipse pilus, quia non est al-
bus: segregabit sacerdos tactũ septẽ dies, & uide-
bit sacerdos tactũ die septimo, id est, illam macu-
lam: & ecce tactus manet ante eum. Nõ commu-
tatus est tactus in cute: id est, nõ est discolor & dis-
similis inuentus à cute. Ergo sanatũ est quod uitio
sum erat. Sed adhuc iubet probari eandem sanita
tem per alios septẽ dies, atq; ideo sequitur et dicit,
Et segregabit illum sacerdos septem dies secun-
do: id est, septem alios dies: & uidebit illum sacer-
dos die septimo secundo, & ecce obscurus tactus:
id est, quia non albus & lucidus, ac per hoc conco
lor sano colori, non est mutatus tactus in cute, si-
cut & pauloante dixi: hoc est, non est dissimilis à
cætera cute: & purgabit eum sacerdos: id est, pur
gatum pronunciabit à suspitione lepræ: non quo
niam habuerit leprã quam iam nõ habet, sed quo-
niam lepra non fuit quod in illo lucido & albo co
lore tactus, id est maculæ illius, apparuerat: cũ ex-
pectaret utrũ humilior fieret locus, & pilus illic in
album cõuerteretur nõ contigit, sed potius ille ta-
ctus qui fuit ante lucidus & albus obscurus inuẽ-
tus est: id est, similis cætero colori, nõ lucidus. Nõ
erat ergo lepra, signum est enim nõ lepra quod sic
apparuerit. Tamẽ etiam propter hoc purgatus à
suspitione lepræ, lauabit uestimenta sua, quia & in
illo signo aliquid fuit propter quod lauãda fuerãt
XLVI uestimenta, & mũdus erit. Deinde sequit. Si au
tẽ cõuersa mutata fuerit significatio in cute, post-
eaq; uidit illum sacerdos ut purgaret illum: id est,
posteaquã uidit eum sacerdos septimo die prius
sanum ut purgaret illum, mutata est illa significa-
tio, id est, illud signũ in cute: & uisus fuerit secũdo
sacerdoti, id est, post alios septẽ dies: & uiderit eũ
sacerdos, et ecce cõmutata est significatio in cute,
id est, non stetit in illa sanitate in qua eum uiderat
post primos septẽ dies: & inquinabit illum sacer-
dos, lepra est enĩ. Iam hic quoniam illud quod ui-
sum fuerat post primos septẽdies sanũ nõ stetit in
suo, sed mutatũ est in pristiuũ uitiũ, lepra pronun-
ciat: ita ut nõ hic expectet uel locus humilior, uel
pilus in album cõuersus. Cum enim lepra non sit
notabilis atq; uitiosa, nisi uarietas: hoc ipsum de
uitioso colore redire ad sanum, & de sano redire
ad uitiosum, ita notabile est ut non ibi fuerit expe
ctandũ, quod primo expectari præceperat, de hu
miliori loco & pili candore: sed iam etiã ista uarie
XLVII tate sine dubitatione sit lepra. Deinde sequitur,
Et tactus lepræ si fuerit in homine, ueniet ad sacer
dotem & uidebit sacerdos, & ecce cicatrix alba in
cute: & hæc mutauit capillũ albũ, & à sano carnis
uiuæ in cicatrice. Hinc si subtrahamus, &, more e-
nim locutionis scripturarum positum est, iste erit
sensus, Et uidebit sacerdos, & ecce cicatrix alba in
cute, & hæc mutauit capillũ albũ à sano carnis ui-
uæ in cicatrice. Ordo est, mutauit capillũ albũ in ci
catrice à sano carnis uiuæ: id est, cum caro uiua
& sana habebat capillum obscurum, uel nigrum,
hæc cicatrix album habet: Lepra ueterascẽs est in
cute coloris eius: & inquinabit eum sacerdos, id
est, inquinatum pronunciabit. Nõ segregabit eũ,

quia immundus est: hoc uidet dicere, quia ubi in-
A uentus fuerit pilus in albũ mutatus cõcolor albo
uitio cutis, iam non segregat, ut probet: nec expe
ctatur utrũ etiã humilior fiat locus: sed ex hoc tan
tum quod alba est cutis discolor à cætera, et album
habet pilum discolorẽ cæteris qui sunt in carne ui
ua et sana, lepra ueterascẽs pronunciat: ideo uete
rascẽs, quia iam nõ est probãda illis bis septẽ die-
bus. Si autẽ restitutus fuerit color sanus et cõuer-
sus fuerit albus, quoniã dixerat totum album fa-
ctum per totã cutem, eo ipso iam mundum esse,
quia uarietas ibi iam non esset. Deinde ait, Et qua
cunq; die uisus fuerit in eo color, uisus inquinabi-
tur: ubi satis ostẽdit uarietatem improbari. Ac per
hoc quod modo dixit, Si autẽ restitutus fuerit co-
lor sanus et cõuersus fuerit albus, ueniet ad sacer-
B dotẽ: & uidebit sacerdos et ecce conuersus tactus
in albũ, et purgabit sacerdos tactũ, mũdus est, Re
stitutum colorẽ sanum, non debemus accipere ut
color sanus esset, etenim ipse erat per quẽ tamen
fiebat immundus propter uarietatẽ, Restitutum
ergo dixit colorem sanum, ut illud esset quod fue
rat, id est albus sano pereunte: Tunc enim rursus
mundus erit, cum totus albus fuerit, quia nulla ibi
uarietas erit. Sed restitutum pro pereũte accipere
nimis inuisitata locutio est, Magis enim uidet di-
cere debuisse, si autẽ restitutus fuerit color albus:
Nunc uero ait, restitutus sanus & cõuersus fuerit
albus: tanquã diceret, sanus color, si restitutus fue
rit in albũ. Quid est quod cum de lepra capitis
loqueretur, eam etiã quassationẽ appellauit, cum XLVIII
C in solo colore fiat, uel cutis uel capillorũ, & quod
humilior aspectus eius à cætera cute appareat, sine
dolore tamẽ & sine ulla uexatione? An hoc quod
immundũ est p quassationẽ uoluit appellare pla-
gã, uelut hac immũditia homo pcussus sit? Quid XLIX
sibi uult, quod cum diceret de lepra uestimentorũ
aliarumq; rerũ ad usus hominũ pertinẽtium, ait,
Aut in uestimento laneo, aut uestimẽto stuppeo,
aut stamine, aut in lana, aut in lineis, aut in laneis:
cum iam supra dixisset in uestimẽto laneo, aut ue-
stimẽto stuppeo? Nam stuppeum est utiq; lineũ
An illic uestimenta intelligi uoluit: hic autẽ quod
libet laneum, & quodlibet lineum. Nõ enim uesti
mẽta sunt stramina iumentorũ cum sint lanea, aut
uestimẽta sunt retia cum sint linea. Prius ergo spe
D cialiter de uestimentis, deinde generaliter de om L
nibus rebus laneis & lineis dicere uoluit. Quæ
rit quid dixerit, In omni operaria pelle: quod nõ-
nulli interpretati sunt, in omni cõfecta pelle. Sed
nõ ait Græcus ἐργασίμῳ δέρματι: ait autẽ ἐργασί-
μῳ. Quod uerbũ etiã in regnorũ libro positũ est,
ubi Ionatha loquit ad Dauid, Esto in agro in die 1 reg. 19
operaria: id est, in die qua fit opus. Ac per hoc etiã
hic pellem operariã, in qua fit opus debemus ac-
cipere: id est, alicui operi accommodatam. Sunt
enim pelles quæ tantummodo ad ornamentũ ha-
bentur, non ad opus. Quid est quod ait, In om- LI
ni uase operario pellis: nisi quod est ex pelle fa- Leuit. 14
ctum, hoc est in omni uase pelliceo? Hoc autẽ isto
loco uas dicit, quod Græci appellant σκεῦος, hoc
enim

enim nomen generale est omniū utēsilium. Aliud
est autē quod appellatur ἀγγεῖον, nam & hoc Lati- A
na lingua uas dicitur: sed ἀγγεῖον illud magis intel-
LII ligitur uas quod liquorem capit. Quid est quod
Leuit. 15 ait, Et quicunq; tetigerit qui fluorem seminis pati
tur, & manus suas nō lauit aqua, lauabit uestimen
ta & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit
usq; in uesperā? Ambigue quippe positū est quod
ait, manus suas non lauit aqua, uelut posteaquam
tetigerit. Sed intelligendū est, quicunq; non lotis
manibus tetigerit, ipse quem tetigerit lauabit ue-
LIII stimenta: & cætera. Quid est quod cū præcipe-
Leuit. 16 ret quomodo intrare deberet sacerdos summus
in sanctū quod est intra uelum, ait inter cætera. Et
exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorū Israel,
& ab iniustitijs eorū, & de omnibus peccatis eo-
rum. Quō ergo pro sanctis si ab immunditijs filio
rum Israel & ab iniustitijs eorum de omnibus pec
catis eorum? An quia non ait, pro immunditijs fi- B
liorum Israel, sed ab immunditijs, hoc intelligen-
dum est, exorabit pro sanctis ab immunditijs filio
rum Israel: id est, pro eis qui sancti sunt ab immun
ditijs filiorū Israel: non cōsentientes immunditijs
eorum: non quia pro ipsis tantum exorandum e-
rat: sed quia etiam pro ipsis, ne quisquam putaret
ita fuisse sanctos ut nihil esset unde pro eis exora-
retur, quāuis essent ab immūditijs filiorū Israel &
ab iniustitijs eorum alieni? De omnibus peccatis
eorū: id est, quæ iniustitiæ ueniebant de omnibus
peccatis eorū. Potest & iste esse sensus, Exorabit
p̄ sanctis ab immūditijs filiorū Israel: id est, ut hoc
pro illis exorari intelligat̃ ut ab immunditijs filio
rum Israel tuti essent. Sed exorabit, nō pōt accipi,
nisi quod alio uerbo dicit̃, p̄piciabit. Vnde & p̄- C
piciatoriū uocat̃, quod alij exoratoriū interpreta-
ti sūt: Græce aūt dicit̃ ἱλαστήριον. Et q̃d hoc loco La
tinus ait, exorabit p̄ sanctis: Grecus habes ἐξιλάσε-
ται, quod nō intelligit̃ nisi p̄ peccatis. Vnde scri-
Psal. 102 ptū est in Psalmo, Qui p̄picius fit omnib. iniqui-
tatib. tuis. Hic ergo aptior sensus est, ut intelligat̃
sacerdos etiā pro his propiciare dñm q̃ sancti sunt
ab immūditijs filiorū Israel, & quia licet ita sancti
sint ut immūditijs filiorū Israel & iniustitijs nō cō
sentiāt, habēt aliquid propter q̃d eis necessaria sit
propiciatio dei. Sanè in quodā Greco inuenimus
& exorabit sanctū: nō, pro sanctis: & illud quidē
sanctū genere neutro, id est, τὸ ἅγιον. Nā posset in
tellegi, exorabit sanctū deū, & nulla esset quæstio. D
Quō aūt posset intelligi, exorabit hoc sanctū diffi
cile est dicere: nisi forte illud sanctū quicquid est
q̃d deus est, quia & spiritussanctus qui utiq; deus
est, neutro genere Græce dicit̃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.
Et forte hoc est, si tamē ille codex uerior est, q̃ emē
datior uidebat̃, ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον, hoc est, τὸ πνεῦ
μα τὸ ἅγιον, quod Latine genere neutro dici non
potest: quāuis & in tribus alijs codicib. uno Græ-
co & duob. Latinis nō inuenimus nisi quod supra
diximus, exorabit pro sanctis. Quod potest & sic
accipi, ut nō pro sanctis hominib. sed pro ijs quæ
sancta sunt intelligatur, id est tabernaculo ipso, &
quæcūq; in eis essent sanctificata domino: ut hoc

sit, exorabit pro sanctis ab immūditijs filiorū Isra-
A el, propiciabit deū pro ijs quæ sāctificata sunt dño
ab immūditijs filiorū Israel, quia in medio eorum
erat tabernaculū. Sic em̄ sequit̃, Nam cū dixisset,
exorabit pro sanctis & ab immūditijs filiorū Israel
& ab iniustitijs eorū de omnib. peccatis eorū: con
tinuo subiecit, Et ita faciet tabernaculo testimo-
nij quod creatum est in eis in medio immunditiæ
eorū: ut adhuc necessaria uideat̃ illa propiciatio
pro sanctis, id est, pro tabernaculo & omnib. quæ
in eo sancta dicunt̃. Nam & paulopost hoc dicit
de altari, quod aspersione sanguinis mundaret il-
lud sacerdos, & sanctificaret ab immunditijs filio
rum Israel. Et perficiet exorās sanctū, Vtrū, per LIIII
ficiet sanctū: an exorans sanctū, secundū id quod
supra diximus. Nam & hic neutro genere Græce
dictum est τὸ ἅγιον. Vtrum ergo exorās dñm per-
ficiet sanctum, id est, perfecte sanctificat quod san
B ctificat: an perficiet quod ait exorās sanctū, id est,
illud sanctum quod τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον dictum est.
De duobus hircis, uno immolando, & alio in LV
deserto dimittēdo, quē ἀποπομπαῖον uocant, solet
esse disceptatio: & à quibusdam ille immolandus
in bono accipitur, ille autē dimittendus in malo.
Non tamen iste sensus ideo cōfirmandus est, quia
homo in cuius manu in eremū hircus dimittitur,
cum rediret lauare iussus est uestimenta sua & cor
pus suū aqua, & sic ingredi in castra: tanq; & hoc
sit indicium cur in malo sit ille hircus accipiēdus,
à cuius cōtagione homo abluendus est. Sic enim
dicit abluendum, & eum qui alterius hirci quo in
loco acceperit carnes extra castra cōbusserit, quia
ita de illo & de uitulo fieri iubet, de quorū immo-
C latorum sanguine sit aspersio, & sunt pro peccatis
ac per hoc non negligenter istorū duorū hircorū
distinctio in Allegorica significatione tractanda
est. Item cum cōstituisset diem decimumseptimū
mēsis sabbato sabbatorum, quo fieret supradicta
purgatio à sacerdote illo uno qui patri succedit, lo
quens de eodem sacerdote ait, Exorabit sanctum
sancti. Quod iam nescio utrū aliter accipiendū sit,
q̃ exorabit in sanctosancti, quodam genere locu-
tiōis, in illo scilicet sancto quo solus ipse summus
sacerdos intrabat, quod est intra uelum ubi arca
erat testimonij & altare incensi. Non enim eundē
locum tanq; deum exorabit, sed quia ibi exorabit
deum, ita positū est, Exorabit sanctūsancti. Nā &
D hoc genere neutro in Græco positū est τὸ ἅγιον τοῦ
ἁγίου, An forte spiritumsanctum sancti dei hoc est,
τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ ἁγίου θεοῦ? An potius exorabit di
ctum est exorādo purgabit? Nam sic uerba conte
xit, Et exorabit sanctūsancti & tabernaculū testi-
moniorū, & altare exorabit, & pro sacerdotib. &
pro omi synagoga exorabit. Quō ergo exorabit
tabernaculū & altare, nisi ut dictum est intelliga-
mus exorando purgabit? Illud quod dicit, Qui LVI
cunq; occiderit uitulū, aut ouē, aut capram in ca- Leuit. 17
stris: & quicunq; occiderit extra castra & ad ostiū
tabernaculi testimonij non attulerit: & in hoc cō-
stituit peccatū, & cōminatur facieti: nō de ijs dicit
quæ occidunt̃ ad usum uescendi, uel si quid aliud,

sed de sacrificijs. Prohibuit em̃ priuata sacrificia,
ne sibi quisq; quodãmodo sacerdos esse audeat,
sed illud afferat ubi p sacerdotẽ offerant deo. Ista
em̃ nec uanis sacrificabant. Nã & hoc in ea cõsue-
tudine cauendũ præmonuit. Cum ergo non lice-
ret offerri sacrificia nisi in tabernaculo, cui tẽplũ
postea successit: unde & rex Israel Hieroboã uac-
cas facere ausus est quibus populus sacrificaret,
ne huius legis necessitate seducerentur ab eo qui
sub regno eius erant, dum pergerent Hierusalẽ ut
in tẽplo dei offerrent sacrificia sua, in quo facto à
dño cõdemnatus est: merito quærit, quõ licite sa-
3 reg. 19 crificauerit Helias extra tẽplũ dei, quãdo & ignẽ
de cœlo impetrauit, & Prophetas dæmoniorũ cõ
uicit. Quod mihi nõ uidetur alia ratione defendi,
q̃ illa qua defenditur & Abrahæ factum, quod fi-
Gen. 22 lium deo iussus uoluit immolare. Cum enim iubet
ille, qui legẽ cõstituit, aliquid fieri q̃d in lege pro-
hibuit, iussio illa pro lege habetur, quoniã autor
est legis. Non enim deesse possent miracula alia
præter sacrificiũ quibus superarent & conuince-
rent Prophetæ lucorũ: sed spiritus dei qui fuerat
in Helia, quicquid de hac re fecit cõtra legem esse
LVII non potest, quia dator est legis. Quid est quod
prohibens edendũ sanguinem dicit, Anima om-
nis carnis, sanguis eius est. Quem totũ locum sic
explicat, Homo filiorum Israel aut de proselytis
qui appositi sunt in uobis, quicũq; ederit omnem
sanguinem, & statuam faciem meã super animam
quæ manducat sanguinem, & perdam illam de po
pulo suo. Anima enim omnis carnis, sanguis eius
est. Et ego dedi illud uobis exorari pro animabus
uestris: sanguis em̃ eius pro anima exorabit. Pro-
pterea dixit filijs Israel, Omnis anima ex uobis nõ
edet sanguinem, & proselytus qui appositus est in
uobis, non edet sanguinẽ. Nũquid nam si animam
pecoris sanguinẽ dicimus, etiam anima hominis
sanguis putanda est? Absit. Quõ ergo ait, non ani
ma omnis carnis pecoris sanguis eius est, sed ani-
ma, inquit, omnis carnis sanguis eius est? In omni
uniq; carne, etiã hominis caro deputatur. An quia
& tale aliquid est in sanguine, quia per ipsum ma-
xime in hac carne uiuit, qui in omnib. uenis & cor-
poris iũctura diffundit, ipsam uitam corporis uo-
cauit animam, non uitam quæ migrat ex corpore,
sed quæ morte finitur? Qua locutiõe dicimus istã
uitam temporalem esse non æternã, mortalem nõ
immortalem: cum sit immortalis animæ natura,
quæ allata est ab angelis in sinu Abrahæ, & cui di
Luca 23 citur, Hodie mecũ eris in paradiso, & quæ in tor-
mentis ardebat inferni. Secundũ istam ergo signi
ficationem, qua perhibetur anima, etiam hęc tem
Act. 20 poralis uita, dixit Apostolus Paulus, Non enim fa
cio animam meam preciosiorem q̃ me: ubi se ostẽ
dere uoluit & mori paratum pro Euãgelio. Nam
secundum significationem qua anima dicitur illa
quæ migrat ex corpore, magis eam preciosam fa-
ciebat cui tantum meritum conquirebat. Sunt &
aliæ huiusmodi locutiones. Vita itaq; ista tempo-
ralis maxime sanguine cõtinetur in corpore. Sed
quid est quod ait, Dedi uobis eum ad altare dei,

A ut exoret pro anima uestra: tanquã anima pro ani
ma exoret. Nunquid sanguis pro sanguine, quasi
de nostro sanguine soliciti simus, cũ p anima no-
stra uolumus exorari? Absurdũ est hoc, Sed mul-
to est absurdius ut sanguis pecoris exoret pro ani
ma hominis quæ mori non potest: cum manifeste
scriptura testetur in epistola ad Hebræos, illũ san- Heb. 10
guinẽ uictimarũ nihil profuisse ad exorandũ deũ
p peccatis hominũ: sed significasse aliquid quod
prodesset. Impossibile est enim, inquit, sanguinẽ
hircorũ & taurorũ auferre peccata. Restat itaq; ut
quoniã pro anima nostra exorat mediator ille qui
omnibus illis sacrificijs quæ pro peccatis offere-
bant præfigurabatur, illud appellet anima quod
B significat animam. Solet autem res quæ significat
eius rei nomine quã significat nũcupari, sicut scri-
ptum est, Septẽ spicæ, septẽ anni sunt: Non enim Gen. 41
dixit septẽ annos significant. Et septẽ boues septẽ
anni sunt: & multa huiusmodi. Hinc est quod di-
ctum est: Petra erat Christus. Non enim dixit, pe- 1 Cor. 10
tra significat Christum, sed tanquã hoc esset, quod
utiq; per substãtiã nõ hoc erat, sed per significatio
nem. Sic & sanguis quoniam propter uitalẽ quan
dam corpulentiam animã significat, in sacramen-
tis anima dictus est. Verũ si quisquã putat animã
pecoris esse sanguinẽ, nõ est in istaq; stione labo
randũ. Tantũ ne anima hominis quæ carnẽ huma
nam uiuificat & est rationalis, sanguis putet, ual-
de cauendũ est, & hic error modis omnibus refu-
tandus. Quærẽdę etiã locutiones per id quod cõ-
C tinet id quod cõtinet, ut quoniã anima sanguine
tenet in corpore, nã si fuerit effusus abscedit, per
ipsum aptius significata sit anima, & eius nomen
sanguis accepit. Sicut ecclesia dicit locus quo Ec-
clesia congregat, Nam Ecclesia homines sunt, de
quibus dicitur, Vt exhiberet sibi gloriosam Eccle Ephes. 5
siam. Hãc tamẽ uocari etiã ipsam domũ orationũ,
idẽ Apostolus testis est, ubi ait, Nunquid domos 1 Cor. 11
nõ habetis ad manducandũ & bibendum, an Ec-
clesiã dei cõtẽnitis? Et hoc quotidianus loquendi
usus obtinuit, ut ad Ecclesiã pdire, aut ad Ecclesi-
am cõfugere nõ dicat, nisi quod ad locũ ipsum pa
rietesq; prodierit uel confugerit, quibus Ecclesiæ
cõgregatio cõtinetur. Scriptum est etiã. Et effun- Eccl. 34
dit sanguinẽ qui fraudat mercedem mercenarij.
D Mercedẽ sanguinẽ dixit, quoniam in ea sustenta-
tur uita, quę nomine sanguinis appellat. Sed cum
dominus dicat, Nisi manducaueritis carnẽ meã & Ioan. 6
biberitis meũ sanguinẽ, non habebitis uitã in uo-
bis: quid sibi uult q̃ à sanguine sacrificiorũ, quæ p
peccatis offerebant tantope populus prohibetur,
si illis sacrificijs unũ hoc sacrificiũ significabatur
in quo uera sit remissio peccatorũ: à cuius tamẽ sa
crificij sanguine in alimentũ sumendo, nõ solũ ne
mo prohibet, sed ad bibẽdũ potius omnes exhor
tant qui uolunt habere uitam? Quærendũ igitur
q̃d significet q; homo prohibet in lege sanguinẽ
manducare, eumq; deo fundere iubet. Nam de a-
nimæ natura, cur per sanguinẽ significata sit, quã-
tum in præsentia satis uisum est, diximus. Turpi LVIII
tudinẽ patris tui, & turpitudinẽ matris tuæ nõ re- Leuit. 18
uelabis

uelabis, turpitudo enim eorũ eſt. Prohibet cũ ma-
tre cõcũbere, ibi eſt enim turpitudo patris & ma-
tris. Nam poſtea prohibet & nouercæ, ubi dicit,
Turpitudinẽ uxoris patris tui non reuelabis, tur-
pitudo eſt patris tui eſt: Vbi expoſuit quõ in ma-
tre utriuſq; ſit turpitudo, id eſt, patris & matris in
LIX nouerca autẽ tantũ patris. Turpitudinem ſoro-
ris tuæ ex patre tuo, aut ex matre tua quę domi eſt
nata, uel quę foris nata eſt, non reuelabis, turpitu-
do enim earũ eſt. Quæ domi nata eſt, intelligitur
ex patre: quæ foris nata eſt, intelligitur ex matre, ſi
forte de priore uiro eam mater ſuſceperat, & cũ il-
la in domũ uenerat quãdo patri eius nupſit. Quo-
niam monet ſcriptura, ne reuelet turpitudinẽ ſoro
ris ſuæ, hic uidetˀ nõ prohibuiſſe, & quaſi præter-
miſiſſe concubitũ cum ſorore de utroq; parẽte na
ta. Nõ enim dixit, turpitudinẽ nõ reuelabis ſoro-
ris tuæ ex patre & matre, ſed ex patre, aut ex ma-
tre. Verũ quis non uideat etiam illud eſſe prohibi
tũ multo maxime. Si enim non licet ſororis turpi-
tudinem reuelare ex quolibet parẽte natæ, quãto
magis ex utroq;. Quid eſt autẽ quod interpoſita
prohibitione concubitus, etiam cum ſuis nepti-
bus, ſiue de filio, ſiue de filia, ſequitˀ & dicit, Turpi
tudinẽ filiæ uxoris patris tui non reuelabis? Si eñ
hucuſq; dixiſſet, intelligeremus etiã cum filia no-
uercæ prohibitũ fuiſſe concubitũ, quam ex prio-
re uiro nouerca peperiſſet: nec huius qui ꝓhibetˀ
ſoror eſſet, uel ex patre, uel ex matre. Cum uero ad
didit, quæ ex eodẽ patre ſoror tua eſt, non reuela-
bis turpitudinẽ eius, manifeſtat de ſorore factã eſ-
ſe iſtã prohibitionẽ, cum fuerit ex patre & ex no-
uerca, de qua iam ſuperius dixerat. An ideo iterũ
hoc apertius uoluit ꝓhibere, quia ſuperius obſcu
LX rum fuit. Sæpe enim hoc facit ſcriptura. Turpi-
tudinẽ fratris patris tui nõ reuelabis, & ad uxorẽ
eius nõ introibis. Expoſuit quid dixerit turpitudi
nem fratris patris, id eſt, patrui tui non reuelabis:
hoc eſt eñ, ad uxorem eius nõ introibis. In uxore
quippe patrui, uoluit intelligi turpitudinẽ patrui,
LXI ſicut in uxore patris, turpitudinẽ patris. Turpi-
tudinem uxoris fratris tui nõ reuelabis, turpitudo
eñ fratris patris tui eſt. Quęritˀ utrũ hoc uiuo fra-
tre, an mortuo ſit prohibitũ: & nõ parua quæſtio.
Si eñ dixerimus de uiui fratris uxore locutã ſcri-
pturã, uno generali præcepto, quo ꝓhibetˀ homo
ad uxorẽ accedere alienã, etiã hoc utiq; continetˀ.
Quid eſt ergo ꝙ tam diligẽter has perſonas: quas
appellat domeſticas, ꝓprijs prohibitionib. diſtin-
guit à cæteris? Num eñ & quod ꝓhibet de uxore
patris, hoc eſt, de nouerca, uiuo patre accipiendũ
eſſet, & nõ potius mortuo. Nã uiuo patre quis nõ
uideat multo maxime ꝓhibitũ, ſi cuiuslibet homi
nis uxor aliena prohibita eſt maculari adulterio?
De his pſonis ergo uidetˀ loqui quę poſſent nõ ha
bẽtes uiros in matrimoniũ cõuenire, niſi lege ꝓhi
berentˀ, ſicut fertˀ eſſe cõſuetudo Perſarũ. Sed rur-
ſus, ſi fratre mortuo intellexerimus ꝓhibitum eſſe
ducere fratris uxorẽ, occurrit illud quod excitãdi
ſeminis cauſa, ſi ille ſine filijs defunctus eſſet, iubet
ſcriptura eſſe faciẽdũ: ac per hoc collata iſta ꝓhibi

tione cũ illa iuſſione, ne inuicem aduerſentˀ intel-
A ligenda eſt exceptio, id eſt, nõ licere cuiq; defun-
cti fratris ducere uxorẽ, ſi defunctus poſteros de-
reliquit: aut etiã illud eſſe prohibitũ, ne liceret du
cere fratris uxorem, etiam ſi à fratre uiuo per repu
dium receſſiſſet. Tunc enim ſicut dñs dicit, ad du-
ritiam Iudæorum Moyſes permiſerat dari libellũ
repudij, & per hãc dimiſſionẽ potuit putari quod
licite quiſquam ſibi uxorem copularet fratris, ubi
adulterium nõ timeret, quoniam repudio diſceſ-
ſiſſet. Turpitudinẽ mulieris & filię eius nõ reue LXII
labis: id eſt, ne putet quiſq; licere ſibi ducere filiã
uxoris ſuæ. Simul enim mulieris & filiæ eius nõ li
cet reuelare turpitudinẽ, id eſt, ambabus miſceri,
& matri & filię. Filiam filij eius, & filiã filię eius LXIII
nõ accipies. Etiã neptem uxoris de filio uel de fi-
B lia duci prohibuit. Super uxorem ſororẽ eius nõ
accipies in zelũ. Hic non prohibuit ſuperducere,
quod licebat antiquis propter abundantiã propa
gationis: ſed ſororẽ ſorori noluit ſuperduci, quod
uidetˀ feciſſe Iacob: ſiue quia nondum fuerat lege
prohibitũ: ſiue quia ſuppoſita alterius fraude de-
ceptus eſt, & illa magis de placito ueniebat quã
poſterius accepit, ſed iniuſtũ erat priorẽ dimitti,
ne faceret eam mœchari. Hoc aũt quod ait in ze-
lum, utrum ideo poſitũ eſt, ne ſit zelus inter ſoro-
res, qui inter illas quæ ſorores nõ eſſent contem-
nẽdus fuit: an ideo potius ne ꝓpter hoc fiat, id eſt,
ne hoc animo fiat ut in zelum ſororis ſoror ſuper-
ducatˀ. Et ad mulierem in ſegregatione immun LXIIII
ditiæ eius non accedes reuelare turpitudinẽ eius:
C id eſt, ad menſtruatam mulierem nõ accedes: Se-
gregabatur enim ſecundũ legem, propter immũ-
ditiam. Hoc cum ſuperius ſatis ſufficienter prohi
buiſſet, quid ſibi uult quod etiam hic hoc eiſdem
pręceptis uoluit adiũgere? An forte ne in ſuperio
ribus quod dictũ eſt, figurate accipiendum puta-
retur, etiã hic poſitum eſt, ubi talia prohibita ſunt,
quæ etiã tempore noui teſtamẽti remota umbra-
rum ueterũ obſeruatione, ſine dubio cuſtodienda
ſunt? Quod uidetur etiã per Prophetam Ezechie
lem ſignificaſſe, qui inter illa peccata quę nõ figu
rate, ſed manifeſte iniquitatis ſunt, etiã hoc cõme
morat, ad mulierem mẽſtruatã ſi quis accedat, &
inter iuſtitiæ merita ſi non accedat. Qua in re non
natura damnatur, ſed cõcipiendæ prolis noxium
D prohibetur: Et ad uxorem proximi tui non da- LXV
bis concubitũ ſeminis tui inquinari ad eam. Ecce
ubi rurſus prohibet adulterium, quod cum aliena
uxore cõmittitur, quod etiam in decalogo prohi
betur. Vnde apparet illa ita ꝓhibita, ut etiã mor-
tuis uiris ſuis nõ ducant uxores quarum prohibet
turpitudinem reuelare. Et à ſemine tuo non da LXVI
bis ſeruire principi. Hic nõ uideo quid intelligatˀ,
niſi principi qui ꝓ deo colitˀ. Non eñ ait δουλεύειν,
ſed λατρεύειν in Græco, quod Latinus nõ ſolet in-
terpretari, niſi ut dicat ſeruire. Plurimum autẽ di-
ſtat. Nã ſeruire hominib. quo ſerui ſeruiunt, quod
nõ eſt λατρεύειν ſed δουλεύειν, ſcriptura non prohi-
bet: ſeruire autem ſecũdum id quod eſt λατρεύειν,
non iubetˀ hominibus, niſi uni uero deo, ſicut ſcri

ptum est, Dñm deum tuũ adorabis & illi soli serui es. Nõ solũ aũt hoc uerbo quod ait λατρεύειν, satis significat quẽ principẽ dicat, id est, cui cultus tanquã deo exhibeatur, uerũetiam eo quod adiũgit, Et nõ ,pphanabis nomẽ sanctũ: siue dei, cui populo datur illo modo seruire principi: siue nomẽ sanctũ ipsius populi Israel, propter quod dicit, Sancti estote quoniã ego sanctus sum. Opportunissime etiam hic adiungit, Ego dñs: hoc utiq; admonens, quia illi soli debet λατρεία, id est, seruitus, qua seruitur deo.
LXVII Quod dicit, Et exhorrebit terra eos qui insident super eam, propter mala facta eorũ, quæ superius cõmemorauit: nõ ideo dictũ putãdũ est, q̃d habeat terra sensum quo ista sentiat & exhorreat, sed nomine terrę homines significat qui sunt super terram. Proinde cũ hæc mala faciunt homines, inquinant terrã, quia inquinant homines qui hæc imitantur: & exhorret terra, quia exhorrẽt homines, qui nec faciunt nec imitantur.
LXVIII Leuit. 19 Exod. 20 Non furtum facietis, neq; mẽtiemini, neq; calumniã faciet unusquisq; proximo suo. Illud de furto positũ est in decalogo. Quod autẽ dicit, Neq; mentiemini, neq; calumniã faciet unusquisq; proximo: mirum si nõ eo præcepto continetur quod ibi positũ est, Neq; falsum testimoniũ dices aduersum proximũ tuum: qm̃ ne calumnia sine mendacio fieri potest, quod falsi testimonij generalitate cõcluditur. Sed utrum hæc aliqua cõpensatione admittenda sint, magna quæstio est: sicut de mendacio penè omnib. uidetur, q; ubi nemo læditur, pro salute mentiendum est. Vtrum ergo ita & de furto: an furtum fieri potest, ubi nullus læditur? Quinimo fieri potest etiam quãdo ei cui fit cõsulitur, tanquã si quisquã homini uolenti se occidere, gladiũ furetur. Nam calumnia nescio utrũ cuiquã ad eius utilitatẽ fieri possit: nisi forte quod ad maius gaudiũ fiebat, quo
Gen. 40 postea fruerent, quod Ioseph de cypho calumniabatur fratribus suis, quibus etiã explorationis falsum crimen intenderat. Quanq; si definitionibus ita determinare tẽtemus, fortasse furtũ nõ est, nisi qñ alieno occulte ablato ,pximus lędit: & calũnia non est, nisi quãdo falsi criminis obiectione proximus læditur: mendaciũ aũt nõ possumus dicere tunc tantũmodo esse, quando proximus læditur: cum ẽm falsum ab sciente dicitur, ,pculdubio mẽdacium est: siue illo quisq;, siue nemo lędat. Proinde magna quæstio de mẽdacio, utrũ possit aliquãdo iustum esse mẽdaciũ, facile solueretur fortasse, si sola pręcepta intueremur, nõ exẽpla. Nam quid isto præcepto absolutius, Nõ mentiemini? Sic ẽm dictum est, quomodo, Non facies tibi idolum: q̃d factum non potest aliquando iustum esse, & quomodo dictũ est, Nõ mœchaberis. Quis aũt dicat aliquando mœchiam iustam esse posse? Et, Nõ furaberis: secundum definitionẽ illam furti, iustum esse furtum nunquã potest. Et, Non occides: Quoniam cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu: nunquid ita dici potest cũ homo iuste mẽtitur, lex mentitur? Sed exempla faciunt difficillimam quæstionem. Mentitæ sunt obstetrices Ægyptiæ, & bona illis deus retribuit. Mẽtita est Raab pro exploratoribus terræ, & ideo liberata est.
A An ex quo dictũ est in lege, Non mentiemini, ex illo intelligendũ est, nec in tali causa licere mẽdacium, in quali causa legitur Raab esse mẽtita? Sed magis credibile est, quia iniustũ erat mendaciũ, ideo prohibitũ: nõ quia prohibitũ, ideo factũ iniustum. Fortassis ergo, sicut de obstetricibus diximus, non hoc in eis remuneratũ q; mentitę sunt, sed q; infantes Hebræos liberauerunt, ut propter hanc misericordiã illud peccatũ ueniale sit factũ, non tamẽ existimet non fuisse peccatũ, Sic etiam de Raab intelligendũ est, remuneratã in illa liberatione exploratorũ, ut ,ppter eandẽ liberationẽ uenia sit data mendacio. Vbi aũt uenia dat, manifestũ est esse peccatũ. Sed illud cauendũ est, ne ita quisq; existimet etiã de cęteris peccatis, si propter
B liberationes hominũ fiant, ita ueniam posse concedi. Multa enim mala intolerabilia & nimiũ detestanda istũ sequunt errorẽ.
LXIX Non nocebis proximo. Si quid sit nocere & non nocere pateret hominibus, hoc generale præceptũ ad innocentiam retinendam fortasse sufficeret. Omnia enim quæ prohibent cõmitti in proximũ, ad hoc unum referenda sunt, quod dictũ est, Nõ nocebis proximo. Nam quod sequit, Non rapies: nisi ad hoc referatur, ne rapiẽdo noceaт, aliquãdo euenit ut nõ rapiendo quisq; noceat. Nã gladius insanienti rapiendus est, & si non fecerit quis ut oportuerit, magis nocuerit.
LXX Quid est quod cũ supra dixisset, Non odio habebis fratrẽ tuum in animo tuo, arguẽdo argues proximũ tuum, & nõ accipies ,pter istum peccatũ: cõsequẽter adiungit, Et nõ uindicat manus tua, utrum pro eo quod est, nõ punit,
C Animo ẽm bono facies, cum disciplinã peccati proximo imponis, ne accipias peccatũ eius negligẽdo. Ad hoc ẽm pertinet quod ante posuit, Nõ odio habebis proximũ tuum in animo tuo. Videri enim potest ei qui arguitur quod oderis eum, cũ non sit in animo tuo. An, nõ uindicatur manus tua: hoc potius admonet, ne quæras uindicari manũ tuã, nec ulciscẽdi libidine rapiaris? Nã quid est aliud, uindicari uelle, nisi lætari & cõsolari de alieno malo? Et ideo dictum est, Non irasceris filijs populi tui. Sic enim recte ira definita est, quod sit ulciscẽdi libido. Quidã uero codices habẽt, Nec uindicabit manus tua: id est, ne arguendo uindicare te uelis, sed potius cõsulere illi quẽ arguis.
LXXI Et incisiones
D super animã nõ facietis in corpore uestro. Sup animam dixit, super funus mortui: de anima quippe dolor est quæ recessit. Ad hunc aũt dolorẽ pertinet luctus, in quo luctu nonnullæ gẽtes habẽt cõsuetudinẽ secare seu incidere corpora sua. Hoc autem fieri à Iudæis deus ,phibet.
LXXII Ita ut fornicent principes de populo suo. Nõ de populo suo principes, sed de populo suo fornicent. Eos q;ppe principes uult hic intelligi, qui pro dijs colebant: sicut Apostolus dicit, Secundũ principẽ potestatis aeris: Et in Euãgelio dñs, Nũc princeps huius mũdi missus est foras: Et, Ecce uenit princeps mũdi huius, & in me nihil inueniet. Ephe. 2 Ioan. 12 Ioan. 14
LXXIII Leuit. 20 Homo quicũq; adulterauerit uxorẽ uiri, aut qcũq; adulterauerit uxorem

rem proximi sui,morte moriatur: pluraliter dixit, morte moriant̃: hoc est qui adulterauerit & quæ A
adulterata est.Hic aliquid distare uoluit inter quẽ libet uirũ & proximũ, quãuis multis locis proximũ pro omni homine ponat.Sed quæ est ista locu tio,ut cum iam dixisset de uiro,hoc idem repetierit de proximo,cum sit consequens, ut multo magis ab uxore proximi abstinẽdũ sit,si ab uxore cu iuslibet uiri abstinendũ est? Nam si prius de proximo dixisset, ne putaret uxorẽ licere adulterare: nõ proximi,addẽdũ fuisset de quolibet uiro. Nũc uero si quod minus est,nõ licet:quãto minus licet quod maius malũ est? Nam si non licet adulterare uxorẽ cuiuslibet uiri, quãto magis ꝓximi? An forte ista repetitio tanquã exponit quid prius dictũ sit:ut ideo intelligat homo quãtũ malũ sit adul terare uxorẽ uiri, quia si hoc fecerit, uxorẽ proximi adulterat? Proximus est enim omnis homo ho B
LXXIIII mini. Et mulier quæ accesserit ad omne pecus, ascẽdi ab eo,interficietis mulierẽ & pecus: morte moriant̃,rei sunt. Quæritur quomodo sit reum pecus, cũ sit irrationale, nec ullo modo legis capax. An quemadmodum transferunt̃ uerba modo locutionis quæ Græce appellat̃ metaphora, ab animali ad animale: sicut dicitur improbus æstus,uel iratũ mare, ita & hic translatũ est à rationali ad irrationale? Nam pecora inde credendũ est iussa interfici,quia tali flagitio cõtaminata, indignam te-
LXXV fricant facti memoriam. Quicunq; acceperit sororem suam ex patre suo, aut matre sua, & uiderit turpitudinem eius, improperium est: exterminabuntur in conspectu generis sui. Turpitudinẽ so- C
roris suæ reuelauit, peccatũ suum accipient.Quid ait in hoc loco,uiderit, nisi concumbendo cogno
Gen.4 uerit: sicut in lege dicit̃, Cognouit uxorem suam: pro eo quod est,mixtus est ei. Et quid ait,peccatũ suũ accipient,cũ de pœna eorũ loqueret̃,nisi quia & ipsam pœnã peccati, peccatũ uoluit appellare?
LXXVI Quicunq; dormierit cum cognata sua,turpitudinem cognationis suę reuelauit:sine filijs morientur. Quæritur quousq; sit intelligenda ista cognatio,cũ ex longo gradu liceat utiq; accipere uxorẽ, semperq; licuerit. Sed intelligendũ est ex his gradibus quos prohibuit nõ licere, & secundũ ipsos dictũ. Quicunq; dormierit cũ cognata sua, ubi & aliqua nõ cõmemorata intelligenda dimisit: sicut sororẽ de utroq; parẽte, sicut uxorẽ fratris matris, D
id est auunculi.Nam de uxore patrui primũ prohibuit,quãuis hęc nõ cognatio,sed affinitas ꝓhibet̃, Sed quid est, Sine filijs morient̃: cũ filij ex huiusmodi cõiunctionibus et ante nati sint,hodieq; nascant̃? An hoc intelligendum est lege dei constitutum,ut quicunq; ex eis nati fuerint,non deputentur filij: id est nullo parentib. iure succedãt? Et nõ execrabiles facietis & animas in pecorib. & in uolucribus & in omnib. serpentib. terræ, quę ego segregaui uobis in immunditiã. Videt̃ hic significare nõ hæc natura immunda esse, sed aliquo sacramenti signo, quãdoquidem dicit, Quæ ego segregaui uobis in immunditiã: tanquam immunda eis
LXXVII non essent, si eis segregata non essent. Et uir aut

mulier, si forte fuerit illi uentriloquus, aut incanta tor, morte moriantur ambo: lapidibus lapidabitis eos, rei sunt. Vtrũ uir & mulier, an uir & uentriloquus, aut mulier & uentriloquus siue incantator. Sed hoc magis, & qui habet, & quæ habet. Mu LXXVIII
lierem fornicariã & prophanã nõ accipiet̃, & mu Leuit.21
lierem eiectã à uiro suo, quoniã sanctus est domino deo suo. Superius nõ accipiẽt, dixerat: nũc autem, quoniã sanctus est, nõ quoniã sancti sunt: de plurib. qui uno sunt tẽpore sacerdotib. loquebat̃, sed de unoquoq; eorũ dixit, quoniã sanctus est: lo cutione qua solet uti scriptura. Nã unum illũ summum postea cõmemorat, qui intrabat sancta sanctorum. Nam & pluraliter cõclusit, dicẽs: Et sanctificabis eũ, dona domini dei uestri iste offeret, sanctus est: quoniã sanctus & ego dñs qui sanctifi co eos. Quantũ autem pertinet ad dona, quoniã dixit: Dona domini dei uestri ipse offeret, nõ solũ summus ille offerebat, sed etiam secundi sacerdo tes. Ac per hoc quod ait: Mulierẽ fornicatiã & ꝓphanam & eiectã à uiro suo nõ accipiet: hoc & secũdi sacerdotes prohibiti sunt: nam & de summo postea dicit, qui etiã non nisi uirginẽ accipere iussus est. Et sacerdos magnus corã fratrib. suis: id LXXIX
est, qui inter fratres suos magnus est, ille scilicet unus magnus sacerdos, cui fusum est super caput ex oleo Christo. Ipsum oleum appellat scriptura Christũ. Et cõsummatus manus induere uesti- LXXX
menta: illa utiq; quæ in ueste sacerdotali operosissime describunt̃. Caput nõ reteget cidari, & LXXXI
uestimẽta sua nõ scindet, & super omnẽ animam mortuã nõ introibit. Intelligit̃ ea quæ supra dixit in luctu facere eũ prohibitũ, id est, caput nudare lib.2.num.123
cidari, & uestimẽta scindere. Vestimẽta eñ scindere lugentiũ erat antiquorũ: sicut de Iob scriptũ est cũ ei filij eius ruina nunciarent̃ oppressi. Nuda re autem caput cidari propterea lugentis esse potuit, quia detractio est ornamenti. Quod uero ait: putat cidarim non esse tegumentu capitis.
Super omnẽ animã mortuã nõ introibit: quomodo dicat animã mortuam corpus mortuũ, difficile est intelligere, & tamẽ scripturarũ est usitata lo cutio, quæ nobis inusitatissima est. Nomẽ ergo re ctricis suæ etiã corpus accepit anima destitutum, quoniã reddẽdũ illi est in resurrectione: sicut ędificium quod appellat̃ Ecclesia, etiã cum inde Ecclesia exierit, qui homines sunt, nihilominus Ecclesia dicit̃. Sed cum corpus non accipiat animæ nomẽ in homine uiuente, quõ tunc uocet̃ anima, cũ caruerit anima, mirũ est. Porrò si animam mortuam intellexerimus à corpore separatã: ut ipsam separationẽ mortẽ dixisse uideatur, id est, ut anima mortua sit dirempta à corpore, nõ natura sua perdita: Non enim & cum dicimur, mortui pecca Rom.6
to, natura dicimur interisse, sed quod iam peccato non utimur: ut sic intelligat̃ anima mortua, id est, corpori mortua, quod uti eo desierit, cũ in sua natura uiuat: quõ potest quisq; intrare super animã mortuã, quod sacerdos iste prohibet̃, cũ quisquis intrat, super mortuũ corpus intret, non super animam quæ discessit à corpore. An ipsam uitã temporalẽ animę uocabulo appellauit, quę utiq; mor

tua est in defuncto corpore, anima illa emigrante,
quæ mori nõ potest? Nõ quod ipsa uita anima fue A
rit, sed quod per animæ presentiã, qua subsistebat,
nomẽ eius acceperit: sicut distinximus, cũ de san-
guine loqueremur, quid dictum sit. Anima omnis
Leuit.17 carnis, sanguis eius est. Est eñ & ipse sanguis mor
tuus in corpore mortui: nõ eñ cũ abscedente ani-
ma abscessit. Vetuit ergo scriptura summũ sacer-
dotẽ etiã sup patris uel matris funus intrare q̃d se-
cundũ nõ prohibuit. Sequit̃ eñ, Super patrẽ suũ
& super matrẽ suam non inquinabit̃. Ordo est au
tem uerborũ, Super patrẽ suum nõ inquinabitur,
LXXXII nec super matrẽ suã. Et de sanctis nõ exibit: Eo
proculdubio tẽpore, quo suorũ funera celebrant̃:
sicut eis septem diebus, quib. sanctificabat̃, de san
ctis est exire probibitus, non aũt semper. Sanè si
uxores ducere, uel filios gignere non uetabantur
2 retrac. c. 55 summi tũc sacerdotes, magna oritur quæstio: cum
lex etiã coniugali cõcubitu immundũ hominem B
dicat usq; ad uesperã, etiã cum abluerit corpus su-
um aqua: & iubeatur summus sacerdos propter
incensum cõtinuationis bis in die quotidie intra-
re intra uelum, ubi erat altare incẽsi: nec quenquã
immũdũ ad sancta fas esset accedere, quõ id quo-
tidie summus sacerdos implebat, si filios procrea-
bat? Nam si ęgritudo illi accidisset, quis loco eius
fungeret̃, si quis inquirat: respõderi potest, quod
gratia dei nõ ægrotabat. Numquid sic etiã de filio-
rum procreatione respõderi potest? unde fit con-
sequens, ut aut cõtinens esset, aut diebus aliquib.
intermitteret̃ incensum: aut si illud intermitti non
posset, quod non nisi per summũ sacerdotẽ neces
se esset imponi, nõ fieret immundus coitu coniu-
gali, merito pręcipuæ sanctificatiõis suæ. Aut si e- C
tiã ad ipsum pertinet, quod de omnib. filijs Aaron
in cõsequẽtib. dicit, ut nullus eorũ accedat ad san-
cta, si cui aliquid acciderit immunditiæ pro pecca
to, illud restat accipere, quod nõnullis diebus nõ
LXXXIII imponebat̃ incẽsum. Quod aũt super funus pa
tris sui summus sacerdos prohibet̃ intrare, quæri
potest quõ iam esse poterat summus sacerdos, nõ-
dum mortuo patre suo, cũ eos patrib. succedere iu
beat. Ideo necesse erat nõdũ sepulto summo sacer
dote, cõtinuo substitui sacerdotẽ propter cõtinua
tionis incensum, quod per summũ sacerdotẽ quo
tidie oportebat imponi: quanq̃ & illa quæstio de
ægritudine summi sacerdotis manet, si moriturũ
necesse erat diebus aliquib. ægrotare: nisi forte &
hoc ita soluatur, ut dicatur nõ solere summos sacer D
dotes, nisi subito mori non præcedenti ægritudi-
LXXXIIII ne: sicut de ipso Aaron scriptura testat̃. Aduer
tendum est quotiens dicit, Ego dñs qui sanctifico
eum: loqui de sacerdote, cum hoc etiam Moysi di
Exod.29 xerit, Et sanctificabis eum. Quõ ergo & Moyses
sanctificat & dominus? Nõ enim Moyses pro do
mino, sed Moyses uisibilibus sacramentis per mi-
nisterium suum: Dominus aũt inuisibili gratia per
spiritumsanctum, ubi est totus fructus etiam uisi-
bilium sacramentorũ. Nam sine ista sanctificatio-
ne inuisibilis gratiæ, uisibilia sacramẽta quid pro-
sunt? Merito aũt quæritur, utrũ etiã ista inuisibi-
lis sanctificatio sine uisibilibus sacramẽtis, quibus
uisibiliter homo sanctificatur, pariter nihil prosit:
quod utiq; absurdũ est. Tolerabilius enim quisq;
dixerit, sine illis istam non esse, q̃ si fuerit nõ pro-
desse, cum in ista sit omnis utilitas illorum: sed eti-
am hoc, quod sine illis ista esse nõ possit, quõ recte
dicat̃, intuendũ est. Nihil quippe profuit Simoni Act.8
mago uisibilis baptismus, cui sanctificatio inuisi-
bilis defuit: sed quibus ista inuisibilis, quoniã af-
fuit profuit, etiã uisibilia sacramenta perceperant
similiter baptizati. Nec tamẽ Moyses, qui uisibi-
liter sacerdotes sanctificabat, ubi fuerit ipse ipsis
sacrificijs uel oleo sanctificatus ostendit̃: inuisibi-
liter uero sanctificatũ negare quis audeat, cuius
tanta gratia præeminebat. Hoc & de Ioãne Bapti Matth.3
sta dici potest: prius eñ baptizator, q̃ baptizatus
apparuit. Vnde eũ sanctificatum nequaq̃ negare
possumus: id tamẽ in eo factũ uisibiliter nõ inueni
mus anteq̃ ad ministeriũ baptizãdi ueniret. Hoc
& de latrone illo, cui secũ crucifixo dñs ait, Hodie Luc.23
mecũ eris in paradiso. Neq; eñ sine sanctificatio-
ne inuisibili tanta felicitate donatus est. Proinde
colligit̃ inuisibilẽ sanctificationẽ quibusdã affuis-
se, atq; ꝓfuisse sine uisibilib. sacramẽtis, quę ꝑ tem
porum diuersitate mutata sunt, ut alia tũc fuerint,
& alio modo sint: uisibilẽ uero sãctificationẽ, quæ
fieret ꝑ uisibilia sacramẽta, sine ista inuisibili posse
adesse, nõ posse ꝓdesse. Nec tamen ideo sacramẽ-
tũ uisibile contẽnendũ est: nã contẽptor eius inui-
sibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc estq;
Cornelius & qui cũ eo erãt, cũ iã inuisibiliter infu
so sanctospiritu sanctificati apparerent, baptizati Act.10
sunt tamẽ: nec sup̃flua iudicata est uisibilis sanctifi
catio, quã inuisibilis iã præcesserat. Et locutus LXXXV
est dñs ad Moysen, dicẽs, Dic Aaron & filijs eius,
ut attendãt à sanctis filiorũ Israel, & nõ pphana
bũt nomẽ sanctũ meũ, quãdo ipsi sanctificãt mihi.
Ego dñs. Et dices illis, In progenies uestras om̃is
homo quicũq; accesserit ab om̃i semine uestro ad
sancta, quæcũq; sanctificauerint filij Israel dño, &
erit immunditia eius in illo, exterminabit̃ anima
illa à me: Ego dñs deus uester. Ablata est om̃is du
bitatio, neminẽ sacerdotũ uel summorũ uel secun
dorũ debuisse accedere ad sancta, si immunditia
eius in ipso esset. Erat ergo cõsequẽs cõtinẽtia sa-
cerdotis, ne propter filiorũ ꝓcreationẽ aliquibus
dieb. nõ imponeret̃ cõtinuatiõis incẽsum, q̃d à so
lis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi
mane et uespe: quãdoquidẽ post coitũ cõiugalem
etiã lotus corpore immũdus erat usq; ad uesperã,
à quo id necesse erat imponi. Quod aũt ait, Quæ
sanctificant filij Israel, intelligendũ est, offerendo
sacerdotib. offerendũ per eos dño. Et notandum
sanctificatiõis genus, quod fit uoto & deuotione
offerẽtis. Sed utrũ sicut isto modo sanctificant̃ ea
quæ offerũt̃ ab hominibus, ita & ipsi homines eo-
dẽ modo seipsos sanctificare dicant̃, cũ in aliqua
re seipsos uouẽt, obseruandũ est in scripturis. Et LXXXVI
quicunq; tetigerit omnẽ immũditiã animæ, id est
aliquid morticinũ, cuius secũdũ legẽ tactus inqui
nauit. Homo si maledixerit deũ suũ peccatum LXXXVII
acci-

Leuit. 24 accipiet: nominans aūt nomē domini, morte moriaт. Quasi aliud sit maledicere deū suū, aliud nominare nomē dñi: atq; illud illi sit peccatū, hoc autē peccatū nefas, ut etiā morte sit dignū. Quāuis hoc loco ita intelligēdū sit, quod dictū est, nomē dñi, ut cū maledicto fiat, id est maledicēdo nominet. Quid ergo distat inter illud peccatū & hoc tāti sceleris crimen? An forte hoc ipsum repetendo mōstrauit, nō leue illud esse peccatū, sed tantūsce lus q̄d morte puniendū sit? Sed quia p̄ distinctionē hoc intulit, nō dicēs, nominās enim: sed, nominans aūt: subobscurū factū est. Et ideo si hoc recte

LXXXVIII intelligiт, notandū est etiā locutionis genus. Et homo qui percusserit omnē animam hominis, & mortuus fuerit, morte moriaт. Non ait: Quicunq; percusserit hominē, & mortuus fuerit, sed animā hominis: cū potius corpus hominis à percussore

Matt. 10 feriaт: sicut & dñs dicit: Nolite timere eos qui cor pus occidūt. Eo more ergo quo solet scriptura, appellat animā uitā ipsam corporis, quæ fit per animā. & hinc uoluit ostēdere homicidā, q̄ hominis animā percutiat, id est percutiēdo uita hominem priuet. Cur ergo addidit: Et mortuus fuerit, si iam hoc ipso ostēdit homicidiū, q̄ animā hominis percusserit, id est uita homo à percutiēte priuatus sit? An exponere uoluit quomō accipiendū sit, q̄d dixerat, hominis animā percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tanquā diceret, id est, mortuus fuerit? Hoc est enim, animam hominis fuisse percussam.

LXXXIX Cū introieritis in terrā quā ego do uobis, & re-

Leuit. 25 quieuerit terra quā ego do uobis, sabbata dñi: sex annis seminabis agrū tuū, & sex annis putabis uineā tuā, & cōgregabis fructum eius: anno aūt septimo sabbata, requies erit terræ sabbata domino. Quomō intelligēdū est: Cū introieritis in terrā quā do uobis, & requieuerit terra, sex annis seminabis agrū tuū, &c. Quasi tūc fieri pręceptū sit, quādo terra requieuerit, cum propterea terra requiescat, quoniā hoc fit. Requiē enim terrę septimo utiq; anno uult intelligi, quo iussit nihil in ea quenq; operari p̄ agriculturā. Sed nimirū lōgum hyperbaton facit obscuritatē huic sensui. Videт ergo hic esse ordo uerborū: Cū introieritis in terrā quā ego do uobis, & requieuerit terra quā ego do uobis: sabbata dñi quæ ab se surgūt, agrum tuū nō metes, & uineā sanctificationis tuæ nō uindemiabis: annus requiescēdi erit terræ. Et erunt sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino qui applicatus est ad te, & pecorib. tuis, & bestijs quæ sunt in terra tua, omne quod nasceт ex eo in escā. Interposuit aūt exponēdo quomō terra requiescat, & ait: Sex annis seminabis agrū tuū, & sex annis putabis uineam tuā, & cōgregabis fructū eius: anno aūt septimo sabbata requies erit terrę sabbata domino. Agrum tuum nō seminabis, & uineā tuā nō putabis. Et per hoc q̄d ait: Non putabis, omnē culturā eo anno prohibitā debemus accipere. Neq; enim si putāda nō est, arāda est, aut adminiculis suspendenda: uel quodlibet aliud, quod ad culturā eius pertineat, adhibendū. Sed quomodo solet à parte totum intelligi, ita per putationē omnis cultura significata est. Et per agrū atq; uineā, cum & illum seminari, & hanc putari prohibuit, omne agri genus intelligendū est. Neq; eñ in oliueto, uel quolibet alterius generis agro aliquid operādum est, de quibus tacuit. Quod uero ait: Et erunt sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ, &c. Satis aperuit nec dñm agri prohibitum uesci eis, quæ nō adhibita cultura illo anno spōte nascant, sed fructus redigere p̄hibitū. Sic ergo permissus est aliquid inde in escā sumere, quomō transiens: ut hoc solū caperet q̄d statim uescēdo cōsumeret: nō quod in usus reponeret. Et terra nō uenūda XC bitur in prophanationē: alij codices habēt, in confirmationē: quā mēdositatem in alterutris prius à Græco accidisse arbitror propter uerbi similē sonū: Βεβήλωσις eñ p̄phanatio dicitur: Βεβαίωσις autem cōfirmatio. Sed ille sensus apertus est: Et terra nō uenūdabiт in prophanationē: id est ne quis auderet terrā quā accepit à deo, uendere prophanis, qui ea utūtur ad impietatē, cultumq; deorum alienorū atq; falsorū. Illud autē subobscurum est, non uenundabitur terra in confirmationē. Quod puto non intelligendū, nisi ne ita uenditio confirmetur, ut eam nō recipiat uenditor tēpore remissionis, sicut præceptum est. Quod uero sequitur, utriq; sensui potest congruere, siue legaт: Et terra nō uenundabiт in prophanationē: siue, in confirmationē. Secutus quippe adiunxit: Mea enim est terra, propter quod proselyti & incolæ uos estis, ante me. Et per omnem terrā possessionis ue- XCI stræ mercedem dabitis terræ. Alij aūt codices habēt: Redemptionē dabitis terræ. Sensus ergo hic est: Nō uenundabitur terra in prophanationem: id est illis qui ea utantur in iniuriā creatoris: aut in confirmationem, id est ut eam emptor perpetuo possideat, nec certo secūdum dei præceptū interuallo annorum restituat uenditori. Mea est enim, inquit, terra, unde secundū meum præceptum ea uti debebitis. Atq; ut ostenderet suā esse, nō ipsorum, quid ipsi in ea essent, cōsequenter adiūxit dicens: Propter quod proselyti & incolæ uos estis ante me: hoc est quamuis proselyti, id est, aduenę sint uobis, qui ex alienigenis adiunguntur genti uestræ, ut incolæ, nō in terra propria manentes, tamen etiā uos omnes ante me aduenæ estis & incolæ: hoc deus dicit, siue Israelitis, q̄ aliarum gentium terrā quas expulit eis dederit: siue omni homini, qui ante deum semper manet: & sicut scriptum est: Cœlum & terrā impleo, utiq; præsentia

Hier. 23 sua. Omnis homo aduena est nascendo, & incolā uiuendo: quoniam cōpellitur migrare moriēdo.

Deinde adiungit & dicit: Per omnē terrā pos- XCII sessionis uestræ mercedem dabitis terræ tanq; inquilini, uel redemptionē. Illud, nisi fallor, uult intelligi, quod inde reddebāt quodāmodo per cessationes septimorū quorūcūq; annorū, & quinquagesimi anni, quē uocat remissionis: ut ipsa uacatio terræ uelut merces habitationis aut redēptio esset ab illo cuius est: hoc est ab eius creatore deo.

Et ponam tabernaculum meū in uobis, & non XCIII abomina-

Levit.26 abominabitur anima mea uos. Animam suã deus uoluntatem suã dicit. Nõ enim est animal habens A corpus & animã: neq; substantia eiusmodi est, cuiusmodi creatura eius quæ anima dicit, quã fecit. Fecit enim sicut per se iam ipse testatur, dicẽs: Et Esa.57 omnẽ flatũ ego feci. Quod eũ de anima hominis dicere, cõsequẽtia manifestãt. Sicut ergo cũ dicit oculos suos, & labia sua, & cætera uocabulo membrorum corporaliũ, nõ utiq; accipimus eũ forma corporis esse definitũ, sed illa omnia membrorũ nomina nõ intelligimus, nisi effectus operationũ atq; uirtutũ: ita & cũ dicit: Anima mea, uoluntatẽ eius debemus accipere. Perfecte quippe simplex illa natura, quæ deus dicit, non cõstat ex corpore & spiritu: nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima: sed spiritus est deus, & semp & idẽ ipse, apud quẽ nõ est cõmutatio. Hinc aũt acceperũt Apolli B naristæ occasionẽ, qui dicũt animam nõ habuisse mediatorẽ dei & hominũ, hominẽ Christum Ie- Mat.26 sum, sed tm̃ uerbũ & carnẽ fuisse cũ diceret: Tristis est anima mea usq; ad mortẽ: sed ipso eius actu, q nobis per Euãgelicã declarat historiã, sic apparẽt humanæ animæ officia, ut hinc dubitare demẽtis XCIIII sit. Quid est q cũ inobediẽtiæ pœnas cõminaretur deus, dixit inter cætera. Et cõsumet uos perambulãs gladius? Deinde ait? Et erit terra uestra deserta, & ciuitates uestræ erunt desertę: tũc bene sentiet terra sabbata sua, omnes dies desolationis suę, & uos eritis in terra inimicorũ uestrorũ. Quo modo ergo cõsumet eos gladius, si erunt in terra inimicorũ suorũ? An in ipsa terra cõsumet, qm̃ strage mortuorũ facta nõ erũt ibi? An consumet uos, C sic ait, ac si diceret, interficiet uos, ut ad istã cõsumptionem illi pertineãt, qui gladio cadãt, nõ omes quãdoquidẽ paulopost dicit: Et eis q residui sunt ex uobis, superducã formidinẽ in cor eorũ? An secundũ hyperbolen dictũ est: Cõsumet uos: secundum quem loquẽdi modum de abundantia eorũ dictũ est, Et sicut arena maris? Secundum istũ mo 1Reg.13 dum etiã dicitur, quod deinde sequitur: Et persequetur eos sonus folij uolantis, id est quia nimius in eis timor erit, ut & leuissima quæq; formident.

D. AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM SVPER Numeros. Liber IIII

D

quæstio I Num.1 QVID est q singulos de singulis tribubus eligi iubet principes, eosq; appellat χιλιάρχους, quos quidã Latini interpretes tribunos appellauerũt, χιλίαρχοι aũt uidentur à mille cognominati. Sed cum cõsilium Iethro socer Moysi genero suo daret, quod etiã deus approbauit, de ordinando populo sub principib. ut nõ omnes omnium causę Moysen ultra uires onerarent, χιλιάρχους appellauit constituendo super millenos homines, & ἑκατοντάρχους, super centenos, ab ipsis numeris quib. præessent, & πεντηκοντάρχους, super quinquagenos, & δεκαδάρχους ἢ δεκάρχους super denos, ab ipsis numeris quibus præessent cognominatos. Nunquid nã & hic sic accipiendi sunt χιλίαρ- A χοι, quod singuli essent super millenos? Nõ utiq. Neq; enim uniuersus omniũ populus Israel duodecim hominũ milia tunc fuerũt. Singulos enim elegit de singulis tribubus, quę xij. tribus proculdubio nõ millenos homines, sed multa milia continebãt: nomen ergo cõmune est cum illis qui in Exodo appellantur χιλίαρχοι, q unusquisq; illorũ Exod 18 esset mille hominũ princeps, istorũ autẽ unusq; sq; milium princeps, quoniam siue à mille, siue à milibus, eadem cõpositio nominis resonat ut appellentur χιλίαρχοι. II Num.2 Merito quæritur, quid sibi uelit q per omnes tribus, ubi cõputantur per singulas quasq; filij Israel in ętate militari, dicitur, secundum propinquitates eorũ, secundum populũ eorum, secundũ domos familiarum eorum, secundũ B numerum nominum eorũ, secundũ caput eorum: & hæc quinq; similiter omnino repetũtur, donec tribus omnes cõpleantur, quasi aliud sit, secũdum propinquitates, aliud secundũ populos, aliud secundum domos familiarum, aliud secundũ numerum nominũ, aliud secundum caput eorũ: cũ potius uideantur alijs uerbis eadẽ significare ista nomina. Intentionem aũt mouet, quia tam diligẽter per omnes tribus eadẽ repetunt, ut nõ frustra fieri quiuis iudicet etiã si nõ intelligat. Nimirũ ergo numerus ipse aliquid insinuat sacramenti, ut hoc idẽ quinquies uarie repetat. Nã iste numerus sicut in ipsis quinq; libris Moysi, id est, quinarius, in ueteri Testamẽto maxime cõmendat. Illa uero quę deinceps quatuor cõnectunt, id est, masculi- C na, à xx. annis & supra, omnis qui procedit in uirtute, & recognitio eorũ, q̃uis & ipsa per omes tribus eodẽ prorsus modo repetant, habent necessariã differentiã. Cum enim ageret de numero uniuersæ multitudinis ad unã tribum pertinentis, discernẽdus erat sexus, ideo positũ est, omia masculina. Et ne paruuli etiã cõputarent, adiunctum est à uiginti annis & supra. Rursus ne imbellis ætas senectutis annumeraretur, additũ est, omnis qui procedit in uirtute. Et omnia cõcluduntur uerbo eius operis quod fiebat, ut dicatur, recognitio eorum. Recognitio eñ hæc fiebat, ut hominũ milia cõputarent. Quinq; igitur illa, propinquitas, populus, domus familiarũ, numerus nominũ, & caput: & ista deinde quatuor, sexus, ætas, uirtus, re- D cognitio, fortasse in ipso numero aliqd insinuant. Si enim horũ duorũ numerorũ, id est, quinarij & quaternarij alter multiplicetur ex altero, id est, ut qnquies quaterni, aut quater quini ducant, uiginti fiunt. Quo numero etiã adolescentiũ ętas illa significat. Qui numerus cõmemoratur & quando intrat ad terrã promissionis, & dicit illa ætas xx. annorũ quæ nõ declinauerit in dextrã aut sinistrã. Vbi mihi uidẽtur significari fideles ex utroq; testamẽto fidem uerã tenẽtes. Nam uetus testamentum quinq; libris Moysi maxime excellit, & nouum quatuor Euãgelijs. Quod ait de taberna- III culo distinguẽdo, leuãdo, erigẽdo. Et alienigena Num.3 qui accesserit morietur. Hic alienigena intelligendus est etiã ex illis filijs Israel, qui non de illa tribu fuerant

fuerãt quam tabernaculo seruire præcepit: id est,
qui nõ fuerit de tribu Leui. Mirũ est aũt, quomõ
abusiue alienigena dicit̃, quod magis alterius ge-
neris hominẽ significat, id est, ἀλλογενὴς, & nõ ma-
gis ἀλλόφυλος, quod significat alterius tribus ho-
minẽ. Quo nomine magis utitur scriptura in alia-
rum gentiũ nominibus, ut allophyli appellentur,
III quasi aliarũ tribuũ homines. Et locutus est dñs
ad Moysen dicens: Accipe tribum Leui & consti
tues eos in cõspectu Aarõ sacerdotis, & ministra
būt ei: & custodiẽt custodias eius, & custodias fi-
liorũ Israel ante tabernaculum testimonij. Quas
φυλακὰς Græcus dixit, has nostri interpretes alij
custodias, alij excubias interpretati sunt. Sed mi-
rum nisi uigiliæ melius dicant̃, quę solẽt in castris
ternarũ horarũ obseruationẽ habere. Vnde scri-
Matth. 14 ptũ est: Quarta aũt uigilia noctis uenit ad eos am
bulans super mare: hoc est post nonã horam no-
ctis, post tres uidelicet uigilias. Et multis locis scri
pturarũ nostri uigilias interpretati sunt, quas Græ
ci φυλακὰς uocãt. Vnde nulla dubitatio est, spatia
nocturni tẽporis significari. Quod puto & hic ac
cipiendũ. Quomõ enim Leuitæ iubent̃ obserua-
re custodias Aaron, & custodias filiorũ Israel, id
est φυλακὰς, nisi fortasse dictũ est, ne putarent ab
obseruãdis uigilijs, quæ proprie in castris obser-
uari solent, ꝓpter honorẽ quo seruiebãt taberna-
culo, immunes esse debere, cũ & ipsos oporteret
propter opera tabernaculi nõ minus uicissim ob-
seruare uigilias, quæ obseruarentur in alijs circũ-
V quaq; castris filiorũ Israel. Alienigena qui teti-
Leuit. 6 gerit morietur. Quærẽdum quomodo dixerit in
Leuitico: Qui tetigerit tabernaculũ, sanctificabi-
tur, cũ hic dicat: Alienigena qui tetigerit, moriet̃:
uolẽs intelligi eos qui nõ essent de tribu Leui, An
forte hic, tetigerit, morietur, ad obsequiũ dixerit
seruitutis, quod à solis Leuitis deberi tabernacu-
VI lo præcepit: Hoc eñ loquebat̃. Quid est quod
Leuitas pro primogenitis filiorũ Israel sibi deus
deputat, ut ita numeratis primogenitis populis,
qui plures inuẽti sunt ꝙ erat numerus Leuitarum
argento redimerẽtur quinq; siclis pro uno datis.
Quod pro pecoribus nõ est factum, cũ & pecora
Leuitarũ pro primogenitis pecorũ simul sibi esse
uoluerit. Quomodo deinceps primogenita eorũ
uel pecorũ eorum pertinebãt ad deum, ubi iussit
immunda primogenita uel humana mutari ouib.
Quomodo nõ etiam pro eis deinceps primogeni
tis cõputabantur filij Leuitarũ? Manebat enim in
posteris eadem tribus, quæ posset pro primogeni
tis posterioribus cõputari: nisi quia illud iustum
fuerit, ut qui nascerent̃ de illis qui iam ad portio-
nem domini pertinebant, datam pro primogeni-
tis, qui de Ægypto exierũt, iam deus proprios ha
beret, tanꝙ suos de suis, nec possent pro illis iuste
cõputari, qui deinceps primogeniti deo debebã-
tur. De uniuerso quippe populo, & de uniuersis
pecoribus populi data est portio deo pro primo-
genitis, & hæc portio erat Leuitæ & pecora eo-
rum. Iam si quid genuisset, dei erat. Non poterat
hoc tanꝙ à populo dari, q̃d iã alienũ erat: ac per

hoc debita deinceps primogenita deo reddi opor
A rebat: nec pro his cõputari posteros Leuitarũ uel
pecorũ eorum. Cũ præciperet de tollẽda men- VII
sa, iussit cum illa & panes tolli, sic dicẽs: Et panes Num. 4
qui semper super eã erunt. Nõ utiq; isti semper su
per eã erunt, sed similes eorũ: quia illi auferebant̃,
& recẽtes quotidie ponebant̃, dum tamẽ sine pa-
nibus mẽsa nõ relinqueret̃. Ideo dixit: Qui sem-
per super eã erunt: hoc est quia semper panes, nõ
quia illi semper. Et super altare aureum adope- VIII
rient uestimentũ hyacinthinũ, & adoperiẽt illud
operimẽto pelliceo hyacinthino. Posset ista locu
tio uideri quã uelut absurdã & nõ integrã Latini
interpretes trãsferre noluerunt, id est super altare
aureũ adoperient uestimentũ hyacinthinũ, tanꝙ
debuerit dici: Et altare aureũ adoperiẽt uestimen
B to hyacinthino. Nam & operient uestimentũ hya
cinthinũ, hoc uidetur significare quod ipsum ue-
stimentum aliunde adoperiretur super altare. Sed
mihi uidetur nõ tam genus locutionis esse, ꝙ sub
obscurus sensus. Hoc quippe intelligi potest: Et
super altare aureũ adoperiẽt uestimentũ hyacin-
thinũ, ut ipsum uestimentũ hyacinthinum alia re
operiendũ præciperet, quod uestimentũ iam su-
per altare esset, ac si breuiter utrunq; cõplectere-
tur, ut uestimento hyacinthino altare operiendũ,
& uestimentũ hyacinthinũ alio tegmine operien
dum subiũxerit. Deniq; unde cooperiri uellet ue-
stimentũ hyacinthinũ, ostẽdit cum adiecit: Et ado
perient illud operimento pelliceo hyacinthino.
Vir aut mulier quicũq; fecerit ab omnib. pec- IX
catis humanis, & despiciẽs despexerit & delique-
C rit, anima illa annũciabit peccatũ quod peccauit,
& restituet delictũ, & quinas eius adijciet super il
lud, & reddet cui deliquit ei. Si aũt nõ fuerit homi
ni proximus: ita ut reddat illi delictũ, ipsum deli-
ctum quod redditur dño, sacerdotis erit, excepto
ariete propitiationis per quẽ exorabit in illo pro
eo. Hic ea peccata intelligenda sunt, quorũ in his
reb. perpetratio est quæ pecunia restitui possunt.
Non enim aliter diceret quomõ restituenda sunt,
nisi dãna pecuniaria fuissent. Iubet eñ restitui ca-
put & quintas, id est, totum illud quicquid est, &
quintã eius partẽ, excepto ariete qui fuerat offe-
rendus in sacrificiũ ad expiandũ delictũ. Iubet au
tem illud q̃d restituit̃ sacerdotis esse, id est, ipsum
caput & quintã, si nõ est proximus ei in quẽ com-
D missum est: Vbi utiq; intelligitur tũc domino red
dendũ quod sit sacerdotis, si homo iste nõ super-
sit qui damnũ passus est: nec ꝓximus eius, quẽ pu
to heredem intelligi uoluisse. Sed de ipso homine
nihil dixit scriptura: Verũtamen cũ dicit, Si nõ ei
fuerit proximus: sub hac breuitate insinuat, tunc
quæri proximum eius si ipse nõ fuerit. Si autẽ nec
ꝓximus erit dño restituetur, ne impunitũ rema-
neat q̃d admissum est. Quod tamẽ nõ cedat in sa-
crificiũ, sed sit sacerdotis. Sic sanè uerba scripturæ
distinguenda sunt. Si autẽ non fuerit homini ꝓxi
mus, ita ut reddat illi delictũ ad ipsum: Locutiõis
est eñ quod addidit, ad ipsum: aut forte ad ipsum
dixit, q̃d ad ipsum pertineat: id est, ipse possideat.

Deinde

Deinde sequitur: Delictũ quod redditur domino
sacerdotis erit. Delictum autẽ dicit cũ redditur ea
X res quæ per delictum ablata est. Quæri aũt po-
Exod.22 test quomõ in Exodo dicitur: Si quis furatus fue-
rit uitulũ aut ouem, restituere debere quinq; uitu
los uel quatuor oues, si occiderit aut uẽdiderit: Si
aũt quod abstulerit saluũ apud eum reperitur, du-
plum esse restituendũ: cum hic restitui iubeat ca-
put & quintã, quod lõge est etiã à duplo, quanto
magis à quadruplo uel quinquies rãto. Nisi forte
quia hic ait: Vir aut mulier quicũq; fecerit ab om-
nibus peccatis humanis: peccata ignorantiæ, uo-
luit intelligi humana peccata. Fieri ẽm potest, ut
parũ attendẽdo per negligentiã traijciat homo rẽ
alienã in rem suã. Quod ideo peccatum est, quia si
diligenter attenderet, nõ admitteretur. Et hæc uo
luit capite & quinta restitui, nõ sicut furta mulcta
ri. Nam si furta & fraudes hic intellexerimus, quę
nõ per ignorantiã negligẽtiæ, sed furãdi uel frau-
dãdi animo cõmittunt, & ideo dicta humana, q̃a
in homines fiũt, ille, nisi fallor, erit exitus quęstio-
nis huius, ut ideo qui fecit nõ reddat uel duplum,
quia nõ reprehendit uel cõuincitur, sed ignoran-
tibus à quo factũ sit, uel utrũ factũ sit, ipse annun-
ciat delictũ suum Cum enim dixisset scriptura uir
aut mulier quicũq; fecerit ab omnib. peccatis hu-
manis, & despiciẽs despexerit & deliquerit, id est
cõtemnendo ista cõmiserit, adiũxit: & ait, Anima
illa annunciabit peccatum quod peccauit, & resti
tuet delictũ caput & quintas eius: forte ergo pro-
pterea tantũ quia ipse annunciabit, & ideo nõ eo
damno plectẽdus fuit, quo furẽ cõprehensum uel
XI conuictũ plecti oporteret. Verba quæ scriptu-
ra dicit mulieri à sacerdote dicẽda, quãdo ad suspi
tionem adulterij eã maritus adducit, det eam dñs
in maledictum & in execramẽtum: Gręcus habet
ἐνόρκιον. Quo uerbo uidet significari iuramentum
per execrationẽ: uelut si quisq; dicat, sic non mihi
illud & illud cõtingat: uel certe ita iuret, illud & il
lud mihi cõtingat si fecero uel non fecero. Ita hoc
dictum est, det te dñs in maledictum, & in execra
mentũ: tanq; diceret, ut de te iurẽt qui per execra
tionem iurabunt: sic nõ eis contingat, aut hoc eis
XII contingat nisi hoc aut illud fecerint. Et offeret
Num.6 munus suum domino, agnum anniculũ sine uitio
in holocaustoma, & agnã anniculã sine uitio unã
in peccatũ. Hoc quidã nostri interpretes transfer
re noluerũt, ueluti locutionẽ inusitatã uitantes, &
dixerunt pro peccato, nõ in peccatũ, cũ sit sensus
in ea locutione qui nõ fuerat perturbãdus. In pec
catũ quippe dictũ est, quia hoc ipsum quod pro
peccato offerebatur, peccatũ uocabatur. Vnde il
2 Cor.5 lud est apud Apostolũ de domino Christo: Eum
qui nõ nouerat peccatũ, peccatũ pro nobis fecit:
deus pater scilicet, deum filiũ pro nobis fecit pec-
catum: id est, sacrificium pro peccato. Sicut ergo
agnus in holocaustoma, ut ipsum pecus esset ho-
locaustoma: sic & agna in peccatum, ut ipsum pe
cus esset peccatũ, id est, sacrificiũ fieret ꝓ peccato
sicut de ariete quod sequit in salutare dicit, tanq;
ipsum sit salutare cũ sit sacrificiũ salutaris. Quod
postea reperẽdo manifestat: Nã & illud pro pec-
A cato dicit quod prius dixerat in peccatũ: & hoc sa
crificiũ salutaris, quod prius dixerat in salutare.
Locutus est dominus ad Moysen dicens: Hoc XIII
est de Leuitis. Hoc alij interpretes interpretati Num.8
sunt, hæc est lex de Leuitis. Sed quod scriptũ est:
Hoc est de Leuitis: intelligitur dictum. Hæc cõsti
tutio de Leuitis. Deinde sequit: A quinto & ui XIIII
cesimo anno & supra, introibũt ministrare in mi-
nisteriũ in operibus in tabernaculo testimonij, &
à quinquagenario recedat ab hac ministratiõe, &
nõ operabit ultra, & ministrabit frater eius in ta-
bernaculo testimonij: custodire custodias, o pera
aũt nõ operabit. Hũc sensum obscurũ facit ὑπερ-
βατόν: quod ita cõfusum est, tanq; de ipso fratre sit
B dictum, custodire custodias: cum dictũ sit de illo
qui recedit ab operib. Et remanebit ille in taber-
naculo testimonij custodire custodias, opera aũt
nõ operabit, sed operabitur frater eius: id est qui
nondũ peruenit ad ætatẽ quinquagenariã, à xxv.
annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum
est: Et à quinquagenario recedet ab hac ministra-
tione, & nõ operabitur ultra, & ministrabit frater
eius. Deinde redit ad illum quinquagenariũ, de
quo loquebat, & de illo explicat cætera dicẽs: In
tabernaculo testimonij custodite custodias, ope-
ra autem non operabitur. Quod aũt ait custodire:
subauditur, incipiat: tanq; id uerbo actiuo diceret
custodiet custodias. Solet enim usitate etiã in La-
tinis locutionib. infinitum uerbũ poni pro finito.
C Cum Paschæ tempore quidã, qui immundi fa- XV
cti erant super animam hominis, id est super mor Num.9
tuũ, quærerẽt quomodo Pascha facerent: quoniã
oportebat eos ab immundicijs septem diebus pu
rificari secũdum legem, cõsuluit dominum Moy-
ses, & respõsum accepit: cuicunq; tale aliquid ac-
cidisset, uel in tam lõginquo itinere cõstitutus es-
set, ut nõ posset occurrere, alio mense eum facere
debere Pascha, propter diẽ mẽsis quartũdecimũ,
ubi lunæ numerus obseruabatur. Sed si quæratur
quid facerẽt, si forte talis immũdicia etiã ad secun
dũ mẽsem occurreret? Arbitror id quod dictũ est
de secũdo mense, tanq; regulariter fuisse retinen-
dũ, ut tertio mẽse obseruarẽt, aut certe Pascha nõ
egisse tali necessitate, ad culpam non pertineret.
Et die, qua statutũ est tabernaculũ, texit nubes XVI
D tabernaculũ domũ testimonij: & uespere erat su-
per tabernaculũ uelut species ignis usq; mane, ita
fiebat semper. Nubes tegebat illud die, & species
ignis nocte. Et cũ ascẽdisset nubes à tabernaculo,
& postea ꝓmouebãt filij Israel: & in loco ubicũq;
steterat nubes, ibi castra collocabãt filij Israel: per
præceptũ domini castra collocabũt filij Israel, &
per præceptũ domini promouebũt. Omnes dies
in quibus obũbrat nubes super tabernaculum, in
castris erũt filij Israel. Et quãdo protexerit nubes
super tabernaculum dies plures, & custodiẽt filij
Israel custodiã domini, & non promouebunt. Et
erit cũ texerit nubes dies numero super taberna-
culum: per uocem domini in castris erunt, & per
præceptũ domini promouebunt. Et erit cũ fuerit
nubes

nubes à uespera usq; ad mane, & ascēderit nubes mane, & promouebūt die uel nocte, & cū sic ascēderit nubes, promouebūt die uel mēse diei, abundāte nube obūbrante super illud: in castris erūt filij Israel, & nō promouebūt: quoniā per pręceptū dñi promouebūt. Custodiā domini custodierunt per præceptū domini in manu Moysi. Totus hic locus difficilis diligenter exponēdus est, quoniā inusitatis generibus locutionū obscuratus est. Et die, inquit, qua statutū est tabernaculum, texit nubes tabernaculū domū testimonij. Idem tabernaculū appellauit domū testimonij. Et uespere erat super tabernaculū uelut species ignis usq; mane, ita fiebat semper. Deinde diligēter exprimit, quid fiebat semper. Nubes, inquit, tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cū ascēdisset nubes à tabernaculo, & postea ꝑmouebant filij Israel. Ista sentē-B-tia obscura nō est, nisi ꝑpter illā locutionē ubi additur, &. Ordo em̄ uerborū integer sequit̄, etiā si desit ipsa cōiunctio: ut sic dicatur: Et cū ascēdisset nubes à tabernaculo, postea ꝑmouebant filij Israel: q̄uis & ipsum quod dictū est, postea, si deesset, plena posset esse sententia. Deinde sequit̄, dicens: Et in loco ubicūq; steterat nubes, ibi castra collocabāt filij Israel. Hoc aūt totū quod faciebār, ad præceptū domini referens ita cōplectitur: Per præceptū, inquit, domini castra collocabūt filij Israel, & per præceptū domini promouebūt. Pręceptum domini appellat signum ipsum quod fiebat in nube: siue cū staret obūbrans tabernaculum, ut castra cōsisterent: siue cū ascēdisset, atq; ultra moueretur, ut eā eleuatis castris sequerent̄. Mutauit C sane in hac sentētia eītātis modū, & tanq̄ prædicens atq; prænuncians uerba futuri temporis habere cœpit: Neq; enim ait, per præceptū domini castra collocabant filij Israel, sed collocabunt: nec ait, per præceptū domini promouebāt, sed ꝑmouebunt. Et hūc modū etiā in cōsequentib. seruat, qui modus in scripturis est inusitatissimus: Nā per uerba præteriti tēporis sæpe futura prædicta esse
Psal.21 nouimus: sicut est, Foderūt manus meas, & pedes
Esa.52 meos. Et: Sicut ouis, ad immolandū ductus est: ac innumerabilia talia. Vt aūt narrator rerum gestarum uerbis utatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillime in scripturis inueniri potest. Ergo posteaq̄ dixit de die & nocte, quo signo ꝑmoueret populus uel maneret, ne putarentur per no-D-ctem ambulare & per diem solere considere, atq; hoc diebus omnib. facere secutus adiunxit, & ait: Omnes dies in quibus obumbrat nubes super tabernaculū, in castris erūt filij Israel, & quādo ꝑtexerit nubes super tabernaculū dies plures. Deinde admonēs nō hoc ex illorū necessitate fieri, sed dei uolūtate: Et custodiēt, inquit, filij Israel custodiam domini: id est, custodiā quā præcepit dominus, & nō promouebūt. Et tanq̄ diceret, quando ergo promouebūt? Et erit, inquit, cum texerit nubes dies numero sup tabernaculū: id est, certo numero, qui numerus utiq; deo placet, per uocē domini in castris erūt & per præceptū domini ꝑmouebunt. Hāc uidet̄ dicere uocem domini, signum quod dat de statione, & motu nubis, quia & uox A loquētus, proculdubio signū est uolūtatis. Quod ergo ait, & per pręceptū, hoc idē signū puto intelligendū: quanq̄ possit uox & præceptū domini illud etiā accipi q̄d locutus est ut solet ad Moysen, & præcepit hoc fieri. Neq; em̄ scirēt illi ꝑmouendū esse nube ꝑmouēte, & standū esse nube stāte, nisi hoc eis ante præciperetur. In his aūt quę dicta sunt nondū apparuit, utrū per diē tantū ambularēt: an etiam per noctem: secundū signū quod nubes motu suo dabat. Fortassis enim quāuis plures dies in castris manerēt nube nō promouente, potuit tamē putari nubem nō solere ascendere de castris, & signū itineris dare nisi per diē. Sequitur ergo & dicit: Et erit cū fuerit nubes à uespera usq; mane & ascēderit nubes mane, & promouebunt B die. Hic illa copulatiua cōiunctio more scripturæ posita est: Nam ea detracta plenus est sensus hoc modo: Et erit cum fuerit nubes à uespera usq; mane, & ascēderit nubes mane, ꝑmouebūt die. Deinde q̄a & nocte si nubes ascēderet ꝑmouebant, atq; iter nocturnū si illud signū acciperēt agebāt, adiūxit & ait: Vel nocte & si ascenderit nubes ꝑmouebūt. Sed locutio est inusitatior: Nō em̄ tantum positū est, &, sed eo more positū est quo nō solet. Vnde mihi uidet̄ præposteratus ordo uerborū, sicut sępe in Latinis locutionib. fieri solet: Q̄d genus anastrophe dicit̄. Proinde si ita dicatur, uel & nocte si ascēderit nubes, ꝑmouebūt: aut certe ita, si & nocte ascenderit nubes, ꝑmouebunt, planissimus sensus est. Adhuc aūtē occurrebat cogitāti, ut scire uellet, utrū quomō cognitū est solere C illos ad nubis signū diebus & noctib. ambulare, uel diebus & noctib. in castris esse, ita etiā solerēt per dies tantū manere etiā quorū noctib. ambularent: quod arbitror scripturā in cōsequentib. intimasse cū dicit: Die uel mense diei, abundāte nube obūbrante sup illud in castris erūt filij Israel, & nō ꝑmouebūt. Quia em̄ dixerat, uel nocte & si ascēderit nubes promouebunt: tanq̄ restabat ut diceret, die aūt si nō ascēderit nō promouebūt, quādo quasi promouere debere uidebant̄. Sed quia hoc etiā dieb. plurimis fieri poterat, ut noctib. ambularēt ꝑmouente nube, & ea manēre dieb. nō ambularent, ideo posuit die uel mēse diei: Non dixit mēse, ne ibi & noctes eiusdē mensis acciperētur: D sed mense diei, id est mēse ex ea parte qua dies illi fuit, nō ex ea qua nox. Die ergo uel mēse diei, abūdante nube obūbrante, id est, abundāte in obumbrando, uel abūdantius obūbrante super illud, illud scilicet tabernaculū: in castris erunt filij Israel, & nō promouebūt. Postremo repetijt, diuina autoritate factū, cui resisti utiq; non debebat, adiungens: Quoniam per præceptū domini promouebunt. Custodiā domini custodierūt per præceptū dñi in manu Moysi. Redijt ad uerbū pręteriti temporis, ut diceret, custodierūt. Q̄d uero in fine posuit: In manu Moysi, usitatissima in scripturis locutio est: quia per Moysen hæc deus præcipiebat.

Et cum congregaueritis synagogam, tuba ca- XVII
netis, & nō in signo. Non ergo ad hoc canendum Num.10
præcipit

prçcipit ut congregetur synagoga, nam si hoc fit,
signũ est: sed iam congregata synagoga, præcepit
tuba canere, tanq̃ ad cantũ iam pertineat, non ad
dandum signũ, quo dato fieri aliquid admoneat.
Proinde cum hoc quod iam cõgregata synagoga
tubis canebant, quisq; homo noui Testamenti ad
aliquid spiritale interpretaẽ illi signũ est, qui intel
ligit quare fiat: non illis qui nõ intelligebant, nisi
quando ad hoc fiebat, ut aliquod opus indicereẽ.
XVIII Et auferã de spiritu qui est in te, & superponam
Num. 11 super eos, & sustinebũt tecum impetũ populi, &
nõ portabis illos tu solus. Pleriq; Latini interpre-
tes nõ ut in Grçco est transtulerunt, sed dixerunt.
Auferã de spiritu tuo qui est in te, & ponam super
eos, aut ponã in eis: & fecerũt sensum laboriosum
ad intelligendũ. Putari eñ potest de spiritu ipsius
hominis dictũ, quo humana natura cõpletur cor-
pore adiuncto, quç constat ex corpore & spiritu,
quem etiam animam dicũt. De quo & Apostolus
1 Cor. 2 dicit. Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis,
nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic eñ & quç
dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Et quod adiun
git ac dicit: Nos aũt non spiritũ huius mũdi acce-
pimus, sed spiritũ qui ex deo est: Ostẽdit utiq; aliũ
esse spiritum dei, cuius particeps fit spiritus homi
nis per gratiã dei: quãuis posset etiã sicut alij in-
terpretati sunt, intelligi spiritus dei in eo, quod di
citur de spiritu tuo qui est in te: ut dictum sit, tuo,
quia fit etiã noster, qui dei est, cũ accipimus eum:
sicut de Ioanne dictũ est: In spiritu & uirtute He-
Luc. 1 liæ: Nõ enim anima Heliæ in eũ fuerat reuoluta.
Quod si quidam hæretica peruersitate opinãtur,
quid dicturi sunt in eo quod scriptum est: Spiritus
4 Reg. 2 Heliæ requieuit super Helisæũ, cum iam ille utiq;
haberet animã suã: nisi quia dictum est de spiritu
dei, ut etiã per illum operareẽ, qualia per Heliam
operabaẽ: nõ ab illo recedens, ut istum posset im-
plere: aut dispertitus minus esset in illo, ut posset
ex aliqua parte & in isto esse? Deus est enim qui
posset esse in omnib. tantus: in quibus per illã gra
tiam esse uoluerit. Nunc aũt cum ita scriptũ sit: Et
auferã de spiritu qui est super te: nec dictum sit, de
spiritu tuo, facilior est absolutio quæstionis: quia
intelligimus nihil aliud deũ significare uoluisse,
nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoq; habituros
adiutoriũ, ex quo habebat Moyses: ut & isti habe
rẽt quantũ deus uellet, nõ ut ideo Moyses minus
XIX haberet. Et dixit Moyses, Sexcenta milia sunt
peditum, in quibus sum in ipsis, & tu dixisti: Car-
nes dabo eis, & edẽt mense dierũ: Nunquid oues
& boues occidenẽ illis, & sufficiẽt illis: aut omnis
piscis congregabitur eis, & sufficiet eis? Quæri so
let utrũ hæc Moyses diffidẽdo dixerit, an quçren
do. Sed si putauerimus eũ diffidẽdo dixisse, nasce
tur quçstio cur hoc ei nõ exprobrauerit dñs, sicut
exprobrauit q̃ ad petram, unde aqua profluxit, ui
detur de potestate domini dubitasse. Si aũt dixe-
rimus hoc eũ dixisse quærendo modum quo fie-
ret, ipsa domini responsio, ubi ad eum dixit: Nun-
quid manus domini nõ sufficiet, quasi redarguen
tis uideẽ, quod iste illa nõ credidisset. Sed melius

arbitror intelligi, dominum ita respondisse, tanq̃
A modũ futuri facti, quẽ ille requirebat, dicere no-
luerit, sed potius opere ipso suã potentiã demon-
strare. Poterat enim & Mariç dicenti: Quomodo
fiet istud, quoniã uirum nõ cognosco: à calũnian-
tibus obijci, q̃ minus crediderit, cum illa modum
quæsiuerit, non de uirtute dei dubitauerit. Quod
aũt respõsum est illi: Spiritussanctus superueniet
in te, & uirtus altissimi obumbrabit te: poterat &
sic respõderi quomodo hic: Nunquid spirituisan-
cto impossibile est, qui superueniet in te? ac si idẽ
ipse sensus conseruaretur. Porrò aũt talia quçdam
dicẽs Zacharias, incredulitatis arguitur, & uocis
oppressæ poena plectiẽ. Quare? nisi quia deus nõ
de uerbis, sed de cordib. iudicat. Alioquin & ad il
lam petrã, unde aqua profluxit, poterant excusa-
B ri uerba Moysi, nisi in eũ clara esset diuina senten-
tia, quod diffidẽdo talia dixerit. Nam ita se ea uer
ba habent: Audite me increduli, Nunquid de pe-
tra ista educimus uobis aquã? Deinde sequiẽ: Et
eleuata Moyses manu sua percussit petram uirga
bis, & exijt aqua multa, & bibit synagoga & peco
ra corũ. Vtiq; ad hoc cõgregauit populum, & ad
hoc illam uirgã in qua tãta miracula fecerat sum-
psit, eaq; petram percussit, atq; inde solitæ uirtutis
est consecutus effectus. Verba ergo illa, quib. ait,
Nũquid ex hac petra educimus uobis aquã? pos-
sent sic accipi, tanq̃ diceretur. Nempe ex hac pe-
tra secundũ uestram incredulitatẽ aqua educi nõ
potest. Vt deniq; percutiendo ostendereẽ, fieri di
uinitus potuisse quod illi infidelitate non credide
C runt, maxime quia dixerat: Audite me increduli:
ita quidẽ intelligi possent hçc uerba, nisi deus qui
cordis inspector est, quo animo dicta fuerint indi
caret: Sequitur enim scriptura & dicit: Et dixit do
minus ad Moysen & Aaron: Quoniam non cre-
didistis sanctificare me in conspectu filiorũ Israel,
propter hoc non inducetis uos in synagogã hanc
in terrã quam dedi eis: Ac per hoc intelligitur illa
uerba ita dixisse Moysen, tanq̃ ad incertum per-
cusserit, ut si non sequeretur effectus, hoc prædi-
xisse putaretur, cũ ait: Nũquid ex hac petra educi
mus uobis aquã: quod in animo eius lateret om-
nino, nisi dei sentẽtia proderetur. Ecõtrario itaq;
isto loco debemus intelligere uerba Moysi de p-
missis carnibus, quærẽtis potius quomodo fieret
D q̃ diffidentis fuisse, quãdo sententia domini non
secuta est quç uindicaret, sed potius quç doceret.
De uxore Moysi Æthiopissa quæri solet, utrũ XX
ipsa erat filia Iethro, an alterã duxerit uel superdu Num. 12
xerit: Sed ipsam fuisse credibile est: De Madiani-
tis quippe erat, qui reperiunẽ in Paralipomenon 2. Paral. 14
Æthiopes dici, quando cõtra eos pugnauit Iosa-
phat. Nã in his locis dicitur eos persecutus popu-
lus Israel, ubi Madianitæ habitãt, qui nunc Sarra-
ceni appellanẽ. Sed nunc eos Æthiopes nemo fe
rè appellat, sicut solent locorũ & gentiũ nomina
plerũq; uetustate mutari. Et dixit ad eos. Ascen XXI
dite ista eremo, & ascẽdetis in montẽ, & uidebitis Num. 13
terrã quæ sit, & populũ qui insidet sup eã, si fortis
est an infirmus, si pauci sunt, an multi. Exposuisse
intelli-

intelligitur, secundũ quid dixerit, si potens est an
infirmus: hoc est si pauci sunt an multi. Nam quo- A
modo possent de mõte prospicientes sentire huma
narũ uiriũ fortitudinẽ? Potest & alius sensus esse
multo cõgruentior ueritati, quod ait, Ascendetis
in montẽ, in ipsam terrã, dixit quã explorare uole
bãt, Non enim possent facile exploratores intelli
gi, ubi tanquã peregrinãtes omia perquirebant. Nã
si de mõtis uertice eos putauerimus conspexisse
terrã & explorasse: quomõ possent exquirere om
nia quæ Moyses exquirẽda præcepit? Quomodo
intrare ciuitates quas eos scriptura dicit intrasse?
Quomodo de illa ualle botrũ tollere, ꝑpter quẽ
& loco nomẽ est inditũ, ut uallis botri diceret? In
ipso ergo monte explorabat terra, quia ipse erat à
quo exploraretur: & ibi erat quidã depressior lo-
XXII cus, de qua ualle botrus ablatus est. Et protule-
runt pauorẽ terræ quã explorauerũt. Pauorẽ terræ
dixit, nõ quod pauear eadẽ terra, sed quem ex ea
XXIII terra cõceperãt. Caleph & Iesus Naue loquẽ- B
Num.14 tes ad populũ Israel ne timerẽt ingredi terrã pro-
missionis, dixerũt inter cetera, Vos aũt ne timue
ritis populũ terræ, quoniam cibus nobis sunt. Abs
cessit enim tempus ab eis, dñs aũt in nobis, ne ti-
mueritis eos. Quod dictũ est, cibus nobis sunt: in-
telligi uoluerũt, cõsumemus eos. Quod uero ad-
iunxerũt, abscessit ẽm tẽpus ab eis, dominus autẽ
in nobis: satis diligẽter nõ dixerunt, abscessit dñs
ab eis, impie quippe antiquitus fuerũt: sed quoniã
& impijs occulta dispẽsatione diuinæ prouidẽtiæ
datur tempus florendi atque regnãdi, abscessit, in-
quiunt, tẽpus ab eis, dominus aũt in nobis: nõ di- C
xerũt, abscessit tempus ab eis & nostrũ successit:
dominus aũt in nobis, nõ tempus. Illi enim tẽpus
habuerũt, isti dñm deum temporũ creatorẽ & or-
dinatorẽ, & quorũcunque ut ei placet distributorẽ.
XXIIII Quod præcipitur quomõ expiẽtur peccata quæ
Num.15 non sponte cõmittunt, merito quæritur quæ sint
ipsa peccata nolentiũ: utrũ quæ à nescientibus cõ-
mittunt: an etiã possit recte dici peccatum esse no
lentis, quod facere cõpellitur: nam & hoc contra
uolũtatẽ facere dici solet, Sed utique uult ꝑpter qđ
facit cũ uult uiuere: si scilicet quisquã nisi fecerit
mortẽ minet. Vult ergo facere, quia uult uiuere: &
ideo non ꝑ seipsum appetẽdo ut falsum iuret: sed
ut falsum iurãdo uiuat. Quod si ita est nescio utrũ
possint dici ista peccata nolẽtium, qualia hic dicũ D
tur expianda. Nam si diligenter cõsideratur, for-
te ipsum peccare nemo uelit, sed propter aliud fit
quod uult qui peccat. Omnes quippe homines
qui scientes faciunt quod non licet, uellent licere,
Vsque adeo ipsum peccare nemo appetit propter
hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo cõsequit.
Hæc si ita se habẽt, nõ sunt peccata nolentiũ, nisi
nescientiũ: quæ discernũtur à peccatis uolentium.
XXV Et anima quæcunque peccauerit in manu super-
biæ, ex indigenis, aut ex proselytis, deum hic exa-
cerbat: & exterminabit anima illa de populo suo,
quoniã uerbũ domini cõtempsit & mandata eius
dissperdidit. Cõtritione cõteretur anima illa, pec-
catum eius in illa. Quæ sint peccata quæ fiunt in
manu superbiæ, id est superbia cõmittuntur, scri-
ptura ipsa in cõsequẽtibus satis exposuit, ubi ait,
quoniã uerbum domini cõtempsit. Aliud est ergo
præcepta cõtemnere, aliud magnipẽdere quidẽ,
sed aut ignarum cõtra facere, aut uictũ. Quæ duo
fortasse pertineãt ad illa peccata quæ à nolẽtibus
fiunt: de quibus superius quẽadmodũ deo propi-
tiato expiarent admonuit: ac deinde subiecit pec
cata superbiæ, cum quisque superbiẽdo, id est præce
ptũ cõtemnendo perperã facit. Quod genus pec-
cati nõ dixit ullo genere sacrificij purgari oporte
re tanquã insanabile iudicãs, illa duntaxat curatio-
ne quæ per sacrificia gerebatur, qualia faciẽda in
hac scriptura præcipiuntur. Quæ si per ipsa atten-
dãtur, nullo pacto possunt mederi. Si aũt res ipsæ
quarũ hæc sacramẽta sunt inquirant, in eis inueni
ri poterit purgatio peccatorũ. Quod ergo scriptũ Prouer.18
est, Peccator cũ uenerit in ꝓfundum malorũ con
temnit: iste significatus est, quem scriptura hoc lo
co dicit, in manu superbiæ delinquere. Hoc igit
sine poena eius qui cõmittit nõ potest aboleri, at-
que ideo nõ potest non punitũ esse: & cũ poenitẽ
do sanat, ipsa afflictio poenitentis poena peccati
est q̃uis medicinalis & salubris. Merito quippe
magnũ iudicat peccatũ cũ superbia preceptũ con
tẽnit: sed ecõtrario ut sanari possit, cor cõtritũ &
humiliatũ deus nõ spernit. Verũtamẽ quia sine poe-
na non fit, ideo talia hic dicta sunt: deũ, inquit, hic
exacerbat: quia deus superbis resistit. Et extermi
nabit anima illa de populo suo, quoniã talis omni
no in numero eorũ qui ad deum pertinẽt non est:
quoniã uerbũ dñi cõtempsit & mandata eius dis-
perdidit, cõtritione cõteretur anima illa. Quare
aũt cõtritione cõteretur, cõsequenter adiũgit di-
cẽs, Peccatũ eius in illo: ac per hoc si tali peccato
debitã contritionẽ ipse sibi adhibeat poenitendo,
cor contritũ ut dictũ est deus nõ spernet: q̃uis in
Græco nõ dictum sit hoc loco, cõtritione cõtere-
tur: sed ex cõtritione exteretur anima illa. Quod
ita accipi potest, quasi omnimodo terendo extin-
guatur ac nõ sit. Sed prius natura immortalitatis
animæ hũc intellectũ recusat. Deinde si quod ex-
terit, omni modo efficeretur ut nõ sit, nõ diceret
de sapiẽte, Et gradus ostiorũ eius exterat pes tuus. Eccli.6
Verũ illa discretio magis magisque cõsiderãda est:
utrũ nemo peccet nisi aut ignarus, aut uictus, aut
cõtẽnens, unde nũc lõgũ esset disputare. Quid XXVI
est quod Dathã & Abiron cũ in seditionẽ cõsurrexis Num.16
sent, uocatiã Moyse ac supbe & iniuriose respon
dẽtes, Nunquid pusillũ hoc, quoniã eduxisti nos
in terrã fluẽte lac & mel, interficere nos in eremo:
quoniã præes nobis princeps, & tu in terrã fluen
tem lac & mel induxisti nos, & dedisti nobis sortẽ
agri & uineas: post hæc addiderũt, Oculos homi-
nũ illorũ abscidisses: nõ ascẽdimus quorũ homi-
nũ oculos dixerũt? Vtrũ populi Israel, tanquã dicẽ-
tes, Si ista præstitisses, oculos hominũ illorũ absci-
disses: id est ita te diligerẽt ut oculos suos eruerẽt
& darẽt tibi, Quod indiciũ magnũ dilectionis, &
Apostolus dicit, Quoniã si fieri posset oculos ue- Gal.4
stros eruissetis & dedissetis mihi. Et deinde plenã

contumaciã addiderũt, Non ascẽdimus: id est non
ueniemus, quia uocauerat eos. An potius oculos A
hominũ, illorũ dicit hostiũ qui nimis acres & terri
biles fuerãt nunciati: tanq̃ diceret, & si hoc fecis-
ses, nõ tibi obtemperaremus: nisi q̃ modus uerbi
alius ꝑ alio positus est, ut nõ diceret, nõ ascẽdere-
mus, sed nõ ascẽdimus quodã genere locutionis?
XXVI Et locutus est dñs ad Moysen & Aaron dicẽs,
Abscedite uos de medio synagogæ istius. Notan
dũ est tũc iubere dominũ separationẽ fieri corpo-
Gen.7 ralẽ, cũ iam uindicta imminet malis: Sic Noe cũ
domo sua separaŕ à cæteris diluuio perituris. Sic
Gen.19 Loth cũ suis separaŕ à Sodomis igne cœlitus con
Exod.14 sumẽdis. Sic ipse populus ab Aegyptijs marinis
fluctib. obruẽdis. Sic isti nũc à synagoga Chore
Abiron & Dathan, q se primitus ꝑ seditionẽ ab- B
rumpere uoluerũt: cũ quibus tamẽ sancti antea ui
uẽtes & cõuersantes, & cũ cęteris quos reprobat
deus secũdũ uerba quę in eos increpãs dicit, cõta-
minari tamẽ ab eis minime potuerũt: nec separari
iussi sunt quãdo uindictam dominus, siue differe
bat, siue talẽ adhibebat, qua innocẽtes periclitari
lediúe nõ possunt, sicut serpentũ morsibus, sicut
strage mortiũ qua deus quẽ uolebat sicut uolebat
alio pereuntebat intacto, nõ sicut aqua diluuij, aut
ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quæ
ꝑmixtos poterat pariter absumere: nõ quia & ibi
deus suos cõseruare nõ posset, sed quia opus erat
tentatione miraculi ubi separatio fieri poterat, ut
uel aqua, uel ignis, uel hiatus terræ quos inuenis-
set auferret. Sic & in fine à zizanijs separabuntur
Matt.13 frumẽta, & malos cremãtib. flãmis, iusti fulgebũt C
XXVIII sicut sol in regno patris eorum. Quod ait Moy-
ses de Chore & Abirõ & Dathan, in uisione ostẽ-
det deus, & aperiẽs terra os suum absorbebit uos,
Quidã interpretati sunt, in hiatu ostẽdet dñs: cre-
do putãtes dictũ χάσματι, quod Græce positũ est
φάσματι, quod pro eo dictũ est, ac si diceret in ma
nifestatione, quod apertis oculis apparebit. Non
enim sic dictũ est, in uisione, quẽadmodũ solẽt di-
ci uisiones, siue somniorũ, siue quarumcũq; in ec
stasi figurarũ: sed ut dixi in manifestatiõe. Nõnul-
li aũt aliud opinãtes, in phantasmate interpretari
uoluerũt. Quod omnino sic abhorret à cõsuetudi
ne locutiõis nostræ, ut nusquã ferè dicaŕ phãtas-
ma, nisi ubi falsitate uisorũ intellectus noster illu-
ditur, q̃uis & hoc à uidendo sit dictũ. Sed ut dixi, D
XXIX aliud loquẽdi cõsuetudo pręiudicauit. Et descẽ
derũt ipsi & oĩa quęcũq; sunt eis uiuẽtes ad infe
ros, notãdum secũdũ locũ terrenũ dictos esse infe
ros, hoc est inferiorib. terrę partibus. Varie quip-
pe in scripturis & sub intellectu multiplici, sicut
rerũ de quib. agiŕ sensus exigit, nomẽ poniŕ infe-
rorũ, & maxime in mortuis hoc accipi solet. Sed
quoniã istos uiuẽtes dictũ est ad inferos descẽdis-
se, & ipsa narratiõe quid factum fuerit satis appa-
ret: manifestũ est ut dixi inferiores partes terræ
inferorũ uocabulo nũcupatas, in cõparatione hu
ius superioris terræ in cuius facie uiuiŕ: sicut in cõ
paratiõe cœli superioris ubi sanctorũ demoratio
est angelorũ, peccãtes angelos in huius aeris de-

trusos caligine, scriptura dicit tanq̃ carcerib. infe
A ri puniendos reseruari. Si enim deus, inquit, ange
lis peccantibus nõ pepercit sed carcerib. caliginis 2.Pet.2
inferi retrudẽs tradidit in iudicio puniendos reser
uari: cũ apostolus Paulus principẽ potestatis dia-
bolum dicat, qui operaŕ in filijs diffidentię. Et di Ephes.2
xit dominus ad Moysen & ad Eleazarum filium XXX
Aaron sacerdotẽ, Tollite thuribula ærea è medio
exustorũ: & ignẽ alienũ hũc semina ibi: quia san-
ctificauerũt thuribula peccatorũ horũ in manib.
suis: & fac ea laminas ductiles circũpositionẽ alta
ri: quoniã oblata sunt ante dominũ & sanctificata
sunt: & factæ sunt in signum filijs Israel. Hoc loco
cur nõ ad Moysen & Aarõ sicut in superiorib. do
minus locutus sit, sed ad Moysen & Eleazarũ fi-
B liũ Aaron, hęc mihi causa interim occurrit: Quo-
niã quæstio erat de progenie sacerdotũ, id est de
quo genere esse deberẽt: unde illi ex alio genere,
quia sibi usurpare sacerdotiũ ausi sunt, tã horren-
do & mirabili supplicio perierunt: nõ ad Aaron,
quia iã summus sacerdos erat, sed ad Eleazarũ uo
luit loqui deus qui ei succedere debebat, & secũ-
do iã sacerdotio fungebaŕ, ut eo modo seriẽ gene
ris cõmẽdaret quæ in successionib. sacerdotũ esse
deberet. Vnde etiã in cõsequẽtibus dicit, Et acce
pit Eleazar filius Aarõ sacerdotis thuribula ærea
quę antea obtulerũt qui exusti sunt, & addidit ea
circũpositionẽ altaris memoriale filijs Israel, ut nõ
accedat quisquã alienigena qui nõ est de semine
Aarõ imponere incẽsum ante dominũ: & nõ erit
sicut Chore & sicut cõspiratio eius, sicut locutus
C est dñs in manu Moysi. Hoc ergo modo uoluit ꝑ
Eleazarũ deus nõ sacerdotiũ quod iã erat in Aa-
ron, sed successiõis sacerdotalis progeniẽ cõmen
dare. Quod uero ait, Et ignẽ alienũ hunc semina:
ibi, sparge, intelligẽdũ est. Et quod addidit, Quia
sanctificauerũt thuribula peccatorũ horũ in mani
bus suis: locutione quidẽ inusitata expressa sentẽ
tia est. Sed notandũ nouo modo dicta sanctificata
pœna eorũ, à quibus hoc peccatũ fuerat perperra
tum: quia per eos exẽplũ datũ est cæteris, quo ti-
merẽt. Circũpositionẽ aũt altari cũr ex eis fieri uo
luit, addidit dicẽs: quoniã oblata sunt ante domi-
num, & sanctificata facta sunt in signũ filijs Israel:
nõ ergo in eis reprobari uoluit, q̃ à talibus oblata
sunt, sed hoc potius attẽdi ante quẽ oblata sint: id
D est quia ante dominũ, ut plus in eis ualeret nomẽ
dñi, ante quẽ oblata sunt, q̃ pessimũ meritũ eorũ,
à quib. oblata sunt. Hoc aũt iam & in Exodo cõ-
memorauerat scriptura, quando altare fabricatũ Exo.27.38
dicit. Vnde intelligitur genera rerũ gestarũ distri
buta esse per libros, nõ temporũ ordo cõtextus.
Nam & de uirga Aaron quomõ res gesta sit, ut &
florens et germinãs electionẽ sacerdotij eius, diui Num.17
nitus indicaret, in hoc libro scriptura narrauit, &
tamẽ de ipsa uirga in Exodo diciŕ, ut in sanctis san
ctorũ, cum mãna in arca poneteŕ, quãdo præcipi
tur de tabernaculo fabricãdo: quod utiq; lõge an Exod.26
tè præceptũ est, q̃ ipsum tabernaculũ fabricatum
perfectumq; cõsisteret. Stetit aũt primo mense se- Exod.40
cundi anni, ex quo de Aegypto egressi sunt: & li
ber

ber iste incipit à secũdo mẽse eiusdẽ anni secundi, primo die mẽsis, unde clarũ est ista, si librorũ ordinẽ consideremus, per recapitulationẽ, id est prę teritorũ recordationẽ cõmemorari, quæ putant, qui minus diligenter intendũt, eodẽ facta ordine,
XXXI quo narrãtur. Et ait dominus ad Aaron dicẽs,
Num.18 Tu & filij tui, & domus patris tui tecũ accipietis peccata sanctorũ: & tu & filij tui accipietis peccata sacerdotij uestri. Hæc sunt peccata quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde peccata sanctorũ dictum est, nõ quæ sancti cõmittunt, sed ab eo quod sunt sancta sanctorũ, quia in sanctis offerũt. Et peccata dicũtur sacrificia pro peccatis: ideo appellata sunt peccata sanctorũ. Et peccata sacerdotij uestri: id est eadẽ ipsa quæ offerũtur pro peccatis: sicut etiã in Leuitico declarat, & pertinere de
XXXII bere dicit ad sacerdotem. Primogenita omnia quæcunque fuerint in terra eorũ, quantacunque attulerint dño, tibi erũt. Hic primogenita, non fœtus primitiuos pecorũ dicit: nã ipsa Græce πρωτότοκα nominantur, hæc aũt πρωτογεννήματα. Sed Latine duabus his rebus, duo nomina reperta non sunt. Et ideo ista πρωτογεννήματα quidã primitias interpretati sunt. Sed primitiæ ἀπαρχαι dicũtur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernunt, quia πρωτότοκα sunt primitiui animaliũ fœtus, etiam hominum: πρωτογεννήματα uero, primi fructus de terra sumpti, uel de arbore, uel de uite. Primitiæ aũt de fructibus quidẽ, sed iam redactis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quę primitus su-
XXXIII mebãtur. De iuuẽca rufa, cuius cinerẽ ad aquã
Num.19 aspersionis, eorumque mũdationẽ qui mortuũ tetigerint, proficere lex mãdauit, nec tãgere permittimur. Euidentissimũ enim signũ in ea noui Testamenti præfigurabat, nec satis digne festinãtes dicere de tanto sacramẽto ualemus. Primo enim quod ita cœpit de hac re loqui scriptura, quem nõ moueat, & intentissimã mentẽ faciat in altitudine sacramẽti? Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen & Aaron dicẽs, Ista distinctio legis quæcunque cõstituit dominus. Proculdubio nõ est distinctio nisi inter aliqua duo uel plura: nã distinctionẽ singularitas nõ requirit. Nec distinctionẽ cuiuslibet rei cõmemorauit, sed addidit legis, nec cuiuscũque legis: assidue quippe in scriptura dicit de unaquaque re, de qua legitime præcipit. Hæc est lex illius uel illius rei: non uniuersalis lex, quæ cõtinet omnia quę legitime pręcipiũtur, Hic uero cum dixisset, Hæc est distinctio legis: secutus adiũxit, Quęcũque cõstituit dominus, præcipiẽdo utique, nõ creando. Nã etiã nõnulli interpretes, Quęcũque pręcepit dominus, trãstulerũt. Si ergo hæc est distinctio legis, quæcunque pręcepit dñs: proculdubio magna est ista distinctio. Et recte intelligitur duo testamẽta distinguere. Eadẽ quippe sunt in ueteri & nouo: ibi obũbrata, hic reuelata: ibi præfigurata, hic manifestata. Nã nõ solũ sacramẽta diuersa sunt, uerũ etiã promissa ibi uidentur tẽporalia proponi, quib. spiritale præmiũ occulte significetur: hic aũt manifestissime spiritalia promittunt & æterna. Temporaliũ aũt bonorũ atque carnaliũ, & spiritaliũ atque æternorum, quæ clarior certiorque distinctio est, quam
A passio domini nostri Iesu Christi: in cuius morte satis constitit, nõ istam terrenã trãsitoriamque fœlicitatẽ à domino deo pro magno munere sperãdã & optandã, Quandoquidẽ in unigenito filio suo, quem tanta illa perpeti uoluit, lõge aliud à se peti expectarique oportere apertissima distinctione declarauit. Hanc ergo passionẽ dñi nostri Iesu Christi uelut distinctione duorum testamẽtorum, hoc quod de iuuẽcę rufæ mactatione narrat, satis cõgrue præfigurat. Locutus est enim dñs, ad Moysen & Aaron dicẽs, Ista distinctio legis quęcunque cõstituit dominus: ac deinde mãdare incipit hæc adiungens & dicens, Loquere filijs Israel. Potest etiã ita distingui, Et locutus est dñs ad Moysen et Aaron dicẽs, Ista distinctio legis quęcunque consti
B tuit dominus dicẽs: nõ quæcunque cõstituit dominus creãs, sicut cœlũ & terrã & omnia quæ in eis sunt: sed quæcũque cõstituit dominus dicẽs, in duobus uidelicet testamẽtis: ut deinde sequat, Loquere filijs Israel, & accipiant à te iuuencã rufam sine uitio. Iuuenca rufa carnẽ Christi significat, Sexus fœmineus est, propter infirmitatẽ carnis: Rufa est, propter ipsam cruentam passionẽ. Quod aũt ait, accipiant à te: in ipso Moyse figurã legis ostẽdit: quoniã secũdũ legem sibi uisi sunt occidere Christum, quia soluebat secundũ ipsos sabbatũ, & sicut putabãt obseruationes legitimas prophanabat. Quod ergo sine uitio dicitur hæc iuuẽca, mirum nõ est, Hanc enim carnem etiã cæteræ hostię figurabãt, ubi similiter sine uitio pecora immola-
C ri iubẽtur, Erat quippe illa caro in similitudine car- Rom.8
nis peccati, sed nõ caro peccati. Veruntamen hic ubi euidẽtius legis distinctionẽ deus uoluit commẽdare, parũ fuit dicere sine uitio, nisi diceretur, quæ nõ in se habet uitiũ. Quod si repetendi causa dictum est, fortasse nõ frustra est, quod eã rem ipsa repetitio firmius cõmendauit. Quanquam & illud nõ abhorret à uero ut ideo additũ intelligat, quæ nõ habet in se uitiũ, cũ iam dictum esset, iuuencã sine uitio, quia in se nõ habuit uitiũ caro Christi, in alijs aũt habuit qui mẽbra sunt eius, Quę enim caro in hac uita sine peccato, nisi illa sola quæ nõ habet in se uitiũ? Et nõ est superpositũ super eã iugũ. Nõ enim subiugata est iniquitati, cui subiugatos inueniẽs liberauit, & eorũ uincula dirupit, ut
D ei dicat, Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo Psal.115
hostiã laudis. Super illius quippe carnẽ nõ est positum iugum, qui potestatẽ habuit ponẽdi animã suam & iterũ sumendi eã. Et dabis eam, inquit, ad Eleazarum sacerdotẽ: Cur nõ ad Aaron, nisi forte ita præfiguratũ est, nõ ad tẽpus quod tunc erat, sed ad posteros huius sacerdotij passionẽ domini peruenturam? Et eijcient eam extra castra. Sic & eiectus est dñs passurus extra ciuitatem. Quod autẽ ait, in locum mundũ: ita significatũ est, quia nõ habuit causam malam. Et occident eam in cõspectu eius, sicut occisa est caro Christi in conspectu eorũ qui futuri erant in nouo Testamento domini sacerdotes. Et accipiet Eleazar sanguinem eius & asperget contra faciẽ tabernaculi testimo-

nij in sanguine eius septies. Hæc testificatio est
Christum secundū scripturas fudisse sanguinē in A
remissionē peccatorū. Ideo contra faciem taber-
naculi testimonij, quia nō aliter declaratum est ꝙ
fuerat diuino testimonio prænunciatū. Et ideo se-
pties, quia ipse numerus ad mundationē pertinet
spiritalem. Et cremabunt eum in conspectu eius.
Puto quia concrematio ad signum pertinet resur
rectionis. Natura est quippe ignis ut in superna
moueatur, & in eum conuertitur quod crematur.
Nam & ipsum cremare de Græco in Latinū du-
ctum uerbū est à suspensione. Quod uero additū
est, in cōspectu eius: id est in cō spectu sacerdotis:
hoc mihi insinuatū uidetur, quia illis apparuit re
1. Pet. 2 surrectio Christi qui futuri erant regale sacerdo-
Exod. 19 tium. Iam quod sequitur, Et pellis eius & carnes B
& sanguis eius cum stercore eius combureť, id-
ipsum expositum est quomodo cōcremabitur: &
significatū est, ꝙ non solum substātia mortalis cor
poris Christi, quæ cōmemoratione pellis & car-
nium & sanguinis intimata est: uerūetiam contu-
melia & abiectio plebis, quam nomine stercoris
significatam puto, cōuerteretur in gloriam, quam
combustionis flamma significat. Et accipiet sacer
dos lignum cedrinū & hysopum & coccinum &
immittet in mediū cōbustionis iuuencæ. Lignū
cedrinum spes est, quæ debet in supernis firmiter
habitare. Hysopus fides, quæ cum sit herba humi
lis radicibus hęret in petra. Coccinū charitas, q̃d
feruorē spiritus igneo colore testatur. Hęc tria de
bemus mittere in resurrectionē Christi, tanꝙ in
medium cōbustionis illius, ut cum illo sit abscōdi C
Colos. 3 ta uita nostra, sicut dicit Apostolus, Et uita nostra
abscondita est cum Christo in deo. Et lauabit ue-
stimēta sua sacerdos, & lauabit corpus suū aqua,
& postea introibit in castra, & immundus erit sa-
cerdos usqꝫ ad uesperā. Lauatio uestimentorū &
corporis quid est, nisi mundatio exteriorū & inte
riorum? Et hæc sacerdos. Deinde sequitur. Et qui
cōburet eā, lauabit uestimenta sua & lauabit cor-
pus suū aqua, & immundus erit usqꝫ ad uesperā.
In eo qui cōburit, eos figuratos arbitror qui Chri
sti carnem sepelierūt, resurrectioni eam ueluti cō
flagrationi mandātes. Et cōflagrabit homo mun
dus cinerē iuuencæ, & ponet extra castra in locū
mūdum. Quid dicimus cinerē iuuencæ, reliquias
uidelicet illius interfectionis & combustiōis, nisi D
famā quæ consecuta est passionē resurrectionēqꝫ
Psal. 36 Christi? Quoniā sunt reliquiæ homini pacifico.
Nam & cinis erat, quia uelut mortuus ab infideli
bus cōdemnabatur: & tamē mundabat, quia & re
surrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fa-
ma apud eos maxime claruit qui in cęteris genti-
bus erant, & nō erant de cōsortio Iudæorū: ideo
dictum esse existimo, & congregabit homo mun
dus cinerē iuuencæ: mundus utiqꝫ ab interfectio-
ne Christi, quæ Iudęos fecerat reos. Et reponet in
locū mundum: id est honorabiliter tractabit, Ta
men extra castra: quia extra celebrationē Iudaicæ
consuetudinis honor Euangelicus claruit. Et erit
synagogæ filiorum Israel in cōseruationē, Aqua

aspersiōis, purificatio est. Postea declarat plenius
A quemadmodū ex isto cinere fiebat aqua aspersio-
nis, unde mūdabantur à cōtractu mortuorū, quod
utiqꝫ significať ab iniquitate moribundæ uel mor
ticinæ uitæ. Sed mirum est quod sequitur: Et qui
cōgregat, inquit, cinerē iuuēcę lauabit uestimen-
ta sua, & immundus erit usqꝫ ad uesperā. Quomō
erit ex hoc immundus qui mūdus accesserat: nisi
quia & ij qui sibi uidētur mūdi, in fide Christiana
se agnoscunt, quia omnes peccauerūt & egēt glo
ria dei, iustificati gratis per sanguinē ipsius. Hunc
tamen uestimenta sua lauare dixit, nō etiā corpus
suum, Credo ꝙ illius cineris congregatione & re
positione in loco mundo, si hæc spiritaliter intelli
gantur, iam intrinsecus uult intelligi fuisse mūda-
B tum: sicut Cornelius audiēs & credēs quod præ- Act. 10
dicauerat Petrus ita mundatus est, ut ante uisibi-
lem baptismū cum suis qui aderant acciperet do-
num spiritussancti. Verūtamen nec uisibile sacra-
mentū contēni potuit, ut ablutus etiā extrinsecus
lauaret quodāmodo uestimēta sua. Et erit inquit,
filijs Israel, & proselytis qui apponuntur, legitimū
æternū. Quid aliud ostēditur, nisi baptismū Chri-
sti quem significat aqua aspersionis, & Iudæis &
gētibus profuturū: id est filijs Israel & proselytis,
tanꝙ naturalibus ramis, & inserto pinguedini ra-
dicis oleastro? Quem autem non faciat intentū ꝙ
post ablutionē de singulis quibusqꝫ dicitur: Et im
mundus erit usqꝫ ad uesperam? Neqꝫ hic tantū, sed
in omnibus, aut penè in omnibus talibus munda-
tionibus hoc diciť. Vbi nescio utrū aliquid aliud
C possit intelligi: nisi quòd omnis homo post remis
sionē plenissimā peccatorū permanēdo in hac ui-
ta cōtrahit aliquid unde sit immūdus usqꝫ ad eius-
dem uitæ finē, ubi ei dies iste quodāmodo claudi-
tur, quod significat uespera. Deinde incipit scri-
ptura dicere, & exequitur queādmodū immundi
facti homines aqua illa aspersionis purificentur,
Qui tetigerit, inquit, mortuū, omnis anima homi
nis immūda erit: septē diebus: hic purificabiť die
tertio & die septimo, & mundus erit. Et hic nihil
aliud intelligendū uideo, nisi contactum mortui,
esse hominis iniquitatē. Septē uero dierū immun
diciam propter animā & corpus dictam puto, ani
mam in ternario, corpus in quaternario. Quod
quare ita sit, longū est disputare. Secundū hoc ar-
D bitror dictum per Prophetā: In tribus & quatuor Amos. 1
impietatibus non aduersabor. Adiungit autem di
cens, Si autem non purificatus fuerit die tertio &
die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetige-
rit ab omni anima hominis & mortuus fuerit &
nō fuerit purificatus, id est ante mortuus fuerit ta-
cto mortuo quàm fuerit purificatus, tabernaculū
domini polluit: exterminabitur anima illa ex Is-
rael. Notandū est ꝙ difficillime reperitur in his li-
bris aliquid euidentius, de uita animæ post mor-
tem, fuisse cōscriptū. Die tertio & in die septimo:
& purificabitur die septimo & lauabit uestimen-
ta sua, & lauabit aqua & immundus erit usqꝫ ad
uesperā. Alia est aqua aspersionis, & alia utiqꝫ illa
qua lauit uestimēta sua. Et lauabitur aqua: quam
puto

puto ſpiritalem intelligendã per ſignificationem,
non per proprietatẽ. Nã ſine dubio uiſibilis erat:
ſicut illæ om̃es umbræ futurorũ. Proinde q ſacra-
mẽto baptiſmi recte abluitur, quod illa aſperſiõis
aqua figurabaẽ, mũdatur ſpiritaliter, id eſt inuiſi-
biliter in carne & in anima ut ſit mũdus & corpo-
re & ſpiritu. Quod uerò hyſopo dixit aqua aſper-
ſionis aſpergi: qua herba ſupra diximus fidẽ ſigni
ficari: quid aliud occurrit, niſi quod ſcriptũ eſt, Fi-
Act.15 de mũdans corda eorũ: Nõ enim prodeſt baptiſ-
ſmus, ſi deſit fides. A uiro aũt mũdo dixit hoc fie-
ri, ubi ſignificanẽ miniſtri portãtes perſonas dñi
ſui, qui uere mundus eſt. Nã & de his miniſtris in
cõſequẽtib. dicit, & qui circũaſperger aquã aſper
ſionis, lauabit ueſtimenta ſuá: id eſt obſeruabit &
corpus. Et qui tetigerit aquã aſperſionis immun-
dus erit uſq; ad ueſperã. Et omne quodcũq; tetige
rit immũdus immũdum erit. Et anima quę tetige-
rit, immũda erit uſq; ad ueſperã. Iam dixi ſuperius
quid mihi ſignificare uideatur, uſq; ad ueſperam.
XXXIIII Omnis qui tetigerit ſuper faciẽ campi uulnera
Num.19 tum, aut mortuũ, aut os hominis, aut monumẽtũ.
Quæri poteſt quid dictum ſit uulneratũ, aut mor-
tuum. Si enim aliud uoluit intelligi uulneratum,
aliud mortuũ: cauendũ eſt ne putetur immundus
eſſe etiã qui tetigerit uulneratũ uiuũ, quod utiq;
abſurdũ eſt. Sed quia poſſunt & mortui eſſe uul-
nerati, ipſos mortuos intelligitur diſcreuiſſe: ut &
XXXV uulneratum mortuũ intelligamus, id eſt uulnere
peremptum & mortuũ ſine uulnere. Quod de pe
Num.20 tra aqua educta eſt, apoſtolus Paulus quid eſſet
1.Cor.10 expoſuit, ubi ait, Et omnes eundẽ potum ſpiritalẽ
biberunt. Bibebant aũt de ſpiritali ſequẽti eos pe
tra, Petra aũt erat Chriſtus. Significata eſt ergo
de Chriſto profluẽs gratia ſpiritalis, qua interior
ſitis irrigaretur. Sed q uirga petra percutiẽ, crux
Chriſti figuraẽ. Ligno enim accedente ad petrã,
gratia manauit, & q bis percutiẽ euidẽtius ſigni-
XXXVI ficat crucẽ. Duo quippe ligna ſunt crux. Quod
de aqua illa quæ de petra profluit dictum eſt, Hęc
Num.15 aqua cõtradictionis, quia maledixerant filij Iſrael
ante dominũ & ſanctificatus eſt in ipſis: prius ma
ledixerũt quando locuti ſunt cõtra beneficiũ do-
mini q educti erant de Aegypto: & poſtea ſancti
ficatus eſt in ipſis, cum illo miraculo profluentis
C aquę eius ſanctitas declarata eſt. An forte duo ge
nera hominũ demõſtrauit, & contradicentiũ gra
tiæ Chriſti, & percipientiũ gratiã Chriſti: ut illis
ſit aqua cõtradictionis, iſtis ſanctificationis. Nam
Lucæ 2 de ipſo domino in Euãgelio legitur, Et in ſignum
XXXVII cui contradicetur. Quod inter mandata Moy-
ſes ad regem Edom dicit inter cætera, Neq; bibe-
mus aquam de lacu tuo: intelligendũ eſt gratis, id
eſt quia nõ gratis bibemus: Quod poſtea manife-
ſtat dicẽs, Si aũt de aqua tua bibem⁹ ego & peco
XXXVIII ra mea, dabo pretiũ tibi. Non declinabimus in
dextera neq; in ſiniſtra. Pluraliter dictum eſt, in ea
XXXIX quæ dextera ſunt, uel quæ ſiniſtra ſunt. Nõ in-
troibitis in terrã quã dedi filijs Iſrael in poſſeſſio-
nem: quoniã exacerbaſtis me ſuper aquã maledi-
ctionis. Quã dixit ſuperius aquã cõtradictionis,

ipſam dicit hic maledictionis. Non enim ait ἀντι-
A λογίας, ſed κακολογίας. Et uouit Iſrael uotũ domi XL
no, & dixit, Si mihi tradideris populum iſtũ ſubie
ctum: id eſt ſi mihi eũ tradẽdo ſubieceris, anathe-
mabo illũ & ciuitates eius. Hic uidendũ eſt quo-
modo dicatur anathemabo, quod uouetur & ta-
men pro maledicto ponitur, ſicut & de iſto popu
lo dicitur. Vnde illud eſt: Si quis uobis euangeli Gal.1
zauerit præter q quod accepiſtis, anathema ſit.
Hinc uulgo dictum eſt, ut deuotatio dicatur, Nã
deuotare ſe quenquã nemo ferè dicit, niſi maledi-
cens. Et anathemauit eum & ciuitatem eius, & XLI
uocatum eſt nomen loci iſtius anathema. Hinc di
ctum eſt anathema, quod deteſtabile aliquid &
abominabile uideatur. Vt enim nihil inde uictor
in uſus ſuos auferret, ſed totũ in pœnã luendã uo
ueret, hoc erat anathemare, quod uulgo diciẽ de-
uotare. Origo aũt eſt huius uerbi in Gręca lingua
B ab his rebus quæ uotæ & perſolutæ, hoc eſt, pro-
miſſæ & redditæ, rurſum ponebãtur in tẽplis, ἀπὸ
τοῦ ἄνω τιθέναι, hoc eſt, ſurſum ponere, uel figendo,
uel ſuſpẽdendo. In itinere filiorum Iſraël quo ca XLII
ſtra pmouebãt atq; ponebãt, inter cætera ſcriptũ
eſt, Et inde caſtra collocauerũt trãs Arnõ in Her-
mon, qđ extat à limitibus Amorræorũ. Eſt enim
Arnon limites inter Moab & inter Amorræum.
Propterea dicitur in libro, Bellũ dñi Moab inflã-
mauit & torrẽtes Arnon, & tollẽtes cõſtituit inha
bitare. Et in quo libro hoc ſcriptũ ſit, nõ cõmemo
rauit, neq; ullus eſt in his quos diuinę ſcripturę ca
nonicos appellamus. De talib. occaſiões repetiũt
C qui libros apocryphos in eautorũ aurib. & curio-
ſorũ conanẽ inſerere, ad perſuadendas fabuloſas
impietates. Sed hic dictũ eſt ſcriptum in libro, nõ
dictũ eſt in cuius Prophetæ, uel Patriarchæ ſan-
cto libro. Neq; negandũ eſt fuiſſe iam libros ſiue
Chaldæorũ, unde egreſſus eſt Abrahã ſiue Aegy
ptiorũ, ubi didicerat Moyſes omnẽ illorũ ſapien-
tiã ſiue cuiuſq; gẽtis alterius in quorũ librorũ ali-
quo potuit hoc eſſe ſcriptũ: qui tamẽ non ideo ſit
aſſumendus in eas ſcripturas, quib. diuina cõmen
daẽ autoritas: ſicut nec Propheta ille Cretenſis cu
ius mentionẽ facit Apoſtolus, nec Græcorum ſcri Tit.1
ptores uel Philoſophi uel Poetæ, quos idem ipſe
Apoſtolus magnũ ſanè aliquid & ueraciter prõ-
ptũ apud Athenieẽſes loquens dixiſſe confirmat,
D In illo enim uiuimus & mouemur & ſumus. Licet Act.17
enim diuinę autoritati unde uoluerit quod uerũ in-
uenerit teſtimoniũ ſumere, ſed nõ ideo om̃ia quæ
ibi ſcripta ſunt accipienda cõfirmat. Cur aũt hoc
iſto cõmemoratũ ſit loco, non euidẽter apparet,
niſi forte ut fines illic inter duas gẽtes cõſtituerẽ-
tur, bello actũ eſt, quod bellũ eiuſdẽ loci homines
propter magnitudinẽ, bellũ domini eſſe dixerũt,
ut ſcriberẽ in aliquo eorũ libro, bellũ dñi Moab
inflammauit: q uel arſerit eodẽ bello iſta ciuitas,
aut ad pugnandũ inflammata ſit, hoc eſt excitata,
uel ſi quid aliud in obſcuritate loci huius latet.
Hic eſt puteus quẽ dixit dominus ad Moyſen, XLIII
Cõgrega populũ & dabo eis aquã bibere. Ita hoc
commemoratũ eſt, quaſi alicubi ſuperius hoc ad

Moysen dixisse dominus legaẽ. Sed quia nusquã
reperitur, hic intelligendũ est, & illic bibisse popu
XLIIII lum qui de siccitate conquerebaẽ. Et percussit
eum Israel nece gladij, Et dominati sunt terrę eius
ab Arnon usq; Oboth, & usq; ad filios Ammon:
quoniã Iazer termini filiorũ Ammon sunt. Et ac-
cepit Israel omnes ciuitates istas, Et habitauit Is-
rael in omnibus ciuitatib. Amorræorũ in Esebõ.
Hic certe Israel possedit ciuitates Amorræorum
quas bello superauit, quia non eas anathemauit.
Nam si eas anathemasset, possidere illi nõ liceret,
nec inde ad usus suos aliquid prædæ usurparet.
Notãdũ est sanè quemadmodũ iusta bella gerebã
tur. Innoxius em̃ trãsitus negabaẽ, qui iure huma
næ societatis æquissimo patere debebat. Sed iam
ut deus sua ꝓmissa cõpleret, adiuuit hic Israelitas
quibus Amorræorũ terrã dari oportebat. Nam
Edom cũ similiter eis transitũ denegaret, non pu-
gnauerũt cũ ipsa gente Israelitæ, id est, filij Iacob
cũ filijs Esau, duorũ germanorũ atq; geminorum,
quia terrã illam Israelitis nõ promiserat, sed decli
nauerunt ab eis. Propterea dicẽt ænigmatistæ,
XLV Venite in Esebon: & cætera. Qui sint ænigmati-
stę ideo non apparet, quia nõ sunt in cõsuetudine
literaturæ nostræ, neq; in ipsis diuinis scripturis
ferè alio loco reperitur hoc nomen, Sed quia ui-
denẽ quasi canticũ dicere quo cecinerũt bellũ in-
ter Amorręos & Moabitas gestum, in quo Seon
rex Amorræorũ Moabitas superauit, nõ incredi-
biliter putantur isti ænigmatistæ sic tũc appellati,
quos Poetas nos appellamus, eo ꝙ poetarum sit
cõsuetudo atq; licẽtia miscere carminib. suis æni-
gmata fabularũ, quib. aliquid significare intelligã
tur. Nõ enim aliter essent ænigmata nisi illic esset
tropica locutio, qua discussa perueniretẽ ad intelle
XLVI ctum qui in ænigmate latitarat. Quod dicit scri-
Num. 22 ptura, Postea quã Israel uicit Amorræos, & posse
dit omnes ciuitates eorũ, misisse legatos Balac
regem Moabitarũ ad conducendũ Balaã, à quo
malediceretur Israel: satis ostenditur non omnes
Moabitas uenisse in cõditionẽ Seon regis Amor
ræorũ quando eos bello superauit. Siquidem re-
mansit gens Moabitarũ usq; ad illud tempus ubi
regnaret Balac rex Moab. Quod uero Moab
dixit senioribus Madian, id est Moabitæ seniori-
bus Madianitarũ, Nunc adiunget synagoga hæc
omnes qui in circuitu nostro sunt, non una gens
erat, sed uicini ad uicinos dixerunt quod pariter
cauendũ esset. Nam Moab filius fuit Loth ex una
Gen. 19 filiarum: Madian uero filius Abrahæ de Cethu-
Gen. 25 ra. Non itaq; una gens erat sed duæ uicinæ atque
conterminæ. Quid est quod scriptũ est, Et diui
XLVII nationes in manibus eorum, cum de ijs diceretur
quos miserat Balach ad conducendũ Baalam ut
malediceret Israel? Nunquid nam ipsi diuinabãt,
an aliqua ferebant unde faceret Balaam quo pos-
sit diuinare, tanquã aliqua quę in sacrificijs incen
derentur, aut quoquo modo impenderentur, &
ideo dictæ sunt diuinationes, quia per hæc ille po
terat diuinare? an quid aliud? Obscure enim di-
ctum est. Notãdum sanè ꝙ uenit deus ad Balaã &
dixit ei, Quid homines qui penes te: &c. Nec di-
A ctum est, utrũ in somnis hoc factum sit, ꝗuis per
noctem factũ satis eluceat, cũ post hæc dicit scri-
ptura, Et exurgẽs Balaã mane. Potest enim moue
re quomõ cum homine pessimo deus locutus sit,
quod etiã si in somnis factũ esse cõstaret, nõ ideo
nulla quæstio remaneret propter ipsam indignita
tem. Sic & dominus Iesus Christus ait de diuite Lucæ 12
illo qui destruere ueteres apothecas & ampliores
nouas disponebat implere: dixit ad illũ dominus
Stulte, hac nocte anima tua auferetẽ à te, quæ para
sti cuius erũt? Ne quisquã glorietur ꝙ ei loquitur
deus eo modo quo talibus loquendũ esse nouit:
quãdo potest hoc & reprobis fieri, quia et cũ per
angelũ loquitur, ipse loquitur. Quod ait Balaã XLVIII
iterũ ad se missis honoratioribus nuncijs. Si dede
B rit mihi Balac plenã domũ suam argento & au-
ro, nõ potero præuaricare uerbũ domini, nec fa-
cere illud pusillum uel magnũ in mente mea: nul-
lum habet omnino peccatũ, sed quod sequitur nõ
est sine graui peccato. Iam enim constans esse de-
buit semel audito quod ei dixerat dominus, Non
ibis cum eis, neq; maledices populũ, est enim be-
nedictus: nec eis ullam spem dare, ꝙ posset domi-
nus tanquã ipse Balaam munerib. & honorib. fle
xus aduersus populũ suũ, quem benedictũ esse di
xerat, suã mutare sententiã. Sed ibi se uictum cu-
piditate monstrauit, ubi loqui sibi dominũ de hac
re iterũ uoluit, de qua eius iam cognouerat uolun
tatem. Quid enim opus erat quæ sequũtur adiun
gere. Et nũc sustinete ibi & uos nocte hac, & sciã
C quid adijciet dominus loqui ad me. Proinde do-
minus uidens eius cupiditatẽ captam deuictamq;
muneribus, permisit eum ire, ut per iumentũ quo
uehebatur eius auaritiã coerceret, Hoc ipso con-
fundens illam, dementiã, ꝙ prohibitionem domi-
ni per angelũ factam transgredi asina nõ auderet,
quam ille cupiditate transgredi conaretur, quam
uis eandem cupiditatem timore supprimeret. Ve
nit enim deus ad Balaam nocte, & ait illi, Si uoca-
re te uenerũt homines, exurgens sequere eos, sed
uerbũ quodcunq; locutus fuero ad te, hoc facies.
Et exurgens Balaam mane strauit asinã suam, &
abijt cum principibus Moab. Cur post istam per-
missionẽ domini iterum nõ consuluit, et post illã
D prohibitionẽ iterum cõsulendũ putauit, nisi quia
eius maligna cupiditas apparebat, quamuis timo
re domini premeretur? Deniq; scriptura sequitur,
Et iratus est animatiõe deus, quia ibat ipse: & in-
surrexit angelus dei, ut non permitteret eũ in uia,
et cætera quæ sequũtur donec asina loqueretur.
Nihil hic sanè mirabilius uidetur, ꝗ quod loquen
te asina territus non est, sed insuper ei, uelut tali-
bus monstris assuetus, ita perseueranter respõdit.
Postea illi & angelus loquebatur, arguens & im-
probãs eius uiam. Quo uiso exterritus adorauit.
Deinde ire permissus est dicere, ut iã ꝑ ipsum pro
phetia clarissima proferretur, Nã omnino permis
sus nõ est dicere quod uolebat, sed quod uirtute
spiritus cogebaẽ. Et ipse qdẽ reprobus mãsit, Nã
posterior de illo sancta scriptura ita locuta est,
ut

ut quidã reprehẽsibiles & reprobi uiã eius secuti
Pet.2.2 dicerenť, Secuti, inquit, uiam Balaã filij Beor qui A
XLIX mercedẽ iniquitatis dilexit. De angelo qui locu-
tus est Balaam in uia, quo uiso asina eius progre-
di nõ ausa est, scriptura ita loquiť, Et iratus est ani-
matiõe deus, quia ibat ipse, & insurrexit angelus
dei differre eũ in uia. Vbi primo notandũ est quẽ-
admodũ iratus est deus, & insurrexit angelus dei:
nec interposuit iratũ deum misisse angelũ, sed tan-
quã per angelum iratũ deũ significauit, quoniã ue
ritas & iustitia dei irasci angelũ fecit. Nam insur-
rexit qđ dictũ est, utiq; cõmotionẽ intelligendũ
est. Deinde quod ait, Differre eũ in uia: quod Grę
ce positũ est διαβάλλειν, hoc est quod in cõsequẽti-
bus dicit ipse angelus, Et ecce ego exij in dilatio-
nem tuã: ubi Græcus habet διαβολήν. Vbi fortas-
sis accusatio cõgruentius intelligiť, ut hic quod di
Diabolus. ctum est differre eũ in uia, accusare accipiatur. Vn
de creditur etiã diabolus appellatus, tanq; accusa
tor Latine dicẽdus sit: nõ qa nemo possit etiã be- B
ne recteq; accusare, sed quoniã diabolus amat ac-
cusare, utiq; inuidentiæ stimulis agitatus, quale il
Apo.12 li in Apocalypsi testimoniũ perhiberur. Positũ est
aũt hoc uerbum & in Comœdia, unde Latinum
Terentius in esse non dubium est sub eadem significatione, uel
Andria certe uicina, ubi de patre irato dicitur filio. Ratio
nẽ sperat inuenisse se qua differat te. Solet aũt hic
intelligi, differat, uelut hac atq; illac ferat tẽpesta-
te uerborũ, quasi discerpat, & dissipet, quod utiq;
ille accusando uidebatur esse facturus. Sed & si
differre eum in uia intellexerimus, quia distulit an
gelus eius festinationem remorando, ut ei quod
opus erat & demõstraret & diceret, non absurda C
est huius uerbi etiam sub ista significatiõe positio.
L Et cũ uidisset asina angelũ dei resistentẽ in uia,
& euaginatũ gladium in manu eius, & declinauit
asina de uia & ibat in campũ. Campus iste adhuc
extra macerias uinearum fuit. Et percussit asinã in
uirga ut corrigeret eã in uia. Et stetit angelus dei
in sulcis uinearum, maceria hinc & maceria hinc.
Merito quęriť si hinc atq; inde maceriæ in medio
ponebãt uiã, sicut fieri solet: quomodo ibi stãs an-
gelus, dicitur stetisse in sulcis uinearũ. Neq; in uia
inter macerias potuerũt sulci esse uinearũ. Sed or-
do uerborum est, ut corrigeret eã in uia, maceria
hinc, & maceria hinc. In hac ergo uia corrigere
uoluit asinã Balaam ut inter macerias ambularet. D
Interpositũ est aũt, & stetit angelus dei in sulcis ui
nearũ, in una scilicet uinearũ quæ in medio pone-
bant uiam. Et cũ uidisset asina angelũ dei, cõpres-
sit se ad parietem, id est ad maceriam illius utiq; ui
neæ in qua nõ erat angelus, quoniã ab alia parte
erat in sulcis uinearũ. Et compressit pedem Bala-
am ad parietem, & adiecit adhuc cædere eã: & ap
posuit angelus dei, & adijciens substitit in loco an
gusto, iam nõ in sulcis uinearũ, sed inter ipsas ma-
cerias: id est in uia in qua nõ fuit declinare in dex-
teram neq; sinistrã: Et cum uidisset asina angelum
dei, cõcidit sub Balaã. Cæsa enim in retro nõ ibat
& in parietẽ nõ se premebat, quoniã nõ ab altera
parte terrebatur, sed in media uia in angusto ange

lus erat. Restat ergo ut subsisteret. Et iratus est Ba
laam, & percutiebat asinã uirga. Et aperuit deus
os asinæ, & ait ad Balaã, Quid feci tibi, quia pcus-
sisti me tertio hoc? Et ait Balaã asinæ, Quia illusi-
sti mihi, & si habuissem gladiũ in manu mea, iam
transfixissem te. Nimirũ iste tanta cupiditate fere
batur, ut nec tanti mõstri miraculo terreret, & re-
sponderet quasi ad hominẽ loquẽs, cũ deus utiq;
non asinæ animam in naturã rationalem uertisset,
sed quod illi placuerat ex illa sonare fecisset ad il-
lius uesaniam cohibendã. Illud fortasse præfigu-
rans, quia stulta mũdi electurus erat deus, ut con-
funderet sapientes, pro illo spiritali & uero Israel:
hoc est, promissionis filijs. Et factus est spiritus LI
dñi sup illũ: id est sup Balaã. Nõ factus est spiritus
dei, tanq; factura sit spiritus dei, sed factus est sup il
lum, id est factum est, ut super illũ esset: quõ, Qui Luca 3
post me uenit, ante me factus est: id est factum est,
ut ante me esset: ut præponeretur mihi: quia prior
me, inquit, erat, Sicut, Dominus factus est adiutor Psal.117
meus. Non enim dominus factura est, sed factum
est ut me adiuuaret. Et, Factus est dominus refu Psal.7
gium pauperũ: id est factũ est ut ad eum refugerẽt
pauperes. Et, Facta est super me manus domini: id
est factũ est, ut super me esset, & multa talia in scri Ezech.1
pturis reperiunť. Et dixit dominus ad Moysen,
Accipe duces populi & ostẽta eos domino cõtra LII
solem, & auferet ira animatiõis domini ab Israel. Num.25
Iratus est deus de fornicationibus Israel, & carna-
libus & spiritalibus, nam & filiabus Moab se im-
pudice miscuerãt, & idolis fuerant cõsecrati: hoc
ad Moysen dixit ut ostentaret domino duces po-
puli cõtra solẽ. In quo uerbo intelligiť eos iussos
esse crucifigi: ut hoc sit, ostẽta eos domino contra
solem: id est palàm in cõspectu lucis huius. Nam
Grecus ait παραδειγμάτισον. qđ dici possit exem-
pla, quia παράδειγμα exemplũ diciť. Nam præter
septuaginta interpretes, Aquila perhibeť dixisse,
cõfige, uel potius sursum cõfige, qđ est ἀνάπηξον,
Symmachus aũt uerbo euidentiore, suspende. Mi
rũ est sane, q scriptura narrare destiterit, utrũ hoc
fuerit ex pręcepto domini impletũ: quod contem
ni potuisse nõ uideo, aut si cõtemptũ est, impune
contẽni. Si autem factum est & tacitum, cur ex eo
quod Phinees filius Eleazar transfixit adulteros,
placatũ fuisse dominũ, scriptura testatur, plagãq;
cessasse: quasi crucifixis ducibus sicut præceperat
dominus, adhuc indignatio perseuerans alio mo-
do placãda uidereť: cũ pculdubio falsum esse nõ
posset quod prænunciauerat & promiserat domi
nus dicẽs, Accipe duces populi & ostẽta eos dño
cõtra solem, et auertet ira animationis domini ab
Israel? Quid itaq; opus erat ut adhuc Phinees ad
placandum deum sic in adulteros uindicaret, eiq;
testimoniũ scriptura perhiberet q eo modo placa
uerit dñm, Nisi forte intelligamus cũ illud de du-
cibus populi Moyses quod præceperat dominus
implere disponeret, eũ uoluisse etiã secundũ legẽ
talia punire flagitia, et sacrilegã audaciã, ut iube-
ret unũquẽq; interficere proximũ suũ dijs alienis
nefarie consecratum, atque inter cætera etiam il-

lud Phinees faceret, ac si ira domini iam placata,
nõ opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sane se
ueritas illi tẽpori cõgrua, quantũ malũ sit fornica
tionis & idololatriæ, prudẽtiũ fidei salutis euiden
LIII ter ostendit, Eam causam mortis Moysi dicit dñs
Num. 27 quã etiã fratris eius. Ambobus eñi enim hoc ante
prædixerat, qđ ideo non intrarent cum populo
dei in terrã promissionis, quia nõ eũ sanctificaue-
rũt corã populo ad aquã cõtradictiõis: id est: quia
dubitauerũt de dono eius quod posset aqua de pe
tra ꝓfluere: sicut exposuimus in eo scripturę loco.
Huius aũt rei mysteriũ datur intelligi, quia nec sa
cerdotiũ quod prius institutũ est, cuius personam
gerebat Aarõ, nec ipsa lex cuius personã gerebat
Moyses, introducũt populũ dei in terrã hæredita-
tis ęternæ, sed Iesus in ꝗ typus erat dñi Iesu Chri-
sti, id est gratia per fidẽ. Et Aaron quidẽ ante de-
functus est, ꝙ Israel in aliquã partẽ terrę ꝓmissio-
nis intraret: Moyse aũt adhuc uiuẽte capta est ter-
ra Amorræorũ atq; possessa, sed Iordanem cũ eis
non est transire permissus. Ex aliqua enim parte
lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt e-
tiã pręcepta quę hodieq; obseruare iubemur Chri
stiani. Sacerdotiũ uero illud & sacrificia nullã par
tem tenẽt hodie fidei Christianę, nisi ꝙ in umbris
futurorũ acta atq; trãsacta sunt. Cũ uero ambobus
fratribus, id est Aaron & Moysi dicit̃, ut apponã-
tur ad populũ suũ: manifestũ est nõ esse illos in ira
dei, quæ separat à pace sanctæ societatis æternæ,
Vnde manifestat̃, nõ solũ officia, sed etiã mortes
eorũ signa fuisse futurorũ, non supplicia indigna-
LIIII tionis dei. Et locutus est dñs ad Moysen, dicens
Accipe ad teipsum Iesum filium Naue, hominem
qui habet spiritũ in seipso: & impone manus tuas
sup eũ: & statues eũ in cõspectu Eleazari sacerdo
tis, & mãdabis ei in cõspectu om̃is synagogę, &c.
Notandũ est qđ cum iam haberet spiritũ in seipso
Iesus Naue sicut scriptura testat̃: ubi quid aliud ꝙ
spiritũ sanctũ debemus accipere? nõ enim de spi-
ritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui nõ
habebat: iussus est tamẽ Moyses ei manus impo-
nere, ne quisquã homo qualibet præpollẽs gratia
LV sacramentũ cõsecratiõis audeat recusare. Quid
est ꝙ cũ deus præciperet Moysi de Iesu Naue, ait
inter cætera. Et dabis de gloria tua super eũ. Nam
Gręca locutione τῆς δόξης habet, quod tantundem
ualet ac si diceret, de gloria, id est ἀπὸ τῆς δόξης. Lati-
ni autẽ nonnulli interpretati sunt, dabis gloriam
tuam, nõ de gloria tua. Sed siue illud esset ut glo-
riã tuam diceret, non ideo eam nõ habiturus erat
Moyses: nec quia dixit de gloria, ideo minutũ est
quod habebat. Sic eñi accipiendũ est, ac si diceret,
facies eũ socium gloriæ tuæ: nõ aũt huiusmodi res
quasi particulariter diuisę minũtur, sed totæ sunt
omnibus, totę singulis, qui earũ habent societatẽ.
LVI Homo quicũq; uouerit uotũ dño, aut iurauerit
Num. 30 iuramẽtũ, aut definierit definitionẽ de anima sua,
nõ prophanabit uerbũ suum: omnia quęcũq; exie
rint de ore eius faciet. Nõ hoc ad omnẽ iurationẽ
pertinet, sed ad eam ubi quisq; de anima sua uoue
rit alicuius utiq; rei abstinẽtiã, qua ei licebat uti ꝑ
legẽ, sed per uotũ sibijpse efficit nõ licere. Si au- LVII
A tem mulier uouerit uotum domino aut definierit,
definierit definitionẽ in domo patris sui in iuuẽtu
te sua, & audierit pater eius uota eius, & definitio-
nes eius quas definiuit aduersus animã suã, & ta-
cuerit pater eius, & stabũt omnia uota eius, & om
nes definitiones eius quas definiuit aduersus ani
mã suã manebũt ei. Si aũt abnuens abnuerit pater
eius, quacũq; die audierit omnia uota eius & defi
nitiones eius quas definiuit aduersus animã suam
non stabũt: & dominus emundabit eam, quia ab-
nuit pater eius. Quoniã quidẽ de muliere, quæ ad
huc in iuuẽtute sua in domo patris, loquit̃, merito
hic quęrit̃ etiã de uoto uirginitatis: mulieres quip
pe etiã uirgines in scriptura appellari solere notis-
simũ est: & uidet̃ etiã Apostolus de patre loqui cũ 1 Cor. 7
B dicit, Seruet uirginẽ suam, & dat nuptũ uirginem
suam, & cętera hoc modo: ubi nonnulli intellexe
runt, uirginẽ suã, uirginitatem suam, nulla tñ hoc
simili scripturarũ locutione demõstrant, cũ sit inu
sitatissima. Quod aũt ait, aduersus animã suam: ne
sic accipiendũ est, quasi animæ noceat talibus uo
tis: sed aduersus animã dicitur, aduersus animalẽ
delectationem, sicut etiã de ieiunio pręcipiens su
perius ait, Et affligetis animas uestras. Quod aũt LVIII
ait, Et dñs emũdabit eam, quia abnuit pater eius,
emũdabit dixit, à uoti nõ impleti crimine absolu-
ta est: sicut in multis locis dicit̃, & emundabit eũ
sacerdos: id est mundũ habebit, mundum iudica-
bit: sicuti est & illud, Mũdatione nõ mũdabis reũ:
id est nõ dices mundum qui immũdus est. Si au LIX
C tem facta fuerit uiro, & uota eius super eam secun
dũ distinctionem labiorum eius quanta definiuit
aduersus animã suam: & audierit uir eius & tacue
rit ei quacunq; die audierit, & ista stabunt omnia
uota eius, & definitiones eius quas definiuit ad-
uersus animã suam stabũt. Si aũt abnuens abnue-
rit uir eius in quacunq; die audierit omnia uota e-
ius, & definitiones quas definiuit aduersus animã
suam, nõ manebũt: quoniã uir abnuit ab ea, & do
minus mundabit eam. Fœminã sub patre antequã
nubat, & sub uiro nuptã uoluit lex uouere ita ali-
quid deo aduersus animã suã, id est in aliquarum
rerũ licitarũ atq; cõcessarũ abstinentia, ut in eisdẽ
uotis fœminea nõ præualeat autoritas, sed uirilis.
Ita & si adhuc innuptæ iam cõcesserat pater uota
D ꝑsoluere, si anteꝙ ꝑsoluerit nupserit, & uiro eius
hoc cognito nõ placuerit, nõ ꝑsoluat & sit om̃ino
sine peccato, quia mundauit eam sicut dicit, id est
mũdam iudicauit: neq; hoc cõtra deum fieri putã
dum est, cũ ipse deus hoc præcepit, hoc uoluerit.
Sequit̃ aũt de uiduis, uel à uiro abiectis, id est non
sub potestate uiri cõstitutis, aut patris: & earũ uo-
ta ad persoluẽdũ libera esse dicit hoc modo, Et uo
tum, inquit, uiduę expulsęq; quęcũq; uouerit ad-
uersus animã suã, manebũt ei. Deinde dicit de nu-
pta, si in domo uiri sui iam constituta aliquid tale
uouerit: De illa enim prius dixerat quæ in domo
patris uouerat, & antequã redderet nupserat. De
hac ergo quæ in domo mariti uouit ita loquit̃: Si
aũt in domo uiri eius uotũ eius, aut definitio quæ
aduer-

aduersus animã eius cum iureiurãdo: & audierit
uir eius & tacuerit ei & nõ abnuerit ei, & stabunt
omnia uota eius, & omnes definitiões quas defini-
uit aduersus animã suã, & stabũt aduersus eam. Si
aũt circũauferẽs circũauferat uir eius quacũq; die
audierit omnia quęcũq; exierint ex labijs eius, se-
cundũ uota eius & secũdũ definitiões quæ aduer-
sus animã eius, nõ manẽt ei: uir eius circũabstulit,
& dñs mundauit eam: omne uotũ & omne iusiu-
randũ uinculi affligere animã, uir eius statuit ei, &
uir eius circũauferet: si aũt tacens tacuerit ei diem
ex die, & statuet ei omnia uota eius & definitiões
quæ super ipsam statuet ei, qm̃ tacuit ei diẽ qua
audiuit. Si autẽ circũauferens circumauferat uir
eius post diem quã audiuit, & accipiet peccatum
suũ. Manifestũ est ita uoluisse legẽ fœminam esse
sub uiro, ut nulla uota eius quæ abstinentiæ causa
uouerit reddanẽ ab ea, nisi autor uir fuerit permit
tendo. Nam cũ ad peccatũ eiusdem uiri pertinere
uoluerit, si prius permiserit et postea prohibuerit,
etiam hic tamen non dixit ut faciat mulier quod
uouerat, quia permissa prius à uiro fuerat: uiri di-
xit esse peccatũ qui abnuit quod prius cõcesserat:
non tamẽ mulieri uel ex hoc permissum dedit, ut
cum prius ei uir cõcesserat, postea si prohibuerit
cõtemnatur. Vtrũ autem ista etiã ad uota & à con
cubitu continentiæ uel abstinentiæ pertineãt, me
rito quæriẽ, ne forte ea tantum intelligẽda sint ad
uersus animã uoueri, quæ sunt in cibis & potioni-
bus. Quod uidetur & illud significare ubi domi-
Mat. 6. nus ait, Nõne anima plus est quàm esca? Et cũ de
ieiunio pręcipiẽ, ita pręcipiẽ, Affligetis animas ue
stras. Nescio autẽ utrum alicubi legi possit, aduer
sus animã dici uotum, quod de abstinentia concu
bitus fuerit: maxime quia cum hic lex autoritatẽ
uiro tribuat, non mulieri quę uiro subdita est, ut
tunc persoluenda sint uota mulieris si uir appro-
bauerit, si aũt renuerit nõ debeanẽ. Apostolus ta-
men cũ de cõcubitu cõiugatarũ loqueretẽ, non ibi
maiorẽ autoritatem uiro quam fœminæ dedit: sed
uxori, inquit, uir debitũ reddat, similiter & uxor
1 Cor. 7 uiro. Vxor nõ habet potestatem corporis sui, sed
uir: similiter autem & uir non habet potestatẽ cor
poris sui, sed mulier. Quando ergo in hac re parẽ
utriusq; esse uoluit potestatẽ, puto quod nobis in-
telligendum insinuet, istam de cõcumbendo uel
non concumbendo regulam non pertinere ad ea
uota, ubi non habent parem uir & mulier potesta
tem, sed uiri maior est, ac propè eius solius est. Nõ
enim ait lex, uirum nõ debere reddere uota sua si
uxor prohibuerit, sed uxorem si uir prohibuerit.
Vnde nõ mihi uideẽ in huiusmodi uotis & defini
tionibus atq; obligationibus quę aduersus animã
fiũt etiã ista debere accipi quę inter se uir & uxor
de concũbendo, uel de abstinẽtia cõcũbendi pla
cita habuerint. Deinde quia & istæ iustificationes
dicunẽ, & meminimus in illis iustificationib. quæ
in Exodo sub hoc nomine alię commemorantur,
multa præcipi quæ accipi ad proprietatem non
possint, nec in nouo testamento obseruẽtur: si-
Exod. 21 cut de aure serui pertundenda, & si quid eiusmo-
di est: non absurde etiam hic aliquid figurate di-
A ctum intelligiẽ: ut quoniã sunt multæ abstinentiæ
ceremoniarũ irrationabiles, & aliquando etiã ini
micæ ueritati, hoc fortasse hic intelligi uoluerit,
tũc ratas esse cũ ratiõabiles fuerint: hoc est cũ eas
approbauerit ratio, quæ ad uicẽ uiri debet rege-
re omnẽ animalem motionẽ, quæ fit non tantũ in
appetẽdo uerumetiã in abstinendo: ut si mente &
ratione decerniẽ, tunc fiat: si autẽ improbatur con
silio rationis, nõ fiat. Quod si ratio quod prius re-
cte faciẽdũ esse decreuit post improbet, sit pecca
tum consilij, sic tamen ut nõ nisi rationi motio illa
consentiat. Quid est, Et misit eos Moyses mil- LX
le ex tribu, & mille ex tribu cum uirtute eorum, Num. 31
Vtrũ uirtutẽ eorũ uult intelligi, principes eorum,
an uirtutẽ à domino eis datã, uel per ipsum Moy-
B sen impetratam: an potius uirtutẽ eorũ, quia de-
dit ea quibus uirtus eorum sustentareẽ. Potest LXI
uideri quæstio, quomodo quando Israelitæ Ma-
dianitas debellauerũt, interfectum dicat scriptura
Balaam, qui fuerat conductus ad maledicẽdũ po-
pulum Israel: cum supius quando benedicere coa
ctus est, ita eandem actionẽ scriptura concluserit,
cũ ait, Et surgens Balaam abijt reuertẽs in locum
suum, Balac abijt ad semetipsum. Si ergo redierat
ad locũ suũ Balaam, quomodo hic interfectus est,
cum de tam lõginquo, id est de Mesopotamia ue-
nerit? An forte reuersus est ad Balac: & hoc scri-
ptura non dixit? Quanquã etiam possit in locum
suum redijsse intelligi, quod ab ipso loco ubi sacri
ficia faciebat in eum locum reuersus est unde illuc
exierat: id est, ubi tanquã peregrinus habebat ho-
C spitiũ. Nõ enim dictũ est in domum suã, aut in pa-
triam suam, sed in locũ suum. Habet aũt & quisq;
peregrinus locũ suum ubi ad tempus habitat. De
ipso autẽ Balac qui eum conduxerat, non dictum
est ad locũ suum, sed ad semetipsum: id est, ubi do-
minans habitabat. Posset ergo dici, ad locum suũ,
& dominans, & peregrinus. Ad semetipsum autẽ
nõ uideo quomodo possit dici peregrinus, cũ ad
hospitiũ suũ uenisset. Et prędã egerũt mulieres LXII
Madian, & supellectilem eorũ & pecora eorũ, &
omnia quę possederant, & uirtutem eorũ deprę-
dati sunt. Cum iam dixisset mulieres, suppellecti-
lem & pecora, & omnia quę possidebant: quid de
inde addit, & uirtutẽ eorũ deprædati sunt? Nimi-
D rum eñ hęc intelligẽda est uirtus, de qua & supra
dictũ est, misisse millenos ex singulis tribubus cũ
uirtute eorũ. An forte cibus quo sustentabantur,
uirtus eorũ appellata fuit: quo subministrato ui-
res suppetũt, & quo subtracto uires deficiũt? Vn-
de per Prophetã deus cum minaretur ait, Auferã
uirtutẽ eorum panis, & uirtutem aquæ. Et Moy- Esa. 3
ses ergo cũ annona miserat illos millenos: quod
dictũ est, cũ uirtute eorũ: & isti Madianitis uictis
etiã hoc eorũ inter cętera fuerunt deprædari. Vt LXIII
quid uiuificastis omne fœmininũ? Hoc eñ fece-
runt filij Israel secũdum uerbum Balaam, ut rece-
dere facerẽt & despicere uerbum domini propter
Phogor. Hoc cõsilium malignũ, ut ad illecebram
fœminæ supponerentur, per quas nõ solũ corpo-
raliter

raliter, sed etiam spiritaliter in adorãdo idolo for-
nicarent, quando dederit Balaam scriptura nõ di
xit, & tamen apparet factũ esse, cum hic cõmemo
ratur. Sic ergo potuit & redire ipse Balaam qui iam
ierat in locum suũ, ut modo locum eius intelliga-
mus peregrinationis hospitium, quãuis hoc scri-
LXIIII ptura tacuerit. Quid est quod ait, Et erunt ciui
Num.35 tates uobis refugia à uindicante sanguinẽ, & non
morietur is qui occidit quoadusq; stet in cõspectu
synagogæ in iudiciũ: cum de ijs loquatur qui no-
lentes occiderint, & alibi dicat, tunc unũquenq; in
tali causa cõfugientiũ exire liberũ de ciuitate quo
confugerat, cum sacerdos maximus fuerit defun-
ctus? Quõ ergo hic dicit, & non morietur is qui oc
cidit quoadusq; stet in conspectu synagogæ in iu-
dicium: nisi quia ideo iudicatur, ut tũc ei liceat es-
se in ciuitate refugij, si manifestum factum fuerit
LXV in iudicio, quod nolẽs occiderit. Quid est quod
ait, Qui uindicat sanguinem, ipse interficiat homi
cidam, cum occurrerit ei iste interficiet eum. Sic
enim sonat male intelligentibus, quasi passim &
sine iudicio datũ fuerit ultori mortis ꝓpinqui sui,
ius occidẽdi eius interfectorem. Sed hoc intelligi
uoluit, quia secũdũ id quod supra dictũ est, qui oc
ciderit, cõfugiat ad unã de ciuitatib. refugiorum,
quousq; stet, in iudiciũ, ne ante inuentus a propin
quo occidatur: quia & si nolens occidit, præter illas
ciuitates inuẽtus occiditur. Cum uero ad iudiciũ
steterit in aliqua earum ciuitatũ, & iudicatus fue-
rit homicida in aliqua earum in qua fugere conce
ditur, & esse ibi non sinitur: tum iam demum iudi
catum ubicunq; compertum propinquo licet oc-
cidere. Neq; enim opus est eum ad iudiciũ dedu-
ci, cum iam fuerit iudicatus homicida, & propter
ea de istis ciuitatibus pulsus sit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM Super Deuteronomium Liber V.

IN eo quod cõmemorat Moyses di-
I xisse populo timẽti hostes inhabitã-
Deut.1 tes terram quo introducendus fuit,
Ne paueatis neq; timeatis ab eis, do
minus deus noster qui præcedet an
te faciem uestram, ipse simul debellabit eos uobi-
scum: satis ostenditur ita esse adiutorem deum, ut
II etiam homines agant aliquid. Et noluit Seõ rex
Deut.2 Esebon trãsire nos per ipsum, quoniã indurauerat
dominus deus noster spiritum eius, & cõfortauit
cor eius ut traderetur in manus tuas sicut in hac die.
Hæc dicẽs Moyses dũ populũ alloquitur tale ali-
Exo.10 quid cõmemorat quale dicebatur in Exodo, Ego
indurauí cor Pharaonis, & quod in Psalmis legitur,
Psal.104 Cõuertit cor eorũ ut odissent populũ eius. Nec ta
cetur hic causa indurationis huius, cum dicitur, ut
traderetur in manus tuas sicut in hac die: id est, ut
uinceretur à te: quod nõ fieret nisi resisteret: non au
tem resisteret, nisi corde obdurato. Cuius rei iusti
Rom.11 tiam si quæsierimus, inscrutabilia sunt iudicia dei,
Iniquitas autẽ non est apud deũ. Sanè notandum
est confortatum cor posse dici etiã in malo. Ve III
A runtamẽ Og rex Basan reliquus factus est à Ra- Deut.3
phaim. Hoc nomine quod est Raphaim gigantes
significari in Hebræa lingua dicũt qui eam noue-
rũt. Vnde quod habẽt pleriq; codices, derelictus
à Raphaim: planius utiq; dicitur, reliquus factus
est: ut ipse ex illis remãsisse intelligatur. Cuius etiã
cõsequẽter longitudo & latitudo ferrei lecti com
memoratur, ad eius magnitudinẽ cõmendãdam.
Ne feceritis iniquitatẽ, & ne faciatis uobisipsis IIII
sculptilẽ similitudinem aut omnẽ imaginẽ. Quid Deut.4
intersit inter similitudinẽ & imaginẽ quæri solet.
Sed hic nõ uideo quid interesse uoluerit, nisi aut
duobus istis uocabulis unam rem significauerit,
aut similitudinem dixerit si uerbi gratia fiat statua
uel simulachrum habens effigiem humanã, nõ ta
B mẽ alicuius hominis exprimãtur liniamẽta, sicut
pictores uel statuarij faciunt intuentes eos quos
pingunt uel fingunt. Hãc enim imaginẽ dici ne-
mo dubitauerit, secundũ quam distinctionẽ om-
nis imago etiã similitudo est, non omnis similitu-
do etiam imago est. Vnde si gemini inter se simi-
les sint, similitudo dici potest alterius cuiuslibet
in altero, non imago. Si autẽ patri filius similis sit,
etiã imago recte dicitur, ut sit pater ꝓtotypus, un-
de illa imago expressa uideatur: quarũ aliæ sunt eius
dem substantiæ, sicut filius: aliæ nõ eiusdem, sicut
pictura. Vnde illud quod in Genesi scriptum est,
Fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei: manifestũ est Gen.1
ita dictũ, ut non eiusdem substantiæ sit imago quę
facta est. Si enim eiusdem esset, non facta sed geni
C ta diceretur. Sed qd' non addidit, & similitudinẽ:
cũ superius dictũ esset, Faciamus hominẽ ad ima-
ginem & similitudinem nostram: quibusdã uisum
est similitudinẽ aliquid amplius esse quàm imagi-
nem, quod homini reformãdo per Christi gratiã
postea seruaretur. Miror autẽ si nõ propterea post
ea imaginẽ solã uoluit cõmemorare, quia ubi ima
go, cõtinuo & similitudo est. Vnde et hic Moyses
similitudinẽ & imaginẽ fieri uetat, secundũ eã for
tasse rationẽ quã diximus. In decalogo aũt gene-
raliter dicitur, nullã fieri debere similitudinem, nec
imago cõmemoratur. Cũ enim nulla similitudo fit, ꝑ-
culdubio nec imago fit: quoniam si imago, utiq; & simi-
litudo. Nõ aũt si sit similitudo, cõtinuo sit & ima-
go: tamen si nulla similitudo, sequitur ut nulla imago.
D Deniq; ubi ꝓhibuit similitudinẽ & imaginem, ho
mines intelligi uoluit: ubi & similitudo fieri po-
test, nõ huius aut illius, sed cuiuslibet hominis: &
imago id est huius ꝓprie, uel illius hominis. Cum
uero de pecoribus diceretur, atq; irrationabilibus
animantibus, solam similitudinem dixit. Quis enim
reperiri potest qui sibi unum constituat canem,
uel quid eiusmodi, quem intuens eius imaginem
pingat, aut fingat? Quod de hominibus usitatissi
mum est. Quid est aũt quod ait, Similitudinem
omnis piscis, & quæcunq; sunt in aquis sub terra.
An et aquã propter tractabilẽ corpulentiã terrã
intelligi uoluit, & secundũ hoc in eo quod scriptũ
est, Fecit deus cœlũ & terrã: & aquas debemus ac Gen.1
cipere? Assidue quippe scriptura his duab. partib.
comme

commemoratis,uniuersum mundū uult intelligi,
Psal.120 secundū illud,Auxilium meum à dño qui fecit cœ
lum & terrā:& innumerabilia eiusmodi. An ideo
dictū est,sub terra,quod terra nisi superior aquis
esset,habitari utiq; ab hominibus & animalia ter-
VI rena habere non posset. Et ne suspiciēs in cœlū,
& uidēs solē & stellas & omnē ornatū cœli, errās
adores ea,& seruias illis quæ distribuit dominus
deus tuus ea omnibus gentibus quę sunt sub cœ-
lo.Nō ita dictū est tanq; deus preceperit ea coli à
gentibus,à solo aūt populo suo nō coli:sed aut ita
dictū est,q deus prę̄scierit gē̄tes culturam exhibi
turas his cœlestib.et tū hoc prę̄sciēs creauerit eas:
eū uero populū suū futurū esse prę̄sciuerit qui ista
nō coleret.Aut distribuit dictū est,ut intelligatur
Gen.1 usus qui cōmēdat̄ in Genesi,Vt sint in signis &
in tēporibus & in diebus & in annis: quē usum in
VII eis cōmunē habet populus dei cū omnibus genti
bus,nō aūt cultū quem habent alię gentes. Ne
obliuiscamini testamentum dñi dei uestri quod
disposuit ad uos,& faciatis uobismetipsis sculpti-
lem similitudinē omniū quæcunq; constituit tibi
dñs deus tuus.Hic certe generaliter loquēs simili
tudinē posuit,imaginē tacuit:quoniā si nulla sit si
militudo,pfecto nec imago:quia ubi imago cōti-
nuo similitudo,quāuis non ubi similitudo, conti-
VIII nuo ibi imago. Quærendum quomodo dictum
sit,Interrogate dies priores qui fuerūt priores te,
ex die qua creauit deus hominē super terrā, à sum
mo cœli usq; ad summum cœli.Subaudit̄ enim,in
terrogate.Videt̄ autem significare totum orbem
terrarum.Sed cur à summo cœli usq; ad summū
cœli dicat,non à summo terræ usq; ad summū ter-
ræ,non est facile dignoscere. Talis enim quædam
locutio est & in Euāgelio cum dicit dñs, quod cō
gregabuntur electi eius à summis cœlorū usq; ad
terminos eorum.Nisi forte hoc nec in hominibus
nec in angelis auditum esse uult intelligi,quod in
hoc populo factum singulariter commendat:hoc
enim sequitur,Si factum est secundum uerbū ma-
gnum hoc,si auditum est tale quid,si audiuit gens
Exod.19 uocē dei uiuentis loquētis è medio ignis, quem-
admodū audisti tu & uidisti.Quod si ita est,ut nec
in hominib.nec in angelis hoc dicat auditū: quid
Matth.24 est ergo illud in Euāgelio,A summis cœlorū usq;
Marci.13 ad terminos eorum:cum sine dubio dominus hoc
ait,cū de nouissima electorum suorum congrega
IX tione loqueret̄? Quid est quod Moyses ait, Do
Deut.5. minus deus uester disposuit ad uos testamentū in
Oreb: Nō patribus uestris disposuit dominus te-
stamentū hoc,sed ad uos hic omnes uiuentes ho-
die facie ad faciem locutus est dominus ad uos in
mōte è medio ignis. An quia illi qui nō ingrediē
tur in terram promissionis,mortui sunt enim om-
nes,non pertinēt ad hoc testamentū, quorū tunc
recognitio facta est,cū à uiginti annis ætatis & su
pra numerent̄ usq; ad quinquaginta annos habi-
les ad bellū? Quomodo ergo illis locutus est do-
minus qui hodie uiuūt? An quia ex uiginti annis
& infra potuerūt multi tunc esse qui hoc bene me
minissent,alieni ab illa pœna,quā dominus cōsti-

A tuit illis qui tūc numerati sunt nō intrare in terrā
promissionis:& hos utiq; appellat qui quāuis ui-
ginti annorū & supra nō essent quādo deus in mō
te loquebat̄ ut numerari tūc possent,potuerūt ta-
men esse annorū decē & nouē et infra usq; ad pue
rilem ętatē,qui possent illa quæ facta & dicta sunt
& uidere & audire et memoria retinere. Sed quid
est quod ait,Facie ad faciē locutus est dñs ad uos:
quos paulo ante maxime admonere curauit, q̄d
nullā similitudinē uiderint,sed solā uocem de me
dio ignis audierint? An propter rerū euidentiā,&
quodammodo prę̄sentiā manifestatæ diuinitatis,
de qua dubitare nemo posset,his uerbis usus est?
Quod si ita est,quid p̄hibet de ipso Moyse hoc in
telligi,eo quod de illo dictū est quod facie ad fa-
B ciē locutus sit cū eo dñs,ut nec ipse aliquid oculis
uiderit pręter ignē? An aliquid amplius uidisse in
telligit,quia scriptū est eū intrasse in nebulam uel
nimbū,ubi erat deus? Sed & si aliquid amplius ui
dit quàm illi,non eū tamen mortalib.oculis uidis-
se dei substātiā ex illis eius uerbis intelligi potest,
quibus ait deo,Si inueni gratiam ante te ostende
mihi temetipsum ut scienter uideam te. Neq; enim Exod.33
arbitrandū est hunc populum, cui Moyses loque
batur,sic tunc uidisse deum facie ad faciē quando
in monte loquebat̄ è medio ignis, quemadmodū
Apostolus dixit in fine nos cum esse uisuros, ubi
ait.Videmus nunc per speculū in ænigmate, tunc 1 Cor.13
autem facie ad faciē.Quid autem hoc & quātum
esset cōsequenter aperuit dicens,Nūc scio ex par
C te,tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.
Quod etiā ipsum caute accipiendū est,ne tantam
puret̄ habiturus homo cognitionem dei quātam
nūc habet hominis deus,sed pro suo modo ita per
fectā,ut ei nihil adhuc expectet̄ addendū:ut quē
perfecte nunc deus nouit hominē, sed tamē sicut
deus hominē,ita tunc perfecte nouerit homo deū
sed tamē sicut homo deum. Neque enim quia di-
ctum est,Estote pfecti sicut pater uester cœlestis Matt.5
perfectus est,ideo æqualitatē patris quam uerbū
habet unigenitū,sperare debemus,quāuis nō de-
fuerint qui & hoc futurū putauerint,nisi forte qd X
dicant parum intelligimus. Quid est quod ait,
Et ego stabam inter deū & uos in tempore illo an Deut.5
nunciare uobis uerba domini? Tanquā in loco es-
set dominus,hoc est in monte unde illi uoces au-
D diebant.Quod sic accipiendū est,ut nō ex hoc su
spicemur dei substātiam in ullo aliquo esse corpo
rali loco,qui est ubiq; totus,nec per locorum in-
terualla ꝓpinquat aut recedit: sed demōstratiōe
eius in ea creatura quæ non est quod ipse, non ali
ter humanis sensib. exhibent̄. Vnde dñs uolēs au
ferre ab huiusmodi suspitionib. mentē nostrā, qui
bus putat̄ deus loco aliquo contineri, Venict, in- Ioan.4
quit,hora,quādo neq; in mōte hoc,neq; in Hiero
solymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod ne-
scitis:nos adoramus q̄d scimus, quia salus ex Iu-
dęis est,Sed uenit hora & nūc est,quādo ueri ado
ratores adorabūt patrē in spū et ueritate. Nā et pa
ter tales quęrit q adorēt. Spūs est deus, & eos qui
adorāt eū,in spū et ueritate oportet adorare. Me-
dium

diū ergo se dixit Moyses nō inter dei substātiā &
populū interuallo aliquo loci: sed quia per eū pla-
cuit populū audire cętera dei uerba posteaquā ue
hementer est territus, audita de medio ignis uoce
dei dicētis decalogū legis. Sed merito quęrit̃ quō
accipiant̃ hęc uerba Deuteronomij dicēte Moy-
se, Et ego stabā inter deū & uos in tēpore illo an-
nūciare uobis uerba domini, quoniā timuistis à fa
cie ignis & nō ascēdistis in montē dicēs, Ego sum
dñs deus tuus: & cætera. Quæ iam uerba dei sunt
quæ decalogus cōtinet. Quid ergo uult quod ad-
didit, dicēs. Si enim putauerimus hyperbaton, ut
ordo uerborū sit: & ego stabam inter deū & uos
in tēpore illo annūciare uobis uerba dñi dicēs, E-
go sum dñs deus tuus: nō erit uerū. Nō enim hæc
uerba ꝑ Moysen populus, sed de medio ignis au-
diuit. Quod cū sustinere nō posset audito decalo-
go, postulauit ut per Moysen cætera audiret. Re-
stat ergo ut quod positū est, dicēs: pro eo positū in
telligamus ac si eēt, cū diceret: ut iste sit sensus. Et
ego stabā inter deū & uos in tēpore illo annuncia
re uobis uerba dñi: quoniā timuistis à facie ignis
& nō ascēdistis in montē, cū diceret, Ego sum dñs
deus tuus: ut subaudiat̃, cū diceret utiq; dñs. Cum
enim hæc uerba diceret dñs, quæ cōsequenter ex
decalogo cūcta cōmemorat: tunc timuit populus
à facie ignis, & nō ascēdit in montē, & rogauit ut
per Moysen potius uerba dñi audiret. Quę uerba
Moyses cōmemorat in Deuteronomio dicta sibi
à populo, cum audire iam nollēt uocē dei, sed per
eum peterent sibi dici quæ dicebat deus: id est, ec
ce ostendit dominus deus noster nobis gloriam
suam, & uocē eius audiuimus è medio ignis: & cę
tera. Nō eadē ꝓrsus legunt̃ in Exodo, ubi primū
narrata sunt quæ modo repetunt̃. Vnde intelliga
mus, quod aliquotiēs iam commemoraui, nō esse
in mēdacio deputandū, si alijs quibuslibet uerbis
eadē uolūtas manifestat̃, ꝓpter Euangelistarū etiā
uerba, quę ab imperitis & calumniosis tanq; repu
gnātia reprehēduntur. Neq; enim magnum erat
Moysi attēdere quę in Exodo scripserat, & eisdē
omnino uerbis illa repetere, nisi pertineret ad san
ctos doctores nostros hoc ipsum insinuare discēti
bus, ut nihil aliud in uerbis loquentiū quærāt nisi
uoluntatē propter quā enunciandā uerba institu-
XI ta sunt. Quid est quod ait Moyses dictū sibi esse
à dño de populo Hebręo, Quis dabit esse sic cor
eorū in eis, ut timeātme, et custodiātmādata mea?
An hic iam uult intelligi, gratia sua cōcedi hoc be
neficiū ut sit in hominibus iustitia dei ex fide, non
quasi ꝓpria uelut ex lege. Hoc enim per Prophe-
tā significat dicēs, Auferā eis cor lapideū, & dabo
Ezech. 36 eis cor carneū. Quod ꝓpter sensum dictū est, quē
caro habet, & lapis nō habet, uerbo utiq; trāslato.
Hier. 31 Hoc ipsum & alibi dicit, Ecce dies ueniūt dicit do
minus, & cōsummabo super domū Israel & super
domū Iuda testamentū nouū, nō secundū testamē
tum quod disposui ad patres eorum in die qua ap
prehēdi manū eorū ut educerē eos de terra Aegy
pti: quoniā hoc est testamētum quod disposui ad
eos: post dies illos, dans leges meas in cor eorū &
in mēte eorū superscribā eas, & iniquitatū eorum
A et peccatorū eorum nō memor ero amplius. Hic
enim discernit nouū testamētū à ueteri, ꝙ in uete-
ri data est lex in tabulis lapideis, in nouo autem in
cordibus, quod fit per gratiā. Vnde & Apostolus 2 Cor. 3
dicit, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis
carnalib. Et alio loco, Idoneos nos, inq̃t, fecit mi-
nistros noui testamēti, nō litera sed spiritu. Quod XII
ait de domino, Et in nomine eius iurabis: Non ita Deut. 6
præceptū accipiēdū est quasi iurari iusserit, sed in
alterius alicuius dei nomine iurare ꝓhibuit. Me- Mat. 5
lius autē fit si secundū Euangeliū nō iuraueris, nō
quia mala est uera iuratio, sed ne in periurium in-
cidat̃ facilitate iurādi. Qui eñ iurat, nō solum ue-
rū sed etiā falsum iurare potest. Qui autē omnino
nō iurat, à periurio lōge ambulat. Et recordabe
B ris omnē uiā ꝑ quā duxit te dñs deus tuus in deser XIII Deut. 8
to ut affligeret te & tentaret te, & cognita faceret
quę in corde tuo sunt, si obseruabis mādata eius,
an non. Hic apertius dictum, ꝙ alibi genere locu-
tionis obscurum est, ubi legit̃, Tētat uos dñs deus Deut. 13
uester, ut sciat si diligitis eum. Intelligit̃ enim posi
tum esse, ut sciat: pro eo q̄d est, ut scire faciat: quō
dilucide dictū est, ut tētaret te, et cognita faceret
quę in corde tuo sunt. Nō eñ ait, ut cognosceret:
quod quidē si dixisset, intelligēdum erat cognita
faceret. Et scias hodie quia nō propter iustitias XIIII
tuas dñs deus tuus dat tibi terrā bonā istā hæredi- Deut. 9
tare, quoniam populus dura ceruice es. Certe isti
sunt qui ꝓpterea nō meruerunt perire in deserto,
quia nescierūt dexterā aut sinistrā, Ecce iam dura
ceruice appellant̃. Vnde uidēdū est illud in sacra
C mēto esse dictū, non ꝙ istorum merita cōmēdata
sint. Nam ne quis existimet subito istos uitupera-
biles factos qui merito fuissent ante laudati, pau-
lopost eis dicit̃, Memor eris ne obliuiscaris quāta
exacerbasti dñm deum tuū in deserto, ex qua die
existi de terra Aegypti donec uenisti in locū hūc
incredulus perseuerastiq; ad dñm. Quod si quidā
eorum tales erant, quidā uero fideles & boni, etiā
sic nō utiq; illis dat̃ terra promissionis qui nesciūt
dexterā aut sinistrā, ut hoc sic intelligamus quasi
nō offenderint deum. Nā & patres eorū qui mor-
tui sunt, nec in eandē terrā intrare permissi sunt,
tales inueniunt̃ fuisse ut in eis essent quidā etiam
boni. Propter q̄d Apostolus, nō oñes sed quosdā 1 Cor. 10
D eorū dicit offendisse, in quibus eorum peccata cō
memorat. Similes quippe istos parētibus suis, ita
euidentius docet et ipsa scriptura Deuteronomij,
quod cōsequenter adiungit dicēs, Et in Oreb ex-
acerbasti dñm. Vbi certe illi exacerbauerunt qui
propter eadem mala merita sua nō sunt in terram
promissionis inducti. In illo tempore dixit dñs XV
ad me, Excide tibi duas tabulas lapideas quemad Deut. 10
modum priores, & ascēde ad me in mōtē: et facies
tibi arcā ligneā & scribā in tabulis uerba quę erāt
in tabulis prioribus quas contriuisti, & immittes
eas in arcā. Et feci arcā ex lignis imputribilibus, &
excidi duas tabulas lapideas, sicut priores, & ascē
di in montē, & duę tabulę in duabus manib. meis.
Et scripsit in tabulis secundum scripturam prio-
rem

rem decē uerba quæ locutus est dominus ad uos
in mōte è medio ignis:& dedit eas dñs mihi. Non
immerito quęrit̃ quō hęc in Deuteronomio dicā
tur Moyse recolente ac repetēte quæ gesta sunt:
cū in Exodo, ubi primū hęc dicta & facta narrant̃
ita sit scrptū, Et dixit dñs ad Moysen, Scribe tibi
uerba hæc:etenim in uerbis his posui testamentū
Exo.24 tibi & Israel. Et erat ibi Moyses in cōspectu domi
ni quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,
Panē nō māducauit, & aquā non bibit, & scripsit
in tabulis uerba testamēti decē uerba. Cū ergo in
Exodo ipse Moyses in tabulis decem legis uerba
scripsisse narret̃, quō hic in Deuteronomio deus
in tabulis eadē uerba scripsisse recolit̃? Deniq; il-
lud quod in Exodo, cū trāseunter tractaremus, &
quid nobis in ea differētia uisum fuerit literis mā-
daremus, cur priores tabulę quæ cōtritæ sunt, digi
to dei scriptę referant̃: secundas aūt tandiu in arca
tabernaculoq; māsuras, ipse Moyses scripsisse di-
cat̃: ita per hanc differentiā duo testamenta signi-
ficata esse diximus, ut in ueteri testamēto lex com
mēdaret̃ tanquā opus dei, ubi homo nihil fecerit,
eo quod lex timore nō posset impleri: quoniā cū
uere fit opus legis, charitate fit, non timore, quæ
charitas gratia est testamenti noui. Ideo in secūdis
tabulis homo legitur scripsisse uerba dei, quia ho-
mo pōt facere opus legis p charitatē iustitię, quod
nō potest per timorē pœnę. Nunc ergo cū legitur
in Deuteronomio de secūdis tabulis ita dictū, Et
excidi duas tabulas lapideas sicut priores, & ascē-
di in montē & duę tabulę in manibus meis, & scri
psi in tabulis secundū scripturā priorē decem uer
ba, Non em̄ ait, & scripsi, sed scripsit, hoc est, deus
scripsit: sicut paulo ante dixerat uerba dei sibi di-
cta, Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmo
dum priores, & ascende ad me in montē, & facies
tibi arcā ligneā, et scribā in tabulis uerba quę erāt
in tabulis prioribus: discutiēda nascitur quęstio, q
utrasq; tabulas: id est, & priores & secundas deus
hic legitur scripsisse, nō homo. Sed si in ipso quoq;
Exodo uerba dei legant̃, ubi iubet easdē tabulas
secūdas excidi à Moyse, nihil aliud inuenit̃, q ip-
sum deū se easdē promisisse scriptutum. Nam ita
scriptū est, Et dixit dominus ad Moysen, Excide
tibi duas tabulas lapideas sicut & priores, & ascē-
de ad me in montē, & scribā in tabulis uerba quæ
erant in tabulis prioribus quas tu cōtriuisti. Exce
pto itaq; libro Deuteronomij, quæstionem istam
etiā solus liber Exodi continet, quomodo dixerit
deus, Et scribam in tabulis uerba quę erant in ta-
bulis prioribus: cū paulopost legatur, Scribe tibi
uerba hæc: etenim in uerbis his posui testamentū
tibi & Israel. Et erat ibi Moyses in conspectu dñi
quadraginta diebus & quadraginta noctibus: pa
nem nō māducauit et aquā nō bibit, et scripsit in
tabulis uerba testamēti, decē uerba. Si enim supe-
rius quod dictū est, Scribe tibi uerba hæc, etenim
in uerbis his posui testamentū tibi et Israel: ad su-
periora pertinet, quæ deus ita præcipiebat, ut non
in duabus lapideis tabulis scriberent̃, sed in libro
legis ubi multa cōscripta sunt: certe illud quod se-

quitur, Et erat ibi Moyses in cōspectu dñi quadra
A ginta diebus et quadraginta noctibus, panem nō
māducauit et aquam nō bibit, et scripsit in tabulis
uerba testamenti, decem uerba: satis manifestat
eundem Moysen in tabulis hęc decē uerba scrip-
sisse, non deum. Nisi forte uiolenter quidem, sed
certa necessitate compellimur, ubi dictum est, &
scripsit in tabulis uerba testamēti, decē uerba, non
Moysen subaudire sed dominū. Supra enim posi
tum est, Et erat ibi Moyses in conspectu dñi: ut à
dño, in cuius cōspectu erat Moyses quadraginta
diebus et quadraginta noctibus panē non mādu-
cans, & aquā nō bibens, scripta intelligantur hæc
decē uerba in tabulis, sicut ante pmiserat. Quod
si ita est, nō quidem illa differentia duorū testamē
torum quæ nobis uisa est, in his uerbis commēda-
B ri potest, quādo & priores et secūdas tabulas scri-
psit, non homo, sed deus. Veruntamē illa certe di
stantia non habet dubitationem, quod priores ta-
bulas, et deus fecit, et deus scripsit: Non enim tūc
dictū est ad Moysen, Excide tibi duas tabulas: sed
ita potius legitur, Et conuersus Moyses descēdit
de mōte, et duæ tabulæ testimonij in manib. eius:
tabulæ lapideę scriptura ex utraq; parte hinc atq;
hinc erant scriptæ: et tabulæ opus dei erant, et scri
ptura scriptura dei est sculpta in tabulis. Iam enim
superius dixerat easdē tabulas scriptas digito dei,
sic loquēs, Et dedit Moysi statim ut cessauit loqui
ad eū in monte Sina duas tabulas testimonij, tabu
las lapideas scriptas digito dei. Ibi ergo et tabulæ
opus dei erant, et scriptura earū digito dei facta.
C Secūdas autē tabulas ipse Moyses iubet̃ excide-
re: ut ipsæ certo opere humano intelligantur exci
sæ, quamuis eas deus ipse scripserit, sicut promisit
cū iuberet excidi. Porrò autē si diligentius atten-
damus, ideo utrunq; dictum est in secundis tabu-
lis, quia et deus fecit per gratiam suam opus legis
in homine, et homo per fidem suam suscipiēs gra-
tiam dei, pertinēs ad testamētū nouū cooperator
est adiuuantis dei. Ideo autem in primis solū opus
dei cōmemoratur, quia lex spiritalis est et lex san- Rom.7
cta, et mandatū sanctum et bonū et iustum. Ideo
uero nullū opus hominis ibi cōmemoratur, quia
infideles non contēperantur adiutorio gratię, sed
ignorantes dei iustitiam et suam uolentes consti- Rom.10
tuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Vnde illis lex
D ad condemnationē ualet, quod significat cōtritio
tabularū. Profecto nō cogimur uiolēto intellectu
subaudire quod deus scripserit, ubi scriptura di-
cit, Et erat ibi Moyses in conspectu dñi quadra-
ginta diebus et quadraginta noctibus: panem nō
manducauit et aquā nō bibit, et scripsit in tabulis
uerba testamēti. Vbi ualde sonat scripsisse Moy-
sen. Sed ideo superius deus se promisit scripturū,
et in Deuteronomio non solum ita pmisisse, uerū
etiā ipse scripsisse enarratur, ut significet̃ quod ait
Apostolus, Deus enim est qui operat̃ in uobis, & Philip.2
uelle et operari pro bona uoluntate: hoc est, in eis
qui ex fide gratiā suscipiūt, et nō suā iusticiā uolūt
statuere, sed iustitię dei subiecti sunt, ut ipsi sint in
Christo iustitia dei. Nā et illic Apostolus utrunq;

dicit,& deum operari,& ipsos.Nam si non opera
bantur,quomodo eis dicebat,cum timore & tre-
more uestram ipsorũ salutẽ operamini? Operatur
ergo ille,cooperamur nos.Non enim aufert, sed
XVI adiuuat,bonæ uoluntatis arbitrium. In illo tem-
pore distinxit dominus tribum Leui portare arcã
testamẽti domini,assistere coram domino mini-
strare & orare in nomine eius usq; in hũc diẽ.Pro-
pter hoc non est Leuitis pars & sors cum fratrib.
suis,dominus ipse pars eius est, sicut dixi ei. Nisi
per hanc tribum significaretur uniuersum regale
sacerdotiũ,quod ad nouum pertinet testamentũ,
nullo modo ausus esset dicere homo, qui ex eadẽ
Psal.72 tribu non erat, Pars mea dominus.Et in alio Psal-
Psal.15 mo,Dominus pars hereditatis meæ. Quid est
XVII quod præcepit Moyses cõmendans uerba domi-
Deut.11 ni & ait, Scribetis ea super limina domorũ uestra
rum & ianuarum uestrarum, cum hoc secundum
proprietatẽ nemo fecisse Israelitarum cõmemore
tur uel legatur,quia nec quisquã potest, nisi forte
diuidat ea per multas partes domus suæ? An hy-
perbolica commendatio est,sicut multa dicũtur?
XVIII Quærendum quomodo iubeat decimationes
Deut. 12 omniũ fructuum & primitiua pecorũ non mandu
cari,nisi in ciuitate ubi templum erat,cũ eas Leui
XIX tis dari in lege præceperit. Si autem surrexerit
Deut.13 in te Propheta seu somniator somnians, & dede-
rit tibi signũ uel prodigiũ,& uenerit signum siue
prodigiũ quod locutus est ad te dicens,Eamus &
seruiamus dijs alienis quos nescistis, non audietis
uerba Prophetę illius uel somniãtis somniũ illud,
quoniã tẽtat dominus deus uester uos scire,an di-
ligatis dominũ deum uestrũ ex toto corde uestro,
& ex tota anima uestra.Hoc quidã interpretes La
tini nõ ita posuerunt,scire an diligatis,sed ut sciat
an diligatis,quãuis eadem sententia uideat̃. Ve-
runtamẽ illud quod dictum est,scire, facilius ad il
los refertur:ut sic accipiamus,tentat uos scire,ac si
diceret̃,tentãdo uos facit scire. Vbi sanè intelligi
uoluit etiã illa quæ à diuinantibus non secundum
deũ dicuntur,si acciderint quæ dicuntur,non acci
pienda sic ut fiant quæ præcipiuntur ab eis,aut co
lantur quę coluntur ab eis.Nec præter suã potesta
tem deus ostẽdit esse quod ista cõtingũt,sed quasi
quæreretur,cur ea permittat,causam tẽtationis ex
posuit ad cognoscendã eorũ dilectionẽ,utrũ eam
habeant erga deum suum:cognoscẽdam uero ab
ipsis potius quàm ab illo qui scit omnia antequã
XX fiant. Post tres annos produces omnem decimã
Det.14 fructuum tuorum:in illo anno pones illud in ciui
tatib.tuis, & ueniet Leuita, quia non est eis pars
nec sors tecũ, & aduena & pupillus & uidua qui
in ciuitatibus tuis erunt & manducabunt & satu-
rabuntur, ut benedicat te dominus deus tuus in
omnibus operibus tuis quæcunq; feceris. Ex ista
decima non dixit,ut ipse mãducet cũ suis. Ac per
hoc Leuitis & aduenis & pupillis & uiduis eã ius
su impendi. Sed obscure positum est,quia non est
distincta ista decima ab illa quã uoluit cũ Leuitis
in eo loco mãducari,quem dominus elegisset tẽ-
pore suo.Sed in ea interpretatione quæ est ex He

bręo,apertius hoc distinctũ reperimus.Ait enim,
A Anno tertio separabis aliam decimam ex omnib.
quæ nascent̃ tibi eo tempore,& repones inter ia-
nuas tuas,u enietq; Leuites qui aliã nõ habet par-
tem nec possessionẽ tecũ:& peregrinus & pupil-
lus & uidua, qui intra portas tuas sunt, & come-
dẽt et saturabunt̃,ut benedicat tibi dñs deus tuus
in cũctis operibus manuũ tuarum quę feceris. Pri
mo hoc ipsum planius est quod ait,anno tertio:in
telligitur eñ uno anno interposito. In septuagin-
ta aũt,quoniã post tres annos dixit, incertum est
utrũ eos medios esse uoluerit,ut quinto quoq; an
no fieret.Deinde cum ait, Et separabis aliam deci
mam:satis ostẽdit extra esse illam quã uoluit eum
ipsum qui offert mãducare cum suis & Leuitis in
eo loco quem dominus elegisset.Et hanc enim &
B aliam decimã intra ianuas suas eum ponere præ-
cepit,non ad eum locũ eum deferre ubi dominus
se uoluit inuocari. Et ueniet, inquit, Leuites qui
nõ habet partem nec possessionẽ tecũ,& peregri-
nus & pupillus et uidua,q intra portas tuas sunt,
et comedẽt.Hinc certe manifeste uerũ est nõ istã
decimã deũ fieri uoluisse cõmunem ei qui offert,
et his quibus impendenda est:sed illis solis eroga
ri eam iussit qui aliud nõ haberent,in quib.praeci-
pue Leuitẽ posuit.Post septẽ annos facies remis-
sionẽ:Hic certe manifestatur quomodo & supe-
rius dixerit, post tres annos: Non enim et hos se-
ptem annos medios esse uoluit. Vnoquoq; anno
eam fieri pręcepit, tanquã sabbatismum annorũ.
Attende tibi ipsi ne fiat uerbũ occultum in cor- XXI
de tuo iniquitas dicens, Appropiat annus septi- Deut.15
C mus,annus remissionis, et malignet̃ oculus tuus
in fratrẽ tuum egenum,& non tribuas ei:et excla-
mabit aduersum te ad dñm, et erit in te peccatum
magnũ. Magnifice occultũ uerbũ hoc dixit,quo-
niam nemo audet hoc dicere qui potuit cogitare,
ideo nõ esse mutuum dandũ indigenti,quoniã ap
propinquat annus remissionis,cum deus propter
misericordiã utrũq; præceperit,& commodari cũ
quisq; indiget,et remitti anno remissionis. Quo-
modo ergo misericorditer remissurus est illo an-
no quo remittendũ est,si crudeliter cogitat illo tẽ
pore dandũ non esse quo dandum est? Si autem XXII
uenundatus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut
Hebræa,seruiet tibi sex annis,et septimo dimittes
D eum liberum à te.Hos emptos nõ anno remissio-
nis remitti uoluit quem septimum quemq; obser-
uari oportebat ab omnibus,sed anno septimo em
ptionis eius quotocunq; anno illorũ septimus iste
annus occurreret. Omne primogenitum quod XXIII
natũ fuerit in bobus tuis,& in ouibus tuis mascu-
linum sanctificabis domino deo tuo. Quærẽdum
utrum quæ Græce dicunt̃ πρωτότοκα, nec Latine
dici nisi primogenita potuerunt,in his tantũ intel
ligenda sint quæ nascuntur ex matribus: ipsa eñ
proprie pariunt̃ potius q̃ gignunt̃. Parere quip-
pe est τίκτειν, quod est ex fœmina, unde πρωτότο-
κον dicitur,Gignere autem est γεννᾶν, unde pro-
prie Latine primogenitus dicitur.Ex fœminis au
tem dabant̃ primitiua:id est,quæ prima parieban
tur

tur,nõ quæ prima gignebanẽ à uiris,si forte ex ui-
duis quæ iam pepererãt gignerentur. Nõ em̃ ali-
ter essent quæ aperirent uuluam, quod proprium
uoluit esse lex eorũ,quæ primo nata domino deo
debebantur.Si ergo est in his uerbis certa distin-
ctio,non frustra dominus non dicitẽ a patre μονότο-
κος,sed μονογενὴς, id est unigenitus, quod est uni-
cus:à mortuis autem primogenitus quidem Lati-
ne dicitur,quia non potuit Latinum uerbũ ita cõ-
poni secundum loquendi cõsuetudinẽ:Græce au
tem πρωτότοκος dicitur,nõ πρωτογενὴς, tanquã pa
ter genuerit æqualẽ sibi, creatura uero pepererit.
Nã & quod dicitẽ primogenitus omnis creaturæ,
quod ibi πρωτότοκος Græce legitẽ,potest ita intel-
ligi secundum nouam creaturã,de qua dicit Apo
2 Cor.5 stolus,Si qua igitur in Christo noua creatura: ex
qua ille primitiuus est,quia primitus ita resurrexe
rit,ut iam nõ moriatẽ, nec ei mors ultra dominetẽ,
quod nouæ creaturę quę in illo est futurũ promit
titur in fine.Sed ista distinctio nõ temere affirmã-
da,sed in scripturis diligẽtius perscrutãda est. Mo
uet em̃ quẽadmodũ dici potuit in Prouerbijs,Pri
mogenite tibi dico fili:id est,ex cuius psona dictũ
intelligatur:Si em̃ ex dei patris psona ad Christũ
dicitur,cui sentẽtiæ utrũ sequẽtia cõsonent uix est
asserere, eũdẽ dicit primogenitũ quẽ unigenitũ,
quia etiã nos filij dei sumus: Vnigenitũ uero, qm̃
solus ille de substantia patris,& patri ęqualis atq;
coęternus est.Mirũ est autẽ, utrũ inter parere &
gignere euidentissimis documentis sacra scriptu
ra distinguat. Et immolabis Pascha dño deo
XXIIII Deut.16 tuo oues & boues:quid sibi uult hoc quod addi-
dit boues,cũ immolationẽ Paschæ de oue tantũ-
modo cõmẽdauit,quã iussit accipi ex ouib.& hæ
dis,uel ex capris? Quod mystice accipitur ppter
Christũ,cuius ex iustis et peccatorib. est origo car
nalis.Non enim ait ex ouib.aut capris,licet pprie
nõ possent intelligi oues ex capris:sed ne forte Iu
dæi dicerent subaudiendũ caprum si dictum esset
aut ex capris:dictũ est ex ouibus & capris. Quid
ergo hic sibi uolũt boues? An propter alia sacrifi-
cia quæ ipsis diebus azymorũ sunt immolanda?
XXV Quærendum quomodo præceperit obseruari
quod ait,Septem septimanas integras dinumera-
bis tibijpsi inchoare te falcem mittere in messem,
Incipies numerare septẽ septimanas,& facies diẽ
festum septimanarũ domino deo tuo,prout ualet
manus tua quæcunq; dominus tibi dederit, secun
dũ quod benedicet te dominus deus tuus, & epu
laberis ante dominũ deum tuum.Si enim ab uni-
uerso populo lex hęc pentecoste iussa est obserua
ri,nunquid omnes uno die credendũ est falcẽ ius-
sos mittere in messem? Si autẽ sibi quisq; obseruat
istam quinquagesimã dinumerans ab illo die quo
falcem mittit:non una est uniuerso populo,illa ue
ro una est quæ computatẽ ac immolatione Paschę
XXVI usq; in diem datæ legis in Sina. Si aũt intraueris
Deut.17 in terram quã dominus deus tuus dat tibi in sor-
te,& hæreditaueris eam & habitaueris in ea & di
ces,constituam super me principes sicut & cęterę
gentes quæ circa me sunt,constituendo cõstitues
super te principem quẽ elegerit dominus deus tu
A us ipsum.Ex fratribus tuis cõstitues super te prin-
cipem:nõ poteris cõstituere super te hominẽ alie
num,qui non est frater tuus.Quęri potest cur dis-
plicuerit populus deo quãdo regẽ desiderauit,cũ
hic inueniatẽ esse permissus.Sed magis hic intelli-
gendum est merito nõ fuisse secundũ uoluntatem
dei,quia hoc fieri non præcepit,sed desiderãtibus
permisit.Veruntamẽ præcepit, ne fieret alienus,
sed frater:id est,ex eodem populo indigena, non
alienigena.Quod autẽ ait,Nõ poteris:intelligen-
dum est,non debebis. De rege cum loqueretur XXVII
ait,Non multiplicabit sibi uxores, ut nõ discedat
cor eius,& argentum & aurum nõ multiplicabit
sibi ualde. Vnde quæritur,utrum Dauid contra
hoc præceptũ non fecerit. Non enim unã habuit
B uxorẽ.Nam de Salomone manifestum est, quod
transgressus fuerit hoc præceptum, & in fœminis,
& in auro & argẽto.Sed hinc potius intelligitẽ per
missum fuisse regibus, ut plures haberẽt q̃ unam,
multiplicari enim prohibiti sunt.Quę prohibitio
non haberet transgressionẽ si paucæ fuerint, sicut
Dauid fuerunt:non autẽ multæ, sicut Salomoni.
Quãuis cum addidit,ut nõ discedat cor eius: hoc
magis uideẽ pręcepisse ne multiplicando perueni
at ad alienas fœminas:per quas factum est in Sa- 3 reg.11
lomone ut discederet cor eius à deo. Multiplica-
tio tamẽ generaliter ita phibita est,ut etiã si ex He
bræis solis eas multiplicasset, contra hoc præcep-
tum fecisse merito argui posset. Si autẽ superue- XXVIII
nerit Leuites ex una ciuitatũ tuarum ex omnib.fi Deut.18
C lijs Israel ubi ipse incolit,secũdũ quod cupit anima
eius in locum quẽ elegerit dominus:id est, si desi-
derauerit ire ad locum ubi dominus inuocatur: et
ministrabit nomini domini dei sui sicut om̃es fra-
tres eius Leuitæ qui astant ibi coram domino:par
tem partitam edet præter uenditionem quæ est se
cundũ familiam. Quam dicat uenditionẽ: obscu-
rum est,Nisi forte quia decimationes & primoge
nita præcepit uẽdi ab eis qui in longinquo habita
rẽt,ne multa cogerenẽ portare ad locũ inuocatio
nis dñi,uel pecora ducere,ut illic ab eis denuo e-
merenẽ ex eodẽ pretio.Et iusserat habere ibi par-
tem Leuitã qui maneret in ea ciuitate.unde illi de
cimationes & primogenita debebanẽ.Et ideo di
xit secundũ familiã hoc deberi Leuitæ, quoniam
D ex successione qua succediẽ parentibus hoc circa
eum seruari oportet quod parẽtibus exhibitũ est.
Quoniam portentorũ inspectores phibet esse XXIX
in populo dei:quęrendũ est quomodo ista portẽ-
ta quæ inspici phibenẽ, discernantur ab eis quę di
uinitus ita dantur,ut qd significent dici debeat:si-
cut omnia miracula quæ in scripturis reperiuntur
significantia quod pertineat ad regulã fidei.Sicut Iudic.6
dicimus quid significauerit uellus in area cõplu-
ta siccũ,uel in sicca area cõplutum: aut uirga Aa- Num.17
ron quę floruit & nuces attulit, & cętera huiusmo
di.Sicut aũt discernunẽ diuinationes quas conse-
quenter phibet à prædictionibus uel annũciatio-
nib.Prophetarũ,sic illæ inspectiones prodigiorũ
à significationibus diuinorũ miraculorum discer

m 2 nendæ

XXX nendæ ſunt. Quoniã dominus deus ueſter qui
Deut. 20 præcedet uobiſcum, ſimul debellabit uobiſcũ ini-
micos ueſtros, & ſaluos faciet uos. Ecce quemad-
modum & in ſpiritalibus conflictibus ſperãdum
& petendũ eſt adiutoriũ dei, nõ ut nos nihil facia-
mus, ſed ut adiuti coopemur. Sic enim ait, debel-
labit uobiſcũ: ut & ipſos acturos quod agendũ eſ-
XXXI ſet oſtenderet. Et loquenẽ Scribæ ad populũ di-
cẽtes, Quis eſt homo qui edificauit domũ nouam
& non dedicauit eam, uadat & reuertaẽ in domũ
ſuam ne moriaẽ in bello, & homo alius dedicet e-
am. Et quis eſt homo qui paſtinauit uineã, & non
eſt epulatus ex ea, uadat & reuertatur in domũ ne
moriatur in bello, & homo alius epuleẽ ex ea. Et
quis eſt homo qui ſponſauit uxorem & non acce-
pit eam, uadat & redeat in domũ ſuam ne moria-
tur in bello, & homo alius accipiat eam. Poſſunt
mouere iſta, quaſi meliore cõditione morianẽ in
bello qui iam dedicauerũt ædificia ſua, iamq; epu
lati ſunt de nouellis, iamq; duxerunt ſponſas ſuas,
q̃ ij qui nondũ. Sed quoniã his rebus tenetur hu-
manus affectus, & magni ęſtimantur hęc ab homi
nibus: intelligendũ eſt ad hoc iſta dici in bellũ ꝓ-
cedentibus, ut quiſquis animo his tenetur, appa-
reat cum reuertitur, ne propter hoc minus fortiter
agat, dum timet ne ante moriatur q̃ domũ dedi-
cauerit, aut de nouella ſua biberit, aut ſpõſam ſuã
duxerit. Nam utiq; quantũ ad fœminam pertinet,
melius alteri nubet intacta q̃ uidua. Sed hęc ut di
xi inſtituta ſunt propter uirorum animos explo-
XXXII randos. Nõ erunt uaſa uiri ſuper mulierẽ. Vaſa
bellica uult intelligi: id eſt, arma. Nam quidam e-
XXXIII nĩam hoc interpretati ſunt. Si autem quis acce-
Deut. 21 perit uxorem & habitauerit cũ ea, & oderit eam,
& imponat ei occaſionis uerba, & detulerit ei no-
men malignum & dixerit: mulierem hanc accepi,
& accedens ad eam non inueni eius uirginali. : &
accipiens pater puellæ & mater producent uirgi-
nalia puellæ ſenioribus dicens: filiam meam hanc
dedi homini huic uxorẽ, & odio habẽs eam, ipſe
nunc imponit ei occaſionis uerba dicẽs, Non in-
ueni filiæ tuæ uirginalia, & ecce uirginalia filiæ
meæ. Et replicabunt pallium coram ſenioribus ci
uitatis illius: & accipiẽt ſenes ciuitatis hominẽ il-
lum, & caſtigabunt eum & damnificabũt eũ cen-
tum ſiclis, & dabunt patri adoleſcẽtulæ, quia ꝓtu
lit nomen malũ ſuper uirginẽ Iſraelitem: & ipſius
erit uxor, nõ poterit dimittere eam perpetuo tem
pore. Si aũt uerum factũ ſit hoc uerbum, & nõ in-
ueniantur uirginalia puellæ, & producent adole-
ſcentulam ad ianuam domus patris ipſius, & lapi-
dabunt eam uiri ciuitatis eius in lapidibus: & mo
rieẽ, quoniã fecit impudentiam in filijs Iſrael pro-
ſtituere domum patris ſui: & auferes malignũ ex
uobiſipſis. Satis hinc apparet, quemadmodũ ſub-
ditas fœminas uiris, & penè famulas lex eſſe uo-
luerit uxores: quod dicẽs aduerſus uxorẽ uir teſti-
monium unde lapidaretur illa, ſi hoc uerũ demon
ſtrareẽ, ipſe tamẽ nõ uiciſſim lapidaretur ſi hoc fal
ſum eſſe cõſtiterit: ſed tantummodo caſtigatur &
dãnificatur, eiq; perpetuo iubetur adhærere qua
carere uoluerat. In alijs aũt cauſis, eum qui teſtimo
A nio falſo cuiquam nocuerit, qđ ſi probaretur, iuſ-
ſit occidi: eademq; pœna plecti iubet, qua fuerat,
ſi uerũ eſſet, iſte plectendus. Si autem inuenerit XXXIIII
aliquis puellam uirginem quæ ſponſata nõ eſt, & Deut. 22
uim faciẽs ei dormierit cum ea & inuentus fuerit,
dabit homo qui dormiuit cũ ea patri puellæ quin
quaginta didrachmata argẽti, & ipſius erit uxor,
quia humiliauit eam, & nõ poterit dimittere eam
per omne tẽpus. Merito quæritur, utrũ iſta pœna
ſit ut nõ eam poſſit dimittere per omne tempus,
quã inordinate atq; illicite uiolauit. Si eñ ad hoc
intelligere uoluerimus eam nõ poſſe, id eſt nõ de
bere dimitti per om̃e tẽpus, quia uxor effecta eſt,
occurrit illud quod ꝓmiſit Moyſes dare libellũ re Deut. 24
pudij & dimittere. In his aũtẽ qui illicite uitiãt no
B luit licere, ne ad ludibrium feciſſe uideatur, & po-
tius finxiſſe quod eam uxorẽ duxerit quàm uere
placitoq; duxiſſe. Hoc & de illa iuſſum eſt cui uir
fuerat calumniatus de uirginalibus non inuentis.
Non intrabit Ammonites & Moabites in Ec- XXXV
cleſiã domini, & uſq; ad decimam generationem Deut. 23
nõ intrabit in Eccleſiã domini & uſq; in æternũ.
Quæſtio eſt, quomodo intrauerit Ruth quę Moa Ruth. 1
bitis fuerit, de qua etiam caro domini originẽ du- Mat. 1
cit. Niſi forte iſtã myſtice prophetauerit intratu-
rã, quod ait uſq; ad decimã generationem. Cõpu-
tantur enim generationes ex Abraham quando
fuit & Loth qui genuit Moabitas & Ammonitas Gen. 19
ex filiabus, & inueniuntur cũ ipſo Abrahã cõpleri
decem generationes uſq; ad Salmon, qui genuit
Booz, qui maritus ſecũdus fuit Ruth. Sũt eñ iſtę, Ruth. 4
C Abraham, Iſaac, Iacob, Iudas, Phares, Eſrom, Arã,
Aminadab, Naaſon, Salmon: Salmon quippe ge
nuit Booz, qui uiduã duxit Ruth, ac per hoc uide
tur poſt decimam generationẽ genus feciſſe in Ec
cleſiã domini pariẽdo filios ipſi Booz. Sed cur ad
ditũ ſit, & uſq; in æternum: merito adhuc quæriẽ.
An quia deinceps nulla anima de Ammonitis &
Moabitis intrabit in illã Eccleſiã populi Hebræo
rum, poſteaquã iſta generatione decima ꝓphetia
cõpleta eſt? An potius ita dictũ eſt, & uſq; ad de-
cimam generationẽ, ut omnino ſemꝑ intelligi uo
luerit per denarij numeri quandam uniuerſitatẽ,
ut hoc expoſuerit quodãmodo addendo & dicẽ-
do, & uſq; in æternũ? Quod ſi ita eſt, Ruth contra
præceptũ uetitũ uidetur admiſſa. An Ammonitas
prohibuit admitti, non Ammonitidas: id eſt, uiros
D nõ fœminas: maxime quia cum euertiſſent Iſraeli
tæ ipſam gẽtem, omnes uiros occidere iuſſi ſunt,
fœminas autẽ non, niſi eas quę nouerant cõcubi-
tum uiri: quoniã in fornicationẽ deduxerant po-
pulum: uirgines autẽ ſaluas eſſe uoluerunt, nõ eis
imputãtes culpam qua euerti illa gẽs meruit: quã
etiam hic cõmemorauit, uelut quęrereẽ cur Moa
bitas & Ammonitas admitti noluerit in Eccleſiã
domini: ſubiunxit enim, eo quod non occurrerint
uobis cũ panib. & aqua in uia cũ exiretis de Aegy
pto, & quia cõduxerũt aduerſum te Balaã filiũ Be
or de Meſopotomia ut malediceret te. Has culpas
nec tũc quãdo illa gens debellata eſt, fœminis im
putauerunt

putauerunt, quas saluas conseruare maluerunt.
XXXVI Nõ tradas puerum domino suo, qui appositus
est tibi à domino suo, Non intelliges quod domi-
nus eius eũ apposuerit, id est cõmendauerit: po-
tius enim depositũ diceret: sed appositũ dixit à do
mino suo: id est, huic adiunctũ, cum ab illo absces-
sisset. Nõ ergo suscipi, sed reddi potius prohibuit
fugitiuos. Hoc quidẽ putari potest, nisi intelliga-
mus gẽti & populo ista dici, nõ uni homini: sed ex
alia gẽte refugientẽ ad istã gentẽ cui loquebatur
hominẽ à domino suo, id est a rege suo, reddi pro-
hibuit. Quod etiã alienigena seruauit Achis rex
Geth, quãdo ad eũ refugit Dauid à facie domini
sui, hoc est, regis Saul. Apertissime aũt hoc expla-
nat, cũ dicit de ipso refuga, in uobis habitabit in
XXXVII omni loco ubi placuerit ei. Non erit meretrix à
filiabus Israel, & nõ erit fornicans à filijs Israel. Ec B
ce ubi manifeste ꝓhibuit fornicari & uiros & fœ-
minas etiam cum non alienis coniugibus: pecca-
tum esse demonstrans misceri nõ cõiugibus suis,
quando & meretrices esse, & ad meretrices acce-
dere ꝓhibet, quarũ publice uenalis est turpitudo.
In decalogo aũt mœchię nomine non uidet̃ hoc
aperte prohibuisse, quoniã mœchia non nisi adul
terium intelligi solet. Vnde quid nobis uidere-
XXXVIII tur ibi tractauimus. Non offeres mercedem me
retricis, neq; commutationẽ canis in domũ domi
ni dei tui ad omne uotum, quoniam abominatio
domino deo tuo est & utrunq;. Quod ita intelligi
tur quoniam abominatio domino deo tuo est, &
hoc non unum horum, sed utrunq;. De cane quip
pe uetat fieri commutationẽ primogenitorũ, quã C
iubet fieri de alijs immundis animalibus: id est, e-
quis & asinis, & si quid est eorum quæ adiuuãt ho
minẽ, & Latine à iuuãdo iumẽta dicunt̃, De cane
aũt noluit & de porco. Et quare noluerit, requi-
rendum est, Et si de omnibus talibus uoluit, qua-
re solum canẽ isto loco exceptũ fecerit. De merce
de autẽ meretricis ut diceret, uidetur ea esse cau-
sa, quia superius prohibuerat esse meretricem de
filiabus Israel, aut quẽquam filiorum Israel uti me-
retrice: & ne surreperet cogitationi, expiari posse
hoc peccatũ si aliquid inde offerret̃ in templũ, di-
XXXIX cendum fuit quod sit abominatio domino. Mo-
Deut. 24 riet̃ fur ille: id est, homo qui furatus est hominẽ, &
auferetis malignũ ex uobis ipsis. Assidue hoc di-
cit scriptura, cũ iubet occidi malos. Qua locutio- D
1 Cor. 15 ne usus est etiã Apostolus cũ diceret, Quid enim
mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs q
intus sunt uos iudicatis? Auferte malũ ex uobisi-
psis. Nam Græcus habet τὸν πονηρόν, quod etiã his
scriptum est. Hoc autẽ potius malignum solet in-
terpretari, quàm malum. Nec ait τὸ πονηρόν: id est,
hoc malignum, sed τὸν πονηρὸν quod est hunc ma-
lignũ. Ex quo apparet eum uoluisse intelligi, qui
aliquid tale commisit ut excõmunicatione sit di-
gnus, Hoc enim nũc agit in Ecclesia excõmunica
tio, quod agebat tũc interfectio. Quãuis & aliter
illud Apostolicũ possit intelligi, ut unusquisq; ma
lum uel malignum ex seipso sit iussus auferre. Qui
sensus acceptabilior esset. si hoc malũ, uel hoc ma
lignũ, non autẽ hunc malignũ in Græco inuenire
A tur. Nunc uero credibilius est de homine dictum
quàm de uitio. Quanquã possit eleganter intelli-
gi etiam homo auferre à se malum hominẽ, quem
admodum dictum est, Exuite uos ueterem homi-
nem. Quod exponens ait, Qui furabatur, iam nõ Eph. 4
furetur. Secundum legem omnẽ quam iuraue- XL
rint uobis sacerdotes Leuitæ. Hic apparet omnẽ
sacerdotem Leuitam fuisse: quamuis non omnis
Leuites sacerdos fuerit. Si debitũ fuerit in pro- XLI
ximo tuo, debitum quodcunq; non intrabis in do
mum eius pignerare pignus: foris stabis, & homo
apud quem debitũ tuum est proferet tibi pignus
foras. Si autẽ homo eget, non dormies in pigno
re eius, redditione reddes ei uestimentũ suum cir-
ca occasum solis, & dormiet in uestimento suo, &
B benedicet te, & tibi erit misericordia corã domi-
no deo tuo. Non immerito uidetur ad opus mise-
ricordiæ pertinere, ut non intret pignerator in do
mum, ne fiat perturbatio debitori: sed ex hoc etiã
ipsum debitorẽ admonet pignus foras proferre
creditori. Quod uero iubet egenti pignus eodem
die restitui, ut in eo dormiat qui nõ habet ubi dor
miat: merito monet, ut requiratur cur non potius
creditori pręcepit ut non auferat pignus quod eo
dem die oportet ut restituat. Quod si ad compel-
lendum debitorẽ fieri uoluerit, quõ se urgeat ad
reddẽdũ cum sciat pignus eodẽ die se recepturũ?
An forte hoc fieri uoluerit propter memoriam ne
obliuiscat̃ reddere, & tũc nõ reddat si uere nõ ha-
buerit: maxime q̃a creditoris sui misericordia uin
C citur, cui esse nõ debet ingratus si pignus recepe-
rit in quo dormiat: simul & creditor cũ ille nõ red
diderit, debet eum credere nõ habere, quia hac e-
tiam indiget misericordia ut pignus ei ꝓpterea re
stituat̃, quod aliud nõ habet ubi dormiat? Non XLII
morient̃ patres pro filijs, & filij non morient̃ pro
patribus: unusquisq; in suo peccato morietur. Ec-
ce non solum Prophetæ hoc dixerunt, uerum etiã Esa. 8
lex dicit, sua culpa quenq; interimendum, nõ au-
tem patris sui, aut filij sui. Quid est ergo quod ali-
bi dicitur, deus reddens peccata patrum in filios Exod. 20
in tertiam & quartã progeniem? An de filijs non-
dum natis illud intelligitur propter originale pec
catum, quod etiam ex Adam traxit genus huma-
num: hic autẽ de filijs iam natis est facta distinctio
D ut unusquisq; in suo peccato moriatur? Nõ enim
trahit aliquid ex patre qui iam natus erat quando
pater eius peccauit. Sed cum etiã ibi dicit, ijs qui
oderunt me: manifestum est etiam illam oditionẽ
posse mutari, si filij parentum suorum facta nõ fue
rint imitati. Nam & illud ex Adam temporaliter
redditur, quia omnes propter hoc moriuntur: nõ
autẽ in æternum eis qui fuerint per gratiam spiri-
taliter regenerati in eaq; permanserint usq; in fi-
nem. Quãuis & illud merito quæri possit, si red-
duntur peccata patrum in filios qui oderunt deũ,
cur in tertiam & quartam generationẽ, uelut præ
termissa prima & secunda, uel non etiam in cæte-
ras permanente impietate & imitatione malorũ
parentum. An per hunc numerum quoniam se-

ptenarius intelligitur, uniuersitatẽ significare uoluit, & ideo nõ ipsum potius septenariũ posuit, ut A
diceret in septimã generationẽ? Ac sic omnis intelligeretur, quia causam perfectiõis huius numeri, hoc modo potius intimauit. Ideo nãq; perhibetur perfectus, quia ex his duobus cõstat, ternario scilicet primo impari toto, & quaternario primo pari toto. Vnde esse & illud Propheticum existimo, quod assidue repetiť, In tribus & quatuor impietatibus nõ aduersabor: per quod uoluit impietates uniuersas potius, q̃ tres uel quatuor intelli-
XLIII gi. Nõ declinabis iudiciũ aduenæ & orphani & uiduæ, Nõ pignerabis uestem uiduę. Cur non ait, Et nõ pignerabis uestimentũ eorũ? Quæ eñ causa est, ut trium istorum iudicium declinare uetuerit, pignus aũt auferri uestimentũ solius uiduæ, nõ
& illorũ: nisi quia iudicia omniũ facienda propter B
ea commendauit, quia nõ habent à quibus defendanť: siue aduena, quia in terra aliena est: siue orphanus: id est, pupillus, quia parentib. caret: siue uidua: quia maritum non habet. Pignus uero cum prohibet uestimentũ auferre uiduæ, puto quod satis eleganter admoneat, eas uere dicendas esse uiduas, quæ etiam pauperes sunt. Id eñ & Apostolus
1 Timot. 5 lus euidenter ostendit, ubi ait, Si qua autem uidua filios & nepotes habet, discat primũ domũ suam pie tractare, & mutuam uicem parentibus reddere: hoc enim acceptũ est coram domino. Quæ autem uere uidua est, & desolata, sperabit in dominũ, & persistet in orationib. nocte & die. Hãc uere uiduã dixit, quæ nõ habet à quib. sustẽteť: quia
non solum uiro, sed etiã posteris atq; omni ope de C
stituta est: diuitem quippe nõ diceret desolatam. Pauperi itaq; pignus non est auferendũ uestimentum: nam & hoc ipso quod uestimentũ prohibet auferri, pauperẽ ostendit. Neq; enim creditor nõ potius auferret argentum, uel si quid aliud, quàm uestimẽtũ. Porrò si occurrerit animo, quid si multa habeat uestimẽta non necessaria, sed superflua, quomodo intelligiť uere uidua? Hoc est non solũ desolata: uerumetiã quæ in delitijs agit, quam subiecit dicens, Quæ autẽ in delitijs agit, uiuens mortua est. Et hanc quippe opposuit, tanquam econtrario uerę uiduæ, tanquã talis non sit uera uidua. Quæcũq; autem diuites alias nuptias experiri noluerunt, continentia in eis laudatur, nõ desolatio
commẽdatur. Hæ quippe maritis tantũ uiduatæ D
XLIIII sunt, non alijs rebus. Quod admouet ut in messe oblitũ manipulum nemo colligat, & oliuã uel uuam relictam nemo repetat diligẽtius neglecta colligere, & dicit egentibus dimittenda. Occurrit forsitan cogitationi, Quid si hæc quę ab agrorum dominis dimittunť, non egentes, sed improbi colligant? Sed considerandũ primo illum misericordiam facere, qui hoc animo dimittit, ut egẽtes habeant quod dimittiť. Deinde cũ hæc populo pręcipiũtur, simul etiam admonentur ij qui non indigent ista nõ quærere. Quod si uero quęsierint, q̃d aliud quàm res alienas, & quod grauius est, pauperum inuadere iudicandi sunt? Vtriq; ergo commonenť his præceptis, & quorum agri sunt, ut misericorditer ea relinquãt: & qui indigẽtes nõ sunt, ut inde se abstineãt: quando utrunq; dicit, & à quibus dimittenda sunt, & quibus dimittenda sunt.

Si autem fuerit altercatio inter homines, & ac- XLV
cesserint ad iudicium, & iudicauerint & iustificauerint iustũ. Iudices intelligendi sunt iudicare, nõ Deut. 25
illi qui dicti sunt altercationem habere. Deinde sequitur, Et reprehẽderit impium, & erit si dignus fuerit plagis, qui impie agit: cõstituent eum in cõspectu iudicum, & flagellabunt eum ante se secũdum impietatẽ eius: numero quadraginta flagellabunt eum, & non apponent. Si aũt apposuerint flagellare eum super has plagas plures, deturpabitur frater tuus corã te ualde. Aduertendũ est, cum ea peccata plagis emẽdanda pręcepit, quæ digna nõ sunt mortis supplicio uindicari, & hoc tã pau-
B cis plagis: eum tamen qui cæditur, appellauit impiũ uel impie agentẽ, ut nouerimus, nõ sicut plurimi loquũtur, locutas esse scripturas: quas incuriosius legimus, cum putamus adulteriũ nõ esse impietatẽ, quia in hominẽ uidetur peccasse qui hoc fecerit, cum illud peccatũ morte plecti iubeat lex: & his peccatis grauiores esse diximus impietates cũ sint earũ quædam quę per flagella plagis quadraginta puniuntur. Est itaq; leuis impietas, quæ uerbere digna est: & est grauior quæ morte digna est: ita etiã illa peccata quæ non in deum, sed in hominem uidenť admitti, sunt morte digna: quædã sunt alia correptiõe, seu uerbere, seu pœna faciliore. Ita eñ locutos esse septuaginta interpretes cõstat, ut etiam illius, qui plagis dignus est, impieta-
C tem uocauerint. Si autem habuerint fratres in
unum, & mortuus fuerit unus ex eis, semẽ autem XLVI
nõ fuerit ei, uxor defuncti fratris non alteri nubet appropiãti, Frater uiri eius intrabit ad eã, & accipiet eã sibi uxorẽ, & cohabitabit ei. Et erit infans quicũq; natus fuerit, cõstituetur ex defuncti nomine, & nõ delebitur nomen eius ex Israel. Videtur hoc pręcepisse lex de fratris uxore ducenda, non ob aliud, nisi ut semen suscitet fratri, qui sine liberis defunctus est. Quod autẽ ait, Constituetur ex defuncti nomine, & non delebiť nomẽ eius ex Israel: id est, nomen defuncti: ex hoc uideť dictum, ut ille qui nasciť, hoc nomine appelleť quo appellabať defunctus, cui quodãmodo propagať. Vnde nobis uisum est magis secundũ adoptionis mo-
D rem, soluere in Euangelio quæstionẽ de duob. pa-
tribus Ioseph: quorũ unum cõmemorat Matthę- Matt. 1
us, eũ scilicet qui genuit Ioseph, alterũ Lucas, cu- Luc. 3
ius filius erat Ioseph: quoniam nullius eorũ nomẽ Ioseph accepit: nisi forte hoc dictũ est, Constitueť ex defuncti nomine: nõ ut eius nomẽ accipiat, sed ut ex eius nomine, id est, tanquã filius, nõ eius cuius semine est genitus, sed illius defuncti, cui semẽ suscitatũ est, hæres constituatur. Quod eñ additũ est, Et non delebiť nomen eius ex Israel: potest ita intelligi: nõ quod nomẽ eius puer cõsequẽter accipiat, sed quod ille non sine posteritate mortuus esse uidebiť: & ideo permanet eius nomẽ, hoc est memoria. Neq; enim etiam si ipse filiũ genuisset, nomen suum ei fuerat impositurus, ut nomẽ eius

non

non deleretur ex Israel: sed ex hoc utiq; nō delere-
tur, quia non sine liberis ex hac uita emigraret: & A
hoc iubeť in eius uxore frater eius implere, quod
ille nō potuit. Nā & si frater nō fuisset: & propin-
quus ducebat uxorem eius qui sine filijs mortuus
esset, ad suscitādū semē fratri suo: sicut fecit Booz
Ruth.4 ducēdo Ruth, ut semē excitaret propinquo suo,
cuius fuerat illa uxor, nec de illo pepererat: & ta-
men qui de illa natus est, ex nomine quidē defun-
cti cōstitutus est, quia filius eius est dictus: atq; ita
factum est ut nomē defuncti nō deleret ex Israel,
Quæstio de duobus patribus Ioseph nec tamen eius nomine appellatus est. Quę cū ita
sint, abundātius duob. modis solui potest Euāgeli-
ca quæstio, ut unus eorū quos diuersos cōmemo-
rāt Matthęus & Lucas, ita fuerit ꝓpinquus alteri
ad ducendā eius uxorē, ut alios etiā sursum uersus
parētes atq; maiores iste, alios ille habere potue- B
rit. Nam si fratrū filij fuissent, unū habuissent auū:
quod non ita est: nam secundū Matthæū Mathan
est auus Ioseph, secundū Lucā uero non Mathan,
sed Mathath. Quòd si quisquā putet esse tantam
similitudinē nominis, ut ab scriptoribus in una li-
tera errarū sit, ut fieret tam parua & penè nulla di-
uersitas, quid de istorū patribus dicturus est? Nā
secundū Lucam Mathath filius fuit Leui: secun-
dum Matthæū autē Mathan ex Eleazar genitus
inuenitur: atq; ita inde sursum uersus diuersi sunt
patres & aui: & deinde maiores usq; Zorobabel,
qui ferè est uigesimus sursum uersus ab Ioseph a-
pud Lucam, apud Matthæū aūt undecimus. Qui
propterea ideo ipse esse creditur, quia pater eius
apud utrunq; Euangelistam Salathiel inuenitur: C
quāuis fieri potuerit, ut alius fuerit eodē nomine,
habens eiusdē nominis patrē, cuius & ille habuit.
Nam & inde sursum uersus diuersi sunt: illū quip-
pe habet Zorobabel auū apud Lucā, qui est Ne-
ri: alium apud Matthæum, qui est Iechonias: atq;
inde superius nusquā est consonantia, quousq; ue-
niatur ad Dauid, apud Matthæum per Salomo-
nem, apud Lucā per Nathan. Difficillimū autem
uidetur non fuisse aliquem propinquiorē qui du-
ceret uxorem fratris sui, quam eum qui ex Dauid
esset cōsanguineus tam longinquo gradu, nō ali-
qua infra propinquitate cōiunctus, cum sit apud
Lucā Dauid pene quadragesimus à Ioseph, apud
Matthæū aūt ferè uigesimusseptimus. Aut si pro-
pinqui ad uxores defunctorū ducendas etiam illi
quærebantur, qui ex fœminarū sanguine propin-
quabāt, fieri potuit ut esset aliquis ita ꝓpinquās,
qui Ioseph genuerit de uxore ꝓpinqui sui, qui si-
ne liberis discessit: ac si ei esset alter ex natura pa-
ter, alter ex lege: in quorū patribus & auis & dein
de maioribus ideo nulla propinquitas appareret,
quòd nō ex maribus, sed ex fœminis propinqua-
rent. Veruntamen si ita esset, ut Dauid aliquando
unus pater occurreret: aut si quisquā potuisse con
2. Retract. cap.55 tendat, ubi ponimus q; consuetudo scripturę non
est fœminas in genealogia pro maritis ponere, si-
cut eas nullus Euangelista interposuit. Vbi enim
cōmemorantur matres, nō ponunē nisi cum patri
bus: ac per hoc aut ita propinquior defuit ad uxo

rem defuncti sibi copulandam, ut origo cognatio
nis à Dauid repeteretur: aut adoptio fecit alterum
patrē, quem posset habere Ioseph. Quid est q; XLVII
inter illa quæ iuber dicere hominē, qui in dandis
decimis, & quæcunq; dare uel impendere iussus
est omnia mandata compleuit, etiā hoc cum lau-
de & cōmendatione sui dicere iubeť. Nō dedi ex
eis mortuo. An per hoc prohibet parentalia, quæ
obseruare gentes solent? Nō præteribis ab om XLVIII
nibus uerbis quæ ego mando tibi hodie, in dexte
ra aut sinistra ire post deos alienos seruire illis.
Quæri potest quomō possit intelligi ire in dexte-
ra, qui post deos alienos ierit seruire illis, cū dex-
tera in laude ponatur, illud autem nunquā lauda
biliter fieri possit: nā & quod reprehēditur in uia
uitæ, quæ declinat in dextera, nō ibi ea reprehen-
duntur quæ dextera sunt, sed ille qui declinat in
ea: id est, qui sibi arrogat quæ dei sunt. Ideo diciť
in Prouerbijs: Nō declines in dextera aut in sini- Prou.4
stra. Vias enim quę à dextris sunt nouit dominus:
peruersæ aūt sunt quæ à sinistris. Ergo bonæ sunt
dexteræ quas nouit dominus. Nouit enim domi- Psal.1
nus uias iustorū: sicut in Psalmo legiť. Cur ergo di
ctum sit: Ne declines in dextera: cōsequēter osten
dit addendo: Ipse enim rectos faciet cursus tuos.
Absit aūt ut dexteras quas nouit dominus, nege-
mus esse rectas, sed ut dixi, declinare in eas, est nō
illius gratiæ, sed sibi tribuere uelle quod rectū est.
Deinde, ut dixi, adiungit & dicit, Ipse enim faciet
rectos cursus tuos, & omīa itinera tua in pace pro
ducet. Quapropter hoc quod isto loco Deutero-
nomij, de quo agimus dictū est, Nō præteribis ab
omnib. uerbis quæ ego mādo tibi hodie, in dexte
ra aut in sinistra ire post deos alienos seruire illis:
non ideo dictū est, quia dij alij possunt etiā in dex
tera accipi: sed aut terrena loca significata sunt, qa
& in dextera & in sinistra habebant gentes alios
deos colentes: aut hoc de dijs alienis separatim
pronunciandum est, ut duo sint sensus: unus uide
licet, Non præteribis ab omnib. uerbis quæ ego
mādo tibi hodie dextera aut sinistra, secundū illū
scilicet intellectū quem supra exposui: alius autē
sit sensus, ire post deos alienos seruire illis: ut &
hic subaudiat, Nō præteribis ab omnibus uerbis
quæ ego mādo tibi hodie. Quem totum sensum si
dicere uelimus, superiora uerba, quæ utriq; sensui D
sunt cōmunia, repetituri sumus: ut quomodo illic
diciť, Non præteribis ab omnib. quæ ego mando
tibi hodie, ire post deos alienos seruire illis. Præ-
tereundo enī à uerbis quæ mandata sunt, etiā hoc
fit ut eatur post deos alienos: Nō enim hoc solum
mandatū est, aut hoc solū præteriri deus non uult
quod mādauit, ne post deos alienos eatur, sed om
nia quæ mandauit. Hoc tamen ita præcipue, ut
post generalitatē pręcepti, quo admonuit nō esse
prætereundum ab omnibus uerbis mandatorum
suorum, etiam hoc seorsum cōmendare uoluerit.
Potest hoc quod ait, dextera aut sinistra, etiam sic
intelligi, ut nec eorum causa, quæ propter felicita
tem appetunē, nec eorū quæ propter infelicitatē
fugiūtur, ire mādauerit post deos alios: id est, nec

pro ijs quæ amanť, nec contra ea quę odio haben
tur a dijs alijs auxilium esse poscedum. Aut certe
illo modo, uelut cõsulantur, quò prosint, uel pla-
centur, ne noceant. Nam & de quibusdã scriptum
Psal.143 est in Psalmo, Quorum os locutum uanitatem, &
dextera eorũ dextera iniquitatis: ideo quia his re-
bus opinatur fieri hominẽ beatũ, quas & boni &
mali possunt habere. Et ideo dextera est iniquita-
tis, quia iniqui sunt qui eam dexterã putant. Non
enim est re uera dextera, sed dextera est eorũ, quo
rum os locutum est uanitatem. Beatum dixerunt
populum cui hæc sunt, cum potius, sicut mox ad-
iungit & docet, Beatus populus cuius dñs deus
ipsius. Hæc est uera dextera æquitatis, non iniqui
tatis. Nõ est ergo eundum post deos alienos, neq;
in dexteram, ut existimet homo ex ipsis se fieri bea-
tum: neq; in sinistram, ut existimãdo ipsis aduersan-
tibus se fieri miserum, ad hoc eos colat ut auertat.
Aut certe si dextera intelligamus æterna, sinistra
uerò temporalia bona: nec propter illa, nec ꝓpter
ista eos colendos sancta scriptura hoc loco admo
XLIX nuisse credať. Hæc uerba testamẽti quod man-
Deut.29 dauit dominus Moysi statuere filijs Israel in terra
Moab, præter testamentũ quod testatus est eis in
Oreb. ostendit unde appellatus sit liber Deutero
nomion, quasi secunda lex, ubi magis illius reperi
tio est, ꝙ aliquid aliud. Pauca enim sunt ibi, quæ
nõ sunt in eo quod primũ datum est: nec tamẽ ap
pellantur hæc duo testamenta, quãuis ita hæc uer
ba sonare uideantur. Vtrumq; enim unũ est testa-
mentũ, quod in ecclesia dicitur Vetus: nam si pro
pter hæc uerba duo testamẽta dicenda essent, iam
nõ duo, sed plura essent, excepto Nouo. Et in mul
tis enim locis scriptura dicit testamentum: sicut il
lud quando factum est ad Abrahã de circuncisio-
L ne, uel illud superius ad Noe. Et uos uidistis o-
mnia quæcunq; fecit dominus deus uester in terra
Ægypti corã uobis Pharaoni & omnibus seruis
eius, & omni terræ illius, tẽtationes magnas quas
uiderũt oculi tui, signa & prodigia illa magna, &
manũ ualidã: & nõ dedit dominus deus uobis cor
scire, & oculos uidere, & audire aures usq; in diẽ
istam. Quomodo ergo ait superius, Vos uidistis
tentationes magnas, quas uiderũt oculi tui, si non
dedit dominus eis oculos uidere, & aures audire?
Nisi quia uiderũt corpore, & corde nõ uiderunt,
quia oculi dicunť & cordis: ꝓpterea inde cœpit,
Et nõ dedit dñs deus uobis cor scire. Ad hoc perti
nent duo quæ sequunť, & oculos uidere, & aures
audire, id est intelligere & obtẽperare. Quod ue-
rò dicit, Et non dedit dñs deus uobis: nullo modo
increpans & arguens hoc diceret, nisi ad eorum
quoq; culpam pertinere intelligi uellet, ne quisq;
se ex hoc excusabilem putet. Simul enim ostendit
& sine adiutorio domini dei eos intelligere & o-
bedire non posse oculis cordis, & auribus cordis.
Et tamen si adiutorium dei desit, non ideo esse ex
cusabile hominis uitiũ: quoniã iudicia dei quam-
LI uis occulta, tamẽ iusta sunt. Et adduxit uos xl.
annis in deserto, nõ inueterauerũt uestimenta ue-
stra, & calciamenta uestra non sunt attrita à pedi-
bus uestris: panẽ non manducastis, uinum & sice-
A ram nõ bibistis, ut sciretis quia iste dominus deus
uester. Hinc apparet tantũ uini in suis impedimẽ-
tis potuisse portare Israelitas, quando exierũt de
Ægypto, quod possent cito cõsumere. Nã si om-
nino nihil secum tulissent, unde esset illud de quo
dictum est: Sedit populus mãducare & bibere, & Exod.32
surrexerũt ludere? Non enim hoc de aqua dicere 1.Cor.10
tur, cũ & ipsius Moysi manifestissima uerba sint,
non fuisse illam uocem principiũ belli, sed princi-
piũ uini. Nunquid est aliquis inter uos uir aut LII
mulier aut famulus uel tribus, cuius mens declina
uit à domino deo uestro ire seruire dijs gentiũ illa
rum? Nequam est in eo radix rursum germinãs in
felle & amaritudine. Et erit cũ audierit uerba ma-
ledictionis huius, & opinabitur in corde suo di-
cens: Sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis
mei incedo, ut nõ simul perdat peccatorẽ & eum
B qui sine peccato est: nolet deus propitiari ei, sed
tunc incendeť ira dñi dei, & zelus eius in homine
illo, & adhærebũt in eo omnia maledicta testamẽ
ti huius, quę scripta sunt in libro legis huius. Ita di
ctum est, Nunquid est in uobis: ut tanquam requi
rentem intelligamus: ne forte sit. Si quis aũt esset,
eum terruit uehementer, ne forte quisquã diceret
in corde suo, audiens illa maledicta: Sancta mihi
sunt: id est, maledicta sancta mihi sunt: quoniã in
errore cordis mei incedo: id est, absit ut mihi ista
eueniant, non mihi sint hæc mala, sed sancta, id est
propitia & innoxia: quoniã in errore cordis mei
incedo, eũdo scilicet post deos gentiũ, & eis tanꝙ
C impune seruiẽdo. Nõ, inquit, erit sic. Non perdat
simul peccatorẽ, & eũ qui sine peccato est. Tanꝙ
diceret, Cauete ne cui uestrum talia persuadeat,
qui talia cogitat. Nolet deus propitiari ei, siue ta-
lia cogitãti, siue illi cui talia fuerint persuasa, sicut
ipse opinatus est dicẽdo: Sancta mihi sint, & quasi
hoc modo auertẽdo à se uim illius maledicti. Sed
tunc accendeť ira domini, & zelus eius in homine
illo, quãdo putauit se auertere ista in corde suo di
cendo: Et adhærebũt in eo omnia maledicta testa
menti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius.
Non possunt quidem omnia euenire uni homini.
Nõ enim etiã toties mori potest quot genera mor
tis hic dicta sunt: sed omia dixit pro quibuslibet,
ut non sit immunis ab omnibus, cui euenerint ali-
D qua eorũ quibus pereat. Quod aũt ait, ut nõ simul
perdat peccatorẽ, & eũ qui sine peccato est: quod
Græcus habet ἀναμάρτητον, non sic accipiendum
est, tanꝙ ab omni prorsus peccato mundũ & im-
munẽ, hoc dixerit ἀναμάρτητον, id est sine pecca-
to: sed eũ qui sine peccato esset, de quo loquebať
dominus in Euãgelio: Si nõ uenissem, & eis locu- Ioan.15
tus non fuissem, peccatũ non haberent: non utiq;
omne, sed hoc peccatũ quo nõ crediderunt in eũ.
Dicit etiã deus ad Abimelech de Sara uxore A- Contra Iulianum lib.5.
brahæ: Scio quia mũdo corde fecisti hoc: nõ utiq;
mundũ illius cor ita uoluit intelligi, ut similis eis cap.10
esset, de quibus dictum est: Beati mundo corde, Matt.5
quoniã ipsi deum uidebũt: sed ab illo peccato de
quo agebatur, mundũ cor habebat: quoniã quan-
tum

tum ad ipsum pertinebat, nõ concupiuerat coniu
LIII gem alienam. Et circumpurgabit dominus cor A
Deut.30 tuũ, & cor seminis tui diligere dominũ deũ tuum
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut uiuas
tu. Euidens pollicitatio gratiæ: promittit enim
deus se esse facturum, quod solet iubere ut fiat.
LIIII Quia mandatũ est hoc quod ego mãdo tibi ho
die, nõ est supra modum, neq; lõge abs te est: non
in cœlo est, dicens, id est ut dicas, quis ascẽdet no
bis in cœlum, & accipiet nobis illud, & audientes
illud faciemus? Neq; trans mare est, dicens: id est,
ut dicas, Quis transfretabit nobis trans mare, &
accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus?
Prope est uerbũ hoc ualde in ore tuo, & in corde
tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc esse uer-
bũ fidei dicit Apostolus: quod ad nouũ pertinet B
testamentũ. Sed quęri potest, cur ea superius man
data dixerit, quæ scripta sunt in libro legis huius:
nisi quia his omnib. spiritalia significantur ad no-
uum testamentũ pertinentia, si bene intelligant.
Itẽ quęri potest, cur quod hic positũ est: Neq; trãs
mare est, ut dicas: Quis transfretabit nobis trans
mare, & accipiet nobis illud: Apostolus dixerit,
Rom.10 Quis descẽdet in abyssum: atq; id exponẽs adiun
xerit, Hoc est Christũ à mortuis reducere: nisi qa
mare appellauit totã in hoc seculo uitã, quæ mor-
te transitur: ut quodãmodo mare finiatur, & trans
mare mors ipsa appelletur: uelut trans istam uitã,
quæ maris uocabulo significat. Deinde quod hic
additũ est, Et in manibus tuis: non ait Apostolus,
nisi in ore tuo, & in corde tuo. Et hoc usq; ad finẽ
executus est dicens: Corde enim creditur ad iusti C
tiam, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Merito quod
ex Hebræo translatũ est, quantum à nobis inspici
potuit, non habuit, In manibus tuis. Nec frustra ta
men hoc à Septuaginta interpretibus additũ exi-
stimo, nisi quia intelligi uoluerunt etiam ipsas ma
nus, quibus significãtur opera, in corde accipi de
bere, ubi est fides quæ per dilectionẽ operat. nam
si forinsecus ea quæ deus iubet manib. fiant, & in
corde nõ fiãt, nemo est tam insulsus, qui præcepta
arbitretur impleri. Porrò si charitas, quæ est pleni
tudo legis dei, habitet in corde, etiam si manibus
corporis quisquam non possit operari, pax illi est
LV utiq; cum hominibus bonæ uoluntatis. Pecca-
Deut.32 uerunt non ei filij uituperabiles. Quod in Græco
est τέκνα μωμητά, quidam interpretati sunt hoc, id D
est filij uituperabiles, quidam filij cõmaculati, qui
dam filij uitiosi. Vnde non magna quæstio, imò
nulla est. Sed illud merito ad quærendũ mouet, si
generaliter dictum est, Peccauerunt non ei: quo-
niam qui peccat, nõ peccat ei: id est, nõ deo nocet,
sed sibi: quomodo intelligendum sit quod in Psal
Psal.50 mo legitur, Tibi soli peccaui: & in Hieremia, Tibi
peccauimus patientia Israel domine. Et iterum in
Psal.40 Psalmo: Sana animam meam, quia peccaui tibi. &
utrũ hoc sit peccare deo, quod peccare in deum.
1.Reg.2 Vnde ait Heli sacerdos, Si in deum peccauerit ho
mo, quis orabit pro eo? Dico ergo interim, quid
mihi in præsentia uideat. Intelligẽt fortasse aliqui
melius, qui melius hæc sapiũt, aut etiã nos alio tẽ-
pore quantũ adiuuerit dominus. Peccare in deũ,
est in ijs peccare quæ ad dei cultũ pertinent. Nam
hoc quod commemoraui nihil aliud indicat. Sic
enim peccabãt filij Heli: quibus hoc pater eorũ di
xit: sic existimandũ peccari etiam in homines, qui
pertinent ad deũ. Nam hoc deus legitur dixisse ad
Abimelech de Sara: Propterea peperci tibi, ne Gen.20
peccares in me. Peccare autẽ in domino, uel po-
tius peccare in dominũ, nisi forte alicubi scriptum
occurrat, quod huic sensui resistat, hi mihi uiden-
tur nõ immerito dici, qui piam pœnitentiã pecca
ti sui nõ agunt, ut glorificetur ignoscẽs dominus.
Causam quippe reddens Dauid cur dixerit: Tibi
soli peccaui & malum corã te feci: subiecit & ait:
Vt iustificeris in sermonib. tuis, & uincas cum iu-
dicaris. Siue cũ dicit deus: Iudicate inter me & ui- Esa.5
neam meã: siue de domino Iesu Christo intelliga-
tur, qui solus uerissime dicere potuit: Venit enim
princeps huius mũdi, & in me nõ habet quicquã: Ioan.14
id est, quicquã peccati quod morte sit dignũ: sed
ut cognoscat mundus quia diligo patrem: & sicut
mandatũ dedit mihi pater, sic facio: surgite eamus
hinc. Tanquã diceret: Etiam si leuissima peccata
mortis supplicio persequatur princeps mundi, &
in me nõ habebit quicq̃, sed surgite eamus hinc:
id est, ut patiar: quia in eo q patior, uoluntatẽ im-
pleo patris mei, nõ pœnam soluo peccati mei. Et
quod Hieremias ait: Tibi peccauimus patientia
Israel: domino utiq; suppliciter dicit in pœniten-
tia cum spe salutis & ueniæ. Et quod dictũ est: Sa-
na animã meam, quia peccaui tibi: hoc idem agi-
C tur ut deus ignoscendo glorificet: quia magna est
eius misericordia super cõfitentes sibi & redeũtes
ad se, qui dicit se nolle mortem peccatoris, sed tan
tum ut reuertat & uiuat. Hic & ipse Dauid nõ so-
lum in Psalmo, uerumetiã cum eũ deus argueret
per prophetam, nõ sine spe propitiationis domi-
ni respondit: Peccaui domino. Medico enim uul-
neratus uidet quodãmodo, qui ut sanetur se sub-
dit manib. medici, ut in eo medicinæ opus implea
tur. In hoc autẽ cantico præuidebat propheta fu-
turos quosdã qui sic fuerãt peccaturi deum offen-
dendo magnis iniquitatib. suis, ut nec pœnitentiã
agere uellent, & ad deum redire ut sanarẽtur. De
quibus etiã alibi dicitur: Quoniã caro sunt & spiri Eccl.15
tus ambulans & nõ reuertens. Potest etiam sic in-
D telligi, peccauerunt nõ ei: secundũ id quod non ei
nocuerunt peccato suo, sed sibi. Et hæc benedi LVI
ctio qua benedixit Moyses homo dei filios Israel Deut.33
priusquam defungeretur. Et dixit: Dñs ex Sina ue
nit, & alluxit ex Seir nobis: festinauit ex monte
Pharan cũ multis milibus Cades. Ad dexterã eius
angeli cum eo, & pepercit populo suo: Et oẽs san
ctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Et acce-
pit de uerbis ipsius legẽ quã mãdauit nobis Moy
ses, hæreditatẽ congregationis Iacob: & erit in di
lecto princeps, cõgregatis principibus populorũ
simul cũ tribubus Israel. Non negligenter præter-
eunda est ista prophetia. Apparet quippe ista be-
nedictio ad nouũ populum pertinere, quem dñs
Christus sanctificauit: ex cuius persona ista dicun
tur

tur à Moyse, nõ ex persona ipsius Moysi, quod in consequẽtibus euidẽter apparet. Nam si propter ea dictũ est, Dominus ex Sina uenit: quia in mõte Sina lex data est, quid sibi uult quod sequitur: & alluxit ex Seir nobis: cum Seir mons Idumææ sit, ubi regnauit Esau? Deinde cum Moyses filios Israel benedicat his uerbis, sicut scriptura prædixit, quomodo idem dicit, & accepit de uerbis ipsius legẽ quam mãdauit nobis Moyses? Nimirũ ergo prophetia est, ut diximus, populũ nouum Christi gratia sanctificatũ prænuncians, ideo sub nomine filiorũ Israel. quia semẽ est Abraham: hoc est, filij sunt promissionis, & interpretatio eius est, uidens deum. Dominus ergo qui ex Sina uenit Christus intelligendus est, quoniã Sina interpretatur tentatio. Venit ergo ex tẽtatione passionis crucis mortis. Et alluxit ex Seir. Seir interpretatur pilosus, qd significat peccatorem. Sic enim natus est Esau odio habitus: sed quoniam qui sedebãt in tenebris & in umbra mortis, lux orta est eis, ideo alluxit ex Seir. Simul etiã non absurde intelligitur esse prædictum, ex gentibus quæ significantur per nomẽ Seir, quia mons est pertinens ad Esau, uenturam gratiã Christi populo Israel. Vnde dicit Apostolus,
Rom. 11 Ita & hi nunc nõ crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiã consequãtur. Ipsi ergo dicunt, alluxit ex Seir nobis, & festinauit ex monte Pharan: id est, ex mõte fructifero. Id enim interpretatur Pharan, quo significatur ecclesia. Cũ multis milibus Cades. Et mutata interpretatur Cades, & sanctitudo. Mutata sunt ergo multa milia, & sanctificata per gratiã, cum quibus uenit Christus ad Israelitas postea colligendos. Sequitur & dicit, Ad dexterã eius angeli cum eo. Hoc non indiget expositiõe. Et pepercit, inquit, populo suo, donans remissionẽ peccatorũ. Inde ad ipsum conuertit sermonẽ, atq; ait, Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Non utiq; superbientes, & suam iustitiã uolentes cõstituere, sed agnoscentes gratiã, ut iustitiæ dei subijciantur. Et accepit, inquit, de uerbis ipsius legẽ: populus utiq; de
Ioel. 2 quo ait, Et pepercit populo suo. Accepit ergo de uerbis ipsius legem, quam mãdauit, inquit, nobis Moyses: hoc est, populus eius de uerbis eius accepit legẽ: quia de doctrina eius intellexit legẽ eam ipsam, quam mãdauit nobis Moyses. Ipse quippe
Ioan. 5 ait in Euãgelio: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Nõ enim accepit populus ille legẽ, quam nõ intellexit: sed tũc accepit quando intellexit de uerbis eius, carẽs uelamine ueteri cõuersus ad dominũ. Hãc dicit hæreditatẽ cõgregationis Iacob, quæ intelligẽda est nõ terrena, sed cœlestis: nõ temporalis, sed æterna. Et erit, inquit, in dilecto princeps. Ipse utiq; in dilecto populo erit princeps dñs Iesus, congregatis principibus populorũ: id est, gentiũ simul cum tribubus Israel, ut impleatur quod suprà dictũ est, Lætamini gentes simul cum populo eius, quia cæcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium in
LVII traret, & sic omnis Israel saluus fieret. Cum Ioseph benediceret, ait inter cætera, Primogenitus tauri pulchritudo eius. Quod nõ ita legendũ est,
A tanq; diceret, primogenitus tauri: sed cũ sit primogenitus, pulchritudo eius pulchritudo tauri est: propter crucis cornua de dño intelligitur figuratum.

D. AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM SVPER Iosue. Liber VI.

DOMINVS dicit ad Iesum Naue, Et sicut erã cum Moyse, ita ero & tecũ. I Iosue 1
D Non solũ aũt hoc testimonio, sed etiã in Deuteronomio multis documẽtis approbatur Moyses ita defunctus, ut dei famulus & deo placens: quãuis in eo illa uindicta cõpleta sit, ne terrã promissionis intraret. Ex
B quo datur intelligi dominũ etiã bonis seruis suis in aliquo succẽsentem & temporaliter uindicare, & tamẽ in eorũ habere numero, qui sunt in domo eius uasa in honore utilia domino, quibus daturus est promissa sanctorũ. Quæstio est, quomo- II
do posteaquã locutus est dominus ad Iesum Naue, exhortãs & cõfirmans eũ, seq; promittẽs cum illo futurũ: mãdauerit idem Iesus populo per scribas, ut præpararẽt cibaria, quod post tres dies Iordanem fuerant transituri, cum inueniantur post multo plures dies trãsisse Iordanẽ. Cum enim hæc populo mãdasset, misit exploratores in Hiericho, quoniam Iordane traiecto ipsa proxima ciuitas occurrebat. Illi aũt diuerterũt ad Raab mulierẽ fornicariam, & ab illa occultati, atq; à rege quæsiti & mi-
C nime inuẽti, eadẽ dimittente illos per fenestrã: & monente ut triduo laterent in montanis, quatuor dies uidentur esse consumpti: inde posteaq; nunciauerunt quæ circa illos gesta fuerint, promouit Iesus cũ populo uniuerso de loco ubi erat diluculo. Qui cũ uenisset ad Iordanẽ, diuertit & mansit: tunc rursus populus admonetur ut post triduũ se præpararet transire Iordanem, arca domini præcedente. Hinc ergo intelligitur humanã fuisse dispositionẽ, quã fecit populo nũciari, ut cibaria præparent, tanq; post tres dies memoratũ fluuiũ transituri. Potuit eñ hoc sicut homo sperare fieri posse, si exploratores celeriter reuertissent. Quibus tardantibus intelligitur, quamuis scriptura tacuerit, ex
D diuina dispositione cætera impleta, ut iam inciderет apud populũ glorificari Iesus, & ostẽdi quod cum illo dñs esset, sicut fuerat cũ Moyse. Nã & hoc illi dicitur fluuiũ transituro, sicut scriptũ est, Et dixit dñs ad Iesum, In die isto incipiã exaltare te coram omnibus filijs Israel, ut sciant quoniã sicut erã cũ Moyse, sic ero et tecũ. Nec incredibile debet uideri, etiã illos cum quibus deus loquebatur, aliquid ex humana dispositione agere uoluisse, in qua sibi deum tamẽ fiderent esse rectorẽ, eorumq; ex illius à quo regebantur prouidentia consilia fuisse mutata. Nam & Moyses ipse utiq; tanq; homo putauerat esse faciendũ, ut causas populi sic audiret, quemadmodum & sibi, & illis onus intolerabile subeundo prodesse non posset: eiusq; dispositio diuinitus, & hoc ipsum socero eius suggerente & monente

monente, atq; hanc admonitionẽ deo approbãte
III mutata est. Scribæ populo dicunt, Cum uideri-
Iosue 3 tis arcam testimonij domini dei uestri, & sacerdo
tes uestros & Leuitas tollentes eã, proficiscimini
de locis uestris, & ite post eam, sed longũ interual
lum sit inter uos & illam: quãtum duo milia cubi-
torũ stabitis ne propinquetis ei, ut sciatis uiam,
quam ibitis in eã. Non enim abistis uiã ab hester-
na & nudiustertiana die. De longe iussum est ar-
cam præcedere, ut posset à populo uideri. Tam
grãde quippe agmen si post eam proximũ perge
ret, nõ eam uideret pręire, nec nosset quà sequere
tur. Ex hoc aũt facto intelligendũ est ꝙ columna
illa nubis quę solebat mouẽdis castris signũ dare
& iter ostendere, iã recesserat, nec eis apparebat:
hinc factũ ut etiam triduũ illud ex humana dispo
sitione prædiceretur. Nũc ergo duce Iesu arcã do-
mini sequũtur nube subtracta, tanq; uelamine ab-
lato. Iordanis aũt plenus erat per totã crepidinẽ
suam, sicut in diebus messis tritici. Hoc incredibi
le uidetur regionibus nostris. Ibi aũt, sicut perhi-
bent qui nouerũt, in initio ueris est messis tritici.
Tunc autem ille fluuius repletur amplius q; per
IIII hyemem. Et erunt uobis lapides isti memoria-
Iosue 4 le filijs Israel usq; in æternũ. Quomodo in ęternũ,
cum cœlum & terra transeant? An quoniã æter-
num aliquid significant hi lapides, cum ipsi æter-
ni esse non possint? Quanquã possit quod in Grę
co ἕως τοῦ αἰῶνος dici Latine, & usq; in seculum,
quod non est consequens ut intelligatur æternũ.
Et dixit dominus ad Iesum dicẽs. Manda sacer
V dotibus portãtibus arcam testamenti testimonij.
Solet dici arca testamẽti, uel arca testimonij: nũc
dicta est arca testamẽti testimonij, ut non solũ ar-
ca sed etiam ipsum testamẽtũ, appellaret testamẽ
Rom. 3 tum testimonij. Hinc enim dicit Apostolus, Nũc
aũt sine lege iusticia dei manifestata est, testimo-
niũ habẽs per legẽ & Prophetas. In cuiusdã enim
rei alterius uẽturæ testimoniũ datum fuerat illud
VI quod dicitur testamentũ uetus. Dixit dominus
Iosue 5 ad Iesum, Fac tibi ipsi cultros de petra acutos, uel
sicut habet Græcus, de petra acuta, & sedens cir-
cuncide filios Israel iterũ. In hoc præcepto quæri
tur cur dixerit, iterũ. Nõ enim unus homo bis cir-
cuncidendus erat: sed quia unus populus erat in
quibusdã circũcisus, in quibusdã nõ circuncisus,
ideo dictum est iterũ, ut circuncisus iterũ circun-
cideretur, nõ homo sed populus: Nã & sequẽtia
id ostẽdũt. Dicit enim scriptura, Et fecit Iesus cul-
tros petrinos sibi ipsi acutos, & circuncidit filios
Israel in loco qui uocatur collis præputiorũ. Hoc
aũt modo circũpurgauit Iesus filios Israel, qui ali-
quãdo fuerãt in uia: & qui aliquãdo incircuncisi
erãt eorũ qui exierãt ex Ægypto, omẽs istos cir-
cuncidit Iesus. Quadraginta eñ & duobus annis
cõuersatus est Israel in deserto Mabdarich, & id-
eo incircũcisi erant illorũ plurimi pugnatorũ qui
exierunt de terra Ægypti, qui inobediẽtes fuerãt
mandatis dei in quibus & definierat dñs eis ne ui
derent illi terrã, quã iurauerat dominus patribus
eorũ dare illis terram fluẽtem lac & mel. Pro his
autẽ substituit filios eorũ quos circuncidit Iesus,
A eo ꝙ fuissent in itinere incircũcisi. Manifestũ est
ergo nõ omnes fuisse, sed quosdã. Quidã enim de
Ægypto exeuntiũ filij in illo populo incircuncisi
erãt, quos potuit circuncidere Iesus, illorũ scilicet
filios qui genuerũt in deserto & cõtempserũt eos
circuncidere, ꝙ inobediẽtes erant legi dei. Nulla Obuiat hæreticorum errori.
itaq; causa est, cur ij qui putant rebaptizãdos eos
qui habẽt Christiani baptismi sacramentũ, hoc te-
stimonio legis adiuuari se putent: quia nullus bis
numero unus homo est circuncisus, sed populus
qui iã fuerat in quibusdã circũcisus in quibusdam
uero adhuc incircũcisus erat. Etsi aliquo modo id
fieri posset ut bis deus circũcidi hominẽ iuberet:
nũquid possunt dicere ideo fuisse præceptũ, quia
illi ab Ægyptijs fuerãt circũcisi, aut ab aliquibus
B hæreticis ab Israelitarũ societate segregatis? Cũ
uero satis etiã appareat quare sit à deo dictũ nul-
lum hic possunt homines erroris sui patrociniũ re
perire. Quãdo Iesus uidit uirũ corã se stantem VII
euaginato gladio, & eo respõdente dicit, ꝙ esset
princeps militiæ uirtutis domini: & prostratus in
terrã dixit, Quid præcipis tuo famulo? Quæri po
test utrum angelo se prostrauerit, eumq; dixerit
dominũ, an potius intelligẽs à quo missus fuerit,
ipsum dominũ dixerit, eiq; se prostrauerit. Erat au-
tem, sicut legit, Iesus in Hiericho, nõ utiq; in ipsa
ciuitate, cuius muri nondũ ceciderãt, quod mox
futurum erat ut in eam possent intrare, sed in agro
ad eam pertinẽte: nã interpretatio, quæ est in He-
bræo, sic habet. In eo quod factũ est ut Achan VIII
C de tribu Iuda furaretur de anathemate ciuitatis Iosue 7
Hiericho cõtra præceptũ domini: & propter eius
peccatum tria milia quæ fuerãt missi in Hai, dede
runt terga hostibus, & occisi sunt ex eis triginta
sex uiri, & populo grauiter territo, Iesus cũ senio-
ribus se prostrauit ad dominũ, eiq; responsum est
ideo factum esse, ꝙ peccauerit populus: Minatus
est etiam deus nõ se cũ eis futurũ, nisi abstulerint
anathema de se ipsis, & ꝙ ostensus est qui fecerat:
nec solus occisus est, sed cũ omnib. suis. Quæri so
let quomõ iuste pro alterius peccatis in alijs uin-
dicet, maxime quia in lege dominus dixit, nec pa
tres pro filiorũ, nec filios pro parentum peccatis
esse puniẽdos. An aliud iudicãtibus hominib. est
præceptũ, ne quenquã pro altero puniant: & dei
D iudicia nõ sint eiusmodi, qui alto & inuisibili con-
silio suo nouit quatenus extendat etiã temporalẽ
hominũ pœnã, salubremq; terrorẽ. Non enim ali-
quid durũ, quantũ attinet ad uniuersi mũdi admi-
nistrationẽ, contingit mortalibus cũ moriuntur,
quãdoq; morituri, & tamen apud eos qui talia me
tuunt, disciplina sancitur, ut non se solum quisq;
curet in populo, sed inuicem sibi adhibeant dili-
gẽtiam, & tanquã unius corporis & unius homi-
nis alia pro alijs sint mẽbra solicita. Nec tamẽ cre
dendum est etiam pœnis quæ post mortem irro-
gantur, aliũ pro alio posse damnari: sed in his tan-
tum rebus hanc irrogari pœnam, quæ finem fue-
rant habituræ, etiã si non eo modo finirentur. Si-
mul etiam ostẽditur quanta cõnexa sit in populi
societate

societati ipsa uniuersitas, ut non in seipsis singuli,
sed etiam tanq̄ partes in toto existimentur. Per
unius igitur peccatū mortemq́ paucorū admoni
tus est populus uniuersus, tanq̄ in corpore uni-
uerso quærere quod amissum est. Simul etiam si
gnificatū est quantū mali fieret, si uniuersa illa cō-
gregatio peccasset: quādo ne unus quidem ita po
tuit iudicari, ut ab eo possent cæteri esse securi. At
uero si Achan ab aliquo inuētus atq̄ comprehen
sus, & illius criminis reus ad iudicium Iesu fuisset
adductus, nequaq̄ putandū est hominē iudicem
uel pro illo uel cum illo quenq̄ aliū, qui societate
facti eius minime teneretur, fuisse puniturū. Neq̄
enim ei mandatū legis licebat excedere, quod da
tum est hominibus, ne iudicio suo quod in homi-
nē homini iussum siue permissum est, alterū pro
alterius peccato arbitretur esse plectendū. Longe
aūt secretiore iusticia iudicat deus, qui potens est
etiam post mortē, quod homo nō potest, liberare
uel perdere. Visibiles igitur afflictiones hominū
siue mortes quoniā his quibus ingeruntur & ob-
esse & prodesse possunt, nouit dn̄s in occulto pro
uidentiæ suę quemadmodū iuste quibusq; dispē-
set, etiam cum aliorū peccata in alijs uidet ulcisci.
Pœnas uero inuisibiles, quę nō nisi nocēt & pro-
desse nō possunt, ita nullus deo iudice pro alienis
peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus nisi
pro sua culpa istas uisibiles debet. Hoc enim præ
cepit homini iudici deus, in his quæ ad humanū
iudiciū pertinēt iudicāda, quod in suo iudicio fa-
IX cit ipse quò potestas nō aspirat humana. Meri-
to quæritur cum dominus propter illū, qui de ana
thémate furtū fecerat, præceperit eum, qui fuisset
ostensus, igni cremari, cur eū ostensum Iesus lapi-
dari potius à populo fecerit. An ita eū mori opor
tuit quemadmodū Iesus, qui propius dominū se-
quebatur, uerba iubētis intelligere potuit? Sic eñ
alius quisquā nō facile potuit. Vnde magis quæ-
rendū est, cur lapidationē ignē appellauerit domi
nus, q̄ credendū Iesum aliud fecisse q̄ iusserat do
minus. Nam neq̄ ad intelligendū uerba dn̄i quis-
quam potuit esse sapiētior, neq̄ ad faciendū quis-
quam obediētior. Proinde ignis nomine pœnam
potuisse significari, scriptura testis est in Deutero
Deut. 4 nomio, ubi dicitur ad filios Israel, Et eduxi uos de
fornace ferrea ex Ægypto, ubi utiq; durā tribu
lationē intelligi uoluit. Duæ autē mihi causæ oc-
currunt, nō ut ambæ sint, sed ut altera ex eis, cur
nō ille cū suis omnibus euidēti igne crematus sit.
Si enim peccatū eius dominus tale esse iudicauit,
quod supplicio illo expiatū non puniret in æter-
num, propter ipsam expiationē & purgationem
congruenter illa pœna ignis nomē accepit. Neq̄
ad hunc intellectum quisquā tēdere admoneret,
si eum proprie uisibilis ignis exureret, sed in eo
quisq; remaneret quod aperte uidebat impletū,
nec aliquid ultra quæreret. Nūc uero cū propter
dei uerba, & factū Iesu à quo prævaricari illa uer-
ba nō possent, rectissime dicitur etiā lapidationē
ignem fuisse, eleganter agnoscitur illa pœna ho-
minē, ne in posterum peccato illo interiret, fuisse

purgatū. Quod significant etiā uasa in Leuitico.
A quæ iubētur igne purgari. Si aūt tale fuit illi pec-
catū, propter quod eum etiā post istam uitam ge-
henna susciperet, ideo Iesus eū uoluit lapidari, ut
quod à domino dictum est, igni cremabitur, illud
admoneret intelligi quod dominus faceret, non
quod ab ipsis esset faciendū. Si enim dixisset do-
minus: igni eū cremabitis & omnia eius: huic sen
sui locus nullus esset. Cū uero ita positū est, ut ma
gis uideatur deus quod ei futurū esset prædixisse
q̄ quod ei ab hominib. deberet fieri pręcepisse,
melius nō potuit facere Iesus qui diuina uerba si-
cut tantus Propheta intellexit, qui etiā hoc ipsum
prophetice fecit, q̄ ut illum lapidib. potius q̄ flā-
mis interimeret, ne in illis ignibus uerba domini
uiderētur impleta, quæ ob aliud dicta uolebat in-
telligi. Nec mouere debet, q̄ non ipsum tantū, sed
etiā omnia quæ sunt eius, deus cremāda igni prę
B dixerit. Sic enim ait, Igni cremabitur, & omnia
quęcunq; sunt ei. Omnia enim quęcunq; sunt ei,
opera eius possunt intelligi quæ cū illo dicit con-
cremanda, nō sicut dicit Apostolus de quibusdā 1. Cor. 3
operibus igne consumptis, ipse aūt saluus erit. Si
huius peccatū ita intelligendū est, ut etiā æterno
igne puniatur, filios eius & filias cū pecoribus &
omnib. quæ habebat, populus quidē cum eū pu-
niret simul lapidibus obruit: nō tamē hoc iudicio
humano, sed prophetico spiritu fecit Iesus: siue
ita intelligens, oīa quæ sunt ei, ut nec filios cēse
ret exceptos, lapidationis etiā pœnā pro igne in-
gerens: siue opera eius quæ post mortē deus in il-
C lo fuerat crematurus, non solū per cætera quæ illi
erāt, uerūetiā per filios eius significās. Nec ideo
sanè credēdū est eos pro peccato patris, à quo in-
nocētes erant, etiam post mortē supplicio inferni
ignis incensos. Mors quippe ista quæ omnes ma
net, quanq̄ de primo peccato ueniat, tamē quia
ita nati sumus ut necessario moriendū sit accele-
rata quibusdā est utilis. Vnde legitur de quodam,
Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sap. 4
Quo ergo iudicio dei, uel misericordia, fuerit ir-
rogata siue filijs eius, siue illis triginta sex uiris, cū
omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud
eum apud quem nō est iniquitas. Verum illud in
promptu est, q̄ & populum terribiliter oportebat
quærere quod admissum est, & tanto uehemen-
D tius timuerunt cæteri factum eius imitari, quanto
magis humana exhorret infirmitas, & in tam ma
gnum tamq́ iustum populi odiū dari, & eis quos
ad spem propagādi generis se relictурū putabat,
peccato suo secū consumptis suis posteris emori.

X Quod deus iubet loquens ad Iesum, ut consti- Iosue. 8
tuat sibi retrorsus insidias: id est, insidiantes bella
tores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur
nō iniuste fieri ab his qui iustum bellum gerūt: ut
nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in
his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, cui bel-
lare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autē
iustum bellū susceperit, utrū aperta pugna, utrum
insidijs uincat, nihil ad iusticiā interest. Iusta aūt Quæ sint
bella definiri solēt quæ ulciscūtur iniurias, si qua bella iusta
gens

gens,uel ciuitas quæ bello petenda eſt,uel uindi-
care neglexerit quod à ſuis improbe factũ eſt, uel
reddere quod per iniurias ablatũ eſt.Sed etiã hoc
genus belli ſine dubitatiõe iuſtũ eſt quod deus im
perat, apud quem nõ eſt iniquitas, & nouit quid
cuiq; fieri debeat. In quo bello ductor exercitus
uel ipſe populus,nõ ipſe tã autor belli,q̃ miniſter
XI iudicãdus eſt. Ieſus mittens ad Hai debellandũ.
xxx milia bellatorum,ait illis: Vos inſidiabimini
poſt ciuitatẽ,& nõ longe eritis à ciuitate, & eritis
omnes parati:& ego & omnis populus qui mecũ
eſt,accedemus ad ciuitatẽ: & erit cũ exierint qui
cõmorantur in Hai in obuiã nobis ſicut antea, &
fugiemus à facie illorũ.Et cũ exierint poſt nos ab-
ducemus illos à ciuitate,& dicẽt:Fugiẽt iſti à facie
noſtra,ſicut antea. Vos autẽ exurgetis de inſidijs
& ibitis in ciuitatẽ. Secundũ uerbũ iſtud facietis:
Ecce præcipio uobis. Quærendũ eſt, utrũ omnis
uolũtas fallendi pro mendacio deputãda ſit: & ſi
ita eſt,utrum poſſit iuſtũ eſſe mẽdacium, quo ille
fallit̃ qui dignus eſt falli. Et ſi ne hoc quidem men
daciũ iuſtum reperitur,reſtat ut ſecũdum aliquam
ſignificationẽ hoc,quod de inſidijs factum eſt, ad
XII ueritatẽ referatur. Quod Gabaonitæ uenerunt
Ioſ. 9 ad Ieſum cum uetuſtis panibus & ſaccis, ut puta-
rentur,ſicut finxerant, de terra ueniſſe lõginqua,
quo eis parceretur. Conſtitutũ enim erat à domi-
no,ne alicui terras illas inhabitãti parcerent, quò
ingrediebant̃. Nõnulli Codices & Greci & Lati-
ni habent: Et accipientes ſaccos ueteres ſuper hu
meros ſuos,alij uero qui ueraciores uidentur non
habẽt,ſuper humeros,ſed,ſuper aſinos ſuos. Simi
litudo enim uerbi in Græca lingua mẽdoſitatem
facilem fecit,& ideo Latina quoq; exemplaria ua
riata ſunt. ὤμων quippe & ὄνων nõ multũ ab inui-
cem diſſonant, quorum prius humerorũ nomen
eſt,poſterius aſinorũ. Ideo eſt aũt de aſinis credi-
bilius,quoniam ſe à ſua gẽte lõginqua miſſos eſſe
dixerũt. Vnde apparet eos fuiſſe legatos, & ideo
magis in aſinis quã in humeris neceſſaria portare
potuiſſe:cum nec multi eſſe poterant, & non ſolũ
ſaccos,ſed etiã utres eos portaſſe ſcriptura cõme-
XIII morat. Quæri poteſt quomodo iurationem ſer
uãdam eſſe crediderint Hebræi Gabaonitis, qui-
bus ita iurauerãt,tanq̃ de lõginqua terra uenien-
tibus,ſicut illi mẽtiti fuerãt. Sciebant enim ſe de-
bellandos,ſi cognitũ eſſet Hebręis in ea terra eos
habitare, quã promiſſam fuerant ab habitãtibus
recepturi. Mentientib. ergo, q; de longinqua ter-
ra ad eos ueniſſent,iurauerunt eis Iſraelitę. Poſtea
uero q̃ cognouerunt ibi eos habitare,ubi omnes
quos inuenerãt, ſecundũ dei præceptũ debellare
oportebat,nolebant tamen frangere iurationem.
Et licet eos mentitos eſſe didiciſſent,parcere ma-
luerint iurationis cauſa, cum poſſent utiq; dicere
ſe tantũ illis iuraſſe, quos eos eſſe crediderant, id
eſt,de longinquo uenĩetes. Cũ uero aliud cogno
uerunt, præceptum circa eos domini implẽdum
erat, ut ſicut cæteri expugnarentur. Deus autem
hoc approbauit,nec parcẽtibus ſuccenſuit: q̃uis
cum nõ interrogaſſent quinam illi eſſent, & ideo

eos illi fallere ualuiſſent. Vnde non importune
A utiq; credendi ſunt,& ſi fallere homines pro ſua ſa
lute uoluerunt, nõ tamen fallaciter deum timuiſ-
ſe in populo eius:propterea nec ſuccenſuit domi-
nus iurãtibus aut parcentibus, ut poſtea Gabao-
nitas ipſos tãquam populi ſui homines de domo
Saul uindicauerit,ſicut regnorũ oſtendit hiſtoria.
Et quoniã iuratio ſic ſeruata eſt, quãuis in homi-
nibus qui mẽtiti ſunt,ut ad clementiã ſentẽtia fle-
cteretur,non diſplicuit deo. Nam ſi econtrario iu
raſſent,aliquos ſe interfecturos,quos Gabaonitas
in terra promiſſionis eſſe putauiſſent,& poſtea di
diciſſent eos eſſe ab illa terra extraneos, & de lon
ginquo ad ſe ueniſſe, nullo modo arbitrãdum eſt
q; eos eſſent debellaturi cauſa iurationis implen-
dæ:cũ propter ipſam parcendi clementiã ſanctus
B Dauid etiã poſt uerba, quib. ſe Nabal interfectu- 1 Reg. 25
rum eſſe iurauerat,utiq; ſciens quem fuerat inter-
fecturus,parcere maluit, nec in re duriore imple-
re iuramentum: magis deo placere exiſtimans, ſi
quod ira perturbatus,ad nocendũ iurauerat, non
feciſſet,q̃ ſi perfeciſſet. Cum obſeſſi Gabaoni- XIIII
tæ à regibus Amorræorũ, miſiſſent ad Ieſum, ut
ſibi ſubueniret: ita ſcriptura ſequit̃ & dicit: Et aſ-
cendit Ieſus à Galgala,ipſe & omnis populus bel
latorum cum illo omnis potens in fortitudine. Et
dixit dominus ad Ieſum: Noli timere illos,quia in
manus tuas tradidi eos: nõ ſubſiſtet ex illis quiſq;
coram uobis. Vbi neq; cõſultus eſt dominus,utrũ
eundum ad eos eſſet: ſed ultrò ſuis recte ſubueni-
re uolentibus,futurã uictoriam prænunciauit. Sic
C ergo poſſet,quãuis non cõſultus,de ipſis Gabao-
nitis admonere qui eſſent, cum ſe lõginquos eſſe
mentirentur,niſi ei placuiſſet illa iuratio,quę ſub-
iectis parcere cogitet: Crediderant enim deo quẽ
audierant ſuo populo promiſiſſe quod illas gen-
tes ſubuerteret,eorumq; terram obtineret,& hãc
eorum fidẽ non eos perdendo remunerauit quo-
dãmodo. Quæritur quemadmodum rex ciuita XV
tis Hieruſalem Adonizedech & cæteri quatuor
cum quibus obſedit Gabaonitas, ſecundũ ſeptua
ginta interpretes primo reges Hiebuſæorũ cum
ad eos obſidentes conuenerunt, poſtea uero re-
ges Amorræorum dicantur ab ipſis Gabaonitis
quando nuncios miſerunt ad Ieſum,ut eos de ob-
ſidione liberaret. Sicut autem inſpicere potuimus
D in ea interpretatiõe quæ ex Hebræo eſt, utrobiq;
Amorræorum dicuntur: cum conſtet Hiebuſæo-
rum fuiſſe regem ciuitatis Hieruſalem, quia ipſa
eſt dicta Hiebus tanquam illius gentis metropo-
lis, & ſeptẽ gentes ſæpiſſime ſcriptura cõmemo-
rat,quas promiſit deus exterminaturum ſe eſſe à
facie populi ſui,ex quibus una perhibetur Amor
ræorum. Niſi forte hoc nomen uniuerſale fuerat
omnium,aut potius maioris partis,ut nõ una, ſed
plures in his ſeptem hoc nomine tenerent̃: quã-
uis eſſet etiam una de ſeptem,quæ Amorræorum
proprie uocaretur: Sicut eſt pars quædã quę pro-
prie dicitur Libya,quamuis hoc nomen uniuerſæ
Aphricæ cõpetat: & pars quædam quæ proprie
dicitur Aſia,quamuis Aſiam uel dimidium terra-

rum orbem quidam, uel alij tertiam partem orbis
posuerunt. Nam constat ꝙ & Chananæi tāquam
una gens in illis septem cōmemorantur, & tamē
uniuersa illa terra originaliter terra Chanaan uo-
XVI catur. Non dimisit in ea Iesus quicquā spirans,
sicut præcepit dn̄s Moysi puero suo, & Moyses
similiter præcepit Iesu, & sic fecit Iesus: non est
transgressus quicq̄ ab omnibus quibus cōstituit
dominus Moysi. Propter hoc nullo modo putan-
da est ista crudelitas, quòd nullum uiuū in ciuita-
tibus sibi traditis dimittebat Iesus, quia deus hoc
iusserat. Qui aūt existimant hic deum ipsum fuisse
crudelem, & propter hoc ueteris testamenti uerū
deum fuisse autorē nolunt credere, tam peruerse
de operibus dei quàm de peccatis hominum iudi
cant, nesciētes quo quisq; dignus sit, & magnum
putantes malū cum casura deijciūtur, mortalesq;
XVII moriuntur. Et non erat ciuitas quę non erat tra
Iof.11 dita filijs Israel. Quæritur quomodo hoc uerū sit,
cum nec temporibus postea iudicū, nec tempori-
bus regum omnes omnino illarum septem gen-
tium ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut
sic intelligendū est, ꝙ ad nullam ciuitatem bellan
do accessisset Iesus quā non ceperit: aut certe nul-
la nō capta est, scilicet earū quæ in regionibus su-
pra cōmemoratis fuerunt. Enumeratæ sunt enim
regiones in quibus fuerunt ciuitates, de quibus fa
cta est ista conclusio: Et omnes cepit in bello.
XVIII Quia per dominū factum est cōfortari cor eo-
rum, ut obuiam irent ad bellum ad Israel, ut exter-
minarentur, ita ut non dareť eis misericordia, sed
ut exterminarentur, sicut dicit dominus ad Moy-
sen. Ita dictum est hoc per dominū factum confor
tari cor eorū, hoc est obdurari cor eorum, sicut de
Pharaone: quod diuino alioq; iudicio iuste fieri
minime dubitādum est, cum deserit deus & possi
det inimicus: quod sic accipiendū est quemadmo
dum & ibi. Sed hic aliud mouet, quomodo dictū
sit ad hoc eis confortatū cor, ut exurgerent in bel
lum aduersus Israël, & ob hoc eis non præberent
misericordiam: quasi præbenda esset si non bella-
rent, cum deus præceperit nulli eorū esse parcen-
dum: & ob hoc Gabaonitis pepercerint, quia se
de longinqua terra uenisse fingentes eorum iura-
tionem tenuerāt: Sed quoniam quibusdam ultrò
prębuerunt Israelitę misericordiā, quāuis contra
dei mādatum: ad hoc dictum esse intelligendū est
istos ita debellasse ut non eis parceretur, nec ab
eisipsis Israelitæ neglecto dei mandato ad miseri-
cordiam flecterentur. Quod quidē duce Iesu, qui
omnia diligēter diuina pręcepta seruabat, non est
credendū fieri potuisse: uerumtamē nec ipse istos
tam cito deleuisset, nisi cōspicatissime contrairēt:
atq; ita fieri posset ut eis ab illo minime debellatis
qui dei præcepta implere curabat, remāsissent ad
illud tempus quādo eis possent parcere post mor
tem Iesu, qui nō tanta cura dei mandata faciebāt.
Nam & adhuc eodem uiuēte quibusdā illi peper-
cerunt, tantūmodo eos ditioni suæ subiugantes:
quosdā uero nec uincere potuerunt. Verum hæc
nō illo duce facta sunt: sed cum iam senex uacaret
à bello tantūmodo eis terras diuidens: ut ipsi iam
A illo non bellante, diuisas sibi terras partim iam ho
ste uacuas tenerent, partim pugnando caperent.
Et ꝙ uincere aliquos minime potuerunt, prouí-
dentiæ diuinæ fuisse, opportunè scripturarū cer-
tis apparebit locis. Et nō perdidit Effrem Cha- XIX
nanæū qui habitabat in Gazer: & habitabat Cha- Iof.16
nanęus in Effrem usq; in diem istum, donec ascen
dit Pharao ex Ægypto & cepit ciuitatem & in-
cendit eam igni: & Chananæos & Pherezæos &
qui habitabant in Gazer trāspunxit: & dedit eam
Pharao in dotem filiæ suæ. Quod de Pharaone re
ge dictum est, miror si prophetice dictum intelli-
gere debemus, cum hæc historia illis temporibus
conscripta credatur, quibus erant gesta illa recen
B tia. Quid autem magnum eligi potuit quod pro-
phetice diceretur, cum præterita narrentur, tace-
anturq; futura maiora, & maxime necessaria. Pro-
inde potius existimandū est septuaginta interpre
tes, qui autoritate prophetica ex ipsa mirabili cō-
sensione interpretati esse perhibentur, hæc addi-
disse: non tanquā futura prænunciantes, sed quia
illo tempore ipsi erant quo hęc facta esse memine
rant & in libris regnorum legerant. Etenim regū
temporibus factū est. Quod ideo credibilius no-
bis uisum est, quoniā inspeximus interpretatio-
nem quæ est ex Hebræo, & hoc ibi non inueni-
mus: sicut nec illud quod dictum est de Hiericho,
ꝙ Oza qui eam reparasset incurrerit maledictum 4 Reg.16
quod dixerat Iesus. Sic enim scriptum est: Et adiu
C rauit Iesus in illa die: Maledictus homo qui resu-
scitabit & ædificabit ciuitatem illam: in primoge-
nito suo fundabit eam, & in nouissimo suo impo-
net portas eius: hucusq; inuenitur in interpreta-
tione quę ex Hebręo. Illud autem quod sequitur:
Et ita fecit Oza qui ex Bethel: in Abiron primo-
genito fundauit eam, & in saluato nouissimo im-
posuit portas eius, hoc illic non legitur. Vnde ap-
paret à septuaginta interpositū, qui factū esse no-
uerant. Et Amorręus permansit ut habitaret in XX
Helon & in Salanō, & grauata est manus Effrem Iof.17
super eos, & facti sunt illis tributarij. Hęc iam con
tra præceptum fiebāt, & adhuc uiuebat Iesus, sed
dux eorum in illis prælijs iam præ senectute non
erat. Propter hoc dictum est à domino: Factū est
ut confortaretur cor illorū qui simul conspiraue-
D rant ire in bellum contra Iesum: ne ista illis miseri-
cordia præberetur, etiam cōtra dei præceptum si
remansissent nō expugnati: & senescēte, siue de-
functo Iesu relinquerentur expugnandi à filijs Is-
rael, qui eis contra pręceptū domini possent par-
cere, quod ille nō faceret. Merito quæritur, cū XXI
Israel nō solū usq; ad diem mortis Iesu, uerūetiam Iof.22
postea non eradicauerit gentes quæ terrā promis
sionis tenebant, quāuis ex parte debellatis in ea-
dem promissa hæreditate consisterent, quomodo
intelligēdum sit quod dictum est: Et dedit domi-
nus Israel omnem terram quam iurauerat dare pa
tribus, & hæreditauerunt eam, & habitauerunt in
ea, & requiē dedit illis dominus in circuitu, sicut
iurauerat patribus eorum: non restitit quisquam
ante

ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum,
omnes inimicos eorũ tradidit dominus eis, & ma
nus eorum nõ decidit: ex omnibus uerbis bonis
quæ locutus est dominus filijs Israel, omnia adue
nerũt. Diligẽter ergo uniuersa cõsideranda sunt.
Et primũ uidendũ quot gẽtium terra promissa sit
Israelitis. Septem quidem gentes assidue uidẽtur
cõmemorari, sicut in Exodo legitur: Et dixit do-
Exod.33 minus ad Moysen, Vade & ascende hinc tu & po
pulus tuus quos eduxisti de terra Ægypti in terrã
quam iuraui Abrahã & Isaac & Iacob dicens: Se-
mini uestro dabo eam: & simul mittam angelum
meum, & eijciet Amorræum & Cethæum & Phe
resæum & Gergesæum & Euæum & Iebusæum
& Chananæũ. Harum ergo septẽ gentiũ terram
uidetur deus patribus promisisse. Scriptũ est etiã
Deut.20 in Deuteronomio multo expressius. Si autem ac-
cesseris ad ciuitatem expugnare eam, & euocaue
ris eos cum pace, siquidem pacifica responderint
tibi & apparuerint tibi, omnes populi qui inuẽti
fuerint in ciuitate erunt tibi tributarij & obedien
tes: Si autem non obedierint tibi, & fecerint ad te
bellum, & circũsedebis eam, & tradet eam domi-
nus deus tuus in manus tuas, & interficies omne
masculinũ eius in nece gladij: præter mulieres &
supellectilẽ, & omnia pecora & omnia quęcunq;
fuerint in ciuitate: & omnia utensilia prædaberis
tibi, & edes omnẽ prædationẽ inimicorũ tuorum
quã dominus deus tuus dabit tibi. Sic facies om-
nibus ciuitatibus quę longe erunt à te ualde: quia
non sunt de ciuitatibus gentiũ istarum. Ecce autẽ
in ciuitatibus istis quas dominus deus tuus dat ti
bi hæreditare terram eorum, non uiuificabis om-
nem uiuum, sed anathematizabis eos: Cethæum
& Amorræum & Chananæum & Pheresæum &
Euæum & Hiebusæũ & Gergesęum, quemadmo
dum mãdauit tibi dominus deus tuus. Et hic ista-
rum septem gentiũ terram promissam in hęredita
tem, quam debellatis usq; ad internitionẽ eisdem
gentibus Israelitæ possederunt, manifestũ est. Cę-
teras enim quę longinquius extra istas gentes in-
uenirentur, uoluit fieri tributarias eorũ si non resi
sterent: si autem resisterent etiã ipsas interfici & in
perditionẽ dari exceptis pecorib. & quæ in præ-
dam possent uenire. Item alio loco in Deuterono
Deut.7 mio ita legitur. Et erit cum induxerit te dominus
deus tuus in terrã in quã intrabis hæreditare eam,
& abstulerit gentes magnas & multas à cõspectu
tuo, Cethæum & Gergesæũ & Amorræũ & Phe-
resæum & Chananæum & Euæũ & Hiebusæum
septẽ gẽtes magnas & multas & fortiores uobis,
& tradet eos dominus deus tuus in manus tuas, &
percuties eos, exterminio exterminabis eos. Non
dispones ad eos testamentũ, neq; miserearis eorũ
neq; matrimonijs iungamini cum eis: filiam tuam
non dabis filio eius, & filiam eius non sumes filio
tuo &c. Proinde his atq; alijs scripturarũ locis sæ-
pe ostenditur harũ septem gẽtium terras ita acce-
pisse in hęreditatem filios Israel, ut nõ cum eis qui
easdem terras tenebant, sed pro eis illic habitarẽt.
Verũtamen in Genesi nõ istæ tãtum septem gen-
tes, sed undecim promittũtur semini Abrahæ. Sic
A enim legitˊ: In die illa disposuit dominus deus te- Gen.15
stamentum ad Abrahã dicens: Semini tuo dabo
terram hanc, à flumine Ægypti usq; ad flumen ma
gnum, flumen Euphraten, Cinæos & Cenesæos
& Cethmonæos & Cethæos & Pheresæos & Ra
phaim & Amorræos & Chananæos & Euæos &
Gergesæos & Hiebusæos. Quæ ita soluitur quæ-
stio, ut intelligamus hãc præcessisse prophetiam,
q̃ in eos fines regnum fuerat porrecturus & dila-
taturus Salomon: de quo ita scriptum est: Et om-
ne propositum Salomonis quo destinauerat ędi- 3 Reg.9
ficare in Hierusalem & Libano & in omni terra
potestatis suæ: omnis populus qui derelictus est à
Cethæo & Amorręo & Pheresęo & Euęo & Hie
busæo, qui non erant ex Israel ex filijs eorum qui
B residui erant cum eis in terra quos non cõsumma
uerant filij Israel, & subiugauit eos Salomon in tri
butum usq; in diem hunc. Et residua populorum
debellandorũ atq; omnino ex dei præcepto per-
dendorum subiugauit Salomon in tributũ, quos
utiq; secundũ dei præceptũ perdere debuit: sed ta
men subiugati tanq; tributarij possessi sunt. Pau-
lopost aũt ita legitur: Et erat dominans in omnib.
regibus à flumine usq; ad terrã Philistijm, & usq;
ad fines Ægypti. Ecce ubi impletum est quod in
Genesi deus ad Abraham loquens, promittensq;
prædixerat. A flumine quippe hic intelligitur ab
Euphrate: magnum enim flumen in illis locis etiã
proprio nomine nõ addito potest intelligi. Neq;
enim de Iordane hoc accipi potest, cũ & citra Ior-
C danem & ultra Iordanem iam terras Israelitæ ob-
tinuerant, & ante regnum Salomonis. Ergo à flu-
mine Euphrate ex partibus Orientis usq; ad fi-
nes Ægypti, quæ pars illis erat ab Occidente, re-
gnum Salomonis, scriptura regnorum dixit fuis-
se porrectum. Tũc ergo amplius subiugatum est
q̃ septem illæ gentes tenebant, ac per hoc tunc in
seruitutem redactæ sunt, nõ septem, sed undecim
gentes. Quod enim in regnorum libris scriptum
est, usq; ad fines Ægypti à flumine, cum scriptura
ab Oriente usq; ad Occidentẽ quantũ porrectum
esset, regnũ uellet ostendere: hoc idem in Genesi,
cum ab Occidente usq; ad Orientem præfiniret,
dictum est, à flumine Ægypti, usq; ad flumen ma-
D gnum Euphraten. Flumen quippe Ægypti, qui fi
nis est disterminans regnũ Israel ab Ægypto, non
est Nilus, sed alius & nõ magnus fluuius qui fluit
per Rhinocolurã ciuitatem, unde iam ad Orien-
tem uersus incipit terra p̃missionis. Sic ergo fue-
rat cõstitutum filijs Israel ut septem gentium ter-
ras exterminatis & perditis illis gentibus ipsi in-
habitarent: alijs aũt regnarent subditis atq; tribu-
tarijs usq; ad flumen Euphraten. Et quãuis in hoc
deo nõ obtemperassent, quia & ex illis quas ex-
terminare deberent obedientes aliquos fecerãt:
deus tamẽ temporib. Salomonis fidem suæ pro-
missionis impleuit. Nunc itaq; in libro Iesu Naue
quod cõsiderandũ suscepimus quomodo erit ue-
rum: Et dedit deus Israel omnem terram quam iu
rauerat dare patribus eorum: & hæreditauerunt

eam? Quomodo adhuc uiuente Iesu omnem ter-
ram dedit, cũ etiam reliquias illarum septem gen- A
tium nõdum superauissent? Nam quod sequitur,
& hæreditauerunt eam: uerum est, quia ibi erant
ibiq; consederant. Deinde quod adiungit: Et re-
quiem dedit illis dominus in circuitu, sicut iuraue
rat patribus eorum, uerum est, quia uiuo adhuc Ie
su nõ eis quidem cedebant reliquiæ illarum gen-
tium, sed nulla earũ eos in terris ubi consederant
bello lacessere audebat. Ideo dictum est & quod
deinde adiũgitur: Non restitit quisquam ante fa-
ciem illorũ ab omnibus inimicis eorũ. Quod ue-
ro sequitur. Sed omnes inimicos eorũ tradidit do
minus illis in manus eorũ: hos intelligi uoluit ini-
micos, qui obuiam ire in bellum ausi sunt. Dein-
de quod dicit: Nõ decidit ex omnibus uerbis bo-
nis quæ locutus est dñs filijs Israel, omnia aduene B
runt: ita uult intelligi, quia cum iam illi cõtra præ-
ceptum domini fecissent quibusdam parcẽdo ex
illis septem gentibus, & eos obedientes faciẽdo,
adhuc tamen inter eos salui erant. Ideo cũ dixisset
ex omnibus uerbis, addidit bonis, quia nondum
euenerant maledicta cõtemptoribus & trãsgres-
soribus constituta. Restat ergo ut quod ait, dedit
dominus Israel omnem terrã quam iurauerat da-
re patribus eorũ: secundum hoc intelligatur, quia
etsi adhuc erant ex illis gentibus reliquiæ conte-
rendæ & exterminãdæ, uel ex alijs usq; ad flumen
Euphraten, aut subiugandæ si non resisterent, aut
perdendæ si resisterent: tamen in usum eorum re-
lictæ sunt in quibus exercerent, ne carnalib. affe-
ctibus & cupiditatibus infirmi, repentinam tanq; C
rerum temporalium prosperitatem moleste ac sa
lubriter sustinere non possent, sed elati citius in-
terirent, quod oportune alio loco demonstrabit.
Om̃is ergo illis terra data est, quia & illa pars quę
nondũ fuerat in possessionem data, iam data fue-
XXII rat in quandã exercitationis utilitatem. Quod
ait: Non restitit quisq; à facie illorum ab omnibus
inimicis eorum: Quæri potest quomodo uerũ sit,
cum de tribu Dan superius scriptum sit, q eos ho-
stes eorum non permiserunt descendere in uallẽ,
sed pręualuerunt eis in montibus. Sed quod dixi-
mus cum duodecim filios Iacob scriptura in Me-
sopotamia natos cõmemorasset, ubi nõ fuerat na
tus Beniamin: hoc etiã hic intelligẽdum est, quia
pro uniuerso populo duodecim tribus deputatæ D
sunt, ea regula quæ alijs scripturarũ locis satis in-
notuit. Causa aũt si quæritur, cur hæc tribus in ea
sorte quæ illi obuenit, & nõ obtinuerit sufficien-
tes terras, & ab eis à quibus tenebantur afflicta sit,
in dei quidem secreto consilio esse credendũ est.
Verũtamen cum Iacob filios suos benediceret, ta
Gen.49 lia dixit de isto Dan, ut de ipsa tribu existimetur
exurrecturus Antichristus. Vnde nũc dicere plu
ra nõ suscepimus, cum etiã sic solui possit hęc quę
stio, quia nõ restitit quisq; ante faciem illorum ab
omnibus inimicis eorũ, cum simul sub unius du-
cis imperio bellũ gererent, anteq; singulis tribub.
XXIII sua defendenda diuiderentur loca. Et in sacrifi-
Ios.22 cijs salutariũ nostrorũ. Quia pluraliter dicta sunt
sacrificia, pluraliter etiã salutaria. Vbi aduertendũ
A est diligentius quemadmodũ dici soleat sacrificiũ
salutaris: quoniam si Christum acceperimus, quo
niam ipse dictus est salutare dei, nõ occurrit quẽ-
admodum pluraliter possit hoc uerbum intelligi.
Vnus enim dominus noster Iesus est Christus, q̃-
uis dicantur Christi per eius gratiam, sicut in Psal 1 Cor.8
mo legitur: Nolite tangere Christos meos. Sed u- Psal.104
trum salutares dici possint, uel salutaria, nõ facile
audendũ est: Solus enim ipse Saluator corporis.
Quod dicit Iesus de sua propinquante morte: XXIIII
Ego aũt recurro uiam sicut & omnes qui sunt su- Ios.23
per terrã: in ea interpretatione quę est ex Hebręo
inuenimus, ingredior uiam. Ita ergo accipiẽdum
est quod septuaginta dixerunt: Recurro, sicut di-
ctum est homini: Donec reuertaris in terram un-
B de sumptus es: ut secundũ corpus dictum intelli-
gatur. Secundũ animã uero si uoluerimus ita acci
pere, quemadmodũ in Ecclesiaste positum est: Et Eccl.12
spiritus reuertetur ad deũ qui dedit eum: non arbi
tror de omnibus posse dici, sed de ijs qui sic uixe-
runt, ut ad deum redire mereantur, tanq; ad auto-
rem à quo creati sunt. Neq; enim hoc & de illis re-
cte intelligi potest, de quibus dicitur. Spiritus am- Psal.77
bulans & nõ reuertens. Iste autẽ uir sanctus Iesus
Naue si nõ addidisset, sicut & omnes qui sunt su-
per terrã: nulla esset quæstio. Neq; eñ aliud de il-
lo crederemus q; quo eum dignum esse legimus.
Cũ uero additũ est, sicut & omnes qui sunt super
terrã: mirũ si hoc quod Latinus interpres, recurro
posuit, nõ magis percurro uel excurro dicendum
C est, si hoc potest dici quod Græcus habet ἀποτρέχω:
Omnes enim percurrunt, uel excurrũt huius uitę
uiam, cũ ad eius finem peruenerint. Sed quia hoc
uerbũ positũ est, ubi parentes Rebeccę dicunt ad
seruũ Abrahæ: Ecce Rebecca, accipiens recurre, Gen.24
& sit uxor dñi tui: ideo & hic ita hoc uerbũ inter-
pretatũ est. Quod septuaginta interpretes ha- XXV
bent: Et assumpsi patrem uestrũ Abrahã de trans
flumine, & deduxi eum in omnẽ terrã: interpreta
tio quæ est in Hebræo habet, & induxi eũ in terrã
Chanaan. Mirũ est ergo si septuaginta pro terra
Chanaan omnẽ terrã ponere uoluerunt, nisi intu-
entes prophetiã, ut magis ex promissione dei tan
quam factum accipiatur, quod certissime futurũ
in Christo & in Ecclesia prænũciabatur, quod est
D uerũ semen Abrahæ, nõ in filijs carnis, sed in filijs
promissionis. Et bellauerunt aduersus uos qui XXVI
habitabant Hiericho. Quæri potest quomodo id
uerũ sit, cum clausis portis se murorũ ambitu tan-
tũmodo tuerentur. Sed recte dictũ est, quia clau-
dere aduersus hostem portas ad bellum pertinet:
Nõ enim miserunt legatos qui poscerent pacem.
Vnde si dictum esset, pugnauerũt aduersum uos,
falsum esset: neq; enim bellum continuas pugnas
habet, sed aliquãdo crebras, aliquando raras, ali-
quando nullas. Bellũ est tamen quando portę ho
stibus clauduntur & quodãmodo armata defensio.
Quid est quod inter cætera quæ Iesus Naue Is- XXVII
raelitis dominũ fecisse cõmemorat, dicit: Misit an
te uos uespas, & eiecit illas: quod etiam in libro
Sapien-

Sap.12 Sapientiæ legitur, nec tamen uspiã factum esse in ijs quæ gesta sunt inuenitur. An forte trãslato uerbo, uespas intelligi uoluit acerrimos timoris aculeos, quibus quodãmodo uolantibus rumoribus pungebant ut fugerent, aut aerios occultos spiri-
Psal.77 tus, quod in Psalmo dicit, per angelos malignos: Nisi forte quis dicat, nõ omnia quę facta sunt, esse cõscripta: & hoc quoq; uisibiliter factum, ut ueras
XXVIII uespas uelit intelligi. Quid est quod dicit Iesus ad populum: Non poteritis seruire deo quia deus sanctus est: An quia illius sanctitati perfectam seruitutem quodãmodo cõtemperari, humanæ fragilitati impossibile est? Quo audito, isti nõ solum eius eligere seruitutẽ, sed etiã de adiutorio eius & misericordia præsumere debuerũt. Quã ille intel-
Psal.142 lexit qui dicit in Psalmo: Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo, quoniam nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Isti aũt in se potius præsumere delegerunt ꝙ deo possent sine ulla offensione seruire, ut iam tũc inciperent quod de illis expressit
Rom.10 Apostolus: Ignorantes enim dei iustitiã & suã uolentes cõstituere; iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Ita eis iam lex subintrabat ut abundaret delictum. & postea superabũdaret gratia, per dominum Christum, qui finis est legis ad iustitiam omni credẽti.
XXIX Quid est quod ait idem Iesus loquens ad populum: Et nunc circumauferte deos alienos qui sunt in uobis, & dirigite corda uestra ad dominũ deũ Israel. Non eñ credẽdi sunt adhuc habuisse apud se aliqua gentiũ simulachra, cum superius eorum obediẽtiã prædicauerit. Aut uero si haberẽt, post tãtas legis cõminationes illa eos prospera sequerentur, cũ sic in eos uindicatum sit, ꝙ unus eorũ de anathemate furtũ fecerat. Deniq; Iacob dixit hoc eis qui cum illo exierant de Mesopotamia, ubi sic idola colebantur, ut & Rachel paterna furaretur: sed post illã admonitionem Iacob, dederunt quæ habebant. Vnde apparuit hoc eis ita dictum esse, quia sciebat eos habere ille qui dixerat: Nunc uero post hanc admonitionẽ Iesu Naue nullus tale aliquid protulit. Nec tamen putandũ est hoc illũ inaniter præcepisse. Nõ enim ait, & nunc auferte deos alienos si qui sunt in uobis: sed omnino tanquam sciens esse, qui sunt, inquit, in uobis. Proinde propheta sanctus in cordibus eorum esse cernebat cogitationes de deo alienas à deo, & ipsas ammonebat auferri. Quisquis enim talẽ cogitat deũ qualis nõ est deus, alienũ deũ utiq; & falsum in cogitatione portat. Quis est aũt qui sic cogitet deum quemadmodũ ille est? Ac per hoc relinquit fidelibus, quãdiu peregrinantur à domino, auferre à corde suo irruentia uana phantasmata, quæ se cogitationib. ingerũt, uelut talis aut talis sit deus, qualis utiq; nõ est: & dirigere cor ad illum fideliter, ut quemadmodũ & quantum nobis expedire nouit, ipse insinuet per spiritũ suum, donec absu-
Psal.115 matur omne mẽdacium, unde dictum est: Omnis homo mendax: & transacta nõ solũ impia falsitate, uerũetiam ipso speculo & ęnigmate, facie ad faciem cognoscamus, sicut & cogniti sumus: quẽ-
1 Cor.13 admodũ Apostolus dicit: Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.
A Nunc scio ex parte: tunc autem cognoscã sicut & cognitus sum. Et disposuit Iesus testamentũ ad XXX populum in illo die, & dedit illi legem & iudiciũ in Silo corã tabernaculo domini dei Israel. Et scripsit uerba hæc in libro legis dei, & accepit lapidẽ magnũ, & statuit illum Iesus sub terebintho ante dominum. Et dixit Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit uobis in testimoniũ, quia hic audiuit omnia quæ dicta sunt à domino quæcunq; locutus est ad uos hodie, & hic erit uobis in testimonium in nouissimis diebus, cũ mẽtiti fueritis domino deo uestro. Hæc uerba qui non in superficie tantũ audiunt, sed aliquanto altius perscrutantur, nequaq; tantũ uirum tam insipientẽ putare debent, ut uerba dei quæ locutus est populo, inanimum lapidẽ
B audisse crediderit: qui etiã si ab artifice in hominis similitudinẽ effigiatus esset, inter illos utiq; deputaretur, de quibus in Psalmo canitur: Aures habẽt Psal.113 & nõ audient. Neq; enim idola gẽtium aurum & argentũ sola nõ audiunt, & si lapidea sint, audiũt: sed per hũc lapidẽ profecto illum significauit qui fuit lapis offensionis nõ credentibus Iudęis, & pe 1 Pet.2 tra scandali: qui cũ reprobaretur ab ædificãtibus, factus est in caput anguli: quem pręfigurauit & il Psal.117 la petra quę potum sitienti populo, ligno percussa profudit: De qua dicit Apostolus, Bibebant au 1 Cor.10 tem de spiritali sequenti eos petra: petra aũt erat Christus. Vnde & cultellis petrinis populum circumcidit iste ductor egregius: qui cultri petrini cũ illo etiã sepulti sunt, ut profundũ mysterium de-
C monstrarent posteris profuturum. Sic ergo & istũ lapidem quanquã uisibiliter statutum, spiritaliter debemus accipere in testimoniũ futurum Iudæis infidelibus, hoc est mentientibus: de quibus dicit Psalmus: Inimici domini mentiti sunt ei. Neque Psal.80 enim frustra, cũ iam dei famulus Moyses, uel potius per eum deus disposuisset ad populum testamentũ, quod in arca erat, quæ dicta est arca testamenti, & in libris legis tãta sacramentorũ & præceptorũ multiplicitate cõscriptis: tamẽ etiã hic dictum est: Disposuit Iesus ad populũ testamentũ in illa die. Repetitio quippe testamẽti, nouum testamẽtum significat, quod significat & Deuteronomiũ, quod interpretatur secunda lex, quod significant & priorib. cõfractis tabulæ renouatæ. Mul- Exod.34
D tis enim modis significandũ, quod uno modo implendum fuit. Iam uero ꝙ sub terebintho statutus est lapis, hoc significat, quod uirga ad petram ut aqua profflueret: quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Ideo aũt subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectus: uel ꝙ illo tempore, quo illud agebat Iesus Naue, adhuc obumbrãdum mysteriũ fuit: Terebinthi etenim lignum medicinalẽ lachrymã exudat, quę arbor à septuaginta interpretib. hoc loco posita est, q̃uis secundum alios interpretes quercus legatur. Mirũ est sanè ꝙ saltem in nouissimis suis uerbis quibus populũ allocutus est Iesus homo dei, nihil eos obiurgat, ex eo ꝙ his gentib. pepercerunt, quas dominus usq; ad internicionẽ cũ anathemate perden-

Iosu.17 das esse præcepit: Sic enim scriptum est, Et factū est postquā inualuerunt filij Israel & fecerūt Chananæos obedientes, exterminio aūt eos non exterminauerūt. Nā primo id eos non potuisse, scriptura testata est, sed nunc posteaq; præualuerunt, ita ut facerent obaudientes, q; nō etiam exterminauerunt, utiq; cōtra præceptum domini factum est, quod nō est cuiquam factum, cum Iesus exercitum duceret. Cur ergo non eos obiurgauit allocutione nouissima, q; in hoc domini præcepta neglexerint? An forte quia prius dixit eos scriptura non potuisse, utiq; antequā præualuerant, etiam cum præualuissent timuisse credēdi sunt: ne forte paratis obedire si parcere noluissent, acrius eos aduersum se ex ipsa desperatione pugnare cōpellerēt, & eos superare nō possent? Hūc ergo eis humanū timorē dominus noluit imputare, & si apparet in eo quædā subdefectio fidei, quæ si fortis in eis esset, ea sequerent̄ quæ ipsum Iesum debellantem secuta sunt. Quia uero nō in eis tāta fides fuit, etiam cum aduersarijs suis præualuissent, pugnare cum eis usq; ad internicionem eorū, timore nō ausi sunt. Quem timorem, ut dixi, non de malitia, neq; de superbia uel cōtemptu præcepti dominici, sed de animi infirmitate uenietem, noluit eis dominus imputare, cum eis per Iesum nouissima
2 Tim. 4 loqueretur. Vnde & Apostolus, Alexander, inquit, ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera ipsius. De his autem qui eum periclitantem nō malitia sed timore deseruerant, ita locutus est: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omes me dereliquerunt: non illis imputetur.

D. AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM SVPER Iudicum. Liber VII.

I IN fine libri Iesu Naue, breuiter narrator porrexit Historiam, quo usq; filij Israel ad colēdos deos alienos declinauerunt: In hoc aūt libro ad ordinē reditur, quomodo consequentia gesta fuerint post mortē Iesu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber quo populus ad colenda simulachra defluxit: sed a prioribus, interpositis tēporib. quibus ea gesta sunt post quæ ad illa per-
II uetuit. Et factum est postq; defunctus est Iesus
Iudic. 1 interrogabāt filij Israel dominum dicentes: Quis ascendet nobiscū ad Chananæum dux ad bellandum eum? Et dixit dominus, Iudas ascēdet: Ecce dedi terram in manus ipsius. Hic quæritur, utrum aliquis homo Iudas uocabatur, an ipsam tribū, ita ut solet, sic appellauit. Sed illi qui interrogauerāt dominum, post mortem Iesu Naue ducem requirebāt: unde putatur unius expressum hominis nomen. Verum quia non solet duces nominare scriptura cum constituuntur, nisi cōmemorata etiam origine parentum, & constat post Iesum duces habuisse populum Israel, quorum primus est Othoniel filius Cenez, rectius intelligitur nomine Iu-

A dæ, tribum Iudæ fuisse significatam. Ab ipsa enim tribu uoluit dominus incipere conteri Chananæos: Et cum populus de duce interrogasset, ad hoc ualuit responsio domini, ut scirent deum uoluisse ab uniuerso populo bellari aduersus Chananæos. Dixit ergo, Iudas ascendet. Et sequitur scriptura narrans: Et dixit Iudas ad Simeon fratrem suum, utiq; tribus ad tribum: Non enim adhuc uiuebant illi filij Iacob qui dicti sunt Iudas & Simeon, inter cæteros fratres suos proprijs nominibus appellati, sed dicit tribus Iudas ad tribum Simeon: Ascende mecum in sorte mea & bellemus in Chananæos, & ibo etiam tecum in sortem tuam. Manifestū est auxilium sibi tribum Iuda alterius tribus postulasse, quod redderet, cum & illi in sua sorte habere inciperēt necessarium. Et dixit Caleb: Qui- III
B cunq; percusserit ciuitatem literarum & ceperit eam, dabo ei filiam meā Axam uxorem. Iam hoc & in libro Iesu Naue cōmemoratum est, sed utrū Iosu.14 Iesu uiuente factum sit, & nunc per recapitulationem repetitum est: an post eius mortem posteaq; dictum est, Iudas ascendet: & cœpit Iudas debellare Chananæos, in quo bello ista omnia gestanarrantur, merito quæritur. Sed credibilius est post mortem Iesu factum: tunc autem per prolepsim, id est præoccupationem cōmemoratum, quemadmodum & alia. Nūc enim cum res gestæ aduersus Chananæos tribus Iuda exponerent̄, ita se narrationis ordo continet, inter cætera Iudę facta bellica, de quo post mortem Iesu dixerat dominus, Iudas ascendet. Et postea descenderunt filij Iuda
C pugnare ad Chananæum, qui habitabat in montana & Austrum & campestrem. Et abijt Iudas ad Chananæum inhabitantē in Hebron, & exijt Hebron ex aduerso. Nomen autem erat Hebron Cariatharbe uel Sepher, & percussit Sesi & Aciman & Cholmi filios Enach, & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir. Nomen autem Dabir quod erat antē ciuitas literarum. Et dixit Caleb: Quicunq; percusserit ciuitatem literarum & acceperit eam, dabo ei filiā meam in uxorem. Constat ergo ex hoc ordine gestarum rerum tam perspicuo, post mortem Iesu hoc esse factum. Tūc uero cum ciuitates datæ ipsi Caleb cōmemorentur, progressus ex occasione narrator, quod postea factū est præoccupauit. Nec tamen frustra arbitror hoc de
D filia Caleb data in uictoris præmium, bis numero scripturam cōmemorare uoluisse. Alia nascit̄ IIII quæstio de filia Caleb, quod in libro Iesu Naue sic de illa dicit: Et factum est cum ingrederetur ipsa Iosu.14 & consiliū habuit cum eo dicens: Petam patrem meum agrum: Et exclamauit de asino, & cætera, ubi agrum petit a patre atq; concessus est. Hic autem, Et factum est, inquit, cum ingrederetur ipse, monuit eā Othoniel, ut peteret a patre suo agrū. Sed in eo quod dictum ibi est, cum ingrederetur ipsa: & hic dictum est, cum ingrederetur ipse: nihil cōtrarium est: simul enim ingrediebātur uiam. Quod uero ibi dictum est, cōsilium habuit cū eo: id est, cum uiro suo dicens: Petam patrem meum agrū: & exclamauit de asino, & petijt in eo quod habuit

habuit consilium, ibi monita est ut peteret, Quo-
rum alterū hic dictū est, alterū ibi. Vtrunq; autem
ita diceretur, Et consilium habuit cum eo dicens,
Petam patrem meum agrum. Ille autem monuit
eam, & exclamauit de asino. Porrò autē quod ibi
agrum refertur petisse, & nomen ipsius agri taci-
tum est: hic uero cum agrum petere monita fuerit
à uiro suo, nō agrum petisse dicit̄, clamans de sub-
iugali, quod ibi dictū est de asino, sed redemptio
nem aquæ, eo quod in terram Austri fuisset tradi-
ta, subiecitq; scriptura, Et dedit ei Caleb secundū
cor eius redemptionē excelsorum & redemptio-
nem humiliū, quid sibi uelit obscurū est, nisi forte
ager ille ideo petebat̄ ut haberet de fructibus eius
unde aquam redimeret, cuius inopia in illis regio
nibus erat, quo nupta ducebat̄. Sed dedit ei Ca-
leb redemptionē excelsorum, & redemptionē hu
milium: non uideo quid subaudiamus, nisi fluen-
torum, excelsorū uidelicet in mōtanis, & humiliū
V in campestribus siue in uallibus. Et non hæredi
tauit Iudas Gazam & finem eius, & Ascalonem
& finem eius, & Accaron & finem eius, & Azo-
tum & adiacentia eius. Et erat dominus cū Iuda,
& hæreditauit montem, quoniam nō potuit hære
ditare inhabitantes in ualle, quoniā Rechab ob-
stitit eis, & currus erant ei ferrei. Quod in libro Ie-
su Naue, cum illum locū tractarem, ubi scriptum
est, Et dedit dominus Israel omnē terrā, cum mul-
tas eius partes nondū possederint: dixi ita posse in
telligi omnem terrā datam, quia ea quæ data non
est in possessionē, data est in quādam exercitatio
nis utilitatē: hoc multo euidētius hic apparet, quā
doquidē cōmemorantur ciuitates, quas nō hære-
ditauit Iudas, & dicitur, Et erat dominus cū Iuda,
& hæreditauit montē, quoniam non potuit hære
ditare inhabitantes in ualle. Quis enim non intel
ligat etiam hoc ipsum ad id pertinuisse q̄ erat do-
minus cum Iuda, ne totum repente obtinendo ex
tollerentur. Quod em̄ adiūgit, quoniam Rechab
obstitit eis, & currus erant ei ferrei: quos currus ti
muerit, dictū est; nō dominus qui erat in Iuda, sed
ipse Iudas. Cur autē timuerit, cum quo dominus
erat si quæritur, hoc est quod prudēter intelligen-
dum est, restringere deum propitium, etiā in cor-
dibus suorū nimiæ prosperitatis excessus, ut in u-
sum eorū conuertat inimicos, non solum quando
uincunt̄ inimici, sed etiā quādo metuunt̄. Illud ad
commendandam largitatē suam, illud ad eorum
reprimendam elationē. Nam uriq; inimicus san-
ctorum est angelus satanæ, quē tamen sibi datum
2 Cor. 12 colaphizantem dicit Apostolus, ne magnitudine
VI reuelationum extolleretur. Et dederunt Caleb
Hebron sicut locutus est Moyses, & hæreditauit
inde tres ciuitates filiorum Enach, & abstulit in-
de tres filios Enach. Iam hoc dictū est in libro Ie-
su Naue, quoniam & illo uiuo factum est: sed hic
recapitulando cōmemoratū est, cum de tribu Iu-
VII da, unde fuit Caleb, scriptura loqueret̄. Quæri-
tur quomodo dictū sit, Et Hiebusæum habitantē
in Hierusalem, nō hæreditauerunt filij Beniamin
& habitauit Hiebusæus cū filijs Beniamin in Hie
rusalem usq; hodiernum diem: cum superius lega-
A tur eadem ciuitas à Iuda capta & incensa, interfe-
ctis in ea Hiebusæis. Sed cognoscēdum est istam
ciuitatem cōmunem habuisse duas tribus, Iudam
& Beniamin, sicut ostendit ipsa diuisio terrarum
quæ facta est à Iesu Naue. Ipsa est em̄ Hiebus quæ
Hierusalem: ideo duæ istæ tribus remanserunt ad
templum domini, quando cæteræ, excepta Leui
quæ sacerdotalis fuit, & terras in diuisionem non
accepit, separauerunt se à regno Iuda cum Hiero-
boam. Intelligendum est ergo à Iuda quidem ciui
tatem captam & incensam, interfectis qui illic re
perti fuerant: sed nō omnes Hiebusæos esse extin
ctos: siue quia erant extra illam ciuitatē, siue quia
fugere poterant: quos reliquos Hiebusæos admis
sos esse à filijs Beniamin, quibus cum Iuda erat ci-
B uitas illa cōmunis in ea simul habitare. Quod er-
go dictum est, non hæreditauerunt Hiebusæum
filij Beniamin, intelligendum est, quod nec tribu-
tarios eos facere potuerūt, siue uoluerūt. Aut cer-
te non hæreditauit Hiebusæum, dictum est, quia
nō sine illo tenuit terram quæ ab illo possidebat̄.
Et non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est VIII
Scytharum ciuitas. Ipsa hodie perhibet̄ Scytho-
polis dici: Potest autem mouere, quomodo in il-
lis partibus multum ab Scythia diuersis potuerit
esse Scytharum ciuitas. Sed similiter potest moue
re, quō tam longe à Macedonia Macedo Alexan
der condiderit Alexandriam ciuitatē: quod utiq;
fecit longe lateq; bellando: ita etiam Scythæ ali-
quando bellando in longinqua progredientes i-
C stam condere potuerunt. Nam legitur in historia
gentiū, uniuersam pene Asiam Scythas aliquādo
tenuisse, cum regi Ægyptiorum illi qui eis ultro
bellum indixerat irent obuiam, quorum aduentu
territus, in suum se regnum recepit. Et non hæ- IX
reditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharū ci-
uitas, neq; filias eius. Filias eius dicit ciuitates quas
ipsa quasi metropolis instituerat. Et factum est X
quando præualuit Israel, & posuit Chananæū in
tributarium, & auferens nō abstulit eum: Iam tale
aliquid dictū est in libro Iesu Naue, pene ipsis uer
bis. Proinde aut hic per anacephalæosin dicit̄, aut
illic per prolepsim dictum est, id est, aut hic recapi
tulando, aut illic præoccupando. Et contribula XI
uit Amorræus filios Dan in mōte, quoniam non
D permisit eos descendere in uallem. Et hoc simili-
ter, aut in libro Iesu Naue præoccupando cōme-
moratum est, aut hic recapitulando. Et ascēdit XII
angelus dñi super κλαυθμῶνα montē. Scriptor li- Iudic. 2
bri hoc nomine appellauit locū, quia postea scri-
psit, Nam quādo angelus dñi super eum ascendit,
nondū sic appellabat̄. A ploratione quippe nomē
accepit, quod Græce κλαυθμὼν ploratio dicit̄. Ibi
em̄ populus fleuit, cū audisset ab hoc angelo uer-
ba dñi uindicantis in eos q̄ inobedientes fuissent,
quia nōn exterminauerunt populos secundū præ
ceptū eius quibus præualuerunt, eligentes eos fa
cere tributarios q̄ interimere & perdere quemad
modū iusserat dominus. Quod siue cōtempto dei
mādato, siue timore fecerint, ne hostes aduersū se

acrius pugnare pro ſalute obtinēda ꝙ pro tributo
non dando cogerent: ſine dubio peccauerunt, uel A
ſpernendo quod diuinitus imperatum eſt, uel nō
præſumēdo quod eos poſſet qui impauerat adiu-
uare. Quod ideo per Ieſum noluit eis dicere: ſi ta-
mē adhuc eo uiuēte iam fieri præceperat, & nō po
tius præoccupādo cōmemoratū fuerat quod illo
mortuo fieri cœpit: quia hoc omnib. uoluit expro
brare per angelū: Nondū aūt omnes id fecerāt ui-
uente Ieſu, & ſi aliqui forte iam cœperāt. Credibi-
lius eſt tamen nihil tale fieri cœptum uiuente Ieſu
Naue, tantūq; terrarū ſub illo tenuiſſe filios Iſrael,
quantū eis ad conſidendū ſufficeret, quāuis in for
tibus ſuis haberēt unde creſcēdo & cōualeſcēdo
adhuc aduerſarios exterminarent. Proinde poſt
mortē Ieſu, poſtꝙ præualuerūt ut hoc poſſent fa-
cere, maluerūt eos habere tributarios ſecundū uo
luntatē ſuam, ꝙ interimere & perdere ſecūdū uo-
luntatē dei. Propter hoc ad eos corripiēdos ange B
lus miſſus eſt. Quod uero cōmemoratum eſt in li-
bro Ieſu Naue, magis exiſtimo præoccupando cō
memoratū, quod poſt eius mortē uel futurū eſſe
iam ipſe nouerat, ꝓphetico ſpū: ſi ab illo liber con-
ſcriptus eſt qui appellatꝰ, Ieſu Naue: uel ſi ab alio
ſcriptus eſt, iam futurū eſſe ſciebat poſt mortē Ie-
ſu quod in illo libro præoccupādo cōmemorauit.
XIII Quid eſt quod angelus dñi inter cætera diuinæ
cōminatiōis dicit, Non adijciā trāſmigrare popu-
lum quē dixi eijcere: Nō auferā eos à facie ueſtra,
& erunt uobis in anguſtias, & dij eorum erunt uo
bis in ſcandalum: niſi ut intelligamus nōnulla eti-
am de ira dei uenire peccata? Vt enim dij gentiū,
inter quas non à ſe exterminatas Iſraelitæ habita-
re uoluerunt, eſſent eis in ſcādalum, id eſt, facerēt C
eos ſcandalizari in dño deo ſuo, eoq; offenſo uiue
re, indignans hoc cōminatus eſt deus, quod certe
XIIII manifeſtū eſt magnū eſſe peccatū. Et dimiſit Ie
ſus populū, et abierūt filij Iſrael unuſqſq; ad domū
ſuā hæreditare terrā. Hoc per recapitulationē ite-
rari nulla dubitatio eſt. Nā & mors ipſius Ieſu Na
ue etiā in hoc libro cōmemoratꝰ, ut tanquā ab ex-
ordio cūcta breuiter inſinuarentꝰ, ex quo eis domi
nus dedit terrā, & quēadmodum ſub ipſis iudicib.
uixerint quæue perpeſſi ſint, atq; iterū reditꝰ ad iu
XV dicū ordinē ab eo qui primus eſt cōſtitutus. Et
ſurrexit generatio altera poſt eos, qui nō ſcierunt
dominum & opera eius quæ fecit Iſrael. Expoſuit
quō dixerit non ſcierūt dominū: in illis uidelicet D
præclaris & mirabilibus operibus, per quæ factū
XVI eſt ante illos ut Iſrael ſciret dominū. Et ſeruierūt
Baal & Aſtartibus. Solet dici Baal nomen eſſe a-
pud gentes illarū partium Iouis, Aſtarte autē Iu-
nonis, quod lingua Punica putatꝰ oſtēdere. Nam
Baal Punici uidentur dicere, dominū: unde Baal-
ſamen, quaſi dominū cœli intelliguntꝰ dicere: Sa-
men quippe apud eos cœli appellantꝰ, Iuno autē
ſine dubitatione ab illis Aſtarte uocatꝰ. Et quoniā
iſtæ linguæ non multum inter ſe differunt, merito
creditur de filijs Iſrael hoc dicere ſcriptura, quod
Baal ſeruierunt & Aſtartibus, quia Ioui & Iuno-
nibus. Nec mouere debet, quod nō dixit Aſtarti,
id eſt Iunoni, ſed tāquam multæ ſint Iunones, plu
raliter hoc nomen poſuit. Ad ſimulachrorū enim
multitudinem referri uoluit intellectum, quoniā
unumquodq; Iunonis ſimulachrū, Iuno uocabatꝰ,
Ac ꝑ hoc tot Iunones quot ſunt ſimulachra intel-
ligi uoluit. Varietatis aūt cauſa exiſtimo Iouē ſin-
gulariter, Iunonē pluraliter cōmemorare uoluiſ-
ſe. Nam eadem cauſa pluriū ſimulachrorū etiam
Ioues pluraliter dici poſſent. Hoc autē, id eſt, no-
mine plurali Iunones in Græcis ſecundum ſeptua
ginta reperimus, in Latinis autē ſingulariter erat.
Quorū in illo qui non habebat ſeptuaginta inter-
pretationē, ſed ex Hebræo erat, Aſtaroth legimus
nec Baal ſed Baalim. Qđ ſi forte aliud in Hebræo
uel Syra lingua nomina iſta ſignificēt, deos tamē
alios fuiſſe conſtat & falſos, quibus Iſrael ſeruire
nō debuit. Et uendidit eos in manu inimicorū XVII
ſuorum in circuitu. Quæri ſolet quare dixerit uen
didit, tanꝙ aliquod preciū intelligatꝰ datū. Sed &
in Pſalmo legitꝰ: Vēdidiſti populū tuum ſine pre- Pſal.43
cio: Et apud Prophetā: Gratis uenditi eſtis, & non Eſa.52
cum argento redimemini. Quare ergo uenditi, ſi
gratis & ſine precio, & nō potius donati? An for-
te ſcripturarū locutio eſt, ut uenditus etiā qui do-
natur dici poſſit? Hic aūt ſenſus eſt optimus in eo
quod dictū eſt: Gratis uenditi eſtis, & uēdidiſti po
pulum tuum ſine precio: quia & illi quibus tradi-
diſti populū impij fuerūt, nō deum colendo tradi
ſibi illū populum meruerunt, ut ipſe cultus tanꝙ
preciū uideretꝰ. Quod uero dictū, neq; cum argen
to redimemini: non ait, neq; cum precio, ſed neq;
cū argento: ut preciū redemptionis intelligamus,
quale dicit Apoſtolus Petrus: Non enim argento 1.Pet.1
C & auro redempti eſtis, ſed precio ſanguinis agni
immaculati: in argento enim Propheta omnē pe-
cuniam ſignificauit, ubi ait: Nō cum argēto redi-
memini, qm̄ precio quidē ſanguinis Chriſti, nō ta
men precio pecuniario fuerāt redimendi. In eo ꝙ
dominus dicit: Et ego non apponam auferre uirū
à facie ipſorū de gentibus quas reliquit filius Na-
ue, & dimiſit ad tentandū in eis Iſrael ſi obſerua-
rent uiam domini abire in eam, quemadmodū cu
ſtodierunt patres eorum, an non: & dimiſit domi-
nus gētes has ut nō auferret illas tunc: & nō tradi
dit illas in manus Ieſu. Satis oſtenditꝰ cauſa quare
nō Ieſus omnes illas gētes bellādo deleuerit, quia
hoc ſi fieret, nō eſſet in quib. iſti probarentꝰ. Pote-
rat aūt eſſe ad utilitatem ipſorū, ſi tentati in eis nō
D reprobi inuenirentꝰ: eiſq; talibus inuentis, quales
eos eſſe debere præceperat dominus, iam gētes il-
læ auferrētur à facie eorū, ſi ita uiuerēt, nec bellis
eos exerceri oporteret. Verba enim dñi huc uſq;
accipiēda ſunt. Propter quod tanta dereliquit gēs
hæc teſtamentū meum quod mandaui patrib. &
nō obedierunt uoci meæ, & ego non apponā au-
ferre uirū à facie ipſorū: id eſt aduerſariū. Cætera
uero uerba ſcriptoris ſunt, exponentis unde dixe
rit dominus, non ſe ablaturum uirum de gentibus
quas reliquit Ieſus filius Naue. Deinde ſubiūgens
qua cauſa dereliquit: Et dimiſit, inquit, ad tentan-
dum Iſrael ſi obſeruarent uiā domini abire in ea,
quemad-

quemadmodum custodierūt patres eorū, an non
eos uolens intelligi patres custodisse uiam domi-
ni qui fuerūt cum Iesu, id est eo tēpore quo ille ui-
uebat. Generationē quippe alteram superius re-
tulit surrexisse post illos qui uixerūt cū Iesu, & ab
ipsis cœpisse trāsgressiones quæ offenderunt do-
minū pro quib. tētandis, id est probandis, relictæ
fuerant gētes, nec exterminatæ per Iesum. Dein-
de ne putareť hoc Iesus consilio suo tanquam hu-
mano egisse, ut gētes illæ relinquerentur: subiun-
git scriptura, Et dimisit dominus gētes has ut non
auferret illas celeriter: & non tradidit eas in ma-
Iudic. 3 nus Iesu. Deinde sequiť, Et hæ gētes quas reliquit
dominus ut tentaret in eis Israel, oēs qui nescie-
runt omnia bella Chananæorum, propter genera
tiones filiorū Israel ut doceret illos bellū. Erat er-
go ista causa in eorū tētatione, ut bellare discerēt:
id est ut tāta pietate et obediētia legis dei bellarēt,
quanta patres eorum qui domino deo etiā bellan
do placuerūt, non quia optabile aliquid est bellū,
sed quia pietas laudabilis est in bello. Quod autē
sequiť, Verum quia ante illos nescierūt illas: quid
nisi gentes uult intelligi, quas nescierūt bellando
qui fuerūt ante istos: quorū tentationi, hoc est pro
batiōi relictæ sunt. Deinde cōmemorās quæ sint,
quinq;, inquit, satrapias alienigenarum, quas in li-
Satrapiæ quid sint bris Regnorū manifestius exprimit. Satrapiæ aūt
dicunť, quasi parua regna, quib. satrapæ præerant,
quod nomen in illis partibus cuiusdam honoris
est siue fuit. Et omnem, inquit, Chananæum & Si-
donium & Euæū inhabitantē Libanū aut mōtem
Hermon usq; ad Cabemeth: & factum est ut tenta
retur in ipsis Israel: Tanquam diceret, Hoc autē fa
ctum ut tentareť in ipsis Israel scire si audient man
data domini: nō ut sciret deus omnium cognitor
etiam futurorum, sed ut scirent ipsi, & sua cōscien-
tia, uel gloriarenť, uel conuincerenť, utrum audi-
rent mandata domini quæ mandauit patribus eo-
rum in manu Moysi. Quoniam ergo manifestati
sibi sunt non se obedisse deo, in ijs gentib. quæ ad
eorū tentationē, id est exercitationem atq; proba
tionem fuerāt derelictæ, propterea dixit deus uel
illa in quibus missus est angelus, & expresse locu-
tus est, uel pauloante, ubi ait, Propter quod tanta
dereliquit gens hæc testamentū meum quod mā-
daui patribus eorū, & nō obedierūt uoci meæ, &
ego non apponā auferre uirū à facie ipsorū. Dictū
est autē in Exodo ex persona dei loquētis de istis
Exod. 23 gētibus aduersarijs, Non eijciā illos in anno uno,
ne fiat terra deserta, & multiplicenť in te bestiæ fe
ræ: Paulatim eijciā illos, donec multiplicemini &
crescatis & hæreditetis terrā. Poterat hāc promis-
sionem suā seruare dominus erga obedientes, ut
exterminatio gentiū illarū, crescentibus Israelitis,
partibus fieret, cum eorum multitudo terras unde
aduersarij exterminarenť desertas esse nō sineret.
Quod autē ait, Ne multiplicenť in te bestiæ feræ,
mirum si nō bestiales quodam modo cupiditates
& libidines intelligi uoluit, quæ solent de repen
tino successu terrenæ felicitatis existere. Neq; em̄
deus homines exterminare poterat, & bestias nō
poterat, uel perdere, uel pasci potius nō pmittere.
A Et excitauit dn̄s saluatorē Israel, & saluauit eos. XVIII
Deinde uelut quæreret quē saluatorē, Othoniel, Iudic. 3
inquit, filium Cenez. Accusatiuū enim casum hic
debemus accipere, tanquā diceret Othonielem.
Aduertendū est aūt quod saluatorē dicat etiā ho-
minem per quē deus saluos faciat. Nam clamaue-
runt filij Israel ad dn̄m, & excitauit dn̄s saluatorē
Israel, & saluauit eos, Othoniel filium Cenez, fra-
trem Caleb minorē ipsius, & exaudiuit eos. Inter
illa aūt quæ appellantur ὑπερβατὰ, hoc genus ra-
rum est, quoniā habet & illud quod Græci uocāt
ὑστερολογίαν. Quod em̄ ait postea, et exaudiuit eos,
si prius ponať fit sermo lucidior. Nam ordo est, Et
clamauerūt filij Israel ad dn̄m, & exaudiuit eos, &
excitauit dn̄s saluatorē Israel. Deinde quod hic in
B terpositū est, & saluauit eos: & postea dictum est
Othoniel filium Cenez: si ita diceret planius fie-
ret, & excitauit dn̄s saluatorē Israel Othoniel filiū
Cenez, & saluauit eos. Quadraginta annos quie XIX
uisse terrā promissionis à bellis sub Othoniel ciu-
dice scriptura testatur, quantū tēporis primordia
Romani imperij sub Numa Pōpilio tantūmodo XX
rege pacata habere potuerunt. Quæri potest,
utrū mentitus fuerit Aioth iudex quando occidit
Eglon regē Moab. Cū em̄ solus soli insidiareť ut
eū percuteret, hoc illi ait, Verbū occultū mihi est
ad te rex: ut ille à se oēs qui cū illo fuerant remoue
ret. Quod cū factū esset, iterū dixit Aioth, Verbū
dei mihi ad te rex. Sed potest nō esse mendacium,
quādoquidē uerbi nomine solet etiā factū appel-
lare scriptura. Et reuera ita erat. Quod autē dixit,
C uerbū dei: intelligendū est hoc illi deū ut faceret
præcepisse, qui eū populo suo excitauerat saluato
rem, sicut illis tēporibus talia fieri diuinitus opor-
tebat. Merito quæriť quō fuerit exilis ualde rex XXI
Eglon, & cōcluserint adipes uulnus quando per-
cussus est. Sed intelligendū est ea locutione dictū
quæ solet à contrario intelligi, sicut dicitur lucus,
quod minime luceat: & abundare responderť, q̃d
non est: & benedixit regi, pro maledixit, sicut scri
ptum est in Regnorū libro de Nabuthe, Nam in 3 Reg. 21
ea interpreratione quæ nō secundū septuaginta
sed ex Hebræo est, ita inuenimus, Erat aūt Eglon
crassus nimis. Et exijt ad fores & trāsiit obseruā XXII
tes, & clausit ianuas domus superioris super eum
& coarctauit. Hoc recapitulando dictū est q̄ fue-
D rat prætermissum, Nā prius hoc fecisse intelligēdū
est, & sic de superius descēdisse & trāsiuisse obser-
uātes. Quō pueri regis Eglon claui aperuerint XXIII
q̃d Aioth claui non clauserat, potest mouere. Aut
si ille claui clauserat, quō secum eam non auferret,
ut isti nec claui aperire possent. Proinde aut alia
clauis allata est, aut tale clausuræ genus fuit quod
sine claui possit claudi, nec sine claui aperiri. Nam
sunt quædā talia, sicut ea quæ uerudata dicuntur,
Sub iudice Aioth octoginta annos pacem ha- XXIIII
buit Israel in terra promissiōis, duplicato scilicet
tēpore quàm fuit memorabile sub Romanorū re-
ge Numa Pompilio. Et post eum surrexit San- XXV
negar filius Aneath, & pcussit alienigenas in sex
centos

centos uiros, præter uitulos boum, & saluauit Is-
rael. Quomodo post Aioth iste pro Israel pugna-
uerit, & dictus sit saluasse Israel, põt esse quæstio.
Nõ enim rursus fuerãt captiuitati, uel iugo seruitu
tis innexi. Sed intelligendũ ita dictum, saluauit:
nõ quia nocuerit aliquid hostis, sed ne permittere
tur nocere, quẽ credendũ est bello cœpisse tẽtare,
& huius uictoria fuisse depulsum. Sed qd sibi uelit
quod addidit, præter uitulos boũ: obscurũ est. An
forte etiã boum stragẽ pugnãdo fecit, & ita dictũ
est eũ occidisse sexcẽtos uiros, præter illud quod
fecit de bobus occisis. Sed quare uitulos? An Grę
cę locutionis cõsuetudo est etiã uitulos eos appel
lare qui grãdes sunt? Nã ita loqui uulgo in Ægy-
pto perhibeñ, Sicut apud nos pulli appellanñ gal-
linæ cuiuslibet ætatis. Non autẽ habet interpreta
tio ex Hebręo, præter uitulos boum, sicut ista quę
secũdũ septuaginta est: sicut habet illa ex Hebręo,
uomere occisos sexcẽtos uiros: quod ista non ha-
XXVI bet. Quid est quod respõdens Barach Delbo-
Iudic. 4 ræ ait, Si ibis ibo, & si nõ ieris mecũ, non ibo: quo-
niã nescio diẽ in qua prosperat angelũ dñs mecũ,
quasi à Prophetissa diẽ audire nõ potuerit: nec illa
diem respõdit, sed perrexit cũ illo. Et quid est, pro
sperat angelũ dñs mecũ: An hic demõstratũ quia
& angelorũ actus pspcrañ: id est adiuuanñ à dño
ut feliciter cedãt: an locutiõis est, prosperat ange-
lum mecũ: id est facit mecũ prospera per angelũ.
XXVII Et pauefecit dñs Sisarã & oẽs currus eius. Ecce
quẽadmodũ cõmendat scriptura agere deum in
cordibus, ut det exitũ rebus quẽ constituit. Vtiq;
enim pauefecit uel obstupefecit Sisarã ut traderet
XXVIII eum. Vbi Iahel mulier quæ occidit Sisaram cũ
locuta esset ad Barach qui eũ quęrebat: scriptũ est
de ipso Barach, quia intrauit ad eã. Animaduertẽ-
dum est non esse consequens, ut cum scriptura di
cat de uiro quod intrauit ad aliquã fœminam, iam
etiã cõcubuisse credañ. Assidue quippe sic loqui-
tur scriptura, intrauit ad eam: ut nolit intelligi nisi
quod ei mixtus sit. Hic ergo proprie dictũ est, in-
trauit ad eam: id est, domũ eius intrauit, nõ ut per
XXIX hęc uerba intelligañ cõcubitus. In cantico Del-
Iudic. 5 boræ dicitur, Defecerũt habitantes in Israel, defe-
cerũt donec surrexit Delbora, donec surrexit ma-
ter in Israel, elegerũt ut panẽ hordeaceũ deos no-
uos, tunc expugnauerũt ciuitates principum. Hic
intermixtus ordo uerborum obscuritatẽ facit, &
quæstionem mouet. Quõ eñ intelligatur, elege-
runt ut panẽ hordeaceum deos nouos, tunc expu
gnauerunt ciuitates principũ: quasi tunc eis faue-
rit deus ad expugnandas ciuitates principũ quã-
do elegerũt ut panẽ hordeaceũ deos nouos. Sed
in alijs iam scripturarũ locis sæpe didicimus quẽ-
admodũ fiant hyperbata: quorũ directiõe cũ uer-
ba ad ordinẽ redeũt, sensus explanañ. Iste ergo est
ordo. Defecerũt habitantes in Israel, defecerunt,
elegerũt ut panẽ hordeaceum deos nouos, donec
surrexit Delbora, donec surrexit mater in Israel:
XXX tũc expugnauerũt ciuitates principum. Quæri
potest, quomodo dictũ sit, Elegerunt ut panẽ hor
deaceum deos nouos, cũ panis hordeaceus quã-
uis sit in cõparatione triticij panis abijciendus, ta
A men etiã ipse pascat & uitale alimentũ sit. Dij aũt
noui, quos dicunñ elegisse qui defecerũt à deo ui-
uo, nõ possint in alimẽtis animæ deputari, sed po
tius in uenenis. An hactenus accipienda est simi-
litudo, quatenus ualet, ut propter hoc solũ dictũ
intelligañ: quia sicut plerunq; fastidio fit, ut eligẽ-
da reijciant, & aspernãda delectẽt: ita uitio prauæ
uoluntatis tanq; languore fastidij cum esset deus
eorũ uerus, sibi falsos elegerũt, nihil aliud q̃ noui
tatem & spreta ueritate, atq; ita cibũ mortiferum
tanquam panem hordeaceum elegerunt, nõ se ar
bitrantes inde perituros, sed etiam inde uitam ue
lut esca innoxia licet uiliore sumpturos. Secũdum
B opinionẽ ergo eorũ similitudo posita est animiq;
languorẽ, nõ secundũ ueritatẽ: Nã dij illi noui nul
lis sunt cibis uitalibus cõparandi. Et factum est XXXI
quando clamauerũt filij Israel ad dominum pro- Iudic. 6
pter Madian, & misit dñs uirum Prophetam ad fi
lios Israel & dixit eis. Cur non dicañ nomẽ huius
Prophetæ, quod ualde scripturis inusitatũ est, la-
tens causa est, nõ tamen nullam esse arbitror. Sed
quia post uerba quib. exprobrauit inobediẽtiam
populi, sequitur scriptura dicẽs: Et uenit angelus
domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra: nõ
absurde intelligiñ iste angelus significatus nomi-
ne uiri, ut posteaquam hęc uerba dixit, uenerit ad
quercũ memoratã, & ibi sederit. Nomine eñ ui-
rorũ solere appellari angelos notũ est, quãuis eũ
qui esset angelus appellatũ esse Prophetã nõ faci
C le seu euidẽter occurrat: eũ sanè qui Propheta es-
set dictũ angelũ legimus. Sed si angelorum dicta
Prophetica nota sunt, id est, quib. futura prænun-
ciauerũt: cur nõ possit angelus Prophetę nomine
nũcupari? Verũtamen ut dixi expressum & mani
festum de hac re testimoniũ nõ occurrit. Quod XXXII
angelus dicit ad Gedeon: Dñs tecũ potens in for
titudine, nominatiuus casus est, non uocatiuus.
Hoc est, dominus potens tecum est, nõ tu potẽs.
Aduertendũ est dixisse angelũ tãquam ex do- XXXIII
mini autoritate. Nónne ecce misi te, cum loquere
tur ad Gedeon: Quis enim eum misit, nisi qui ad
eum angelum misit? Delbora uero ait ad Barach,
Nónne mãdauit dominus deus Israel tibi. Hic au-
tem non dictũ est: Nónne ecce misit te dominus:
sed, Nónne ecce misi te. Vbi respõdet Gedeon XXXIIII
D ad angelum: In me domine, hoc est in me intẽde
in quo saluabo Israel, ecce mille mei humiliores
mei in Manasse. Intelligitur præpositus fuisse mil
le hominum, quos Græce χιλιάρχας appellat scri-
ptura, An quid aliud. Animaduertendum est XXXV
quod Gedeon non ait angelo: Offeram tibi sacri-
ficium, sed ait, offeram sacrificium meum, & po-
nam in conspectu tuo. Vnde intelligendum est
non eum angelo, sed per angelum sacrificium of-
ferre uoluisse. Quod & ipse angelus euidenter o-
stendit, qui nõ ab eo sacrificium tanquã sibi sum-
psit, sed ait illi: Accipe carnes & azymos, & pone
ad petram illam & ius effunde. Et cũ hoc fecisset
Gedeon, extẽdit angelus summũ uirgæ quæ erat
in manu eius, & tetigit carnes & azymos, & ac-
census

cēsus est ignis de petra & comedit carnes & azy-
mos. Ita etiam ipse angelus in sacrificio quod ob-
tulit Gedeō, officiū ministrantis impleuit: ignem
q̄ppe homo minister ut homo sine miraculo sub-
iecisset, quem mirabiliter ut angelus iste subiecit.
Deniq; tunc cognouit Gedeon q̄ angelus dñi es-
set. Nam hoc scriptura cōtinuo subdidit, Et uidit
Gedeon quoniā angelus dñi est. Prius ergo tanq̄
eū homine loquebaē, quē tamē hominē dei credi
dit, ut corā ipso sacrificiū uellet offerre, uelut adiu
XXXVI uandus præsentia eius sanctitatis. Quæri potest
quare Gedeon ausus fuerit sacrificiū offerre deo
præter locū ubi iusserat deus. Præter tabernaculū
quippe suū deus prohibuerat sacrificari sibi: cui ta
bernaculo templū postea successit. Tempore aūt
quo fuit Gedeō, tabernaculū dei erat in Silo: atq;
ideo illic tantū legitime possit sacrificari. Sed in-
telligendū est quod illum angelū primo Prophe-
tā putauerat, & tanq̄ deū in illo cōsuluerat de of-
ferēdo sacrificio. Quod ille si ꝓhibuisset, nō utiq;
fieret. Sed quoniā approbauit, & ut fieret annuit,
dei autoritatē Gedeon in faciendo secutus est. Ita
quippe deus legitima illa cōstituit, ut leges nō sibi
sed hominib. daret. Vnde quodcunq; præter illa
ipse præcepit, nō à trāsgressorib. sed potius à pijs
& obediētib. impletū intelligendū est: sicut Abra
ham de immolando filio. Nam & sic Helias extra
3 Reg.19 tabernaculū dñi ad cōuincēdos sacerdotes idolo-
rum sacrificauit, quod ex præcepto domini fecisse
intelligendū est, qui ei tanq̄ Prophetæ reuelatio-
ne atq; inspiratione iussit ut faceret. Quanq̄ tanta
cōsuetudo præter tabernaculū sacrificādi crebrue
rat, ut etiā Salomō in excelsis sacrificasse inuenia-
tur, nec eius sacrificiū fuisse reprobatū. Et tamen
notanē reges qui inter opera laudabilia sua nō de
struxerūt excelsa, ubi cōtra legē dei populus sacri
ficare cōsueuerat, Et qui destruxit maiore prædi-
catione laudaē. Ita deus consuetudinē populi sui,
qua præter eius tabernaculū, tamē nō dijs alienis
offerebant, sed dño deo, sustinebat potius q̄ uera
bat, etiā sic exaudiens offerentes. Hoc autē quod
Gedeon fecit quis non intelligat per angelū ꝓcu
ratū ut ꝓphetice fieret, in qua prophetia petra illa
cōmendareē? Cui quidē petræ nō sacrificatū est,
sed de illa ignis cōmemoraē exisse quo sacrificiū
consumeretur. Siue etiam per aquam quam per-
cussa petra effudit in eremo, siue per ignē, donum
spiritussancti significaē, quod ditissime dominus
Iesus Christus effudit super nos, Nā & in Euange
lio significatū est hoc donū per aquā ubi ipse do-
Ioan.7 minus ait, Si quis sitit, ueniat & bibat: qui credit in
me, sicut dicit scriptura, flumina de uētre eius flu-
ent aquę uiuę: ubi Euāgelista subiūxit, Hoc aūt di
cebat de spiritu quē accepturi erāt credētes in eū.
Significatū est & per ignē, ubi ueniente illo super
Act.2 cōgregatos legiē: Visæ sunt illis linguæ diuisæ ue
lut ignis, qui & insedit super unūquēq; eorum. Et
Lucæ 12 ipse dominus ait, Ignē ueni mittere super terram.
XXXVII Et factus est numerus eorū qui lambuerūt ma-
Iudic.7 nu sua, lingua sua, trecenti uiri. Pleriq; Latini codi
ces non habēt, manu sua, sed tantummodo lingua
sua, quoniā sic intellexerūt quod supra dictū est, si
A cut canes. Græcus aūt habet utrunq;, manu sua &
lingua sua, ut intelligaē quod manu aquā captam
in os proijciebant: & hoc erat simile bibētibus ca
nibus, qui nō ore apposito sicut boues aquam du-
cunt quā bibūt, sed lingua in os rapiūt, sicut etiam
isti intelligunē fecisse, sed cū manu in os aquā pro-
ijcerent quā lingua exciperēt. Nam & interpreta-
tio ex Hebræo planius id habet his uerbis. Fuit i-
taq; numerus eorū qui manu in os proijcientes a-
quam lambuerāt trecēti uiri. Neq; enim solēt ho-
mines ita bibere ut sine opere manus lingua, sicut
canes aquā hauriāt. At uero istis præceptū fuerat
ut hoc facerēt: sed cū ad bibendū descēdissent ad
aquā, multi genu flexo biberūt, q̄d facilius & mi-
nore labore fieret: pauci uero q̄a nō flexo genu se
incuruauerūt, ut canes biberūt, sed aquā manu in
B os iactabāt. Quorū numerus quia trecēti erant si-
gnū insinuat crucis propter literā T Græcam, qua
iste numerus significaē: per quos etiā gētes magis
in crucifixū credituras præfiguratū est, quod lite-
ra Græca est. Vnde Græcorū nomine Apostolus Rom.1
omnes gētes significat cū dicit, Iudæo primum &
Græco. Et Iudæis & Græcis, sæpe ita cōmemorās
circūcisionem & præputiū; quod in linguis genti
um Gręca ita excellat ut per hanc omnes decēter
significenē. Iste numerus & in uernaculis Abrahę
animaduertēdus est, per quos fratrē ab hostib. li-
berauit, quādo eū Melchisedech in magno myste Gen 14
rio benedixit. Quod enim exuberant illic decē &
octo, nam trecēti decē & octo fuisse referunē: ui-
deē mihi significatū quo etiā tēpore fieret, id est,
C tertio quod futurū erat sub gratia. Nam primū est
ante legem, secūdum sub lege, tertium sub gratia.
Singula uero tempora senario numero significa-
ta sunt propter ꝑfectionē. Nam ter seni, decem &
octo sunt. Vnde & illa mulier decē & octo annos Lucæ 13
habet in infirmitate, quam curuam Saluator cum
inuenisset erexit, & à diaboli alligamēto, ut Euan
geliū indicat, soluit. Nam quod ita isti ꝓbati sunt
per quos uinceret Gedeon, ut similes in bibendo
canibus dicerentur, significat quod & cōtempti-
bilia & ignobilia elegit dñs. Pro cōtemptu eñi ha
beē canis. Vnde dicit, Nō est bonum tollere panē Mat.15
filiorum & mittere canibus. Et Dauid ut se tanq̄
cōtemptibilē abijceret, canē se appellauit loquēs 1 Reg.24
ad Saul. Quid sibi uult quod scriptum est, Ge- XXXVIII
D deon descēdit, ipse, & Phara puer eius in partem
quinquaginta qui erāt in cāstris: quod Latini qui-
dam codices habēt, in eam partē in qua erāt quin-
quageni custodes in castris: alij uero, partē quin-
quagesimā in castra: Obscurū q̄ppe dictū plures
sentētias interpretū fecit. Sed aut ea pars castrorū
erat quā seruabant quinquaginta custodes: aut si
quinquageni intelligēdi sunt circūquaq; seruasse,
in unā partē isti descēderūt ubi erāt q̄nquaginta. XXXIX
Quod ille qui proximo suo somnium narrauit,
quod audiuit Gedeon ut de uictoria futura cōfir-
mareē, dixit se uidisse mēsam panis hordeacei, uol
uentē in castris & ꝑcutientē tabernaculū Madiā,
& subuertētē: hoc intelligendū arbitror quod dei
cani-

canibus, quia per cõtemptibilia mũdi, quæ ſignifi
cat menſa panis hordeacei, ſaluator ſuperbos fue-
XL rat cõfuſurus. Quod exclamari iuſſit Gedeon à
trecẽtis ſuis, Gladius dño & Gedeon: id eſt, huic
Gedeon, hoc ſignificat quod gladius id erat ope-
XLI raturus quod dño placeret & Gedeon. Quæri
Iudic. 8 ſolet qd ſit Æphud, uel Ephod, ſeu Ephot. Quod
quidẽ ſi ſacerdotale eſt indumentũ, quod pleriq;
dicũt, uel potius ſuperindumẽtũ, quod ἐπενδύτης
Grece dicit̃, uel ἐπωμὶς, q̃d magis ſuperhumerale
interpetari Latine põt: merito mouet quõ de tan
to auro Gedeon id fecerit. Nam ita ſcriptũ eſt, Et
factũ eſt põdus inaureũ aurearũ quas petierat ſibi
mille ſeptingẽti auri ſicli, pręter brachialia & tor
ques & operimẽta purpurea quæ erãt ſuper reges
Madian, pręter torques quę erãt in ceruicib. came
lorũ ipſorũ, & fecit illud Gedeon in Epud, & ſta-
tuit illud in ciuitate ſua in Ephra, & fornicatus eſt
om̃is Iſrael poſt illud ibi, & factũ eſt Gedeõ & do
mui eius in ſcandalũ. Quõ ergo iſta ueſtis de tãto
1 Reg. 2 auro fieri potuit? Nã & mater Samuelis fecit filio
ſuo, ſicut legimus, Ephud bar, quod nõnulli inter
pretati ſunt Ephud lineũ, quãdo eũ dedit dño in
tẽplo nutriendũ. Vbi euidentius apparet hoc ge-
nus eſſe indumenti. An ideo dictũ eſt, ſtatuit illud
in ciuitate ſua: ut hinc intelligeret̃ aureũ fuiſſe fa-
ctũ? Nõ eñ dictũ eſt, poſuit, ſed ſtatuit, qm̃ ita erat
ſolidũ & ualidũ ut ſtatui poſſet, hoc eſt, poſitũ ſta-
re. Hoc ergo illicitũ cũ feciſſet Gedeon, fornicatus
eſt poſt illud om̃is Iſrael, id eſt, ſequẽdo illud con-
tra legẽ dei: ubi nõ fruſtra quęrit̃, cũ idolũ nõ fue-
rit, id eſt, cuiuſq; dei falſi & alieni ſimulachrũ, ſed
Ephud, id eſt, unũ de ſacramentis tabernaculi q̃d
ad ueſtem ſacerdotalẽ pertineret, quõ fornicatio-
nem ſcriptura dicat populi iſta ſectantis atq; uene
rantis. Ideo ſcilicet ꝙ præter tabernaculũ dei ubi
erãt iſta quæ ſibi fieri iuſſerat deus Iſrael, extra ſi-
mile aliquid fieri phas nõ erat. Ideo ſequit̃ & dicit
ſcriptura, Et factum eſt Gedeon & domui eius in
ſcandalũ: id eſt, ut ab offenſo deo diſcederet, quia
& hoc quoddam genus idoli quodãmodo erat, ꝙ
extra dei tabernaculũ quodlibet manu factũ pro
deo coleretur, cũ illa ipſa quæ iuſſa ſunt in taberna
culo fieri ad dei potius cultũ referrẽtur q̃ pro deo
aliquid eorum, aut pro dei ſimulachro colendũ ha
beretur. Quanq; per Ephud uel Ephod, ea locu-
tione quæ ſignificat à parte totũ, om̃ia poſſunt in-
telligi quæ conſtituit Gedeon in ſua ciuitate, uelu
ti ad colendũ deũ ſimilia tabernaculo dei. Et pro-
pterea per hoc, quia hoc eſt ſacerdotalis honoris
inſigne, quod ſæpe ſcriptura cõmemorat: ut hoc
ſit peccatũ Gedeon, ꝙ extra dei tabernaculũ fece-
rit aliquid ſimile, ubi coleret̃ deus: nõ ꝙ ſolido au
ro uelut ad adorandũ conſtituerit Ephud: ſed q̃d
eſſent ex auro ipſo, quod etiam ex præda fecerit,
ea quæ pertinerent ad ornamenta uel inſtrumen-
ta ſacrarij, quæ omnia per Ephud ſignificata ſunt
propter excellentiã, ut dixi, ueſtis ſacerdotalis. Nã
& ipſum Ephud non quidẽ ex auro ſolo fieri præ-
ceptum eſt, hoc eſt ſuperhumerale ſacerdotalis ue
ſtis: ueruntamẽ etiam aliquid auri habet. Nam ex
auro & hyacintho & purpura & coccino & byſſo
A ut fieret, diuinitus imperatum eſt: ſed quia hoc ita
poſuerunt ſeptuaginta interpretes, ut cõmemora
tis omnibus quæ de ſpolijs acceperat Gedeon in-
ferrent: & fecit illud Gedeon in Ephud: uidet̃ ita
dictum, tanq; ex toto illo quod cõmemoratũ eſt
hoc factũ eſſe credat̃: cũ poſſit etiã illic intelligi lo
cutio quæ ſignificat à toto partẽ: ut quod dictũ eſt
fecit illud in Ephud: intelligat̃, fecit inde Ephud,
uel fecit ex eo Ephud: non ſecundũ illud totũ cõ-
ſumens in Ephud: ſed ex illo quantum ſufficiebat
impendens. Nam in illa interpretatione quæ ex
Hebræo eſt, ſic legitur. Fecitq; ex eo Gedeon in
Ephod, Quod enim apud ſeptuaginta ſcriptũ eſt
Ephud, hoc in Hebræo perhibet̃ dici Ephod. Nõ
autem omnes ſacerdotes tali utebant̃ ſuperhume
B rali quod eſſet in auro & hyacintho & purpura &
coccino & byſſo, ſed ſolus ſummus ſacerdos. Vn-
de illud q̃d de Samuele cõmemorauimus factũ il 1 Reg. 2
li ab eius matre, non erat utiq; tale: quoniam cum
datus eſt nutriendus non erat ſummus ſacerdos,
utiq; puer. Vnde ut dictum eſt, Ephud bar appel-
latur, uel potius Ephud bat, ſicut aſſerunt qui He-
bræã linguam nouerũt, quod interpretat̃ Ephud
lineum. Sed Gedeon exiſtimo illud feciſſe quod
erat præcipuũ ſummi ſacerdotis indumẽtum atq;
ornamentũ, per quod & cætera ſignificata ſunt o-
pera ſacrarij, quod in ſua ciuitate præter dei taber
naculum cõſtituerat: et propter hoc peccatũ factũ
& illi & domui eius in ſcandalum, ut ſic interiret,
quod poſtea ſcriptura narrat, tãta eius numeroſi-
C tas filiorũ. Nõ prætereũda oritur quæſtio, quõ XLII
quieuerit terra quadraginta annos in diebus Ge-
deon, cũ poſt uictoriã qua liberauit Hebræos, ex
auro ſpoliorũ fecerit abominationẽ, & poſt illam
fornicatus ſit omnis Iſrael, & fuerit illi & domui
eius in ſcandalum. Quõ ergo poſt hoc tantum ne
fas, quod & Gedeon & populus admiſit, requie-
uit terra quadraginta annos: cum hoc ſcriptura ſo
leat oſtendere, cum à domino deo populus forni
caretur, tunc potius pacẽ illos perdere, non acqui
rere: & hoſtibus ſubiugari, nõ ab hoſtiũ infeſtatio
ne muniri? Sed intelligendũ eſt, ſicut ſolet ſcriptu
ra, per prolepſim, id eſt, per præoccupationem di-
xiſſe, ꝙ fecerit Ephud contra dei legẽ Gedeon ex
illo auro quod fuerat hoſtib. deuictis atq; proſtra
D tis ablatũ, quia uno loco dicere uoluit, & unde e-
rat aurũ, & quid de illo factũ ſit: ſed poſtea factum
eſt in fine dierũ Gedeon hoc peccatũ, quando ſe-
cuta ſunt etiã mala, quæ deinde ſcriptura contexu
it, poſteaq; cõmemorauit quot annis in dieb. Ge-
deon terra cõquieuerit: quos annos recapitulãdo
cõmemorauit, id eſt, ad ordinẽ quẽ prætervertę-
rat prius dicẽdo de illo ſcãdalo quod nouiſſime fa
ctum eſt. Et factũ eſt cũ eſſet mortuus Gedeon, XLIII
& auerſi ſunt filij Iſrael & fornicati ſunt poſt Baa-
lim: & poſuerũt ipſi ſibi Baalberith teſtamentũ, ut
eſſet eis ipſe in deũ. Et Baalim & Baalberith idola
intelligenda ſunt. Maior itaq; trãſgreſſio & forni-
catio cõmiſſa eſt à populo poſt mortem Gedeon
quàm illo uiuo propter Ephud: quoniam & illud
eſt

etsi illicite factum erat, tamen de sacramentis ta-
bernaculi erat: ista uero post idola fornicatio non
habet uel falsam paternę religionis defensionem.
Vnde etiã illud Ephud, si nõ in fine temporis Ge
deon, sed ante factũ est, ita deus patienter tulit, ut
pax in terra perseueraret: quia licet factũ erat quod
prohibuerat, nõ tamẽ longe recessum erat ab illo
qui tale aliquid in tabernaculo suo atq; in honorẽ
suum fieri iusserat. Nũc uero grauiora cõmissa &
apertissimam post idola fornicationẽ populi esse
XLIIII noluit impunitã. Quod inducitur rhamnus, id
Iudic. 9 est quoddam spinarum genus, in similitudinẽ di-
cere omnib. lignis cõuenictibus ad eam ut regna
ret super ea. Si in ueritate ungitis me uos regnare
super uos, uenite confidite in protectione mea: &
si non exeat ignis de rhamno, & comedat cedros
Libani. Obscurus sensus est, & eum inuẽta distin
ctio manifestat. Non enim ita legendũ est, & si nõ
exeat ignis de rhamno, sed subdistinguendũ, & si
non: ac deinde inferendum, exeat ignis de rham-
no: id est, si non confiditis in protectione mea, aut
si nõ in ueritate ungitis me regnare sup uos, exeat
ignis de rhamno & comedat cedros Libani. Cõ-
minantis enim uerba sunt quid facere possit, si no
luerint eã regnare sup se. Verũ quia nõ ait, exibit
ignis de rhamno & mãducabit cedros Libani: sed
ait, exeat & mãducet: obscurius factũ est q̃ si sola
distinctio lateret. Vehementioris aũt cõminatio-
nis est & quodãmodo pręsentioris efficaciæ, si q̃s
dicat, si nõ uis facere q̃d uolo, sæuiat in te ira mea:
id est, iam sæuiat, ut quid eam teneo? Quasi dicat,
sæuiat, permissiuo modo, pœnam intentans futu-
XLV ram. Emisit deus spiritũ malignũ inter Abime-
lech & inter uiros Sichimorũ. Hoc uerbũ, utrum
imperantẽ, aut permittentem deum significet, nõ
facile definiri potest. Quod enim hic positũ est, e-
misit, Græcus habet ἐξαπέστειλεν, quod etiã est in
Psal. 42 Psalmis ubi legiť: Emitte lucẽ tuã: quanq̃ in qui-
busdã locis interpretes nostri ubi est in Gręco ἐξα
πέστειλεν, misit interpretati sunt, non emisit. Potest
ergo & sic intelligi, ut spiritũ malignũ deus tanq̃
ire inter eos uolentẽ emiserit, id est potestatem de-
derit maligno spiritui ad eorũ pacem perturban-
dam. Vsq; adeo aũt etiam mitti à dño malignũ spi
ritũ propter iustitiã uindicandi, nõ absurdũ uisum
est, ut quidam id quod est ἐξαπέστειλεν, etiã immisit
XLVI interpretati sint. Verba quę misit ad nũcios Abi
melech Zebul princeps ciuitatis Sichimorũ etiã
id habent, Et nũc surge nocte tu & populus tuus
tecũ, & insidiare in agro. Et erit mane simul ut ori
tur sol, maturabis & tendes super ciuitatẽ. Quod
Latini quidam habẽt maturabis, quidã uero ma-
nicabis, Græcus habet q̃d dici posset nõ uno uer-
bo, diluculo surges. Et fortasse hinc sit dictum, ma
turabis, à matutino tẽpore: quãuis etiã alio tẽpo-
re dici soleat ad rem accelerandã. Manicabis aũt
Latinũ uerbũ esse mihi nõ occurrit. Sed illud mo
uet q̃ cũ dixisset, simul ut oriť sol: addidit, dilucu-
lo surges: cum ipsum diluculũ quod Græce diciť
ὄρθρος, tempus ante solẽ significet, quod iam usita
tissime diciť, cũ albescere cœperit. Sic itaq; intel-

ligendũ est, ut quod positũ est mane, ipsum dilu-
A culũ intelligatur. Additũ est aũt, simul ut oriť soli
ut exprimereť, nõ iam orto sole faciendũ, sed ubi
fulgor apparuerit solis oriẽtis. Non enim aliunde
albescit diluculum, nisi cum cœperit partem cœli
quam uidemus ab Oriente, lux solis ad eam rede
untis attingere. Hinc est quod etiam in Euãgelio
unã atq; eandẽ rem alius Euangelista dicit dilucu
lo factã cũ adhuc obscurũ esset, alius oriente sole:
quia & ipsa lux quãtulacũq; diluculi sole utiq; fie-
bat oriente, id est, ad ortũ ueniente, & fulgorẽ suũ
de suæ præsentię propinquitate iactante. Quam lu-
cem quidã idiotæ solis nõ esse putauerunt, sed illã
esse quæ primitus condita est anteq̃ deus quarto
die cõderet solẽ. Et surrexit post Abimelech q̃ XLVII
saluũ faceret Israel Thola filius Phua, filius patris Iudic. 10
fratris eius, uir de Isachar. Filium patrui eius, dixit
filium patris fratris eius, cum ordinatius & usita-
B tius atq; apertius diceret, filiũ fratris patris eius: fi
lius enim erat patrui eius, sicut euidẽtius in ea in-
terpretatione quę ex Hebræo est inueniť. Non er
go quod dictũ est patris fratris, ab eo declinatum
est q̃d est in nominatiuo casu pater fratris, sed ab
eo quod est patris frater, hoc est enĩ patruus. Nam
siue ponatur in nominatiuo, hic pater fratris, siue
ponať hic patris frater, genitiuũ facit huius patris
fratris. Verũ altera oriť quæstio, quomodo fuerit
patruus Abimelech uir de Isachar, id est uir de tri
bu Isachar, cũ Abimelech patrẽ habuerit Gedeõ,
qui Gedeon de tribu fuit Manasse. Quomõ ergo
Phua & Gedeõ fratres fuerũt, ut possit esse Phua
C patruus Abimelech, cuius patrui filius Thola suc
cederet, secundũ istã narrationẽ, ipsi Abimelech?
Potuerũt ergo Gedeõ & Phua unã habere matrẽ
ex qua diuersis patrib. nascerenť, & fratres essent
unius matris filij, nõ unius patris. Solebãt enĩ nu-
bere fœminæ de alijs tribub. in alijs tribubus. Vn
de & Saul cum esset de tribu Beniamin dedit filiã
suã Dauid homini de tribu Iuda. Et sacerdos Ioia
de utiq; homo de tribu Leui, duxit filiã Iorã regis
hominis de tribu Iuda. Hinc factum est, ut Eliza-
beth & Mariã cognatas in Euãgelio legamus, cũ
fuerit Elizabeth de filiabus Aarõ. Ex quo intelli-
gitur de tribu Leui & filiab. Aarõ aliquã nupsisse
in tribum Iuda, unde ita fieret inter ambas illa co-
gnatio, ut dñi caro nõ solum de regia, uerum etiã
D de sacerdotali stirpe propagareť. Inter cętera quę XLVIII
Iepte mãdat per nũcios regi filiorũ Ammõ, etiam Iudic. 11
hoc dicit, Nónne quæcunq; hęreditabit tibi Cha-
mos deus tuus, hęc hęreditabis: et omnia quęcũq;
hæreditabit dñs deus noster à facie uestra, hęc hæ
reditabimus? Quod quidã Latini sic interpretan-
dum putauerũt, ut dicerẽt, Nónne quæcũq; dedit
tibi in hæreditate Chamos deus tuus, hęc posside
bis. Vbi uideri potest, cõfirmasse Iepte deũ istum
qui uocať Chamos, potuisse aliquid dare in hære
ditatẽ cultorib. suis. Quidã uero sic hunc locũ in-
terpretati sunt, Nõne quæcũq; possedit Chamos
deus tuus, hæc possidebis? Et hoc ita sonat, quasi
aliquid potuerit possidere. An forte secundũ hoc
dictũ est, q̃ sub angelis cõstitutæ sint gẽtes iuxta

canticū Moysi famuli dei: Nūquid nā ergo ille an
gelus sub quo erāt filij Ammō, Chamos appella- A
tus est: Quis hoc audeat affirmare, cū possit intel
ligi secundū eius opinionē dictum, quia putabat
deū suū hoc possidere, uel in possessionē sibi de-
disse. Magis aūt iste sensus elucet in ijs uerbis quæ
Græcus habet, Nōne quæcunq; hæreditabit tibi
Chamos deus tuus, hæc hæreditabis: ut in eo q̃d
positū est, tibi, intelligat̃ ita dictū, ac si diceret̃, si-
cut uidet̃ tibi. Tibi em̃ hæreditabit qui hoc putas,
nō ꝙ ille aliq̃d possit hæreditare. Deinde in eo q̃d
sequit̃, Et om̃ia quęcūq; hęreditabit dn̄s deus no-
ster, non dixit hæreditabit nobis, tanquā diceret,
sicut nobis uidet̃: sed uere hæreditabit à facie ue-
stra, quoniā abstulit ipsis, & his dedit: hæc, inquit,
XLIX hæreditabimus. De filia Iepte quod eam pater B
in holocaustoma obtulit deo, quoniā in bello uo
uerat, si uicisset, eū se holocaustoma oblaturū qui
sibi de domo exiens occurrisset: quod cū uouisset
uicit, & occurrente sibi filia, quod uouerat reddi-
dit: solet esse magna & ad dijudicādū difficillima
quęstio: quibusdā quid sibi hoc uelit nosse cupiēti
bus & pie quęrētibus: quibusdā uero qui scriptu-
ris his sanctis impıta impietate aduersant̃, hoc ma
xime in crimē uocantibus, quod legis & prophe-
tarum deus etiā humanis sacrificijs fuerit delecta
tus. Quorū calūnijs sic primitus respondemus, ut
deū legis & prophetarū, atq; ut expressius dicam,
deū Abrahā & deū Isaac & deum Iacob nec illa sa
crificia delectauerint ubi pecorū holocausta offe
rebant̃: sed quod significatiua fuerint & quædam
umbræ futurorū, res ipsas nobis quę his sacrificijs C
significabant̃ cōmēdare uoluisse: fuisse aūt etiam
istā utilē causam cur illa mutarent̃, nec mō iuberē
tur, imò prohiberent̃ offerri, ne uere secundū car-
nalē affectū talibus deū delectari putaremus. Sed
utrū etiam humanis sacrificijs significari futura o-
portuerit, merito quærit̃: non quod mortes homi
nū quādoq; moriturorū in hac causa exhorresce-
re & formidare deberemus, si illi qui hęc de se fie-
ri gratāter acciperēt, in æternā remunerationē cō
mēdarent̃ deo: Sed si hoc uerū esset, hoc genus sa
crificiorum deo nō displiceret. Displicere aūt deo
satis euidēter eadē scriptura testatur. Nam cū om-
Exod. 13 nia primogenita sibi dicari et sua esse uolueritatq;
pręcepit, redimi tamē à se uoluit primogenita ho
minū, ne immolādos deo crederent filios suos q̃s D
natos primitus suscepissent. Deinde hoc apertius
ita loquit̃, quod humana holocausta sic deus im-
probet ut prohibeat, detestās ea in alijs gentibus,
Deut. 12 & populo suo præcipiēs ne audeat imitari. Si aūt,
inq̃t, exterminauerit dn̄s deus tuus gētes, in quas
tu intrabis hęreditare terram eorum in conspectu
tuo, & hæreditabis eos, & habitabis in terra eorū:
attende tibi ipsi ne exquiras sequi eos postquā ex
terminati fuerint à facie tua, ne exquiras deos eo-
rum dicēs, quemadmodū faciunt gentes dijs suis
faciā & ego: non facies ita domino deo tuo: Abo-
minamēta em̃ quę dn̄s odit fecerūt dijs suis, quo-
niam & filios suos & filias suas cōburunt igni dijs
suis. Quid euidentius ostēdi potest his sanctæ scri
pturæ testimonijs, ut alia huiuscemodi omittam,
A ꝙ deum à quo hæc scriptura humano generi con
tributa est, non solum nō diligere, uerum odisse ta
lia sacrificia, in quib. homines immolant̃. Illa pla-
ne diligit & coronat, cum quisq; iustus iniquitatē
patiens usq; ad mortem pro ueritate decertat, uel
ab inimicis quos pro iustitia offendit occiditur, re
tribuēs eis bona pro malis, id est ꝓ odio dilectio-
nem. Talem dicit dominus sanguinē iustum, à san
guine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ. Præci-
pue aūt quod sanguinē fudit ipse pro nobis, & sa-
crificium seipsum obtulit deo. Sic utiq; obtulit, ut
ab inimicis ꝓ iustitia occideret̃: hunc imitata mar
tyrum milia usq; ad mortē ꝓ ueritate certarunt, &
ab inimicis sæuientibus immolata sunt, de quibus
dicit scriptura: Tanquam aurū in fornace proba- Sap. 3
B uit illos, & sicut holocausti hostiam accepit illos.
Vnde & Apostolus dicit: Ego enim iā immolor. 2. Tim. 4
Sed nō sic Iepte de filia fecit holocaustoma domi
no: sed sicut præceptū fuerat pecora offerri, & pro
hibitū fuerat homines immolari. Magis hoc illi si
mile uidetur q̃d fecit Abrahā, quod dn̄s speciali-
ter fieri præcepit, nō generali lege ut talia sibi sa-
ficia fierēt aliquando mandauit, imò etiā fieri om
nino prohibuit. Distat itaq; hoc q̃d Iepte fecit à fa
cto Abrahæ, quoniā ipse iussus obtulit filium: iste
aūt fecit, quod & lege uetabatur, & nullo speciali
iubebat̃ imperio. Deinde nō solū in sua lege post
ea, uerū etiā tunc dominus in ipso Abrahæ filio ta
libus sacrificijs quod nō delectaretur ostendit: cū
patrem cuius fidem iubendo probauerat, à filij ta
C men interfectione prohibuit, ac arietē, quo sacrifi
cium licite secundum ueterem congruam tempo
ribus consuetudinē compleret̃, apposuit. Si autē
hoc quenq; mouet, quomodo pie crediderit A-
braham dn̄m sacrificijs talibus delectari, si hæc il-
licite offerūtur deo: & ideo putat recte credidisse
etiā Iepte quod tale sacrificium deo posset esse ac
ceptū: primo cōsideret aliud esse ultro uouere, ali
ud iubēti obtēperare. Non enim si aliquid præter
morē in domo à dn̄o institutū seruo iubet̃, atq; id
laudabili obediētia facit, ideo nō est plectendus,
si hoc facere spōte pręsumpserit. Deinde habebat
quod crederet Abrahā, ut propter diuinum impe
riū nō parceret filio: nō credens deum tales uicti-
mas libenter accipere, sed hoc eum propterea iuf
D fisse, ut resuscitaret occisum, & hinc aliquid tanq;
deus sapiens demōstraret. Nam hoc de illo etiā in
epistola legit̃ quę inscribitur ad Hebręos: & fides Heb. 11
eius, quia hoc de deo crediderit ꝙ posset filiū eius
suscitare, laudatur. Iste uero & deo nō iubente ne
que poscēte, & cōtra legitimū eius præceptū, ul-
tro sacrificiū uouit humanū. Sic enim scriptū est:
Et uouit Iepte uotū domino & dixit, Si traditione
tradideris mihi filios Ammō in manu mea, & erit
quicūq; exierit de ianuis domus meæ in obuiam
mihi in reuertendo me in pace à filijs Ammon, &
erit, dn̄o offerā eum holocaustoma. Non utiq; his
uerbis pecus aliquod uouit, quod secundū legem
holocaustoma posset offerre. Neq; em̃ est aut fuit
cōsuetudinis, ut redeuntib. cum uictoria de bello

duci-

ducibus pecora occurrerent. Quantū autem atti-
net ad muta animalia, canes solent dn̄is blando fa
mulatu alludentes currere in obuiam: de quibus
ille in suo uoto cogitare nō posset, ne in iniuriam
dei aliquid, nō solū illicitū, uerū etiā cōtemptibile
&, secundum legem immundū uouisse uideretur.
Nec ait, quodcunq; exierit de ianuis domus meæ
obuiā mihi, offerā illud in holocaustoma: sed ait,
quicunq; exierit offerā eū: ubi proculdubio nihil
aliud q̄ hominē cogitauit: nō tamē fortasse unicā
filiā: quanq; illā in tāta paterna gloria quis posset
anteire, nisi forte uxor? Nam ꝙ nō dixit quæcūq;
exierit de ianuis domus meæ, solet scriptura ma-
sculinū genus pro quolibet sexu ponere: sicut de
Abrahā dictū est, Surgens à mortuo: cū eius uxor
mortua fuisset. Quia ergo de hoc uoto atq; facto
nihil uidet̄ scriptura iudicasse, sicut de Abraham
qn̄ filium iussus obtulit, apertissime iudicauit: sed
tantūmodo scriptū reliquisse legētib. iudicandū:
quemadmodū de facto Iudæ filij Iacob, quādo ad
nurū quidē suam nesciēs intrauit, uerū quantū in
ipso fuerat fornicatus est, quia meretricē putauit,
neq; approbauit hoc scriptura, neq; improbauit,
sed iustitia & lege dei consulta æstimandū pensan
dūq; dimisit. Quia ergo de isto Iepte facto in neu-
tram partē sentētiā scriptura dei ꝓtulit, ut noster
intellectus in iudicando exercereť, possemus iam
dicere deo displicuisse tale uotū, & ad illā perdu-
ctū esse uindictā ut patri potissimū filia unica oc-
curreret: q̄d si sperasset atq; uouisset, nō continuo
ut eā uidit scidisset uestimēta sua & dixisset: Heu
me filia mea, impedisti me, in offendiculū facta es
in oculis meis. Deinde sexaginta dierū tam longa
dilatione data filiæ suæ, dn̄s ab unicæ & charissi-
mæ nece cū eum nō ꝓhibuerit, sicut Abrahā, do-
nec perficiēdo q̄d uouerat seipsum percuteret or
bitate grauissima, deum aūt nequaq; hominis im-
molatiōe placaret: & ideo huiuscemodi patri pœ
nam fuisse retributā, ne impunitū talis uoti relin-
quereť exemplū: ut aut ne magnum aliquid se uo
uere deo putarēt homines cū uictimas humanas
uouerent, & quod est horribilius filiorū: aut non
uera sed potius simulata eadē uota essent, cū uelut
exēplo Abrahę sperarēt qui uouissent, deū prohi
biturū talia uota cōpleri. Possemus inquā hæc di-
cere, nisi ab ista sentētia duo nos præcipue diuina
rum scripturarū testimonia retardarēt, ut hāc rem
gestam & in his libris tantæ autoritatis memoriæ
cōmendatam, diligentius quantū dn̄s adiuuat &
cautius perscrutemur, ne in ullam partē iudicium
temerariū proferamus. Vnū, ꝙ in epistola ad He-
Heb. 11 bræos iste Iepte inter tales cōmemorať, ut eū cul-
pare uereamur, ubi sic scriptū est, Et quid adhuc
dicā? Deficit enim me tēpus enarrādi de Gedeō,
Barach, Sampson, & Iepte, & Dauid, & Samuel;
& prophetis, qui per fidem uicerūt regna, operan
tes iustitiā cōsecuti sunt promissiones. Alterū, ꝙ
ubi de illo ista narranť ꝙ tale uouerit & impleue-
rit uotū, pręmisit scriptura dicēs, Et factus est sup
Iepte spūs dn̄i, & perrexit Galaad & Manasse, &
transiit speculā Galaad, & de specula Galaad tran
siit ad filios Ammon, & uotū uouit Iepte dn̄o, &
y cętera ad hoc ipsum uotum pertinentia: ut omnia
quæ deinceps facta sunt, tanq; opera spūs dn̄i qui
super eū factus est intelligenda facta uideanť. Ista
testimonia nos cōpellūt quærere potius cur factū
sit, q̄ facile improbare quod factū est. Sed primo
illud quod ex epistola quæ ad Hebræos est cōme
moraui, inter illos laudabiles uiros qui ibidem re
coluncť, non solū est Iepte, uerum etiā Gedeon, de
quo similiter scriptura dicit, Spiritus dn̄i confor-
tauit Gedeon: & tamē eius factū quod de illo au-
ro prędę operatū est Ephud, et fornicatus est post
illud omnis Israel, & factum est domui Gedeō in
scandalū, nō solum laudare nō possumus, uerum
etiā quia scriptura hinc apertissime iudicauit, re-
probare minime dubitamus: nec tn̄ ex hoc ulla fit
B iniuria spiritui dn̄i, qui eum confortauit ut hostes
populi eius tāta facilitate superaret. Cur ergo in-
ter illos cōmemoratur, qui per fidē uicerūt regna,
operātes iustitiā: nisi quia sancta scriptura, quorū
fidē atq; iustitiā ueraciter laudat, nō hinc impediť
eorū etiam peccata siqua nouit, & oportere iudi-
cat, notare ueraciter? Nam & in eo quod idē Ge-
deon signū petēs, sicut ipse locutus est, tentauit in
uellere: nescio utrum nō fuerit trāsgressus præce-
ptū, quo scriptū est: Non tentabis dn̄m deū tuum.
Veruntamē etiā in eius tētatione dn̄s quod præ-
nunciare uolebat ostēdit: in cōpluto scilicet uelle
re, & area tota circunquaq; sicca, figurare primū
populū Israel, ubi erant sancti cum gratia cœlesti,
tanq; pluuia spiritali: & postea cōpluta area sicco
C uellere, figurare ecclesiam toto orbe diffusam, ha
bentem nō in uellere tanq; in uelamine, sed in a-
perto cœlestē gratiā, illo priore populo, uelut ab
eiusdē gratiæ rore alienato atq; siccato. Nec tamē
frustra inter fideles & operātes iustitiam, propter
bonitatē fidelemq; uitam, in qua eum credēdum
est esse defunctū, tale in epistola ad Hebræos me-
ruit testimoniū. Vtrū autē quia posteaq; dictū est,
Factus est super Iepte spūs dn̄i, ea secuta sunt, ut
uotum illud uoueret atq; hostes uinceret & quod
uouerat redderet, spiritui dn̄i omnia deputanda
sint, ut perinde habeať & hoc sacrificiū, tanquam
id dn̄s sicut Abrahæ fieri iusserit, non facile dixe-
rim, cum utiq; de Gedeon possit hæc afferri diffe
D rētia: qa post peccatū q̄d fecit quādo fecit Ephud,
post quod uniuersus populus fornicatus est, nulla
est eius cōmemorata prosperitas: postea uero q̄
Iepte uotū uouit, illa est insignis eius uictoria con
secuta, propter quā adipiscendā uouerat, & qua
adepta quod uouerat soluit. Rursus em̄ cōsideran
dum est, quia Gedeon, etsi nō posteaquā fecit E-
phud, tamen posteaq; tentauit dn̄m, quod utiq;
peccatū fuit, magna strage hostibus cæsis atq; su-
peratis populo acquisiuit salutē. Sicut em̄ scriptū
est, Et dixit Gedeon ad dn̄m, Non irascatur indi-
gnatio tua in me, & loquar adhuc semel in uelle-
re: & cætera. Iram quippe dei metuebat, quia no-
uerat tentando se peccare, q̄d deus in lege sua ma
nifestissime ꝓhibet. Hoc tamē peccatū eius & mi
rabilis signi euidētia & magna uictorię ꝓsperitas

liberationisq́; populi cõsecuta est. Iam enim deus
statuerat afflicto populo subuenire, atq; huius du A
cis quẽ ad hoc opus assumpserat, utebaẽ animo,
non solum fideli & pio, uerũ etiam subdeficiente
& delinquente, & prænunciãdo quæ uolebat, &
cõplendo quæ dixerat. Nõ enim per istos tantum
qui ... si peccauerũt, inter iustos tamen narranẽ,
sed etiã per ipsum Saulẽ omnimodo reprobatum
multa deus populo suo præstitit, in quem insiliuit
etiã spiritus dei & ꝓphetauit: non cũ iuste ageret,
sed cũ in uirũ sanctũ Dauid innocẽtemq́; sæuiret.
Agit enĩ spiritus dñi et per bonos & per malos, et
per scientes & ꝑ nesciẽtes, quod agendũ nouit, &
statuit. Qui etiam per Caipham acerrimũ dñi per-
secutorem, nescientem quid dixerit, insignẽ pro-
tulit prophetiã, ꝙ oporteret Christũ mori pro gẽ- B
te. Quis enim egit nisi spirtus dñi, curans prænun
nunciare futura, ut iudici Gedeon tẽtare uolenti
dñm, & non credenti quod ei fuerat per manum
eius de salute populi iam locutus, hoc potissimũ
de uellere prius cõpluto, postmodũ sicco, & de a-
rea primũ sicca postea rigata ueniret in mentẽ: ut
ꝙ subdefecit à fide, infirmitati eius delictoq́; depu
teẽ, quod uero etiam tali eius animo ad hoc quod
generi humano significari oportebat usus est de-
us, ad eius intelligaẽ misericordiã & mirabilẽ pro
uidentiã ꝑtinere. Si quis aũt dicit omnia scientẽ se
cisse & dixisse Gedeon ex reuelatione ꝓphetica,
ut per eũ signa talia monstrarenẽ, nec defecisse à fi
de, & quod ei iam promiserat dñs credidisse, sed
actione prophetica in uellere uoluisse tentare,
atq; ita illius tentationẽ fuisse inculpabilem, sicut C
dolũ Iacob: & illud quod dño ait, Non irascaẽ in-
dignatio tua in me: nõ ideo dixisse quod irã eius
timeret, sed ꝙ eum cõsideret nõ irasci cum ea face
ret, quæ spiritu eius dictante facienda esse tanquã
propheta sentiret. Dicat ut uideẽ, dũmodo illud
q̃d de facto Ephud scriptura ipsa culpauit, quodli
bet significet, nõ audeat excusare à peccato. Nam
& illud quod trecenti uiri ad signũ crucis ipso nu-
mero pertinẽtes, hydrias fictiles acceperunt, eisq́;
ardentes faculas incluserũt, quibus hydrijs fractis
repẽte lumina numerose micãtia tantã hostiũ mul
titudinẽ terruerũt, tanq; ex suo arbitrio uidetur se
cisse Gedeon. Nõ enim scriptura dicit dñm admo
nuisse ut hoc faceret: & tamẽ tam grande signum
quis eius animo atq; consilio faciendũ, nisi dñs in D
spirauit, qui præfigurauit sanctos suos thesaurum
Euãgelici luminis in uasis fictilib. habituros, sicut
2. Cor. 4 Apostolus dicit: Habemus autem thesaurũ istum
in uasis fictilibus? Quib. in passiõe martyrij tanq;
uasculis fractis, maior eorũ glorię fulgor emicuit,
quę impios Euãgelicę prędicationis inimicos in-
opinata illis Christi claritate sup̃auit. Seu ergo ꝑ
scientes, seu ꝑ nesciẽtes præfigurationẽ prædica-
tionemq́; futurorum spiritus domini propheticis
temporib. operatus est: nec ideo peccata eorũ di-
cendũ est non fuisse peccata, quia & deus qui etiã
malis nostris bene uti nouit, etiam ipsis eorũ pec-
catis usus est ad significanda quæ uoluit. Proinde
si propterea peccatũ nõ fuit, siue cuiuslibet necis

humanæ, siue etiã parricidale sacrificiũ, uel uoue-
re, uel reddere, quia magnũ aliq̃d & spiritale signi A
ficauit: frustra deus talia ꝓhibuit: & se odisse testa
tus est, quoniam & illa quæ fieri iussit, utiq; ad ali-
quã significationẽ rerum spiritaliũ magnarũq́; re-
feruntẽ. Cur ergo illa prohiberet, quandoquidem
poterãt propter eandẽ rerũ earundẽ significatio-
nem, propter quam & ista licite fiebant, nihilomi
nus licite fieri: nisi quia nec tale aliquid significan
tia quale expedit credere, hũana deo sacrificia pla
cuerũt, quando nõ pro iustitia quisq; ab inimicis,
quia recte uiuere uoluit, aut peccare noluit, interi
miẽ, sed homo ab homine tanq; electa hostia mo-
re pecoris immolaẽ? Quid si, ait aliquis, quoniam
pecorũ uictimæ iam eo ipso q̃ fuerãt usitatæ, quã-
uis & ipsæ à recte intelligẽtibus ad significationẽ B
spiritaliũ referunẽ, minus tamẽ faciebant intentos
ad magnũ sacramentũ Christi & ecclesię requirẽ-
dũ: ꝓpterea deus, re insigni & inopinata uolens
quasi dormiẽtes hominũ animos excitare, eo ma-
gis q̃ talia sibi sacrificia offerri uetuerat, curauit si-
bi eiusmodi aliquid offerendũ: ut ipsa admiratio
magnã gigneret quæstionẽ, & magna quæstio ad
perscrutandũ magnũ mysteriũ studium piæ men-
tis erigeret, pie uero scrutãs mens hominis altitu-
dinẽ ꝓphetiæ, uelut hamo piscem dñm Christum
de profundo scripturarũ leuaret. Huic nos rationi
& considerationi nõ obsistimus. Sed alia quæstio
est de animo uouentis, alia de prouidẽtia dei qua
licunq; animo eius optime utentis. Quamobrẽ si
spiritus dñi qui factus est super Iepte, ut hoc uoue
C ret omnino præcepir, quod quidem scriptura nõ
aperuit: tamen si hoc ille præcepit cuius non licet
iussa cõtemnere, nõ solũ insipientia culpanda nõ
est, uerũ etiã laudanda obedientia est. Hoc enim
etiã si se homo ipse interimat, quod utiq; humana
uoluntate atq; cõsilio facere nefas est, ꝓfecto in-
telligẽdũ est obediẽter fieri potius q̃ sceleste, si di
uinitus iussum est: de qua quęstiõe satis in primo
libro De ciuitate dei disputauimus. Si autẽ Iepte
humanũ secutus errorẽ, humanũ sacrificiũ uouen Cap. 8
dũ putauit, eius quidem peccatũ de unica filia iu-
re punitũ est, quod etiã ipse uerbis suis satis uideẽ
ostendere, ubi ait: Heu me filia mi impedisti me,
in offendiculũ facta es in oculis meis: discissis etiã
uestimentis suis. Veruntamen is etiam eius error
D habet aliquam laudem fidei, quia deum timuit, ut
quod uouerat redderet, nec diuini in se iudicij sen
tentiã declinauit, siue sperans deũ prohibiturũ, si-
cut fecit Abrahæ, siue eius uoluntatem etiam nõ
prohibentis, intellectam facere potius q̃ contem
nere statuẽs. Quanq; & hic merito quæri potest,
utrũ uerius intelligitur hoc deum nolle fieri, & in
eo potius deo si nõ fieret obedireẽ, quoniam hoc
se nolle & in Abrahæ filio & in legitima ꝓhibitio
ne mõstrauerat. Veruntamẽ si ꝓpterea Iepte non
faceret, sibi potius in unica pepcisse, q̃ dei uolun-
tatem secutus esse uidereẽ. Magis ergo intellexit
in eo quod ei filia occurrit ultorem deum, iustæq́;
poenę se fideliter subdidit, timẽs sæuiorẽ tanquã
de tergiuersatione uindictã. Credebat enim etiã
bonæ

bonæ & uirginis animā filię bene recipi, quod nō
seipsa uouerat immolandam, sed uoto & uolūtati A
nō restiterat patris, & dei fuerat secuta iudicium.
Mors em̄ sicut nec sibi à quoquā sponte, nec cuiq;
sponte inferēda est, ita deo iubente recusanda nō
est, cuius cōstitutione quocunq; tēpore obeunda
est: nec quisquā qui eam perpeti detractat ut om-
nino euitetur, sed tantūmodo ut differat̃ laborat.
Hæc aūt festinantibus nobis de prædicta quæstio
ne satis esse utcūq; discussa pro hac quidem parte
uisa sunt. Nunc iam quid spiritus dn̄i, siue per ne-
scientem Iepte, siue per scientem, siue per eius im
prudentiā, siue per obediētiā, siue per offensionē,
siue per fidē in hac re gesta præfigurauit, quantū
deus adiuuat requiramus, breuiterq; pandamus.
Admonet enim nos et urget quodāmodo iste san
ctarum scripturarū locus cogitare quendā poten
tem uirtute. Talis enim dicit̃ Iepte, quod nomē in
terpretatur aperiens. Dn̄s aūt Iesus Christus, sicut B
indicat Euangeliū, discipulis suis aperuit sensum,
ut intelligerent scripturas. Hunc Iepte fratres eius
reprobauerūt, & de paterna domo eiecerūt, obij-
cientes ei, q; esset filius fornicarię, tanq; ipsi essent
de uxore legitima nati. Hoc etiā egerūt aduersus
dn̄m principes sacerdotū & scribę et Pharisęi, qui
de legis obseruatione gloriari uidebantur, tanq;
ille solueret legem, & ideo ueluti non esset legiti-
mus filius. Et quoniam de sancta quidem uirgine
corpus assumpserat, quod fidelib. notū est, tamen
eius mater quātū ad gentē pertinet, etiā illa Iudai
ca synagoga dici potest. Reuoluat q uoluerit pro
pheticos libros, & uideat quoties & quāta uerbi C
seueritate atq; indignatione dn̄i illa gens uelut im
pudica mulier de suis fornicationib. arguat̃. Vn-
de est etiam illud in hoc libro recentissimū: uel cū
post Ephud, quod fecit Gedeō, omnis Israel legi-
tur fornicatus, uel q; abierūt post deos gentiū qui
bus erāt circūdati. Vnde in illos diuina ira cōmo-
ta est, ut p annos decē & octo cōuerterent̃ à filijs
Ammon. Sed nunquid nō ex eadem gente Israel
etiā illi nati erant sacerdotes & scribę & pharisęi,
quos in eis diximus fuisse præfiguratos, qui Iepte
tanq; isti dn̄m Iesum Christū, ueluti non legitimū
filiū psecuti expulerūt? Sed in eo similitudo adū-
brata est, q; isti, ut dixi, ueluti legis obseruatores
eū qui cōtra præcepta legis facere uidebat̃, tanq;
legitimi nō legitimū iure sibi uisi sunt eiecisse. Se- D
cundū hoc enim plebs illa dicta est fornicari, q; le
gis præcepta nō seruās, tanq; uiro nō exhibebat fi
dē. Sic aūt scriptū est de Iepte, Et creuerūt filij uxo
ris, & eiecerūt Iepte. Verbum q̄d positū est, creue
rūt, significat in figura præualuerūt: q̄d in Iudæis
impletū est, qui præualuerunt infirmitati Christi,
quia ita uoluit ut ab eis quæ oportebat passione
pferret: sicut hoc idem significās Iacob præualuit
angelo, cū quo ut idipsum portēderet luctabatur.
Dixerūt ergo ad Iepte, Nō hæreditabis in domo
patris nostri, quoniā filius mulieris fornicariæ tu:
Ioan.9 Tanq; diceret quod Euangeliū loquitur, Non est
iste homo à deo qui sic soluit sabbatū. Se aūt uelut
Ioan.8 iactantes legitimos filios dn̄o dixerunt: Nos ex

fornicatione non sumus nati: unū patrē habemus
A deū. Et fugit Iepte à facie fratrum suorū, & habita
uit in terra Thob. Fugit, quoniā se quātus esset ab
scondit. Fugit, quoniam eos sæuiētes latuit. Si em̄
cognouissent, nunquā dn̄m gloriæ crucifixissent.
Fugit, quoniam morientis infirmitatē uiderunt,
uirtutem aūt resurgentis nō uiderunt. Habitauit
aūt in terra bona: uel ut expressius dicamus, opi-
ma. Quod enim Gręce ἀγαθόν, hoc Latine opimū
dicit̃. Id aūt interpretat̃ Thob. Vbi mihi uidetur
intelligenda eius à mortuis resurrectio. Nam quæ
terra magis opima, q; terrenum corpus excellen-
tia immortalitatis et incorruptiōis indutū? Quod
autē dicit̃ de Iepte, quia posteaq; fugiēs à facie fra
trum suorum habitauit in terra Thob, colligeban
tur ad eū uiri latrones qui obambulabant cū ipso:
quanq; & ante passionē obiectum fuerit dn̄o, q;
cum publicanis & peccatoribus manducaret, qn̄
B respondit, nō esse necessarium sanis medicum sed
ægrotis: & inter iniquos deputatus est, quādo in-
ter latrones crucifixus est, & unum ex eis de cru-
ce in paradisum transtulit: tamen postquā resurre
xit & esse cœpit, secundū id quod supra exposui-
mus, in terra Thob, collecti sunt ad illum scelerati
homines propter remissionē peccatorū: qui cum
illo ambulabāt, quia secundū eius præcepta uiue
bant. Neq; hoc fieri desinit usq; nunc, et deinceps
quousq; ad eū cōfugiunt mali, ut iustificet impios
qui ad eū cōuertuntur, & discant iniqui uias eius.
Nam illud, q; hi qui abiecerāt Iepte, erat enim Ga
laadites, cōuersi sint ad eū & quæsierant eum, per
C quē liberarent̃ ab inimicis suis, q; clara præfigura
tione significat, q; hi qui abiecerunt Christū, ad eū
rursus cōuersi in illo reperiūt salutē: siue illi intelli
gantur, q̄s Petrus Apostolus cum de ipso scelere
arguisset, sicut in Actibus Apostolorū legitur, & Act.2
hortatus esset ut ad eū cōuerterent̃ quē fuerāt p-
secuti, cōpuncti sunt corde, & ab illo quē à se alie-
nauerāt, desiderauerūt salutē. Quid est aūt libera-
ri ab inimicis, nisi à peccatis? Sic em̄ illis ait, Agite
pœnitentiā, & baptizet̃ unusquisq; uestrū in no-
mine dn̄i nostri Iesu Christi, & remittentur uobis
peccata uestra: siue illa potius significetur quæ in
fine speratur uocatio gentis Israel. Magis quippe
ipsa uidet̃ apparere in eo quod dicit̃, Et factū est
post dies, quod utiq; post tēpus significat: & per
D hoc insinuat nō illud intelligendū quod recēti do
mini passiōe est, sed quod postea futurū est. Quò
uidet̃ etiā id ptinere, q; seniores Galaad uenerunt
ad Iepte, ut per ætatē senilē posteriora & nouissi-
ma tēpora accipienda sint. Interpretatur aūt Ga-
laad abijciens siue reuelatio. Quorum utrunq; sa
tis apte huic rei cōgruit, quia primo dn̄m Christū
abiecerunt, eisq; postea reuelabitur. Quod uero
cōtra filios Ammon dux quærebatur Iepte, quib.
uictis liberarentur, qui eo duce aduersus illos bel
lare cupiebant, quoniā interpretatur Ammon fi-
lius populi mei, siue populi mœroris, profecto illi
significant̃ inimici qui ex ipsa gēte perseuerātes
in infidelitate prędicti sunt, aut omino pœnis ge-
hennæ prædestinati, ubi erit fletus & stridor den-

tium tanq̃ populo mœroris. Quanquã populus mœroris, etiã diabolus & angeli eius nõ inconuenienter intelliguntur: siue quia æternã miseriã eis q̃s decipiũt acquirũt: siue quia & ipsi æternę miseriæ deputati sunt. Elegãter sanè ad exprimendã multo euidentius prophetiã Iepte respondit senioribus Galaad, Nõne uos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à uobis, et quid est quod uenistis quãdo tribulati estis? Tale aliquid figuratũ est in Ioseph, quẽ fratres uendentes abiecerũt: & cũ fame tribularentur, ad eius opẽ misericordiãq; cõuersi sunt. Hic uero multo amplius elucet significatio futurorũ, q̃ nõ ipsi prorsus fratres qui eiecerũt Iepte ad eum uenerũt, sed Galaad seniores pro uniuerso illo populo eidẽ supplicãtes. Sicut eadẽ gẽs dicitur Israel, siue in eis qui tunc fuerũt Christũq; reprobauerũt, siue in eis qui ad eius opẽ postea reuersi sunt. Populo enim dicit inimico, siue in maiorib. siue in posteris suis longa odia trahenti atq; seruãti, tandemq; cõuerso in eis qui tũc cõuertẽdi sunt, Nõne uos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc enim eis uisum est q̃ persecuti sunt, q̃ eiecerũt Christum de domo Dauid, in qua regni eius nõ erit finis. Et dixerũt seniores Galaad ad Iepte: Non sic modo uenimus ad te. Tanq̃ dicerent Iudæi conuersi ad Christũ, Tunc uenimus ut psequeremur, modo uenimus ut sequamur. Profitentur etiã aduersus inimicos eũ futurũ sibi caput. Respõdet ille, si eorũ uicerit inimicos, q̃ erit eis in principẽ, quod Gedeon noluit, cũ id Israelitæ uoluissent. Respondit quippe illis, Princeps uester dñs erit. Rex enim nomine principis significatur, quod nõdũ habebat gens illa tempore iudicum. Cœperunt autem habere Saulem, & deinceps successores eius alios, qui in libris Regnorũ leguntur. Nã in Deuteronomio cũ eis præcipitur qualẽ debeant habere regẽ, si hoc eis placuerit, nõ ibi rex, sed princeps appellatur. Sed quia iste Iepte illũ figurabat qui uerus est rex, quod etiam in titulo scriptũ fuit qui cruci eius affixus est, quem Pilatus delere uel emendare nõ ausus est, ideo credendum est esse dictum, ero uobis in principem: illi autem dixerant, eris nobis in caput: quoniam caput uiri Christus, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Denique posteaq̃ eos liberauit Iepte ab omnibus inimicis, non eis factus est rex, ut intelligeremus illud quod dictum est, ad prophetiã potius pertinuisse de Christo, q̃ ad ipsum propriè Iepte, de quo scriptura narrationẽ ita concludit: Et iudicauit Iepte Israel sex annis, & mortuus est Iepte Galaadites, & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo Israel sicut cæteri iudices, non ibi regnauit ut princeps, sicut hi qui in Regnorũ uoluminibus cõtinentur. Iam uero quod posteaq̃ eis idem Iepte dux constitutus est, misit nũcios ad hostes prius pacis uerba portãtes, illud ostendit quod ait Apostolus in quo Christus loquebatur,
Rom.12 Si fieri potest, quod ex uobis est, cũ omnibus hominib. pacem habentes. Verba porrò ipsa quæ mãdauit Iepte omnia pertractare nimis longum est festinantibus nobis: uidentur tamẽ mihi sic

A intelligenda, quantũ attinet ad significationẽ futurorũ, ut in eis aduertatur doctrina Christi, admonens nos quemadmodũ sit ambulandũ, hoc est uiuendũ inter eos, qui non secundũ propositũ uocati sunt. Nouit enim dñs qui sunt eius. Iam uero q̃ 2.Tim.2
cum esset debellaturus inimicos, factus est super eum spiritus dñi, significatur spiritussanctus impertitus membris Christi. Quod autẽ pertransiit Galaad & Manasses, & transiit speculam Galaad & ab specula Galaad trãsiit ad filios Ammõ, proficientia significantur mẽbra Christi ad uictoriã de inimicis reportandã. Galaad quippe interpretatur abijciens, & Manasses necessitas. Trãseundi sunt ergo à proficientibus abijciẽtes: id est, cõtemnentes: transeũda & necessitas, ne forte cum transierit qui pficit cõtemnẽtes, cedat terrẽtib. Trãseunda etiam specula Galaad, quoniã Galaad etiã re-
B uelatio interpretatur. Est autẽ specula altitudo ad prospiciendũ uel despiciendũ: id est desuper aspiciendum. Specula itaq; Galaad cõgruenter mihi uidetur significare superbiã reuelationis. Vnde dicit Apostolus, Et in magnitudine reuelationũ ne 2.Cor.12
extollar. Ergo & ipsa transeunda est: id est, nõ est in ea manendũ propter cadendi periculum. His pertransitis facile superantur inimici, quod significat dicẽdo, Et ab specula Galaad transiit ad filios Ammon, de quibus inimicis iam supra dictũ est. Et uouit Iepte uotũ, & dixit, Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit quicunq; exierit de ianuis domus meę in obuiã mihi
C in reuertẽdo me in pace à filijs Ammõ, & erit domino, & offerã eum holocaustoma. Quilibet in hoc loco cogitauerit Iepte secũdum cogitationẽ humanã, nõ uidetur unicam filiam cogitasse: alioquin non diceret, cum illam cerneret occurrisse, Heu me filia mi impedisti me, in offendiculũ facta es in oculis meis. Impedisti enim ita dictũ est, tanquã ad hoc se impeditũ iudicauerit, ne illud quod cogitarat impleret. Sed quem potuit cogitare primitus occurrentẽ, qui filios alios nõ habebat? An coniugẽ cogitauit, & ut hoc fieret deus noluit: & ut non relinqueret impunitũ, ne quis deinceps id auderet: & ut magna pudẽria, ex hoc quoq; ipso quod accidit, sacramentũ ecclesię figuraret. Ex utroq; igitur pphetia coaptata est, ex eo quod uouẽs
D cogitauit, & ex eo q̃ nolenti cõtigit. Si etenim cõiugẽ cogitauit, cõiũx Christi ecclesia est. Propterea relinquet homo patrẽ & matrem, & adhęrebit Gen.2
uxori suæ, & erũt in carne una. Sacramentum hoc magnũ est, inquit Apostolus, ego autẽ dico in Christo & in ecclesia. Sed quia huius Iepte cõiunx uirgo esse nõ potuit, in eo q̃ filia potius occurrit, & Eph.5
inulta nõ remãsit prohibitũ sacrificiũ uouentis audacia, & uirginitas ecclesiæ figurata est. Nec abhorret à uero, q̃ filię nomine eadẽ significatur ecclesia: nam cuius alterius typũ gerebat etiã illa mulier, cui post tactã fimbriã suã sanatæ, ait dñs? Filia Mar.5
fides tua te saluã fecit, uade in pace. Et certe, unde nullus ambigit, discipulos suos ipse sponsi filios appellauit, & se apertissime sponsum indicauit. Non possunt, inquit, ieiunare filij sponsi, quamdiu

diu cũ illis est sponsus: uenient aũt dies cum auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt. Holocaustoma ergo erit ecclesia, quã uirginem castam beatus Apostolus appellat, quãdo in resurrectione mortuorũ fieri uniuersa, quod scriptũ est, Absorpta est mors in uictoriã, Tunc tradet regnũ deo & patri. Quod regnũ ipsa ecclesia est ipse cuius figurã tenet uouẽs ille gestabat. Sed quoniã tunc fiet, cum cõpleta fuerit sexta ętas seculi, ideo sexaginta diérum à uirginitate dilatio postulata est. Ex omnib. quippe ætatibus ecclesia cõgregatur. Quarũ prima est, ab Adã usq; ad diluuiũ. Secunda à diluuio: id est à Noe usq; ad Abrahã. Tertia ab Abrahã usq; ad Dauid. Quarta à Dauid usq; ad trãsmigrationem in Babyloniã. Quinta ab hac transmigratione usq; ad uirginis partum. Sexta inde usq; in huius seculi finẽ. Per quas sex ætates tanquam per sexaginta dies fleuit sancta uirgo ecclesia uirginalia sua, quia licet uirginalia, tamen fuerãt peccata deflenda: ꝓpter quæ uniuersa ipsa uirgo toto orbe diffusa quotidie dicit, Dimitte nobis debita nostra. Eosdẽ aũt sexaginta dies, duos mẽses maluit appellare, quantum existimo, propter duos homines: unũ per quẽ mors, alterũ per quẽ resurrectio mortuorũ, propter quos etiã duo testamẽta dicuntur. Quod uero factũ est ex præcepto in Israel, ex diebus in dies cõueniebãt lamẽtari filiã Iepte Galaaditen, quatuor dies in anno: nõ puto significare aliquid post impletũ holocaustoma, quod erit in uitã æternã, sed præterita tempora ecclesiæ, in quibus erãt lugentes. Quatriduo aũt figurata est eius uniuersitas, ꝓpter quatuor partes orbis, per quas lõge lateq; diffusa est. Ad historiæ uero proprietatẽ, nõ arbitror hoc decreuisse Israelitas, nisi quia intelligebãt in ea re iudiciũ dei magis ad perfectionẽ patrum fuisse depromptũ, ne tale uouere sacrificiũ deinceps ullus auderet. Nam quare luctus & lamẽtatio decerneretur, si uotũ illud lætitiæ fuit? Si autẽ & illud ꝙ populus Effrem postea ab eodẽ Iepte debellatus est, ad iudiciũ dei, quod erit in fine, referendũ est: sicut ipse dominus dicit, Eos qui noluerũt me regnare sibi, adducite & interficite corã me: nec ibi quadraginta duo milia, qui ceciderũt uacanti numero cõmemorati sunt. Sicut enim illi duo mẽses propter sexaginta dies senarium numerũ sex ætatum significãt: ita & ibi sexies septenarius ductus hoc idẽ figurat, quantũ ad sex ætates seculi pertinet: sexies enim septem quadragintaduo sunt. Nec frustra & ipse Iepte sex annis populũ iudicauit.

L Quæri potest quomodo dixerit angelus ad matrẽ Samsonis, cũ annunciaret ei filiũ futurũ, quia sterilis erat. Et nunc obserua, & nõ bibas uinũ & siceram, nõ manduces omne immũdũ. Quid est enim immundũ nisi forte dissolutio disciplinę, quę esse cœperat in Israel, & iam ad ea manducanda eos labefecerat, quæ prohibuerat deus in generibus animalium? Cur enim non credatur etiã hoc eos multo proclivius facere potuisse, qui etiã ad cultum idolorum transgrediebantur?

LI Quod mater Samsonis uiro suo indicans quemadmodũ illi angelus annunciauerit filium futurũ, dixit, Et interrogabam eũ unde esset, & nomen suũ non annunciabit mihi. Quæri potest utrũ uerum dixerit, quoniam hoc non legitur, cum ei angelus loqueretur. Sed intelligendũ est hoc ibi scripturã tacuisse, hic aũt commemorasse quod ibi tacuerat. Illud etiam ꝙ non ait, Interrogaui eum quid uocaretur, & nomen suum non annũciauit mihi, sed ait, Interrogaui unde esset: ut detur inconsequẽs quod addidit, & nomen suum nõ annunciauit mihi. Non enim nomẽ eius interrogauerat, cum quæreret unde esset, sed locũ uel ciuitatẽ, cum hominẽ putaret. Nam & hominem dei eũ appellauit, specie tamen uel habitu angelo similem: hoc est quia tam præclarũ uidit, sicut ipsa narrauit. Sed si ita distinguatur, Et interrogabã eum unde esset, & nomen suũ: ut subaudiatur, interrogabã eum, & post ea inferatur, non annunciauit mihi, nõ habet quæstionẽ: ad utrunq; enim referri potest, quod ait, non annunciauit mihi: id est nec unde esset, nec nomen suum.

LII Item quod ait eadẽ mulier dictum sibi esse ab angelo, quoniam Nazaræus dei erit puer à uentre usq; ad diẽ mortis suæ: non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictum, Ipse incipiet saluum facere Israel de manu Philistijm, non est à muliere commemoratum. Itaq; & aliquid non dixit quod audiuit, & tamen nihil credenda est dixisse, quod non audiuit: sed scripturam potius nõ omnia uerba angeli posuisse, cum ipsum mulieri loquentẽ insereret narrationi. Ideo autem dictum est, à uentre usque ad diem mortis suæ: quia Nazaræi dicebãtur in lege ad tempus qui uotum habebant, secundũ ea quæ scriptura per Moysen præceperat. Vnde hoc est quod huic iussum est ut ferrũ non ascẽderet in caput eius, & uinũ & siceram non biberet. Hoc enim tota uita sua obseruauit Samson, quod illi qui uocati sunt Nazaræi certis diebus obseruabant, uouentes uotumq; reddentes.

LIII Quod dicit scriptura. Quoniam ignorauit Manue, quia angelus dei est: manifestum est etiã eius uxorem hominẽ credidisse. Quód ergo ei dixit, Vim faciamus tibi nunc, & faciamus in cõspectu tuo hædũ caprarũ, tanquã hominem inuitauit, sed ita ut hoc cum illo epularetur quod sacrificium fecisset. Nam facere hædum caprarũ non solet dici, nisi cum fit sacrificium. Deniq; & ille ita respondit, Si uim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis: ubi ostendit se fuisse ad epulas inuitatum: Deinde addidit, Et si feceris holocaustum, domino offeres illud. Vtiq; ideo dixit, Si feceris holocaustum: quia ille dixerat, Faciamus in cõspectu tuo hædum caprarum. Non autẽ omne sacrificiũ holocaustum erat: nam de holocausto non manducabatur, quia totum incendebatur, & ideo uocabatur holocaustum. Sed angelus etiam non manducaturus, holocaustum potius fieri admonuit, non tamen sibi, sed domino: propter hoc maxime, quia gẽs Israel illo tẽpore cõsueuerat quibuslibet dijs falsis sacrificare: unde et tũc offenderat deũ, ut traderetur inimicis per quadraginta annos.

LIIII Quid sibi uult, ꝙ posteaquã manifestatus est Manue & uxori eius angelus

angelus, qui cū eis loquebatur, dixit idē Manue
uxori suę, Morte moriemur, quoniā deū uidimus: A
ex illa scilicet legis sententia, ubi scriptū est. Nemo
Exod.33 potest faciē meam uidere & uiuere. Opinabantur
ergo ut homines deū se uidisse, tanto utiq; miracu
lo facto, φ in igni sacrificij stetit, qui cū illis prius
quasi homo loquebat. Sed deū in angelo, an deū
ipsum angelū appellabat? Sic enim scriptū est, Et
sumpsit Manue hædum caprarū, & sacrificiū ob-
tulit super petrā domino mirabilia facienti, & Ma-
nue & uxor eius expectabant. Et factum est dum
ascēderet flamma desuper altare ad cœlū, & ascen
dit angelus domini in flāma: & Manue uxorq; il-
lius expectabāt: Et ceciderūt super faciē suam su-
per terrā, & nō apposuit ultra angelus domini ap
parere ad Manue & ad uxorē eius. Tūc cognouit B
Manue quoniā angelus domini est, & dixit Ma-
nue ad uxorē suā, Morte moriemur, quoniā deū
uidimus. In his ergo uerbis quia nō dixit, Morte
moriemur, quoniā angelū domini uidimus: sed,
deū uidimus: oritr questio, utrū in angelo intellige
bāt deū, an eundē angelum deum uocabant: Illud
enim tertiū, quod deū putauerāt qui erat angelus
dici nō potest, apertissime dicēte scriptura, Tunc
cognouit Manue quoniā angelus domini est. Sed
unde metuebāt mortem? Non enim scriptura in
Exod.33 Exodo dixerat, Nemo uidet faciem angeli, & ui-
uet: sed faciē meā dixit, cum deus loqueret. An &
in hoc ipso φ in angeli præsentia deum cognoue
rat Manue, ita pturbatus est ut mortem timeret?
Quod aūt illi uxor sua respōdit, Si uellet dñs mor
tificare nos, non accepisset de manu nostra holo-
caustoma & sacrificiū, nec illuminasset nos ad o- C
mnia hæc, sed nec inaudita fecisset nobis hæc. V-
trū ipsum angelū crediderunt accepisse sacrificiū,
quia uiderūt eū in altaris flāma stetisse? An φ hoc
intellexerūt accepisse dominū, quia hoc fecit an-
gelus, ut se ostēderet angelū? Quodlibet aūt horū
sit, iam tamē angelus dixerat, Si aūt facis holocau
stum, domino offer illud: hoc est nō mihi, sed do-
mino. Quòd ergo stetit angelus in altaris flamma,
magis significasse intelligendus est illum magni
consilij angelū in forma serui, hoc est in homine
quē suscepturus erat, non accepturū sacrificiū, sed
ipsum sacrificiū futurum. Quid est quod dictum LV
est, φ percussit alienigenas Samson tibiam super Iudic.15
femur. Quis enim habet tibiam sup femur, cum ti
bia deorsum uersus non sit nisi à genu usq; ad ta-
lum, Deinde si locū corporis significauit, ubi eos
uulnerauit, nunquid nā omnes quos percussit, in
uno corporis loco fuerat uulneraturus? Quod si
esset credibile, possemus forsitan suspicari cū pu-
gnasse tibia alicuius animalis tanquam fuste, & ea
illos super femora percussisse: sicut de illo scriptū
est, φ maxilla asini mille occiderit. Sed neq; illud,
ut dixi, credibile est, φ pugnans unū tantū locum
obseruauerit ubi eos percuteret: & nō ait scriptu-
ra, Percussit eos tibia sup femur: sed tibiam super
femur. Nimirū ergo inusitata locutio facit obscu-
ritatē, Ita enim dictū est, ac si diceretur, percussisse
eos ualde mirabiliter: id est ut admirando stupen-
tes, tibiā super femur ponerent: tibiā scilicet unius
pedis super femur alterius, sicut solent sedere, qui
mirādo stupent. Tanquam si diceretur, Percussit
eos manū ad maxillam: id est tāta cæde, ut manum
ad maxillā tristi admiratione ponerēt. Hunc sen-
sum ita se habere etiā interpretatio, quæ est ex He
bræo, satis edocet. Nā ita legitur, Percussit eos in
gēti plaga, ita ut stupētes surā femori imponerēt.
Tale est enim, ac si diceret, tibiā femori impone-
rent: quoniam sura utiq; retrorsus cum tibia est.
Quid est quod ait Samson uiris Iuda, Iurate mi LVI
hi ne interficiatis me uos, & tradite me eis, ne for-
te occurratis in me uos? Quam locutionē ita non
nulli interpretati sunt, Ne forte ueniatis aduer-
sum me uos. Sed hoc eū ne ab his interficeretur
dixisse illud indicat, quod in Regnorū libro scri-
ptū est, iubente Salomone ut homo occideretur,
& dicente, Vade occurre illi. Quod ideo nō intel 3 Reg.2
ligitur, quia nō est cōsuetudinis apud nos ita dici,
Sic enim quod militares potestates dicunt, Vade
alleua illū: & significat, occide illū: quis intelligat
nisi qui illius locutionis cōsuetudinē nouit? Solet
& uulgo apud nos dici, Cōpediauit illi: quod est,
occidit illum. Et hoc nemo intelligit, nisi qui audi
re cōsueuit. Hæc enim uis generalis omnium lo-
cutionū, ut quemadmodū ipsæ linguæ non intelli
gantur, nisi audiendo uel legendo discantur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

QVAESTIONVM EVANGELICARVM LIBER PRIMVS.

PROLOGVS

HOC OPVS non ita scriptum est, ac si Euangelium exponendum ex ordine susceptum esset à nobis: sed pro arbitrio & tempore consulentis, cum quo legebatur, si quid ei uidebatur obscurum. Ideoq; multa & fortassis obscuriora prætermissa sunt: quia iam ea nouerat, qui ea quæ nondum nouerat, inquirebat, nec tenere uolebat festinationem suam in ijs quæ antea iam sic acceperat, ut etiam assiduitate audiēdi atque tractandi memoriæ stabiliter firmeq; mandaret. Nonnulla etiam hic non eodem ordine inueniuntur exposita, quo in Euangelio narrata sunt, quoniā quadam festinatione dilata, cum tempus daretur, retractabantur: & eo loco scribebantur, qui uacuus in ordine iam expositarum rerum subsequebatur. Quod posteaquam comperi, ne quis forte quærēs aliquid legere in hoc opere, quod eum in Euangelio mouisset, & ad quærendum excitasset, tædio perturbati ordinis offenderetur, quandoquidē ea quæ carptim, ut poterant, dictabantur, in unum corpus collecta & contexta cognoui, feci ut ordo numerorum præscriptus titulis, quod cuiq; opus esset, facile inuestigaret.

I Matth.11 VM diceret dominus Iesus, Ne
mo nouit filium nisi pater: non di
xit, Et cui uoluerit pater reuelare:
C quemadmodum cum diceret, Ne
mo nouit patrem nisi filius: addi-
dit, & cui uoluerit filius reuelare.
Quod non ita intelligendum est,
quasi filius à nullo possit cognosci, nisi à patre so-
lo: pater autem non solum à filio, sed etiam ab eis
quibus reuelauerit filius: Sic enim potius dictum
est, ut intelligamus & patrem & ipsum filium per
filium reuelari: quia ipse est mentis nostræ lumen,
ut quod postea intulit. Et cui uoluerit filius reuela
re: non tãtum patrem, sed etiam filiũ accipias. Ad
totum enim quod dixit, illatũ est: uerbo enim suo
ipse pater declaratur. Verbum autem non solum
id quod per uerbum declaratur, sed etiã seipsum
II declarat. Quod discipuli domini cœperunt uel
lere spicas & mãducare, quod nisi cõfricantes eas
Col.2 facere nõ possent, hoc est, Mortificate mẽbra ue-
stra quæ sunt super terrã: id est quia quisq; nõ tran
sit in corpus Christi, nisi carnalibus expoliatus.
Hinc est, Exuite uos ueterẽ hominẽ. Hinc est, Cir
Col.3 cuncisione nõ manufacta in expoliationẽ carnis.
III Matth.12 Arundinem quassatam Iudæos dicit, propter
quod & unũ erant, & ab inuicem discrepabãt. In
IIII lino fumigante notandũ, quia deserto lumine fa-
cit putorem. Tunc oblatus est ei dæmoniũ ha-
bens, cæcus & mutus: id est, qui nõ credit, & sub-
ditus est diabolo: qui nõ intelligit, & non confite
Rom.10 tur ipsam fidem, de qua dictum est, Ore autẽ con
fessio fit ad salutem: uel qui non dat laudem deo.
V Qđ dixit, Et si ego in Beelzebub eijcio dæmo-
nes etiã secundum uestram sententiam, Igitur per
uenit in uos regnũ dei: quia regnum diaboli stare
nõ potest, quod aduersum se diuisum esse fatemi-
ni. Regnum dei nunc dicit, quo damnãtur impij,
& à fidelibus de peccatis suis pœnitentiam nunc
agẽtibus secernũtur, Fortem illum appellat, quia
ipse tenebat ne possent uiribus suis ab illo se ho-
mines eruere, sed per gratiam dei. Vasa eius dicit
omnes infideles. Nisi prius alligauerit fortem: alli
gauerit dixit, potestatẽ illi ademerit impediendi
uoluntatem fideliũ à sequendo Christum, & obti
VI nendo regnũ dei. Progeniem uiperarum eos di
cit, quia & diaboli filios eos appellat. Intantum
enim quisq; filius est diaboli, inquantum eum pec
VII cando imitatur. Sicut enim fuit Ionas in uentre
ceti tribus dieb. & trib. noctibus, sic erit filius ho- D
minis in corde terræ trib. diebus & trib. noctibus.
Sextę ferię diei partẽ qua sepultus est cũ pręterita
nocte, ꝓ nocte et die accipias, hoc est ꝓ toto die,
sabbati noctem & diẽ, & noctẽ dominicã cũ eodẽ
die illucescẽte: ac per hoc accipiendo partem pro
toto, habes triduũ & tres noctes. Quod enim di-
cuntur decem menses prægnantis, nouẽ sunt ple-
ni: sed initium decimi pro toto accipitur. Et quòd
se dominus ostẽdit in monte, post sex dies factum
dicit unus Euangelista: alter uero post octo dies
dicit: partem posteriorem primi diei in quo futu-
rum hoc dominus promisit, & partem priorẽ no-
uissimi diei in quo completum est quod promi-
A sit, pro totis atq; integris dieb. annumerans: ut in-
telligas eum qui dixit, post sex dies, solos medios
cõmemorasse, qui uere toti atq; integri completi
sunt, In Genesi enim à lumine incipit dies, & finit Gen.1
ad tenebras, ad significandum lapsum hominis.
Nunc autẽ à tenebris ad lucẽ, sicut dictum est, de
tenebris lucem clarescere: quia à peccatis homo
liberatus, peruenit ad lumen iustitiæ. Cum spi- VIII
ritus immũdus exierit ab homine: significat quos
dam ita credituros, ut ferre non possint labores
continentiæ, & ad seculum redituri sint. Quod di
ctum est, Assumit secum alios septem: intelligitur
quia cum quis ceciderit de iustitia, etiam simula-
tionẽ habebit. Cupiditas enim carnis expulsa per
B pœnitẽtiam à consuetis operibus, cum nõ inuene
rit in quibus delectationibus requiescat, auidius
redit, & rursus occupat mentẽ hominis: sic cũ ex-
pulsa esset iustitia, negligentia subsecuta est, ut nõ
introduceretur tanquã habitator mũdatæ domus
sermo dei per sanam doctrinã. Et quoniam nõ so-
lum habebit illa septẽ uitia, quæ septẽ uirtutibus
spiritalibus sunt cõtraria, sed etiã per hypocrisim
se illas uirtutes habere simulabit: ꝓpterea assum-
ptis secũ septẽ alijs nequioribus, hoc est ipsa septe
naria simulatione, redit illa cõcupiscentia, ut sint
nouissima hominis peiora quàm erant prima.
Quod dicit, Aliud cẽtesimũ, aliud sexagesimũ, IX Matth.13
aliud tricesimũ, Centesimum martyrũ propter sa-
tietatem uitæ uel contemptum mortis. Sexagesi-
mum uirginũ propter ociũ interius, quia non pu-
gnant contra consuetudinem carnis. Solet enim
C ociũ concedi sexagenarijs post militiã, uel post a-
ctiones publicas. Tricesimũ coniugatorum, quia
hæc est ætas prælianti ũ: ipsi enim habẽt acriorem
conflictum, ne libidinibus superentur. Omnis X
immundicia in segete, zizania dicitur. Quod pri-
mo separatur, zizania dicitur: quia tribulatione
præcedente separabuntur impij à pijs, quod per
bonos angelos intelligitur fieri. Quia officia uin- 23.q.5.cap. officia.
dictæ possunt implere boni bono animo, quomo
do lex, quomodo iudex: officia uero misericordię
mali implere non possunt. Granum sinapis ob XI
feruorem fidei, uel q; dicatur uenena expellere,
maius fit omnibus oleribus, id est dogmatibus.
Dogmata autem sunt placita sectarum: id est qđ
placuit singulis sectis. Fermentum quod acce- XII
pit mulier, & abscõdit in farinę satis tribus. Mulie
D rẽ, sapientiã dicit: fermentũ, dilectionẽ: quod fer-
uere facit & excitat. In farinæ aũt satis tribus. Vel
tria illa in homine, Ex toto corde, & ex tota anima
& ex tota mẽte: uel tria illa fructifera, Centenũ, se
xagenũ, tricenũ: uel tria illa genera hominũ Noe,
Daniel, & Iob. Thesaurũ in agro abscõditũ, di- XIII
xit duo testamẽta legis in ecclesia, quæ quis cũ ex
parte intellectus attigerit, sentit illic magna lare-
re, & euadit & uẽdit omnia sua, & emit illũ: id est,
cõtemptu tẽporaliũ cõparat sibi ociũ ut sit diues
cognitione dei. Quod dixerunt Iudæi, Vnde XIIII
huic sapiẽtia hæc & uirtutes? Sapientia in his quæ
loquebat, uirtutes in his quæ operabat: ideoq; &
Apostolus

Apoſtolus cum dixit Chriſtū dei uirtutē & dei ſa
pientiā: uirtutē ad ſigna retulit propter Iudęos, ſa
pientiā aūt ad doctrinā propter Gręcos, id eſt gē-
XV tiles. Quod dixerūt diſcipuli phātaſma eſſe: ſi-
gnificat id quod dictū eſt, Putas inueniet fidem in
terra, quia quidā qui ceſſerint diabolo, de Chriſti
aduentu dubitabunt. Quod aūt Petrus implorat à
dño auxiliū ne mergatur, ſignificat quibuſdā tri-
bulationibus etiā poſt ultimā perſecutionem pur
gandā eſſe eccleſiā. Quod & Paulus ſignificat di-
1. Cor. 3 cens, Saluus erit, ſic tamen quaſi per ignē. Quod
ſequitur, Vt adorātes omnes qui in naui erant, di-
cerēt, Vere filius dei es: ſignificat claritatem eius
tunc manifeſtā futurā, per ſpeciē iam uidentibus,
XVI qui per fidē nunc ambulāt. Munus quodcunq;
eſt ex me, tibi proderit: id eſt munus quod offers
cauſa mei, ad te iam pertinebit. Quibus uerbis ſi-
gnificāt filij iam non ſibi opus eſſe parentū pro ſe
oblationes, ꝙ ad eam ætatē perueniſſent, ut poſ-
ſent iam ipſi offerre pro ſe. In hac ergo ætate cōſti
tutos, ut poſſent parētibus ſuis hoc dicere, cū hoc
dixiſſent, negabāt Phariſęi reos eſſe, ſi parentibus
XVII ſuis nō præſtarent honorem. Omnis plantatio
quā non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabi
tur: id eſt, carnalis cupiditas, ſecundū quā ſentien-
tes offendebātur de pretermiſſis rerum ſignis, uel
etiam traditionib. ſuis: & præcepta uitæ non cura
XVIII bant, quæ à cupiditate animū purgāt. Quòd &
puerū Centurionis, & filiam Chananeæ mulieris
nō ueniens ad domos eorū, ſaluat, ſignificat gen-
tes ad quas nō uenit, ſaluas fore per uerbū ſuum.
Quòd ipſis rogātibus filij ſanātur, intelligēda eſt
eccleſiæ perſona, quæ ſibi eſt & mater & filij: nā ſi
mul omnes, quibus cōſtat eccleſia, mater dicitur,
XIX ſinguli autē ijdē ipſi filij appellantur. Quòd tur
bæ obtulerunt domino mutos, Mutos qui domi-
nū non laudant, uel nō cōfitentur fidē: cæcos qui
nō intelligūt, etiā ſi obtemperāt iubētibus: ſurdos
qui non obtemperāt, etiam ſi intelligunt: claudos
XX qui præcepta non implent. Quod dixit, Facto
Matt. 16 ueſpere, dicitis, ſerenum erit, rubicundū eſt enim
cœlum: id eſt, ſanguine paſſionis Chriſti, id eſt, in
primo aduētu indulgētia peccatorū datur: Et ma-
ne, hodie tempeſtas, rubet enim cū triſtitia cœlū:
id eſt, ꝙ ſecundo aduētu igne præcedente uentu-
rus eſt. Faciem ergo cœli iudicare noſtis, ſigna au
tem temporū non poteſtis? Signa temporū dixit
de aduentu ſuo uel paſſione, cui ſimile eſt roſeum
cœlum ueſpere. Et item de tribulatione ante ad-
uentum ſuū futura, cui ſimile eſt mane roſeū cum
XXI triſtitia cœlum. Quod dixit dominus, Helias
Matth. 17 quidem uenturus eſt, & reſtituet omnia: id eſt, uel
eos quos perſecutio Antichriſti cōturbauerit: uel
XXII ut ipſe reſtituat moriēdo quæ debet. Quod di-
xit, Sæpe cadit in ignem, & aliquando in aquam:
Ignem ad iram, quòd alta petat: aquā ad uolupta-
tes carnis. Item quod dicunt diſcipuli, Quare nos
non potuimus eijcere eum? ne illis miraculis fa-
ciendis extollerētur in ſuperbiam, admoniti ſunt
potius per humilitatem fidei, quaſi per ſinapis gra
num, elationem terrenam, quæ montis nomine

ſignificata eſt, curare ut tranſiret. Quod dixit, XXIII
A Ergo liberi ſunt filij: In omni regno intelligendū
eſt liberos eſſe regni filios: id eſt non eſſe uectiga-
les. Multo ergo magis liberi eſſe debent in quoli-
bet regno terreno, filij regni illius ſub quo ſunt o-
mnia regna terræ. Quod dñs dicit, Qui aūt ſcan XXIIII
dalizauerit unum de puſillis iſtis, id eſt ex humili- Matth. 18
bus, quales uult eſſe diſcipulos ſuos, non obtēpe-
rādo, uel etiā cōtraueniēdo, ſicut de Alexādro æ-
rario Apoſtolus dicit, expedit ei ut mola aſinaria 2 Tim. 4
ſuſpēdat collo eius, & præcipitet in profundū ma
ris: id eſt cōgruit ei, ut cupiditas rerū temporaliū,
cui ſtulti & cęci colligant, eum deuinctū pondere
ſuo deducat ad interitum. Quod oblatus eſt do- XXV
mino debitor decē miliū talentorū, & iuſſit eū ue
nundari, & uxorē eius, & filios, & omnia quæ ha-
B bebat, & reddi. Intelligendū eſt decē præceptorū
legis eū fuiſſe debitorē: & pro cupiditate atq; ope
ribus ſuis tanq̃ uxore & filijs pœnas ſoluere de-
buiſſe, qđ eſt pretium eius: pretium enim uenditi,
ſuppliciū dānati intelligitur. Quod dixit, Noluit
ignoſcere cōſeruo ſuo, ſed abijt & miſit eū in car-
cerē: & reliqua Intelligendū, tenuit cōtra eū hunc
animū, ut ſupplicia illi uellet. Cōſerui aūt qui nar
rauerūt domino quę fiebant, poteſt intelligi eccle
ſia, quæ & illū ſoluit, & illū ligat. Quod ait dñs, XXVI
diuitē nō intrare in regnū dei, Et diſcipuli dicunt, Matth. 19
quis poteſt ſaluus fieri? cū pauci ſint diuites in cō-
paratione multitudinis pauperū. Intelligendū ꝙ
omnes qui talia cupiunt, in eorum numero haberi
animaduerterint. Quod dñs ſeorſum ſe duob. di XXVII
C ſcipulis paſſurū refert, ad confirmandum iu poſte
rum teſtimoniū fecit: quia dixit, In ore duorū uel Matth. 20
triū teſtiū ſtabit omne uerbū. Vt enim neq; uulga 2 Retract. 12
retur, quod dicebat, neq; careret humani teſtimo-
nij firmitate, paucioribꝰ q̃ duobus dicere non po-
tuit. Vel ad ſacramentū charitatis oſtēdendū, Mi-
nus enim q̃ inter duos charitas eſſe non poteſt.
Erat aūt ille non neceſſitate debiti propter pecca
tum ſuum, ſed ad ſoluēda noſtra peccata charitate
paſſurus. Ab Hiericho egreditur dominus, iam XXVIII
de iſta terra reſurrectione diſcedēs: ſequuntur eū
turbæ multæ, credūt in eum populi & gētes. Duo
autē cæci ſedentes iuxta uiā, ſignificant de utroq;
populo quoſdam iam cohærentes per fidē diſpen
ſationi temporali, ſecundū quam Chriſtus uia eſt,
D & deſiderantes illuminari: id eſt aliquid de uerbi
æternitate intelligere: quod tranſeunte Ieſu impe
trare cupiebant: id eſt per meritū fidei qua credi-
tur filius dei, & natus homo & paſſus ꝓpter nos.
Per hanc enim diſpenſationem quaſi tranſit Ieſus
quia talis actio temporalis eſt. Oportebat autē ut
tantū clamarent, donec reſiſtētis ſibi turbæ ſtrepi
tum uincerent: id eſt tam perſeueranter animū in-
tenderēt orando atq; pulſando, quouſq; cōſuetu-
dinem deſideriorum carnaliū, quæ tanquā turba
obſtrepit cogitationi, lucē ueritatis æternæ uide-
re conāti, uel ipſam hominū carnaliū turbā ſtudia
ſpiritalia impedientē, fortiſſima intentione ſupe-
rarent. Itaq; audiens Ieſus qui ait, Petenti dabi-
tur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur, ue-

nientes

nientes ad seipsos, scilicet desiderij ardore perue-
nie͂tes ad id quod desiderāt, stans eos tāgit atq; il-
luminat. Non enim sicut illa dispēsatio tēporalis,
ita etiā uerbi ęternitas trāsit, quę in seipsa manens
omnia innouat. Quapropter quia fides incarna-
tionis tēporalis ad æterna intelligenda nos prępa
rat, transeūte Iesu admoniti sunt ut illuminarenī,
& ab stante illuminati sunt. Tēporalia enim tran-
XXIX seunt, æterna stant. Quod dominus dicit disci-
pulis suis. Dicetis monti huic, tolle te, & iacta te in
mare: de superbia dixit quæ ad seculares pertinet.
Hoc sibi seruus dei dicere debes, ut eam a se repel
lat, quia ipsi nō cōgruit: uel q per eorū fidem, quia
per eos Euangeliū prædicatum est, ipse dominus
qui mons appellatus est, ablatus est a Iudæis, ut in
XXX gentes tanquā in mare porro iaceretur. Quod
Matth.21 dominus dicit, Et qui ceciderit super lapidē istum
cōfringetur: super quem uero ceciderit, conteret
eum. De his dicit q cadent super eū, qui illum mo
do contemnūt, uel iniurijs afficiunt: ideo nōdum
penitus intereunt, sed tamē confringūtur, ut nōn
recti ambulent. Super quos autem cadit, ueniet il
lis dēsuper in iudicio cum pœna perditionis: ideo
Psal.1 dixit, cōteret eos, ut sint impij tanquā puluis, quē
XXXI proijcit uentus a facie terræ. Quod dominus di
Matth.22 xit, Simile est regnum cœlorum homini regi qui
fecit nuptias filio suo. Nuptias dixit uerbū incar-
natum, quia in ipso homine suscepto ecclesia deo
copulata est. Quòd dixit, Tauri mei & altilia occi
sa sunt, tauros dixit principes plebiū. Altilia uero
omnia saginata. Quòd dixit dn̄s, Ite ad exitus uia
rū, & quoscūq; inueneritis, uocate ad nuptias: uiæ
intelligūtur dogmata gentiū, quia ex omnib. illis
ad nuptias uenerunt: id est Christo crediderunt.
XXXII Quod Saducæi dicūt dn̄o, fuerunt apud nos se
ptem fratres, & unus accepta uxore obijt, & secun
dus, & cæteri: intelligūtur homines impij, qui fru-
ctum iustitiæ nō potuerūt afferre in terra per om-
nes septem mūdi ætates, quibus ista terra consistit
postea em̄ & ipsa terra transiet, per quā omnes filij
XXXIII quasi septē mariti steriliter trāsierūt. Quod dn̄s
dicit, In his duob. præceptis tota lex pēdet & Pro-
phetæ: pēdet dixit, id est illo referī, ibi habet finē.
XXXIIII Quod dn̄s dixit, Quid enim maius est, aurū an
templū per quod sanctificatur aurū? Et itē dixit,
Matth.23 Quid em̄ maius est, donū an altare quod sanctifi-
cat donū? Intelligendū, tēplū & altare ipsum Chri
stum: Aurū & donū, laudes & sacrificia precum,
quæ in eo per eū offerimus. Nō enim ille per hæc,
XXXV sed ista per illū sanctificantur. Quod dominus
dixit, Excolātes culicē: refertur ad id quod dixit,
decimare illos minuta quæq;. Camelū glutientes:
refertur ad id quod dixit, Præteritis grauiora legis
misericordiā & iudiciū & fidem: ut iste sit sensus,
Minima obseruatis, maxima contemnitis. Ex hac
enim peruersitate etiam illud eis accidit, quò pos-
sunt hęc per allegoriā referri, ut dimitterent Bar-
Matth.27 rabam, quia uidelicet non soluerat sabbatū, quod
magna diligētia carnaliter obseruabant: Occide-
rent aūt dominū, spiritaliter sabbatū insinuantem
per misericordiā & iudiciū & fidē, quæ illi maxi-
me contēnebant. Nā & culicis nomine nō absur-
A de figurarī seditiosus homicida: quia hoc animal
& strepēdo inquietat, & sanguine delectarī: & ca-
meli nomine, ppter humilitatē se ad subeūda one
ra submittētis propter magnitudinem, intelligitur
congruēter dominus. Quod dixit dominus ad XXXVI
Hierusalē, Quotiēs uolui congregare filios tuos,
sicut gallina cōgregat filios suos sub alas suas, &
noluisti, Hoc genus animātis magnū affectū in fi-
lios habet, ita ut eorū infirmitate affecta & ipsa in
firmetur: & qđ difficilius in cæteris animātib. in-
uenies, alis suis filios protegens, contra miluū pu-
gnat: sic etiā mater nostra sapiētia dei, p carnis su-
sceptionem infirmata est quodāmō: unde et Apo
stolus dicit, Quod infirmū est dei, fortius est homi
B nibus: ptegit infirmitatem nostrā, & resistit diabo 1 Cor.1
lo, ne nos rapiat. In qua defensiōe, quod illa aduer
sus miluū conatur affectu, hæc aduersus diabolū
pficit potestatē. Quod ait, Orate ne fiat fuga ue- XXXVII
stra hyeme uel sabbato: id est ne impedimēto ali- Matth.24
quo detineaminī: qa & hyemn, imbrib. uel frigo-
re: & sabbato, in quo pficisci nō licebat, impedie-
barī quis ab itinere: uel aliud, ne in tristitia aut lætí-
tia rerū temporaliū quis inueniarī a die illa. Qđ XXXVIII
dominus dicit, Sicut em̄ fulgur exit ab Oriēte, &
peruenit usq; ad Occidentē, ita erit & aduentus fi
lij hominis. Orientis & Occidētis nomine totū or
bē uoluit significare, per quē futura erat ecclesia,
incipiēte Euāgelio ab Hierusalem, secūdū illū sen
sum, quo dixit, Amodo uidebitis filiū hominis ue Matth.26
nientē in nubibus. Cōuenieīter em̄ ecclesiā nūc ful
gur nominauit, qđ maxime solet emicare de nubi
C bus. Cōstituta ergo autoritate ecclesiæ per orbem
terrarū clara atq; manifesta, consequenter discipu
los admonet, atq; om̄es fideles, & q in eū credere
uoluerint, ne schismaticis atq; hęreticis credant.
Vnūquodq; em̄ schisma, & unaquæq; hæresis, aut
locū suū habet in orbe terrarū, partē aliquā tenēs
aut obscuris atq; occultis cōuenticulis curiositatē
hominū decipit. Ad quod ptinet quod ait, Si quis
uobis dixerit, Ecce hic est Christus aut illic: qđ si- Marci 13
gnificat terrarū partes & puinciarū. Aut in pene-
tralibus aut in deserto: quod significat obscura &
occulta cōuenticula hereticorū. Quod ergo dixit
Ab Oriēte in Occidentē peruēturū aduentū suū:
cōtra illos ualet qui p terrarū particulas nominan
tur, & dicūt apud se esse Christū. Quod aūt ait, Si-
cut fulgur: cōtra illos ualet, q occulte congregant
D tanq; in penetralibus, & paucos tanq; in deserto:
ad manifestationē quippe claritatēq; pertinet ec-
clesiæ fulguris nomē, significās etiā noctē uel nu-
bila seculi huius: tunc em̄ fulguris cādor apparet.
Qđ dixit, Ab arbore aūt fici discite similitudinē. XXXIX
Arborē fici genus humanū intellige, ppter pruri-
tū carnis: cū iā ramus eius tener fuerit, id est cū filij
hominū p fidē Christi ad spiritales fructus pfece-
rint, & in eis honor adoptiōis filiorū dei eminue-
rit. Quod dn̄s de Iuda dixit, Bonū erat illi nō na XL
sci: utrū in hāc uitā ut usitate locutus sit. Nō enim
potest bonū esse aliqđ ei, qui non est: & si quisquā
cōtēdit esse aliquā uitā ante istā, nō Iudæ tantū ut

nasceretur

nasceretur, sed nulli expedire cōuincit. An diabolo dicit nō nasci ad peccatū: an etiā bonū illi erat A ut Christo nō nasceretur per uocationem, ne esset

XLI apostata? Quod dominus triginta argēteis uenditus est, significat per Iudā Iudæos iniquos, qui se quētes carnalia & tēporalia, quę ad quinq; sensus pertinent corporis, Christum habere noluerunt. Quod quia sexta mundi ætate fecerūt, sexies quinos cos tanquā pretiū uenditi dñi accepisse significatū est. Quo tempore talibus insultat Propheta

Psal.4 dicēs. Filij hominū usq; quo graues corde, ut quid diligitis uanitatē & quæritis mendaciū? Et si quinq; ætatibus fuisset aliqua excusatio sequēdæ uanitatis, uel sexta cōprehenderent ueritatē, quæ per dominū Iesum prædicabatur & demōstrabatur, sicut sexta die homo factus est ad imaginem dei. Quod B quia noluerunt, habent sexies quinq; impressam imaginem principis seculi, & non habent Christū per quem signatū est in nobis lumen uultus tui do

Esa.11 mine. Et quia eloquiū domini argentū est, illi etiā ipsam legem carnaliter intellexerunt, tanquam in argento impressam, secularis principatus imaginem amisso domino tenuerūt.

XLII Quod dominus dicit, Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: id est in cœlum quò hinc secū leuauit corpus in homine suscepto. Quod etiā cadauer ideo appellatū est, quia moriturus hæc loquebat̃. Illuc congregabuntur aquilæ, dictūest de spiritalibus, qui eius passionē humilitatemq; imitādo, tanquā de eius corpore saturarentur. Corpus eñ propter

XLIII humilitatē ꝓ nobis passionēq; suscepit. Quod C dominus dicit sub tēpore passiōis discipulis, Non bibā amodo de hoc genimine uitis, usq; in diē illum cum illud bibā uobiscū nouū in regno patris mei: uult intelligi hoc uetus esse, cū illud nouū dicit. Quia ergo de propagine Adam qui uetus homo appellatur, corpus susceperat, qđ in passione morti traditurus erat, inde etiā per uini sacramentum cōmendat sanguinē suū. Quid enim aliud nouum uinū, nisi immortalitatē renouādorū corporum intelligere debemus? Quod cum dicit, uobiscum bibā: etiā ipsis resurrectionē corporū ad induendā immortalitatē promittit. Vobiscū enim non ad idem tēpus, sed ad eandē innouationē di-

Colos.2 ctum accipiendū est. Nam & nos dicit Apostolus resurrexisse cū Christo, ut spes rei futuræ iam præsentē lætitiā afferat. Quod autem de hoc genimine D uitis etiam illud nouum esse dicit, significat eadem utiq; corpora resurrectura secundū innouationē cœlestem, quæ nūc secundū terrenā uetustatem moritura sunt. Si aūt uitem de cuius uetustate hūc passionis calicē bibit, ipsos Iudæos intellexeris, significatū est etiā ipsam gentem ad corpus Christi per nouitatem uitę accessurā, cum ingressa plenitudine gentium omnis Israel saluus fiet.

XLIIII Quod dictum est, Spuerūt in faciem eius: significauit eos qui eius præsentiam gratiæ respuunt. Item tanquam colaphis eum cædunt, qui honores suos ei præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cæcati, cum non uenisse affirmāt, tanquam præsentiā eius exterminātes & repellentes.

Quod Petrus nec dum solidatus in fide, deñ ter XLV negauit: uidetur ipsa trina eius negatio prauum errorem hæreticorū designasse. Nā error hæreticorum de Christo tribus generibus terminatur, aut enim de diuinitate eius, aut de humanitate, aut de utroq; fallūtur. Quod ad passionē euntē domi XLVI nū à longe sequebat̃ Petrus, significat ecclesiā secuturā quidē, hoc est, imitaturā passionē dñi, sed lōge differēter: ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia. Sicut tentatio cupiditatis trina est, XLVII ita etiā tētatio timoris trina est. Cupiditati quæ in curiositate est, opponit̃ timor mortis. Sicut eñ in illa cognoscēdarū rerum est auiditas, ita & in ista metus amittēdæ taliū notitiæ. Cupiditati uero honorū uel laudis, opponit̃ timor ignominiæ & contumeliarū. Cupiditati aūt uoluptatis, opponitur timor doloris. Nō absurde ergo intelligit̃, ꝓpter trinā intentionē passiōis, ter dñm orasse ut transiret calix, sed ita ut potius impleretur uoluntas patris.

DIVI AVRELII AVGVSTINI QVAESTIONVM Euangelicarum. Liber II.

QVOD Zacharias orans pro populo, I audiuit ab angelo, Exaudita est oratio tua, Ecce Elizabeth uxor tua cōcipiet et pariet filiū, & uocabis nomē eius Ioannē. Primo hoc attendendū Luc.1 est, q̃ nō est uerisimile, ut cū pro populi peccatis, uel salute, uel redēptione ille offerret, si quidē populus eū expectabat offerentē, q̃ potuerit relictis publicis uotis homo iustus & senex, uxorē habēs anū, pro accipiēdis filijs orare: præsertim quia nemo orat accipere, quod se accepturum esse desperat. Vsq; adeo aūt ille iā se habiturū filios desperabat, ut hoc angelo promittēti non crederet. Ergo quod ei dicitur, Exaudita est oratio tua: ꝓ populo intelligendū est: cuius populi quoniā salus & redemptio & peccatorū abolitio per Christum futura erat, ad hoc nunciabat̃ Zachariæ filius nasciturus, quia præcursor Christi destinabat̃. Quòd autem ei nō credēti angelo, ab eodē angelo dicitur, Et ecce eris tacēs, donec impleātur hæc in tēpore suo: intelligendū est significasse, q̃ prophetia usq; ad Ioannē, tanquā sono sileret intelligibili: quia non est intellecta, donec in domino compleretur.

Quòd dominus de nauicula docet turbas: signi II ficauit hoc tēpus, quando dominus de autoritate Luc.5 ecclesiæ docet gētes. Quòd dominus ascēdēs in nauim, quæ erat Petri, rogat eum à terra reducere pusillum: significat uel temperate utēdum uerbo ad turbas, ut nec terrena eis præcipiantur, nec sic à terrenis in profundiora sacramētorū recedatur, ut ea penitus nō intelligant: uel prius in proximis regionib. gentib. prædicandū. Vt quod dicit item Petro, Duc in altū, & laxate retia uestra in capturam: ad remotiores gētes, quib. postea prædicatū est, pertineat: sicuti Esaias dicit, Tolle signū in gentes ad eas quę prope, & ad eas quę lōge. Esa.5. & .11 Vt q̃ etiā retia rumpebātur piscīū copia, & nauiculæ implentæ

tæ sunt, ita ut mergerẽtur: significat hominum car nalium multitudinẽ tantam futurã in ecclesia, ut A etiã dirũptione pacis, exeũtibus inde hæresib. & schismaticis, tanta remaneret, & tãta esset futura illi amissio fidei & bonorũ morũ, ut Christo dice-
Luca 5 re uideatur talis ecclesia, Exi à me, quia peccator homo sum: tanquam turbis carnaliũ repleta, & eo rum morib. penè submersa, regimen spiritaliũ, in quibus maxime Christi persona eminet, à se re pellat quodãmodo. Nõ enim hoc uoce linguæ dicunt homines bonis ministris dei, ut eos à se repel lant: sed uoce morũ & actuum suorũ suadent à se recedi, ne per bonos regãtur: & eo uehementius, quo deferũt eis honorẽ, & tamẽ factis suis à se recedere admonẽt: ut honorificentiã eorũ significa- B uerit Petrus, cadẽs ad pedes domini: mores autẽ in eo quod dixit, Exi à me domine, quia peccator homo sum. Quod tamẽ quia non fecit dominus: nõ enim recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad littus perduxit: significat in bonis & spiritalib. uiris nõ esse oportere hãc uoluntatẽ, ut peccatis turbarũ cõmoti, quo quasi securius trãquilliusq; uiuãt, munus ecclesiasticum deserant. Quòd ergo subductis ad terrã nauibus, relictis omnib. secuti sunt eũ Petrus & Iacobus & Ioannes, potest significare finẽ temporis, quo ab huius mundi salo, qui
III Christo inhæserint, penitus recessuri sunt. Quod
Matt.8 dominus dicit leproso mũdato, Vade ostẽde te sa cerdoti, & offer munus pro emũdatione tua, sicut præcepit Moyses in testimoniũ illis. Hic uidetur approbare sacrificiũ, quod per Moysen præceptũ est, cũ id nõ receperit ecclesia. Quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum esse cœperat sacrificiũ sanctũsanctorũ, quod corpus eius est. Nondũ ẽm in passiõe obtulerat holocaustũ suũ, quo sacrificio confirmato in credentib. populis, templũ ipsum euersum est, ubi illa sacrificia offerri solebant.
Daniel 9 Hoc autẽ factum est secundum prophetiã Danielis: non enim oportebat auferri significãtia sacrificia, priusquã illud quod significabatur cõfirmatum esset cõtestatione Apostolorũ prædicantiũ,
IIII & fide credentium populorum. De paralytico
Mar.2 potest intelligi anima dissoluta membris, hoc est, bonis operationibus, Christũ quærere, id est uoluntatẽ uerbi dei, Impediri autẽ turbis, nisi tecta, id est operta scripturarũ aperiat, ut per hæc ad notitiã Christi perueniat: hoc est, ad eius humilitatẽ fidei pietate descendat. Hi autẽ à quibus deponitur, bonos in ecclesia doctores possunt significare. Quòd aũt cum lecto deponit: significat ab homine in ista carne adhuc cõstituto Christũ debere cognosci. Quẽ tamẽ lectum sanus postea iubetur portare, & ire in domũ suam: ut remissiõe peccatorũ, conualescentibus per spem bonam mẽbris animæ, hoc opus restaurare intelligatur: ut iã non in carnalibus gaudijs tanquã in lecto requiescat infirmitas animi, sed magis ipsa cõtineat affectiones carnales, & tendat ad requiem secretorũ cor-
V dis sui. Non absurde quæstio proponitur, quo- modo potuerit duos patres habere Ioseph: nam
Mat.1 Matthæus eum dicit genitũ ab eo qui uocabatur

Iacob, Lucas uero filium esse dicit eius qui uoca- Luca 3 batur Heli. Neq; hoc loco illud dici potest, quòd unus homo, sicut non solum apud gentes, sed etiã apud Iudæos accidere solere manifestum est, duo nomina habuerit. Cætera enim serie generationũ qui hoc Putat, facile refellit, Quid enim de auis, atauis, proauis, cæterisq; maioribus dicturus est, quorũ diuersa nomina singuli Euangelistæ in sua quisq; narratione contexuerunt? Quid postremò de ipso numero? quãdoquidem Lucas à domino usq; ad Dauid quadragintatres generatiões enumerat, Matthæus aũt à Dauid usq; ad dominũ uigintiocto uel uigintiseptẽ? Certi enim sacramenti gratia usq; ad transmigrationẽ: & ab ipsa itẽ trãsmigratione unus bis numeratur. Quærendũ igitẽ quomodo potuerit duos habere patres Ioseph? Et mihi quidẽ in præsentia tres causæ occurrunt, quarum aliquã Euangelista secutus sit. Aut enim unus erat huic Ioseph naturalis pater, & alter eum adoptauerat: aut more Iudæorũ cũ sine filijs unus decessisset, uxorẽ eius propinquus accipiens, filiũ quẽ genuit propinquo mortuo deputauit: ut cum ab altero alteri genitus esset Ioseph, cõuenienter duos patres habere diceret: Aut unus Euãgelista patrẽ eius à quo genitus est nominauit: alter uero uel auum maternũ, uel aliquẽ de cognatis maioribus posuit, cui propter consanguinitatis uinculũ in filij loco Ioseph nõ absurde cõstitueret, ut inde iam usq; ad Dauid nõ eundẽ quẽ Matthæus generationũ ordinẽ texeret. In quibus causis illa uide- C tur infirma, quã secũdo loco posuimus, quia cum quisq; apud Iudæos defuncto fratre uel ꝓpinquo 2 Retract.12 prolẽ de uxore eius exuscitat, illud quod nascitur nomen defuncti solet accipere, Ergo aut adoptio soluit istã quæstionẽ, aut origo maiorũ, aut aliqua alia causa quæ nobis in præsentia non occurrit. Quapropter tanta est eorũ dementia, qui facilius dilabunt ad Euangelistarũ aliquẽ de mẽdacio criminandũ, q; causas quærãt, cur diuersorũ patrum nomina singuli cõmemorauerint, ut temere dicatur duas solas esse causas, quibus id rectè fieri potuerit, cũ tamẽ ad soluendã quæstionẽ uel unã inuenire sufficiat. Quid sibi uelit q; septuaginta- VI septẽ personæ secundũ generationes quas Lucas secutus est, inueniũtur, quæri potest. Nam & huius numeri mẽtionẽ dominus fecit, cum eum Pe- Mat.18 D trus de dimittendis peccatis fratris interrogasset. Ait enim, Non solũ septies, sed septuagiesseptie s esse dimittendũ. Vnde rectè creditur commemoratione huius numeri omnia peccata iussisse dimitti: quãdo quidẽ ipse per quẽ peccata omnia dimissa sunt, septuagesima & septima generatione, secundũ Euãgelistæ memorati testimoniũ, ad homines humaniter uenire dignatus est. Cõuenientissime aũt, cum sit iam etiã alia series generationum 7 quã Matthæus explicat, hãc ille tenuit qui baptizato dño generationes ipsas per septuaginta & septem personas sursum uersus enumerat. Nã & reditus est, & tanq; ascensus ad deum, cui post peccatorũ abolitiõe recõciliamur expressus, cum sursum uersus per illas generationes ascenditur. Et

utiq; per baptismũ fit omniũ remissio peccatorũ, quæ illo numero significatur. Nõ enim in baptis- A mo domini ipsi dño peccata dimissa sunt, sed ipsa ibi remissio peccatorũ omniũ, quæ misericordia eius & potestate donata est hominibus, per illum baptismũ domini & per illũ numerũ generationũ consecrata atq; signata est. Nec temere dominus & frustra septuagesima & septima generatiõe uenit aboliturus omnia peccata, nisi quia in illo numero aliquid lateat q̃d ad significationẽ pertineat omniũ peccatorũ. Hoc aũt in undenario & septenario cõsiderandũ est. Qui numeri per se multiplicati, ad tantũ perueniũt: nam undecies septẽ, uel septies undeni, septuaginta & septẽ fiunt. Vndecim autẽ trãsgressionẽ denarij significãt: at si in denario perfectio beatitudinis significat, unde est etiã illud, q; omnes conducti ad uineam, denario B remunerantur, quod fit cum septenaria creatura trinitati creatoris adiungitur: manifestum est q; transgressio denarij peccatũ significat per superbiam plus aliquid habere cupientis, & integritatẽ perfectionemq; amittentis. Hoc autẽ septies propterea ducit, ut motu hominis facta significetur illa transgressio: ternario enim numero incorpo- Mat.22 rea pars hominis significatur. Vnde est q; ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente iubemur diligere deum. Quaternario uero corpus, Multis enim modis quadripertita inuenit natura corporis. Ex his ergo coniũctis homo cõstans, nõ absur de septenario numero significatur. Motus aũt in numeris non exprimitur, cum dicimus: unũ, duo, tria, quatuor, &c. sed cum dicimus: semel, bis, ter, quater: quapropter, ut dixi, nõ septẽ & undecim, C sed septies undecim significant trãsgressionẽ, quæ motu facta est hominis peccãtis, hoc est perfectionis suæ stabilitatẽ transgredientis cupiditate amplius aliquid habẽdi: ut tãto post per Prophetam animæ diceretur, Sperabas si à me discessisses, aliquid amplius te habiturã? ex quo initio superbiæ omnia peccata syluescunt: quæ tamẽ dimittuntur, cum septuagiessepties ignoscendũ esse admonemur, ut intelligamus nullũ peccatũ excipi, quod pœnitenti & ueniam deprecanti per Ecclesiam, cuius personam Petrus gestat, non dimittatur.

VII Quod dicit dominus Iudæis, de eo qui habebat Luc.6 manum dextrã aridã, Interrogo uos, si liceat sabbato bene facere, an male: animã saluam facere an perdere? Quæritur cum corpus curauerit, quare D sic interrogauerit, Si liceat animã saluã facere an perdere: uel dixit hoc q; illa miracula propter fidẽ faciebat, ubi salus est animæ: uel q; ipsa sanatio manus dextræ, salutẽ animæ significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridã quodãmodo dextram habere uidebatur: uel animã pro homine posuit,

VIII sicut dici solet, Tot animæ ibi fuerũt. Quod dominus dicit, Date & dabitur uobis, mensuram bonam, confertam & coagitatã & supereffluentẽ dabunt in sinum uestrũ: ex illa sentẽtia accipi potest, qua dicit & alio loco, Vt ipsi recipiant uos in æterna tabernacula, ut plebi præceptũ esse uideatur, quod dictum est, Date & dabitur uobis. Secundũ quam sententiã dicit Apostolus, Cõmunicet qui Gal.6 catechizatur uerbo dei, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nõ enim diceret, Dabũt in sinum uestrũ: nisi quia per illorũ merita, quibus uel calicẽ aquæ frigidæ in nomine discipuli dederint, mercedem cœlestẽ recipere merebũtur. Quod do- IX minus dicit, Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? Mat.15 Nonne ambo in foueã cadent? Fortasse hoc ideo subiũxit, ne sperarẽt à Leuitis se accepturos mẽsuram illam, de qua dixit, Dabũt in sinũ uestrũ: quoniam ipsis dabant decimas: quos cæcos dixit, quia Euangelium nõ tenerẽt: ut illam remunerationẽ per discipulos dñi potius plebs iã inciperet sperare, quos imitatores suos uolens ostẽdere, addidit Luc.6 etiã, Nõ est discipulus super magistrum. Quod X dñs dicit, Omis qui uenit ad me, & audit sermões Mat.7 meos & facit eos, ostendã uobis cui similis sit, Similis est homini ædificãti domũ, qui fodit in altũ, & posuit fundamentũ super petrã. Fodere dixit, humilitate Christiana omia terrena exhaurire de corde suo, ne propter aliquid tale deũ colat. In altum aũt fodere, donec ad petrã perueniat: in tantũ Christum gratis sequi, & gratis eum colere, ut nõ solum propter superflua, sed nec propter illa quæ uidentur huic uitæ necessaria, & quæ sine culpa à quouis iusto sumi & haberi possunt, tamẽ tẽporalia atq; terrena sunt, colendus deus putetur. De XI pueris sedentibus in foro, & adinuicẽ clamãtibus, Luc.7 cõuerso ordine ad ꝓposita respõdit. Nam q̃d ait, Lamẽtauimus, et nõ plorastis: ad Ioannẽ pertinet, cuius abstinentia à cibis & potu, luctũ pœnitẽtiæ significabat. Quod aũt ait, Cãtauimus tibijs, & nõ saltastis: ad ipsum dñm pertinet, qui utendo cũ cæteris cibo & potu, lætitiam regni figurabat. At illi nec humiliari cum Ioanne, nec cum Christo gaudere uoluerũt: dicẽtes illũ dæmoniũ habere, illum uoracem & ebriosum & amicum publicanorũ & peccatorũ. Quod aũt subiũgit, Et iustificata est sa- 41.dist.ca. pientia ab omnib. filijs suis: Ostendit filios sapien quod dicit tiæ intelligere, nec in abstinendo nec in manducãdo esse iustitiã, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & intẽperantia per abundantiã nõ se corrũpendi, atq; opportune sumẽdi uel nõ sumendi ea quorum non usus sed cõcupiscẽtia reprehendenda est. Nõ enim interest omnino quid alimentorũ sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo cõgruos in generib. alimentorũ his cũ quibus tibi uiuendũ est. Neq; quantũ sumas, multũ interest, cũ uideamus aliorũ stomachũ citius satiari, & eos tamẽ illi ipsi paruo quo satiantur, ardenter & intolerabiliter & omnino turpiter inhiare, Alios aũt plusculo quidẽ satiari, sed tolerabilius inopiã perpeti, & uel ante ora positas epulas, si id in tẽpore aut opus sit, aut necesse sit, cũ trãquillitate aspicere neq; tangere. Magis ergo interest, non quid uel quantũ alimentorũ pro cõgruentia hominum atq; personæ suæ, & pro suæ ualitudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate atque serenitate animi careat, cum his uel oportet uel etiam ne- V cesse est carere: ut illud in animo Christiani compleat quod Apostolus dicit, Scio & minus habe- Philip.4

re, scio & abūdare in omnibus: & in omnibus imbutus sum, & satiari & esurire & abundare & penuriā pati, Omnia possum in eo qui me cōfortat.
1 Cor. 8 Et illud, Neq; si manducauerimus abundabimus: neq; si non manducauerimus egebimus. Et illud:
Rom. 14 Non est enim regnū dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiū. Et quia solēt homines multum gaudere de carnalib. epulis, addidit, in spiritusancto. Iustificat̃ etiā sapiētia ab omnib. filijs suis, qui intelligūt utendis terrenis tēpora opportuna esse debere: facilitatē uero carendi talibus, & amorē fruēdi æternis non uariari oportere per tempora,
XII sed perpetuo retineri. Quod dominus ait, Ne-
Luc. 8 mo autem lucernā accendēs operit eam uase, aut subtus lectum ponit, sed super candelabrū ponit, ut intrātes uideāt lumē: qui uerbū dei timore carnalium incōmodorū abscondit, ipsam utiq; carnē præponit manifestationi ueritatis, & ea quasi cooperit uerbū, timendo prædicare: eā itaq; uasis & lecti nomine appellauit, sub quo lucernā ponere
XIII ait eū qui hoc facit. Quòd in regione Gerasenorum curauit dominus eū in quo erat legio dæmonum: significatæ sunt gētes quæ multis dæmonibus seruiebāt. Quòd sine uestimento erat: non habebat fidē. Quòd in domo non habitabat: in conscīētia sua nō requiescebat. Quòd in monumētis manebat: in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur. Quòd autem compedib. ferreis & catenis ligabatur, significat graues & duras leges gentiū, quibus & in eorum republica peccata cohibentur. Quòd etiā uinculis talibus diruptis agebatur à dæmonio in eremū: significat quòd etiam ipsis transgressis legibus, ad ea scelera cupiditate ducebatur, quæ iam uulgarē consuetudinē excederent. Quòd aūt in porcos pascentes in montib. dæmonia ire permissa sunt, significat immūdos & superbos homines, quibus dæmonia dominantur per idolorū cultus. Quòd aūt in stagnum præcipitati sunt: significat q iam clarificata est Ecclesia, & liberato populo gentium à dominatione dæmoniorum, in abditis agūt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, cæca & profunda curiositate submersi. Quòd autem pastores porcorum fugientes nunciauerūt: significat quosdam etiam ptimates impiorum, quanquā Christianā legem fugiant, potentiā tamen eius per gentes studendo & mirādo prædicare. Quòd Geraseni prodeūt uidere quod factū est, & inueniūt hominē uestitū & mente sana sedere ad pedes Iesu, & cognoscentes quid factū sit, rogāt Iesum ut ab eis discederet, magno timore perculsi: significat multitudinem uetusta sua uita delectatam, honorare quidē, sed nolle pati Christianā legem, dum dicūt quòd eam implere non possint, admirantes tamen fidelem populum à pristina perdita conuersatione sanatum. Quòd ille cupit iam esse cum Christo, & tamen dicitur ei, Redi in domum tuam, & enarra quanta tibi fecit deus, ex illa Apostoli sentētia re-
Philip. 3 cte potest intelligi, cum ait, Cupio dissolui & esse cum Christo, multo magis optimū, manere in carne necessarium propter uos. Vt sic quisq; intelli-

gat, post remissionem peccatorū redeūdum sibi
A esse in conscientiā bonam, & seruiendū Euangelio propter aliorum etiā salutem: ut deinde etiam cum Christo requiescat, ne cum præpropere iam uult esse cum Christo, negligat ministeriū prædicationis, fraternæ redemptioni accommodatum.
De septuagintaduobus discipulis: Sicut uigin- XIIII
tiquatuor horis totus orbis peragit̃ atq; à sole lu- Luc. 10
stratur, ita mysteriū illustrādi orbis per Euāgeliū Trinitatis in septuaginta duob. discipulis intimatur. Vigintiquatuor enim ter in septuagintaduobus ponimus. Quod aūt binos mittit, sacramentū est charitatis: Siue quia duo sunt charitatis præcepta, siue quia omnis charitas, minus q̃ inter duos esse nō potest. Quod dominus dicit: Si lumen XV
quod est in te tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ Luc. 11
erunt? Lumen dicit bonā intentionē mentis qua
B operamur, tenebras aūt ipsa opera appellat: Siue quia ignorat̃ ab alijs quo animo illa faciamus, siue quia eorum exitum etiam ipsi nescimus: id est quomodo exeant atq; proueniant eis quibus nos ea bono animo impendimus. Plerunq; enim beneficijs nostris male utendo corrūpuntur, quibus nos ea misericorditer beneuola intētione præstamus. Nunc uos Pharisæi quod de foris est cali- XVI
cis & catini mundatis. Hinc & deinceps quod dicit in Pharisæos & legis doctores, hoc est quod superius dixit: Offirmauerat faciem in Hierusalem, ut eis aperte uera diceret uitia & peccata eorum.
Ideo dicitur spiritussanctus digitus dei propter XVII
partitionē donorū quæ in eo dant̃, unicuiq; propria, siue hominū siue angelorum: in nullis enim
C mēbris nostris magis apparet partitio q̃ in digitis. Ieiuniū aut in tribulatiōe est, aut in gaudio. XVIII
In tribulatione ad propitiādum deum pro peccatis: in gaudio uero cū tanto minus delectāt carna
lia, quanto spiritaliū maior sagina est. Cū ergo do Luc. 15
minus interrogatus esset, cur discipuli eius nō ieiunarent, de utroq; ieiunio respondit. Nanq; ad illud q in tribulatione ieiunari solet, pertinet quod ait, sponsi filios tunc ieiunaturos, cum ab eis ablatus fuerit sponsus: tunc enim desolabuntur, & in mœrore ac luctu erunt, donec eis per spiritumsanctum gaudia consolatoria retribuantur: Quo dono percepto, etiā ieiunij alterum genus quod fiat per lætitiā, iam renouati in uitam spiritalem cōuenientissime celebrabunt. Quod anteq; accipiant,
D dicit eos tanq; uetera uestimenta, quibus incōuenienter nouus pannus assuitur, id est, aliqua particula doctrinæ, quæ ad nouæ uitę temperantiam pertinet: Quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodāmodo scindit̃, cuius particula quæ ad ieiunium ciborū ualet, importune traditur, cū illa doceat generale ieiunium, nō à concupiscentia ciborū tantum, sed ab omni lętitia temporaliū delectationū: cuius quasi pannum, id est, partem aliquā quæ ad cibos pertinet, dicit nō oportere hominib. adhuc ueteri cōsuetudini deditis impertiri, quia & illinc quasi cōcisio uidetur fieri, & ipsi uetustati nō conuenit. Dicit etiam similes eos esse ueteribus utribus, quos uino nouo, id est spiritalibus præceptis

facilius dirumpi, quàm illud cõtinere posse dicit.
Erant autẽ iam utres noui, cum post ascẽsum do-
mini desiderio consolationis eius orando & spe-
rando innouabantur. Tunc enim acceperũt spiri-
Act.2 tum sanctum, quo impleti cũ omniũ qui de diuer
sis gentibus aderãt linguis loquerẽtur, dicti sunt
musto pleni. Nouũ enim uinum iam nouis utrib.
XIX uenerat. Homo quidam descendebat ab Hieru
Lucæ 10 salem in Hiericho: ipse Adam intelligitur in gene
re humano. Hierusalem ciuitas pacis illa est cœle-
stis, à cuius beatitudine lapsus est. Hiericho Luna
interpretatur, & significat mortalitatem nostram,
propter hoc quòd nascitur, crescit, senescit. Et in
cidit in latrones, diabolum & angelos eius, qui eũ
spoliauerunt immortalitate, & plagis impositis
peccata suadendo reliquerunt semiuiuũ: quia ex
parte qua potest intelligere & cognoscere deũ, ui
uus est homo: ex parte qua peccatis cõtabescit &
premitur, mortuus est, & ideo semiuiuus dicitur.
Sacerdos aũt & Leuita, qui eo uiso præterierũt, sa
cerdotiũ & ministerium ueteris Testamẽti signifi
cant, quæ nõ poterãt prodesse ad salutẽ. Samarita
nus custos interpretatur, Et ideo ipse dñs significa-
tur hoc nomine. Alligatio uulnerum, est cohibi-
tio peccatorum. Oleum: cõsolatio spei bonę, pro-
pter indulgentiã datam ad reconciliationẽ pacis.
Vinum, exhortatio ad operandũ feruentissimo
spiritu. Iumentũ eius est caro, in qua ad nos ueni-
re dignatus est. Imponi iumẽto, est in ipsam incar
nationem Christi credere. Stabulum est Ecclesia,
ubi reficiuntur uiatores de peregrinatione rede-
untes in æternã patriã. Altera dies est post resurre
ctionem domini. Duo denarij, sunt duo præcepta
charitatis, quam per spiritumsanctum acceperunt
Apostoli ad Euãgelizandũ cæteris: uel promissio
uitæ præsentis & futuræ. Secundũ enim duas pro-
Matth.19 missiones dictum est, Accipiet in hoc seculo cen-
ties tantum, & in seculo futuro uitam æternam cõ
sequetur. Stabularius ergo est Apostolus. Quod
1 Cor.7 supererogat aut illud est consiliũ quod ait, De uir
ginibus aũt præceptũ domini non habeo, consili-
um autem do: Aut quod etiã manibus suis opera-
tus est, ne infirmorũ aliquem in nouitate Euange
lij grauaret, cum ei liceret pasci ex Euangelio.
XX Quod Martha excepit illum in domum suam:
significat Ecclesiam quæ nunc est, excipientẽ do-
minum in cor suum. Maria soror eius quæ sede-
bat ad pedes domini, & audiebat uerbum eius: si-
gnificat eandẽ Ecclesiam, sed in futuro seculo, ubi
cessans ab opere ministerioq; indigentiæ, sola sa-
pientia perfruetur. Martha ergo occupata est cir-
ca multũ ministeriũ, quia nunc talibus operibus
exercetur Ecclesia. Quod aũt queritur q̃ se soror
eius nõ adiuuet, occasio datur sententiæ dñi qua
ostendit istã Ecclesiam solicitã esse & turbari cir-
ca plurima, cum sit unum necessariũ, ad quod per
ministerij huius merita peruenitur. Mariam uero
dicit optimã partem elegisse, quæ non auferetur
ab ea: & ideo intelligitur optima, quia & per hãc ad
illã tenditur, & nõ auferetur. Illa uero pars ministe-
rij, q̃uis sit bona, tamen auferetur, quãdo indigen
tia cui ministratur transierit. Amicus ad quem XXI
A uenitur media nocte ut accommodet tres panes, Lucæ 11
utiq; ad similitudinem ponitur, secundum quam
quis deum rogat in media tribulatione constitu-
tus, ut ei tribuat intelligentiã trinitatis, qua pręsen
tis uitæ consoletur labores. Sed cõparatio est à mi
nore. Si enim amicus homo surgit de lecto & dat,
nõ amicitia sed tædio cõpulsus, quãto magis deus
dat qui sine tędio largissime donat qđ petitur, sed
ad hoc se peti uult, ut capaces donorum eius fiant
qui petunt. In tribus aũt panib. etiã illud significa-
tur, unius esse substãtiæ trinitatẽ. Amicus aũt quẽ
dicit ille q̃ petit uenisse de uia & nõ se habere q̃d
ponat ante illũ: intelligitur hominis appetitus q̃ de-
bet obtẽperare rationi. Seruiebat aũt cõsuetudini
tẽporali, quã uiã uocat propter om̃ia per tempus
B transeũtia. Conuerso aũt homine ad deũ, etiã ille
appetitus à cõsuetudine reuocatur: sed si nõ cõso-
latur interius gaudiũ de doctrina spiritali qua crea-
toris trinitas prædicatur, magnæ angustiæ sunt in
homine quẽ premit erũna mortalis, cũ ab ijs quæ
foris delectant præcipitur abstinentia, & intus nõ
est refectio de lætitia doctrinæ salutaris: & ista an-
gustia est media nox, qua cogitur uehementer in
stare petendo ut accipiat tres panes. Quod aũt ei
dicitur deintus, iam ostiam clausum esse, pueros
quoq; eius cũ eo in cubili esse, significat tẽpus fa-
mis uerbi, cũ intelligẽtia clauditur, & illi qui Euã-
gelicã sapientiã tanq̃ panẽ erogãtes, per orbẽ ter
ræ prædicauerũt, pueri patrisfamiliâs iam sunt in
secreta quiete cum dño: & tamẽ orando efficitur
C ut accipiat desiderãs intellectũ ab ipso deo, etiã si
homo desit per quẽ sapiẽtia prædicetur. De pa XXII
ne, pisce & ouo, quibus cõtraria posuit lapidẽ, ser
pentẽ & scorpionẽ: intelligitur panis charitas: pro-
pter maiorẽ appetitum, & tã necessariũ ut sine illa
cætera nihil sint, sicut sine pane mensa est inops,
Cui cõtraria est cordis duritia, quã lapidi cõpara-
uit. Piscis aũt intelligitur fides inuisibiliũ, uel pro-
pter aquã baptismi, uel quia de inuisibilibus locis
capitur. Quod etiã fides huius mundi fluctib. cir-
cumlatrata nõ frangitur, recte pisci cõparatur, Cui
cõtrariũ posuit serpentẽ propter uenena fallaciæ,
quæ etiã primo homini male suadẽdo præsemina
uit. In ouo intelligitur spes: ouum enim nondũ est
fœtus perfectus, sed fouendo speratur, Cui contra
D rium posuit scorpionẽ cuius aculeus uenenatus re
tro timendus est: sicut spei contrarium est retro re
spicere, cum spes futurorum in ea quæ ante sunt se
extẽdat. De eo quod dicit dñs scribis uel docto XXIII
ribus Iudæorum, Tulistis clauem scientiæ, & ipsi
non introistis, & eos qui introibunt prohibuistis:
Accipiẽdũ quod in scriptura de humanitate Chri
sti dicitur, quã nec ipsi intelligere, nec ab alijs in-
telligi uolebant. Quod dominus dicit discipu- XXIIII
lis, Anima pluris est quàm esca, & corpus quàm Lucæ 12
uestimentum, Sic accipiendũ utiq;: si hoc tibi de-
dit quod plus est, quanto magis dabit quod mi-
nus est. Quod dominus dicit, Sint lumbi uestri XXV
præcincti, propter cõtinentiam ab amore rerum
seculariũ: lucernę ardẽtes, hoc ipsum ut uero fine
&

XXVI & recta intentione faciatis. Quod dominus dixit Petro, Quis putas est fidelis dispẽsator & prudens, quẽ constituet dominus super familiã suam, ut det illis in tẽpore tritici mensurã. Mensurã dicit propter modũ capacitatis quorumq; audientiũ.
XXVII Quod dñs dicit, Cũ uideritis nubẽ orietem ab Occasu: carnẽ suam à morte resurgentẽ significat. Ex illo enim omnibus terris imber Euangelicæ prædicationis infusus est. Austrum flantẽ ante æstus,
XXVIII tribulationes leuiores ante iudiciũ. Quod dominus dicit, Si enim quod minimũ est non potestis, cum de augenda corporis statura diceret, Minimum est enim hoc, sed deo corpora operanti.
XXIX Cum diceret discipulis nõ debere haberi sollicitudinem de cibis, ait, Et nolite in sublime extolli: Primo enim hæc ad necessitatẽ implẽdam bonno quærit, Cum aũt hæc abundauerint, incipit & superbire de talibus. Tale est hoc, ac si se uulneratus quis iactet, quia habeat multa emplastra in domo, cũ hoc illi bonũ esset ut uulnera nõ haberet, & ne uno quidẽ indigere emplastro. Congruenter hydropicũ animali quod cecidit in puteũ comparauit: humore enim laborabat: sicut & illam mulierẽ quam decem & octo annis alligatã dixerat, & ab eadem alligatione soluebat, comparabat iumẽto quod soluitur ut ad aquam ducatur. Hydropicum aũt rectè cõparamus diuiti auaro. Sicut enim ille quanto magis abũdat humore inordinato, tanto amplius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitijs quibus non bene utitur, tanto ardentius talia cõcupiscit. Illam uero ita morbo incuruatam ut se erigere nõ posset, animæ assimilauit terrenis opinionibus debilitatæ uel oppressæ, ita ut diuina cogita
XXX re non ualeat. Quòd de ciuitate adducit inuitatos ad cœnam: de ipsa gente Iudæorum qui crediderunt significat debiles peccatis, nõ habentes superbiã quasi iustitiæ, quæ mendax primates eorũ à gratia prohibebat. Quod autẽ de sepibus & uijs alios adduci iussit, cum adhuc locus esset: gentes significat, propter diuersas uias sectarũ, & spinas
XXXI peccatorũ. Sumptus ad turrim ędificandã, uires sunt ad discipulatum Christi obtinendum: et decẽ milia præliaturi cum rege qui habebat xx. milia, ostendunt simplicitatem Christiani populi dimicaturi cũ duplicitate diaboli, hoc est cum dolis & fallacijs eius, in affectu cõstituti renunciãris omnibus quæ sunt eius. Ita enim concludit, Sic ergo omnis ex uobis qui nõ renunciauerit omnib. quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Inter quę omnia etiã ipsa temporalis uita intelligaẽ, necesse est: Quã oportet sic possidere ad tẽpus, ut nõ impediat ab æterna, qui eam fuerit minatus auferre. Sicut autẽ de turri nõ perfecta, per opprobrium deterruit dicentium, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cõsummare: Sic in rege cũ quo dimicandum est, ipsam pacem accusauit, cum ait, Adhuc illo longe agente, legationẽ mittẽs rogat ea quæ sunt pacis: significans minas imminẽtium à diabolo tentationum, nõ sustinere homines qui non renunciant omnib. quæ possident, & pacem cum eo facere consentiendo illi ad committenda peccata. Turrim quippe illam ædificare, & cõtra regem illum dimicare, esse discipulũ Christi: esse habere aũt sumptum ad perficiendã turrim, & habere fortia decem milia cõtra uiginti milia regis: renunciare est omnibus quæ sunt eius. Salem XXXII
infatuatũ apostatã dixit, ouem perditam omnes Luc. 15
peccatores dixit, qui per pœnitentiã reconciliantur deo. Quam humeris suis portat, quia humiliãdo se tales erexit. Ideo aũt illas nonagintanouem dixit quas reliquit in deserto, quia superbos significat tanq; solitudinem gerẽtes in animo, dum solos se uideri uolunt, quibus ad perfectionem unitas deest. Cum enim quisq; à uera unitate diuellitur, superbia diuellitur, suæ quippe potestatis esse cupiens, nõ sequitur unum quod deus est. Ideoq; & in nonagintanouem ouibus & in nouẽ drachmis ponit eorum significationem, qui de se præsumentes peccatoribus ad salutẽ redeuntib. se præponunt: unũ enim deest ad nouem, ut decem sint, & ad nonagintanouẽ ut centum sint. Et si per cæteros numeros hoc cõsideres, hoc euenit. Nam & nõgentis nonagintanouem, unum deest ut mille sint, & ad nouẽ milia, nõgentos nonagintanouẽ, unum deest ut decem milia sint. Variari ergo per breuitatẽ & magnitudinẽ numeri possunt, quib. unum deest ut perficianẽ. Ipsum uero unũ sine uarietate in se manens eũ accesserit perficit, cui deputat omnes per pœnitentiã reconciliatos, quæ humilitate obtinetur. Homo habens duos fi- XXXIII
lios, deus ad duos populos intelligitur, tanq; stir- Luc. 15
pes duas generis humani: unã eorũ qui permanserunt in unius dei cultu, aliam eorũ qui usq; ad colenda idola deseruerunt deum. Ab ipso aũt exordio creaturæ mortaliũ consideratio debet intelligi uel intendi. Maior ergo filius ad cultum unius dei pertinet. Minorẽ in regionẽ longinquã profectum esse dicit: Petijt enim ut sibi pars substantiæ quæ eum tangeret daretur à patre, tanquã anima sua potestate delectata, id quod illi est uiuere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere: Omnia ista diuina sunt munera, quę in potestatẽ accipiens per liberũ arbitriũ, quia diuisit pater liberis substantiã, minor filius in regionẽ longinquã profectus, male utẽdo naturalib. bonis, eoipso q; patrem deseruit cupiditate fruendi creatura, relicto ipso creatore. Quod nõ post multos dies dixit factũ, ut cõgregatis omnibus peregre proficisceretur in regionem longinquam: quia non multo post institutionẽ humani generis placuit animæ per liberũ arbitriũ ferre secum quãdam uelut potentiã naturæ suæ, & deserere eum à quo condita est præfidens uiribus suis, quas uires tanto consumit citius, quanto eũ deserit à quo datę sunt. Itaq; hanc uitã prodigam uocat amantem fundere atq; spatiari pompis exterioribus intus inanescẽtem, cum ea quisq; sequitur quæ ab illa procedunt, & relinquit eum qui sibi est interior. Regio itaq; longinqua, obliuio dei est, fames autẽ in illa regione est indigẽtia uerbi ueritatis. Vnus ciuiũ regionis illius, aliquis aereus princeps ad militiam diaboli pertinẽs. Villa eius, modus potestatis eius. Por-

ci, immūdi ſpūs qui ſub ipſo ſūt. Siliquę quib. por
A cos paſcebat, ſeculares doctrinę ſterili uanitate re
ſonātes de quib. laudes idolorū fabularūq; ad de-
os gētiū pertinētiū uario ſermōe atq; carminibus
percrepāt, quib. dęmonia delectant. Vnde cū iſtę
ſaturari cupiebat, aliqd ſolidū & rectū qd ad bea-
tam uitā pertineret, inuenire uolebat in talibus, &
nō poterat. Hoc eſt eñ qd ait, Et nemo illi dabat.
In ſe aūt reuerſus, iā ſcilicet ab eis quæ forinſecus
fruſtra illiciūt & ſeducūt, in cōſcientiā interiorē re
ducē faciēs intētionē ſuā dixit, Quāti mercenarij
in domo patris mei abundāt panibus? Vnde hoc
ſcire poterat in quo erat tanta obliuio dei ſicut in
omnib. idololatris fuit, niſi quia iſta recogitatio iā
B reſipiſcētis eſt cū Euāgeliū prædicaret? Iam enim
poterat talis animaduertere multos prædicare ue
ritatē, inter quos qdā eſſent nō ipſius amore ueri
tatis ducti, ſed cupiditate cōparandorū ſeculariū
Philip.1 cōmodorū. De quib. dicebat Apoſtolus, eſſe quoſ
dam qui Euāgeliū annūciarēt nō caſte, exiſtiman
tes quęſtū eſſe pietatē. Non eñ aliud annūciabāt,
ſicut hæretici: ſed hoc qd Apoſt. Paulus, nō eo ta-
men animo quo apoſtolus Paulus: unde et merce
narij recte appellant, in eadē quidē domo eundē
panē uerbi tractantes, nō tamē in hæreditatē æter
nam uocati, ſed tēporali mercede cōducti. De tali
Matt.6 bus dictū eſt, Amē dico uobis, perceperūt merce-
dē ſuā. Ego ergo, inqt, hic fame pereo. Deinde ait,
Surgā, quia iacebat: & ibo, quia longe aberat: Ad
Luce 15 patrē meū, quia ſub principe porcorū erat. Cętera
C uerba ſunt pœnitētiā meditātis in cōfeſſione pec
cati, nōdū tamē agētis. Nō eñ iam dicit patri, ſed
dictūrū ſe eſſe promittit cū uenerit. Intelligas igit
hoc nūc accipiendū eſſe uenire ad patrē, in eccle-
ſia cōſtitui per fidē: ubi iam poſſit eſſe peccatorū
legitima & fructuoſa cōfeſſio. Quid ergo patri di
cturū ſe dicit? Pater peccaui in cœlū & corā te, &
iam nō ſum dignus uocari filius tuus, fac me ſicut
unū de mercenarijs tuis. utrū hoc eſt, peccaui in cę
lū: qd eſt, corā te: ut cœlū appellauerit ipſam ſubli-
mitatē patris. Vnde eſt etiā illud in Pſalmo, A ſum
Pſal.18 mo cœlo egreſſio eius, cū ab ipſo patre uellet in-
telligi. An potius, Peccaui in cœlū, corā ſanctis a-
nimis in quib. eſt ſedes dei. Corā te aūt, in ipſo pe-
netrali interiore cōſciētię. Et ſurgēs uenit ad patrē
D ſuū. Cū aūt adhuc lōge eſſet, anteq̃ intelligeret de
um, ſed tamē cū iā pie quęreret, uidit illū pater ipſi
us. Impios eñ & ſuperbos cōuenięter nō uidere di
cit, tanq̃ ante oculos nō habete. Ante oculos eñ
haberi, nō niſi q diligunt dici ſolēt. Et miſericor-
dia motus eſt, Et accurrēs cecidit ſuper collū eius.
Nō eñ pater unigenitū filiū deſeruit, In quo uſq;
ad noſtrā lōginquā etiā peregrinationē cucurrit
atq; deſcēdit, qa deus erat in Chriſto mūdū recōci
Ioan.14 lians ſibi. Et ipſe dñs ait, Pater in me manēs, ipſe fa
cit opera ſua. Quid eſt aūt, ſuper collū eiuſcadere:
Eſa.53 niſi inclinare & humiliare in amplexū eius brachi
um ſuū, & brachiū dñi cui reuelatū eſt? Quod eſt
utiq; dñs noſter Ieſus Chriſtus. Et oſculatus eſt il-
lum: id eſt, cōſolari uerbo gratię dei ad ſpem indul
gentiæ peccatorū: hoc eſt poſt longa itinera reme
antem, mereri à patre oſculum charitatis. Et inci-

pit iā peccata cōſtitutus in eccleſia cōfiteri. Néc di
cit omia quę dictūrū ſe eſſe ꝓmiſerat, ſed uſq; ad il
lud, Non ſum dignus uocari filius tuus. Hoc enim
uult fieri ꝑ gratiā, quod ſe indignū eſſe ꝑ merita fa
tet. Nō addit qd in illa meditatiōe dixerat, Fac me
ſicut unū de mercenarijs tuis. Cū eñ panē nō ha-
beret, uel mercenarius eſſe cupiebat: qd poſt oſcu
lum patris generoſiſſime iā dedignat. Stola prima
eſt dignitas quā perdidit Adā. Serui q eā ꝓferunt,
recōciliatiōis prædicatores. Annulus in manu, pi
gnus eſt ſpūſſancti ꝓpter gratiæ participatione,
quæ digito dei bene ſignificat. Calciamēta in pe-
des, præparatio euāgelizādi ad nō tangēda terre-
na. Vitulus ſaginatus ipſe item dñs, ſed ſecundum
carnem ſatiatus opprobrijs. Quod aūt imperat ut
adducāt eū, quid aliud eſt niſi ut prędicēt eū, & an
nūciādo uenire faciāt in exhauſta fame uiſcera fi-
lij eſurietis. Nā etiā ut occidāt eū iubet, hoc eſt ut
mortē eius inſinuēt. Tunc eñ cuiq; occidit, cū cre
dit occiſum. Et epulemur, inqt: hoc ad lætitiā ua-
let, ꝓpter illa quæ cōſequēter dicit, Quia hic filius
meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuētus
eſt. Et iſtæ epulæ atq; feſtiuitas nūc celebrant per
orbē terrarū eccleſia dilatata atq; diffuſa. Vitulus
eñ ille in corpore & ſanguine dñico offert patri,
& paſcit totā domū. Cū interea maior filius, popu
lus Iſrael ſecundū carnē, nō quidē ꝓfectus in lon-
ginquā regionē, ſed tamē in domo nō eſt. In agro
aūt eſt, id eſt: in ipſa hæreditaria opulentia legis &
Prophetarū, terrena potius operat, et in qbuſcūq;
Iſraelitis cōſideratiōib. Nā multi tales inuēti ſunt
in eis & ſæpe inueniunt. Veniens de agro domui
ꝓpinquare cœpit, id eſt, labore ſeruilis operis im-
probato, ex iſdē ſcripturis eccleſiæ libertatē cōſi-
derauit. Audit ſymphoniā & chorū, ſcilicet ſpiri-
tu plenos uocib. cōſonis Euāgeliū prędicare: Qui
bus dictū eſt, Obſecro uos fratres ꝑ nomē dñi no- 1 Cor.1
ſtri Ieſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes. Audit
quoq; cōcorditer conuerſantiū animā & cor unū
in laudes dei. Vocat unū de ſeruis, & interrogat
quæ illa ſint: Sumit utiq; ad legēdū aliquē Prophe
tarū, & in eo quærēs quodāmodo interrogat, un-
de iſta feſta in eccleſia celebrant, in qua ſe eſſe nō
uidet. Reſpōdet ei ſeruus patris Propheta, Frater
tuus uenit, & occidit pater tuus uitulū ſaginatum,
qa ſaluū illū recepit. In extremis eñ terrę fuit fra-
ter tuus. Sed inde maior exultatio cātantiū dño cā
ticū nouū, qa laus eius ab extremis terrę, & ꝓpter
eū qui abſens erat occiſus eſt uir in plaga poſitus,
& ſciēs ferre imbecillitatē: qa quib. nō eſt narratū
de eo uiderūt, et qui nō audierāt, intellexerūt. Sed
indignat etiā nūc, et adhuc nō uult introire. Cū er
go plenitudo gētiū intrauerit egrediet opportu-
no tēpore pater eius, ut etiā omis Iſrael ſaluus fiat:
ex cuius parte cęcitas facta eſt uelut abſentia in a-
gro, d onec plenitudo filij minoris lōge in idolola
tria gentiū cōſtituti redux ad māducandū uitulū
intrarit. Erit eñ quādoq; aperta uocatio Iudæorū
in ſalute Euāgelij. Quā manifeſtationē uocatiōis,
tanq̃ egreſſum patris appellat ad rogādū maiorē
filiū. Deinde quæ reſpōdet idē maior filius, duas
quæſtiones habent. Quomodo uidelicet accipia-

tur ille populus nunq̃ mandatũ dei præterijsse. Et
quem dicat hædũ quẽ nunq̃ accepit, ut cũ amicis A
suis epularef. Sed de mãdato nõ prętergresso faci
le illud occurrit: neq; de omni mãdato dictũ esse,
sed de uno maxime necessario, quo nullum deum
aliũ præter omniũ creatorẽ colere iussus est: neq;
iste filius in omnib. Israelitis, sed in his intelligif ha
bere personã, qui nũq̃ ab uno deo ad simulachra
cõuersi sunt. Quanq̃ em̃ tanq̃ in agro positus iste
filius terrena desideraret, ab uno tñ deo ista desi-
derabat bona q̃uis cõmunia cũ pecorib. Vnde in
Psal. 72 Psalmo ex persona synagogæ q̃d interpretaf A-
saph, cõueniẽter accipif dictũ. Quasi pecus factus
sum apud te, & ego semper tecũ. Qđ etiã patris ip-
sius testimonio cõprobatur cũ dicit, Tu mecũ es
semper. Nõ em̃ quasi mentientẽ redarguit, sed se- B
cũ perseuerantiã eius approbans, ad perfruitionẽ
potioris atq; iocũdioris exultatiõis inuitat. Quis
est ergo hædus quẽ nunq̃ accepit ad epulandũ?
Peccator profecto hædi nomine significari solet.
Sed absit ut Antichristũ intelligã: Nõ em̃ exitũ in
uenio huiusce sentẽtiæ. Multũ em̃ absurdũ est, eũ
cui dicif: Tu mecũ es semper, hoc à patre optasse,
ut Antichristo crederet. Neq; omino in eis Iudęis
qui Antichristo credituri sunt, istũ filiũ fas est in-
telligi. Quomõ autẽ epularef ex illo hædo, si ipse
esset Antichristus, qui ei non crederet? Aut si hoc
est epulari ex hædi occisione, q̃d est de Antichri-
sti perditiõe lætari, quõ dicit filius quẽ recipit pa-
tet hoc sibi nõ fuisse cõcessum, cũ omnes filij dei
de illius aduersarij dãnatione lætaturi sunt. Nimi- C
rum ergo, q̃d in re obscurissima sine pręiudicio di
ligentioris inquisitionis dixerim, ipsum dñm sibi
negatũ ad epulandũ cõqueritur, dũ eũ peccatorẽ
putat. Cũ enim hædus est illi gẽti; id est, cum eum
sabbati uiolatorẽ & ꝓphanatorẽ legis existimat,
iocũdari epulis eius nõ meruit, ut q̃ ait: Nunquã
dedisti mihi hædũ ut cũ amicis meis epularer, tale
sit ac si diceret, eũ qui mihi hædus uidebaf, nunq̃
dedisti mihi ad epulandũ, eo ipso mihi illũ nõ cõ-
cedens, quo mihi hædus uidebaf. Quod aũt dicit,
cũ amicis meis, aut ex persona principũ cũ plebe
intelligif, aut ex persona populi Hierosolymita-
ni cũ cæteris populis Iuda. Meretrices autem cũ
quib. dissipasse substantiã suã filius minor accusa-
tus est, recte intelliguntur superstitiones, relicto
uno cõnubio legitimo uerbi dei, cũ turba dæmo- D
niorũ cupiditate turpissima fornicari. Quid dein-
de sibi uult q̃ cũ pater diceret, Tu mecũ es semp,
q̃d iã tractatũ est, addidit: Et omnia mea tua sunt.
qua in re primò cauendũ est, ne intelligas ita di-
ctum, omnia mea tua sunt, quasi nõ sint & fratris,
aut tanq̃ in terrena hæreditate pariaris angustias,
quõ possint omnia esse maioris, si habet ibi & iu-
nior partẽ suã. Sic enim à perfectis & purgatis ac
iam immortalib. filijs habenf omnia, ut sint & om
niũ singula & omnia singulorũ: Vt enim cupidi-
tas nihil sine angustia, ita nihil cũ angustia chari-
tas tenet. Sed quõ omnia? Nũ & angelos, ait ali-
quis, & uirtutes sublimes ac potestates, atq; uni-
uersa cœlestia dei ministeria deus in possessionẽ

tali filio subiecisse putandus est. Si possessionẽ sic
accipias, ut eius possessor ipse sit dñs, nõ utiq; om
nia. Nõ em̃ dñi erũt, sed cõsortes potius angelorũ,
de quib. dictũ est: Erũt enim æquales angelis dei. Mat. 22
Sin uero posses. sic intelligitur, quõ recte dicimus
possidere animas ueritatem, nõ inuenio: cur non
uere ac ꝓprie accipere possimus om̃ia quæ dicta
sunt omnia. Nõ em̃ illud ita loquimur ut dñas ue-
ritatis dicamus animas quã ab eis dicimus possi-
deri. Aut si nomine possess. adhuc sensu impedi-
mur, id quoq; auferaf. Nõ em̃ ait pater, omnia in
posses. tibi dabo: siue om̃ia mea possideas uel pos
sidebis: sed om̃ia mea tua sunt: nec tñ ita sunt eius,
ut ipsius dei. Qđ enim est in nostra pecunia, põt
familiæ nostræ uel alimẽtũ esse uel ornamẽtũ, uel
aliquid huiusmodi. Et certe cũ ipsum patrẽ recte
ille posset suum dicere, nõ uideo quæ ipsius recte
sua uocare nõ possit, diuersis duntaxat modis. Cũ
em̃ beatitudinẽ illã obtinuerimus, nostra erũt ad
uiuendũ superiora, nostra erũt ad cõuiuẽdũ ęqua
lia, nostra erũt ad dominãdũ inferiora. Cõgaude-
at ergo securissimus maior frater, quia iunior fra-
ter mortuus erat & reuixit, ꝑierat & inuentus est.

In uillico quẽ dñs ejciebat de uillicatiõe, & lau XXXIIII
dauit eũ q̃ in futurũ sibi ꝓspexerit, nõ omnia de- Lucæ 16
bemus ad imitandũ sumere. Nõ enim aut dño no
stro faciẽda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude e-
leemosynas faciamus: aut eos à quib. recipi uolu-
mus in tabernacula æterna, tanq̃ debitores dei &
dñi nostri fas est intelligi: cũ iusti & sancti signifi-
cenf hoc loco qui eos introducãt in tabernacula
æterna, qui necessitatib. suis terrena bona cõmu-
nicauerint: de quib. etiã dicit, q̃ si quis alicui eorũ
calicẽ aquæ frigidæ dederit tãtũ in nomine disci-
puli, nõ perdet mercedẽ suã: Sed etiã ecõtrario di
cunf istæ similitudines, ut intelligamus, si laudari
potuit ille à dño q̃ fraudẽ faciebat, quãto amplius
placẽt dño deo, qui secũdũ eius præceptũ illa ope
ra faciũt: sicut etiã de iudice iniquitatis qui inter-
pellabaf à uidua, cõparationẽ duxit ad iudicẽ deũ
cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est.
Qđ aũt de cẽtũ cadis olei quinquaginta scribi fe-
cit à debitore, & de cẽtũ coris tritici octoginta, ad
nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quæ similiter
in sacerdotes, atq; in Leuitas Iudęi, quisq; operaf
in Christi Ecclesia, abũdet iustitia eius sup scriba-
rũ & pharisęorũ, ut cũ illi decimas darẽt, isti dimi-
dias dẽt: sicut nõ de fructib. sed de ipsis bonis suis
fecit Zachęus. Aut certe duplicet decimã, aut du- Lucæ 19
as decimas dãdo superet impẽdia Iudęorũ. Mam
mona uero iniq̃tatis ideo à dño appellata est ista
pecunia quã possidemus ad tẽpus, quia Mãmona
diuitię interpretatif. Nec sunt istæ diuitiæ nisi ini-
quis, q̃ in eis cõstituũt spẽ atq; copiã beatitudinis
suæ. A iustis uero cũ hæc possidenf, est q̃dẽ ista pe
cunia, sed non sunt tñ illis diuitiæ nisi cœlestes &
spiritales, quib. indigẽtiã suã spiritaliter supplẽtes,
exclusa egestate miseriæ, beatitudinis copia ditã-
tur. Qđ dicit: Si in alieno fideles nõ fuistis: Alie XXXV
nas appellat terrenas facultates, q̃a nemo eas secũ
moriẽs aufert: hoc est q̃d dicit Dauid: Ne timue-

ris cũ diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata
fuerit gloria domus eius: quoniã nõ cũ morietur A
accipiet omnia, neq; simul descendet cũ eo gloria
XXXVI eius. Quod ait: Aut unũ odiet, & alterum dili-
get, aut uni adherebit, & alterũ contẽnet: Nõ sine
cõsideratiõe distinguẽda sunt. Nõ em̃ passim aut
quasi temere dicta sunt. Nõ em̃ interrogatus utrũ
diligat diabolũ, respõdet se diligere, sed potius o-
disse. Deũ aũt se diligere omnes ferè ꝓclamant. Er
go aut unũ odiet & alterũ diliget ut fieri debet: o-
diet scilicet diabolũ, diliget uero deum. Quod ue
ro adiũxit, aut alteri adhærebit, aut alterũ cõtem-
net: Adhęrebit scilicet diabolo, cũ quasi eius prę-
mia tẽporalia sectaẽ, cõtemnet autẽ deũ: Nõ dixit
odiet, sed cõtemnet: sicut solẽt minas eius postpo
nere cupiditatib. suis, qui de bonitate eius ad im-
punitatẽ sibi blandiunẽ. Quib. per Salomonẽ di- B
Eccli. 5 citur: Fili ne adijcias peccatũ super peccatũ & di-
XXXVII cas, miseratio dei magna est. Regnũ cœlorum
uim patiẽ, & qui uim faciũt, diripiũt illud. Nõ solũ
ut quisq; ista cõtemnat, sed etiã linguas deridẽtiũ
se talia cõtemnentẽ: hinc enim facta inuadit quo-
dãmodo quasi prædator uiolẽtus regnũ cœlorũ:
hoc em̃ subiunxit Euãgelista, cũ dixisset derisum
fuisse Iesum à pharisæis, cũ de cõtemnendis terre-
XXXVIII nis diuitijs loquereẽ. Homo quidã erat diues, &
induebaẽ purpura & bysso, & epulabaẽ quotidie
splẽdide: & cætera. Per allegoriam sic accipi pos-
sunt, ut in diuite intelligant ſupbi Iudæorũ, igno-
rantes dei iustitiã, & suã uolẽtes cõstituere. Purpu
ra & byssus, dignitas regni est: & auferẽ, inquit, à
uobis regnũ dei, & dabiẽ genti facienti iustitiam. C
Epulatio splendida, iactantia legis est, in qua glo
riabanẽ plus ad põpam elationis abutentes ea, q̃
ad necessitatẽ salutis utẽtes. Mendicus aũt nomi-
ne Lazarus, q̃d interpretaẽ adiutus, significat in-
digentẽ, ueluti gentilẽ aliquẽ aut publicanũ, qui
tanto magis adiuuaẽ, quãto minus de suarũ copia
facultatũ præsumit. Tales erãt illi duo qui orabãt
in tẽplo, unus publicanus, & alter pharisæus. Di-
ues ergo dicit tanq̃ satiatus iustitia, nõ inter illos
beatos numerandus qui esuriunt & sitiũt iustitiã.
Gratias tibi ago, q̃a nõ sum sicut publicanus iste.
Pauper aũt qui se adiuuari desiderat, dicit: Propi-
tius esto mihi peccatori. Desiderat tamẽ saturari
de micis quæ cadunt de mẽsa diuitis iacens ad ia-
nuã: Nõ em̃ admittebaẽ ad epulas eius, qui nec be D
ne illis utebaẽ, nec egẽti dabat, tanq̃ scriba habẽs
claues regni cœlorũ, nec ipse intrãs, nec alios ten
tare permittens. Micæ cadentes de mensa diuitis,
sunt quædã uerba legis, quę illi iactãtes quasi ꝓij-
ciebant in terrã, cũ superbe populo loquerentur.
Vlcera aũt sunt confessiones peccatorũ, uelut ma
li humores à uiscerib. intimis foras erũpentes. Ca-
nes q̃ ea lingebãt, nequissimi homines sunt aman
tes peccata, qui lata lingua etiã laudare nõ cessant
opera mala, quæ in se alius gemẽs & cõfitens de-
testaẽ. Sinus Abrahæ, requies est beatorũ paupe-
rum, quorũ est regnũ cœlorũ, in quo post hanc ui
tã recipiunẽ Sepultura inferni, pœnarũ profundi-
tas, quę superbos & immisericordes post hãc uitã

uorat. Quos tamen dñs in ista narratione dicit ui-
dere de lõginquo, atq; sentire beatorũ requiẽ, quo
sanè trãsire nõ possunt. Quod aũt linguã sibi uult
refrigerari, cũ in flãma utiq; totus arderet, signifi-
cat q̃d scriptũ est: Mors & uita in manib. linguæ: Prouer. 18
Et quia ore cõfessio fit ad salutem, q̃d per super-
biam ille nõ fecit. Extremũ aũt digiti uel minimã
operationẽ misericordię significat, qua per spiri-
tum sanctũ subueniẽ. Cum autẽ ei diciẽ: Recepisti
bona in uita tua, illud tãgitur, quia felicitatẽ dile-
xit seculi, nec aliã uitã præter istã in qua superbus
tumebat, amauit. Lazarum aũt mala dicit recepis-
se, quia intellexit huius uitæ mortalitatẽ, labores,
dolores, & erũnas, pœnã esse peccati: de quo scri-
ptũ est: Fuimus & nos naturaliter filij iræ sicut & Ephes. 2
cæteri. De quo iterũ scriptũ est, nec infantẽ cuius Iob 25
est unius diei uita super terrã mundũ esse à pecca- 1 Cor. 15
to: quia omnes utiq; in Adã morimur, qui factus
est trãsgressiõe mortalis. Quod aũt dicit, ad ea lo-
ca in quib. torqueñẽ impij iustos etiã si uelint, nõ
posse trãsire: quid aliud significat, nisi post hãc ui-
tã ita receptis in carcere, ut inde nõ exeãt donec
reddant nouissimũ quadrantẽ per incõmutabili-
tatẽ diuinæ sententiæ, nullũ auxiliũ misericordiæ
posse præberi à iustis, etiãsi uelint illud præbere.
Quo admonet scilicet, ut in hac uita homines sub
ueniãt quib. possint, ne postea etiã si optime rece
pti fuerint, eis quos diligũt opitulari nõ ualeãt. Il-
lud em̃ q̃d scriptũ est, ut & ipsi recipiãt uos in æter Mat. 5
na tabernacula: nõ de superbis & immisericordib.
scriptũ est, qualis iste diues fuisse demonstratur, q̃
recipi à sanctis in illa tabernacula mereanẽ: sed de
his qui sibi amicos officiosissimos operib. miseri-
cordię fecerint: quanq̃ nec ipsos iusti uelut ꝓpria
potestate quasi gratificãdo recipiãt, sed ꝓmissio-
ne atq; permissione illius, qui eis cõsilio præmo-
nuit, ut sibi amicos facerent, & qui seipsum pasci,
uestiri, hospitio recipi, uisitari in unoquoq; mini-
morũ suorũ liberatoris bonitate dignat9 est. Quã
quã illa receptio, utrũ statim post istã uitã fiat, an
in fine seculi in resurrectiõe mortuorũ, atq; ultima
retributiõe iudicij, nõ minima quęstio est: sed quã
dolibet fiat, certe de talib. qualis ille diues insinua
tur, nulla scriptura fieri pollicetur. Quinq; aũt fra-
tres quos habere se dicit in domo patris sui, Iudæ-
os significãt. Appellati aũt sunt quinq;, quia sub le
ge detinebanẽ quæ per Moysen data est, q̃ libros
quinq; conscripsit. Quod uero Lazarũ petit mitti
ad fratres suos: sensit se utiq; indignũ qui testimo-
nium perhibeat ueritati. Et quia nõ impetrauerat
paululũ se refrigerari, multo minus credit relaxari
se posse ab inferis ad prædicationẽ ueritatis. Q̃d
Abrahã dicit, si uolũt credere, habẽt Moysen & Rom. 3
ꝓphetas: nõ istos Euãgelio præposuit, sed quia E-
uãgeliũ, sicut dicit Apostolus, testimoniũ habet à
lege & Prophetis, illis credendo posse eos signifi
cat ad Euãgeliũ peruenire. Sicut alio loco ipse do
minus dicit: Si crederetis Moysi, crederetis & mi Ioan. 5
hi. Ille enim de me scripsit. Deniq; ad hoc pertinet
quod etiã postea dicit: Si Moysen & Prophetas Luc. 16
nõ audiũt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit cre
dent

dent: quia eũ prænũciauerunt Moyſes & Prophe
tæ qui ſurrexit à mortuis, hoc ipſum etiã de illo ꝙ
reſurrecturus eſſet à mortuis, quib. non credendo
utiq; nec Chriſto uolũt credere. Multo minus er-
go cuilibet poſſunt credere ꝗ à mortuis reſurge-
ret, qñ ei nõ credunt, cuius reſurrectionẽ Moyſes
& Prophetæ prædicauerunt, quib. credere nolũt.
Alia expoſitio Aliter etiã intelligi poteſt iſta narratio, ut Lazarũ
dñm ſignificare accipiamus, iacẽtẽ ad ianuã illius
diuitis: quia ſe ad aures ſuperbiſſimas Iudęorũ in-
carnationis humilitate deiecit, cupiẽs ſaturari de
micis quæ cadebãt de mẽſa diuitis: Et quærens ab
eis uel minima opera iuſtitiæ, quę ſuę menſæ, hoc
eſt, ſuæ poteſtati per ſuperbiã nõ uſurparent, quę
opera miſericordiæ atq; humilitatis, ꝗuis minima
etſi nõ diſciplina & perſeuerãtia uitæ bonæ, ſaltẽ
interdũ uel caſu facerẽt, ſicut micæ de mẽſa cade-
re ſolẽt. Vlcera paſſiones ſunt dñi ex infirmitate
carnis, quã ꝑ nobis ſuſcipere dignatus eſt. Canes
ergo ꝗ ea lingebãt, gẽtes ſunt, quos homines pec
catores & immũdos dicebãt Iudæi, & tñ paſſiões
dñi in ſacramẽtis corporis & ſanguinis eius, ꝑ to-
tũ iam orbẽ ſuauitate lambũt deuotiſſima. Sinus
Abrahę intelligit̃ ſecretũ patris, quo poſt paſſio-
nem reſurgẽs aſſumptus eſt dñs: quo eũ portatum
ab angelis ideo dictũ puto, ꝗa ipſam receptionẽ
qua in ſecretũ patris abſceſſit, angeli annũciaue-
Act.1 rũt diſcipulis intuẽtib. Dicẽdo eñi, quid ſtatis aſpi
ciẽtes in cœlũ: quid aliud dixerunt, niſi nullo mo-
do poſſe oculos hominũ uſq; in illud penetrare ſe
cretũ quo ibat dñs, cũ in cõſpectu diſcipulorũ fer
ret̃ in cœlũ. Iã cætera ſecũdũ ſuperiorẽ expoſitio-
nem accipi poſſunt, quia ſecretũ patris bene intel
ligit̃, ubi etiã ante reſurrectionẽ iuſtorũ animæ ui
uunt cũ deo: tãto enĩ uerius ubiq; eſt deus, quãto
nullo cõtinet̃ loco, ſicut & latroni dictũ eſt: Ho-
Luc.23 die mecũ eris in paradiſo: unde nunq; receſſit dei
filius, ꝗuis ab hominib. per ſuſceptã carnẽ in ciui
XXXIX tate Iudæorũ tãta pateret̃. Quod dixerũt diſci-
Luc.17 puli: Dñe adauge nobis fidẽ: poteſt quidẽ intelli-
gi hãc fidẽ ſibi eos augeri poſtulaſſe, qua credunt̃
ea quæ nõ uident̃: ſed tñ dicit̃ etiã fides rerũ, quã-
do nõ uerbis ſed reb. ipſis præſentib. credit̃: q̃d fu-
turũ eſt, cũ iam per ſpeciẽ manifeſtã ſe cõtemplan
dã præbebit ſanctis ipſa dei ſapiẽtia per quã facta
ſunt omnia. De qua fide rerũ luciſq; illius pręſen-
Rom.1 tatæ forſitã Paulus apoſtolus dicit: Iuſtitia enĩ dei
2 Cor.3 reuelat̃ ex fide in fidẽ. Dicit enĩ & alio loco: Nos
aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculãtes, in eãdem
imaginẽ transformamur de gloria in gloriã tanq;
à dñi ſpiritu. Sicut enĩ hic ait, de gloria in gloriam,
ita & ibi, ex fide in fidẽ: De gloria ſcilicet Euange
lij quo nũc credẽtes illuminantur, in gloriã ipſius
incõmutabilis & manifeſtæ ueritatis, qua tũc cõ-
mutati perfruent̃: ita ex fide uerborũ quib. nũc cre
dimus q̃d nondũ uidemus: in fidẽ rerũ qua in ęter
num q̃d nũc credimus, obtinebimus. Secũdũ ſen-
tentiã hanc etiã illud eſt, q̃d dictũ eſt à Ioanne in
1 Ioan.3 Epiſtola ad Parthos: Dilectiſſimi, nũc filij dei ſu-
mus, & nõdum apparuit q̃d erimus: Scimus quia
cũ apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam uidebi-
mus eũ ſicuti eſt. Vnde enĩ nũc filij dei ſumus, niſi
A ꝗa poteſtatẽ dedit nobis filios dei fieri, credentib.
in nomine eius, ut uideamus in ænigmate. Vnde
aũt tũc ſimiles ei erimus, niſi quoniã ut ipſe ait, ui-
debimus eũ ſicuti eſt? Quod etiã dictũ eſt: Tũc au
tem facie ad faciẽ. Illã ergo fidẽ præſentiſſimæ ue
ritatis pleriſq; non intelligentib. uideri poteſt dñs
noſter diſcipulis ſuis, nõ ad id quod petiuerãt reſ-
pondiſſe. Cũ enim dixiſſent: Domine adauge no-
bis fidem: ait illis: Si haberetis fidem tanq; granũ
ſinapis, diceretis huic arbori moro eradicare & trãſ-
plãtare in mare, & obediret uobis. Deinde ſequi-
tur: Quis aũt ueſtrũ habens ſeruũ arantẽ aut paſ-
centẽ, cui regreſſo de agro dicet illi ſtatim, Trãſi,
recũbe, & nõ dicet ei: Para quod cœnẽ, & pręcin-
ge te & miniſtra mihi donec manducẽ & bibam,
B & poſt hæc tu mãducabis & bibes? Nũquid gra-
tiam habet ſeruo illi, quia fecit quæ ſibi imperaue
rat? Non puto. Sic & uos cũ feceritis omnia quæ-
cũq; præcepta ſunt uobis, dicite, ſerui ſuperuacui
ſumus, q̃d debuimus facere fecimus. Quid hęc ꝑ-
tineant ad id q̃d dictũ eſt, Dñe adauge nobis fidẽ:
difficile apparet, niſi intelligamus ex fide in fidẽ,
id eſt, ex fide iſta qua miniſtrat̃ deo, in illam fidem
eos ſignificaſſe transferendos ubi fruant̃ deo. Au
gebitur enim fides, cũ primo uerbis prædicantib.
deinde reb. apparentib. credit̃. Sed illa cõtempla-
tio ſummã quietẽ habet, quæ in æterno dei regno
tribuit̃. Sũma uero quies illa, pręmiũ eſt iuſtorum
laborũ qui in Eccleſiæ miniſtratione peragũtur:
& ideo quãuis in agro aret ſeruus aut paſcat, hoc
C eſt, in uita ſeculari uel terrena uerſet negotia, uel
ſtultis hominib. tanq; pecorib. ſeruiat: opus eſt ut
poſt illos labores domũ ueniat, hoc eſt, Eccleſiæ
ſociet̃: laboret etiã ibi miniſtrans dño ſuo donec
mãducet & bibat. Nam & eſuriẽs ille quæſiuit po
ma in arbore, & à Samaritana aquã ſitiens poſtu-
lauit. Mãducet ergo & bibat cõfeſſionem & fidẽ
gentiũ, miniſtrantib. hoc eſt euangelizãtib. ſeruis
ſuis. Quo pertinet etiã illud q̃d de grano ſinapis
eis primo reſpõdit: prius illos fidẽ habere debere
præſenti uitæ neceſſariã, quæ minima uidet̃ quã-
diu theſaurus eſt in uaſis fictilib. ſed ui maxima ef
feruet & germinat. Dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui
uult paſci miniſterio ſeruorũ ſuorũ: hoc eſt, in cor
D pus ſuum quaſi mactatos & manducatos trãsfer-
re credentes, etiã hic paſcit eos ſacramẽto paſſio-
nis ſuæ & uerbo fidei. Non enim uenit miniſtrari
ſed miniſtrare. Dicãt ergo illi ſerui per ſinapis gra
nũ huic arbori moro: hoc eſt, ipſi Euãgelio crucis
dñicæ, per poma ſanguinea, tanq; uulnera in ligno
pẽdentia, uictũ populis præbiturę. Dicãt ergo illi
ut eradicet̃ de perfidia Iudæorũ & in mare gentiũ
transferat̃ atq; plantet̃: hac enim domeſtica ſerui-
tute eſurienti & ſitienti dño miniſtrabũt. Tũc de-
mũ quærãt eſcis incorruptibilib. in æternũ diuinę
ſapiẽtiæ perfrui, cũ dixerint: Serui ſuperuacui ſu- Luc 17
mus, q̃d debuimus facere fecimus, nihil in bonis
operis reſtat: curſum cõſummauimus, agonẽ per- 2 Tim.4
fecimus, ſupeſt nobis corona iuſtitiæ. Omnia enĩ
dici poſſunt de illa ineffabili ꝑfruitiõe ueritatis: &

tanto

tāto magis omnia dici possūt, quanto minus ali-
quid digne dici potest. Nam & lux est illuminato
rū, & requies exercitatorū, & patria redeuntiū, &
esca indigentiū, & corona uincentiū: & quæcūq;
bona tēporaliter trāseuntia, per creaturarū partes
error appetit infideliū, ueriora & in ęternum ma-
nētia in creatore omniū simul inuētura est pietas
XL filiorū. In decem leprosis quos dñs ita munda-
Luc. 17 uit, cū ait: Ite ostēdite uos sacerdotib. multa quæri
possunt quæ merito quærentes mouēt: Non solū
de numero quid sibi uelit quod decem sunt, & q
unus ex illis solus gratias egit: hæc em̄ libere quę-
runt, ut etiam nō inuestigata, uel nihil uel nō mul
tum impediant intentionē legētis: sed illa potius
cur ad sacerdotes miserit ut cū irent mūdarentur.
Nullū enim eorū quibus hæc corporalia benefi-
cia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi le
prosos. Nā & illū à lepra mūdauerat cui dixit, Va-
Luc. 5 de & ostēde te sacerdotibus, & offer pro te sacrifi
Leuit. 14 ciū, q̄d pręcepit Moyses in testimoniū illis. Dein-
de quærendū, qualis mūdatio spiritalis possit in-
telligi eorū quos ingratos extitisse redarguit. Se-
cundū corpus em̄ facile est uidere posse hominē
nō habere leprā, & tamē animi esse nō boni. Secū
dum significationē aūt huius miraculi, conturbat
cōsiderātē, quō mūdus dici possit ingratus. Quę-
rendū igit̄ est quid ipsa lepra significet. Nō em̄ sa-
nati sed mūdati dicunt̄ qui ea caruerunt. Coloris
quippe uitium est, nō ualetudinis aut integritatis
sensuū atq; mēbrorū. Leprosi ergo nō absurde in-
telligi possunt, qui scientiā ueræ fidei nō habētes,
uarias doctrinas profitent̄ erroris. Nō em̄ uel ab-
scōdunt imperitiā suā, sed pro summa peritia ꝓfe-
runt in lucē, & iactantia sermonis ostētant. Nulla
porrò falsa doctrina est, quę nō aliqua uera inter-
misceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in
una disputatiōe uel narratione hominis, tanq̄ in
unius corporis colore apparētia, significāt leprā,
tanq̄ ueris falsisq; colorū fucis humana corpora
uariantē atq; maculātē. Hi aūt tam uitādi sunt Ec-
clesiæ, ut si fieri potest, longius remoti magno cla
more Christū interpellent: sicut isti decē steterūt
à lōge, & leuauerūt uocē dicentes: Iesu pręceptor
miserere nostri. Nam & quod præceptorē uocāt,
quo nomine nescio utrū quisq̄ dominū interpel-
lauerit ꝓ medicina corporali, satis puto significa-
re, leprā falsam esse doctrinā, quam bonus præce-
ptor abstergit. Sacerdotiū uero Iudæorū nemo se
rè fideliū dubitat figurā fuisse futuri sacerdotij re-
galis quod est in Ecclesia, quo consecrant̄ omnes
pertinētes ad corpus Christi, summi & ueri prin-
cipis sacerdotū. Nā nunc & omnes ungunt̄, q tūc
regib. tantū & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Pe
1. Pet. 2 trus ad Christianū populū scribens: Regale sacer-
dotiū: utrūq; nomē illi populo cōuenire declara-
uit, quo illa unctio pertinebat. Cætera itaq; uitia
tanq̄ ualetudinis & quasi membrorū animæ atq;
sensuū, per seipsum interius & cōscientia & intel-
lectu dñs sanat & corrigit: doctrina uero uel im-
buēdi per sacramēta, uel cathechizādi per sermo
nem sonantē atq; lectionē, ubi color quidā intelli

git̄ uerus atq; syncerus, quia in prōptu est & foris
A eminētissimus. Non em̄ in occultis cogitationib.
sed in manifestis operationib. hæc quæ agunt̄ Ec-
clesię proprie cōtributa sunt. Itaq; & Paulus uoce Act. 9
dñi audita: Quid me persequeris? &, Ego sum Ie-
sus quē tu persequeris: ad Ananiā tamē missus est
ut illo sacerdotio q̄d in Ecclesia cōstitutū est, sacra
mētū doctrinæ fidei perciperet, & uerus eius ap-
ꝓbaret̄ color. Nō quia nō potest per seipsum dñs
omnia facere, nā quis alius hæc facit etiā in Eccle
sia? sed ut ipsa societas cōgregatorū fideliū appro
bando inuicē atq; cōmunicando uerę fidei doctri
nā in omnib. quæ dicūtur uerbis uel signant̄ sacra
mentis, tanq̄ unā speciē ueri coloris obducat. Ad
hoc etiā pertinet q̄d idē dicit Apostolus. Deinde Gal. 2
B post annos quatuordecim ascēdi Hierosolymā cū
Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autē secundū
reuelationē, & exposui cū eis Euāgeliū q̄d pręđi-
co in gētib. Seorsum aūt ijs qui uidebant̄ esse ali-
quid, ne forte in uacuū curro aut cucurri. Et pau-
lo post, Cū cognouissent, inquit, gratiā quæ data
est mihi, Iacobus, Petrus & Ioānes, qui uidebant̄
colūnæ esse, dexteras dederūt mihi & Barnabę so
cietatis: Ipsa em̄ collatio unā doctrinæ speciē, ex-
clusa omni uarietate mōstrabat, q̄d salubriter etiā
Corinthios monet dicēs: Obsecro aūt uos fratres 1. Cor. 1
per nomē dñi nostri Iesu Christi, ut idipsum dica- Act. 10
tis omnes. Cornelius etiā cū eleemosynæ eius ac-
ceptæ & preces eius auditæ, illi ab angelo nūcia-
rētur, ꝓpter doctrinæ tamē sacramētorūq; unita-
C tem ad Petrū iubet̄ mittere, tanq̄ illi & suis dicere
tur: Ite ostēdite uos sacerdotib. Nā & cū irēt mun
dati sunt. Iam em̄ ad eos uenerat Petrus, sed tamē
ipsi nondū accepto baptismatis sacramēto, nōdū
spiritaliter ad sacerdotes peruenerūt, & tamē infu
sione spiritussancti, & admiratione linguarū eorū
mūdatio declarata est. Quæ cū ita se habeāt, iā faci
le est etiā illud uidere, fieri posse ut quisquis in Ec
clesiæ societate doctrinā integrā uerāq; assequat̄,
& omnia secundū catholicę fidei regulā edisserat
distinguat à creatore creaturā, eoq; manifestet̄ ua
rietate mēdaciorū tanq̄ lepra caruisse: & tamē in-
gratus sit dño deo mūdatori suo, qui elatus super-
bia, gratiarū agendarū pia humilitate non subdit̄,
similisq; efficit̄ illis, de quib. dicit Apostolus, Qui Rom. 1
cū cognouissent deū, nō ut deum magnificauerūt
D aut gratias egerūt. Quod em̄ dicit eos deū cogno
uisse, ostendit quidē à lepra fuisse mūdatos, sed ta
men statim accusat ingratos. Ideoq; tales ingrati,
in nouenario numero tanq̄ imꝑfecti remanebūt.
Vnū em̄ si addat̄ ad nouē, quædā effigies unitatis
implet̄: quo fit tanta cōpletio, ut ultra iam non ꝓ-
grediat̄ numerus, nisi rursus ad unum redeatur, &
hęc per infinitatē numeri regula custodiat̄. Nouē
itaq; indigēt uno, ut quadā unitatis forma coagu
lentur ut decē sint: unū aūt nō eis indiget ut custo
diat unitatē. Quāobrem ut illi nouem qui gratias
nō egerunt, reprobi effecti à cōsortio unitatis ex-
clusi sunt: ita unus ille q gratias egit, unicæ Eccle-
się significatione approbatus atq; laudatus est. Et
quia illi erant Iudęi, amisisse per superbiā declara-

ti sunt regnũ cœlorũ,ubi maxime unitas custodi-
tur:Iste uero qui erat Samaritanus quod interpre
tatur custos,illi à quo accepit tribuens quod acce
Psal.58 pit,& quodãmodo cantans illud è Psalmo:Forti-
tudinẽ meã ad te custodiã:per gratiarũ actionẽ te
gi subiectus,humilitatẽ regni humili deuotiõe ser
XLI uauit. Quid est quod dicit dominus:Qui fuerit
in tecto,& uasa eius in domo,nõ descẽdat tollere
illa.In tecto est, qui excedẽs carnalia,tanꝗ in au-
ra libera spiritaliter uiuit. Vasa eius in domo, sunt
sensus carnales, quib.ad inuestigandã ueritatem
quæ intellectu capiť,multi utentes penitus erra-
uerunt.Huius ergo spiritalis uiri iã uasa ista uacãt
in domo,quia mẽte corpori supereminẽs per aciẽ
intelligentiæ tanꝗ in tecto positus, perspicuitate
sapiẽtiæ,ueluti cœlo apertissimo fruiť.Caueat er-
go iste,ne in die tribulationis rursus uita carnali,
quæ per sensus corporis pasciť,delectatus, ad ua-
XLII sa huiusmodi tollẽda descẽdat. Quid est ꝙd di-
ctũ est:Et qui in agro fuerit, similiter nõ redeat re
tro.Qui operať in Ecclesia,sicut Paulus & Apol-
1 Cor.3 lo,plãtat & rigat, nõ respiciat spẽ secularẽ cui re-
XLIII nunciauit. Quid significauit uxor Loth? Eos q
in tribulatione retro aspiciũt,& se à spe diuinæ ꝓ-
missionis auertunt,& ideo statua salis facta est, ut
admonẽdo homines ne hoc faciant, tanꝗ cõdiat
XLIIII cor corũ ne sint fatui. Qui sunt in illa nocte,duo
in lecto,& duæ molẽtes in unũ, & duo in agro:de
quibus omnibus binis singuli assumenť,& singu-
li relinquenť. Tria genera hominũ hic uidenť si-
gnificari. Vnũ eorũ qui ociũ & quietẽ eligũt,neq
negocijs secularib.neq negocijs Ecclesiasticis oc
cupati, quæ illorũ quies lecti nomine significata
est.Alterũ eorũ qui in plebib.cõstituti reguntur à
doctiorib.agẽtes ea quę sunt huius seculi:quos &
fœminarũ nomine significauit,quia cõsilijs,ut di-
xi,peritorũ,regi eis expedit:& molẽtes dixit,pro
pter tẽporaliũ negociorũ orbẽ atq circuitũ:quas
tamẽ in uno molẽtes dixit,inquãtũ de ipsis reb.&
negocijs suis præbẽt usib.Ecclesiæ.Tertiũ eorum
qui operãtur in Ecclesiæ ministerio tanꝗ in agro
dei: de qua agricultura Apostolus loquitur, Dei
sumus adiutores, dei agricultura, dei ædificatio
estis.In his ergo trib.generib.bina sunt rursus ge-
nera hominũ in singulis,& ꝓ robore suarum uiriũ
discernuntur.Cũ enim omnes ad Ecclesiæ mẽbra
pertinere uideãtur,adueniente tamen tentatione
tribulationis,& ex illis qui sunt in ocio, & ex illis
qui sunt in negocijs seculi,& ex illis qui deo mini
strant in Ecclesia,aliqui permanẽt,aliqui cadunt.
Qui permanent assumũtur,qui cadunt relinquun
tur.Ergo unus assumetur,& unus relinquetur,nõ
quasi de duob.hominib.dictũ est,sed de duob.ge
neribus affectionũ,in singulis generib.trium pro-
fessionum.In illa ergo nocte, dixit in tribulatiõe.
Ad ipsa tria genera quæ assumuntur, pertinere ar
bitror etiã tria illa nomina uirorũ sanctorũ, quos
solos liberandos Ezechiel propheta pronunciat,
Noe,Daniel & Iob. Videtur enim Noe pertinere
ad eos,per quos Ecclesia regitur, sicut per illũ in
aquis arca gubernata est,quæ figurã gestabat Ec-
clesiæ.Daniel aũt qui elegit cœlibẽ uitã,id est, nu
A ptias terrenas cõtempsit,ut sicut dicit Apostolus,
sine solicitudine uiueret,cogitãs quæ sunt dei, ge 1 Cor.7
nus eorũ significat qui sunt in ocio,sed tamẽ fortis
simi in tentationib.ut possint assumi. Iob aũt quia
uxorẽ & filios habuit,& amplas terrenarũ rerum
copias,ad illud genus pertinet cui molendinũ de-
putatũ est.Sed tamẽ ut sint fortissimi in tentatio-
nib.sicut ille fuit:Nõ eñ aliter assumi poterũt,nec
puto esse alia genera hominũ quib. cõstat Eccle-
sia,ꝗ ista tria,habentia binas differentias,propter
assumptionẽ & relictionẽ,ꝗuis in singulis multę
studiorũ uolũtatumq diuersitates,ad cõcordiã ta
men unitatemq concurrentes possunt inueniri.
Quid est ꝙ ad semper orandũ & nõ deficiendũ XLV
de iudice iniquo uoluit parabolã ponere. Qui cũ Lucæ 18
deũ nõ timeret & hominẽ nõ reuereretur,uiduę ta-
men assiduis interpellationib.cessit ut eã uindica
B ret,ne sibi ab illa tædiũ fieret.Nã hoc est ꝙd ait,ne
ueniẽs sugillet me. Quoniã parabolas dñs aut se-
cundũ similitudinẽ aliquã ponit, sicut de seruo il-
lo cui dominus dimisit ꝙd ratione reddita debere
inuẽtus est,& ipse cõseruo suo dilationẽ saltẽ da-
re noluit:& de fœneratore qui cum duob.debito-
rib.donasset ꝙd debebant,ab eo plus dilectus cui
plus donauit:& de homine q habebat duos filios
maiorẽ in agro sibi ꝓpinquantẽ,minorẽ aũt in lõ
ginquo luxuriantẽ,& innumerabilia huiusmodi.
De his eñ,inquãtũ similia sunt, duciť intellectus
eius rei cui adhibenť,ad mysteriũ insinuandæ aut
requirẽdæ ueritatis. Aut ex ipsa dissimilitudine a-
liquid ꝓbat,ueluti est illud:Quod si fœnũ agri ꝙd Matt.6
hodie est,& cras in clibanũ mittiť,deus sic uestit,
C quãto magis uos modicæ fidei? Ad hoc genus ꝑ-
tinet etiã illud ꝙ de seruo ait, cui dñs denũciaue- Lucæ 16
rat ut à uillicatu remoueretur:fraudẽ quippe ille fecit
dño suo,ut falsatis chirographis, debitorib. eius,
ꝗtũ cõmodũ uisum est, relaxaret. Neq ullo mo-
do nos dñs ut sibi fraudẽ faciamus hortatur, sed si
q fraudãdo sibi præuidit in posterũ, laudatũ eũ di
cit à dño, ꝗto maiore alacritate sibi ꝓuidere de-
bẽt in æternã uitã,quib.ut iuste operẽtur iubeť de
mãmona iniquitatis,ꝙd suo loco expositũ est.Ad
hoc genus pertinet & ille, qui nõ ꝓpter amicitiã
sed ut tædio careret,iã dormiẽs excitať, ut tres pa
nes cõmodet amico suo.Si eñ ille molestia cõpul
sus dedit,quãto magis deus q seruos suos diligẽs
ut petamus hortať,dabit bona petẽtib.se.Itaq il-
D lud superius genus his uerbis adiũgi potest: sicut
illud,ita & illud, Hoc autẽ posterius his uerbis: si
illud,quãto magis illud:aut si nõ illud, quãto mi-
nus illud:sed alicubi obscure,alicubi apte ista po-
nunť.Hic ergo iniquus iudex nõ ex similitudine,
sed ex dissimilitudine adhibitus est, ut ostenderet
dñs ꝗto certiores esse debeãt q deũ perseuerãter
rogãt fontẽ iustitiæ atq misericordiæ,uel si qd ex
cellẽtius dici aut audiri potest, cũ apud iniquissi-
mũ iudicẽ usq ad effectũ implẽdi desiderij ualue
rit perseuerãtia deprecãtis.Ipsa uero uidua põt ha
bere similitudinẽ Ecclesiæ,quę desolata uideť do
nec ueniat dñs,qui tamẽ in secreto etiã nunc curã
eius

eius gerit. Si aũt mouet cur electi dei se uindicari
deprecenĩ, φ etiã in Apocalypsi Ioãnis de marty- A
ribus dicĩ, cũ apertissime moneamur ut pro no-
stris inimicis & persecutorib. oremus. Intelligẽdũ
est eam uindictã esse iustorũ, ut oĩes mali pereãt.
Pereũt aũt duobus modis, aut cõuersione ad iusti
tiam, aut amissa per suppliciũ potestate qua nunc
aduersus bonos quãdiu hoc ipsum bonis expedit
uel tẽporaliter aliquid ualent. Itaq; etiã si omnes
homines cõuerterenĩ ad deũ, inter quos sunt etiã
inimici pro quibus iubemur orare: diabolus tamẽ
qui operaĩ in filijs diffidentiæ, remaneret in secu
li fine dãnandus. Quem finem iusti cũ uenire desi
derant, quãuis pro inimicis suis orent, tamen non
XLVI absurde uindictã desiderare dicunĩ. Homo q-
Lucæ 19 dam nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere
sibi regnum & reuerti. Ipse dominus noster Iesus B
Christus intelligiĩ. Regio lõginqua: Ecclesia gen
tiũ usq; ad fines terræ. Reuerti se tamẽ dicit. Abijt
eñ ut plenitudo gẽtiũ intraret: reuerteĩ, ut omnis
Israel saluus fiat. Per decẽ mnas, legẽ significat, p-
pter decalogũ. Decem aũt seruos, quib. sub illapo
sitis gratia prædicata est. Sic eñ intelligẽdũ est eis
datas mnas ad usum, cũ intellexerint eã ipsam le-
gẽ remoto uelamine ad Euangeliũ pertinere. Ci-
ues eius qui post eũ miserũt legationẽ, dicentes se
nolle ut regnet sibi, Iudæi sunt, qui etiã post resur
rectionẽ eius miserũt persecutores Apostolis, &
prædicationẽ Euãgelij respuerũt. Redit aũt acce-
pto regno, quia in manifestissima & eminẽtissima
claritate uẽturus est, q eis humilis apparuit, cũ di-
Ioan. 18 ceret: Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Quod aũt
serui reddẽtes rationẽ, ex eo quod acceperãt lau- C
danĩ quia lucrati sunt: significat eos bonã redde-
re rationẽ, qui bene usi sunt eo q̃d acceperunt ad
augẽdas diuitias dñi per eos qui credunt in eum.
Quod qui facere nolũt, in illo significati sunt qui
mnã suã in sudario seruauit: Sũt eñ homines hac
sibi peruersitate blãdientes ut dicãt: Sufficit ut de se
unusquisq; rationẽ reddat, Quid opus est alijs prę
dicare aut ministrare, ut etiã de ipsis reddere ratio
nem quisq; cogaĩ: cũ apud dñm etiã illi sunt inex-
cusabiles quibus lex data nõ est, neq; audito Euã-
gelio dormierũt: quia per creaturã poterãt cogno
scere creatorẽ, cuius inuisibilia à cõstitutione mũ
di per eaquę facta sunt intellecta cõspiciunĩ. Hoc
est enim quasi metere ubi nõ seminauit: id est etiã D
eos impietatis reos tenere, quibus uerbũ legis aut
Euãgelij nõ ministratũ est. Hoc aũt ueluti pericu-
lum iudicij deuitãtes, pigro lãguore à uerbi mini-
stratione cõquiescũt, & hoc est quasi in sudario li
gare quod acceperũt. Mensam quo dãda erat pe-
cunia, pfessionẽ ipsam religionis accipimus, quę
tanq; publice pponiĩ ad usum necessariũ saluti.
Quod aũt unus eorũ qui bene usi sunt, decẽ acq̃si
uit, & alter quinq;, significat eos esse acquisitos in
gregẽ dei, à quib. ipsa lex per gratiã intellecta est:
siue quia decalogo cõtineĩ, siue quia ille per quẽ
lata est, libros quinq; cõscripsit: ad hoc pertinẽt &
decẽ & quinq; ciuitates quib. eos præponit. Mul-
tiplicatio eñ intelligẽtiæ in ipsa uarietate, quæ de

unoquoq; præcepto uel de unoquoq; libro pullu
A lat, ad unũ redacta, quasi ciuitatẽ facit uiuentiũ ra
tionum æternarũ. Est enim ciuitas nõ quorũlibet
animãtiũ, sed rationaliũ multitudo, legis unius so
cietate deuincta. Quod autẽ ab illo qui uti noluit
auferĩ q̃d acceperat, & ei daĩ qui decẽ habebat: si
gnificaĩ & illum posse amittere munus dei qui ha
bens nõ habet, id est, nõ utitur, & in eo augeri qui
habẽs habet: hoc est, bene utiĩ. Inimicos ergo su-
os quos iubet corã se interfici, significat impieta-
tem Iudęorũ, qui ad eũ cõuerti noluerũt. Quid XLVII
est quod ait: Facilius est camelũ per foramen acus Lucæ 19
transire q; diuitem intrare in regnũ dei. Diuitem
hic appellat cupidũ rerũ temporaliũ, & de talibus
superbientẽ: His diuitibus cõtrarij sunt pauperes
spiritu, quorũ est regnum cœlorũ. Nam eo mani-
B festaĩ omnes cupidos, etiã si facultatib. huius mũ-
di careãt, ad hoc genus diuitũ q̃d est reprehẽsum
pertinere, quia postea dixerunt, qui audiebãt: Et
quis poterit saluus fieri? cũ incõparabiliter maior
turba sit pauperũ: uidelicet intelligentes in eo nu
mero deputari etiã illos qui quanq; talia non ha-
beãt, tamẽ habẽdi cupiditate rapiunĩ. Sẽsus est au
tem, facilius Christũ pati pro dilectorib. seculi, q;
dilectores seculi ad Christũ posse cõuerti. Cameli
aũt nomine se intelligi uoluit, q̃a humiliatus one-
ra sustulit. In quo enim manifestius intelligiĩ q; in
ipso quod scriptũ est: Quãto magnus es, humilia Eccli. 3
te in omnib. Per acũ aũt pũctiones significat, per
pũctiones dolores in passione susceptos. Foramẽ
ergo acus dicit angustias passionis. Quod aũt ait:
Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia
C sunt apud deũ: nõ ita accipiẽdum est, q̃d cupidi &
superbi, q nomine illius diuitis significati sunt, in
regnũ cœlorũ sint intraturi cũ suis cupiditatib. &
superbia: sed possibile est deo, ut per uerbũ eius,
sicut & iam factum esse, & etiã quotidie fieri uide
mus, à cupiditate tẽporaliũ ad charitatẽ ęternorũ,
& à perniciosa superbia ad humilitatẽ saluberri-
mam cõuertanĩ. Possumus appropinquantib. XLVIII
ad Hiericho sic intelligere, ut iã inde egressi, ppe
tamen adhuc essent ad eã ciuitatẽ: quod quidẽ mi
nus usitate diciĩ, sed tamẽ uideri possit hoc dictũ,
quoniã Matthęus egredientib. eis ab Hiericho di
cit illuminatos duos cæcos qui iuxta uiã sedebãt.
De numero q̃ppe nulla esset quæstio, si alter Euã
D gelistarũ de uno tacuisset unius reminiscẽs. Nam
etiã Marcus unũ cõmemorat, cũ & ipsis egrediẽ- Mar. 10
tibus eis ab Hiericho dicat illuminatum, cuius &
nomen dixit & patrẽ: ut intelligamus eũ fuisse no
tissimũ, alterũ ignotũ, ut merito ille notus etiã so-
lus decenter cõmemoraretĩ. Sed quoniã quæ cõ-
sequunĩ in Euangelio secundũ Lucã, apertissime
ostendũt illud quod ipse narrat adhuc uenientib.
eis Hiericho factũ esse: nihil aliud restat intellige-
re nisi bis esse factũ hoc miraculũ, semel in uno cę
co dum adhuc ueniret in illã ciuitatem, & iterũ in
duob. cũ inde egrederetĩ, ut illud unũ Lucas, illud
alterũ Matthæus enarraret. Neq; hoc sine aliquo Mat. 20
sacramẽto. Si enim Hiericho lunã & ob hoc mor
talitatẽ interpretaĩ, morti propinquãs dominus,
Iudæis

Iudæis solis lumẽ Euãgelij iusserat prędicari, q̃d si
gnificauit ille unus cęcus quẽ Lucas cõmemorat.
A morte aũt resurgẽs atq; discedens, & Iudæis &
gẽtib. quos duos populos significare uident̃ duo
cæci cõmemorati à Matthæo. Tẽplũ in Euãgelio
ipsum deũ hominẽ factũ intelliges, uel etiã adiun
cto corpore eius q̃d est Ecclesia. Secundũ aũt il-
lud q̃d est caput Ecclesiæ dictũ est: Soluite tẽplũ
hoc, & in triduo suscitabo illud. Secũdũ id uero ꝙ
etiã adiũcta Ecclesia intelligit̃ tẽplũ, uidet̃ dixisse
Auferte ista hinc scriptũ est em̃: Domus mea do-
Matt.21 mus oratiõis uocabit̃, uos aũt fecistis eã domũ ne
Mar.11 gociatiõis uel spelũcã latronũ. Significauit em̃ fu-
Ioan.2 turos in Ecclesia, q̃ sua negotia potius agerẽt, uel
receptaculũ ibi haberẽt ad occultãda scelera sua,
q̃ ut charitatẽ Christi sequerent̃, & peccatorũ cõ-
XLIX fessione accepta uenia corrigerent̃. Ad illud ꝙ
dixit: Nõ em̃ ultra incipiũt mori, quia cõnubia ꝓ-
pter filios, filij ꝓpter successionẽ, successio ꝓpter
mortẽ. Vbi ergo mors nõ est, neq; cõnubia. Sicut
enim nũc sermo noster decedentib. & succedẽtib.
syllabis peragit̃ atq; perficitur: ita & ipsi homines
quorũ sermo est, decedẽdo ac succedẽdo peragũt
atq; perficiũt ordinẽ huius seculi, q̃ tẽporaliũ re-
rũ pulchritudine cõtexit̃. In illa aũt uita q̃m uerbũ
dei est quo fruemur, nulla decessiõe & successiõe
syllabarũ cõplet̃, sed omnia quæ habet semp̃ ma-
nẽdo simul habet, ita participes eius, quib. ipsum
solũ erit uita, neq; moriẽdo sibi decedẽt, neq; naf-
L cẽdo succedẽt. Q̃d dixit dñs discipulis: Orate
Luc.22 ne intretis in tentationẽ, & ipse auulsus est ab eis
quantũ iactus est lapidis: tanq̃ hoc eos admonue
rit, ut in eũ dirigerẽt lapidẽ: id est, usq; ad eũ perdu
cerẽt intẽtionem legis quæ scripta erat in lapide:
Rom.10 usq; ad illũ eñ potest peruenire ille lapis: q̃m finis
LI legis est Christus ad iustitiã omni credenti. Q̃d
Luc.24 scriptũ est de dño: Finxit se lõgius ire: nõ ad men-
daciũ pertinet. Nõ em̃ omne q̃d fingimus menda
ciũ est, sed q̃n id fingimus q̃d nihil significat, tunc
est mẽdaciũ. Cũ aũt fictio nostra refert̃ ad aliquã
significationẽ, nõ est mendaciũ, sed aliqua figura
ueritatis. Alioquin omnia quæ à sapientib. & san-
ctis uiris, uel etiã ab ipso dño figurate dicta sunt
mendacia deputabunt̃, quia secundũ usitatũ intel
A lectũ nõ subsistit ueritas in talib. dictis. Nõ enim
homo qui habuit duos filios, quorũ minor acce- Luc.16
pta parte patrimonij sui ꝓfectus est in regionẽ lõ
ginqua, & cætera quæ in illa narratiõe cõtexunt̃,
ita dicunt̃ tanq̃ uere fuerit quisq̃ homo qui hoc
in filijs suis duobus aut passus sit, aut fecerit. Ficta
sunt ergo ista ad rem quandã significandã, tã lõge
lateq; maiorẽ, & tam incõparabiliter differẽtẽ, ut
per illũ factũ hominẽ deus uerus intelligat̃. Sicut
aũt dicta, ita etiã facta fingunt̃ sine mẽdacio ad a-
liquam rem significandã. Vnde est etiã illud eius-
dem dñi, ꝙ in fici arbore quæsiuit fructũ eo tẽpo-
re quo illa poma nondũ essent. Nõ enim dubium
est illã inquisitionem non fuisse uerã: quiuis enim
hominũ sciret, si nõ diuinitate uel tẽpore, poma il
lam arborẽ non habere. Fictio igit̃ quę ad aliquã
B ueritatẽ refertur, figura est: quæ nõ refert̃, menda-
cium est. Quid ergo significat quod se ire longius
dñs finxit, cum comitaret̃ discipulis, exponẽs eis
sanctas scripturas, utrũ ipse esset, ignorãtib. Quid
putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suã co-
gnitionem peruenire posse homines intimauit, ut
cũ longius ipse ab hominib. abscesserit super om
nes cœlos, tamẽ ita cũ eis sit qui hæc exhibẽt ser-
uis eius, ut cũ dicere cœperint: Dñe quando te ui
dimus hospitẽ & adduximus: tanq̃ eũ scilicet qui
lõge abscesserat, Respõdeat ille: Cũ uni ex mini- Matt.25
mis meis fecistis, mihi fecistis. Tenet ergo Christũ
ne lõgius ab illo eat, q̃squis cathechizatus uerbo
in om̃ib. bonis ei qui se cathechizat cõmunicat, si
cut Apostolus dicit, Cõmunicet qui catechiza- Gal.6
tur uerbo ei qui se cathechizat in om̃ib. bonis. Et
C alio loco cũ dixisset: Necessitatib. sanctorũ cõmu Rom.12
nicãtes: statim subiecit, hospitalitatẽ sectantes. Et
isti em̃ cathechizati erant uerbo cũ eis exponeret
scripturas. Et q̃a hospitalitatẽ sectati sunt, eũ quẽ
in ipsa expositione scripturarũ nõ cognouerũt, in
panis fractione cognoscũt. Nõ enim auditores le
gis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustifica
bunt̃. Quod dñm in passione exuerũt ueste pro-
pria, & induerũt fucata, significati sunt hi hæretici
qui eũ aiunt nõ uerũ corpus habuisse sed fictũ.

CENSVRA.

Qua occasione fragmentum hoc reuulsum sit à cæteris, non satis liquet, stylus tamen & res congruunt Augustino, licet in libris Retractationum huius scripti non meminerit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
LIBER QVAESTIONVM EVANGELICARVM
SECVNDVM MATTHAEVM.

I Matt.2 QVOD dictum est, occisos infantes
à bimatu & infra: significatum est
humiles habentes geminam cha-
ritatem, tanquã paruulos bimos
II posse mori pro Christo. Quod
Matt.10 dico uobis in tenebris, id est, quũ
adhuc in timore carnali estis, quia
in tenebris est timor, dicite, in lumine: hoc est in
D fiducia ueritatis, accepto spiritusancto. Et quod
in aure auditis, prædicate super tecta: id est, quod
in secreto auditis, calcato carnis domicilio præ-
dicate. Nolite arbitrari quia uenerim pacem III
mittere in terram: Non ueni pacẽ mittere, sed gla
dium: Veni enim separare hominem aduersus pa
trem suũ. Quia renunciat quis diabolo qui fuit pa
ter eius. Et filiam aduersus matrem suam. Plebem Matt.10

dei aduersus mundanã ciuitatẽ, hoc est aduersus
perniciosam generis humani societatẽ, quã nunc
Babylonia, nũc Ægypto, nunc Sodoma, nũc alijs
atq; alijs nominib. scriptura significat. Nurũ aduer
sus socrũ, Ecclesiã aduersus synagogã, quæ secun-
dũ carnẽ Christũ peperit spõsum Ecclesiæ. Diui-
dunt aũt gladio spiritus, q̃d est uerbũ dei, & inimi
ci hominis domestici eius: cũ quib. antea cõsuetu
dine implicatus erat. Quod aũt descendens de
IIII mõte posteaq; præcepta illic discipulis & multitu
Matt. 8 dini dedit, leprosum statim extẽdens manũ suã cu
rat, significat, eos q̃ de illis implẽdis dubitãt, suo
V auxilio ab huiusmodi uarietate mũdari. Quod
Matt. 8 dñs dixit Scribæ qui eũ sequi uoluit: Vulpes fo-
ueas habẽt & uolueres cœli tabernacula, filius au
tem hominis nõ habet ubi caput suũ reclinet. In-
telligit miraculo dñi cõmotus ꝓpter inanẽ iactan
tiã eũ sequi uoluisse quã significant aues. Finxisse
aũt discipuli obsequiũ. Quę fictio uulpiũ nomine
significata est. Reclinatiõe uero capitis humilita-
tẽ suã significauit, quæ in illo simulatore ac super-
VI bonõ habebat locũ. Dimitte mortuos sepelire
mortuos suos. Mortuos hic non credentes dixit,
Mortuos aũt suos, q̃ nihilominus sine fide de cor-
pore exirẽt. Excutite puluerẽ de pedib. uestris.
VII Aut ad cõtestationẽ laboris terreni quẽ pro illis
Matt. 10 inaniter suscepissent, aut ut ostenderent usq; adeo
se ab ipsis nihil terrenũ quęrere, ut etiã puluerẽ de
terra eorũ sibi nõ paterent adhærere. Estote er
VIII go prudẽtes sicut serpẽtes, Ad cauẽdũ malũ, in ca
pite custodiẽdo, quod est Christus. Nam serpens
Serpentis totũ corpus pro capite obijcit persequenti. Vel ꝙ
natura Mat. 7 per angustias se coarctãs ueteri tunica exutus in-
nouet. Quod imitant quib. dictũ est: Intrate ꝑ an-
gustã portã, cum uetere homine exuunt. Nã si ca-
uendum malũ ira moneret, ut uiolẽter resistendũ
esset malis, nõ supra dixisset: Mitto uos sicut oues
Columbæ in medio luporũ. Simplices aũt sicut colũbas esse
natura uoluit, ad nulli nocẽdũ. Nam hoc genus auis nul-
lum omnino animaliũ necat, nõ solũ grandiũ con
tra quæ uires nõ habet, sed etiã minutissimorum,
quib. etiã perparui passeres alunt. Est aũt omnib.
irrationalib. animantib. una quædã inter se socie-
tas, sicut etiã rationalib. sua, id est, hominib. nõ so-
lum secũ, sed etiã cum angelis. Discunt ergo ex si-
militudine columbarũ nulli prorsus nocere ad so
cietatem suã pertinenti participatione rationis.
IX Cõfiteor tibi dñe pater cœli & terrę. Notãdum
Matt. 11 confessionẽ poni in laudem dei. Non eñ peccata
dñs cõfitebat, quæ nulla habebat, præsertim quia
eum exultantẽ hoc dixisse alius Euãgelista cõme
morat, quanq; & uerba ipsa quæ dicit non habeãt
dubitationẽ, & ꝙ in laudem dei dicant. Ergo cõ-
fessionem uocat scriptura generaliter quicq̃d ma
nifeste, sicut cernit, enunciat. Nã & illud q̃d ait: Si
quis me cõfessus fuerit corã hominib. confitebor
& ego eum corã patre meo: uel sicut alibi est, corã
angelis dei. Non utiq; peccata confitet qui Chri-
stum confitet. Quod si ꝓpterea putãt aliqui cõfes
sionem uocari, quia ꝓ crimine obijciebat Christi
nomẽ tẽpore persecutionis, nũquid ita etiã Chri-
stus corã patre uel corã angelis eius hominẽ qui
A se cõfessus fuerit confitet? Est etiã in Ecclesiastico
ita positũ: Et hęc dicetis in confessione, opera dñi Eccli 39
uniuersa, quoniã bona ualde. Quo in loco indubi
tãter dei laudes exaggerant. Hæc dicta sunt pro-
pter imperitiã fratrũ, qui cũ legẽte lectore audiũt
hoc uerbũ, pectora statim tũdunt, nõ attendentes
quo loco dicat, quasi nõ possit nisi peccatorũ esse
cõfessio. Notandũ de eo q̃d illicite factũ uide- X
ret Iudæis, ꝙ discipuli sabbato spicas euulsissent, Matt. 12
unũ exẽplũ datũ regiæ potestatis de Dauid, alte-
rum sacerdotalis, de ijs qui per ministeriũ templi
sabbatũ uiolant, ut multo minus ad ipsum euulsa-
rũ sabbato spicarũ crimẽ pertineat, qui uerus rex
& uerus sacerdos est, & ideo dñs sabbati. Cum XI
aũt dormirẽt homines, uenit inimicus eius & sup- Matt. 13
B seminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cũ ne-
gligẽtius agerẽt præpositi Ecclesiæ, aut cum dor-
mitionẽ mortis acciperent Apostoli, uenit diabo
lus & superseminauit eos quos malos filios dñs
interpretat: Sed quærit, utrũ hæretici sint, an ma-
le uiuentes catholici? Possunt enim dici filij mali
etiã hæretici, quia ex eodem Euangelij semine &
Christi nomine ꝓcreati, prauis opinionib. ad falsa
dogmata conuertuntur. Sed ꝙ dicit eos in medio
tritici seminatos, quasi uident illi significari qui
unius cõmunionis sunt. Verũtamẽ quoniam dñs
agrũ ipsum, nõ Ecclesiã, sed hũc mundũ interpre-
tatus est, bene intelligunt hæretici: quia nõ socie-
tate unius Ecclesiæ uel unius fidei, sed societate so
lius nominis Christiani in hoc mũdo permiscent
C bonis: at illi qui in eadem fide mali sunt, palea po-
tius q̃ zizania deputant: quia palea etiam funda-
mentũ ipsum habet cũ frumento, radicẽq; cõmu-
nem. In illa planè sagena qua concludunt & mali
& boni pisces, non absurde mali catholici intelli-
gunt. Aliud est enim mare, quod magis mundum
istum significat: aliud sagena, quæ unius fidei uel
unius Ecclesiæ cõmunionẽ uidet ostendere. Inter
hæreticos & malos catholicos hoc interest, ꝙ hæ-
retici falsa credũt, illi aũt uera credentes nõ uiuũt
ita ut credũt. Solet aũt etiã quæri, schismatici quid
ab hæreticis distent, & hoc inueniri ꝙ schismati-
cos nõ fides diuersa faciat, sed cõmunionis diruta
societas. Sed utrũ inter zizania numerãdi sint, du
bitari potest. Magis aũt uidentur spicis corruptis
D esse similiores, sicut scriptum est: Vento autẽ cor-
rumpetur filius iniquus: uel paleis aristarũ fractis
uel scissis & de segere abruptis. Quo enim altio-
res, id est, superbiores, eo fragiliores leuioresq;
sunt. Nec tamẽ cõsequens est, ut omnis hæreticus
uel schismaticus corporaliter ab Ecclesia separe-
tur. Si enim falsa de deo credit, uel de aliqua parte
doctrinæ quæ ad fidei pertinet ædificationem, ita
ut nõ quærẽtis cunctatione tẽtatus sit, sed incon-
cusse credẽtis, nec omnino sciẽtis opiniõe atq; er-
rore discordans, hæreticus est & foris est animo,
quãuis corporaliter intus uideat. Multos enim ta
les portat Ecclesia, quia nõ ita defendunt falsitatẽ
sententię suę, ut intentã multitudinẽ faciãt: quod
si fecerint, tũc pellant. Itẽ quicunq; inuidẽt bonis,
ita

ita ut quærant occasiones excludendi eos, aut de
gradādi uel crimina sua sic defendere parati sunt,
si obiecta uel ꝓdita fuerint, ut etiā cōuēticulorū se
gregationes, uel Ecclesię perturbationes cogitēt
excitare, iam schismatici sunt, & ab unitate corde
discissi, etiā si nō inuentis occasionib. aut occulta
tis factis suis sacramēto Ecclesiæ corporali cōuer
satione socient̄. Quapropter illi soli catholici ma
li recte deputant̄, qui quāuis uera credant quæ ad
uerā fidei doctrinā pertinēt, & si quid forte nesci-
unt, quærendū existimēt, & salua pietate discutiāt
sine aliquo præiudicio ipsius ueritatis, & bonos,
uel quos bonos putāt amēt atq; honorēt quantū
possunt, tamē flagitiose atq; facinorose uiuūt con
tra q̄ uiuendū esse credunt. Tales em̄ etiā si ꝓdan
tur aut accusent̄, ꝑ disciplina Ecclesię salutisq; suę
causa correpti, uel à cōmunione suspēsi, nullo mo
do sibi recedēdū esse à cōmunione catholicę fidei
existimāt, quomodocūq; permissi fuerint satisfa-
ctionis quærētes locū: & aliquādo per pœnitētiā
in frumēta mutant̄, siue correpti, siue remoti, siue
etiā uerbo dei nullo nominatim accusante aut in-
crepāte perterriti. Aliquādo aūt etiā sub nomine
pœnitentiū ita uiuūt ut solēt, aut nō multo minus
quidā etiā amplius, nullo modo tamē à catholica
unitate discedūt. Quib. ita uiuentib. si mors obre-
pserit paleæ deputant̄ usq; in finem. Hoc etiā ipsi
credūt. Nā si aliter credūt, & incōcusse tenēt, iam
inter hæreticos numerādi sunt: putātes om̄ib. deū
etiā in magna iniquitate usq; in finē uitæ perseue-
rantib. tātū quia Ecclesiæ unitatē nō syncera dile-
ctione, nisi ut bene uiuerēt, sed magis pœnarū ti-
more tenuerūt, ueniā daturū. Isti ergo nō hoc cre-
dūt, uel non firmiter opinant̄, & si adhuc forsitan
quærūt. Sed magis eos decipit spes dilatiōis, dū se
diutius uicturos putāt, & perditos mores aliquā-
Eccli 5 do in melius mutaturos. Cōtra quos dicit̄: Ne tar-
des cōuerti ad deū, neq; differas de die in diē: Subi
to em̄ ueniet ira eius, & in tēpore uindictę disper-
det te. Illi em̄ conuertunt̄ qui recte uiuere incipi-
unt, hoc est em̄ ad deū redire. Qui aūt cōcupiscen
tias suas perseuerāter sequunt̄, dorsum quodāmo
do habēt ad deū, quāuis in unitate cōstituti sæpe
illū retorto collo conent̄ aspicere. Ergo & isti, ut
Psal. 77 ait Propheta: caro sunt & spiritus ambulans & nō
reuertēs. Sed tamē ut dictū est, ꝓpter eādē fidem
atq; unitatē Ecclesiæ, neq; inter zizania, q̄m illa
extra radicata sunt, neq; inter aristarū paleā quæ
se etiā frumētis audet aspera dissensione & fragili
elatione super imponere, sed quāuis subiectā fru-
mentis, tamē inter paleā quæ ultima uentilatione
separāda est numerant̄. Boni aūt catholici sunt, q
& fidē integrā sequunt̄ & mores bonos. Quod au
tē ad fidei doctrinā pertinet, ita quærūt si q̄d quę-
rendum habēt, ut absit cōcertatio periculosa, uel
quærenti, uel ei cū quo quærit̄, uel eis qui differē-
tes audiūt. Ita aūt docent si quid docendū habent,
ut usitata & cōfirmata securissime & fidentissime
& lenissime ut possunt insinuēt. Inusitata uero e-
tiam si ueritatis manifestatiōe liquidissima perce-
perūt, quærēdi potius q̄ pręcipiendi aut affirmā-

di modo, ꝓpter audiētis infirmitatē. Si aūt tātum
A habet pōdus aliquod uerū, ut uires discētis exce-
dat: suspendendū est ut extēdat crescētē, nō impo
nēdū ut obterat paruulū. Inde est enim illud dn̄i:
Sed filius hominis cū uenerit, putas inueniet fidē Luc. 18
in terra? Aliq̄n autem & occultādū est, sed cū spe
hortatoria, ut nō faciat desperatio frigidiores, sed
desideriū capaciores. Inde est illud eiusdem domi
ni: Multa habeo uobis dicere, sed nō potestis por Ioan. 16
tare modo. Quod ergo ad mores pertinet, hoc be
ne & breuiter dicit̄: aut confligendū est cū amore
tēporaliū bonorū, ut nō uincat: aut etiā edomitus
subditusq; esse debet, ut cū surgere cœperit, facile
reprimat̄: aut ita extinctus, ut se omnino nulla ex
parte cōmoueat. Ex quo fit ut etiā ipsam mortem
ꝓpter ueritatē alij fortiter obeāt, alij ęquanimiter,
B alij libēter. Quæ tria etiā genera fructus sunt fer-
tilis terræ, triceni & sexageni & cēteni. In horum
aliquo genere inueniēdus est tēpore mortis suæ,
si quis de hac uita recte cogitat emigrare. Tolerā-
da sunt aūt nō solū zizania usq; ad messem: quę cū
diabolus aspersis prauis errorib. falsisq; opinioni-
bus superseminasset, hoc est, præcedente nomine
Christi hereses superiecisset, magis ipse latuit atq;
occultissimus factus est, hoc est em̄ & abijt: sed e-
tiā palea usq; ad uētilationē. Nec ꝓbat̄ fortius gra
uitas frumentorū, nisi palee perturbationib. quas
cū premere nō potuerit ueritate defensa, cesserit
falsitas unitate seruata. Quanq; in hac parabola
dn̄s, sicut in eius expositione cōclusit, nō quæ-dā,
sed omnia scādala, & eos qui faciūt iniquitatē, zi-
C zaniorū nomine significasse intelligit̄. Cū aūt XI
creuisset herba, & fructū fecisset, tūc apparuerunt Matt. 13
& zizania. Cū em̄ spiritalis homo esse cœperit di-
iudicās om̄ia, tūc ei errores incipiūt apparere. Ser
ui aūt dixerūt ei: Vis imus & colligimus ea? Vtrū
& ipsi sint serui quos paulopost messores appel-
lat: an quia in expositiōe parabolæ messores dixit
esse angelos, nec quisq; facile dicere ausus fuit an-
gelos nescisse quis zizania superseminauerit, &
ea tūc apparuisse angelis cū herba fructū fecisset:
magis oportet intelligi homines ipsos fideles ser-
uorū nomine hoc loco significatos, quos etiā bo-
nū semē dicit. Nec mirū si & bonū semē ipsi dicū-
tur, & serui patrisfamiliás: sicut & de se ait, q̄d ipse
D sit ianua, & q; ipse sit pastor. Ex diuersis em̄ signifi
cationib. una res etiā plures & diuersas similitudi
nes recipit: præsertim q̄a cū ad seruos loqueretur,
nō ait: In tēpore messis dicā uobis: Colligite pri-
mū zizania: sed dicā, inq̄t messorib. Vnde intelli-
git̄ colligēdorū zizaniorū ad cōburendū alia esse
ministeria, nec quenq; Ecclesiæ filiū debere arbi-
trari ad se hoc officiū pertinere. Cū igit̄ esse quisq;
spiritalis cœperit, cognoscit errores hęreticorū, et
omnino dijudicat atq; discernit, q̄cq̄d audierit aut
legerit abhorrere à regula ueritatis: sed donec q̄s
in eisdē spiritalib. perficiat̄, & quodāmodo matu-
rescat in fructū quē herba dedit, potest eū moue-
re, quare sub nomine Christiano tā multę hæreti-
corū extiterint falsitates. Inde etiā est quod serui
dicūt: Nonne bonū semen seminasti in agro tuo:

unde ergo habet zizania? Deinde cũ cognouerit
hãc excogitasse fraudẽ diabolũ, cum cõtra tãti no
minis autoritatẽ nihil se ualere sentiret, ut fallaci-
as suas eodẽ nomine obtegeret: potest ei suboriri
uolũtas, ut tales homines de reb. humanis auferat
si aliquã tẽporis habeat facultatẽ: sed utrũ facere
debeat, iustitiã dei consulit, utrũ hoc ei præcipiat,
uel pmittat, & hoc officiũ esse hominũ uelit. Hinc
est quod serui dicunt: Vis imus & colligimus ea?
Quibus ueritas ipsa respondet: Nõ ita hominem
cõstitutũ esse in hac uita, ut certus esse possit qua-
lis quisq; futurus sit postea, cuius in præsentia cer
nit errorẽ: uel quid etiã error eius cõferat ad profe
ctum bonorũ: nõ esse tales auferendos de hac ui-
ta, ne cum malos conat̃ interficere, bonos interfi-
ciat, q̃d forte futuri sunt: aut bonis obsit quibus &
inuiti forte utiles sunt: sed tũc opportune fieri, cũ
iam in fine nõ restat uel tẽpus cõmutãdæ uitæ, uel
pficiẽdi ad ueritatẽ ex occasione atq; cõparatio-
ne alieni erroris. Tũc autem hoc nõ ab hominib.
sed ab angelis fieri. Inde est q̃d respondet paterfa-
miliâs: Non, ne forte colligentes zizania, eradice
tis simul & triticũ: sed in tempore messis dicã mes
sorib. & cætera. Atq; hoc modo eos patiẽtissimos
& tranquillissimos reddidit. Quæri aũt potest q̃d
ait: Alligate fasciculos ad cõburendũ: cur nõ unũ
fascẽ, aut non unũ aceruum zizaniorũ fieri dixit?
Nisi forte ppter uarietatẽ hæreticorũ, & nõ solũ à
tritico, uerũ etiam à seipsis discrepãtiũ, ipsa unius-
cuiusq; hæreseos ppria cõuenticula, in quib. sin-
gulatim sua cõmunione deuincti sunt, nomine fa
sciculorũ designauit: Vt iam tũc incipiant alligari
ad cõburendũ, cũ à catholica cõmunione segrega
ti suas pprias quasi Ecclesias habere cœperint: ut
cõbustio earũ sit in fine seculi, modo alligatio fa-
sciculorũ. Sed si ita esset, nõ iam multi resipiscen-
do, & in catholicã remeãdo ab errore desciscerẽt.
Quapropter & alligatio fasciculorũ in fine futura
est, ut non cõfuse, sed pro modo peruersitatis suę
uniuscuiusq; erroris ptinacia puniat̃. Ne forte col
ligẽtes zizania eradicetis simul & triticũ. Verum
intuendũ, qui etiam boni cum adhuc infirmi sunt,
opus habẽt in quibusdã malorũ permixtiõe: siue
ut per eos exerceant̃, siue ut eorũ cõparatiõe ma-
gna illis exhortatio fiat ut nitant̃ ad melius, quib.
sublatis altitudo charitatis quasi euulsa marcescat
Eph. 3 Colos. 2 q; est eradicari. Nã sic ait Apostolus: Vt in charita
te radicati & fundati possitis comprehẽdere. An
forte ideo simul eradicat̃ triticũ cũ auferunt̃ ziza
nia, quia multi primo zizania sunt, & postea triti-
cũ fiunt? Qui nisi patienter cũ mali sunt tolerent̃,
ad laudabilẽ mutationẽ nõ pueniũt: itaq; si euulsi
fuerint, simul eradicabit̃ et triticũ q̃d futuri essent,
XIII si eis parceret̃. Simile est regnũ cœlorũ homini
negociatori quęrẽti bonas margaritas: Inuẽta aũt
una preciosa margarita, abijt & uendidit omnia
quæ habuit & emit eã. Quæstio est, cur à numero
plurali ad singularẽ transierit, ut cũ quærat homo
bonas margaritas, unam inueniat preciosam quã
uenditis omnib. quæ habet, emat. Aut ergo nego
ciator iste bonos homines quærens, cũ quib. uti-
liter uiuat, inuenit unũ præ omnib. sine peccato,
mediatorẽ dei & hominũ hominẽ Christũ Iesum.
A Aut præcepta iustitiæ quærẽs, quib. seruaris cum
hominib. recte cõuerset̃, inuenit dilectionẽ pxi-
mi, in quo uno dicit Apostolus omia cõtineri: Vt Rom. 13
nõ occides, nõ mœchaberis, nõ furaberis, non fal
sum testimoniũ dices, etsi quod est aliud manda-
tũ, singulæ margaritæ sint, quę in hoc sermone re-
capitulant̃: Diliges pximũ tuũ tãq; teipsum. Aut
bonos intellectus homo quærit & inuenit unũ il-
lũ quo cũcti cõtinent̃: In principio erat uerbũ, &
uerbũ erat apud deũ. Est em̃ uerbũ dñi lucidũ can
dore ueritatis, & solidũ firmitate ęternitatis, & un
diq; sui simile pulchritudine diuinitatis, q deus pe
netrata carnis testudine intelligẽdus est. Ille enim
ad margaritã ipsam iam peruenerat, quæ in tegu-
B mẽtis mortalitatis, quasi cõ charũ obstaculo, inter
pfunda huius seculi, atq; inter durirías saxeas Iu-
dæorũ aliquãdo latuerat. Ille ergo ad ipsam mar-
garitã iã peruenerat, qui ait: Et si noueramus Chri 2 Cor. 5
stũ secũdũ carnẽ, sed nũc iam nouimus. Nec ullus
omino intellectus margaritæ nomine dignus est,
nisi ad quẽ discussis omnib. carnalib. tegminibus
peruenit̃, quib. siue per uerba humana, siue per si-
militudines circũpositas operit̃, ut purus & soli-
dus, & nusquã à se dissonãs, certa ratione cernat̃.
Quos tñ omnes ueros & firmos & perfectos intel
lectus unus ille cõtinet, per quẽ facta sunt omnia,
q̃d est uerbũ dei. Quodlibet autẽ horũ triũ sit, uel
si aliquid aliud occurrere potuerit, q̃d margaritæ
unius & preciosæ nomine bene significet̃, preciũ
C eius est, nosipsi: qui ad eã possidendã nõ sumus li-
beri, nisi omnib. p nostra liberatione cõtemptis,
quæ tẽporaliter possident̃: uẽditis em̃ reb. nostris
nullũ earũ maius accipimus precium, q̃ nosipsos,
quia talib implicati nostri non eramus, Vt rursus
nosipsos p illa margarita demus, nõ quia tãti ua-
leamus, sed quia plus dare nõ possumus. Et ocu XIIII
los suos clauserũt, ne quãdo oculis uideant: id est,
ipsi causa fuerũt, ut deus eis oculos clauderet. A-
lius em̃ Euãgelista dicit: Excæcauit oculos eorũ. Ioan. 12
Sed utrũ ut nunq; uideãt quærẽdũ: an uero ne uel
sic aliquãdo uideãt, cęcitate sua sibi displicẽtes, &
se dolẽtes, & ex hoc humiliati atq; cõmoti ad cõ-
fitẽda peccata sua, & pie quærendũ dñm. Sic em̃
Marcus hoc dicit: Neqñ cõuertant̃ & dimittant̃ Mar. 4
eis peccata: Vbi intelligunt̃ peccatis suis meruis-
D se: ut nõ intelligerent, & tamen hoc ipsum miseri-
corditer eis factũ, ut peccata sua cognoscerent, &
cõuersi ueniã mererent̃. Q̃d aũt Ioãnes hũc locũ
ita dicit: Propterea nõ poterãt credere, quia iterũ
dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit Esa. 6
cor eorũ ut nõ uideãt oculis, et intelligãt corde, et
cõuertant̃ & sanẽ eos: aduersari uidet̃ huic sentẽ-
tiæ, & omnino cogere, ut q̃d hic dictũ est, ne qñ
oculis uideãt, nõ accipiat̃ ne uel sic aliqñ oculis ui
deãt, sed prsus ut nõ uideãt. Quãdoqdẽ aperte ita
dicit ut oculis nõ uideãt. Et q̃d ait: Propterea non
poterãt credere: satis ostẽdit nõ ideo factã illã ex-
cæcationẽ, ut ea cõmoti & dolẽtes se nõ intellige
re, cõuerterent̃ aliqñ p pœnitẽtiã. Nõ em̃ possent
hoc facere, nisi prius crederẽt, ut credẽdo cõuerte
rent̃, cõuersiõe sanarent̃, sanitate intelligerẽt. Sed

ideo potius excæcatos, ut nõ crederent: Dicit em̃
apertissime: Propterea nõ poterant credere. Qđ
si ita est, quis nõ exurgat in defensionẽ Iudæorũ,
ut eos extra culpã fuisse ꝓclamet, quod nõ credi-
derũt? Propterea em̃ nõ poterãt credere, quia ex-
cæcauit oculos eorũ. Sed quoniã potius deus ex-
tra culpã debet intelligi, cogimur fateri alijs qui-
busdam peccatis ita eos excæcari meruisse, qua ta
men excęcatione nõ potuerũt credere. Verba em̃
Ioannis ista sunt: Propterea nõ poterant credere,
Esa.6 quia iterũ dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum.
Frustra itaq; conamur intelligere, ideo fuisse cæca
tos, ut nõ cõuerterent̃, cum ideo cõuerti nõ pote
rant, quia nõ credebant, & ideo credere nõ pote-
rãt quia excæcati erant. An forte nõ absurde dici-
mus, quosdã Iudæorũ fuisse sanabiles: sed tanto tñ
superbię tumore periclitatos, ut eis expedierit pri
mo nõ credere: & ad hoc fuisse cæcatos, ut nõ in-
telligerent dñm loquentẽ per parabolas, quib. nõ
intellectis, nõ in eum crederẽt, nõ credentes autẽ
cũ cæteris desperatis crucifigerent eũ: atq; ita post
eius resurrectionẽ cõuerterent̃, quãdo iam de rea
tu mortis domini amplius humiliati uehemẽtius
diligerẽt à quo sibi tãtũ scelus dimissum esse gau-
derent: Quoniã tãta erat eorũ superbia, ut tali hu-
miliatione esset dejciẽda. Quod incõgrue dictũ
esse quilibet arbitret̃, si nõ ita cõtigisse in Actib.
Apostolorũ manifestissime legerit. Nõ ergo ab-
horret quod ait Ioannes: Propterea non poterant
credere, quia excęcauit oculos eorũ ut nõ uideãt:
ab ea sentẽtia qua intelligimus ideo excęcatos ut
cõuerterent̃: hoc est, ideo eis per obscuritates pa-
rabolarũ occultatas sentẽtias dñi, ut post eius re-
surrectionẽ salubriore pœnitẽtia resipiscerent: qa
per obscuritatẽ sermonis excæcati, dicta dñi non
recte intellexerunt, & ea nõ intelligendo, non in
eum crediderũt, nõ credendo crucifixerũt: atq; ita
post eius resurrectionẽ miraculis quæ in eius no-
mine fiebãt exterriti, maiore criminis reatu cõpũ-
cti sunt, & ꝓstrati ad pœnitentiã, deinde accepta
indulgẽtia ad obediẽtiam flagrãtissima dilectio-
ne cõuersi. Nam quibus nõ profuit illa cęcitas ad
cõuersionẽ, quę per linguã parabolarũ fiebat, ita
de illis Propheta alio loco dicit, q̃d etiã Aposto-
lus cõmemorauit cũ de obscuritate linguarũ age-
Esa.28 ret: In alijs linguis, & in alijs labijs loquar populo
huic: & nec sic me exaudient dicit dñs. Non enim
diceret̃, nec sic me exaudient: nisi ad hoc fieret, ut
uel sic exaudirent: id est, ut eis ad humilẽ cõfessio
nem & solicitã inquisitionẽ & obedientẽ conuer
sionem & feruentẽ dilectionem ualeret. Est uero
etiã ista ratio medicinæ corporalis. Nã & pleraq;
medicamenta prius affligũt ut sanent, & ipsa col-
lyria quę ad oculos pertinent, si ea opus est intrin
secus infundi, nisi sensum uidendi prius claudant
& perturbent prodesse non possunt. Nec moueat
Esa.7 q̃d idẽ Propheta dicit: Nisi credideritis nõ intelli-
getis: quasi contrariũ sit q̃d Ioãnes ait: Propterea
nõ poterant credere, quia excæcauit oculos eo-
rum: id est, quia illæ parabolæ ita dicebant̃, ut ab
eis non possent intelligi. Dicet enim aliquis: Si ut

intelligerent credere debebãt, quõ ꝓpterea non
A poterant credere, quia nõ intelligebant? Hoc est
quia excæcauit oculos eorũ. Sed quod ait Esaias:
Nisi credideritis, nõ intelligetis: de illa intelligen-
tia dictũ est, in qua semper manebit̃, rerũ ineffabi
lium. Cũ aũt dicit̃ ꝙ credat̃, nisi quod dicit̃ intelli
gat̃, credi nõ potest. Intelligẽda sunt ergo dicta ut
credant̃ quæ dici nõ potuerũt, credenda aũt quæ
dici potuerũt, ut intelligant̃ quæ dici nõ possunt.
Et sine parabolis nõ loquebat̃ eis. Non quia ni XV
hil ꝓprie locutus est, sed quia nullũ ferè sermonẽ
explicauit, ubi nõ aliquid per parabolã significa-
uit, quãuis in eo aliqua & ꝓprie dixerit: ita ut sępe
inueniat̃ totus sermo eius parabolis explicatus,
totus aũt proprie dictus nullus inueniat̃. Explica
tos aũt sermones dico, quãdo ex aliqua occasio-
ne rerũ incipit loqui quousq; terminet quicqd ad
ipsam rem pertinet, & trãseat ad aliud. Nonnunq̃
B sanè alius Euãgelista, cõtexit q̃d alius diuersis tẽ-
porib. dictũ indicat. Nõ enim omnimodo secun-
dum rerũ gestarũ ordinem, sed secundũ suę quisq;
recordationis facultatẽ narrationẽ quã exorsus est
ordinauit. Intellexistis hęc om̃ia? Dicũt ei, etiã. XVI
ait illis: Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlo-
rum, similis est homini patrifamiliâs, qui ꝓfert de
thesauro suo noua & uetera. Vtrũ ista cõclusione
exponere uoluit quẽ dixerit thesaurũ in agro ab-
sconditũ? Quoniã sanctæ scripturæ intelliguntur
quæ nomine duorũ testamentorũ noui & ueteris
concludunt̃. Quemadmodũ apud alium Euange
listã gladium bis acutũ tali conclusione uidet̃ ex-
ponere. An quia in parabolis ista locutus est? Et
quũ quęsisset ab eis, utrũ intellexissent, responde-
C runt se intellexisse. Fortasse ista similitudine ulti-
ma patrisfamiliâs ꝓferentis de thesauro suo noua
& uetera, ostẽdere uoluit eũ doctũ habendũ esse
in Ecclesia, qui etiam scripturas ueteres parabolis
explicatas intellexerit, ab istis nouis accipiens re-
gulas: quia & ista dñs per parabolas enunciauit,
quãuis ipsę Christus esset finis illorum: id est, ut in
eo illa uetera cõplerent̃: ut si ipse in quo illa com-
plent̃ & manifestant̃, per parabolas adhuc loquit̃
donec eius passio uelũ discindat, ut nihil sit occul
tum q̃d non reuelet̃: multo magis illa quæ ad cõ-
mendandã tantã eius salutẽ tam longe de illo scri-
pta sunt, parabolis operta esse nouerimus: quæ cũ
Iudæi ad literã acciperẽt, noluerũt esse docti in re
D gno cœlorũ, neq; trãsire ad Christũ, ut auferret̃ ue
lamen q̃d supra cor eorũ positũ est. Fratres eius XVII
Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores
eius, nónne om̃es apud nos sunt? Vnde ergo huic
omnia ista, & scandalizabant̃ in eo. Fratres apud
Iudæos dici solere cognatos usq; adeo ꝓbatur, ut
nõ solũ ex ꝓpinquo generatiõis gradu sicut sunt
filij fratrũ & sororũ, qui etiã apud nos usitatissime
fratres dicunt̃: sed etiã auunculus & sororis filius,
sicut sibi erant Iacob & Laban fratres appellati in
ueniant̃. Non ergo mirũ est dictos esse fratres dñi
ex materno genere quoscũq; cognatos, cũ etiam
ex cognatione Ioseph dici potuerint fratres eius,
ab eis qui illũ patrem domini esse arbitrabantur.

Sequentia usque ad finem in tribus antiquis itemque exemplaribus inuenimus. Videtur esse epilogus dictorum.

Generalem iustitiā nō uiolat quis, nisi libidine trāsgressus fuerit placitū societatis humanæ, sicut A est furtū, rapina, adulteriū, incestus, & huiusmodi: aut naturā, sicut est cōtumelia, cædes, homicidiū, cōcubitus masculorū uel pecorū: aut modū in cōcessis, sicut est superbū amplius uerberare q̄ oportet, uel superfluum edere uel bibere amplius q̄ oportet, cū ipsa cōiuge concūbere amplius q̄ oportet: & similia. Bene intelligit̄ sp̄ūſanctus, ideo primū linguarū donū dedisse hominib. quę pacto & placito hominū institutę sunt, et forinsecus per sensus corporis cōsuetudine audiēdi discuntur, ut eis ostēderet q̄ facile posset sapiētes facere per sapiētiā dei, quę in eis interna est. Itē uolūtas uerbi sempiterni stabilis est semper, quia simul habet omīa: Nostra aūt uolūtas ideo nō stat, quia nō habet simul omīa, ideo modo hoc modo illud uolumus. Itē sic fuerūt in illo uerbo omīa quæ facta B sunt & ipsa susceptio hominis sic ab eo pręcognita est, quō si pictor uelit pingere totā domū, & cogitet uel nouerit locū ubi etiā se pingere debeat: totū in arte habet, & in pręparatiōe, et in uolūtate q̄uis certis & suis quæq; tēporib. explicet: Sic omnis creatura & ipse homo q eiusdē sapiētiæ psonā mystice & inenarrabili susceptiōe gestaturus erat in ipsa sapiētia tāq; dei arte sempiterna semp erat, q̄uis suis quæq; tēporib. efficiat, quę ptēdit à fine usq; ad finē fortiter & disponit omīa suauiter, atq; in se manēs innouat omīa. Itē quō q̄s uelit uelle mori si sic uelle mori puenerat, q iam habet sanā fidē & uidet quo sibi pueniēdū sit, ad hoc iā pficit, ut libēter de hac uita discedat. Nō eñ hoc est uidere quo sibi perueniēdū sit, q̄d est etiā amare illud, & ibi iā esse desiderare: q̄d in cuius animo effectū fuerit, necesse est ut libēter moriat̄. Frustra itaq; dicūt q̄dā, q iā sanā fidē tenent, ideo se nolle mori ut pficiat, cū ipse pfect° eorū in eo pfectu sit, ut mori uelint. Si ergo uerū loqui uolunt, nō dicāt, ideo mori nolo ut pficiā: sed ideo mori nolo: quia parū pfeci. Itaq; mori nolle fidelib. nō cōsiliū est ut pficiant, sed indiciū q̄d parū profecerint. Proinde q̄d nolunt ut perfecti sint, uelint & perfecti sunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE CONSENSV EVANGELISTARVM LIB. I

Euangeliorum autoritas. Cap. I

1 INTER omes diuinas autoritates quæ sanctis literis cōtinentur, Euāgelium merito excellit. Quod enim lex & Prophetæ futurū prænūciauerūt: hoc redditū atq; completum in Euāgelio demonstrat̄. Cuius primi prædicatores Apostoli fuerūt, qui dñm ipsum saluatorē nostrum Iesum Christū etiā præsentē in carne uiderūt. Cuius nō solū ea quę ex ore eius audita uel ab illo sub oculis suis operata, dicta & facta meminerāt: uerūetiam quæ priusq̄ illi per discipulatū adhæserant, in eius natiuitate, uel infantia, uel pueritia, diuinitus gesta & digna memoria, siue ab ipso, siue à parētib. eius, siue à quibuslibet alijs certissimis indicijs & fidelissimis testimonijs requirere & cognoscere potuerūt: imposito sibi euāgelizādi munere, generi humano annūciare curarunt. Quorū q̄dā, hoc est, Matthęus & Ioānes, etiā scripta de illo quę scribēda uisa sunt, libris singulis ædiderūt. At ne putaret̄, q̄d attinet ad percipiendū & pręedicandū Euangeliū, interesse aliquid utrū illi annūciēt, D qui eundē dñm hic in carne apparētē discipulatu famulāte secuti sunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderūt, diuina prouidentia procuratum est per spiritūsanctum, ut quibusdā etiam ex illis qui primos Apostolos sequebant̄, nō solū annunciandi, uerūetiā scribēdi Euāgeliū tribueret autoritas. Hi sunt Marcus & Lucas. Cæteri aūt homines qui de dñi uel de Apostolorū actibus aliqua scribere conati uel ausi sunt, nō tales uel suis tēporib. extiterunt, ut eis fide haberet Ecclesia, atq; in autoritatē canonicā sanctorum librorū, eorū scripta reciperet. Nec solū quia illi nō tales erāt quib. narrātib. credi oporteret, sed etiā quia scriptis suis quædā fallaciter indiderūt, quę catholica atq; Apostolica regula fidei & sana doctrina cōdemnat.

Ordo Euangelistarum. Cap. II

Isti igit̄ quatuor Euangelistæ uniuerso terrarū orbe notissimi, & ob hoc fortasse quatuor, quoniā quatuor sunt partes orbis terræ, per cuius uni- C uersitatē Christi Ecclesiā dilatari, ipso sui numeri sacramēto quodāmodo declararunt, hoc ordine scripsisse phibent̄. Primū Matthęus, deinde Marcus, tertio Lucas, ultimò Ioannes. Vnde alius eis fuit ordo cognoscēdi atq; prędicādi, alius aūt scribendi. Ad cognoscendū quippe atq; prędicandū, primi utiq; fuerūt qui secuti dñm, in carne præsentem dicentē audierūt, faciētemq; uiderūt, atq; ex eius ore ad euāgelizandū missi sunt. Sed in cōscribēdo Euāgelio, q̄d diuinitus ordinatū esse credēdum est, ex numero corū quos ante passionē dñs elegit, primū atq; ultimū locū duo tenuerunt, primū Matthæus, ultimū Ioānes, ut reliqui duo q ex illo numero nō erāt, sed tñ Christū in illis loquentem secuti erāt, tāq; filij amplectēdi, ac per hoc in loco medio cōstituti, utroq; ab eis latere munirētur. Horū sane quatuor solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibet̄ eloquio, cæteri Greco. Et quāuis singuli suū quendā narrādi ordinē tenuisse uideantur, nō tamen unusquisq; eorū uelut alterius præcedentis ignarus uoluisse scribere reperit̄, uel ignorata pretermisisse quę scripsisse alius inuenitur: sed sicut unicuiq; inspiratū est, nō superfluam cooperationē sui laboris adiūxit. Nam Matthęus suscepisse intelligitur incarnationē domini secundum stirpē regiam, & pleraq; secundū hominum præsentem uitam & facta & dicta eius. Marcus eum subsecutus tanquā pedissequus & breuiator eius uidetur. Cum solo quippe Ioanne nihil dixit, solus ipse perpauca, cū solo Luca pauciora, cum

Matthæo

Matthæo uero plurima, & multa penè totidē atq; ipsis uerbis, siue cum solo, siue cum cæteris cōsonante. Lucas aūt circa sacerdotalē domini stirpē atq; personam, magis occupatus apparet. Nam & ad ipsum Dauid non regium stēma secutus ascendit, sed per eos qui reges nō fuerunt, exijt ad Nathan filium Dauid, qui nec ipse rex fuit. Non sicut Matthæus qui per Salomonem regē descēdēs, cæteros etiā reges ex ordine prosecutus est, seruans in eis de quo postea loquemur mysticū numerū.

Varia scribendi ratio Euangelistis. C.III

Dominus enim Iesus Christus unus uerus rex & unus uerus sacerdos, illud ad regendos nos, istud ad expiādos, has duas pſonas apud antiquos patres singillatim cōmēdatas, suam figurā egisse declarauit, Siue titulo illo qui cruci eius superfixus erat, Rex Iudæorū: unde arcano instinctu Pilatus respōdit, Quod scripsi scripsi: Prædictū quippe erat in Psalmis, Ne corrūpas tituli inscriptionē. Siue quod ad personā sacerdotis attinet in eo quod nos offerre atq; accipere docuit: unde ꝓphetiā de se præmisit dicentē, Tu es sacerdos in æternum secūdū ordinē Melchisedech: Multisq; alijs documentis diuinarū scripturarū, rex & sacerdos Christus apparet. Hinc & ipse Dauid cuius non frustra crebrius filius dictus est q̄ filius Abrahæ, quē cōmuniter tenuerūt Matthæus & Lucas, ille a quo per Salomonē descēderet, iste ad quem per Nathan ascēderet, quanq̄ aperte rex fuit, figurauit tamē & sacerdotis personā, quādo panes ꝓpositiōis māducauit, quos nō licebat māducare nisi solis sacerdotibus. Huc accedit ꝙ solus etiam Lucas Mariam commemorat manifeste cognatam fuisse Elisabet, quæ uxor erat Zachariæ sacerdotis. De quo idē scripsit, ꝙ eam de filiabus Aaron: hoc est de tribu sacerdotū habebat uxorem. Cum ergo Matthæus circa regis, Lucas circa sacerdotis personā regeret intētionē, utiq; humanitatem Christi maxime cōmendarunt. Secundū hominē quippe Christus & rex et sacerdos effectus est, cui dedit deus sedem Dauid patris sui, ut regni eius non esset finis, & esset ad interpellandum pro nobis mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Non autē habuit tanquā breuiatorem coniunctū Lucas, sicut Marcum Matthæus. Et hoc fortasse non sine aliquo sacramēto, quia regū est non esse sine comitū obsequio: unde ille qui regiā personā Christi narrandā susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctum, qui sua uestigia quodāmodo sequeretur. Sacerdos aūt quoniā in sanctasanctorum solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium subsequentem, qui suam narrationem quodāmodo breuiaret.

Ioannes diuinitatē expressit. Cap.IIII

Tres tamen isti Euangelistæ in his rebus maxime diuersati sunt, quas Christus per humanam carnē temporaliter gessit. Porrò autem Ioannes ipsam maxime diuinitatem domini qua patri est æqualis intendit, eamq; præcipue suo Euangelio, quātum inter homines sufficere credidit, cōmēdare curauit. Itaq; longe à tribus istis superius fertur, ita ut hos uideas quodammodo in terra cum Christo homine conuersari: Illum autē transcendisse nebulam qua A tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cœlum: unde acie mentis acutissima atq; firmissima uideret, in principio uerbū deum apud deum, per quod facta sunt omnia, & ipsum cognosceret carnem factum, ut habitaret in nobis, & quòd acceperit carnem, nō quòd fuerit mutatus in carnem. Nisi enim carnis assumptio seruata incōmutabili diuinitate facta esset, non diceretur, Ego & pater unum sumus. Neq; enim pater & caro unum sunt. *Ioan.10* Et hoc de seipso domini testimoniū solus idē Ioannes cōmemorauit, Et qui me uidet, uidet & patrem: Et, Ego in patre, & pater in me est: Et, Vt sint unum, sicut & nos unum sumus. Et, quęcunq; pater facit, hæc eadem & filius facit similiter: & si qua alia sunt quæ Christi diuinitatē in qua æqualis est patri, rectè intelligentibus intimēt, penè solus Ioānes in Euangelio suo posuit: tanquā de pe- B ctore ipsius domini super quod discūbere in eius conuiuio solitus erat, secretū diuinitatis eius uberius & quodammodo familiarius biberit.

Ioan.14
Ioan.16
Ioan.5

Vita duplex Cap.V

Proinde cum duæ uirtutes propositæ sint animæ humanæ, Vna actiua, altera cōtemplatiua. Illa qua itur, ista qua peruenitur. Illa qua laboratur ut cor mundetur ad uidēdum deum, ista qua uocatur & uidetur deus. Illa est in præceptis exercendæ uitæ huius temporalis, ista in doctrina uitę illius sempiternæ. At per hoc illa operatur, ista requiescit: quia illa est in purgatione peccatorū, ista in lumine purgatorum. Ac per hoc in hac uita mortali, illa est in opere bonæ cōuersationis: ista uero magis in fide, & apud perpaucos per speculum in ænigmate, & C ex parte in aliqua uisiqne incōmutabilis ueritatis: Hæ duæ uirtutes in duabus uxoribus Iacob figuratæ intelliguntur. De quibus aduersus Faustum Manichæū ꝓ modulo meo, quātū illi operi sufficere uidebat disserui. Lia quippe interpretatur laborās. Rachel aūt uisus principiū. Ex quo intelligi datur, si diligēter aduertas, tres Euangelistas tēporalia facta domini & dicta, quæ ad informādos mores uitæ præsentis maxime ualerent, copiosius prosecutos circa illam actiuam uirtutē fuisse uersatos: Ioannem uero facta domini multo pauciora narrantē, dicta uero eius, ea præsertim quæ trinitatis unitatē, & uitæ æternæ fœlicitatē insinuarent, diligentius & uberius cōscribentem, in uirtute cōtemplatiua cōmēdanda, suam intentionē prædicationemq; tenuisse. *Lib.22 c.25*

Leo, homo, bos, aquila Cap.VI

D Vnde mihi uidetur, qui ex Apocalypsi illa quatuor animalia, ad intelligendos quatuor Euangelistas interpretati sunt, probabilius aliquid attendisse, illi qui leonem in Matthæo, hominem in Marco, uitulum in Luca, aquilam in Ioanne intellexerūt: q̄ illi qui hominē Matthæo, aquilam Marco, bouem Lucæ, leonem Ioanni tribuerunt. De principijs enim librorum quandam cōiecturam capere uoluerunt, nō de tota intentione Euangelistarum, quæ magis fuerat perscrutāda. Multo ēm congruēnius ille qui regiā Christi personam maxime cōmendauit, per leonem significatus accipitur: unde & in Apocalypsi cum ipsa tribu regia leo cōmemoratus est, ubi di-

Super Ioan. tract.36

Psal.74
Psal.109

Apoc.5 ctum est, Vicit leo de tribu Iuda. Secundum Mat-
Mat.2 thæum enim & magi narrantur uenisse ab Oriente
ad regē quærendū & adorandū, qui eis per stellā natus apparuit. Et ipse rex Herodes regē Christū formidat infantē, atq; ut eum possit occidere, tot paruulos necat. Quòd aūt per uitulū Lucas significatus sit, ꝑpter maximā uictimā sacerdotis neutri dubitauerūt. Ibi enim à sacerdote Zacharia incipit sermo narrātis. Ibi cognatio Mariæ & Elizabet cōmemorat̃. Ibi sacramēta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrātur. Et quæcūq; alia possunt diligēter aduerti, quibus appareat Lucas intētionē circa sacerdotis personā habuisse. Mar-
Mar.1 cus ergo, q neq; stirpē regiā, neq; sacerdotalē uel cognationē uel cōsecrationē narrare uoluit, & ta- B
mē in eis uersatus ostēdit̃ quæ homo Christus operatus est, tantū hominis figura in illis quatuor animalib. significatus uidet̃. Hęc aūt animalia tria, siue leo, siue homo, siue uitulus in terra gradiunt̃: unde isti tres Euāgelistæ in his maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus, & quæ præcepta mortalis uitæ exercēdæ carnē portātib. tradidit. At uero Ioānes super nubila infirmitatis humanę uelut aquila uolat, & lucē incōmutabilis ueritatis acutissimis atq; firmissimis oculis cordis intuet̃. Has dñi sanctas quadrigas, quib. per orbē uectus subigit populos leni suo iugo, & sarcinę leui, quidam uel impia uanitate uel imperita temeritate calūnijs appetūt, ut eis ueracis narratiōis derogent fidem, qꝛ quos Christiana religio dissemināta, per mundū tāta fertilitate prouenit, ut homines infideles iā inter seipsos calumnias suas mussitare uix audeāt, cōpressi fide gentium & omniū deuotione populorū. Verūtamen quia nōnullos adhuc calūniosis disputationib. suis, uel retardāt à fide ne credāt, uel iā credētes quantū poterint agitādo perturbāt: nonnulli aūt fratres salua fide nosse desiderāt quid talib. respōdeant quæstionibus, uel ad profectū sciētiæ suæ, uel ad illorū uaniloquia repellēda, inspirāte atq; adiuuāte dño deo nostro, quod utinā & ipsorū saluti prosit, hoc opere demonstrare suscepimus errorē uel temeritatē eorum, qui cōtra Euangelij quatuor libros, quos Euāgelistæ quatuor singulos cōscripserūt, satis argutas criminationes se proferre arbitrantur: quod ut fiat, ꝙ non sibi aduersant̃ ijdem scriptores quatuor, ostendendū est. Hoc enim solēt quasi palmā suæ uanitatis obijcere, ꝙ ipsi Euāgelistæ inter seipsos dissentiāt. Sed illud prius discutiendum est, quod solet nonnullos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, ut alijs de illo scribentibus necesse sit credere. Hoc enim dicūt illi uel maxime Pagani, qui dominū ipsum Iesum Christū culpare aut blasphemare nō audent: eiq; attribuūt excellētis-
1 Retract. cap.16 simam sapientiā, sed tamen tanquā homini: discipulos uero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse ꝙ erat, ut eum filium dei dicerent, & uerbū dei per quod facta sunt omnia, & ipsum ac deum patrē unum esse: ac si qua similia sunt in Apostolicis literis, quibus eum cū patre unū deum colendum esse didicimus. Honorandū enim tanquā sa-

Dominus ipse nihil scripsit Cap. VII

pientissimum uirū putant, colendū aūt tanꝗ deū
A negant. Cur ergo quęrunt quare ipse nō scripserit, uidentur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisset, nō quod alij de illo pro suo arbitrio prædicassent. A quib. quæro cur de quibusdā nobilissimis Philosophis suis hoc crediderunt, qđ de illis eorū discipuli scriptum memoriæ reliquerunt, cū de seipsi nihil scripsissent? Nam Pythago- De ciuit. dei lib.8.cap.2
ras, quo in illa cōtemplatiua uirtute nihil tunc habuit Græcia clarius, nō tantū de se, sed nec de ulla re aliquid scripsisse perhibetur. Socrates aūt, quē rursus in actiua, qua mores informant̃, omnibus prætulerunt, ita ut testimonio quoq; dei sui Apollinis omnium sapientissimū pronunciatū esse nō taceat, Æsopi fabulas pauculis uersib. prosecutus est, uerba & numeros suos adhibens reb. alterius: usq; adeo nihil scribere uoluit, ut hoc se coactū imperio sui dæmonis fecisse dixerit, sicut nobilissimus discipulorum eius Plato cōmemorat. In quo tamē opere maluit alienas ꝗ suas exornare sententias. Quid igit̃ causæ est, cur de istis hoc credant, ꝙ de illis discipuli eorū literis cōmendarunt, & de Christo nolunt credere quod eius de illo discipuli cōscripserunt? præsertim cū ab eo cęteros homines sapientia superatos esse fateant̃, quāuis eū fateri deū nolint. An uero illi quos isto multo inferiores fuisse non dubitāt, ueraces de se discipulos facere potuerunt, & iste nō potuit? Quod si absurdissime dicitur, credāt de illo quē sapientē fatent̃, nō qđ ipsi uolūt, sed qđ apud eos legūt, qui ea quę
C scripserunt, ab illo sapiente didicerunt. Deinde De eodem. Cap. VIII
dicant, unde saltem ꝙ sapientissimus fuerit, nosse uel audire potuerunt? Si fama disseminante, certior ne de illo fama nūcia est, ꝗ discipuli eius, quibus eum prædicantibus ipsa per totū mundum fama fragrauit? Postremo famā pręferāt famæ, & ei famæ de illo credant quæ maior est. Ea quippe fama quæ de catholica ecclesia, quam stupent toto orbe diffusam, mirabili claritate dispergit̃, tenues istorū rumores incōparabiliter uincit. Ea porrò fama tam magna, tam celebris est, ut eam timendo isti trepidas & tepidas contradictiunculas in sinu suo rodant, iam plus metuentes audiri, ꝗ nolētes credi filium dei unigenitū, & deū prædicari Christum, per quem facta sunt omnia. Si ergo famā eligunt testem, cur nō hanc eligunt, quæ tanta clari-
D tate præfulget? Si scripturā, cur non Euangelicā, quæ tanta autoritate præpollet? Nos certe hęc de dijs eorum credimus, quæ habet scriptura eorum antiquior, & fama celebrior. Quę si adorāda sunt, cur ea rident in theatris? Si aūt ridenda sunt, plus ridendū est cum adorant̃ in templis. Restat ut ipsi uelint testes esse de Christo, qui sibi auferunt meritum sciendi quid loquātur, loquendo quod nesciunt. Aut si aliquos libros se habere dicūt, quos eum scripsisse asserunt, prodant eos nobis. Profecto enim utilissimi & saluberrimi sunt, quos, ut ipsi fatentur, uir sapientissimus scripsit. Si autem timent eos proferre, uniq; mali sunt. Porrò si mali sunt, non eos sapientissimus scripsit. Sapientissimum autem Christum fatentur. Non ergo Christus

Quid fingūt Christum scripsisse magica Cap. IX

stus tale aliquid scripsit. Ita uero isti desipiunt, ut in illis libris, quos eum scripsisse existimant, dicant cōtineri eas artes, quibus eum putant illa fecisse miracula, quorum fama ubiq; percrebuit, q̃d existimãdo seipsos produnt quid diligant & quid affectent. Quandoquidē Christum propterea sapientissimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita nouerat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiā ipsa terrenæ reipublicæ administratio iure cōdemnat. Et certe qui tales Christi libros legisse se affirmant, cur ipsi nulla talia faciūt, qualia illū de libris talibus fecisse mirantur? Quid q̃ etiā diuino iudicio sic errant quidam eorum, quia talia Christum scripsisse uel credunt uel credi uolūt, ut eosdem libros ad Petrum & Paulum dicāt, tanquam Epistolari titulo prænotatos? Et fieri potest ut siue inimici nominis Christi, siue qui eiusmodi execrabilibus artibus de tam glorioso nomine pōdus autoritatis dare se posse putauerunt, talia sub Christi & Apostolorū nomine scripserint: in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, ut etiam à pueris, qui adhuc pueriliter in gradu lectorū Christianas literas norunt, merito rideātur. Cum enim uellent tale aliquid fingere Christum scripsisse ad discipulos suos, cogitauerunt, ad quos potissimū scribere potuisse facile crederetur, tanquam ad illos qui ei familiarius adhæsissent, quibus illud quasi secretum digne cōmitteretur, & occurrit eis Petrus & Paulus, Credo q̃ pluribus locis simul eos cum illo pictos uiderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundē passionis diem celebrius & solenniter Roma commēdat. Sic omnino errare meruerunt, qui Christum et Apostolos eius nō in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quæsierunt. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt. Toto enim tempore, quo Christus in carne mortali cum suis discipulis uixit, nondum erat Paulus discipulus eius, quem post passionem suam, post resurrectionē, post ascensionē, post missum de cœlis spiritum sanctū, post multorum Iudæorum conuersionem & mirabilem fidem, post lapidationem Stephani diaconi & martyris, cū adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Christum crediderant, grauiter persequeretur, de cœlo uocauit, & suum discipulum atq; Apostolum fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos ante quam moreretur eū scripsisse putari uolūt, ad discipulos, tanq̃ familiarissimos, Petrum & Paulum scribere, cum Paulus nondum fuerit discipulus eius?

Refellit eosdē Cap. X

Contra eosdē Cap. XI

Illud quoq; attendant qui magicis artibus tanta potuisse, & nomen suū ad populos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delirant, utrum potuerit magicis artibus tantos Prophetas diuino spiritu, antequam in terra nasceretur, implere, qui de illo talia futura prælocuti sunt, qualia iam prę terita in Euangelio legimus, & qualia in orbe terrarum præsentia nūc uidemus? Neq; enim si magicis artibus fecit ut coleret & mortuus, magus erat anteq̃ esset natus: cui prophetando uenturo gens una deputata est, cuius reipublicę tota administratio prophetia esset illius regis uenturi, & ciuitatem cœlestem ex omnibus gentibus condituri.

Cōtra Faustū lib. 12. ca. 45

Aduersus eosdem. Cap. XII

A Proinde illius Hebrææ gentis ad prophetandū Christum, sicut dixi, deputatæ nullus alius deus erat nisi deus unus, deus uerus, qui fecit cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, quo offenso sæpe suis hostibus subdebantur, Nunc etiam pro grauissimo scelere occisi Christi, ex ipsa Hierosolyma, quæ erat regni eorum caput, penitus eradicati, & Romano imperio subiugati sunt. Solebāt aūt Romani deos gentiū quas subiugabāt colendos propitiare, & eorum sacra suscipere, Hoc de deo gētis Hebrææ, cum eam uel oppugnauerūt uel uicerūt, facere noluerunt. Credo q̃ uidebāt, si eius dei sacra reciperent, qui se solū, deletis etiā simulachris, coli iuberet: dimittēda esse oīa quæ prius colenda susceperāt, quorū religionib. imperiū suū creuisse arbitrabantur. B In quo eos plurimū fallacia dæmonū decipiebat: nā utiq; intelligere debebāt, occulta dei ueri uolūtate, penes quē, rerū summa potestas est, sibi datum & auctū regnū, nō illorū deorum fauore: qui si aliquid in hac re potestatis habuissent, suos potius protexissent, ne à Romanis superarentur, aut ipsos eis Romanos edomitos subiugassent. Neq; enī possunt dicere pietatē ac mores suos à dijs gentiū quas uicerunt dilectos & electos. Nunq; hoc dicēt, si primordia sua recolāt, facinorosorū asylū & Romuli fratricidiū. Neq; enī quādo asylū cōstituerunt Remus & Romulus, ut quisquis cuiuslibet sceleris reus eò confugisset, inultū haberet cōmissum, præcepta pœnitētię dederunt ad sanādas animas miserorum: ac nō potius C collectā timētium manū cōtra suas ciuitates, quarum leges timebāt, mercede impunitatis armarūt. Aut quādo Romulus fratrē, qui nihil in eum mali perpetrarat, occidit, iustitiā uindicādi, ac nō principatū dominādi cogitauit? Itáne istos mores dilexerunt dij hostes suarum ciuitatū, fauendo hostib. earū? Quin potius nec illas deserendo presserunt, nec ad istos trāseūdo eos aliquid adiuuerunt: quia nō habent in potestate regnū dare & auferre: sed deus unus & uerus hoc agit occulto iudicio: non cōtinuo beatos facturus, quibus terrenū regnum dederit: nec cōtinuo miseros, quib. ademerit: sed beatos uel miseros propter aliud & aliūde faciēs, temporalia regna atq; terrena quibus uoluerit, & quādiu uoluerit, secundū prædestinatū ordinē se- D culorū, uel sinēdo uel donādo distribuit. Vnde nec illud possunt dicere, cur ergo deus Hebræorum, quē summū & uerū deum dicitis, non solum Romanos eis non subiugauit, sed nec ipsos Hebræos, ne à Romanis subiugarentur, adiuuit? Præcesserunt enim manifesta peccata eorum, propter quæ illis hoc euenturū Prophetę tanto ante prædixerant: & maxime quia impio furore Christum occiderūt, in quo peccato aliorū occultorū peccatorū meritis excæcati sunt. Et q̃ illius passio esset gentibus profutura, eadem prophetica contestatione prædictum est. Nec alia re magis claruit, illius gentis regnū & tēplum & sacerdotiū & sacrificiū & unctionē illam mysticam, quod chrisma Græce dicitur, unde Christi nomē elucet, & pro-

Hierosolymæ cur deus passus est subuerti. Cap. XIII

pter

pter quã reges suos Christos ipsa gẽs appellabat, nõ fuisse nisi prænũciando Christo deputata: & q occisi Christi resurrectio posteaq̃ cœpit credenti A bus gentib. prædicari, illa omnia cessauerunt, nesciẽtibus Romanis, per quorum uictoriã, nescientibus Iudæis, per quorũ subiugationẽ factũ est ut illa omnia cessarent. Rem sanè mirabilẽ, nõ aduertũt pauci Pagani qui remãserũt, deũ Hebræorum offensum à uictis, nec receptũ à uictoribus, nũc prædicari & coli ab omnib. gentibus. Ipse est em̃ deus Israel, de quo tãto ante Propheta plebem dei sic allocutus est, Et qui eruit te, deus Israel uniuersæ terræ uocabit. Hoc factũ est per nomẽ Christi uenientis ad homines ex semine ipsius Israel, qui nepos fuit Abrahæ, à quo gens cœpit Hebræorũ, nam & ipsi Israel dictũ est, In semine tuo benedicẽtur omnes trib. terræ. Hinc ostenditur deus Israel B deus unus, qui facit cœlum & terrã, qui res humanas iuste ac misericorditer curat, ita ut nec præclu dãt iustitia misericordiã, nec impediat misericordia iustitiã: non q ipse sit uictus in Hebræo popu lo suo, quia regnũ sacerdotiũq̃ eius Romanis expugnandum delendũq̃ permisit: quãdoquidẽ per Christi Euãgeliũ ueri regis et sacerdotis, qd illo re gno & sacerdotio futurũ præfigurauit, nunc ipse deus Israel ubiq̃ delet idola gentiũ: quæ utiq̃ ne delerent, recipere sacra eius Romani noluerũt, sicut receperunt deorũ aliarũ gentiũ quas uicerũt. Ita & regnũ sacerdotiũq̃ propheticę gentis abstu lit, quia iam qui per eã promittebat, aduenerat: & Romanum imperiũ, à quo gens illa uicta est, per Christũ regẽ suo nomini subiugauit, atq̃ ad euertenda idola, propter quorũ honorẽ sacra eius rece C pta non erant, Christianæ fidei robore ac deuotione conuertit. Puto quia hæc de se futura ut per tot Prophetas, & per cuiusdam etiam gentis regnum ac sacerdotiũ prænunciarent, nõ magicis artibus fecit Christus anteq̃ esset in hominib. natus: nam & illius iã deleti regni populus ubiq̃ dispersus mirabili dei prouidẽtia, q̃uis sine ulla unctiõe regis sacerdotisq̃ remanserit, in quo chrismate Christi nomẽ apparet, tenet tamẽ reliquias quandã ob seruationũ suarũ. Romana aũt sacra illa de idolorũ cultu nec uictus ac subiugatus accepit ut libros propheticos ad testimoniũ gerat Christi, ac sic de inimicorũ codicibus probetur ueritas prophetati Christi. Quid ergo miseri adhuc Christum male laudando seipsos indicant, si aliqua magica sub D eius nomine scripta sunt, cũ uehemẽter his artib. Christi doctrina inimica sit? Hinc potius intelligãt quantũ sit illud nomẽ, quo addito etiã illi qui cõtra eius præcepta uiuũt, suas nefarias artes honorare conanẽ. Sic enim diuersis hominũ erroribus multi etiã uarias hæreses aduersus ueritatem sub eius nomine cõdiderũt. Ita sentiunt etiã inimici Christi, ad suadendũ quod proferũt contra doctrinã Christi, nullum sibi esse põdus autoritatis, si non habeat nomen Christi. Quid q̃ isti uani Christi laudatores & Christianæ religionis obliqui obtrectatores, propterea non audent blasphemare Christum: quia quidã Philosophi eorũ sicut in libris suis Porphyrius Siculus prodidit, consuluerũt deos suos quid de Christo respõderent: illi aũt oraculis suis Christum laudare compulsi sunt. Nec mirũ, cum & in Euãgelio legamus eũ dæmones fuisse cõfessos. Scriptum est aũt in Prophetis nostris: Quoniã dij gentiũ dæmonia. Ac per hoc isti ne cõtra deorũ suorũ responsa conentur, cõtinent blasphemias à Christo & eas in discipulos eius effundũt. Mihi aũt uidet, q illi dei gẽtiũ, quos Philosophi Paganorũ cõsulere potuerunt, etiã si de discipulis Christi interrogarentur, ipsos quoq̃ laudare cogerent. Verũtamen isti ita disputãt, q hæc euersio templorũ, & dãnatio sacrificiorũ, & cõfractio simulachrorũ, nõ per doctrinã Christi fiat, sed per discipulorũ eius, quos aliud q̃ ab illo didicerũt docuisse cõtendunt, ita uolẽtes Christianã fidem, Christũ honorãtes, laudantesq̃ con uellere: quia utiq̃ per discipulos Christi & facta & dicta Christi annũciata sunt, quibus constat religio Christiana adhuc istis iam paucissimis, nec iam oppugnãtibus, sed tamẽ adhuc mussitãtibus inimica. Sed si nolunt credere Christum talia docuisse, Prophetas legãt, qui nõ solũ superstitiones idolorũ euerti præceperũt, uerũetiam Christianis temporibus hanc euersionẽ futurã prædixerunt. Qui si fefellerũt, cur tãta manifestatione cõplet? Si uerum dixerunt, cur tantæ diuinitati resistitur?

Verũtamen diligẽtius ab istis quærendum est, quemnã putẽt esse deum Israel, cur eum colẽdum nõ receperint sicut aliarum gentiũ deos quas Romanum subegit imperiũ, præsertim cũ eorum sententia sit, omnes deos colẽdos esse sapiẽti? Cur ergo à numero cęterorũ iste reiectus est? Si plurimũ ualet, cur ab eis solus nõ colitur? Si parum aut nihil ualet, cur contritis eorum simulachris ab omnibus gentibus, solus pene iam colitur? Nunquã huius quæstionis uinculo eximi poterũt, qui cum maiores & minores deos colant, quos deos putãt hunc deũ non colunt, qui præualuit omnib. quos colũt. Si enim magnæ uirtutis est, cur existimatus est improbandus? Si paruæ nulliusue uirtutis est, cur tantum potuit improbatus? Si bonus est, cur à cæteris bonis solus separatur? Si malus est, cur à tot bonis unus non superatur? Si uerax est, cur eius præcepta respuuntur? Si mendax est, cur eius prædicta complentur? Postremo quod uolunt de illo sentiãt. Nunquid Romani etiã malos deos colendos nõ putant, qui pallori & febri phana fecerunt? Qui & ἀγαθὴν dæmones imitãdos, & κακοὺς dæmones placandos monent? Quodlibet ergo de illo existimẽt, cur eũ solũ sibi nec aduocandum nec propitiandũ esse duxerũt? Quis est deus iste uel ita ignotus, ut in tam multis dijs solus adhuc nõ inueniatur, aut ita notus, ut à tã multis bo minib. iam solus colat? Nihil ergo restat ut dicant cur huius dei sacra recipere noluerũt, nisi quia solum se coli uoluerit, illos aũt deos gentium quos isti iam colebant coli prohibuerit. Sed hoc ipsum magis ab eis requirẽdum est, quemnam uel qualem putent esse istum deum qui noluerit coli deos alios, quibus ista templa & simulachra fecerunt

Marginal notes: De eodem. Cap. XIIII — Esa. 54 — 2. Retract. cap. 16 — Christum laudãt & dæmones & Pagani. Cap. XV — Psal. 95 — Apostoli nihil à Christo diuersum docuerunt. XVI — Dilemma — De eodem. Cap. XVII — Dilemmata — Romani eur Hebræorũ deũ solum non receperint. Cap. XVIII

runt, tantũq; potuerit ut plus ualeret eius uoluntas ad eorũ simulachra euertẽda, ꝗ̃ illorũ ad eius A sacra nõ recipiẽda? Certe sentẽtia illius eorũ Philosophi proditur, quem sapientissimũ omniũ hominũ etiã oraculo fuisse firmarunt. Socratis enim sententia est, unũquemq; deum sic coli oportere, quomodo se ipse colendũ esse præceperit. Proinde istis summa necessitas facta est nõ colendi deũ Hebræorũ, quia si alio modo eũ colere uellent, ꝗ̃ se colendum ipse dixisset, non utiq; illum colerẽt, sed quod ipsi finxissent. Si autẽ illo modo uellent quo ipse diceret, alios sibi colendos nõ esse cernebãt, quos ille coli prohibebat. Ac per hoc respuerunt unius ueri dei cultum, ne multos falsos offenderent: magis arbitrantes sibi obfuturã fuisse istorum iracundiã, ꝗ̃ illius beneuolentiã profuturam.

Probat uerum deum, XIX

B Sed fuerit ista uana necessitas, & ridenda timiditas. Nũc quærimus quid de isto deo sentiãt homines, quibus placet omnes deos colendos esse? Si enim iste colendus nõ est, quomodo coluntur omnes cum iste non colitur? Si aũt colendus est, non omnes colendi sunt: quia nisi solus colatur, iste non colitur. An forte dicturi sunt istũ non esse deum, cũ illos deos dicãt, qui sicut nos credimus nihil possunt nisi quod illius iudicio permittũtur: non ut alicui prosint, sed ut nec lædere ualeãt, nisi eos quos ita lædẽdos esse ille iudicat qui oĩa potest? Sicut autẽ ipsi coguntur fateri, minora certe ꝗ̃ ille potuerunt. Si enim dij sunt quorũ uates nõ-sulti ab hominibus, ut nõ dicam, fefellerunt, proxima tamen priuatis negocijs respõderunt: quomodo nõ est deus, cuius uates nõ solũ ea quæ ad tem C pus cõsulebantur cõgrue responderunt, uerũetiã unde nõ cõsulebantur de uniuerso genere humano, atq; omnibus gentibus ea tanto ante prædixerunt, quæ nunc & legimus & uidemus? Si enim deũ dicũt quo impleta Sibylla fata cecinit Romanorũ, quõ nõ est deus qui & Romanos & omnes nationes, in se unum deum per Christi Euangelium credituras, & omnia patrum suorum simulachra euersuras, sicut prænunciauit exhibuit? Postremo si illos deos dicunt, qui nunquam ausi sunt per uates suos cõtra istum deũ aliquid dicere, quomodo nõ est deus qui per uates suos istorũ simulachra nõ solũ euerti iussit, uerũetiã in omnib. gentibus euersum iri prædixit ab eis, qui illis desertis se unũ colere iuberenť, & iussi famularenť?

Prophetarũ prædicta Cap. XX

D Aut legãt si possunt, uel aliquã Sibyllarũ, uel quemlibet aliorũ uatum suorũ prædixisse hoc futurũ, ut deus Hebræorũ, deus Israel ab omnib. gẽtib. colereť: & ꝙ eum cultores aliorũ deorũ recte antea respuissent: futuras etiã literas Prophetarũ eius in autoritate ita sublimi, ut his obtẽperãs etiã imperiũ Romanorũ iuberet delere simulachra: monuisse etiã ne talib. præceptis obtẽperareť: legant ista, si possunt, ex aliquib. libris uatum suorũ. Omitto eñ dicere ꝙ ea quę in illorũ libris legũť, pro nostra hoc est Christiana religiõe testimonium dicũt, quod à sanctis angelis, & ab ipsis nostris Prophetis audire potuerũt: sicut & pręsentẽ in carne Christũ etiã dęmonia coacta sunt cõfiteri. Sed hęc omitto, quę cum proferimus, à nostris ficta esse cõtendũt. Ipsi A omnino, ipsi urgẽdi sunt, ut ꝓferãt à uatib. deorũ suorũ cõtra deum Hebræorũ aliquid prophetatũ: sicut nos tot & tãta de libris Prophetarũ nostrorum cõtra deos eorũ & iussa obseruamus, & prędicta recitauimus, & facta mõstramus. Quæ illi iam perpauci qui remãserunt, malunt dolere cõpleta, ꝗ̃ illum deũ agnoscere, qui potuit prænũciare cõplenda, cũ in suis dijs falsis, quæ sunt uera dæmonia, nihil aliud ꝓ magno appetãt, ꝗ̃ cũ aliquid eorũ responsis sibi futurũ esse didicerint.

Vnũ uerum deum XXI

Quæ cũ ita sint, cur nõ potius miseri intelligunt illum esse deũ uerum, quem sic uidẽt à suorũ deorum societate seiunctũ, ut quẽ deum fateri coguntť, qui oẽs deos colẽdos esse profitenť, cũ cæteris colere nõ sinantur? Cum ergo simul coli nõ possunt, cur nõ B ille eligiť, qui istos coli uetat, relictis istis qui illũ coli nõ uetant? Aut si uetant, legať. Quid eñ magis populis eorum in tẽplis eorum debuit recitari, ubi nihil unquã tale personuit? Et utiq; prohibitio tam multorum cõtra unum, ꝗ̃ unius cõtra tam multos, notior & potẽtior esse deberet. Nam si huius dei cultus est impius, inutiles sunt dij, qui homines ab impietate nõ prohibẽt. Si uero pius est huius cultus, qñ in illo præcipiť ne isti colanť, impius est cultus eorum. Si autẽ tã diffidenter istum coli prohibẽt, ut plus audere timeant, ꝗ̃ ꝓhibere audeãt, hoc ipso quis nõ sapiat, quis nõ sentiat, illum esse potius eligendũ, qui istos coli tam publice prohibet, qui eorũ simulachra euerti iussit, prædixit, euertit: ꝗ̃ istos, ꝗ̃s ut ille non colať, iussisse ne C scimus, prædixisse nõ legimus, ualuisse aliquid nõ uidemus? Rogo respondeãt quis est deus iste, qui omnes deos gentium sic persequitur, qui omnia eorũ sacra sic prodit, sic extinguit?

Opinio gentiũ de deo nostro. XXII

Quid interrogem homines, qui euanuerunt cogitando quis iste sit? Alij dicũt, Saturnus est, credo propter sabbari sanctificationẽ, quia isti eum diẽ Saturno tribuerunt. Varro aũt ipsorum, quo doctiorẽ apud se neminẽ inueniunt, deum Iudæorũ Iouem putauit, nihil interesse censens quo nomine nuncupetur, dum eadẽ res intelligatur, credo illius summitate deterritus. Nam quia nihil superius solent colere Romani ꝗ̃ Iouem, quod Capitolium eorum satis aperteq; testať, eumq; regẽ omniũ deorũ arbitrantur: cũ animaduerteret Iudæos summũ deum D colere, nihil aliud potuit suspicari ꝗ̃ Iouem. Sed siue qui Saturnũ, siue qui Iouem deum Iudæorũ putant, dicant quando Saturnus prohibere ausus est coli alterũ deum, nec ipsum Iouẽ, qui eum regno expulisse perhibeť, patrẽ filius? Qui si tanquã potẽtior & uictor placuit cultoribus suis, Saturnum uictum expulsumq; non colant. Sed nec istum coli Iouis prohibuit: & quẽ uincere potuit, deum tamen esse permisit.

Di ciuit. dei lib. 6. ca. 6. & lib. 7. ca. 5

De Ioue & Saturno quid nugati sint Pagani. Ca. XXIII

Istæ, inquiũt, fabulæ sunt, aut interpretandæ à sapientibus, aut ridendæ. Nos autem Iouem colimus, de quo ait Maro, Iouis omnia plena: id est, omnia uiuificantem spiritum. Merito ergo & Varro Iouem opinatus est coli à Iudæis, quia dicit per Prophetam, Cœlum & terram ego impleo. Quid illud quod idem poe-

Hier. 23

ta

ta dicit, æthera quomodo accipiūt? Sic enim ait, Tum pater omnipotēs fœcūdis imbribus æther, Cōiugis in gremiū lætæ descēdit. Ætherē quippe non spiritum, sed corpus esse dicunt sublime, quo cœlū super aerē distēditur. An poetæ conceditur nunc secundū Platonicos, ut nō corpus sed spiritus, nūc secūdū Stoicos loqui, ut corpus sit deus? Quid igit̃ in Capitolio colunt? Si spiritū, si deniq; ipsum cœlū corporeū, quid illic facit scutum illud Iouis, quod appellāt Ægida? Nempe origo nominis huius ita reddit̃, quia Iouē à matre occultatum capra nutriuit: an & hoc poetæ mentiunt̃? Nunquid & Capitolia Romanorū, opera sunt poetarum? Quid sibi aūt uult ista nō poetica, sed planè mimica uarietas, deos secundū Philosophos in libris quærere, secundum poetas in tēplis adorare? Sed nūquid etiā ille Euhemerus poeta fuit, qui & ipsum Iouē & Saturnū patrē eius, & Plutonē atq; Neptunū fratres eius ita planissime homines fuisse prodit, ut eorum cultores gratias magis poetis agere debeāt, quia nō ad eos dehonestandos, sed potius ad exornādos multa finxerūt? Quamuis & ipsū Euhemerū ab Ennio poeta in Latinā linguā esse cōuersum Cicero cōmemoret. Nūquid & ipse Cicero poeta fuit, qui eū, quo in Tusculanis disputat, tanq; secretorū cōsciū admonet, dicēs. Si uero scrutari uetera, & ex eis quæ scriptores Græciæ prodiderūt, eruere coner, ipsi illi maiorū gentiū dij qui habētur, hinc à nobis profecti in cœlū reperient̃. Quære quorū demonstrent̃ sepulchra in Græcia: reminiscere, quoniam es initiatus, quæ tradantur mysterijs, tum deniq; hoc late pateat intelliges. Hic certe istorū deos homines fuisse satis cōfitetur, in cœlū aūt peruenisse beneuole suspicatur: quanq; & hunc honorē opinionis ab hominib. eis esse delatū, non dubitauit publice dicere, cū de Romulo loqueretur: (De Ciuit. dei lib. 2. ca. 15) Qui hāc urbē, inqt, cōdidit, Romulū ad deos immortales beneuolentia famaq; sustulimus. Quid igit̃ mirū est, si hoc fecerūt antiquiores homines de Ioue & Saturno & cæteris, quod Romani de Romulo, quod deniq; iam recentiorib. tēporibus etiā de Cæsare facere uoluerūt? Quibus & Virgilius adulationē carminis addidit, dicens: Ecce Dionei processit Cęsaris astrum, Videāt ergo ne forte historica ueritas sepulchra falsorū deorum ostendat in terra: uanitas autē poetica stellas eorum non figat, sed fingat in cœlo. Neq; enim reuera stella illa Iouis est, aut illa Saturni: sed post eorū mortem syderibus ab initio mūdi cōditis hęc nomina imposuerunt homines, qui illos mortuos quasi deos habere uoluerunt. De quibus quid tantū mali castitas, aut quid tantum boni uoluptas cōmeruit, ut inter astra quæ cū sole & luna circūeunt, Venus habeat stellā & Minerua nō habeat? Sed fuerit & Cicero Academicus incertior q; poetæ, qui sepulchra deorū commemorare ausus est, literisq; mandare: Quis hoc non ex opinione propria præsumpserit, sed ex ipsorū sacrorū traditione cōmemorauerit. Nūquid & Varro uel tanquā poeta fingit, uel tanquā Academicus dubie ponit, q; dicit taliū deorū sacra ex cuiusq; eorū uita uel morte, qua inter homines ui- A xerunt uel obierunt, esse composita? Nunquid & Leon ille sacerdos Ægyptius, poeta uel Academicus fuit, qui Macedoni Alexandro, diuersam quidem à Græcorum opinione istorum deorū originem, ueruntamen ita prodit, ut eos homines fuisse declaret? Sed quid ad nos, si dicāt se Iouē, non hominē mortuū colere, nec homini mortuo Capitoliū dedicasse, sed spiritui uiuificāti omnia quo mūdus impletur, & scutū eius in honorē nutricis eius factum de pelle caprina, interpretēt̃ur ut uolunt? Quid dicūt de Saturno, qui Saturnū colūt? Nōnne ille est qui primus ab Olympo uenit, Arma Iouis fugiens, & regnis exul adēptis: (Aeneid. 8) Qui genus indocile & dispersum mōtibus altis, Composuit, legesq; dedit, Latiumq; uocari Maluit, his quoniā B latuisset tutus in oris? Nōnne ipsum eius simulachrum, quod cooperto capite fingitur, quasi latentem indicat? Nōnne ipse Italis ostēdit agriculturā, quod falce demonstrat? Nō, inquiūt: nam tametsi fuerit ille homo & rex quidā, de quo ista narrant̃, nos tamen Saturnū interpretamur uniuersum tēpus, quod Græcū etiā uocabulū eius ostēdit: uocatur enim χρόνος, quod aspiratiōe addita, etiā tēporis nomē est: unde & Latine Saturnus appellatur, quasi saturet̃ annis. Quid iam cū istis agēdū sit nescio, qui conātes in melius interpretari nomina et simulachra deorū suorū, fatent̃ maiorē deum suū & patrē cæterorū tēpus esse? Quid eñ aliud indicant q; omnes deos suos temporales esse, quorum patrē ipsum tēpus cōstituūt? Erubuerūt hunc Philosophi eorū recentiores Platonici, qui iam Chri- C stianis temporib. fuerunt: & Saturnū aliter interpretari conati sunt, dicētes appellatū κρόνον, uelut à satietate intellectus, eo q; Græce satietas κόρος, intellectus aūt siue mens νοῦς dicitur. Cui uidetur suffragari & Latinū nomē, quasi ex prima Latina parte & Græca posteriore cōpositū, ut diceretur Saturnus tanq; satur, & νοῦς. Viderunt enim q; esset absurdū, si filius tēporis Iupiter haberet̃, quem deum æternum uel putabāt uel putari uolebāt. At (De Ciuit. dei lib. 7. ca. 9 & 13) uero secundū istam nouellā interpretationē, quā ueteres eorū si habuissent, mirū si Ciceronē Varronemq; latuisset, Saturni filiū Iouem dicūt, tanq; ab illa summa mēte profluentē spiritū, quē uolūt esse uelut animā mundi huius, omnia cœlestia & terrena corpora implentē. Vnde illud Maronis (Eclo. 3) D est, quod paulo ãte cōmemoraui, Iouis omnia plena. Nunquid nō, si possent isti sicut ipsam interpretationē, ita etiā superstitionē hominū cōmutarēt: & aut nulla simulachra, aut certe Saturno potius q; Ioui Capitolia cōstituerent? Neq; enim ullam animā rationalē sapientē fieri disputāt, nisi participatione summæ illius incōmutabilisq; sapiētiæ: non solū cuiusquā hominis animā, sed ipsius etiā mundi, quā dicūt Iouem. Nos uero, esse quandam summam dei sapientiā, cuius participatione fit sapiens quæcunq; anima fit uere sapiens, nō tātum concedimus, uerumetiam maxime prædicamus. Vtrum autē uniuersa ista corporalis moles, quæ mundus appellatur, habeat quādam animam, uel quasi

De ciuit. dei li. 7. cap. 23

quasi animã suã, id est rationalẽ uitã, qua ita rega-
tur sicut unumquodq; animal, magna atq; abdita
quæstio est: nec affirmari debet ista opinio, nisi cõ-
perto q uera sit: nec refelli, nisi cõperto q falsa sit.
Quid aũt hoc ad homines, etiam si semper eos la-
teat? Quãdoquidẽ nulla anima fit sapiẽs uel bea-
ta ex alia quacunq; anima, sed ex illa sola summa
atq; incõmutabili dei sapiẽtia. Romani tamẽ, qui
nõ Saturno, sed Ioui capitoliũ cõdiderũt: uel aliæ
nationes, quæ Iouẽ præcipue supra cæteros deos
colendũ esse putauerũt, nõ hoc quod isti senserũt:
qui secundũ istam suã nouã opinionẽ, & summas
artes, si quicq; in his reb. potestatis habuissent, Sa
turno potius dedicarẽt: & Mathematicos uel Ge
nethliacos maxime delerẽt, qui Saturnũ, quem sa
piẽtum effectorẽ isti dicerẽt, maleficũ deum inter
alia sydera cõstituerunt. Quæ opinio tantũ cõtra
illos in animis humanis præualuit, ut nec nomina
re illũ uelint, senem potius q Saturnũ appellãtes:
tam timida superstitione, ut etiã Carthaginẽses pe
ne uico suo nomẽ mutauerint, uicũ senis crebrius,
q uicũ Saturni appellantes. Notũ est ergo quid

Nõ omnes deos colunt, qui nostrum reijciunt. XXIIII

colere conuincant, & quid colere conent adora-
tores simulachrorũ. Verum & ab istis nouitijs Sa
turni interpretatoribus requirendum est quid de
deo sentiant Hebræorũ. Etiam ipsis enim placuit
omnes deos cum gẽtibus colere, cũ eos superbos
puderet pro peccatorũ suorũ remissione humilia-
ri sub Christo. Quid ergo sentiunt de deo Israel?
Quem si nõ colunt, non omnes deos colunt: si aũt
colunt, non colunt sicut se coli iussit: quia & alios
colunt, quos coli ille prohibuit. Per eos enim ua-
tes ista prohibuit per quos hæc ipsa, quæ nunc à
Christianis eorũ simulachra patiunt, futura prędi
xit. Siue enim angeli ad illos Prophetas missi sunt
qui eis deũ omnium creatorem unum uerũ deum,
cui uniuersa subiecta sunt, & per sensibilium rerũ
congruã speciem figurate ostenderent, & quem-
admodum se coli præciperet, indicarent: siue ali-
quorum in eis mentes per spiritũsanctum ita subli
matæ sint, ut eo uisu ea uiderẽt, quo & ipsi angeli
uidẽt: constat tamen eos illi deo seruisse, qui alios
deos coli prohibuit. Seruisse autẽ fide pietatis in
regno & sacerdotio reipublicæ suæ, & Christum
uenturum uerum regem ac sacerdotẽ significan-
tibus sacris. Porrò autem in dijs gẽtium, quos

Christus promissus & exhibitus. XXV

isti dum colere uolunt, illum qui cum istis coli nõ
potest, colere nolunt, dicant quid causæ est ut nul
lus eorum inueniatur qui alterum coli prohibeat
cũ eos in diuersis officijs muneribusq; cõstituant,
& rebus ad quęq; proprie pertinentibus pręsides
esse uelint. Si enim Iupiter non prohibet Saturnũ
coli, quia nõ est ille homo qui illum hominem pa
trẽ de regno expulit, sed aut cœli corpus aut spi-
ritus implens cœlum & terram, & ideo nõ potest
prohibere coli mentẽ supernã ex qua dicitur ema
nasse: Si ea ratiõe nec Saturnus Iouem coli prohi
bet, quia nõ ab eo rebellãte superatus est, sicut ille
à Ioue nescio quo, cuius arma fugiens uenit in Ita
liã, sed fauet prima mẽs animæ à se genitæ: saltem
Vulcanus phiberet coli Martẽ uxoris adulterum.

Hercules Iunonẽ persecutricẽ suam. Quæ ista in-
A ter eos est tam fœda cõsensio, ut nec Diana uirgo
casta coli prohibeat, non dicã Venerem, sed Pria
pum? Nã si unus homo & uenator & agricola es-
se uoluerit, seruus erit amborũ, quibus tamen uel
uicina tẽpla fabricare erubescit. Sed interpretent
Dianã uirtutem quã uolunt, interpretent & Pria-
pum fœditatis deũ, ita sanè ut in fœtandis fœmi-
nis pudeat Iunonẽ talem habere adiutorem: dicãt
quod placent, interpretentur quod sapiunt, dũ ta-
men omnia eorũ argumẽta perturbat deus Israel.
Qui cum illos omnes coli prohibuerit, & à nullo
eorũ coli prohibitus sit, eorumq; simulachris & sa
cris euersionẽ præceperit, prædixerit, & fecerit, sa
B tis ostendit illos falsos atq; fallaces, & se esse uerũ
ac ueracem deũ. Istos aũt iam paucos deorũ mul-
torum falsorumq; cultores, quis nõ miretur nolle
obtẽperare illi, de quo cũ ab eis quæritur, quis nã
sit deus, quodlibet opinãdo respõdent, deũ tamẽ
esse negare nõ audent: quia si negant, operib. eius
& prędictis atq; completis facillime conuincunt.
Neq; enim ea dico, quæ liberũ sibi putant esse nõ
credere, quia ipse in principio fecit cœlũ & terrã,
& omnia quæ in eis sunt. Neq; illa nimis antiqua,
q Enoch trãstulit, quòd impios diluuio deleuit, q
Noe iustũ domumq; eius per lignũ inde liberaue-
rit: Ab Abrahã in hominibus facta eius exordior.
Huic enim facta est per angelicũ oraculũ manife-
sta promissio, quam nunc uidemus impleri. Huic
quippe dictũ est, In semine tuo benedicent om̃es *Gen. 22*
C gẽtes: ex cuius semine populus Israel, unde uirgo
Maria quæ peperit Christũ, in quo benedici om-
nes gẽtes, audeãt iam negare si possunt. Hæc pro-
missio facta est etiã ad Isaac filiũ Abrahæ. Hæc ad
Iacob nepotem Abrahę, qui etiã Israel appellatus
est: ex quo uniuersus ille populus & propagatus
& nominatus est, ut huius populi deus appellaret
deus Israel: nõ q ipse nõ sit deus omnium gentiũ,
siue nescientiũ, siue iam scientium, sed quia in isto
populo uoluit manifestius apparere uirtutẽ pro-
missorum suorũ. Ille enim populus primo in Ægy
pto multiplicatus, & illa de seruitute p Moysen in
multis signis portẽtisq; liberatus, debellatis plu-
rimis gentib. terrã etiam promissionis accepit, in
qua regnauit per reges suos de tribu Iuda exor-
tos. Qui Iudas unus fuit ex xij. filijs Israel nepotis
D Abrahæ, atq; inde Iudęi cognominati, multa ipso
deo adiuuãte fecerũt, multa pro peccatis suis ipso
deo flagellãte perpessi sunt, donec ueniret semen
cui pmissum est, in quo benedicerent omnes gẽ-
tes & patrũ suorũ simulachra sponte cõfringerẽt.

Diffusa Christi religio. Cap. XXVI

Neq; enim temporib. Christianis, sed tãto ante
prædictũ est, quod per Christianos impletur: ipsi
Iudæi qui remanserũt inimici nominis Christi, de
quorũ etiam futura perfidia in illis propheticis li-
teris tacitum nõ est, ipsi habent & legunt Prophe
tam dicentẽ: Domine deus meus & refugiũ meũ *Hier. 16*
in die malorum: ad te gentes uenient ab extremo
terræ, & dicent: Vere mendacia coluerunt patres
nostri, simulachra, & non est in illis utilitas. Ecce
nunc fit, ecce nũc gentes ab extremo terræ ueniũt

ad Christũ ista dicentes, & simulachra frangẽtes.
Et hoc enim magnũ est, quod deus præstitit eccle- A
siæ suæ ubiq; diffusæ, ut gens Iudæa merito debel
lata & dispersa per terras, ne à nobis hæc cõposita
putarentur, codices Prophetarũ nostrorum ubiq;
portaret, & inimica fidei nostræ testis fierer ueri-
tatis nostræ. Quomodo ergo discipuli Christi do-
cuerũt quod à Christo nõ didicerũt, sicut stulti de
sipiendo iactitãt, ut deorũ gentiliũ & simulachro
rum superstitio deleret? Nunquid & illas Prophe
tias quæ nunc leguntur in codicibus inimicorum
Christi, possunt dici finxisse discipuli Christi? qs
enim hoc euertit nisi deus Israel? Ipsi enim popu-
lo dictũ est per diuinas uoces factas ad Moysen:
Exo.20 Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est: Nõ
facies tibi idolũ, neq; cuiusq; similitudinem, neq; B
in cœlo sursum neq; in terra deorsum. Vt autem
etiã euertat ista, ubi potestatẽ acceperit, sic ei præ-
Deut.7 cipitur: Non adorabis deos illorũ, sed neq; seruies
eis: nõ facias secundũ opera ipsorũ, sed deponen-
do depones, & cõfringẽdo cõfringes simulachra
eorũ. Quis aũt dicat Christũ atq; Christianos non
pertinere ad Israel, cum Israel nepos fuerit Abra-
hæ, cui primo, & deinde Isaac filio eius, & deinde
ipsi Israel nepoti eius dictum est, quod iam cõme
moraui: In semine tuo benedicentur omnes gen-
tes? Quod fieri iam uidemus in Christo, cum inde
exorta sit illa uirgo, de qua Propheta populi Is-
Esa.7 rael, & dei Israel cecinit dicens: Ecce uirgo conci-
piet & pariet filium, & uocabũt nomẽ eius Ema-
nuel. Interpretatur aũt Emanuel, nobiscum deus. C
Deus ergo Israel qui ꝓhibuit alios deos coli, qui
prohibuit idola fabricari, qui præcepit euerti, qui
Hier.16 per Prophetã prædixit gẽtes ab extremo terræ di
cturas: Vere mẽdacia coluerũt patres nostri, simu
lachra in quib. non est utilitas: ipse per Christi no-
men & Christianorũ fidẽ istarũ omniũ superstitio
num euersionem iussit, ꝓmisit, exhibuit. Frustra
ergo miseri, quia blasphemare Christũ etiã à dijs
suis hoc est à dæmonib. nomen Christi meruẽtib.
prohibiti sunt, uolũt ab eo doctrinã istã facere alie
nã, qua Christiani cõtra idola disputãt, easq; om-
Idololatria nes falsas religiões ubi potuerint eradicãt. De
subuersa. deo Israel respondeant, quẽ docere ista & iubere,
Cap.XXVII nõ tantũ Christianorũ, sed Iudæorũ libri testãtur:
de ipso consulant deos suos: qui Christũ blasphe-
mare prohibuerunt: de deo Israel, si audẽt, aliqua D
cõtumeliosa respondeãt. Sed quos consulant, aut
ubi iam cõsulant? libros suorũ legãt? Si deũ Israel
Iouem putant, sicut Varro scripsit, ut interim se-
cundum eorum opinionem loquar, cur ergo Ioui
non credunt idola esse delẽda? Si Saturnũ deũ pu
tant, cur eum non colunt? Aut cur non sic colunt,
quemadmodũ se coli per eos uates præcepit, per
quos ea quæ prædixit impleuit? Cur ei non credũt
simulachra euertenda esse, & alios deos colendos
nõ esse? Si nec Iupp. nec Saturnus est, quia si unus
eorũ esset, contra sacra Iouis & Saturni tanta non
dicerent: quis ergo est qui propter deos alios so-
lus ab istis non colitur, & euersis dijs alijs, tam eui
denter effecit, ut solus colatur, humiliata omni su-
perba altitudine, quæ se aduersus Christum ere-
xerat pro idolis, persequens interficiensq; Chri-
stianos? Nunc certe quærunt ubi se abscondant,
cum sacrificare uolunt: uel ubi deos ipsos suos re-
trudant, ne à Christis inueniantur atq; frangãtur.
Vnde hoc, nisi à timore legum atq; regũ, per quos
deus Israel suam exerit potestatem, iam subditos
Christi nomini: sicut longe ante promisit, dicens
per Propheram: Et adorabunt eum omnes reges Psal.71
terræ, omnes gẽtes seruient illi. Nempe iam im Prædicta ido-
pletur quod per Prophetam identidem canitur, lorũ reiectio.
quòd remissurus esset impiam plebem suam: non Cap.XXVIII
quidem totam, quia multi ex Israelitis crediderũt
in Christũ, nam inde erant & Apostoli eius: & hu
miliaturus omnem superbum atq; iniuriosum, ut
ipse solus exaltaretur: id est solus & altus & potẽs
hominibus manifestaretur: donec proijcerentur
à credentibus idola, & à non credentibus abscon
derentur, cum eius timore terra cõfringitur: id est
terreni homines timore franguntur, timendo le-
gem uel ipsius, uel eorum, qui credentes in eum,
gentibusq; regnantes, talia sacrilegia prohiberẽt.
Hæc enim, quæ ut facilius intelligerentur, breui-
ter prælocutus sum, Propheta sic dicit: Et nunc tu Esa.2
domus Iacob, uenite & ambulemus in lucem do-
mini. Remisit enim plebem suam domus Israel,
quoniã est, sicut ab initio, regio eorum augurijs,
sicut alienigenarum, & filij multi alienigenæ nati
sunt illis. Repleta est enim regio eorũ argento &
auro, nec erat numerus thesaurorum illorũ. Et re-
pleta est terra equis, nec erar numerus curruum il
lorum. Et repleta est terra abominationibus ope-
rum manuum ipsorum, & adorauerunt ea quæ fe-
cerunt digiti eorum. Et inclinauit se homo, & hu-
miliauit se uir, & non remittã illis. Et nunc intrate
in petras, & abscondite uos in terra à facie timo-
ris domini, & à maiestate uirtutis eius, cum surre-
xerit confringere terram. Oculi enim domini ex-
celsi, homo aũt humilis, & humiliabitur altitudo
hominũ, & exaltabitur dominus solus in illa die.
Dies enim domini sabaoth in omnẽ iniuriosum
& superbum, & supra omnem altum & humilia-
tum qui humiliabuntur, & supra omnem cedrum
Libani excelsam & elatam, & supra omnem arbo
rem Libani Basan, & super omnem montẽ, & su-
per omnem collem altũ, & super omnem nauem
maris, & super omne spectaculum nauiũ decoris.
Et humiliabitur & cadet cõtumelia hominum, &
exaltabitur dominus solus in illa die. Et manibus
fabricata omnia abscõdent in spelũcis & in scissu
ris petrarũ & in cauernis terræ à facie timoris do-
mini, & à maiestate uirtutis eius cum exurrexerit
confringere terram. Illa enim die proijciet homo
abominationes aureas & argẽteas, quæ fecerũt ut
adorarẽt superuacanea & noxia: ut intrẽt in fora-
mina solidæ petræ, & in scissuras petrarũ à facie ti
moris dñi, & à maiestate uirtutis eius, cũ exurre-
xerit cõminuere terrã. Quid dicunt de isto deo Deus Israel
sabaoth, quod interpretaĩ deus uirtutũ uel exerci- quis iuxta
tuum, quia illi seruiunt uirtutes & exercitus ange Hebræos.
lorum? Quid dicunt de isto deo Israel, quia deus Cap.XXIX
est

est illius populi de quo uenit semen in quo bene-
dicerent omnes gẽtes? Cur solũ nõ colũt, qui om
nes deos colendos esse cõtendunt? Cur ei nõ cre-
dũt qui alios deos falsos & ostẽdit & euertit? Au-
diui quendam eorũ dicere, se legisse apud nescio
quem Philosophũ, ꝙ ex ijs quæ Iudæi in suis sacra
mẽtis agerẽt, intellexisset, quẽ deũ colerẽt, Præpo
situm, inquit, istorũ elementorũ, quibus iste uisibi
lis & corporeus mundus extructus est, Cũ in scri-
pturis sanctis Prophetarũ eius aperte ostendatur,
illũ deum colendũ præceptum esse populo Israel,
qui fecit cœlum & terrã, & à quo est omnis uera
sapientia. Sed quid opus est hunc diutius disputa-
re, cum ad id quod ago sufficiat, quod illi qualibet
præsumptione opinant̃ de illo deo quem deũ es-
se negare non possunt. Si enim prępositus est ele-
mentorũ quib. mundus iste cõsistit, cur nõ ipse po
tius colit̃, ꝙ̃ Neptunus qui solius maris præposi-
tus est? Quàm deniq; Syluanus qui solorũ agrorũ
atq; syluarũ? Quã sol qui solius diei uel etiam uni
uersi cœlestis caloris? Quàm luna, quæ solius no-
ctis, uel etiã humoris potestate præfulget? Quàm
Iuno, quæ solũ aerẽ tenere perhibet̃? Certe enim
isti partium præpositi, quicũq; sunt, necesse est ut
sub illo sint qui omniũ elemẽtorũ & uniuersę hu-
ius molis præpositurã gerit, At iste illos omes co-
hibet. Cur ergo isti cõtra præceptũ maioris il-
lorũ, nõ solũ eos colere uolũt, sed propter istos il-
lum nolunt? Adhuc nõ inuenerũt quid de isto deo
Israel cõstanter liquidoq; pronuncient. Nec unq̃
inueniẽt, donec eũ inueniãt deũ solum uerũ à quo
Christum ubiq; prædicatum. Cap. XXX creata sunt omia. Proinde quidã Lucanus ma-
gnus eorũ in carmine declamator, credo & ipse
diu quęrẽs, siue per suas cogitatiões, siue per suo-
rum libros quisnã esset Iudęorũ deus, & quia non
pie quærebat, nõ inueniẽs, maluit tamen incertũ
deum quem nõ inueniebat, ꝙ̃ nullũ deum dicere,
cuius tam magna documẽta sentiebat. Ait enim:
Et dedita sacris incerti Iudæa dei. Et nõdum deus
iste sanctus & uerus deus Israel, nondũ per Chri-
sti nomẽ tanta in omnib. gentibus fecerat, quanta
usq; in hodiernũ diem post Lucani tẽpora cõsecu
ta sunt. Nũc uero quis tam durus nõ flectat̃? quis
tam tepidus nõ ignescat, cum impletur quod scri-
Psal. 18 ptũ est, Quia nõ est qui se abscõdat à calore eius?
quando iam clarissima luce manifestantur quæ in
eodẽ Psalmo unde uersiculũ istum cõmemoraui
tanto ante prædicta sunt? Cœlorũ enim nomine
Apostoli Christi significati sunt, ꝙ in eis deus præ
sideret, ut Euangeliũ annunciarẽt. Iam ergo cœli
enarrauerunt gloriã dei, & opera manuũ eius an-
nunciauit firmamentũ. Dies diei eructauit uerbũ
& nox nocti annunciauit scientiã. Iam nõ sunt lo-
quelæ neq; sermones quorũ non audiantur uoces
eorũ. Iã in omnẽ terrã exiuit sonus eorum, & in fi-
nes orbis terræ uerba eorũ. Iam in sole, hoc est in
manifestatiõe posuit tabernaculũ suum, quod est
ecclesia ipsius. Quia ut hoc faceret, ipse sicut ibi
sequitur: Tanq̃ spõsus processit de thalamo suo:
id est, cõiugatum uerbũ carni humanæ ꝓcessit de
utero uirginali. Iam exultauit ut gigas & cucurrit

uiã. Iã à summo cœli facta est egressio eius, & re-
A cursus eius usq; ad summũ cœli. Et ideo rectissime
sequit̃ uersus quẽ pauloante cõmemoraui. Et nõ
est qui se abscõdat à calore eius. Et adhuc isti fra-
giles cõtradictiũculas garriẽtes, eligũt magis isto
igne sicut stipula in cinerẽ uerti, ꝙ̃ sicut aurũ à for
de purgari, cũ & deorũ falsorũ iam fallacia monu
mẽta frustrata sint, & illius incerti dei ueracia ꝓ-
missa certa iã facta sint. Desinãt ergo dicere ma *De morte & gloria Christi prophetia. Cap. XXXI*
li laudatores Christi, qui nolunt esse Christiani, ꝙ
Christus nõ docuerit deos eorũ deseri, & simula-
chra cõfringi. Deus eñ Israel, de quo prędictũ est
ꝙ deus uniuersæ terræ uocabit̃, & deus uniuersæ
terræ iã uocat̃, hoc per Prophetas futurũ prædixit
hoc per Christũ congruo tẽpore impleuit. Certe
eñ si iam deus uniuersæ terrę uocat̃, necesse est ut
B fiat q̃d iussit, quando qui iussit innotuit. Quia ue-
ro per Christum & in Christo innotuit, ut ecclesia
eius per orbẽ diffunderet̃, et per ipsam deus Israel
uniuersæ terræ uocaret̃, paulo superius apud eun
dem Prophetã legãt qui uolũt, imo & à me cõme
moret̃: Neq; eñ ita longũ est, ut oporteat præter-
mitti. Dicunt̃ eñ multa de præsentia & humilita-
te & passiõe Christi, & corpore eius cui caput est:
id est de ecclesia eius, cũ appellat̃ tãq; sterilis quæ
nõ pariebat. Per multos eñ annos ecclesia, quę fu
tura erat in omnib. gentib. in filijs suis, hoc est, in
sanctis suis nõ apparuit, nondũ Christo annuncia
to per Euãgelistas, eis quib. nõ est annũciatus per
Prophetas: & dicit̃, plures filios desertæ futuros,
ꝙ̃ eius quæ habet uirũ, cũ uiri nomine significata
C est lex uel rex, quem accepit primus populus Is-
rael: nec acceperãt gẽtes legẽ eo tẽpore, quo Pro-
pheta loquebat̃: neq; rex Christianorũ apparue-
rat adhuc gentib. ex quib. tamen gentibus longe
fertilior & numerosior sanctorũ multitudo ꝓue-
nit. Ita ergo dicit Esaias, incipiens ab humanitate
Christi, & se postea cõuertẽs ad alloquẽdũ eccle-
siam, usq; ad eũ uersum quẽ cõmemorauimus, ubi
ait: Et qui eruit te, ipse deus Israel uniuersæ terræ *Esa. 53*
uocabit̃. Ecce, inquit, in intellectu erit puer meus,
& exaltabit̃ & honorificabit̃ uehementer. Quo-
modo multi mirabunt̃ super te, sic tamẽ & inho-
nesta uidebit̃ ab omnib. species tua, & honor ab
hominib. Ita eñ mirabunt̃ gentes multę super eũ,
& cõtinebunt reges os suũ: Quoniã quib. non est
D nunciatũ de illo, uidebũt: & qui nõ audierunt in-
telligent. Dñe quis credidit auditui nostro, & bra *Esa. 53*
chiũ dñi cui reuelatũ est? Nũciauimus corã illo ut
puer, ut radix in terra sitiẽti: nõ est species illi neq;
honor. Et uidimus illũ, & non habuit speciẽ neq;
decorẽ: sed uultus eius abiectus & deformis, posi
tio eius ab omnibus hominib. homo in plaga, &
qui sciat ferre infirmitates, ꝓpter q̃d & auertit se:
facies eius iniuriata est, nec magni æstimata est.
Hic infirmitates nostras portat, & ꝓ nobis in do-
lorib. est. Et nos existimauimus illũ in doloribus
esse, & in plaga & in pœna. Ipse aũt uulneratus est
ꝓpter peccata nostra, & infirmatus est ꝓpter ini-
quitates nostras. Eruditio pacis nostræ in eum, li-
uore eius sanati sumus. Omes ut oues errauimus,

& dominus tradidit illum pro peccatis nostris. Et
ipse quoniam male tractatus est, nõ aperuit os: ut
ouis ad immolandum ductus est, & ut agnus ante
eũ qui se tõderet, fuit sine uoce, sic non aperuit os
Esa. 53 suũ. In humilitate sublatũ est iudiciũ eius. Genera-
tionẽ eius quis enarrabit? Quoniã tolletur de ter-
ra uita eius, ab iniquitatib. populi mei ductus est
ad mortẽ. Dabo ergo malos propter sepulturam
eius, & diuites propter mortẽ eius, ob hoc ꝙ ini-
quitatẽ non fecerit, nec dolũ in ore suo. Dñs uult
purgare illũ de plaga. Si dederitis uos ob delicta
uestra animã uestrã, uidebitis semen lõgissimæ ui
tæ. Et uult dñs auferre à dolorib. animã eius, osten
dere illi lucẽ, & figurare per sensum. Iustificare iu-
stum bene seruientẽ plurib. & peccata illorũ ipse
sustinebit. Propterea ipse hęreditabit cõplures, &
fortiũ partiet̃ spolia. Propter quod tradita est ad
mortẽ anima eius, & inter iniquos ęstimata est: &
ipse peccata multorũ sustinuit, & ꝑpter iniquita-
tes eorũ traditus est: Delectare sterilis quę non pa
Esa. 54 ris, exulta & clama quę non parturis, quia multi fi
lij desertæ magis ꝙ̃ eius quæ habet uirum. Dixit
enim dominus: Dilata locũ tabernaculi tui, & cau
las tuas cofige, nõ est quod parcas: porrige lõgius
funiculos, & palos ualidos cõstitue. Etiã atq; etiã
in dexterã atq; sinistrã partẽ extende. Semẽ enim
tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quę desertę
erãt, inhabitabis: nõ est quod metuas. Præualebis
enim, ne erubescas ꝙ detestabilis fueris. Cõfusio-
nem enim in perpetuũ obliuisceris, ignominiæ ui
duitatis tuæ non eris memor: quoniã ego sum do-
minus qui facio te, dominus nomẽ ei: & qui eruit
te, ipse deus Israel, deus uniuersæ terræ uocabitur.
Quid cõtra hãc euidentiã expressionemq; rerũ &
prædictarũ & impletarũ dici potest? Si de Christi
diuinitate discipulos eius putãt esse mẽtitos, nun-
quid de Christi passione dubitabũt? Resurrexisse
nõ solent credere. At illa omnia ab hominib. hu-
mana perpessum etiã libẽter credunt, quia homi-
nem tantũmodo credi uolunt. Ille itaq; sicut ouis
ad immolandũ ductus, ille inter iniquos deputa-
tus, ille uulneratus propter peccata nostra: cuius
liuore sanati sumus, cuius facies iniuriata est, nec
magni æstimata, palmis cæsa, & sputis illita: cuius
deformis in cruce positio: ille ab iniquitatib. po-
puli Israel ductus ad mortem: ille qui nõ habebat
speciem neq; decorẽ, quãdo colaphis percutieba
tur, quãdo spinis coronabatur, quãdo pendẽs irri
debatur: ille qui sicut agnus corã tondente nõ ha-
bebat uocẽ, sic nõ aperuit os suũ, cum ei diceretur
ab insultãtibus, Prophetiza nobis Christe. Nẽpe
iam exaltatus est, iam honorificatus est uehemen
ter. Nempe iã mirantur gentes multæ super eum.
Iam cõtinuerunt reges os suũ, qui aduersus Chri
stianos leges sæuissimas promulgabant. Nempe
quibus non est nunciatũ de illo, iam uident, & qui
nõ audierũt iam intelligũt. Quoniã gẽtes quibus
non nunciauerũt Prophetæ, magis ipsę uident ꝙ̃
uera nũciata sint per Prophetas. Et qui nõ audie-
runt ipsum Esaiã loquentem, iam in literis eius de
quo ista sit locutus intelligunt. Nã & in ipsa gente

Iudæorũ quis credidit auditui Prophetarum, aut
A brachiũ domini, q̃d est Christus ipse qui per eos
annũciabatur, cui reuelatũ est, quãdo manib. suis
ea scelera in Christo admittebãt, quę futura prędi
xerãt Prophetæ quos habebãt? Nempe iam in hę
reditate possidet multos, & fortiũ partitur spolia,
cũ ea quæ diabolus & dæmones possidebant, per
ecclesiarum suarũ fabricas, & quoslibet necessa-
rios usus illis expulsis, ꝑditisq; distribuit. Quid Contra paganorum rationes. XXXII
ergo ad hæc dicunt peruersi laudatores Christi &
Christianorũ obtrectatores? Nunquid ut ista per
Prophetas tãto ante prædicerent̃, Christus magi-
cis artibus fecit, aut discipuli eius ista finxerunt?
Nunquid ut dilatetur ecclesia diffusa per gentes
quondã sterilis, nũc in plurib. filijs ꝙ̃ illa synago-
ga quæ legem siue regem tanꝙ̃ uirum acceperat?
B Nunquid ut sic dilataret locũ tabernaculi sui om-
nes nationes & linguas occupãs: ut lõgius quàm
Romani imperij iura tenduntur, usq; in Persas &
Indos aliasq; Barbaras gẽtes funiculos porrigat:
ut in dexterã per ueros Christianos, & in sinistrã
per fictos Christianos in eã multis populis nomẽ
eius extendat̃: ut semen eius hæreditet gentes, ut
ciuitates quæ à uero dei cultu & à uera religione
desertæ fuerãt, iam nũc inhabitet: ut non timuerit
hominũ minas & furias, quando in sanguine mar
tyrum tanꝙ̃ honore purpureo uestiebat̃, ut præ-
ualeret tam multis tamq; uehementib. & potẽtib.
persecutorib. suis: ut non erubesceret ꝙ detestabi-
lis fuerit, quando magnũ erat crimen fieri uel esse
Christianũ: ut confusionẽ in perpetuum obliuisca
C tur, quia ubi abundauerat peccatũ, superabunda-
uit & gratia: ut ignominiæ uiduitatis suæ memor
non sit, quia paululũ derelicta & opprobrijs obie
cta, tam eminenti gloria refloreścit? Nunquid po
stremo ut dominus qui fecit eã, & à dominatu dia
boli & dæmonum eruit, ipse deus Israel uniuersæ
terræ iam uocet̃, discipuli Christi finxerunt, quod
Prophetæ quorum libri nũc in manibus inimico-
rum Christi habent̃, tam longe anteꝙ̃ Christus fi
lius hominis fieret prædixerunt? Hinc ergo intel-
ligãt, quod ne tardissimis quidẽ atq; obtusissimis
obscurum dubiúmue relinquitur. Hinc inquã in-
telligant Christi peruersi laudatores & Christia-
næ religionis execratores, etiã Christi discipulos
D cõtra deos eorũ ea didicisse atq; docuisse quę do-
ctrina cõtinet Christi: quia deus Israel qui hæc o-
mnia quæ isti colere uolũt, abominãda atq; euer-
tẽda in libris Prophetarũ præcepisse inuenit̃, ipse
deus uniuersæ terrę, sicut ante promisit, per Chri-
stum, & Christi ecclesiã iam uocat̃. Si enim Chri-
stum mira demẽtia suspicant̃ deos eorũ coluisse,
ac per hos eum tanta potuisse: nũquid & deus Is-
rael deos eorum coluit, qui de se per omnes gẽtes
colendo & de illis abominandis atq; euertendis
per Christum quod promisit impleuit? Vbi sunt
dij eorum? ubi uaticinia phanaticorũ, & diuina-
tiones pythonũ? ubi auguria uel auspicia uel ha-
ruspicia uel oracula dæmonũ? Cur non profertur
ex istiusmodi antiquis libris admonitum aliquid
& prædictum contra Christianã fidem, & contra
Prophe-

Prophetatũ nostrorum expressam iam in omnib.
gẽtibus tam perspicuã ueritatẽ? Offendimus, in-
quiũt, deos nostros & deseruerũt nos. Ideo aduer
sus nos Christiani præualuerunt, & humanarũ re-
rũ felicitas defessa ac diminuta dilabitur. Hoc sibi
certe per Christianos fuisse euenturum, legant ex
libris uatum suorũ. Sed ea legant, ubi si non Chri-
stus, quia eũ deorũ suorum uolũt fuisse cultorẽ, sal
tem deus Israel improbatus & detestatus sit, quẽ
constat istorũ euersorẽ. Sed nunq̃ hæc proferent,
nisi quomodo forte cõfinxerint. Quod cũ protu-
lerint appatebit, eoipso certe, ꝙ tanta res tã igno-
ta profertur, quæ utiq; debuit antequã hoc quod
prædictum est accidisset, in deorũ tẽplis omnium
gentiũ recitari, ut præstuerentur & præmonerenť
qui nũc nolunt esse Christiani. Deinde ꝙ de fe-
Scenicorũ ludorum interitus. XXXIII
licitatis rerum humanarũ diminutione per Chri-
stiana tẽpora cõqueruntur, si libros Philosopho-
rum suorũ legant, ea reprehendenniũ quæ nũc eis
etiam recusantib. & murmurannibus subtrahunť,
tum uero magnam laudem reperient temporum
Christianorũ. Quid enim eis minuitur felicitatis,
nisi quod pessime luxuriosec̨; abutebanť in ma-
gnam creatoris iniuriam? Nisi forte hinc sint tẽpo
ra mala, quia per omnes penè ciuitates cadũt thea
tra, caueæ turpitudinũ & publicæ professiões fla-
gitiosorũ, cadunt & fora uel mœnia in quib. dæ-
monia colebanť. Vnde enim cadũt nisi inopia re
rũ, quarũ lasciuo & sacrilego usu constructa sunt?
Roscius Nonne Cicero eorũ cum Rosciũ quendã lauda-
ret histrionẽ: ita peritũ dixit, ut solus esset dignus,
qui in scenã deberet intrare: ita uirũ bonũ, ut solus
esset dignus, qui eò nõ deberet accedere? quid a-
liud apertissime ostẽdẽs, nisi illam scenã esse tam
turpẽ, ut tãto minus ibi esse homo debeat, quãto
fuerit magis uir bonus, & tamen dij eorũ tali dede
core placabanť, quale à uiris bonis remouendum
esse censebat. Est etiã hinc eiusdem ipsius Cicero-
nis aperta cõfessio, ubi ait sibi Floram matrem, lu
dorum celebritate placandã: In quibus ludis tãta
exhiberi turpitudo cõsueuit, ut in eorum cõpara-
tione cęteri honesti sint, à quibus tamẽ etiam ipsis
Flora agẽdis uiri boni prohibentur. Quæ ista est Flora
mater, qualis dea est, quã celebrior & habenis effu
siorib. laxata cõciliat & ꝓpitiat turpitudo? Quan
to iam honestius in scenã Roscius intrabat, q̃ Ci-
cero deam talem colebat? Si diminuta rerũ copia
quæ in hæc celebranda fundunť, dij gentium of-
fendunť, apparet quales sint qui talibus delectan
tur. Si aũt ipsi irati ista minuunt, utilius irascuntur
q̃ placantur. Quapropter aut Philosophos suos
arguãt, qui talia in luxuriosis hominib. reprehen-
derunt: aut deos suos frangãt, qui talia de suis cul-
toribus exegerũt, si tamẽ iam inueniunt uel quos
frangant uel quos abscondant: Christianorũ uero
temporibus defectum rerũ secũdarum quibus in
turpia & noxia defluebãt, blasphemãdo imputa-
re desistãt, ne magis nos unde amplius Christi po
Epilogus superiorum. XXXIIII testas laudeť admoneãt. Multa hinc dicerẽ, nisi
me iam librũ istum concludere, atq; ad propositã
intẽtionẽ redire, suscepti operis necessitas coge-

ret. Cum enim Euãgelicas quęstiones, ubi uidenť
A quibusdã quatuor Euãgelistæ, nõ inter se cõstare,
soluere aggrederer, ut potui expositis intentioni-
bus singulorũ, primo mihi discutiẽdũ occurrit, ꝙ
nõnulli quęrere solẽt, cur ipsius Christi nulla scri-
pta proferamus. Ita enim uolunt & ipsum credi,
nescio quid aliud scripsisse quod diligunt, nihilq̨;
sensisse cõtra deos suos, sed eos potius magico ri-
tu coluisse: & discipulos eius non solũ de illo fuis-
se mẽtitos, dicẽdo illum deum per quẽ facta sunt
omnia, cũ aliud nisi q̃ homo fuerit, quãuis excel-
lentissimæ sapientiæ: uerũ etiam de dijs eorum nõ
hoc docuisse, quod ab illo didicissent. Vnde factũ
est ut eos de deo Israel potius urgeremus, qui per
B ecclesiam Christianorũ ab omnib. gentibus coli-
tur, & istorũ sacrilegas uanitates ubiq; iam euer-
tit, sicut per Prophetas suos tãto ante prædixit, &
per Christi nomẽ in quo benedici omnes gentes
promiserat, ea quæ prædixit impleuit. Ex quo in-
telligere debẽt, nec Christũ aliud de dijs eorũ uel
nosse uel dicere potuisse, q̃ deus Israel ꝑ Prophe-
tas suos iussit atq; prædixit, per quos ipsum Chri-
stum promisit & misit: In cujus nomine secũdum
pollicitationẽ quam patrib. fecit cũ benedicerenť
omnes gentes, factũ est ut & ipse deus Israel, deus
uniuersæ terræ uocareť. Nec discipulos eius à sui
magistri doctrina deuiasse, cum deos gẽtium coli
prohibuerint, ne uel insensatis simulachris suppli
caremus, uel societatẽ cũ dæmonijs haberemus,
uel creaturæ potius q̃ creatori religionis obse-
C quio seruiremus. Quapropter cũ sit ipse Chri- *Dei patris, Christi, spiritus sancti, & Euangelistarum consensus. Cap. XXXV*
stus sapiẽtia dei per quẽ creata sunt omnia: Cumq;
nullæ mẽtes rationabiles siue angelorũ siue homi
num nisi participatiõe ipsius sapiẽtes fiãt, cui per
spiritum sanctum, per quem charitas in cordibus
nostris diffunditur inhæremus, quæ trinitas unus
deus est: consultũ est diuina prouidentia mortali-
bus, quorũ temporalis uita in rebus orientibus &
occidentibus occupata tenebatur, ut eadem ipsa
dei sapiẽtia ad unitatem personæ suæ homine as-
sumpto, in quo temporaliter nasceretur, uiueret,
moreretur, resurgeret: cõgrua saluti nostrę dicen-
do & faciẽdo, patiẽdo, & sustinẽdo, fieret & deor
sum hominib. exemplo redeũdi, & eis qui sursum
sunt angelis exemplũ manẽdi. Nisi enim & in ani
D mæ rationalis natura temporaliter aliquid orireť,
id est inciperet esse quod nõ erat, nũquam exuta
pessima & stulta ad sapientẽ atq; optimã perueni
ret. Ac per hoc cũ rebus æternis, cõtemplantium
ueritas perfruatur, rebus autẽ ortis fides creden-
tium debeatur, purgatur homo per rerũ tempora
lium fidẽ, ut æternarũ percipiat ueritatẽ. Nam &
quidam eorũ nobilissimus Philosophus Plato, in *Plato in Timæo*
eo libro quem Timęum uocant, sic ait, Quantum
ad id quod ortum est æternitas ualet, tantum ad fi
dem ueritas. Duo illa sursum sunt, ęternitas & ue-
ritas: duo ista deorsum, quod ortum est, & fides.
Vt ergo ab imis ad summa reuocemur, atq; id q̃d
ortum est recipiat ęternitatem, per fidem uenien-
dum est ad ueritatem. Et quia omnia quæ in con-
trarium pergunt, per aliquod mediũ reducuntur,

ab ęterna iustitia temporalis iniquitas nos alienabar. Opus ergo erat media iustitia temporali, quæ medietas temporalis esset de imis mixta & summis, atq; ita se nec abrūpens à summis & cōtemperans imis, ima redderet summis. Ideo Christus mediator dei & hominū dictus est inter deū immortalem & hominē mortalē, deus & homo, recōcilians hominē deo, manēs id quod erat, factus q̄d non erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis, qui est ueritas in æternis. Hoc magnū & inenarrabile sacramētum, hoc regnum & sacerdotium antiquis per prophetiā reuelabat, posteris eorū per Euangelium prædicat. Oportebat enim ut aliquādo in omnib. gentib. redderet, quod diu per unā gentē promittebat. Proinde qui Prophetas ante descensionem suā præmisit, ipse & Apostolos post ascensionem suā misit. Omnibus aūt discipulis suis per hominē quem assumpsit, tanq̄ mēbris sui corporis caput est. Itaq; cū illi scripserūt, quæ ille ostēdit & dixit, nequaq̄ dicendū est q̄ ipse nō scripserit: quandoquidē mēbra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerūt. Quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere uoluit, hoc scribendū illis tanq̄ suis manib. imperauit. Hoc unitatis consortiū & in diuersis officijs concordium mēbrorum sub uno capite ministerium, quisquis intellexerit, nō aliter accipiet quod narrātib. discipulis Christi in Euangelio legerit, q̄ si ipsam manū domini, quā in proprio corpore gestabat, scribentē conspexerit. Quāobrem illa potius iam uideamus qualia sint, quę putāt Euāgelistas sibimet scripsisse cōtraria, quod parū intelligentib. uideri potest: ut his quæstionib. dissolutis, ex hoc quoq; appareat, illius capitis mēbra, nō solū idē sentiendo, uerūetiam cōuenientia scribendo, in corporis ipsius unitate germanā seruasse concordiam.

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV EVANGELISTARVM LIBER II

Prologus

QVONIAM sermone nō breui & admodum necessario, quem libro uno cōplexi sumus, refutauimus eorum uanitatem qui discipulos Christi Euangelium conscribentes, ideo contemnendos putant, quia ipsius Christi quem licet nō ut deum, tamē ut hominē sapientia longe præ cæteris excellentem honorandum esse non dubitant, nulla scripta proferuntur à nobis, & eum talia scripsisse uideri uolūt, qualia peruersi diligunt, non qualibus lectis & creditis à peruersitate corrigi possunt: Nūc iam uideamus ea quæ quatuor Euangelistæ de Christo scripserunt, quemadmodum sibi atq; inter se cōgruant: ne quid ex hoc in fide Christiana offendiculi patiatur, qui curiosiores q̄ capaciores sunt, q̄ nō utcunq; perlectis, sed quasi diligentius perscrutatis Euangelicis libris, incōuenientia quædam & repugnantia se deprehendisse existimantes, magis ea cōtentiose obiectanda q̄ prudenter cōsideranda esse arbitrātur.

Ioseph & pater Christi dictus. Cap. I

Matthęus Euangelista sic orsus est, Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahā. Quo exordio suo satis ostendit generationem Christi secundū carnē se suscepisse narrandā. Secūdū hāc enim Christus filius hominis est, quod etiā seipse sępissime appellat, cōmendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna & æterna generatio, secundū quā filius dei unigenitus est ante omnē creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum à Propheta intelligatur, Generationē eius quis enarrabit? Exequitur ergo humanā generationē Christi Matthæus, ab Abrahā generatores cōmemorans, quos perducit ad Ioseph uirū Marię de qua natus est Iesus. Neq; enim fas erat ut ob hoc eum à coniugio Mariæ separandū putaret, q̄ non ex eius concubitu, sed uirgo peperit Christū. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelib. coniugatis, etiā seruata pari cōsensu continentia, posse permanere uocariq; coniugiū, nō permixto corporis sexu, sed custodito mētis affectu: præsertim quia nasci eis etiā filius potuit sine ullo cōplexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Neq; enim propterea nō erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nō eum cōcumbendo genuerat, quandoquidē recte pater esset etiā eius quem nō ex sua cōiuge procreatū, aliūde adoptasset. Putabatur quidē Christus etiam aliter filius Ioseph, tanq̄ ex eius omnino carne progenitus, sed ab eis hoc putabatur, quos Mariæ latebat uirginitas: Nā Lucas ait, Et ipse Iesus erat incipiēs quasi annorū xxx, ut putabatur filius Ioseph. Qui tamen Lucas non eius parentem solam Mariam, sed ambos parentes eius appellare minime dubitauit, ubi ait, Puer aūt crescebat & confortabatur plenus sapiētia, & gratia dei erat in illo: Et ibāt parentes eius per omnes annos in Hierusalē in die solenni Paschæ. Sed ne quisq̄ hic parentes cōsanguineos potius Mariæ cum ipsa matre eius intelligendos putet, quid ad illud respondebit, quod ipse itē Lucas superius dixit, Et erant pater eius & mater mirātes super ijs quæ dicebātur de illo? Cū igitur ipse narret, non ex cōcubitu Ioseph, sed ex Maria uirgine natū Christū, unde eum patrē eius appellat: nisi quia & uirum Mariæ recte intelligimus sine cōmixtione carnis, ipsa copulatione cōiugij: & ob hoc etiā Christi patrem multo coniunctius, qui ex eius cōiuge natus sit, q̄ si ei esset aliūde adoptatus? Vnde manifestū est illud, quod ait, Vt putabat filius Ioseph: propter illos dixisse, qui eū ex Ioseph, sicut alij homines nascunt, natū arbitrātur.

Christus ex utroq; genere. Cap. II

Ac per hoc si demōstrare aliquis posset Mariā ex Dauid nullā cōsanguinitatis originem ducere, sat erat secundum istam rationē accipere Christū filiū Dauid, qua ratione etiā Ioseph pater eius recte appellatus est. Quanto magis cum euidenter dicat apostolus Paulus, ex semine Dauid secundū carnem Christū, ipsam quoq; Mariam de stirpe Dauid aliquā consanguinitatē duxisse, dubitare utiq; nō debemus. Cuius fœminæ quoniā nec sacerdotale genus tacetur, insinuāte Luca, q̄ cognata

Esa. 53

cognata eius esset Elisabet, quam dicit de filiabus
Aaron, firmissime tenendũ est, carnẽ Christi ex u- A
troq; genere propagatã, & regũ scilicet et sacerdo
tũ, in quibus personis apud illũ populũ Hebræorũ
etiã mystica unctio figurabat: id est chrisma, unde
Christi nomẽ elucet, tanto ante etiã illa euidentis-
Ioseph duos patres habuit sima significatione prænunciatũ. Quos aũt mo
uet, quod alios progenitores Matthæus enume-
Cap. III 2. retract. c. 7 rat, descendẽs à Dauid usq; ad Ioseph, alios aũt Lu
cas ascendens à Ioseph usq; ad Dauid: facile est, ut
aduertãt duos patres habere potuisse Ioseph, unũ
à quo genitus, alterũ à quo fuerit adoptatus. Anti
qua est enim cõsuetudo adoptandi etiã in illo po-
pulo dei, ut sibi filios facerent, quos nõ ipsi genu-
issent. Nam excepto quod filia Pharaõis Moysen
adoptauerat, illa quippe alienigena fuit, ipse Ia-
cob nepotes suos ex Ioseph natos, uerbis manife- B
Gen. 48 stissimis adoptauit dicens, Nunc itaq; filij tui duo
qui nati sunt tibi priusquam ad te uenirẽ mei sunt,
Ephraim & Manasses, tanquã Ruben & Simeon
erunt mihi. Natos aũt si genueris postea, tibi erũt.
Vnde etiã factũ est ut duodecim tribus essent Isra
el, excepta tribu Leui quę tẽplo seruiebat, cum ea
quippe tredecim fuerunt, cũ duodecim fuissent fi
lij Iacob. Vnde intelligitur Lucas patrem Ioseph,
non à quo genitus, sed à quo fuerat adoptatus, su-
scepisse in Euangelio suo, cuius progenitores sur-
sum uersus commemorat donec exiret ad Dauid.
Cũ enim necesse sit utroq; Euangelista uera narrã
te, & Matthæo scilicet & Luca, ut unus eorũ eius
patris originẽ teneret qui genuerat, alter eius ado
ptauerat Ioseph, quem probabilius intelligimus
adoptantis ordinẽ tenuisse, quàm eũ qui noluit Ioseph C
genitũ dicere ab illo cuius eum filiũ esse narrabat.
Cõmodius enim filius eius dictus est, à quo fuerat
adoptatus, quàm diceretur ab illo genitus, cuius car-
Matth. 1 ne non erat natus. Matthæus aũt dicens, Abrahã
genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: atq; ita in hoc uer
bo quod est, genuit, perseuerans donec in ultimo
diceret, Iacob aũt genuit Ioseph: satis expressit ad
eum patrem se perduxisse originem generãrium,
à quo Ioseph nõ adoptatus sed genitus erat. Quã-
quam si etiam Lucas genitum diceret Ioseph ab
Heli, nec sic nos hoc uerbum perturbare deberet,
ut aliud crederemus quàm ab uno Euãgelista gignen
tem, ab altero adoptantem patrẽ fuisse cõmemo-
ratum. Neq; enim absurde quisq; dicitur, non car-
ne, sed charitate genuisse, quem filium sibi adopta D
uerit. At uero etiã nos quibus dedit deus potesta-
tem filios eius fieri, de natura atq; substãtia sua nõ
nos genuit, sicut unicũ filium, sed utiq; dilectione
adoptauit. Quo uerbo Apostolus sępe uti non ob
aliud intelligitur, nisi ad discernendum unigenitũ
ante omnem creaturam, per quem facta sunt om-
nia: qui solus de substãtia patris natus est, secundũ
æqualitatẽ diuinitatis hoc omnino quod pater: quẽ
missum dicit ad suscipiẽdã carnem ex illo genere,
quo & nos secũdũ naturã nostrã sumus: ut illo par
ticipãte mortalitatẽ nostrã per dilectionẽ, nos effi
ceret participes diuinitatis suæ per adoptionẽ. Ita
Gal. 4 enim dicit, Cum autẽ uenit plenitudo temporis,

misit deus filium suum factũ ex muliere, factũ sub
A lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptio
nem filiorũ reciperemus. Et tamen dicimur etiam
nati ex deo: idest, accepta potestate ut filij eius effi
ciamur qui iam homines eramus. Efficimur autẽ
per gratiã, non per naturam. Nam si per naturam
filij essemus, nunquã aliud fuissemus. Cũ enim di-
xisset Ioannes, Dedit eis potestatẽ filios dei fieri, *Ioan. 1*
ijs qui credũt in nomine eius: secutus ait, Qui non
ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex
uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt. Ita quos dixit ac
cepta potestate factos dei filios, quod illa adoptio
significat quã Paulus cõmemorat, eosdẽ dixit na-
tos ex deo. Atq; ut apertius ostenderet, qua gratia
factũ sit: Et uerbũ, inquit, caro factũ est, & habita-
uit in nobis, Tanquã diceret, quid mirũ si filij dei
B facti sunt cũ caro essent, propter quos utique caro
factus est cũ uerbũ esset. Hac sane magna distãtia,
quia nos effecti filij dei mutamur in melius, ille au
tem filius dei cũ filius hominis factus esset, non est
mutatus in deterius, sed assumpsit quod erat infe-
rius, dicit & Iacobus, Volũtarie genuit nos uerbo *Iaco. 1*
ueritatis, ut simus initiũ aliquod creaturę eius. Ne
scilicet in eo quod ait, genuit, hoc nos fieri putare
mus quod ipse est, ideo principatũ quendã in crea
tura nobis hac adoptione cõcessum satis ostẽdit.
Nõ ergo alienũ esset à ueritate, etiã si Lucas ab il-
lo esse Ioseph genitũ diceret, à quo fuerat adopta-
tus. Etiã sic quippe genuit eum, nõ ut homo esset,
sed ut filius esset, sicut nos genuit deus, ut filij eius
simus, quos fecerat ut homines essemus. Vnicum
aũt genuit, nõ solũ ut filius esset, quod pater non
C est, sed etiã ut deus esset quod & pater est. Sed pla
nè si hoc uerbo etiã Lucas uteret, omnimodo esset
ambiguũ, quis eorũ adoptantẽ, quis ex propria car
ne gignentẽ patrẽ cõmemorasset: quõ etsi neuter
eorũ diceret genuit, sed & iste eum filiũ illius, & il
le illius diceret, nihilominus esset ambiguũ, quis
eorũ illũ de quo natus, quis illũ à quo adoptatus
erat cõmemorasset. Nũc uero cũ alter dicit, Iacob
genuit Ioseph: alter, Ioseph qui fuit filius Heli: etiã
ipsa uerborũ differentia quid singuli suscepissent
elegãter intimauerũt. Sed hoc facile sanè, ut dixi,
posset occurrere homini religioso, qui quodlibet
aliud quærendũ potius iudicaret, quàm Euãgelistam
crederet esse mentitũ. Facile, inquam, occurreret,
ut uideret quib. causis unus homo duos patres ha
D bere potuerit: hoc & illis calumniosis occurreret,
nisi litigare quàm considerare maluissent. Illud autẽ *Genealogia uarie narrata*
quod deinceps insinuãdũ est, reuera ut aduerti & *Cap. IIII*
uideri posset, lectorẽ attentissimũ & diligentissi-
mũ requirebat. Acute quippe animaduersum est,
Matthæũ qui regiã in Christo instituerat insinua-
re personã, excepto ipso Christo, quadraginta ho
mines in generationũ serie nominasse. Numerus
aũt iste illud tẽpus significat, quo & in hoc seculo
& in hac terra regi nos oportet à Christo secundũ
disciplinã laboriosã, qua flagellat deus, ut scriptũ
est, omnẽ filiũ quẽ recipit: de qua dicit Apost. Per *Act. 14*
tribulationẽ oportere nos intrare in regnum dei.
Quam significat etiam illa uirga ferrea, de qua in

Psal.2 Psalmo legiť: Reges eos in uirga ferrea: cū superi-
us dixisset, Ego aūt cōstitutus sum rex ab eo super A
Sion montē sanctū eius. Reguntť eñ etiā boni in
1 Pet.4 uirga ferrea, de quibus diciť: Tēpus est ut iudiciū
incipiat à domo dñi. Et si initiū à nobis: qualis fi-
nis erit eis, qui nō credūt dei Euāgelio? Et si iustus
uix saluus erit, peccator & impij ubi parebūt? Ad
quos pertinet quod sequiť: Tanq̃ uas figuli con-
teres eos. Reguntť eñ boni per hanc disciplinam,
mali uero cōminuūtur, qui tanq̃ ijdem ipsi cōme-
morantur proprer una atq; eadem sacramēta, quę
habēt cōmunia mali cū bonis. Quia ergo nume-
rus iste laboriosi huius tēporis sacramētū est, quo
sub disciplina regis Christi aduersus diabolū dimi
camus, etiā illud declarat, q̃d quadraginta dierum
ieiuniū, hoc est humiliationē animæ cōsecrauit &
lex & Prophetæ, per Moysen & Heliam, qui qua- B
dragenis diebus ieiunauerunt: & Euangeliū per
ipsius dñi ieiuniū, quibus diebus quadraginta eti
am tentabať à diabolo, quid aliud q̃ per omne hu
ius seculi tēp us tentationē nostrā in carne sua quā
de nostra mortalitate assumere dignatus est, præfi
gurans? Post resurrectionē quoq; nō amplius q̃ di
es quadraginta cū discipulis suis in hac terra esse
uoluit, huic eorū uitæ adhuc humana cōuersatio-
ne cōiunctus, & cum illis alimēta mortaliū, q̃uis
iam nō moriturus accipiens: ut per ipsos quadra-
ginta dies significaret, se occulta præsentia quod
Mat.28 promiserat impleturū, quādo ait, Ecce ego uobi-
scum sum usq; ad cōsummationē seculi. Cur autē
iste numerus hanc temporalē uitam terrenamq;
significet, illa interim causa de proximo occurrit, C
quamuis sit alia fortasse secretior, q̃ & tēpora an-
norum quadripertitis uicibus currunt, & mūdus
ipse quatuor partibus terminatur, quas aliquādo
uentorū nomine scriptura cōmemorat, ab Orien-
te & Occidente & Aquilone & Meridie. Quadra
ginta aūt quater habēt decē. Porrò ipsa decē ab u-
no usq; ad quatuor progrediēte numero cōsum-
manť. Ad hunc igitur mundū, & ad istam terrenā
mortalemq; uitam hominū, ad nos regēdos in ten
tatione laborantes, uenientē regem Christū Mat-
thæus suscipiens, exorsus est ab Abraham, & enu
merauit qradraginta homines. Ab ipsa enim gen-
te Hebræorum, quæ à cæteris gentibus ut distin-
gueretur, deus de terra sua & de cognatione sua se
parauit Abraham, Christus uenit in carne: ut & D
hoc ad eum distinctius prophetādum & prænun
ciandum maxime pertineret, quod promittebať
ex qua esset gente uenturus. Cum enim quater de
nas generationes tribus distinxisset articulis, di-
cens, ab Abraham usq; ad Dauid generatiōes esse
quatuordecim, & à Dauid usq; ad transmigratio-
nem Babylonis alias quatuordecim, totidemq; ali
as usq; ad natiuitatem Christi, non tamen eas du-
xit in summam ut diceret, Fiant omnes quadra-
gintaduæ. Vnus quippe in illis progeneratoribus
bis numerať, id est Iechonias, à quo facta est quæ-
dam in extraneas gentes deflexio, quādo in Baby
loniā transmigratū est. Vbi autē ordo à rectitudi-
ne flectitur, atq; ut eat in diuersum tanquam angu
lum facit: illud quod in angulo est, bis numerať, in
fine scilicet prioris ordinis, & in capite ipsius de-
flexionis. Et hoc ipsum iam præfigurabat Christū
à circuncisione ad præputiū, tanq̃ ab Hierusalem
ad Babyloniā quodāmodo migraturum, & hinc
atq; hinc utrisq; in se credētibus tanquā lapidem
angularem futurum. Hæc tunc in figura prępara-
bat deus rebus in ueritate uēturis. Nam & ipse Ie-
chonias ubi angulus iste præfiguratus est, inter-
pretatur præparatio dei. Sic ergo iam nō quadra-
gintaduæ quod faciūt ter quatuordecim, sed pro-
pter unum bis numeratū, quadragintauna gene-
rationes fiunt, si & ipsum Christū annumeremus,
qui huic regendæ uitæ nostræ temporali atq; ter-
renæ, tanq̃ numero quadragenario regaliter prę-
sidet. Quem ad istā mortalitatem nobiscū partici-
pandā quia descendentem uoluit significare Mat
thæus, ideo & ipsas generationes ab Abrahā usq;
ad Ioseph & usq; ad ipsius Christi natiuitatē, de-
scendendo cōmemorauit ab initio Euangelij sui.
Lucas aūt non ab initio Euangelij sui, sed à baptis
mo Christi generationes narrat, nec descendēdo
sed ascendendo, tanquam sacerdotē in expiandis
peccatis magis assignans, ubi eū uox de cœlo de-
clarauit, ubi testimoniū Ioannes ipse perhibuit di
cens, Ecce qui tollit peccata mundi. Ascendendo Ioan.1
aūt transit ad Abraham & peruenit ad deum, cui
mundati & expiati reconciliamur. Merito & ado
ptionis originem ipse suscepit, quia per adoptio-
nem efficimur filij dei, credendo in filium dei. Per
carnalem uero generationē filius dei potius pro-
pter nos filius hominis factus est. Satis aūt demō-
strauit, non se ideo dixisse, Ioseph filiū Heli, q̃ de
illo genitus, sed quod ab illo fuerit adoptatus, cū
& ipsum Adā filium dei dixit, cum sit factus à deo
sed per gratiam quam postea peccādo amisit, tan-
quam filius in paradiso constitutus sit. Quapro-
pter in generationibus Matthæi, significatur no-
strorum susceptio peccatorū à domino Christo,
In generationibus autem Lucæ, significatur abo-
litio nostrorū peccatorū à domino Christo. Ideo
eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod
enim dicit Apostolus, Misit deus filium suū in si- Rom.8
militudinem carnis peccati: hæc est susceptio pec
catorum. Quod autem addit, Vt de peccato dam
naret peccatum in carne: hæc est expiatio pecca-
torum. Proinde Matthæus ab ipso Dauid per Sa-
lomonē descēdit, in cuius matre ille peccauit: Lu-
cas uero ad ipsum Dauid per Nathan ascēdit, per
quem Prophetā deus peccatū illius expiauit. Ipse
quoq; numerus quē Lucas exequitur, certissime 2 retract.16
prorsus abolitionē indicat peccatorū. Quia enim
Christi aliqua iniquitas, qui nullam habuit, nō est
utiq; coniuncta iniquitatibus hominum, quas in
sua carne suscepit, ideo numerus penes Matthæū
excepto Christo est quadragenarius. Quia uero
iustitiæ suæ patrisq; nos expiatos ab omni pecca-
to purgatosq; cōiūgit, ut fiat quod ait Apostolus: 1 Cor.6
Qui aūt adhæret deo, unus spiritus est: ideo in eo
numero qui est penes Lucā & ipse Christus à quo
incipit enumeratio, & deus ad quem peruenit,
connu-

connumerant, et fit numerus septuagintaseptem, quo significat omniũ prorsus remissio et obolitio A peccatorũ. Quam etiã ipse dñs per huius numeri mysteriũ euidẽter expressit dicẽs, remittendũ esse peccanti, nõ solũ septies, sed etiã septuagiesseptíes. Nec frustra iste numerus ad peccatorũ omniũ pertinet mundationẽ, si diligẽtius inquiratur. Denarius quippe tanq̃ iustitiæ numerus, in decẽ preceptis legis ostẽditur. Porro peccatũ est legis trãsgressio, Et utiq; trãsgressio denarij numeri cõgruenter undenario figuratur, unde & uela cilicina iubentur in tabernaculo undecim fieri. Quis aũt dubitet ad peccati significationẽ ciliciũ ptinere? Ac per hoc quia uniuersum tẽpus septenario dierum numero uoluitur, cõuenienter undenario septies multiplicato ad numerũ septuagesimũ & septimũ cuncta peccata perueniunt. In quo numero etiam B fit plena remissio peccatorũ: expiante nos carne sacerdotis nostri, à quo nũc iste numerus incipit: & recõciliante nos deo, ad quẽ nũc iste numerus peruenit per spũmsanctũ, qui in colũbæ specie in hoc baptismo, ubi numerus iste cõmemorat appa ruit.

Contextus historiæ de pueritia Iesu V

Post enumeratas generationes Matthæus ita sequit: Christi aũt generatio sic erat, Cũ esset desponsata mater eius Maria, Ioseph, anteq̃ cõuenirẽt inuenta est in utero habens de spiritusancto. Hoc quẽadmodũ factũ sit, quod hic prætermisit, Lucas exposuit post cõmemoratũ cõceptũ Ioannis, ita

Luc.1

narrans, In mense aũt sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomẽ uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit, Aue gratia C plena dñs tecũ, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiã apud deum, Ecce cõcipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur: & dabit illi dñs deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit aũt Maria ad angelum, Quõ fiet istud quoniã uirum non eo gnosco? Et respondens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ideoq; & quod nascet ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Et cætera quæ ad id quod nunc agitur non pertinẽt. Hoc ergo Matthæus comme D morauit dicens de Maria, Inuenta est in utero habens de spiritusancto, Nec cõtrarium est, quia Lu

Matt.1

cas exposuit id quod Matthæus prætermisit, cum de spiritusancto Mariam cõcepisse uterque testetur, Sicut non est contrarium quia Matthæus deinceps connectit quod Lucas prætermittit. Sequi

Matth.1

tur enim & dicit Matthęus. Ioseph autem uir eius cum esset iustus & nollet eum traducere, uoluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicẽs, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã cõiugem tuam, Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse em̃ saluũ faciet populũ suum A à peccatis eorũ. Hoc aũt totũ factũ est, ut adimpleretur quod dictũ est à dño per Prophetã dicentẽ, Ecce uirgo in utero habebit & pariet filiũ, et uocabitur nomen eius Emmanuel, q̃d est interpretatũ, nobiscũ deus. (Esa.7) Exurgens aũt Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus dñi, & accepit coniugẽ suam & nõ cognoscebat eã, donec peperit filiũ suum primogenitũ, & uocauit nomẽ eius Iesum. Cũ ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis: & cætera. De ciuitate Bethleẽ Matthæus Lucasq; consentiunt, Sed quõ & qua causa ad eã uenerit Ioseph & Maria, Lucas exponit: Matthæus prætermittit. Cõtrà de magis ab Oriente uenientibus Lucas tacet, Matthęus dicit ita cõtexens. (Matth.2) Ecce magi ab Oriente uenerunt Hierosolymam dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæo B rum? Vidimus em̃ stellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum. Audiens aũt Herodes rex turbatus est: & cætera, usq; ad eum locum, ubi scriptũ est de ipsis magis, q̃d responso accepto in somnis, ne redirẽt ad Herodem, per aliam uiã reuersi sunt in regionẽ suam. Hoc totũ Lucas prætermittit, sicut Matthæus non narrauit quod Lucas narrat, in præsepi positũ dñm: & quod pastoribus eum natum angelus nunciauerit, & quod multitudo militię cœlestis facta est cum angelo laudantiũ deum, & q̃ uenerũt pastores & uiderunt uerũ esse quod eis angelus nũciauerat: & q̃ die circũcisionis suæ nomen acceperit: & quæ post impletos dies purgationis Marię idẽ Lucas narrat q̃ attulerint eum ad Hierusalẽ, & de Simeone uel Anna quæ dixe C rint de illo in templo, posteaq; cognouerunt eum impleti spiritusancto. Om̃ia hæc tacet Matthęus. Vnde merito quæritur, quãdo facta sint, siue quæ Matthęus prętermittit & Lucas dicit, siue quę Lucas prætermittit & Matthæus dicit. Quãdoquidẽ Matthæus, regressis in regionẽ suã magis qui uenerant ab Oriẽte, sequitur & narrat, Ioseph ab angelo admonitũ ut cũ infante in Ægyptũ fugeret, ne ab Herode necaret: deinde Herodem illo non inuento, à bimatu & infra pueros occidisse. Defuncto aũt Herode redijsse ab Ægypto, & audito quod Archelaus in Iudæa regnaret pro Herode patre suo, habitasse cum puero in Galilæa ciuitate Nazareth: quę omnia Lucas tacet. Nec ideo cõtrariũ uideri potest quod uel hic dicit quæ ille præ D termittit, uel ille cõmemorat quę iste nõ dicit. Sed quærit quãdo fieri potuerint quę cõtexit Matthęus de profectiõe in Ægyptum, atq; inde regressione post Herodis mortẽ, ut iã in ciuitate Nazareth habitarent, quo eos Lucas posteaq; perfecerũt in tẽplo circa puerum om̃ia secundum legem domini, reuersos esse cõmemorat. Hinc proinde cognoscendũ est quod deinceps ad cætera talia ualeat, ne similiter moueant animũq; cõturbẽt, sic unumquẽq; Euangelistam contexere narrationẽ suam, ut tanq̃ nihil prætermittentis series digesta uideatur. Tacitis enim quæ non uult dicere, sic ea quæ uult dicere, illis quæ dicebat adiũgit, ut ipsa continuo sequi uideãtur. Sed cũ alter ea dicit quæ alter tacuit

tacuit, diligenter ordo cōsideratus indicat locum ubi ea potuerit à quo prætermissa sunt trāsilire, ut ea quæ dicere intēderat, ita superioribus copularet, tanq̃ ipsa nullis interpositis sequerenť, Ac ꝑ hoc intelligitur Matthæus ubi ait somnio admonitos magos ne redirent ad Herodē, per aliā uiā regressos in regionē suam: illic prætermisisse quæ Lucas narrauit gesta circa dñm in tēplo, & dicta à Symeone & Anna: ubi rursus Lucas prætermittens ꝓfectionē in Ægyptū, quā narrat Mattheus, tanq̃ cōtinuam contexuit regressionē ad ciuitatē Nazareth. Si quis aūt uelit unam narrationē ex omnib. quæ de Christi natiuitate & infantia uel pueritia in utriusq̃ narratione ab alterutro seu dicunť seu prętermittunť ordinare, sic potest. Christi aūt generatio sic erat: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidā nomine Zacharias, de uice Abia: & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erāt aūt iusti ambo ante deum, incedentes in omnib. mandatis & iustificationib. domini sine querela. Et non erat illis filius eo ꝙ esset Elisabet sterilis, & ambo processissent in dieb. suis. Factū est aūt cum sacerdotio fungereť Zacharias in ordine uicis suæ ante deū secundū consuetudinē sacerdotij, forte exijt ut incēsum poneret ingressus in tēplum dñi. Et omnis multitudo populi erat orās foris hora incēsi. Apparuit aūt illi angelus dñi stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eū. Ait aūt ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, quoniā exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabet pariet tibi filium, & uocabis nomē eius Ioannem, & erit gaudiū tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit ēm magnus corā dño: uinū & siceram nō bibet, & spiritusancto replebiť adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorū Israel cōuertet ad dñm deū ipsorū. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ, ut cōuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiā iustorū: parare dño plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? Ego ēm sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respōdes angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante deū, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui usq̃ in diem quo hæc fiant, pro eo q̃d nō credidisti uerbis meis quæ implebunť tēpore suo. Et erat plebs expectās Zachariā, & mirabantur ꝙ tardaret ipse in tēplo. Egressus aūt nō poterat loqui ad illos, & cognouerūt quod uisionē uidisset in tēplo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factū est ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domū suā. Post hos aūt dies concepit Elisabet uxor eius, & occultabat se mensibus quinq̃ dicēs, Quia sic mihi fecit dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mēse aūt sexto missus est angelus Gabriel à deo in ciuitatē Galilæç, cui nomen Nazareth, ad uirginē desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit, Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Quę cū audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti eñ gratiā apud deū: Ecce cōcipies in utero, & paries filiū, & uocabis nomē eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi uocabiť: & dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis. Dixit aūt Maria ad angelum: Quō fiet istud quoniā uirum nō cognosco? Et respōdens angelus dixit ei, Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi, ideoq̃ & quod nascetur ex te sanctū, uocabiť filius dei. Et ecce Elisabet cognata tua, & ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextus illi quæ uocatur sterilis, quia nō erit impossibile apud deū omne uerbum. Dixit autē Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secūdum uerbū tuum. Et discessit ab illa angelus. Exurgens aūt Maria in diebus illis, abijt in mōtana cū festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domū Zachariæ & salutauit Elisabet. Et factū est ut audiuit salutationem Mariæ Elisabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritusancto Elisabet, & exclamauit uoce magna, et dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater dñi mei ad me? Ecce eñ ut facta est uox salutationis tuæ in aurib. meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: & beata es quæ credidisti, quoniā perficienť ea quæ dicta sunt tibi à dño. Et ait Maria: Magnificat anima mea dñm. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicēt omnes generationes. Quia fecit mihi magna q potēs est, & sanctū nomē eius. Et misericordia eius in ꝓgenies & progenies timētibus eū. Fecit potētiam in brachio, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerū suū, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula. Mansit aūt Maria cum illa quasi mēsibus tribus, & reuersa est in domū suam. Matthæus dicit: Inuēta est in utero habēs de spiritusancto. Ioseph aūt uir eius cū esset iustus & nollet eā traducere, uoluit occulte dimittere eā. Hæc aūt eo cogitāte, ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicēs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā cōiugem tuā: Quod enim in ea natū est, de spiritusancto est. Pariet aūt filiū, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Hoc autē totū factum est, ut adimpleretur quod dictū est à domino per Prophetā dicētē: Ecce uirgo in utero habebit & pariet filiū, & uocabiť nomē eius Emmanuel, quod est interpretatū, nobiscum deus. Exurgēs autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit cōiugem suā & nō cognoscebat eam. Lucas dixit, Elisabet aūt impletū est tēpus pariendi, & peperit filiū. Et audierūt uicini & cognati eius, quia magnificauit dñs misericordiā suā cū illa, & congra-

Marginalia: Mat. 1, Luc. 1 (at "Christi aūt generatio"); Mat. 1 (at "Matthæus dicit"); Esa. 7 (at "per Prophetā"); Luce 1 (at "Lucas dixit"). Section letters A, B, C, D between columns.

cōgratulabanť ei. Et factū est in die octauo, uene-
runt circūcidere puerum, & uocabant eum nomi-
ne patris eius Zachariā. Et respōdens mater eius,
dixit, Nequaq̃, sed uocabiť Ioānes. Et dixerūt ad
illam, quia nemo est in cognatione tua qui uoceť
hoc nomine. Innuebant aūt patri eius quem uel-
let uocari eū. Et postulās pugillarē scripsit dicens,
Ioannes est nomē eius. Et mirati sunt uniuersi. A-
pertū est aūt illico os eius & lingua eius, & loque-
bať benedicēs deū. Et factus est timor sup oēs uici
nos eorū, & super omīa mōtana Iudææ diuulgabā
tur omīa uerba hęc. Et posuerūt oēs qui audierant
in corde suo, dicētes. Quid putas puer iste erit? E-
tenim manus dñi erat cū illo. Et Zacharias pater
eius impletus est spiritusancto et pphetauit dicēs,
Benedictus dñs deus Israel, quia uisitauit & fecit
redēptionē plebis suæ. Et erexit cornu salutis no-
bis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per
os sanctorū qui à seculo sunt prophetarū eius. Sa-
lutē ex inimicis nostris, & de manu omniū qui o-
derunt nos. Ad faciendā misericordiā cū patribus
nostris, & memorari testamēti sui sancti. Iusiuran-
dum quod iurauit ad Abrahā patrē nostrū, daturū
se nobis, ut sine timore, de manu inimicorū nostro
rum liberati seruiamus illi. In sanctitate & iustitia
coram ipso, omnib. diebus nostris. Et tu puer Pro-
pheta altissimi uocaberis, præibis eñ ante faciem
dñi parare uias eius: Ad dandā scientiā salutis ple-
bi eius in remissionē peccatorū eorū. Per uiscera
misericordię dei nostri, in quib. uisitauit nos oriēs
ex alto. Illuminare ijs qui in tenebris & in umbra
mortis sedent, ad dirigēdos pedes nostros in uiā
pacis. Puer aūt crescebat & cōfortabať spiritu, &
erat in desertis usq; in diē ostēsionis suæ ad Israel.
Factū est aūt in diebus illis, exijt edictū à Cæsare
Augusto ut describereť uniuersus orbis. Hæc de-
scriptio prima facta sub præside Syriæ Cyrino. Et
ibant oēs ut profiterenť singuli in suā ciuitatē. A-
scendit aūt & Ioseph à Galilæa de ciuitate Naza-
reth in Iudęam ciuitatē Dauid quæ uocatur Beth
leem, eo q̃d esset de domo & familia Dauid, ut pfi
tereť cū Maria despōsata sibi uxore prægnāte. Fa-
ctū est aūt cū esset ibi, impleti sunt dies ut pareret,
& peperit filiū suū primogenitū, & pānis eum in-
uoluit, & reclinauit eū in præsepio, qa nō erat ei
locus in diuersorio. Et pastores erāt in eadē regio
ne uigilantes et custodientes uigilias noctis supra
gregē suū. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos, &
claritas dei circūfulsit illos, & timuerūt timore ma
gno. Et dixit illis angelus, Nolite timere, Ecce eñ
euangelizo uobis gaudiū magnū quod erit omni
populo, quia natus est uobis hodie Saluator, qui
est dñs, in ciuitate Dauid: Et hoc uobis signum, In
uenietis infantē pannis inuolutū & positū in præ-
sepio. Et subito facta est cū angelo multitudo mili
tiæ cœlestis, laudantium deum & dicentium, Glo
ria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bo
næ uoluntatis. Et factū est ut discesserunt ab eis an
geli in cœlū, pastores loquebanť adinuicē, Tran-
seamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum
quod factum est, quod dñs ostendit nobis. Et ue-
nerunt festinātes, & inuenerūt Mariā & Ioseph &
A infantē positū in præsepio. Videntes aūt cognoue
rūt de uerbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et
omnes qui audierunt mirati sunt, de ijs quæ dicta
erāt à pastorib. ad ipsos. Maria aūt cōseruabat om
nia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi
sunt pastores glorificātes & laudantes deū in om-
nib. quę audierāt & uiderāt, sicut dictū est ad illos.
Et postquā cōsummati sunt dies octo, ut circunci
dereť puer, uocatū est nomē eius Iesus, quod uo-
catum est ab angelo, priusq; in utero cōciperetur.
Matthæus dicit, Et ecce magi ab Oriēte uenerūt *Matth. 2*
Hierosolymam dicentes, Vbi est qui natus est rex
Iudęorū? Vidimus enim stellam eius in Oriēte, &
uenimus adorare eum. Audiens aūt Herodes rex
turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo. Et con
B gregans omnes principes sacerdotū & scribas po
puli, sciscitabať ab eis ubi Christus nasceretur. At
illi dixerūt ei in Bethleem Iudæ, Sic enim scriptū
est per Prophetā, Et tu Bethleē terra Iuda nequā- *Mich. 5*
quā minima es in principibus Iuda, ex te eñ exiet
dux qui regat populū meum Israel. Tūc Herodes
clam uocatis magis, diligēter didicit ab eis tēpus
stellæ quæ apparuit eis. Et mittens eos in Bethleē
dixit, Ite & interrogate diligenter de puero, & cū
inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniēs ado
rem eū. Qui cū audissent regē, abierūt. Et ecce stel
la quā uiderant in Oriēte antecedebat eos usq; dū
ueniēs staret supra ubi erat puer. Videntes autem
stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrā-
tes domū inuenerunt puerū cum Maria matre e-
C ius, & procidentes adorauerūt eum, & apertis the
sauris suis obtulerunt ei munera, aurū, thus & myr
rham. Et respōsō accepto in somnis, ne redirēt ad
Herodē: per aliam uiam regressi sunt in regionem
suam. Qui cū recessissent, Lucas dicit, Postea quā *Luc. 2*
impleti sunt dies purgationis matris eius, secundū
legē Moysi, tulerunt illum in Hierusalē, ut sisterēt
eū domino, sicut scriptū est in lege domini, Quia
omne masculinū adaperiens uuluam, sanctum do
mino uocabitur. Et ut darent hostiam secundū q;
dictū est in lege domini, par turturū aut duos pul-
los columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalē,
cui nomen Symeon & homo iste iustus & timora
tus, expectans consolationē Israel, & spiritussan-
ctus erat in eo. Et respōsum acceperat à spiritusan
D cto, nō uisurum se mortē nisi prius uideret Chri-
stum domini. Et uenit in spiritu in tēplum: Et cum
inducerent puerū Iesum parentes eius, ut facerent
secundū cōsuetudinē legis pro eo, & ipse accepit
eum in amplexus suos, & benedixit deū & dixit,
Nūc dimittis seruū tuum dñe secundū uerbū tuū
in pace, Quia uiderunt oculi mei salutare tuum,
Quod parasti ante faciem omnium populorū, Lu
men ad reuelationē gentiū & gloriā plebis tuæ Is-
rael. Et erat pater eius & mater mirantes super his
quæ dicebant de illo. Et benedixit illis Symeō, &
dixit ad Mariam matrē eius, Ecce positus est hic
in ruinam & resurrectionē multorū in Israel, & in
signum cui cōtradiceť. Et tuam ipsius animā per-
transiet gladius, ut reuelentur ex multis cordibus
cogi-

cogitationes. Et erat Anna Prophetissa filia Pha-
A nuel de tribu Aser: hæc processerat in diebus mul
tis, & uixerat cũ uiro suo annis septẽ à uirginitate
sua. Et hęc uidua erat usq; ad annos octogintaqua
tuor, quæ nõ discedebat de tẽplo, ieiunijs & obse-
crationibus seruiẽs nocte & die. Et hęc, ipsa hora
superueniẽs, cõfitebat dño, & loquebat de illo o-
mnib. qui expectabãt redẽptionẽ Israel. Et ut per-
fecerũt omnia secundũ legem dñi, Matthæus di-
cit, Ecce angelus dñi apparuit in somnis Ioseph,
Matth. 2 dicẽs, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & fu-
ge in Ægyptũ, & esto ibi usq; dũ dicam tibi, Futu-
rum est em̃ ut Herodes quærat puerũ ad perden-
dum eum. Qui consurgens accepit puerum & ma
trem eius & secessit in Ægyptũ. Et erat ibi usq; ad
obitũ Herodis, ut adimpleret quod dictũ est à do
Osee. 11 mino per Prophetã dicentẽ, Ex Ægypto uocaui B
filiũ meũ. Tunc Herodes uidens qm̃ illusus esset à
magis, iratus est ualde: & mittẽs occidit oẽs pue-
ros qui erant in Bethleẽ, & in omnib. finibus eius
à bimatu & infra secundũ tempus q̃d exquisierat
à magis. Tunc adimpletũ est quod dictum est per
Hier. 3 Hieremiã Prophetã dicentẽ, Vox in rama audita
est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans
filios suos, & noluit consolari quia non sunt. De-
functo aũt Herode ecce apparuit angelus dñi in
somnis Ioseph in Ægypto dicẽs, Surge & accipe
puerũ & matrẽ eius & uade in terrã Israel, Defun-
cti sunt em̃ qui quærebãt animã pueri. Qui surgẽs
accepit puerũ & matrẽ eius, & uenit in terrã Isra-
el. Audiens aũt q; Archelaus regnaret in Iudęa ꝓ
Herode patre suo, timuit illò ire. Et admonitus in
somnis, secessit in partes Galilæę, & ueniens ha- C
bitauit in ciuitate quæ uocat Nazareth, ut adim-
pleret quod dictũ est per Prophetã, quoniã Naza
Luca 2 ræus uocabitur. Lucas dicit, Puer aũt crescebat &
confortabatur plenus sapientia, & gratia dei erat
in illo. Et ibãt parentes eius per oẽs annos in Hie-
rusalẽ in die solẽni Paschæ. Et cum factus esset an-
norum duodecim, ascẽdentib. illis Hierosolymã
secundũ cõsuetudinẽ diei festi, cõsummatisq; die-
bus cũ redirẽt, remãsit puer Iesus in Hierusalem,
& nõ cognouerunt parẽtes eius. Existimãtes aũt
illũ esse in comitatu, uenerunt iter diei & require-
bãt eũ inter cognatos & notos, & nõ inueniẽtes,
regressi sunt in Hierusalẽ requirẽtes eũ. Et factum
est post triduũ inuenerũt illũ in templo sedentẽ in
medio doctorũ, audientẽ illos & interrogantem D
eos. Stupebãt aũt omnes qui audiebant eũ, super
prudẽtia & respõsis eius. Et uidẽtes admirati sunt.
Et dixit mater eius ad illum, Fili quid fecisti nobis
sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus
te. Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis?
Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt opor-
tet me esse? Et ipsi nõ intellexerũt uerbũ quod lo-
cutus est ad illos. Et descẽdit cum eis & uenit Na-
zaret, & erat subditus illis. Et mater eius cõserua-
Prædicatio Ioannis Baptistæ bat om̃ia uerba hæc cõferẽs in corde suo. Et Iesus
proficiebat sapiẽtia & ætate & gratia apud deum
Cap. VI & homines. Iam hinc de prædicatione Ioan-
Mat. 3 nis narrari incipit, quã omnes quatuor cõmemo-
rant. Nã & Matthæus post illa uerba quæ ultima
A eius posui, ubi cõmemorauit ex Propheta testimo
nium, Quoniã Nazaræus uocabit, sequit & adiũ-
git, In diebus aũt illis, uenit Ioãnes Baptista prædi
cans in deserto Iudæę &c. Et Marcus qui nihil de
natiuitate uel infantia uel pueritia dñi narrauit,
hinc Euãgelij sumpsit initiũ, id est, à Ioannis prędi
catione. Sic em̃ exorsus est, Initiũ Euangelij Iesu
Christi filij dei, sicut scriptũ est in Esaia Propheta Esa. 40
Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuam, qui præ-
parabit uiã tuã. Vox clamãtis in deserto, parate ui
am dñi, recte facite semitas eius. Fuit Ioãnes in de
serto baptizans & prædicans baptismũ pœniten-
tiæ in remissionẽ peccatorum: & cætera. Et Lucas
post uerba ubi ait. Et Iesus proficiebat sapiẽtia &
ætate & gratia apud deum & homines: de Ioãnis
B prædicatione iam sequit dicens, Anno aũt quin- Luc. 3
todecimo imperij Tyberij Cæsaris, ꝓcurante Pon
tio Pilato Iudęam: tetrarcha aũt Galilæę Herode,
Philippo aũt fratre eius tetrarcha Itureæ & Trach
onitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha,
sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, factũ
est uerbum dñi super Ioannem Zachariæ filiũ in
deserto: & cætera. Ioannes quoque Apostolus in
Euangelistis quatuor eminẽtissimus, posteaq; di-
xit de uerbo dei, qui est ipse filius ante omnia secu
la, quia omnia per ipsum facta sunt, intulit conti-
nuo de Ioannis prędicatione ac testimonio dicẽs,
Fuit homo missus à deo cui nomen erat Ioannes.
Vnde iam uidendum est de ipso Ioanne Baptista
quatuor Euangelistarũ narrationes, quemadmo-
dum inter se nõ discordẽt. Non ut hoc à nobis per
C omnia requirat aut exigat, quod modo fecimus
de primordijs nati ex Maria Christi, queadmodũ
inter se Matthæus Lucasq; cõsentiant, ut ex utri-
usq; narratione unã faceremus: demõstrantes tar-
dioribus quẽlibet eorũ cõmemorãdo qđ alter ta-
cet, uel tacendo quod alter cõmemorat, nõ impe-
dire intellectũ ueracis narratiõis alterius: ut hoc
exẽplo, siue ut à me factũ est, siue alio modo com-
modius fieri possit, uideat unusquisq; & in cęteris
talibus locis fieri posse, q̃d hic factũ esse ꝓspexerit.
Iam ergo ut dixi, uideamus quatuor Euãgelistarũ
de Baptista Ioãne cõsensum. Matthęus ita sequit,
In diebus aũt illis uenit Ioãnes Baptista prædicãs
in deserto Iudæę. Marcus nõ dixit, In diebus illis:
quia nullã seriẽ rerũ ante præmiserat, in quarũ re-
D rũ diebus intelligeret dicere, si diceret, in illis die-
bus. Lucas aũt per potestates terrenas signantius
ipsa tẽpora expressit prædicatiõis uel baptismi Io
annis dicẽs, Anno aũt quintodecimo imperij Ty
berij Cæsaris, ꝓcurãte Põtio Pilato Iudææ: tetrar-
cha aũt Galilæę Herode, Philippo aũt fratre eius
tetrarcha Itureæ & Trachonitidis regiõnis, & Ly
sania Abilinæ tetrarcha, sub principib. sacerdotũ
Anna & Caipha, factũ est uerbũ domini super Io-
annem Zachariæ filium in deserto, Nec tamen in
telligere debemus hos dies, id est, hoc tẽpus harũ
potestatũ significasse Matthęũ cum diceret, In die
bus illis: sed in multo longioris tẽporis spatio uo-
luisse accipi, quod ait, in diebus illis. Mox enim ut
narra-

narrauit reuersum de Aegypto Christum mortuo
Matt.2 Herode, quod utiq; tẽpore infantiæ uel pueritiæ
eius factũ est, ut possit cõstare quod Lucas de illo
Luc.2 cũ duodecim annorũ esset gestum narrauit in tẽplo Hierusalẽ. Cũ ergo infantẽ uel puerũ ex Aegypto reuocatũ cõmemorasset Matthæus, continuo intulit, In diebus autẽ illis uenit Ioannes Baptista, nõ utiq; tantũmodo pueritiæ illius dies insinuans, sed omnes dies ab eius natiuitate usq; ad tempus quo prædicare ac baptizare cœpit Ioannes, quo iam tẽpore Christi ætas iuuenilis inuenitur, quia coæui erãt ipse & Ioannes, & triginta ferme ãnorũ narraẽ fuisse cũ ab illo baptizatus esset.

Herodes duo Cap. VII Sed planè de Herode solet mouere nõnullos, q̃ Lucas narrauit, in diebus baptismi Ioannis Herodem fuisse tetracham Galilææ, quando etiã dominus iuuenis baptizatus est: Matthæus aũt, mortuo Herode, dicit puerũ Iesum ab Aegypto remeasse: quod utrũq; uerũ esse nõ potest, nisi duo fecisse intelligant Herodes. Quod cũ fieri potuisse nemo nesciat, qua cæcitate insaniunt qui ꝓcliuiores sunt ad calumniandũ Euãgelicæ ueritati, q̃ paululum cõsideratiores, ut duos homines eodẽ uocabulo appellatos intelligãt, cuius rei exẽplis plena sunt omia. Nã iste posterior Herodes prioris Herodis filius fuisse perhibetur: sicut Archelaus quẽ Matthæus in Iudææ regnũ patri mortuo successisse commemorat: sicut Philippus quẽ fratrem tetrarchæ Herodis & ipsum Itureç tetrarcham Lucas insinuat. Rex em̃ fuit Herodes ille qui quærebat animã pueri Christi: Herodes autem alius filius eius, nõ rex, sed tetrarcha dictus est, quod nomẽ Græcũ à parte regni quarta inditũ resonat.

Aliter scrupulus Cap. VIII Nisi forte hinc rursus quispiã moueaẽ, cũ Matthæus dixerit ideo timuisse Ioseph cũ puero redeunte ire in Iudæam,
Matt.2 quia pro patre suo Herode Archelaus filius eius ibi regnabat: quõ potuerit ire in Galilæã ubi alius
Luc.3 filius eius Herodes tetrarcha erat, sicut Lucas testaẽ. Quasi uero ipsa sint tempora quibus tũc puero timebaẽ, quę nunc Lucas cõmemorauit, q̃ usq; adeo mutata erant, ut in ipsa Iudæa nõ iã rex esset Archelaus, sed Pontius Pilatus, qui nõ rex Iudæorum sed preses erat: cuius tẽporib. agentes sub Tyberio Cæsare filij maioris Herodis, non regnũ habebant sed tetrachiam. Quod utiq; nondũ factum erat, quãdo Ioseph timẽs Archelaum in Iudæa regnantẽ, se in Galilęã cũ puero contulit, ubi & ciuitas eius Nazareth.

Alius scrupulus Cap. IX Matt.2 An forte & hoc mouet, quo modo dicat Matthæus, propterea cum puero Iesu parẽtes eius isse in Galilæam, quia metu Archelai in Iudæã ire noluerunt: cũ propterea magis isse in Galilęã uideantur, quia ciuitas eorũ erat Nazareth Galilææ, sicut Lucas non tacuit. Sed intelligendũ est, ubi angelus in somnis in Aegypto dixit ad Ioseph, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & uade in terrã Israel: sic intellectum esse primo à Ioseph, ut putaret iussum se esse pergere in Iudæam. Ipsa em̃ primitus intelligi potuit terra Israel. Porrò aũt posteaquã cõperit illic regnare filiũ Herodis Archelaũ, noluit obijcere se illi periculo, cum posset terra Israel etiã sic intelligi, ut & Galilæa il-

A lic deputareẽ, quia & ipsam populus Israel incolebat. Quanq; & alio modo solui possit hęc quęstio quia potuit uideri parẽtibus Christi cũ puero, de quo talia per angelica respõsa didicerãt, nõ esse habitandũ nisi in Hierusalẽ ubi erat templũ domini: & ꝓpterea redeũtes ex Aegypto, illuc eos ituros fuisse, & illic habitaturos, nisi Archelai præsentia terrereneẽ. Neq; em̃ diuinitus iubebãtur ibi habitare, ut de Archelao quod timebãt deberẽt contemnere.

Alia quæstio Cap. X An & hoc aliquis dicit: quõ ergo sicut Lucas narrat, ibãt parentes eius per omnes annos pueritiæ Christi in Hierusalem, si Archelai timore illuc ꝓhibebanẽ accedere? Hoc mihi dissoluere nõ esset difficile, nec si aliquis Euãgelistarũ expressisset, quãdiu ibi regnaret Archelaus. Fieri em̃ pote-
B rat, ut per diem festũ inter tam ingentẽ turbam latentes ascenderent, mox reuersuri, ubi tamen alijs diebus habitare metuerẽt: ut nec solẽnitate preter missa essent irreligiosi, nec cõtinua mãsione cõspicui. Cũ uero etiã de regno Archelai q̃ fuerit diuturnũ, omnes tacuerint, iste quoq; intellectus pa-
Luc.2 tet: ut quòd Lucas dicit ꝑ omnes annos eos ascendere solitos in Hierusalem, tunc accipiamus facta tũ cũ iam nõ timeretur Archelaus. Quod si Archelai regnũ aliquãto diuturnius ulla præter Euangeliũ historia prodit, cui fides habenda uideaẽ: illud quod superius dixi suffecerit, q̃ ita timebãt parentes pueri habitationẽ in Hierusalẽ, ut tamẽ ꝓpter dei timorẽ festiuitatẽ solennẽ nõ prætermitterẽt, in qua latere facillime possent, neq; em̃ incredibi-
C le est captatis tẽporibus opportunis uel dierũ uel horarũ accedere homines ad ea loca in quib. esse formidãt.

De purificatione Cap. XI Hinc etiã illa soluitur quęstio, si aliquẽ mouet, cũ iam solicitus esset ille maior Herodes perculsus magorũ nuncio, q̃ rex Iudæorum natus fuisset, quomodo potuerint completis dieb. purgationis matris eius tuto cũ illo ascendere in tem-
Luc.2 plũ, ut fierẽt circa eum secũdũ legem dñi quæ Lucas cõmemorat. Quis enim non uideat etiam illũ unum diem regem multis occupatũ latere potuisse? Si aũt illud uerisimile non uidetur, q̃ Herodes
Matt.2 qui ualde solicitus expectabat quid sibi magi de puero renũciaret, post tam multos dies se sensit illusum, ut trãsacto tẽpore purgationis matris eius, & peracta circa infantẽ solẽnitate primogenitorũ in tẽplo Hierusalem, post etiã profectiõnẽ eorum
D in Aegyptũ in mentẽ illi uenerit quærere animam pueri, & necare tot paruulos. Si hoc ergo mouet, omitto dicere quot & quãtis occupationib. regia cura distẽdi potuit, & per plurimos dies ab illa intẽtione uel auerti omnino uel impediri. Neq; em̃ enumerari possunt causæ quib. hoc potuerit accidere, quas tamen multas & magnas esse potuisse nemo ita rerũ humanarũ inexpertus est, ut aut neget, aut dubitet. Cuius enim cogitationi non occurrat, q̃ multa alia terribiliora regi nunciari potuerint seu uera seu falsa: ut qui regẽ infantẽ post aliquot annos sibi uel filijs suis aduersaturũ timuerat, aliquorũ magis propinquantiũ periculorum terroribus agitatus, ab illa cura mentẽ abreptã in alijs proxime cauẽdis potius occuparet? Vt ergo

hoc omittã, illud dico. post ca quã nihil Herodi ma gi renunciauerũt, eũ credere potuisse, illos fallaci A stellæ uisiõe deceptos posteaquam nõ inuenerũt quẽ natũ putauerãt, erubuisse ad se redire, atq; ita cũ timore depulso ab inquirẽdo ac psequẽdo puero quieuisse. Cũ ergo post purgationẽ matris eius in Hierusalẽ cũ illo uenissent, & ea gesta essent in tẽplo quę à Luca narrant, quia uerba Simeonis et Annæ de illo pphetantiũ, eũ cœpissent ab eis qui audierãt prædicari, ad pristinã intentionẽ reuocatura erant animũ regis, admonitus per somniũ Ioseph cũ infante & matre eius fugit in Aegyptum. Deinde uulgatis rebus quæ in tẽplo factæ dictæq; fuerãt, Herodes se à magis sensit illusum, ac deinde ad Christi mortẽ cupiẽs puenire, multos infantes, sicut Matthęus narrat, occidit. Matthęus uero de Ioãne ita cõtexit, In diebus aũt illis uenit Ioannes Baptista prędicãs in deserto Iudęę, & dicẽs Pœnitentiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ. Hic est em̃ qui dictus est per Esaiam Prophetam dicentẽ, Vox clamãtis in deserto, parate uiã dñi, rectas facite semitas eius. Marcus quoq; et Lucas cõsentiũt hoc Esaiæ testimoniũ esse de Ioãne. Nã plura uerba etiã cõsequentia ex eodẽ Propheta Lucas cõmemorauit, cũ de Baptista Ioãne narraret. Ioannes aũt Euangelista ipsum Ioannẽ Baptistam de seipso idẽ testimoniũ Esaiæ pnulisse cõmemorat, sicut nũc Matthæus dixit quędã Ioãnis uerba quæ alij nõ dixerũt. Prædicãs, inquit, in deserto Iudææ & dicẽs, Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ cœlorũ: hæc uerba Ioannis alij prętermiserũt. Iam uero quod sequitur Matthęus & adiũgit, Hic est enim qui dictus est per Prophetam Esaiã dicentẽ, Vox clamãtis in deserto, parate uiã dñi, rectas facite semitas eius: ambigue positũ est, nec elucet utrũ ex psona sua idẽ Matthæus hoc cõmemorauerit, an adhuc uerba eiusdẽ Ioannis secutus adiũxerit, ut totum hoc Ioãnes dixisse intelligatur, Pœnitẽtiã agite, appropinquabit em̃ regnũ cœlorũ. Hic est em̃ qui dictus est per Esaiã Prophetã: & cætera. Neq; em̃ hoc mouere debet, quia nõ ait, Ego sum em̃ qui dictus sum per Esaiã Prophetã: sed ait, Hic est em̃ qui dictus est. Solet quippe esse quasi de alijs locutio & ipsorũ Euãgelistarũ Matthęi & Ioãnis. Nã & Matthæus dixit, Inuenit hominẽ, sedentẽ in teloneo: nec dixit, inuenit me. Et Ioãnes, Hic est, inquit, discipulus qui D testimoniũ phibet de his, & scripsit hęc, & scimus quia uerũ est testimoniũ eius. Non dixit, ego sum: aut: uerũ est testimoniũ meũ. Dominus aũt ipse sæpissime dicit, Filius hominis, aut filius dei: & non dicit, ego. Et oportebat, inquit, Christũ pati & resurgere tertio die: nõ dixit, oportebat me pati. Potuit ergo & Ioãnes Baptista cũ dixisset, Agite pœnitentiã appropinquauit enim regnũ cœlorũ: de seipso adiũgere quę sequunt, Hic est em̃ q dictus est per Esaiã Prophetã: & cætera. ut post uerba eius Matthęus ita narrationẽ contexat, Ipse aũt Ioãnes habebat uestimentũ de pilis camelorũ: & cętera. Quod si ita est, nõ mirũ si & interrogatus quid diceret de seipso, sicut narrat Ioãnes Euangelista,

Ego, ait, uox clamantis in deserto: sicut iam dixerat, præcipiẽs ut agerẽt pœnitentiã. De uestimẽto uero eius & uictu ita Matthęus sequit, dicẽs, Ipse aũt Ioannes habebat uestimẽtũ de pilis camelorũ, & zonã pelliceã circa lumbos suos. Esca aũt eius erat locustę & mel syluestre. Hoc & Marcus dicit penẽ totidẽ uerbis, cæteri autẽ duo tacent. Sequitur ergo Matthęus & dicit, Tunc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudea & omnis regio circa Iordanẽ, & baptizabant in Iordane ab eo, cõfitentes peccata sua. Vidẽs aũt multos Pharisæorũ & Saduceorũ uenietes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies uiperarũ quis demonstrauit uobis fugere a futura ira? Facite ergo fructũ dignũ pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos, Patrẽ habemus Abrahã: dico em̃ uobis, quoniã potest deus B ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam em̃ securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructũ bonũ, excidetur & in ignẽ mittetur. Ego quidẽ uos baptizo in aqua in pœnitentiã, qui aũt post me uenturus est fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse uos baptizabit in spirituſancto & igni: cuius uẽtilabrũ in manu sua, & permundabit areã suam, & cõgregabit triticũ suum in horteũ, paleas aũt comburet igni inextinguibili. Hæc omnia dicit & Lucas, eadẽ penẽ uerba Ioãnis exprimens. Et ubi aliquid uariũ est in uerbis, ab eadẽ tamen sententia nõ receditur: uelut cũ dicit Matthæus Ioannem dixisse, Et ne uelitis dicere intra uos, patrẽ habemus Abrahã: ille aũt, Et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abrahã: Iste, Ego quidem uos baptizo in C aqua in pœnitentiã: ille interponit interrogatiõnem turbarũ, quid facerent, et eis respõdentẽ Ioãnem de bonis operibus tanq; de fructibus pœnitentię, quod Mattheus omisit. Deinde in cordib. suis cogitãtibus de illo, utrũ ipse esset Christus: eũ dicit respõdisse, Ego quidẽ aqua baptizo uos: nõ dixit, in pœnitentiã. Deinde Matthæus, Qui autẽ inqt, post me uenturus est, fortior me est: ille uero Venit aũt, inquit, fortior me. Itẽ Matthęus, Cuius nõ sum, inquit, dignus calceamẽta portare: ille autem, Cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calceamentorum eius. Quod & Marcus dicit, cũ cætera taceat. Nam post cõmemoratũ habitũ & uictum eius, secutus ait, Et prędicabat dicens, Venit fortior me post me, cuius nõ sum dignus procũbens soluere corrigiã calceamẽtorũ eius. Ego baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos spirituſancto. De calceamentis ergo hoc à Luca distat, q ad didit, Procũbens. De baptismo aũt hoc ab utroq; quia nõ dixit, Et igni: sed tãtũ, spirituſancto. Sicut enim Matthęus ita & Lucas dixit, & eodem ordine, Ipse uero baptizabit in spiritu & igni: nisi q Lucas nõ addidit, sancto: sicut Matthæus dixit, in spũſancto & igni. His tribus attestatur Ioãnes Euãgelista, cũ dicit, Ioãnes testimoniũ phibet de ipso & clamat dicẽs, Hic erat quẽ dixi, qui post me uenit, ante me factus est, quia prior me erat. Sic enim ostendit, tũc eũ hoc dixisse, quãdo eum illi dixisse cõmemorãt. Repetisse aũt & cõmemorasse quod iam

Margin notes: Baptistoria Cap. XII; Matt. 3; Esa. 40; Luca 3; Marc. 1; Esa. 40; Matt. 9; Ioan. ult.; Matt. 8; Luc. 24.

iam dixiſſet,cũ ait, Hic erat quem dixi, qui poſt
me uenit.Si ergo quæritur,quę uerba potius Ioan
nes Baptiſta dixerit,utrũ quæ Matthæus, an quæ
Lucas eũ dixiſſe commemorat:an quę Marcus in
ipſis paucis quæ illum dixiſſe poſuit, tacẽs cætera
nullo modo hinc laborãdũ eſſe iudicat,qui prudẽ
ter intelligit, ipſas ſententias eſſe neceſſarias co-
gnoſcendę ueritati,quibuslibet uerbis fuerint ex
plicatæ.Quod eñ alius aliũ uerborũ ordinem te-
net,nõ eſt utiq; cõtrariũ.Neq; illud cõtrariũ eſt, ſi
alius dicit quod alius prętermittit. Vt enim quiſq;
meminerat, & ut cuiq; cordi erat uel breuius uel
ꝓlixius,eandem tñ explicare ſententiã,ita eos ex
plicaſſe manifeſtũ eſt.Et in hoc ſatis apparet quod
ad rẽ maxime pertinet,quoniã ueritas Euangelij,
uerbo dei quod ſupra omnẽ creaturã æternũ atq;
incõmutabile ꝑmanet, per creaturã tẽporalibus
ſignis & linguis hominũ diſpẽſato,ſummũ culmẽ
Narratio quatenus uariat ſine mendacio
autoritatis obtinuit,nõ nos debere arbitrari men
tiri quenquã,ſi pluribus rem quã audierũt uel ui-
derũt reminiſcẽtibus,nõ eodẽ modo atq; eiſdem
uerbis,eadẽ tamen res fuerit explicata:ut ſiue mu
tetur ordo uerborũ: ſiue alia pro alijs quæ tñ idem
ualeãt uerba ꝓferantur:ſiue aliquid uel qđ recor
danti nõ occurrit,uel quod ex alijs quæ dicuntur
poſſit intelligi,minus dicaĩ:ſiue aliorũ quę magis
dicere ſtatuit narrãdorũ gratia,ut cõgruus tempo
ris modus ſufficiat,aliquid ſibi nõ totũ explicãdũ
ſed ex parte tangendũ quiſq; ſuſcipiat:ſiue ad illu-
minandã declarandãq; ſententiã,nihil quidẽ rerũ
uerborũ tamẽ aliquid addat,cui autoritas narrãdi
cõceſſa eſt:ſiue rẽ bene tenens nõ aſſequaĩ, q̃uis
id coneĩ,memoriter etiã uerba quę audiuit ad in-
tegrũ enũciare. Quiſquis aũt dicit Euãgeliſtis cer
te per ſpiritusſancti potentiã id debuiſſe concedi,
ut nec in genere uerborũ,nec in ordine,nec in nu
mero diſcreparẽt:nõ intelligit, quãto amplius E-
uãgeliſtarũ excellit autoritas, tãto magis per eos
fuiſſe firmandã cæterorũ hominũ uera loquentiũ
ſecuritatẽ:ut pluribus eandẽ rem forte narrantib.
nullo mõ quiſq; eorũ de mẽdacio recte arguatur,
ſi ab altero ita diſcrepauerit,ut poſſit etiã Euãgeli
ſtarũ exẽplo precedẽte defendi.Cũ enim phas nõ
ſit,Euãgeliſtarũ aliquẽ mẽtitũ fuiſſe, uel exiſtima
re uel dicere:ſic apparebit nec eũ fuiſſe mentitum
cui recordãti tale aliquid acciderit,quale illis acci
diſſe mõſtraĩ.Et quãto magis ad mores optimos
ꝑtinet cauere mẽdaciũ,tãto magis tam eminenti
autoritate regi debeamus,ne putaremus eſſe men
dacia cũ ſic inter ſe uariare aliquorũ narratiões in
ueniremus,ut inter Euãgeliſtas uariatę ſũt, Simul
etiã qđ ad doctrinã fidelem maxime ꝑtinet,intel-
ligeremus:nõ tam uerborũ, q̃ rerũ quærendã uel
amplectẽdam eſſe ueritatẽ,quãdo eos qui non ea
dẽ locutione utunĩ,cũ rebus ſentẽtijsq; nõ diſcre
pãt,in eadẽ ueritate cõſtitiſſe approbamus. Quid
ergo in his quæ de narratiõib. Euãgeliſtarũ colla
ta propoſui,putandũ eſt eſſe contrariũ? An quod
alius dixit,Cuius nõ ſum dignus calciamenta por
tare:alij uero corrigiam calciamenti ſoluere? Nõ
enim uerbis aut uerborũ ordine,aut aliquo gene-

re locutionis,ſed etiã re ipſa uidetur aliud eſſe cal
A ciamenta portare,aliud corrigiã calciamẽti ſolue
re.Merito ergo quæri poteſt,quid Ioãnes dixerit
nõ ſe dignũ eſſe? utrũ calciamenta portare,an cor
rigiã calciamẽti ſoluere? Si enim alterũ horum di
xit,ille uerũ uidetur narraſſe,q hoc potuit narrare
quod dixit. Qui autem aliud, & ſi non eſt menti-
tus,certe uel oblitus,aliud pro alio dixiſſe putabi
tur. Omnem aũt falſitatem abeſſe ab Euangeliſtis
decet,non ſolum eam quæ mentiendo promitur,
ſed etiam quæ obliuiſcendo. Itaque ſi ad rem per-
tinet,aliquid aliud intelligere ex eo quod dictum
eſt,calciamenta portare:aliquid aliud ex eo quod
dictũ eſt,corrigiam calciamẽti ſoluere:quid aliud
accipiendũ recte exiſtimaueris,niſi Ioannẽ utrũq;
B dixiſſe,ſiue aliud alio tempore,ſiue cõtextim? Po
tuit enim ſic dicere. Cuius nõ ſum dignus corrigi
am calciamẽti ſoluere,nec calciamẽta portare: ut
unus Euãgeliſtarũ hinc aliud,alij uero aliud,om-
nes tñ uerũ narrauerint. Si autẽ nihil intendit Io-
annes cũ de calciamẽtis domini diceret,niſi excel
lentiã eius & humilitatẽ ſuã, quodlibet horum di
xerit,ſiue de ſoluenda corrigia calciamẽtorũ, ſiue
de portãdis calciamẽtis,eãdem tamen ſententiã te
nuit,quiſquis etiã uerbis ſuis per calciamentorum
cõmemorationem eandem ſignificationẽ humili
tatis expreſſit,unde ab eadem uoluntate nõ aber
rauit. Vtilis igitur modus & memorię maxime cõ
mendandus,cum de conuenientia dicimus Euan
geliſtarum,non eſſe mendacium, cum quiſq; etiã
dicens aliquid aliud qđ etiã ille non dixit de quo
narrat, uoluntatem tñ eius hanc explicat, quam
C etiã ille,qui eius uerba cõmemorat. Ita enim ſalu-
briter diſcimus,nihil aliud eſſe quærendũ q̃,quid
uelit ille qui loquitur. Sequitur ergo Matthęus
Baptiſmus Chriſti Cap. XI. Matth. 3
& dicit, Tũc uenit Ieſus à Galilęa in Iordanem ad
Ioãnem ut baptizaretur ab eo. Ioãnes aũt prohibe
bat eum dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu ue
nis ad me? Reſpõdens aũt Ieſus dixit ei, Sine mo-
do: Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.
Tunc dimiſit eum. Atteſtantur & cęteri ueniſſe Ie
ſum ad Ioãnem. Baptizatũ autem tres commemo
rant,ſed tacent q Matthæus ait, dixiſſe dño Ioan-
nem,uel Ioanni dñm reſpondiſſe. Deinde ſequi-
tur Matthęus, Baptizatus aũt confeſtim aſcendit
Vox patris Cap. XIIII Matth. 3
de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cœli, & uidit ſpiritũ
dei deſcendentem ſicut columbam & uenientem
ſuper ſe: & ecce uox de cœlis dicens, Hic eſt filius
D meus dilectus in quo mihi complacui, Hoc & alij
duo Marcus & Lucas ſimiliter narrãt. Sed de uer-
bis uocis quæ de cœlo facta eſt uariant locutio-
Luc. 3.
nem,ſalua tñ ſententia. Quod eñ Matthęus ait di
ctum, Hic eſt filius meus dilectus: & alij duo di-
cunt, Tu es filius meus dilectus, ad eandem ſen-
tentiam explicandam ualet, ſicut ſuperius tracta
tum eſt. Vox enim cœleſtis unum horum dixit,
ſed Euangeliſta oſtendere uoluit ad id ualere q̃d
dictũ eſt, Hic eſt filius meus,ut illis potius qui au-
diebant indicaretur,quod ipſe eſſet filius dei:atq;
ita dictũ referre uoluit, Tu es filius meus:ac ſi dice
retur illis, Hic eſt filius meus. Nõ enim Chriſto in

dicabatur quod sciebat, sed audiebant qui aderāt, ꝑpter quos etiam ipsa uox facta. Iam uero ꝙ alius A dicit, In quo mihi cōplacui: alius, In te cōplacui: alius, In te cōplacuit mihi: si quęris qd horum in illa uoce sonuerit, quodlibet accipe, dūmodo intelligas eos qui nō eandē locutionē retulerunt, eādem retulisse sententiā. Quæ diuersitas locutionum ad hoc etiā utilis est, ne uno modo dictū minus intelligaf, & aliter ꝙ res se habet interpretetur. Quod em dictū est, In quo mihi cōplacui: si uelit quis ita intelligere, ut deus in filio sibi placuisse uideaf, ad monetur ex eo qd dictum est, In te cōplacui. Si rursus ex hoc uno intelligat quisꝙ, in filio patrē placuisse hominibus, admonetur ex eo quod dictum est, In te complacuit mihi. Ex quo satis apparet, ꝙ quilibet Euāgelistarū cœlestis uocis etiā uerba te B nuerit: alios ad eandem sententiā familiarius explicandā uerba uariasse: ut intelligatur hoc dictum esse ab omnibus, tanquā diceret, In te placitū meū constitui: hoc est per te gerere qd mihi placet. Illud uero quod nōnulli codices habent secundum Lucam, hoc illa uoce sonuisse qnod in Psalmo scri

Psal. 2 ptū est, Filius meus es tu, ego hodie genuite: quan quā in antiquioribus codicibus Græcis non inueniri perhibeatur, tn̄ si aliquibus fidedignis exemplaribus confirmari possit, quid aliud ꝙ utrumꝙ intelligēdū est quolibet uerborū ordine de cœlo

Scrupulus Cap. XV sonuisse? Quod aūt secundum Ioannē de colūba dicitur, non qn̄ factum est narratur, sed uerba Ioānis Baptistæ referunf cōmemorātis qd uiderit In

Ioan. 1 quo quærif, quemadmodū dictū sit, Et ego nō no C ueram eū, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quē uideris spiritū descendentē & manentē super eū. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Si em̄ tunc eū cognouit cum columbā uidit descendentē super eū, quærendū est quō dixerit uenienti ut baptizaret, Ego magis à te debeo baptizari: hoc em̄ ei dixit antequā columba descēderet. Ex quo apparet, quāuis eum iam nosset: nam

Luc. 1 etiā et in utero matris exultauit, cum ad Helisabet Maria uenisset: aliquid tamē in eo quod nondum nouerat columbæ descēsione didicisse, qd ipse scilicet baptizaret in spiritusancto, ꝑpria quadam et diuina potestate: ut nullus homo qui accepisset à deo baptismū etiā si aliquē baptizaret, posset dicere suum esse qd traderet, uel à se dari spiritumsan

Iesus tentatus Cap. XVI ctum. Sequitur Matthęus et dicit, Tunc Iesus du D ctus est in desertū à spiritu ut tētaref à diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tētator dixit

Matt. 4 ei, Si filius dei es dic ut lapides isti panes fiāt. Qui respōdēs dixit, Scriptum est, Nō in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo qd ꝑcedit de ore dei: & cętera, usꝙ ad id qd dictum est. Tūc reliquit eum diabolus: et ecce angeli accesserunt et ministrabāt

Luc. 4 ei. Totum hoc similiter Lucas narrat, & si non eodē ordine. Vnde incertum est quid prius factum sit, Vtrum regna terrę prius demonstrata sint ei, et postea in pinnam templi leuatus sit: an hoc prius, & illud postea. Nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit: & quod alijs uerbis easdē

sententias Lucas explicat non semꝑ commendandum est cū nihil depereat ueritati. Marcus autē at Marci 1 testaf qdē eū in deserto à diabolo esse tentatū qua draginta dieb. & noctibus, sed tacet qd ei dictū sit quidue responderit. Itē qd Lucas prætermisit, iste nō tacuit, ꝙ angeli ministrabant illi: Ioannes uero totum istum locum prætermisit. Sequitur narrās Vocatio Apostolorū XVII Matthæus. Cum autem audisset qd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæā, hoc & Marcus dicit, hoc et Lucas, sed Lucas de Ioāne tradito nihil hoc loco dicit. Ioannes autē Euangelista priusquā iret Iesus in Galilæam, dicit Petrum & Andream mansisse cum illo uno die, & tunc Petro nomen impo- Ioan. 1 situm, cum antea Simon uocaretur. Sequenti itē die iam uolentem exire in Galileā, inuenisse Philippum, & ei dixisse ut sequeref eum. Inde uētum est, ut etiā de Nathanael narraret. Die autem ter- Ioan. 2 tio in Galilæa constitutum, fecisse illud in Chana de aquę in uinū conuersione miraculū. Quę om̄ia cæteri Euāgelistę prætermiserunt, id contexentes narrationib. suis, ꝙ Iesus reuersus in Galilæam sit: unde intelligitur fuisse interpositos aliquot dies ꝙ bus illa de discipulis gesta sunt, quæ interponuntur à Ioanne. Non est autē cōtrarium ei loco ubi Matthęus narrat dn̄m dixisse Petro, Tu es Petrus & su Matth. 16 per hāc petram ædificabo Ecclesiam meam. Neꝙ enim hoc nomē tunc accepisse intelligendus est, sed tunc potius, quādo ei Ioannes dictum esse cōmemorat, Tu uocaberis Cephas, quod interpre- Ioan. 1 taf Petrus: ut eū hoc nomine appellaret postea dn̄s dicens, Tu es Petrus. Non enim ait, tu uocaberis Petrus, sed tu es Petrus: quod etiam dictū erat antea, tu uocaberis. Deinde contexit narrationē Matthæus & dicit, Et relicta ciuitate Nazareth, Matth. 4 uenit & habitauit in Capernaum maritima, in finib. Zabulon & Neptalim: & cætera, quousꝙ sermo terminetur quem habuit in monte. In quo cōtextu narrationis attestatur ei Marcus de discipu- Marci 1 lorū uocatione, Petri & Andreæ, & paulopost Iacobi & Ioannis. Sed cū Matthęus cōtinuo cōiungeret narrationē prolixi illius sermonis quem in mōte habuit, posteaꝙ multos curauit, & eū multæ turbę secutę sunt, Marcus interposuit alia, quia docebat eos in synagoga & stupebant sup doctri na eius. Tūc ipse dixit, quod & Matthæus post illum prolixū sermonē: quia erat docens eos quasi potestatē habēs & nō sicut Scribæ. Narrauit etiā de homine à quo expulsus est immundus spiritus deinde de socru Petri. In his aūt Lucas ei cōsentit. Luc. 4 Matthæus uero de isto dæmonio nihil narrauit, de socru aūt Petri nō tacuit, sed postea. In hoc autem loco quem nūc consideramus, idē Matthæus post uocationē discipulorum, quibus piscantibus iussit ut eum sequerent, narrat eum circuisse Galileam, docentē in synagogis & prædicantē Euangeliū, & sanantē omnem languorem: & collectis ad eum turbis, ascendisse in montē & usum fuisse illo sermone prolixo. Dat ergo locū intelligendi, tunc facta esse quæ Marcus post electionē eorum dem discipulorū narrat, cum circumiret Galilęam & doceret in synagogis eorū: tunc etiam de socru

Petri

Petri: sed eum postea cõmemoraſſe quod prætermiſerat, quamuis non omnia prætermiſſa in narrationem reuocauerit. Sanè poteſt mouere, quomodo Ioannes dicat, non in Galilæa, ſed iuxta Iordanem, primo Andream ſecutũ eſſe dñm, cum alio cuius nomen tacetur, deinde Petrũ ab illo nomen accepiſſe, tertio Philippum uocatũ ut eum ſequeretur. Cęteri aũt tres Euãgeliſtę de piſcatione uocatos eos dicunt ſatis inter ſe conuenienter, maxime Matthæus & Marcus. Nam Lucas Andream nõ nominat, qui tñ intelligitur in ea naui fuiſſe ſecundũ Matthęi & Marci narrationem, qui breuiter hoc pſtringunt quemadmodũ geſtũ ſit. Quod Lucas apertius explicauit, cõmemorãs ibi etiam miraculũ ſuper captura piſciũ, & quod ex ipſa naui dñs prius fuerit locutus ad turbas. Hoc etiam uidetur diſtare, quod tantum Petro à dño dictum commemorat, Ex hoc iam homines eris capiens: quod illi, ſcilicet Matthęus & Marcus, ambobus fratribus dictum eſſe narrarunt. Sed potuit utiq; prius hoc Petro dici, cũ de capta ingenti multitudine piſciũ miraretur, q̃d Lucas inſinuauit: & ambobus poſtea, quod illi duo cõmemorauerunt. Illud ergo quod de Ioanne diximus, diligenter cõſiderandũ eſt. Non enim parua repugnantia putari poteſt, cum & locorũ plurimũ interſit, & temporis & ipſius uocationis. Nam ſi iuxta Iordanem antequã Ieſus iſſet in Galilæã, ad teſtimoniũ Ioannis Baptiſtæ ſecuti ſunt eũ duo, quorũ erat unus Andreas qui fratrẽ ſuum Simonem cõtinuo adduxit ad Ieſum, quando & nomen ut Petrus uocaretur accepit, quomodo ab alijs Euangeliſtis dicitur, q eos in Galilæa piſcantes inuenerit atq; ad diſcipulatum uocauerit: niſi quia intelligendũ eſt, non ſic eos uidiſſe tunc dñm iuxta Iordanem, ut et iam inſeparabiliter cohærerent, ſed tantum cognouiſſe quis eſſet, eũq; miratos ad ꝓpria remeaſſe? Nam & in Chana Galilææ cũ feciſſet de aqua uinum, dicit idẽ Ioannes, quod crediderint in eum diſcipuli eius. Quod ita narrat, Et die tertio nuptiæ factæ ſunt in Chana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autẽ & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Qui utiq; ſi tũc in eũ crediderũt, ſicut paulopoſt dicit, nõdũ erant diſcipuli cũ ad nuptias uocati ſunt. Sed illo more locutionis hoc dictũ eſt, quo loquimur, cũ dicimus Apoſtolũ Paulũ in Tarſo Ciliciæ natũ. Neq; enim tũc iam erat Apoſtolus. Ita diſcipulos Chriſti inuitatos ad nuptias cũ audimus, nõ iam diſcipulos, ſed qui futuri erãt diſcipuli intelligere debemus. Iam enim utiq; diſcipuli Chriſti erant, quando iſta narrata atq; conſcripta ſunt. Et ideo ſic de illis locutus eſt temporum prȩteritorum narrator. Quod aũt dicit idem Ioannes, Poſt hæc deſcendit Capernaũ ipſe & mater eius & fratres eius & diſcipuli eius, & ibi mãſerũt nõ multis diebus: incertũ eſt utrũ iam illi adhæſerãt, etiã Petrus & Andreas & filij Zebedęi. Matthæus enim primo narrat quod uenerit & habitauerit in Capernaum: & poſtea q̃d eos de nauib. piſcantes uocauerit: iſte aũt, q̃d cum illo Capernaum uenerint diſcipuli eius. An forte Matthæus quod prætermi-

Ioan.1 | Matt.4 | Marci 1 | Lucæ 5 | Ioan.2 — A | B | C | D

ſerat recapitulauit, quia non ait ipſe, Poſt hoc ambulans iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres: ſed ſine ulla cõſequentis tẽporis differẽtia. Ambulãs aũt, inquit, iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres: & cętera. Proinde fieri poteſt, ut poſtea narrauerit, nõ quod poſtea factũ erat, ſed quod prius prætermiſerat, ut cum illo intelligãtur ueniſſe Capernaum, quo Ioannes dicit, & ipſum et matrẽ eius et diſcipulos ueniſſe. An potius alij diſcipuli fuerũt, ſicut eum iam Philippus ſequebatur, quẽ ſic uocauerat, ut diceret ei, Sequere me. Quo enim ordine uocati ſint omnes duodecim Apoſtoli, in Euãgeliſtarum narrationib. non apparet quandoquidẽ nõ tantum ordo uocationis, ſed nec ipſa uocatio cõmemorata eſt omnium, ſed tantum Philippi & Petri & Andreæ & filiorum Zebedęi & Matthæi publicani, qui etiam Leui uocabatur. Singillarim tñ ab eo nomẽ & primus & ſolus Petrus accepit. Nam filios Zebedæi nõ ſingillatim, ſed ſimul ambos appellauit filios tonitrui. Sanè animaduertendum eſt, quod ſcriptura Euãgelica & Apoſtolica, nõ ſolum illos duodecim appellat diſcipulos eius ſed omnes qui in eum credẽtes, magiſterio eius ad regnum cœlorum erudiebantur. Ex quorũ multitudine elegit duodecim, quos & Apoſtolos nominauit, ſicut Lucas cõmemorat. Ipſe quippe paulopoſt ait, Et deſcendẽs cũ illis ſtetit in loco cãpeſtri, & turba diſcipulorũ eius. & multitudo copioſa plebis. Non utiq; diceret turbã diſcipulorũ, homines duodecim. Alijs quoq; ſcripturarum locis hoc euidenter apparet, diſcipulos eius omnes appellatos qui ab eo diſcerẽt quod ad æternã uitam pertineret. Quęri aũt poteſt, quõ binos uocauerit de nauiculis piſcatores, primo Petrũ & Andreã, deinde progreſſus paululũ alios duos filios Zebedæi ſicut narrant Matthæus & Marcus, cũ Lucas dicat ambas eorũ nauiculas impletas magna illa captura piſciũ, ſociosq; Petri cõmemoret Iacobũ & Ioannẽ filios Zebedæi uocatos ad adiuuandũ, cũ retia extrahere plena non poſſent, ſimulq; miratos tantã multitudinem piſcium quę capta erat: & cũ Petro tantum dixiſſet, Noli timere, ex hoc iam homines eris capiẽs: ſimul eũ tamen ſubductis ad terrã nauibus ſecutos fuiſſe. Vnde intelligendum eſt hoc primo eſſe factum q̃d Lucas inſinuat. Nec tunc eos à dño uocatos, ſed tantũ Petro fuiſſe prædictum q̃d homines eſſet capturus. Quod non ita dictum eſt, quaſi iam piſces nunquam eſſet capturus. Nam & poſt reſurrectionem dñi legimus eos eſſe piſcatos. Dictum eſt ergo, quod deinceps capturus eſſet homines: non dictum eſt, q̃d iam non eſſet capturus piſces. Vnde datur locus intelligere eos ad capturam piſcium ex more remeaſſe, ut poſtea fieret, q̃d Matthæus & Marcus narrãt: q̃n eos binos uocauit, & ipſe iuſſit ut eũ ſequerentur, primo duobus Petro & Andreę, deinde alijs duobus filijs Zebedęi. Tunc eñ non ſubductis ad terram nauib. tanquã cura redeundi, ſed ita eũ ſecuti ſunt, tanquã uocantẽ ac iubentẽ ut eũ ſequerẽtur.

Matth.4 | Ioan.1

Recessus Iesu Galilæam. Cap. XVII.

Illud etiã requirendum eſt, quomodo Ioannes Euangeliſta antequã Ioãnes Baptiſta miſſus eſſet in

in carcerē, dicit Iesum isse in Galilæam. Postea enim ꝗ cōmemorauit, quod in Chana Galilææ fecit de aqua uinum, & descendit Capernaū cū matre & discipulis, & ibi manserunt non multis diebus, dicit eum deinde ascēdisse Hierosolymā propter Pascha. Post hoc uenisse in Iudæā terrā & discipulos eius, & illic demoratū cū eis & baptizantem, ubi secutus ait, Erat aūt & Ioānes baptizans

Ioan. 3 in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erāt illic, & adueniebāt & baptizabātur. Nondū ēm missus erat in carcerē Ioannes. Matthęus aūt dicit, Cum

Matt. 4 aūt audisset quod Ioānes traditus esset, secessit in

Marc. 1 Galilæam. Similiter & Marcus. Posteaquā autem traditus est, inquit, Ioānes, uenit Iesus in Galilæā. Lucas aūt nihil dicit de tradito Ioāne, sed tamē & ipse post baptismum & tentationē Christi dicit eū isse in Galilæā, sicut illi duo. Nam ita contexit narrationem suam. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tēpus. Et regressus

Luce 4 est Iesus in uirtute spiritus in Galilęā, & fama exijt ꝑ uniuersam regionem de illo. Vnde intelligitur hos tres Euangelistas non Ioanni Euāgelistæ contraria narrasse, sed prętermisisse primū dñi aduentum in Galilęā posteaquā baptizatus est, quādo illic aquā conuertit in uinū. Tunc ēm nondum erat traditus Ioannes. Eum uero aduentū eius in Galilæam cōtexuisse narrationibus suis qui post Ioannem traditū factus est, de quo eius reditu in Gali-

Ioan. 4 læam etiā ipse Ioannes Euāgelista sic loquit, Vt ergo cognouit Iesus, quia audierūt Pharisęi quia Iesus plures discipulos facit & baptizat ꝗ Ioannes, quanquam Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abijt iterū in Galilæam. Tunc ergo intelligimus iam fuisse traditū Ioānē, Iudęos uero audisse ꝙ plures discipulos faceret & bapti-

Sermo in monte Cap. XIX zaret ꝗ fecerat & baptizauerat Ioānes. Iam nūc de illo sermone prolixo quē secundū Matthæum in monte habuit dñs, uideamus utrū ei cæteri Euāgelistę nihil aduersari uideantur. Marcus quippe non eum cōmemorauit omnino, nec aliquid eius simile dixit, nisi quasdam sententias, non contextim, sed sparsim, quas dñs locis alijs repetiuit. Reliquit tamē locum in textu narrationis suæ, ubi intelligamus hunc dictū esse sermonē, sed ab eo præ

Marci 1 termissum. Et erat, inqt, prędicans in sinagogis eorū, & omni Galilæa, & dæmonia eijciēs. In hac prędicatiōe quam dicit eū habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiā sermo iste habitus in monte, cuius commemorationem facit Matthæus. Nanq; idem Marcus ita sequit, Et uenit ad eū leprosus deprecans eum, & genu flexo dicit, Si uis potes me mūdare: & cętera. De hoc leproso mūdato talia cōnectit, ut ipse intelligatur quem Matthęus cōmemo

Matth. 8 rat tūc esse mundatū, quādo post illum sermonem dñs de monte descendit. Sic enim ait Matthæus, Cum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multę. Et ecce leprosus ueniēs adorauit eum dicens, Domine si uis potes me mundare: & cętera. Huius leprosi etiam Lucas meminit, nō sane hoc ordine, sed ut solent prætermissa recordari, uel posterius facta præoccupari, sicut diuinitus suggerebātur, quæ antea cognita, postea recordādo conscriberēt. Veruntamē idem Lucas sermonem etiā ipse domini prolixum narrauit, ubi etiā sic exorsus est, ut in isto Matthæus. Hic ēm dixit, Beati pauperes spiritu quoniam ipsorū est regnū cęlorū: & ille, Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Deinde multa quę sequūtur etiā in Lucę narratione similia sunt. Et ad extremum sermo Luce 6

nis ipsa conclusio prorsus eadem reperitur, de homine prudente, qui ędificat super petrā, & de stulto qui ędificat super arenā: nisi quod ibi flumē tantum dicit illisum domui, non & pluuiā, & uentos, sicut Matthæus. Posset ergo facillime credi, eūdē etiam ipse domini interposuisse sermonē, aliquas autem prætermisisse sentētias quas Matthęus posuit. Item alias posuisse, quas iste non dixit: quasdā etiam non ijsdem uerbis, custodita tamē ueritatis integritate similiter explicasse. Posset hoc sicut dixi facillime credi, nisi moueret quod Matthęus in monte dicit hunc habitū esse sermonē à dño sedēte. Lucas autem in loco campestri à domino stante. Hęc itaq; diuersitas facit uideri, alium fuisse illū alium istum. Quid enim prohiberet Christū alibi quędā repetere quę iam antea dixerat, aut iterum quędā facere quę antea iam fecerat? Nō sane istos duos sermones, quorum unum Matthæus, alterū Lucas inseruit, lōga tēporis distātia separari, hinc ꝓbabiliter creditur, quod & antea & postea quędam similia, uel eadē ambo narrarūt, ut nō absurde sentiantur eorū narratiōes hęc interponētiū in eisdē locis & diebus esse uersatas. Nam Matthęus hoc dicit, Et secutæ sunt eū turbæ multę de Galilęa et Decapoli & Hierosolymis et Iudęa de trans Iordanem. Videns autem turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suū docebat eos dicens, Beati Matt. 5

pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœlorū: & cætera. Hic potest uideri multas turbas uitare uoluisse, & ob hoc ascēdisse in montē, tanquā secedendo à turbis, ut solis suis discipulis loqueretur. Cui rei uidet atrestari etiā Lucas, ita narrās, Factū Luce 6

est autē in illis diebus, exijt in montē orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonē quē cognominauit Petrum & Andream fratrē eius, Iacobum & Ioannē, Philippum & Bartholomeum, Matthęum & Thomam, Iacobū Alphei & Simonem qui uocat Zelotes, Iudā Iacobi & Iudā Scarioth, qui fuit ꝓditor. Et descendēs cum illis stetit in loco cāpestri, & turba discipulorū eius, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudæa & Hierusalē & maritima & Tyri & Sidonis: qui uenerāt ut audirent eū et sanarētur à languoribus suis. Et qui uexabantur à spiritib. immūdis curabantur. Et omis turba qrebat eū tāgere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati paupes, quia uestrū est regnū dei: & cętera. Hic potest intelligi cū in monte duodecim discipulos elegit ex pluribus, ꝗs Apostolos nominauit, quod Matthęus prętermisit, tūc illum

illum habuisse sermonẽ quem Matthæus interpo
suit, & Lucas tacuit, hoc in mõte. Ac deinde cum
descendisset, in loco cãpestri, habuisse alterũ simi
lem, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet, &
Matt. 7 utrũq; sermonẽ eodẽ modo esse cõclusum. Quod
autẽ Matthæus isto sermone terminato sequit̃ &
dicit: Et factũ est cũ cõsummasset Iesus uerba hęc,
admirabãtur turbæ super doctrina eius: potest ui-
deri discipulorũ turbas dixisse, ex quibus xij. illos
Apostolos elegerat. Quod uero mox ait: Cum au
tem descendisset de mõte, secutæ sunt eum turbæ
multæ. Et ecce leprosus ueniẽs adorabat eum: po
test intelligi post utrunq; sermonẽ factũ fuisse, nõ
solũ quem Matthæus, uerumetiã quem Lucas in-
terponit. Neq; enim apparet post descensionẽ de
mõte quantũ temporis fuerit interpositũ, sed hoc
solum uoluit significare Matthæus, post illam de
scensionem multas turbas fuisse cum dño, quãdo
leprosum mundauit, nõ quantũ temporis inter-
fuerit: pręsertim cum eundẽ leprosum Lucas iam
in ciuitate posito dño, dicat esse mundatũ, quod
Matthæus dicere nõ curauit. Quanquã etiã illud
posset occurrere, in aliqua excelsiore parte mõtis
primo cum solis discipulis dñm fuisse, quando ex
eis illos xij. elegit: deinde cum eis descẽdisse, non
de mõte, sed de ipsa montis celsitudine in campe-
strem locũ, id est, in aliquã æqualitatẽ quæ in late-
re mõtis erat, et multas turbas capere poterat: atq;
ibi stetisse donec ad eũ turbæ congregarent̃. Ac
postea cũ sedisset accessisse ꝓpinquius discipulos
eius, atq; ita illis cæterisq; turbis præsentib. unum
habuisse sermonẽ, quem Matthæus Lucasq; nar-
rauerunt, diuerso narrãdi modo, sed eadẽ ueritate
rerũ & sententiarũ, quas ambo dixerũt. Iam enim
præmonuimus, quod & nullo præmonente uni-
cuiq; sponte uidendũ fuit, si quis prætermittat ali-
quid quod alius dicat, nõ esse cõtrariũ, nec si alius
alio modo aliquid dicat, dum eadẽ rerũ sententia
rumq; ueritas explicetur: ut quod Matthæus ait,
Cum aũt descẽdisset de monte, simul etiam de illo
cãpestri loco qui in latere mõtis esse potuit intelli
gatur. Deinde Matthæus de leproso mũdato nar
Centurionis accessus ad Iesum. XX rat, quod etiã Marcus & Lucas similiter. Post
hæc Matthæus sequit̃ & dicit: Cum aũt iintroisset
Capernaũ, accessit ad illum Centurio, rogãs eum
& dicens: Dñe, puer meus iacet in domo paralyti
cus & male torquetur, & cætera, usq; ad eum locũ
ubi ait: Et sanatus est puer ex illa hora. Hoc de pu
ero Centurionis etiã Lucas cõmemorat: nõ sicut
iste post leprosum mundatũ, quem ille postea re-
cordatus cõmemorauit, sed post finem illius pro-
lixioris sermonis, quod ita cõiungit: Cum aũt im-
plesset oĩa uerba sua in aures plebis, intrauit Ca
pernaũ. Cẽturiõis aũt cuiusdã seruus male habẽs
erat moriturus, qui illi erat preciosus, &c. usq; in
eum locum quo sanatus est. Hic intelligendũ est,
cũ implesset quidẽ omnia uerba sua in aures ple-
bis, intrasse Christũ Capernaũ, hoc est, quia nõ an
tequã hæc uerba terminasset intrauit: sed non esse
expressum post quantũ tẽporis interuallũ cũ istos
sermones terminasset intrauerit Capernaũ. Ipso
quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quẽ
A loco suo Matthæus interponit, iste aũt postea re-
cordat̃. Iam ergo uideamus utrũ sibi de hoc seruo
Centurionis Matthæus Lucasq; consentiãt. Mat
thæus enim dicit, Accessit ad eũ Centurio, rogãs Matt. 8
eũ & dicẽs, Puer meus iacet in domo paralyticus.
Cui uidet̃ repugnare quod ait Lucas, Et cum au-
disset de Iesu, misit ad eũ seniores Iudęorũ, rogans Luc. 7
eũ ut ueniret & sanaret seruũ eius. At illi cũ uenis-
sent ad Iesum rogabãt eũ solicite dicẽtes ei, Quia
dignus est, ut hoc illi præstes: Diligit enim gentẽ
nostrã, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus
aũt ibat cum illis. Et cum iam nõ longe esset à do-
mo, misit ad eum Centurio amicos dicẽs, Dñe no
li uexari. Non enim dignus sum ut sub tectũ meũ
intres. Propter quod & meipsum nõ sum dignum
B arbitratus ut uenirem ad te, sed dic uerbo, & sana-
bitur puer meus. Si enim hoc ita gestum est, quo-
modo erit uerum quod Matthæus narrat, Acces-
sit ad eum quidã Centurio, cum ipse nõ accesserit,
sed amicos miserit: nisi diligẽter aduertẽtes intel-
ligamus Matthæũ nõ omnimodo deseruisse usita
tum morẽ loquendi. Non solum enim dicere solẽ
mus, accessisse aliquem etiã anteq; perueniat illuc
quò dicitur accessisse. Vnde etiã dicimus, parũ ac
cessit uel multum accessit, eo quò appetit perue-
nire: uerumetiã ipsam peruentionem cuius adipi
scendi causa accedit̃, dicimus plerunq; factã: etsi
eũ ad quem peruenit nõ uideat ille qui peruenit,
cũ per amicũ peruenit ad aliquẽ cuius ei fauor est
necessarius. Quod ita tenuit cõsuetudo, ut iã etiã
C uulgo peruentores appellent̃, qui potentiũ quo- Peruentores
rumlibet tanq; inaccessibiles animos, per conue-
nientiũ personarũ interpositionẽ, ambitionis arte
pertingunt. Si ergo ipsa peruentio usitate dicitur
per alios fieri, quãto magis accessus per alios fieri
potest, qui plerunq; infra peruẽtionem remanet,
quando potuerit quisq; plurimũ quidẽ accedere,
sed tñ nõ potuerit peruenire? Non ergo absurde
Matthæus, etiã qđ uulgo possit intelligi, ꝑ alios
facto accessu Cẽturionis ad dñm, cõpendio dice-
re uoluit, Accessit ad eũ Centurio. Veruntñ non
negligẽter intuẽda est etiã sancti Euãgelistæ alti-
tudo mysticę locutionis, secundũ quam scriptum
est in Psalmo: Accedite ad eum, & illuminamini. Psal. 33
D Proinde quia fidẽ Centurionis, qua uere accedit̃
ad Iesum, ipse ita laudauit ut diceret, Non inueni
tãtã fidẽ in Israel: ipsum potius accessisse ad Chri
stum dicere uoluit prudẽs Euangelista, q; illos ꝑ
quos uerba sua miserat. Porrò aũt Lucas ideo to- Luc. 7
tum quemadmodũ gestũ esset aperuit, ut ex hoc
intelligere cogeremur, quemadmodũ eum acces-
sisse dixerit alius qui mentiri nõ potuit. Sic eñ &
illa mulier quę fluxũ sanguinis patiebat̃, quamuis
fimbriã uestimenti eius tenuerit, magis tamẽ teti-
git dñm, q; illæ turbæ à quibus premebat̃. Vt eñ
hæc quo magis credidit, eo magis tetigit domi-
nũ: ita & Centurio quo magis credidit, eo magis
accessit ad dñm. Iam cætera in hoc capitulo quæ
alter dicit & alter prætermittit, superfluo pertra-
ctantur, cum ex illa regula primitus commẽdata

Socrus Petri nihil inueniantur habere cõtrarium. Sequitur
sanata Matthæus & dicit: Et cum uenisset Iesus in domũ A
XXI Petri, uidit socrũ eius iacentem & febricitantẽ, &
tetigit manũ eius, & dimisit eam febris, & surrexit
& ministrabat eis. Hoc quãdo factũ sit, id est post
quid uel ante quid, nõ expressit Matthæus. Non
eñ post quod narraẽ, post hoc etiã factũ necesse
est intelligatur. Nimirũ tamen iste hoc recoluisse
intelligitur quod prius omiserat. Nam id Marcus
narrat anteq̃ illud de leproso mundato cõmemo
ret, quod post sermonẽ in mõte habitum, de quo
ipse tacuit, uideẽ interposuisse. Itaq; & Lucas post
hoc factũ narrat de socru Petri, post quod & Mar
cus. Ante sermonẽ etiam ipse quem prolixũ inter
posuit, qui potest idẽ uideri quem dicit habitũ in
mõte Matthæus. Quid aũt interest quis quo loco
ponat, siue q̃d ex ordine inserit, siue q̃d omissum
recolit, siue quod postea factũ ante præoccupat:
dum tamẽ non aduerseẽ eadem uel alia narran- B
ti, nec sibi, nec alteri? Quia eñ nullius in potesta-
te est quãuis optime fideliterq; res cognitas quo
quisq; ordine recordetur, quid prius posteriúsue
homini ueniat in mentẽ, nõ est ut uolumus, sed ut
daẽ: satis probabile est q; unusquisq; Euãgelistarũ
eo se ordine credidit debuisse narrare, quo uolu-
isset deus ea ipsa quæ narrabat eius recordationi
suggerere, in eis dũtaxat reb. quarũ ordo siue ille,
siue ille sit, nihil minuit autoritati ueritatiq; Euan
gelicæ. Cur aũt spiritussanctus diuidẽs ꝑpria uni-
cuiq; prout uult, & ideo mẽtes quoq; sanctorum
propter libros in tanto autoritatis culmine collo-
candos, in recolẽdo quæ scriberẽt sine dubio gu- C
bernans & regẽs, aliũ sic, aliũ uero sic narrationẽ
suam ordinare permiserit, quisquis pia diligentia
quæsiuerit, diuinitus adiut⁹ poterit inuenire. Hoc
tamẽ nõ est huius operis munus quod nunc susce
pimus, tantũ ut demõstremus Euangelistas, neq;
sibi neq; inter se pugnare, q̃libet ordine, uel easdẽ
res, uel alias factorũ dictorũq; Christi unusquisq;
eorum potuerit uoluerit'ue narrare. Quapropter
ubi ordo temporum non apparet, nihil nostra in-
teresse debet quẽ narrãdi ordinẽ quilibet eorũ te-
nuerit: ubi autem apparet, si quid mouerit quod
sibi aut alteri repugnare uideaẽ, utiq; consideran
Ordo tẽporis dum & enodandũ est. Sequiẽ ergo Matthæus
XXV dicens: Vespere autem facto, obtulerũt ei multos
dæmonia habentes, & eijciebat spiritus uerbo, & D
omnes male habẽtes curauit, ut adimpleteẽ quod
dictum est per Esaiam prophetã dicentẽ: Ipse in-
firmitates nostras accepit, & ægrotatiões nostras
portauit. Hoc ad eiusdẽ diei tempus pertinere sa-
tis indicat, cũ cõiungit: Vespere autem facto. Sic
Mar. 1 & Marcus cum de ipsa socru Petri sanata dixisset:
Et ministrabat eis: hoc idẽ subiecit: Vespere autẽ
facto cum occidisset sol, afferebãt ad eum omnes
male habẽtes, & dæmonia habẽtes, & erat omnis
ciuitas cõgregata ad ianuã, & curauit multos qui
uexabanẽ uarijs languoribus, & dæmonia multa
eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniã sciebant
eum. Et diluculo ualde surgẽs egressus est & abijt
in desertũ locũ. Videẽ hic ordinem tenuisse Mar-
cus, ut post illud quod dictum est, Vespere autem
facto, deinde diceret, & diluculo ualde surgens.
Quãuis nec illud necesse sit, ubi dicitur, Vespere
aũt facto, eiusdẽ diei uesperũ accipere: nec ubi di-
citur, diluculo: eiusdẽ noctis diluculũ. Tamen ut-
cunq; uideri potest hic rerũ gestarũ ordo seruatus
propter digestũ ordinem temporũ. Lucas quoq; Luc. 4
cũ de socru Petri narrasset, nõ ait ipse: Vespere au
tem facto: sed tamen q̃d idem significaret adiũxit
dicens: Cum sol aũt occidisset, omnes qui habe-
bant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos
ad eum: at ille singulis manus imponens curauit
eos. Exibãt etiã dæmonia à multis clamantia & di
cẽtia: quia tu es filius dei. Et increpãs non sinebat
ea loqui, quia sciebãt ipsum esse Christum. Facta
aũt die, egressus ibat in desertũ locum. Et hic uide
mus eundẽ prorsus ordinem temporũ custoditũ,
quem comperimus apud Marcũ. Matthæus autẽ
qui uideẽ non ordinem quo gestum est, sed quod
prætermissum recolit, hoc de socru Petri comme
morasse, posteaq; narrauit quid ipso die facto etiã
uespere gestum sit, iam nõ subiungit diluculũ, sed
ita narrat: Videns autem Iesus turbas multas cir-
cum se, iussit ire trans fretũ. Iam hoc aliud est, non
illud quod Marcus & Lucas contexunt, qui post Matt. 8
uesperum diluculum ponunt. Quod ergo hic di-
ctum est: Videns aũt Iesus turbas multas circũ se,
iussit ire trans fretum: aliud eum recordatũ inter-
posuisse debemus accipere, quod die quodã cum
uidisset Iesus turbas circũ se, iussit ire trãs fretum.
Deinde quod subiũgit: Et accedẽs unus scriba Sequar te, etc.
ait illi, Magister sequar te quocunq; ieris: usq; ad il XXIII
lud ubi ait: Dimitte mortuos sepelire mortuos su-
os: hoc similiter narrat & Lucas. Sed ille post plu
ra, nec ipse sanè expresso ordine temporũ, sed re-
cordantis modo: utrũ quod prius omisit, an quod
posterius etiã factũ q; sunt ea quæ sequunẽ, præoc
cupauit incertũ est. Ita enim dicit: Factum est aũt
ambulantibus illis in uia, dixit quidã ad illum: Se-
quar te quocunq; ieris. Et respondit ei prorsus ea
dem quæ Matthæus cõmemorat. Quod aũt Mat-
thæus dicit tunc istud gestũ esse, quando iussit ut
irent trans fretũ, Lucas uero ambulantibus illis in
uia, nõ est contrariũ: quia in uia utiq; ambulabant
ut uenirẽt ad fretũ. Et de illo qui petit primũ sepe
lire patrẽ suum, Matthæus & Lucas omnino con-
sentiũt. Quod enim Matthæus primo eiusdẽ uer-
ba posuit, hoc est patrẽ suum sepelire petentis, &
deinde domini dicentis, Sequere me: Lucas autẽ
primo domini dicentis, Sequere me: & deinde il-
lius hoc petentis: ad sententiã nihil interest. Com
memorauit Lucas & aliũ dixisse: Sequar te dñe,
sed primum permitte mihi renunciare ijs quæ do
mi sunt: de quo tacet Matthæus. Inde iam Lucas
in aliud pertexit, nõ in illud quod ordine tẽporis
sequebaẽ. Post hæc autem, inquit, designauit do-
minus & alios septuagintaduos. Post hæc quidẽ Luc. 10
manifeste, sed quanto tẽporis interuallo post hæc
fecerit illud dñs, nõ apparet. In ipso tamen inter-
uallo fit quod deinceps Matthæus subiũgit: nam
idem Matthæus ordinem temporũ adhuc tenet,
ita

De porcis præcipitatis XXIIII Matt. 8 ita narrans. Et ascendente eo in nauiculā, secu-
ti sunt eū discipuli eius, & ecce motus magnus fa-
ctus est in mari: usq; ad illud ubi ait, Et uenit in ci-
uitatē suam. Ista duo facta cōtinuatim quæ narrat
Matthęus de tranquillato mari, posteaq; uētis im
perauit Iesus à somno excitatus: & de illis qui ha-
bebant sæuū dæmoniū, ruptisq; uinculis ageban-
Mar. 4 tur in desertū: similiter narrant Marcus & Lucas:
Luc. 8 uerbis alijs dictę sunt ab alio atq; alio quędā sentē
tiæ, nō tamē aliæ: uelut illud q̄d eum dicit dixisse
Matthæus, Quid timidi estis modicæ fidei: Mar-
cus ita dicit, Quid timidi estis, necdum habetis fi-
dē? id est, illam perfectā, uelut granū sinapis. Hoc
ergo & ille ait, Modicæ fidei. Lucas autē, Vbi est
fides uestra? Et totū quidē dici potuit, Quid timi-
di estis, Vbi est fides uestra, Modicæ fidei. Vnde
aliud hic, aliud ille cōmemorat. Et illud quod ex-
citātes eum dixerūt. Matthęus sic, Dn̄e salua nos,
perimus. Lucas, Magister non ad te pertinet quia
perimus? Lucas, Præceptor perimus: una eadēq;
sentētia est excitantium dn̄m, uolentiumq; salua-
ri: nec opus est quærere quid horū potius Christō
dictum sit. Siue enim aliquid horū triū dixerint, si
ue alia uerba quæ nullus Euangelistarū cōmemo
rauit, tantundē tamen ualentia ad eandem senten
tiæ ueritatē, quid ad rem interest? Quanq; & hoc
fieri potuit, ut plurib. eū simul excitātibus, omnia
hæc, aliud ab alio dicerent. Item ꝙ sedata tempe-
state dixerunt secundū Matthæū, Qualis est hic,
quia uēti & mare obediūt ei? Secundū Marcum,
Quis putas est iste, quia uentus & mare obediunt
ei? Secundū Lucā, Quis putas hic est, quia & uen
tis imperat & mari, & obediunt ei? quis nō uideat
unā esse sententiā? Tantundē enim prorsus ualet,
Quis putas est iste, & qualis est hic. Et ubi non est
dictū Imperat: utiq; consequenter intelligit, quia
Matt. 8 imperanti obedit. Quod uero Matthæus duos di
Mar. 5 cit fuisse qui legionem illam dæmonū patiebant,
Luc. 8 quæ in porcos ire permissa est: Marcus aūt & Lu-
cas unū cōmemorant, intelligas unum eorū fuisse
personę alicuius clarioris et famosioris, quē regio
illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimū
satagebat. Hoc uolentes significare duo Euange-
listæ, solū cōmemorandum iudicauerūt, de quo fa
cti huius fama latius pręclariusq; fragrauerat. nec
ꝙ uerba dæmonum diuerse ab Euangelistis dicta
sunt, habet aliquid scrupuli, cum uel ad unā redi-
gi sententiā, uel omnia dicta possint intelligi. Nec
quia pluraliter apud Matthæū, apud illos aūt sin-
gulariter loquit, cū & ipsi narrēt, ꝙ interrogatus
quid uocaret, legionē se esse respōdit, eo ꝙ multa
essent dæmonia. Nec ꝙ Marcus dixit circa mon-
tem fuisse gregē porcorū, Lucas autem in monte,
quicq; repugnat. Grex enim porcorum tam ma-
gnus fuit, ut aliquid eius esset in mōte, aliquid cir-
ca montē. Erant eñ duo milia porcorū, sicut Mar
Paralyticus in grabato XXV Matt. 9 cus expressit. Hinc ergo sequit Matthæus, ad-
huc temporū ordinem seruās, atq; ita narrationē
contexit: Et ascendens in nauiculā transfretauit,
& uenit in ciuitatē suam. Et ecce offerebant ei pa
ralyticum iacentē in lecto, &c. usq; ad illud quod
ait: Videntes aūt turbæ, timuerunt & glorificaue-
A runt deū, qui dedit potestatē talē hominibus. De
hoc paralytico dixerunt etiam Marcus & Lucas.
Quod ergo Matthęus dicit dn̄m dixisse, Confide
fili, remittuntur tibi peccata tua: Lucas autem nō Luc. 5
dixit Fili, sed homo: ad sententiā domini expres-
sius insinuandam ualet, quia homini dimitteban-
tur peccata, qui hoc ipso ꝙ homo erat, non posset
dicere, Non peccaui: simul etiā ut ille, qui homini
dimittebat, intelligeret deus. Marcus aūt hoc di- Mar. 2
xit quod & Matthęus, sed nō dixit, cōfide. Potuit
quidem & ita dici, Confide homo, dimittunt tibi
peccata fili: aut, Cōfide fili, dimittunt tibi peccata
homo: aut quolibet uerborū ordine cōgruenti. Il
lud sane potest mouere, ꝙ de isto paralytico Mat Matt. 9
B thęus ita narrat: Et ascendēs in nauiculā trāsfreta-
uit, & uenit in ciuitatē suā: & ecce offerebāt ei pa-
ralyticū iacentē in lecto. Marcus autem nō hoc in
eius ciuitate factum dicit, quæ utiq; Nazareth uo
catur, sed Capernaū: quod ita narrat: Et iterum in
trauit in Capernaum post dies, & auditū est ꝙ in
domo esset, et cōuenerunt multi: ita ut nō caperet
neq; ad ianuā, & loquebat eis uerbū. Et uenerunt
ferētes ad eū paralyticū, qui à quatuor portabat.
Et cum nō possent offerre eū illi præ turba, nuda-
uerunt tectū ubi erat, & patefacientes submiserūt
grabatū, in quo paralyticus iacebat. Cum uidisset
aūt Iesus fidē illorū, &c. Lucas aūt nō cōmemorat
quo in loco factum sit, sed ita dicit: Et factum est Luc. 5
in una dierū & ipse sedebat docens. Et erant Pha-
risæi sedentes, & legis doctores, qui uenerant ex
C omni castello Galilææ & Hierusalem: & uirtus e-
rat dn̄i ad sanandos eos. Et ecce uiri portantes in
lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebāt
eū inferre, et ponere ante eū: et nō inuenientes qua
parte illū inferrent præ turba, ascenderūt supra te
ctum, et per tegulas submiserunt illum cum lecto
in mediū ante Iesum. Quorū fidem ut uidit, dixit:
Homo, remittunt tibi peccata tua, &c. Remanet
igitur quæstio inter Marcum & Matthęū, ꝙ Mat
thæus ita scribit tanq; in ciuitate dn̄i factū sit: Mar
cus autem in Capernaum. Quę difficilius soluere
tur, si Matthæus etiam Nazareth nominaret: nūc
uero cum potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Chri-
sti, q̄a in Galilæa erat Nazareth, sicut uniuersum
regnum in tot ciuitatibus constitutum, dicit Ro-
D mana ciuitas: cumq; in tot gentibus constituta ci
uitas sit, de qua scriptum est: Gloriosissima dicta Psal. 86
sunt de te ciuitas dei: & cū ipse prior populus dei
in tot ciuitatibus habitās, etiam una domus dicta
sit domus Israel: q̄s dubitauerit in ciuitate sua hoc
fecisse Iesum, cum hoc fecerit in Capernaum ciui
tate Galilææ? quò transfretādo redierat de regio
ne Gerasenorum, ut ueniens in Galilæā, recte di-
ceretur uenisse in ciuitatē suam, in quocunq; op-
pido esset Galilææ: præsertim quia & ipsa Caper
naum ita excellebat in Galilæa, ut tanq; metropo
lis haberetur. Quod si prorsus non liceret accipe
re ciuitatem Christi uel ipsam Galilęā, in qua erat
Nazareth, uel ipsam Capernaum, quę sicut caput
Galilęę ciuitatib. eminebat, diceremus Matthæū
præter-

prætermiſiſſe, quæ geſta ſunt, poſteaquã uenit Ie-
ſus in ciuitatẽ ſuam, donec ueniret Capernaũ, & A
hoc adiunxiſſe de ſanato paralytico: ſicut in mul-
tis ita faciũt prætermittẽtes media, tanq; hoc cõti
nuo ſequatur, quod ſine ulla prætermiſſionis ſuæ
Matthæus ſignificatione ſubiungunt. Hinc ergo ſequitur
uocatus Matthæus dicens: Et cũ tranſiret inde Ieſus, uidit
XXVI hominẽ ſedentẽ in teloneo Matthæũ nomine. Et
Matt. 9 ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eũ. Hoc
Mar. 2 Marcus ita narrat, eundẽ etiam ipſe ordinẽ tenẽs
poſt illius paralytici ſanitatem. Et egreſſus eſt, in-
quit, ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eũ, & do
cebat eos. Et cum præteriret uidit Leui Alphei ſe
dentẽ ad teloneũ, & ait illi: Sequere me. Et ſurgẽs
ſecutus eſt eum. Nihil hic repugnat: ipſe eſt enim
Matthęus qui & Leui. Lucas etiã hoc poſt eundẽ
Luc. 5 paralyticũ ſanatũ ita ſubiungit. Et poſt hæc exijt,
& uidit publicanũ nomine Leui ſedentẽ ad telo- B
neum, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus,
ſurgens ſecutus eſt eum. Hinc aũt probabilius ui-
detur q; hæc prætermiſſa recordando Matthæus cõ
memorat: quia utiq; ante illum ſermonẽ habitũ in
monte, credendum eſt uocatũ eſſe Matthęum. In
eo quippe monte tunc Lucas cõmemorat omnes
xij. ex pluribus diſcipulis electos, quos & apoſto
Conuiuiũ cũ los nominauit. Sequitur itaq; Matthæus & di-
publicanis cit: Et factũ eſt diſcũbente eo in domo, ecce multi
XXVII publicani et peccatores uenientes, diſcũbebant cũ
Matt. 9 Ieſu & diſcipulis eius, &c. uſq; ad illud ubi ait: Sed
uinũ nouum in utres nouos mittũt, & ambo con-
ſeruantur. Hic Matthęus nõ expreſſit in cuius do
mo diſcũbebat Ieſus cum publicanis & peccatori C
bus: unde poſſet uideri non hoc ex ordine ſubiun
xiſſe: ſed quod alio tempore factũ eſt, recordatus
interpoſuiſſe, niſi Marcus & Lucas qui hoc om-
nino ſimiliter narrãt, manifeſtarẽt in domo Leui,
hoc eſt Matthæi diſcubuiſſe Ieſum, & dicta illa o-
mnia quæ ſequunt᷑. Ita eñ Marcus hoc idem dicit
Mar. 2 eundẽ ordinẽ ſeruans: Et factũ eſt, cum accumbe
ret in domo illius, multi publicani & peccatores
ſimul diſcumbebãt cũ Ieſu. Cum ergo dicit, In do-
mo illius: exprimit utiq; illum, de quo ſuperius lo
quebatur, id eſt Leui. Sic & Lucas cũ dixiſſet, Ait
Luc. 5 illi, Sequere me: & relictis omnibus ſurgens ſecu
tus eſt eum: cõtinuo ſubiecit, Et fecit ei conuiuiũ
magnũ Leui in domo ſua, & erat turba multa pu-
blicanorũ & aliorũ qui cũ illis erãt diſcumbentes. D
Manifeſtũ eſt itaq; in cuius domo iſta gerebãtur.
Iam ipſa uerba uideamus: uel quæ à dño dicta, uel
quæ ab illo reſponſa ſunt, omnes iſti tres Euange
Matt. 9 liſtæ poſuerũt. Matthæus: Et uidẽtes, inquit, Pha-
riſæi, dicebãt diſcipulis eius: Quare cũ publicanis
& peccatorib. manducat magiſter ueſter? Totidẽ
pene uerbis hoc ait & Marcus: Quare cũ publica
nis & peccatorib. manducat & bibit magiſter ue-
ſter? Prætermiſſum eſt ergo à Matthæo quod iſte
addidit & bibit. Sed quid ad rem, cũ plena ſit ſen-
tentia, inſinuãs pariter cõuiuantes? Lucas aũt ali-
quanto differẽtius hoc uidetur cõmemoraſſe. Et
murmurabãt, inquit, phariſæi & ſcribæ eorum, di
centes ad diſcipulos eius: Quare cũ publicanis &

A peccatorib. manducatis & bibitis? Non utiq; ma-
giſtrum eorũ uolens illic intelligi, ſed ſimul omni
bus, et ipſi et diſcipulis eius hoc obiectũ inſinuãs:
non tantum ei dictum, ſed illis, quod & de ipſo, &
de illis acciperetur. Nam utiq; & ipſe Lucas ita di
cit dñm reſpondiſſe: Non ueni uocare iuſtos, ſed
peccatores in pœnitentiã. Quod non eis reſpon-
diſſet, niſi q̃d dixerãt, manducatis & bibitis, ad ip-
ſum maxime pertineret. Propterea etiã Matthæus
& Marcus de illo diſcipulis eius hoc obiectũ eſſe
narrarũt: quia & cum de diſcipulis dicebat᷑, magi
ſtro magis obijciebatur, quẽ ſectando imitabant᷑.
Vna ergo ſententia eſt, & tanto melius inſinuata,
quanto quibuſdã uerbis, manente ueritate, uaria-
ta. Item quod Matthæus refert dñm reſpondiſſe,
Nõ eſt opus ualentib. medicus, ſed male habenti-
B bus. Euntes aũt diſcite quid eſt, Miſericordiã uo-
lo & non ſacrificiũ. Non enim ueni uocare iuſtos,
ſed peccatores. Marcus quoq; & Lucas eiſdẽ pe-
nè uerbis eandẽ ſententiã tenuerunt, niſi q; ambo
nõ interponũt illud ex propheta teſtimoniũ: Mi- *Oſee 6*
ſericordiã uolo q̃ ſacrificiũ. Lucas aũt cũ dixiſſet,
Non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores: ad-
didit, in pœnitentiã: quod ad explanandã ſenten-
tiam ualet, ne quiſq; peccatores ob hoc ipſum q;
peccatores ſunt, diligi arbitret᷑ à Chriſto: cum &
illa ſimilitudo de ægrotis bene intimet quid uelit
deus uocãdo peccatores, tanq; medicus ęgrotos,
utiq; ut ab iniquitate tanquã ab ægritudine ſalui
fiant: quod fit per pœnitentiã. Itẽ quod dicit Mat
thæus: Tũc acceſſerũt ad eũ diſcipuli Ioãnis, dicen
C tes, Quare nos & phariſæi ieiunamus frequẽter?
Marcus ſimiliter intulit dicens: Et erant diſcipuli
Ioãnis & phariſæi ieiunãtes, & ueniũt & dicũt illi,
Cur diſcipuli Ioannis & phariſæorũ ieiunant, tui
aũt diſcipuli nõ ieiunant: niſi q; iſte putari poteſt
addidiſſe phariſæos, q; ſimul cum diſcipulis Ioan-
nis hoc dixerunt, cum Matthęus tantũ diſcipulos
Ioannis hoc dixiſſe perhibeat. Sed uerba ipſa quę
illos dixiſſe apud Marcũ legitur, magis indicant
alios hoc dixiſſe de alijs: id eſt cõuiuas qui aderãt
ueniſſe ad Ieſum, quia ieiunabãt diſcipuli Ioannis
& phariſæi, & hoc ei de illis dixiſſe: ut quod ait, ue
niũt, nõ de ipſis dixerit de quibus interpoſuerat,
Et erãt diſcipuli Ioãnis & phariſæi ieiunantes: ſed
cũ iſti eſſent ieiunantes, ueniunt illi quos hoc mo
D uet, & dicũt illi: Cur diſcipuli Ioãnis & phariſæo-
rum ieiunant, tui aũt non ieiunant? Quod Lucas
euidẽtius expreſſit, ita hoc idem intimãs, cum di-
xiſſet, quid eis reſponderit dominus de uocatiõe
peccatorũ, tanquã ægrotorũ. At illi, inquit, dixe-
rũt ad eũ: Quare diſcipuli Ioãnis ieiunãt frequen-
ter, & obſecrationes faciũt, ſimiliter & phariſæo-
rum, tui aũt edũt & bibunt? Ergo & hic ſicut Mar
cus alios de alijs hoc dixiſſe narrauit. Vnde ergo
Matthæus: Tunc acceſſerũt ad eum diſcipuli Io- *Matt. 9*
annis dicẽtes: Quare nos & phariſæi ieiunamus:
niſi quia & ipſi aderant, & oẽs certatim, ut quiſq;
poterat, hoc obiecerũt. Quorũ ſentẽtia diuerſo lo
quendi modo, ſed tamẽ à ueritate nõ alieno, à tri-
bus Euãgeliſtis inſinuata eſt. Item illud de ſponſi
filij

filijs,quia nõ ieiunabant, quãdiu cum eis est spon
sus:similiter interposuerũt Matthæus & Marcus, A
Mar.2 nisi q Marcus filios nuptiarum appellauit, quos
ille sponsi:quod ad rem nihil interest. Filios quip
pe nuptiarũ non tantũ sponsi,sed etiã sponsę intel
ligimus.Eadem ergo est aperta sententia, non al-
Luc.5 tera aduersa.Lucas autẽ nõ ait, Nunquid possunt
filij sponsi ieiunare:sed ait,Nũquid potestis filios
sponsi,q diu cum illis est spõsus, facere ieiunare?
In quo & ipse ad aliud quiddã insinuandũ, eandẽ
sententiã eleganter aperuit.Sic enim intelligitur,
eosdem ipsos qui loquebant fuisse facturos,ut lu
gentes ieiunarẽt filij spõsi,quoniã ipsi essent spon
sum occisuri. Quod autẽ dixit Matthæus lugere,
hoc Marcus & Lucas ieiunare:quia & illi postea
tunc ieiunabunt,ait,nõ tunc lugebũt. Verum illo
uerbo significauit de tali ieiunio dominũ locutũ,
quod pertinet ad humilitatẽ tribulatiõis : ut illud
alterũ,quod pertinet ad gaudiũ mentis,in spirita-
lia suspensæ, atq ob hoc alienatæ quodãmodo à
corporalib.cibis,posteriorib.similitudinibus do-
minus significasse intelligatur, de panno nouo &
uino nouo: id ostendẽs q animalibus atq carnali
bus circa corpus occupatis,& ob hoc ueterem ad
huc sensum trahẽtibus,hoc genus ieiunij nõ con-
gruat , quas similitudines & alij duo similiter ex-
plicarũt.Iam eñ satis in prõptu est, nihil esse con-
trariũ, si quis alius dicit , quod alius prætermittit,
seu uerbi,seu rei:dum uel ab eadẽ sentẽtia nõ rece
datur,uel quę forte ab alio ponitur,alij nõ aduer-
Archisyna gogi filia XXVIII Matt.9 setur. Sequitur deinde Matthæus adhuc tẽpo-
rum ordinẽ seruans.Hæc illo loquẽte ad eos,ecce
princeps unus accessit & adorabat eum dicẽs:Fi-
lia mea modo defuncta est , sed ueni impone ma-
num tuã super eam, & uiuet, &c. usq ad illud ubi
ait:Et surrexit puella, & exijt fama hæc in uniuer-
sam terrã illam. Dicũt hoc & alij duo, Marcus &
Lucas,sed ab isto ordine iam recedũt. Alibi enim
hoc recordantur atq inserũt:id est, eo loco ubi re
dit transfretando à regione Gerasenorũ, post ex-
pulsa , & in porcos permissa dæmonia . Nam hoc
Mar.5 Marcus ita coniungit post illud apud Gerasenos
factum.Et cum trãscendisset, inquit, Iesus in naui
rursus trans fretũ, conuenit turba multa ad illum,
& erat circa mare . Et uenit quidã de archisynago
gis,nomine Iairus,& uidens eũ procidit ad pedes
eius,&c,Ac per hoc intelligendũ est,hoc quidem
de archisynagogi filia factũ esse, cũ transcendisset
Iesus in naui rursus trans fretũ,sed quãto post non
apparet.Nisi enim fuisset interuallum,nõ esset qñ
fieret quod modo narrauit Matthæus in cõuiuio
domus suæ:tanquam de alio quippe narrauit,mo
re Euangelistarũ, quod de se ac domo sua gestum
erat,post quod factũ nihil aliud cõtinuo sequit q
hoc de archisynagogi filia.Sic enim ipse contexit
ut ipse trãsitus aperte indicet hoc cõsequẽter nar-
rari,quod & consequenter factũ est. Quandoqui
dem cum superius cõmemorasset, quæ de panno
nouo et de uino nouo Iesus dixerit,cõtinuo subie
cit:Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus
accessit:Ac p hoc si hęc illo loquẽte accessit,nihil
aliud factorũ dictorumq eius interpositum est.In
narratione autẽ Marci, patet locus ubi interponi
alia potuerint,sicut iam ostendimus . Similiter &
Lucas,cum post narratũ apud Gerasenos miracu
lum transiit ad narrandum de archisynagogi filia,
nõ sic transiit ut renitatur Matthæo,qui post illas
de panno & uino similitudines hoc gestũ esse de-
monstrat dicendo:Hęc illo loquente.Iste quippe
cũ terminasset quod apud Gerasenos factum nar
nauerat,hoc modo trãsiit in aliud: Factum est aũt
inquit,cũ redijsset Iesus,excepit illum turba. Erãt Luc.8
enim omnes expectãtes eũ . Et ecce uir cui nomẽ
Iairus , & ipse princeps synagogæ erat , & cecidit
ad pedes Iesu,&c.Et sic intelligit quod turba qui-
dem illa continuo exceperit dñm , quippe quem
B redriturũ expectabat.Quod uero adiunxit: Et ec-
ce uir cui nomẽ Iairus,nõ cõtinuo factũ accipien-
dũ est,sed prius illud de conuiuio publicanorũ:si-
cut narrat Matthæus.Cui rei sic coniungit hoc,ut
nõ possit aliud factũ cõsequenter intelligi . In hac
ergo narratione,quã nunc considerandã suscepi-
mus,de illa quidem quæ fluxũ sanguinis patieba-
tur,omnes isti tres Euangelistæ sine ulla quęstiõe
concordant. Neq enim interest ad rei ueritatẽ,q
ab alio aliquid tacitum,ab alio dicit : nec q Mar-
cus dicit,Quis tetigit uestimenta mea : Et Lucas,
Quis me tetigit? Alter eñ dixit usitate, alter pro
prie,eandem tamen uterq sententiam.Nam usit
tius dicimus,conscindis me,quàm conscindis ue-
stimenta mea : cum tamen in aperto sit quid ueli-
mus intelligi. At uero cum Matthæus archisyna-
C gogum,nõ moriturã,uel morientem uel in extre-
mo uitæ positam filiam suam narrat domino nun
ciasse,sed omnino defunctam: illi autẽ duo, mor-
ti iam proximã,nondum tamẽ mortuã: usq adeo,
ut dicant uenisse postea qui mortuã nunciarẽt, &
ob hoc iam non debere uexare magistrum, tanq
sic ueniret , ut manũ imponendo mori nõ sineret,
non ut qui posset mortuam suscitare. Consideran
dum est ne repugnare uideatur,& intelligendum
est,breuitatis causa Matthęum hoc potius dicere
uoluisse rogatũ esse dominũ ut faceret,quod eum
fecisse manifestum est,ut scilicet mortuam suscita
ret:attendit enim non uerba patris de filia sua,sed
quod est potissimũ,uoluntatem: & talia uerba po
suit,qualis uolũtas erat . Ita enim desperauerat, ut
D potius eam uellet reuiuiscere , nõ credens uiuam
posse inueniri,quam morientem reliquerat.Duo
itaq posuerunt quid dixerit Iairus: Matthæus au-
tem quid uoluerit atq cogitauerit. Vtrumq ergo
petitum est à domino , ut uel morientẽ saluam fa-
ceret,uel mortuam suscitaret.Sed cum instituisset
Matthæus totum breuiter dicere , hoc insinuauit
patrem rogantẽ dixisse,quod & ipsum certum est
uoluisse, & Christũ fecisse. Sane si illi duo uel quis
quam eorũ,patrem ipsum cõmemorasset dixisse,
quod sui de domo uenientes dixerãt,ut iã non ue
xaretur Iesus,q puella mortua fuisset,repugnarẽt
eius cogitationi uerba quæ posuit Matthæus:nũc
uero & illud suis nunciantibus, & prohibenti-
bus ne iam magister ueniret, nõ legitur quod ille
con-

consenserit. Ac per hoc & illud quod ei dominus
ait, Noli timere, crede tantũ, & salua erit: nõ diffi- A
dentem reprehendit, sed credentẽ robustius cõfir
mauit. Talis quippe in illo fides erat, qualis & in
Mar.9 illo qui ait, Credo domine, adiuua incredulitatem
meã. Quæ cum ita sint, per huiusmodi Euangeli-
starum locutiones uarias, sed non contrarias, rem
plane utilissimã discimus, et pernecessariam: nihil
in cuiusq; uerbis nos debere inspicere, nisi uolun
tatem cui debent uerba seruire: nec mentiri quen
quã, si alijs uerbis dixerit quid ille uoluerit, cuius
uerba nõ dicit: neq; miseri aucupes uocum, apici-
bus quodãmodo literarũ putent ligãdam esse ue-
ritatem, cum utiq; nõ in uerbis tantũ, sed etiam in
cæteris omnibus signis animorum nõ sit nisi ipse
animus inquirendus. Quod autem nõnulli codi-
ces habent secundum Matthæũ, Non enim mor-
tua est mulier, sed dormit: cum eam Marcus & Lu
cas duodecim annorũ puellam fuisse testentur, in B
telligas Hebræo more locutum esse Matthæum.
Nam & alijs scripturarũ locis hoc inuenitur, non
eas tantum quæ uirum passæ fuerant, sed omnino
fœminas etiam intactas atq; integras, mulieres ap
Gen.2 pellari: sicut de ipsa Eua scriptum est, Formauit
Num.13 eam in mulierẽ. Et illud in libro Numerorum, ubi
iubentur custodiri mulieres, quæ nescierunt cubi
le masculi: id est, uirgines, ne interficiantẽ. Qua lo-
Gal.4 cutione etiam Paulus ipsum Christum ait factum
ex muliere. Hoc enim melius intelligimus, quàm
ut illam duodecim annorũ iam nuptã, uel uirum
Cæci duo expertam fuisse credamus. Sequitur ergo Mat
sanati thæus, & dicit: Et transeunte inde Iesu, secuti sunt
XXIX eum duo cæci clamantes & dicẽtes, Miserere no-
stri fili Dauid, &c. usq; ad illud ubi ait, Pharisæi au
Matt.9 tem dicebant, In principe dæmoniorum eijcit dæ
mones. Hoc de duobus cæcis & de muto dæmo-
nio, solus Matthæus ponit. Illi enim duo cæci, de
Mar.10 quibus & alij narrant, non sunt isti, sed tamen si-
mile factum est: ita ut si ipse Matthæus non etiam
Luc.18 illius facti meminisset, posset putari hoc, q̃d nunc
Matt.20 narrat, dictum fuisse etiam ab alijs duobus. Quod
commendare memoriæ diligenter debemus, esse
quædã facta similia: quod probatur, cum idem ip
se Euangelista utrumq; cõmemorat: ut si quando
talia singula apud singulos inuenerimus, atq; in
eis contrariũ, quod solui non possit: occurrat no-
bis nõ hoc esse factum, sed aliud simile, uel simili- D
De uirga ter factum. Sane deinceps nõ apparet ordo re-
& pera rum gestarum. Nam post hæc duo facta, de cæcis
XXX & muto dæmonio, ita sequitẽ: Et circumibat Iesus
Matt.9 ciuitates omnes & castella, docens in synagogis
eorum, & prædicans Euangelium regni, & curãs
omnem languorẽ, & omnem infirmitatẽ. Videns
autem turbas, misertus est eis, qui erant uexati, &
iacentes sicut oues nõ habentes pastorem. Tunc
dicit discipulis suis: Messis quidem multa, opera-
rij autem pauci. Rogate ergo dominũ messis, ut
Matt.10 mittat operarios in messem suam. Et conuocatis
duodecim discipulis suis, dedit illis potestatẽ spi-
rituum immundorum, &c. usque ad illud ubi ait,
Amen dico uobis, nõ perdet mercedẽ suã. In hoc

toto loco quem nũc cõmemorauimus, multa mo
nuit discipulos suos, sed utrũ eum ex ordine Mat-
thæus subiunxerit, an ei ordo narrãdi recordatio
sua fuerit, sicut dictum est, non apparet. Hunc lo-
cum breuiter uidetur perstrinxisse Marcus, & eũ
sic ingressus est, dicens: Et circumibat castella in Mar.6
circuitu docẽs: & cõuocauit duodecim, & cœpit
eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ
immundorum, &c. usq; ad illud ubi ait: Excutite
puluerem de pedibus uestris in testimonium illis.
Sed antequã hoc narraret Marcus, prius post re-
suscitatam filiam archisynagogi, illud narrauit, u-
bi dñm in patria sua mirabãtur, unde illi esset tan-
ta sapiẽtia et uirtutes, cũ eius cognationẽ nossent:
quod Matthæus post admonitionem istam disci- Matt.13
pulorum, & post alia multa commemorat. Itaque
incertum est, utrũ hoc quod agitur in eius patria,
Matthæus omissum reuocauerit, an Marcus re-
cordatum anticipauerit: quisnam eorũ ordinem
rei gestæ, & quis recordatiõis suę tenuerit. Lucas Luc.9
autem cõtinuo post resurrectionẽ filiæ Iairi, sub-
iungit hoc loco de potestate & admonitiõe disci-
pulorũ tam breuiter sanè quàm Marcus: neq; ipse
ita, ut hoc sequi etiã in rerum gestarum ordine ap
pareat. In nominibus ergo discipulorum, Lucas, Luc.6
qui eos alio loco nominat, cum prius eligũtur in
mõte, à Matthæo nõ discrepat, nisi in nomine Iu-
dæ Iacobi, quem Matthæus Thadæum appellat:
nõnulli autẽ codices habent Lebbæum. Quis au-
tem unquã prohibuerit duobus uel tribus nomi-
nibus hominem unum uocari? Solet item quæri,
C quomodo Matthæus & Lucas cõmemorauerint
dixisse dominũ discipulis, ut nec uirgam ferrent,
cum dicat Marcus, Et præcepit eis ne quid tolle-
rent in uia, nisi uirgã tantũ. Et sequatur etiã ipse,
Non peram, nõ panem, neq; in zona æs, ut osten-
dat in eodẽ loco uersari narrationẽ suã, in quo &
illorũ qui dixerunt nec uirgã ferendam. Quod ita
soluitur, ut intelligamus sub alia significatione di
ctam uirgam, quæ secundũ Marcum ferenda est,
& sub alia illam quæ secundũ Matthęum & Lucã
nõ est ferẽda: sicut sub alia significatione intelligi
tur tentatio, de qua dictum est: Deus neminẽ ten Iac.1
tat: & sub alia de qua dictum est: Tentat uos domi Deut.13
nus deus uester, ut sciat si diligitis eũ. Illa seductio
nis est, hæc probationis. Sicut iudiciũ aliter acci-
D pitur, de quo dictum est: Qui bene fecerunt, in re Ioan.5
surrectionẽ uitæ: qui male fecerũt, in resurrectio-
nẽ iudicij: & aliter, de quo dictum est: Iudica me Psal.42
deus, & discerne causam meã de gente nõ sancta.
Illud enim iudiciũ dãnationis est, hoc discretiõis.
Et multa alia sunt uerba, quæ nõ habẽt unã signifi
cationem, sed diuersis locis cõgruenter posita, di
uerso modo intelligũtur, & aliquãdo cum exposi
tione dicunẽ: ut est illud, Nolite pueri effici sensi- 1.Cor.14
bus, sed malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti
sitis. Hoc eñ breuiter clausa sentẽtia dici potuit,
Nolite esse pueri, sed estote pueri. Et illud, Siquis 1.Cor.3
putat se sapientẽ esse in uobis, in hoc seculo stul-
tus fiat, ut sit sapiẽs. Quid enim aliud dixit, q̃ non
sit sapiens, ut sit sapiẽs? Aliquando autẽ clausæ ita
dicuntur

dicunt, ut exerceāt inquirentē: ut est quod ait ad
Gal.6 Galatas: Inuicē onera uestra portate, & sic adim- A
plebitis legē Christi. Qui eñ putat se esse aliquid
cū nihil sit, seipsum seducit. Opus autē suū probet
unusquisq;, & tūc in semetipso habebit gloriā, &
nō in altero. Vnusquisq; eñ propriū onus porta-
bit. Nisi oneris nomē sub diuersis significationib.
acceperis, ꝓculdubio putabis eundē sibi in loquē
do esse cōtrariū, & hoc in una sententia tam uicine
positis uerbis. Qui cū paulo ante diceret, Alter al
terius onera portate: postea dixit, Vnusquisq; ꝓ
priū onus portabit. Sed alia sunt onera participan
dæ infirmitatis, alia reddendæ rationis deo de acti
bus nostris. Illa cū fratrib. sustinēda cōmunicant,
hæc propria ab unoquoq; portant. Ita & uirga in
1.Cor.4 telligit spiritaliter, de qua dicebat Apostolus, In
uirga ueniā ad uos: & corporaliter qua utimur si-
ue ad equū siue ad aliquid aliud opus fuerit, ut in-
terim omittam & alias huius nominis figuratas si- B
gnificationes. Vtrunq; ergo accipiendū est à dño
Apostolis dictū, Et ut nec uirgā ferrent, & ut non
nisi uirgā ferrēt. Cum eñ secundū Matthæū dice-
Matt.10 ret eis: Nolite possidere aurū, neq; argentū, neq;
pecuniā in zonis uestris, nō perā in uia, neq; duas
tunicas, neq; calciamēta, neq; uirgā: cōtinuo sub-
iecit, Dignus est eñ operarius cibo suo. Vnde sa-
tis ostendit, cur eos hæc possidere ac ferre noluē-
rit: nō q; necessaria nō sint sustentationi huius ui-
tæ, sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc deberi de-
mōstraret ab illisipsis quib. Euangeliū credentib.
annunciarent: tanq; stipendia militantibus, tanq;
fructum uineæ plantatoribus, tanq; lac gregis pa C
1.Cor.9 storibus. Vnde Paulus dicit: Quis militat suis sti-
pendijs unquā? Quis plantat uineā, & de fructu
eius nō edit? Quis pascit gregē, & de lacte gregis
non percipit? Hinc enim loquebat de ijs quę ne-
cessaria sunt prædicatoribus Euangelij, unde pau
lo post dicit: Si nos uobis spiritalia seminauimus,
magnū est si uestra carnalia metamus? Si alij pote
statis uestræ participāt, nónne magis nos? Sed nō
sumus usi hac potestate. Vnde apparet hæc nō ita
pręcepisse dñm tanq; Euangelistę uiuere aliunde
nō debeant, q; eis prębentibus quibus annunciāt
Euangelium. Alioquin contra hoc pręceptū fecit
1.Thess.2 idem Apostolus, qui uictum de manuum suarum
laboribus trāsigebat, ne cuiq; grauis esset: sed po-
testatem dedisse in qua sciret sibi ista deberi. Cum D
De opere monachorū. c.6 autem à dño aliquid imperatur, nisi fiat, ino bedi-
entiæ culpa est: cum aūt potestas datur, licet cuiq;
nō uti, & tanq; de suo iure cedere. Hæc ergo dñs
Matt.10 loquēs discipulis, id agebat quod iste Apostolus
1.Cor.9 paulo post apertius ita explicat: Nescitis quoniā
qui in templo operantur, quæ de templo sunt e-
dunt. Qui altari deseruiunt, altario compartiunt.
Sic & dominus ordinauit ijs qui Euangelium an-
nunciāt, de Euangelio uiuere. Ego autem nullius
horum usus sum. Cum itaq; dicit ita dominum or
dinasse, se autem usum non esse, utiq; ostendit u-
tendi potestatem datam, non impositam seruien-
di necessitatem. Hoc ergo ordinans dominus q̄d
eum ordinasse dicit Apostolus, qui Euangelium

annunciant, de Euangelio uiuere: illa Apostolis
loquebatur, ut securi non possiderent, neq; porta
rent huic uitę necessaria, nec magna, nec minima.
Ideo posuit nec uirgam, ostendēs à fidelibus suis
omnia deberi ministris suis, nulla superflua requi
rentibus. Ac per hoc addendo, Dignus est enim
operarius cibo suo: prorsus aperuit & illustrauit,
unde & quare hæc omnia loqueretur. Hanc ergo
potestatem uirgæ nomine significauit cum dixit, Mar.6
ne quid tollerēt in uia nisi uirgam tantum. Potuit
enim etiā sic breuiter dici, nihil necessariorum uo
bis cū feratis, nec uirgam nisi uirgam tantū: ut illud
quod dictum est, nec uirgā: intelligatur, nec mini
mas quidem res. Quod uero adiunctum est, Nisi
uirgam tantū: intelligaṫ, quia per potestatem à do
mino acceptā, quæ uirgæ nomine significata est
etiam quæ non portantur non deerunt. Vtrumq;
ergo dominus dixit, sed quia non utrumque unus
Euangelista cōmemorauit, putaṫ ille qui uirgam
sub alia significatione positam tollendam dixit, ei
qui uirgam rursus aliud significantem non tollen
dam dixit, esse contrarius: sed iam ratione reddita
non putetur. Sic & calciamenta cum dicit Mat-
thæus in uia non esse portanda, curam prohibet, Matt.10
qua ideo portanda cogitantur, ut nō desint. Hoc
& de duabus tunicis intelligendū est, ne quisquā
eorum præter eam quam esset indutus, aliam por
tandam putaret, solicitus ne opus esset, cum ex il-
la potestate posset accipere. Proinde Marcus di- Mar.6
cendo calciari eos sandalijs uel soleis, aliquid hoc
calciamentum mysticæ significationis habere ad
monet, ut pes neq; tectus sit neq; nudus ad terrā:
id est nec occultetur Euangeliū, nec terrenis com
modis innitatur. Et quod non portari uel haberi
duas tunicas, sed expressius indui prohibet dicēs,
& ne induerentur duabus tunicis: quid eos mo-
net, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare?
Ita dominum omnia dixisse, nullo modo dubitan
dum est, partim ꝓprie, partim figurate: sed Euan-
gelistas alia istum, alia illū inseruisse scriptis suis,
quædā uero eadē uel duos uel tres eorum quosli-
bet, uel omnes quatuor posuisse: nec sic tamē om
nia esse conscripta, quæ ab illo seu dicta seu facta
sunt. Quisquis autem putat non potuisse dñm in
uno sermone quædā figurate, quædā proprie po-
nere eloquia, cætera eius inspiciat, & uidebit q̄
hoc temere atq; inerudite arbitretur. Potest enim Matt.6
iste, ut unū aliquid dicam quod animo interim oc
currit, quoniā monet, ut nō sciat sinistra q̄d faciat
dextra: & ipsas eleemosynas, & quicquid illic ali-
ud pręcipitur, figurate accipiendum putare. Sane
rursus admoneo, quod oportet meminisse lectorē,
ne talj admonitione sæpissime indigeat, alijs atq;
alijs sermonū suorū locis, dominū multa iterasse
quæ alibi iā dixerat: ne forte ipsorum locorū ordo
cum uel ex alio Euangelista nō conuenerit alicui
eorū, hinc putet esse contrariū: cum intelligere de
beat iterū alibi dici, quod iam alibi dictum erat:
nec tantū de dictis, uerum etiā de factis obseruari
debere. Nihil enim prohibet hoc idem iterum fa-
ctum credere. Calumniari autem Euāgelio, dum

non credit iterum factum, quod iterum fieri non
potuisse nemo conuincit, sacrilegę uanitatis est. A
Ioannes à carcere XXXI Matt.11 Sequitur Manhæus & dicit: Et factum est cum
consummasset Iesus, præcipiẽs xij. discipulis suis,
transiit inde, ut doceret & prędicaret in ciuitatib.
eorũ. Ioannes autẽ cum audisset in uinculis opera
Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu
es qui uẽturus es, an aliũ expectamus, &c. usq; ad
illud ubi ait, Et iustificata est sapientia à filijs suis.
Hunc totum locum de Ioanne Baptista, φ miserit
ad Iesum, & cuiusmodi responsum acceperint illi
quos misit, & quicqd post eorũ abscessum de Io-
Luc.7 anne dñs dixit, interponit & Lucas: nõ quidẽ ip-
so ordine, sed quis eorũ recordationis suæ, quis re
Exprobratio Iesu. XXXII rum ipsarũ hic ordinem teneat, nõ apparet. Se
quit Matthæus & dicit: Tunc cœpit exprobrare B
ciuitatibus, in quibus factę sunt plurimæ uirtutes
eius, quia nõ egissent pœnitentiã, etc. usq; ad illud
Matt.11 ubi ait, Terrę Sodomorũ remissius erit in die iudi
Luc.10 cij, φ tibi. Etiam hoc cõmemorat Lucas, cõtinua-
to cuidam sermoni domini etiã hæc ex ipsius ore
coniungens: unde magis uidetur ipse hoc ordine
illa commemorare quo à domino dicta sunt. Mat
thæus autẽ suæ recordationis ordinẽ tenuisse: aut
si illud quod idem Matthæus ait, Tunc cœpit ex-
probrare ciuitatibus: sic accipiendum putatur, ut
punctum ipsum temporis uoluisse credatur expri
mere in eo quod dictum est, tunc: non autẽ ipsum
tẽpus aliquãto latius quo hæc multa gerebant̃ &
dicebantur: quisquis hoc credit, credat etiam hoc
esse bis dictũ. Cum enim & apud unũ Euãgelistã
inueniantur quædam quæ bis dixerit dñs: sicut & C
Luc.9. & 10 apud eundem Lucam de nõ tollenda pera in uia,
& similiter cæteris, duobus locis dictũ à domino
inuenitur: quid mirũ si & aliquid aliud bis dictum
singillatim à singulis dicit̃ eodem ordine quo di-
ctum est? Et ideo diuersus ordo apparet in singu-
lis, quia & tunc qñ ille, & tunc quando iste cõme-
Iugum suaue XXXIII Matt.11 morat dictum est. Sequitur Manhæus: In illo
tempore respõdens Iesus dixit: Confiteor tibi do
mine pater cœli & terræ, quia abscõdisti hæc à sa-
pientibus & prudẽtibus, &c. usq; ad illud ubi ait:
Iugum enim meũ suaue est, & onus meũ leue. Hu
Luc.10 ius loci & Lucas meminit, sed ex parte. Non dicit
enim ipse, Venite ad me omnes qui laboratis: &
alia quæ sequuntur. Semel aũt hoc dictum à dño,
sed Lucam nõ totum quod dictum est cõmemo- D
rasse, credibile est. Matthęus eñ dicit: In illo tem-
pore respondens Iesus dixit, posteaquam expro-
brauit ciuitatibus: Lucas autem post illam expro
brationem ciuitatum interponit quædam, non ta
men multa: atq; hoc ita subiungit. In ipsa hora ex-
ultauit in spiritu sancto, & dixit. Vnde etiã si Mat
thæus non in illo tempore diceret, sed in ipsa ho-
ra, tam pauca interponit Lucas in medio, ut etiam
Vulsæ spicæ XXXIIII Matt.12 eadem hora dictum non absurde uideatur. Se-
quitur Matthæus & dicit: In illo tempore abijt Ie
sus sabbato per sata, discipuli autem eius esurien-
tes cœperunt uellere spicas, & manducare: & cæ-
tera, usq; ad illud ubi ait, Dominus est enim filius
hominis etiam sabbati. Hoc quoq; sine ulla repu-
gnantiæ quæstione cõmemoratur & à Marco & Mar.2
à Luca: sed illi nõ dicunt, In illo tẽpore. Vnde for- Luc.6
tassis magis Matthæus rei gestæ hic ordinem te-
nuit, illi aũt recordationis suæ, nisi latius accipiat̃
quod dictum est, in illo tempore: id est, quo hæc
multa & diuersa gerebantur. Sequit̃ ergo Mat Manus arida sanata
thæus ita narrans, Et cum inde transisset, uenit in XXXV
synagogã eorum. Et ecce homo manũ habens ari
dam: & cætera, usq; ad illud ubi ait, Et restituta est
sanitati sicut altera. De isto sanato qui manũ habe
bat aridam, etiam Marcus & Lucas non tacent.
Posset autẽ putari eo die factum & de spicis & de
isto sanato, quoniã & sabbatũ hic cõmemoratur,
nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum esse de
sanitate aridæ manus: proinde quod ait Matthæ-
us, Et cum inde transisset uenit in synagogã eorũ:
non quidẽ uenit nisi cum inde transisset. Sed post
quot dies in synagogã eorum uenerit, posteaquã
per segetẽ illam transiuit, an recte cõtinuoq; illuc
ierit, nõ expressum est. Ac per hoc locus dat̃ nar-
rationi Lucę, qui dicit alio sabbato huius manum
sanatã. Sed potest mouere, quomodo Manhæus Matt.12
dixerit, quod ipsi interrogauerint dominum, Si li
cet sabbato curare, uolentes inuenire accusandi
occasionẽ: ipse uero illis de oue proposuerit simi-
litudinem dicẽs: Quis erit ex uobis homo qui ha-
beat ouem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in fo
ueam, nónne tenebit & leuabit eã? quãto melior
est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Cũ
Marcus & Lucas illos potius à domino interro- Mar.3
gatos esse perhibeant, Licet sabbato benefacere Luc.6
an male, animã saluã facere an perdere? Itaq; intel
ligendum est φ illi prius interrogauerint dñm, Si
licet sabbato curare. Deinde φ intelligens cogita
tiones eorum, aditũ accusandi quærentiũ, consti-
tuerit in medio eorũ illum quẽ fuerat sanaturus,
& interrogauerit quæ Marcus & Lucas eum in-
terrogasse cõmemorant. Ac tunc illis tacentibus,
proposuisse similitudinẽ de oue, cõclusisseq; φ li-
ceat sabbato benefacere. Postremo circunspectis
eis cum ira, sicut Marcus dicit, cõtristatum super
cæcitate cordis eorum, dixisse homini: Extende
manũ tuam. Sequitur Matthæus ita contexens Ordo tẽporis
narrationem suam: Exeuntes aũt Pharisæi consi- XXXVI
lium faciebant aduersus eum, quomodo eum per
derent. Iesus aũt sciens recessit inde, & secuti sunt Matt.12
eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis
ne manifestũ eum facerẽt, ut adimpleretur quod
dictum est per Esaiam prophetam dicentem: &c. Esaie 42
usq; ad illud quod ait, Et in nomine eius gẽtes spe
rabunt. Hoc solus iste cõmemorat, illi duo in alia
perrexerunt. Ordinem sanè rei gestę uidetur Mar
cus aliquantulum tenuisse, qui dicit Iesum cogni- Mar.3
ta maligna aduersum se dispositione Iudæorum,
secessisse ad mare cum discipulis suis, & ad eũ tur
bas cõfluxisse, & sanasse eum plurimos. Vnde au-
tem cœperit in aliud ire, non φ ordinem sequere
tur, uix apparet: utrũ ubi dicit conuenisse ad eum
turbas: potuit enim hoc iam & alio tẽpore: an ubi
dicit, Ascendit in montẽ. Quod & Lucas uidetur Luc.6
commemorasse dicens: Factum est autem in illis
diebus

diebus, exijt in mõtem orare. Dicendo eñ, In illis
Dæmonium mutum XXXVII Matt.12 diebus, satis ostendit nõ cõtinuo factum. Matthæus ergo sequit̃ & dicit: Tunc oblatus est ei dæmoniũ habens cęcus & mutus, & curauit eũ ita ut
loqueret̃ & uideret. Hoc nõ isto ordine, sed post
Luc.11 alia multa Lucas cõmemorat, & mutum dicit tan
Mar.3 tum, nõ etiam cæcum, sed nõ ex eo quod aliquid
tacet, ideo de alio dicere putandus est. Ea enim se
In Beelzebub XXXVIII Matt.12 quentia etiam ipse contexit quæ Matthęus. Sequitur Matthæus dicens: Et stupebant omnes turbæ & dicebãt, Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi aũt audientes dixerunt, Hic nõ eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Iesus
aũt sciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuisum contra se desolabitur, &c. usq; ad il
Mar.3 lud ubi ait, Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Marcus nõ ex occasione
illius muti subijcit dictũ de Iesu, q in Beelzebub
eijceret dęmonia: sed post alia quędam, quę solus
commemorat, hoc quoq; subnectit: siue alio loco
id recolens & adiungens, siue aliquid prætermittens, & deinde ad hunc ordinẽ rediẽs. Lucas autẽ
Luc.11 pene totidem uerbis hoc dicit quot Matthęus: &
quod digitũ dei appellat spiritũ dei, ab eadem sententia nõ recedit: qn potius & aliquid docet, ut nouerimus quẽadmodũ intelligamus ubicũq; in scriptura legerimus digitũ dei. In alijs aũt, quę nõ hic
dicũt Marcus & Lucas, nulla cõtrouersia est: nec
in his quæ aliquãdo aliter dicũt, quia eadẽ senten
Signum Ionæ XXXIX tia est. Sequit̃ Matthęus & dicit: Tunc respõderunt ei quidã de scribis & Pharisæis dicẽtes, Magister uolumus à te signum uidere, &c. usq; ad illud
Matt.12 ubi ait, Sic erit & generationi huic pessimæ. Hæc
Luc.11 etiã Lucas narrat eo quidẽ loco. sed aliquanto dispari ordine. Nam illud qđ petierunt signũ à dño
de cælo, supra commemorauit post illud de muto
miraculũ: & non ibi retulit quid eis ad hoc dñs respondisset, sed postea cũ turbæ cõcurrissent, dicit
hoc fuisse responsum eis, qs dat intelligi superius
à se cõmemoratos, q de cœlo signũ quęrebant: &
hoc annectit posteaq; interposuit de muliere quę
dixit domino: Beatus uẽter qui te portauit. Hanc
aũt mulierẽ interponit, cum de sermone dñi commemorasset, q spiritus immundus exiẽs ab homine, redit, & inuenit mundatã domũ. Post mulierẽ
ergo illã, cũ diceret respõsum esse turbis de signo
quod de cœlo quærebãt, interposita similitudine
Ionæ prophetę, deinde cõtinuato sermone ipsius
domini, cõmemorat dictũ de regina Austri, & de
Niniuitis: ita aliquid potius cõmemorauit quod
Matthæus tacuit, q aliquid prætermisit eorũ quę
hoc loco ille narrauit. Quis autẽ nõ uideat superfluò quęri, quo illa ordine dñs dixerit, cum et hoc
discere debeamus per Euangelistarũ excellentissimam autoritatẽ, nõ esse mendaciũ, si quisquam
nõ hoc ordine cuiusquã sermonẽ digesserit, q ille
à quo processit, cũ ipsius ordinis nihil intersit ad
rem, siue ita siue ita sit. Et adhuc Lucas productiorem hunc domini sermonem indicat, & in eo quędam cõmemorat, qualia Matthæus in sermone illo qui est habitus in monte, quę bis dicta intelligi

mus, & ibi scilicet & hic. Terminato autẽ isto ser-
A mone, in aliud pergit Lucas, in quo utrũ ordinem
rerum gestarũ seruauerit, incertũ est. Ita enim con
nectit, Et cum loqueret̃ rogauit eum quidã Pharisæus ut pranderet apud se. Non aũt ait, Cum hæc
loqueret̃, sed cum loqueret̃. Nam si dixisset, cum
hæc loqueret̃, necessario cogeret intelligere hoc
ordine nõ tantũ à se fuisse narrata, uerum & à dño
gesta. Sequitur ergo Matthęus & dicit, Adhuc Mater interpellans XL Matth.12
eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres
stabant foris, quærentes loqui ei, &c. usq; ad illud
ubi ait, Quicunq; eñ fecerit uoluntatẽ patris mei
qui in cœlis est, ipse meus frater & soror & mater
est. Hoc sine dubio cõsequenter gestũ intelligere
debemus: præmisit enim, cũ ad hoc narrandũ transiret, Adhuc eo loquente ad turbas. Quid est aũt,
B adhuc: nisi illud quod loquebat̃? Nõ enim dixit,
Et eo loquẽte ad turbas, ecce mater ei⁹ & fratres,
sed: Adhuc eo loquente: quæ cum dicit, cogit intelligi, hæc loquẽte quæ superius indicabat. Nam
et Marcus post illud quod de blasphemia spiritus
sancti, quid dñs dixerit retulit. Et ueniunt, inquit, Mar.3
mater eius & fratres: prætermissis quibusdã, quæ
in eodem textu sermonis dñi, & Matthæus prolixius Marco, & Lucas prolixius Matthæo posuerunt. Lucas aũt non huius rei gestę ordinẽ tenuit,
sed pręoccupauit hoc, & recordatũ ante narrauit.
Deniq; hoc sic interposuit, ut solutum appareat à
nexu & superiorũ & inferiorum. Post cõmemoratas enim quasdã parabolas dñi, ita hoc de matre
& fratribus eius recordatũ interposuit. Venerunt Luc.8
C autem ad illum, inquit, mater & fratres eius, & nõ
poterant adire eum præ turba. Non expressit qñ
ad eum uenerint. Rursus cum & hinc transit, ita
loquitur, Factum est aũt, inquit, in una dierum, &
ipse ascendit in nauiculam, et discipuli eius. Et hic
utiq; cum dicit, Factum est autem in una dierũ: satis indicat, non necesse esse, ut hæc dies intelligatur, in qua hoc gestum est, uel illa quæ continuo
sequitur. Nihil itaq; habet repugnantiæ cum cæteris duobus, quod Matthęus de matre & fratribus
domini narrat, neq; in uerbis domini, neq; in ipso
ordine rerum gestarum. Sequitur Matthæus: Sermo è nauicula XLI Matt.13
In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare: & congregatæ sunt ad eum turbæ multę, ita ut
in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba
D stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis dicens: & cætera, usq; ad illud ubi ait, Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamiliâs, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Post illud quod narratum est de matre & fratribus dñi, hoc continuo gestum esse, &
eum ordinẽ Matthæũ etiã in narrãdo tenuisse, ea
res insinuat, quia cũ illuc transiret, ita cõtexuit ut
diceret, In illo die exiens Iesus de domo sedebat
secus mare, & congregatæ sunt ad eũ turbæ multæ. Cum enim dicit, In illo die, nisi forte dies more
scripturarũ tẽpus significet, satis indicat, aut hoc
consequẽter gestum, aut non multa interponi potuisse, maxime quia & Marcus eum ordinẽ tenet. Mar.4
Lucas aũt post illud quod narrat de matre & fra- Luc.8

tribus domini, in aliud trāsit, nec eo transitu cōne
xionem aliquā facit, qua huic ordini repugnare A
uideatur. Omniū ergo horum quæ Matthæus do
minum locutū esse narrauit, quæ cum illo dixerūt
Marcus & Lucas, nō habent repugnātię quæstio
nem. Quæ autē ipse solus dixit, multo magis sine
cōtrouersia sunt. Nec in ipso ordine, quamuis ali-
quanto diuersum alius aliū teneat, partim gestarū
rerum, partim recordationis suæ, uideo quid uel
Iesus in pa cui quisq; aduersetur. Sequit̄ ergo Matthæus,
tria sua Et factum est cum consummasset Iesus parabolas
XLII istas transiit inde, & ueniens in patriā suam doce-
Matt. 13 bat eos in synagogis eorum, &c. usq; ad illud ubi
ait, Et non fecit ibi uirtutes multas propter incre-
dulitatem illorū. A superiore sermone parabola-
rum sic transit, ut nō ostendat cōsequētis ordinis
necessitatē: præsertim quia Marcus ab istis para- B
bolis, nō in quod iste, sed in aliud tēdens, in quod
& Lucas, ita contexuit narrationē, ut credibilius
ostendatur hoc esse potius consequēter gestum,
quod ipsi duo cōtinuanter adiungūt: de naui scili
cet in qua dormiebat Iesus, & de illo miraculo ex
pulsorū dæmoniorum apud Gerasenos, quæ duo
Matthæus iā superius recolēs interposuit. Nūc er
go quæ in patria sua dominus dixerit uel ei dicta
sint, uideamus utrū cum alijs duob. Marco & Lu
Ioan. 6 ca cōcordent. Nā Ioānes longe in diuersis & dissi
milibus narrationis suæ locis uel dicta esse dn̄o ta
lia, uel eum dixisse commemorat, qualia hoc loco
Mar. 6 tres cæteri meminerunt. Et Marcus quidē eadem
propè cōmemorat hic omnia quę Matthæus, nisi
q; dn̄m fabrum et Marię filium dicit à ciuibus suis C
Matt. 13 dictum, nō sicut Matthæus, fabri filium. Nec mi-
randum est, cum utrūq; dici potuerit. Eo enim &
fabrum credebant q̄ fabri filiū. Lucas autem ean-
dem rem gestam latius indicat, & plura ibi cōme-
morat. Nec longe post baptismū & tentationem
eius hæc inserit, sine dubio præoccupans q̄d mul-
tis rebus interpositis postea gestū est. Vnde quis-
que possit aduertere: quod huic tam magnæ quæ
stioni quā de cōsensu Euangelistarū enodandam
deo adiuuāte suscepimus, plurimū necessariū est,
nō nesciētes aliquid eos pętermisisse, aut nesciē-
tes queādmodū se ordo rerū gestarū haberet, aliū
potius ordinē suæ recordationis tenuisse. Quod
hinc euidētissime intelligi potest, quia Lucas an-
tequā aliquid narraret dn̄m fecisse Capernaū, præ D
occupauit hunc locū quem nūc cōsideramus, ubi
ciues eius & potentiā uirtutis in eo stupebant, &
ignobilitatē generis contemnebant. Nam & hoc
eum dicit eis dixisse, Vtiq; dicetis mihi, Medice
cura teipsum, quanta audiuimus facta in Caper-
naum, fac & hic in patria tua: cum secundū eiusdē
ipsius Lucæ narrationē nihil adhuc legatur fecis-
se Capernaū. Quod quia longū non est, & facilli-
mum est & pernecessariū, totum inseruimus, un-
de ad hoc narrandū & quomodo uenerit. Postea
quam baptizatū & tentatum dominū indicauit:
Luc. 4 ita sequitur: Et consummata omni tentatione dia
bolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et regressus
est inde Iesus in uirtute spiritus in Galilęam, & fa-
ma exijt per uniuersam regionē de illo. Et ipse do
cebat in synagogis eorum, & magnificabat ab o-
mnibus. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, &
intrauit secundū cōsuetudinē suam die sabbati in
synagogam, & surrexit legere. Et traditus est ei li-
ber prophetæ Esaiæ. Et ut reuoluit librū, inuenit
locum ubi scriptū erat: Spiritus dn̄i super me, pro Esa. 61
pter quod unxit me: euangelizare pauperibus mi Luc. 4
sit me, prædicare captiuis remissionē, & cæcis ui-
sum, dimittere cōfractos in remissionē, pr¸dicare
annum dn̄i acceptū, et diem retributionis. Et cum
plicasset librum, reddidit ministro, & sedit. Et om
nium in synagoga oculi erant intendētes in eum.
Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta
est hæc scriptura in auribus uestris. Et omnes testi
monium illi dabant, & mirabant̄ in uerbis gratię,
quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Non
ne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtiq; dicetis mi
hi hanc similitudinē, Medice cura teipsum. Quan
ta audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in pa
tria tua: & cętera, donec peragat totum ipsum nar
rationis suæ locum. Quid est ergo euidentius q̄
hoc eum scientem præoccupasse narrādum, cum
utiq; iam magna ab illo in Capernaū facta fuisse
& ipse nouerit, & ipse cōmemoret, quæ se nondū
narrasse utiq; scit? Neq; enim tantum ab eius ba-
ptismo progressus est, ut oblitus putetur nōdum
se aliquid commemorasse de ijs quæ in Capernaū
gesta fuerant. Modo enim cœpit post baptismum
aliquid narrare de domino. Sequit̄ Matthæus: Herodis de
In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famā Christo opi
C Iesu, & ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptista, ip nio. XLIII
se surrexit à mortuis, et ideo uirtutes operantur in Matt. 14
eo. Marcus hoc idem et eodē modo dicit, sed non Mar. 6
eodem ordine. Nam posteaquam discipulos do-
minus misit dicens eis, ne quid in uia ferrent nisi
uirgam tantum: terminato eo sermone, quantum
ab illo cōmemoratum est, etiam hoc subiecit, nul-
la tamē facta necessitate, qua hoc etiā consequen
ter gestum esse intelligere cogeremur: sicut nec
Matthęus, In illo tempore dixit: nō illo die uel hó
ra: nisi q; Marcus non quod Herodes dixerit, sed
dicebant, inquit, quia Ioannes Baptista surrexit à
mortuis: Matthæus uero de ipso Herode, ait, in-
quit, pueris suis. Lucas etiā eum narrandi ordinē,
quem Marcus tenens, nec ipse sanè etiam rerum
D gestarum eundem ordinem fuisse credi cogēs, ita
hoc idem cōmemorat. Audiuit aūt, inquit, Hero- Luc. 9
des tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsita-
bat eo quod diceret̄ à quibusdam, Quia Ioannes
surrexit à mortuis: à quibusdam uero, quia Helias
apparuit: ab alijs autem, quia propheta unus de
antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioannē ego de- Luc. 3
collaui: quis est autē iste, de quo ego audio talia? Matt. 14
Et quærebat uidere eū. In his uerbis Lucas quoq;
Marco attestatur, ad hoc duntaxat q; alij dixerint
non Herodes, Ioannem à mortuis surrexisse. Sed
quia hæsitantē cōmemorauit Herodem, uerbaq;
eius ita postea posuit dicentis: Ioannē ego decol-
laui, quis est autem iste de quo audio ego talia? In
telligendum est aut eum post hanc hæsitationem
con-

confirmasse in animo suo, quod ab alijs dicebaẽ, cum ait pueris suis, sicut Matthæus narrat, Et ait, A pueris suis, Hic est Ioãnes Baptista ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo. Aut ita enunciãda sunt hæc uerba, ut hæsitantẽ adhuc indicent. Si em̃ diceret, Nunquid nã hic est, aut nunquid forte hic est Ioãnes Baptista, non opus esset admonere aliquid de pronũciatione, qua dubitãs atq; hæsitans intelligaẽ. Nunc quia illa uerba desunt, utroq; modo pronũciari potest, ut aut confirmatũ eum ex aliorũ uerbis, credentẽ dixisse accipiamus: aut adhuc, sicut Lucas cõmemorat, hæsitantẽ: præsertim quia & Marcus, q superius dixerat, ab alijs fuisse dictũ, q̃ Ioannes à mortuis resurrexit, in extremo tamẽ ipsum Herodẽ dixisse non tacet: Quem ego decollaui Ioannẽ, hic à mortuis resurrexit. Quæ itẽ uerba duobus modis pronunciari possunt, ut aut cõfirmãtis, aut dubitãtis intelligaẽ. Cum aũt Lucas posteaquã hoc cõmemo- B rauit, in aliud transeat, duo isti Matthęus & Marcus ex hac occasiõe narrãt, quẽadmodũ sit ab Herode Ioãnes occisus.

Ioannes quando mortuus XLIIII Luc. 3 Matt. 14

Sequiẽ ergo Matthæus & dicit: Herodes em̃ tenuit Ioannẽ, & alligauit eum & posuit in carcerẽ propter Herodiadem uxorẽ fratris sui, &c. usq; ad eũ locũ ubi ait, Et accedẽtes discipuli eius, tulerũt corpus eius, & sepelierũt illud, & ueniẽtes nunciauerũt Iesu. Marcus hoc similiter narrat. Lucas aũt nõ eodẽ ordine id recordatur, sed circa ipsum baptismũ, quo dñs baptizatus est. Vnde hoc præoccupasse intelligiẽ & ipse ex occasione, ut ibi narraret, quod multo post factum est. Cum em̃ cõmemorasset Ioãnis uerba de C dño, q̃ uentilabrũ in manu eius, & mundabit areã suam: frumenta recondet in horreũ suum, paleas aũt comburet igni inextinguibili: continuo subiecit, quod nõ cõtinuo factũ esse Ioãnes Euãgelista apertissime exponit, cũ cõmemorat, posteaq̃ baptizatus est Iesus isse illum in Galilæã, quando fecit de aqua uinũ: & inde post paucorũ dierum in Capernaũ habitationẽ, redijsse ad Iudęam terram & ibi baptizasse multos circa Iordanem, antequã missus esset Ioãnes in carcerẽ. Quis autem nõ putet, nisi qui minus in his literis eruditus est, tanq̃ post illa uerba de uentilabro & de area mundata, cõtinuo sit à Ioãne offensus Herodes, ut eũ in carcerẽ miserit? Non aũt hoc ordine ista narrata quo gesta sunt, & alibi iam probauimus, et hoc ipso lo- D co nõ quilibet alius, sed idẽ Lucas hoc probat. Si enim post uerba illa cõtinuo Ioãnes in carcerem missus est, quomodo post ipsam cõmemorationẽ Ioãnis in carcerẽ missi baptizatus est Iesus secundum ipsius Lucæ narrationẽ? Proinde manifestũ est, ex occasione recordatũ præoccupasse, & ante multa quæ priusquã Ioanni hoc fieret gesta narraturus erat, hoc præoccupatũ in sua narratiõe pręmisisse. Sed nec illi duo Matthæus & Marcus eo rerũ ordine de Ioãne in carcerẽ misso in sua narratione posuerunt, quo factum apparet etiã in eorũ scriptis: Nam & ipsi dixerunt, tradito Ioãne dñm isse in Galilæam, & post multa quæ fecit in Galilæa ueniunt ad Herodis admonitionem uel hæsitationẽ, q̃ Ioannes quem decollauit, à mortuis resurrexit, & ex hac occasione narrãt omnia quę de Ioanne contigerũt incluso & occiso.

De quinq; panibus XLV

Sequitur ergo Matthæus, cũ dixisset nunciatũ esse Christo q̃ Ioannes occisus sit, & ita narrationẽ contexit. Quod cum audisset, inquit, Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertũ seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eũ pedestres de ciuitatib. Et exiens uidit turbã multã & misertus est eis, & curauit languidos eorũ. Hoc cõtinuo post Ioãnis passionẽ factum esse cõmemorat. Vnde post hæc facta sunt illa quæ primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit, Ioannẽ ego decollaui. Illa em̃ posteriora debent intelligi, quæ ad Herodẽ pertulit fama, ut moueretur & hæsitaret quisnã iste esse posset de quo audiret talia, cum Ioannẽ ipse occidisset.

Matt. 14

Marcus aũt posteaq̃ passionẽ Ioannis narrauit, commemorat discipulos missos redijsse ad B Iesum, & renunciasse illi omnia quæ egerãt & docuerant: & dñm eis, quod ipse solus cõmemorat, dixisse ut requiescerent pusillum in deserto, & ascendisse cum eis in nauẽ & isse. Et turbas hoc uidentes præuenisse eos illuc: quarũ misertum dñm docuisse multa: & hora iam progrediente factum esse, ut de quinq; panibus & duobus piscibus omnes qui aderant pascerenẽ. Quod miraculum omnes quatuor Euangelistæ cõmemorauerunt. Lucas etiã qui iam longe supra de Ioannis passione narrauerat ex occasione qua diximus, nunc posteaquã cõmemorauit illam Herodis hęsitationem de dño quisnam esset, hoc continuo subiungit q̃d C Marcus, id est redijsse ad illum Apostolos, & narrasse illi quæcunq; illi fecerant. Et assumptis eis recessisse in locum desertũ, atq; eos secutas turbas, & locutum esse de regno dei, & eos qui cura indigebant sanasse: atq; inde etiam ipso die declinãte cõmemorat miraculũ de quinq; panibus factum.

Mar. 6

Luc. 9

At uero Ioãnes qui multũ ab eis tribus Euangelistis eo distat, quia magis in sermonibus quos dñs habuit immoratur q̃ in factis quæ mirabiliter fecit, posteaquam cõmemorauit eum relicta Iudæa abijsse iterum in Galilęam, quod tunc intelligitur factum, cum & alij Euangelistæ dicunt eum Ioanne tradito isse in Galilæam. Posteaquam ergo id cõmemorauit Ioannes in transitu eius per Samariam, multa quę locutus est ex occasione illius Sa- D maritanæ quã inuenit ad puteũ, cõtexit narrationi suæ: & post duos dies dicit eũ inde exisse in Galilæã, deinde uenisse in Chanã Galilææ, ubi fecerat de aqua uinũ, & sanasse filium reguli cuiusdã. Alia uero quæ illum in Galilæa fecisse atq; dixisse alij dixerunt, Ioannes tacet. Sed sanè quod illi tacuerunt, dicit ascendisse eum in die festo Hierosolymis, & fecisse ibi miraculum illud de homine qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, nec habebat hominem à quo in piscinam deponeretur, in qua uarijs ualetudinibus affecti sanabantur: & ex hac occasione multa eũ locutũ fuisse cõmemorat. Post hæc eũ dicit abijsse trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & secutã multitudinẽ magnã. Deinde abijsse in montẽ & ibi sedisse cũ disci-

Ioan. 4 & 6

Ioan. 5

discipulis suis, proximo pascha die festo Iudæorũ. Tunc leuatis oculis & uisa multitudine maxima, pauisse eam de quinq; panib. & duobus piscibus: quod & cæteri Euangelistę dicũt. Ac per hoc prętermisisse illũ, quæ illi narrando ad huius miraculi cõmemorationem uenerũt, certũ est. Veruntamẽ tanquam ex alia narrationis uia, cum & illi tacuissent quę iste dixisset, ad hoc miraculum de quinq; panibus occurrerunt sibi & illi tres, qui penè pariter ambulant, & iste qui sermonũ domini alta consectans, per alia quæ illi tacuerunt circumuolauit quodãmodo, & eis ad miraculum de quinq; panibus pariter cõmemorandum, non multo post ab
De eodem XLVI eis rursus in altiora reuolaturus occurrit. Sequitur ergo Matthæus, & ad ipsum de quinq; panib.
Matt. 14 factum narrationem suam ex ordine ita perducit: Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicẽtes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, Non habẽt necesse ire, date illis uos manducare, &c. usq; ad illud ubi ait, Manducantiũ autẽ fuit numerus quinq; milia uirorum, exceptis mulieribus & paruulis. Hoc ergo miraculum quod omnes quatuor Euangelistę cõmemorant, & putanẽ inter se aliquid discrepare, considerandum atq; tractandum est, ut ex hoc etiã ad cætera similia regulę locutionum discanẽ, quibus tam diuersis eadem tamẽ sententia retinetur, & eadem rerũ ueritas custoditur. Et inchoanda quidẽ est consideratio nõ à Matthæo secundũ ordinem Euangelistarũ, sed à Ioãne potius, à quo ita expressa est ista narratio, ut etiam nomina discipulorũ diceret, cum quibus de hac re locutus est
Ioan. 6 dñs. Ita enim dicit: Cum subleuasset ergo oculos Iesus & uidisset, quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc aũt dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Respõdit ei Philippus, Ducentorũ denariorũ panes nõ sufficiunt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic q habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: sed hęc quid sunt inter tãtos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat aũt fœnũ multũ in loco. Discubuerunt aũt uiri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo panes Iesus, & cũ gratias egisset distribuit discũbentibus. Similiter & ex piscibus quantũ uolebãt. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerũt fragmẽta ne pereat. Collegerũt aũt & impleuerunt xij. cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his qui manducauerant. Non hic quærĩ quod iste dixit, cuiusmodi essent panes: hordeaceos ẽm fuisse non tacuit, quod cæteri tacuerũt. Neq; hoc quæritur quod iste nõ dixit, fuisse ibi etiã præter quinq; milia uirorum, mulieres & paruulos, q̃d dicit Matthæus. Et omnino iam certũ esse debet, & regulariter teneri in talib. quæstionibus, neminẽ moueri oportere cũ ab alio dicitur quod ab alio prætermittiẽ. Sed quærĩ quomodo ea quę dixerũt uera sint omnia, ne narrationem alterius, narrans aliud
A alter excludat. Si enim dñs secundum narrationẽ Ioannis, prospectis turbis quęsiuit à Philippo tentans eum, unde illis escæ dari possent: potest mouere quomõ sit uerũ, quod alij narrauerunt, prius dixisse dño discipulos, ut dimitteret turbas quo possent sibi alimẽta emere de proximis locis. Quibus ille respõdit secundũ Matthæũ: Non habent necesse ire, date eis uos manducare. Cui etiã Marcus Lucasq; consentiũt, tantũ hoc prætermittẽtes Mar. 6
quod ait, Non habẽt necesse ire. Intelligitur ergo Luc. 9
post hæc uerba dominũ inspexisse multitudinem & dixisse Philippo quod Ioãnes cõmemorat, isti autem prætermiserũt. Deinde q Philippus apud Ioannẽ respondit, hoc Marcus à discipulis responsum esse cõmemorat, uolens intelligi hoc ex ore
B cæterorũ Philippum respondisse, quanq; & pluralem numerum pro singulari usitatissime ponere potuerunt. Quod ergo ait Philippus, Ducentorũ denariorũ panes non sufficiunt eis, ut unusquisq; modicũ quid accipiat: hoc est dicere q̃d ait Marcus: Euntes ememus ducẽtis denarijs panes, & dabimus eis manducare. Quod autem cõmemorat idem Marcus dixisse dñm, Quot panes habetis: prætermiserunt cæteri. Quod autem Andreas apud Ioannẽ de quinq; panibus & duobus piscib. suggessit, hoc cæteri pluralem numerũ pro singulari ponentes, ex discipulorũ persona retulerunt. Et Lucas quidẽ responsionẽ Philippi & respõsionem Andreæ in unã sententiã constrinxit. Quod
C enim ait, Non sunt nobis plus q̃ quinq; panes & duo pisces, ad Andreæ retulit respõsionẽ. Quod uero adiunxit, Nisi forte nos eamus et emamus in omnẽ hãc turbã escas, uideẽ ad respõsionẽ Philippi pertinere, nisi quod de ducẽtis denarijs tacuit, quanq; & in ipsius Andreæ sentẽtia potest hoc intelligi. Cum ẽm dixisset, Est puer unus hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos pisces: adiunxit etiam ipse, Sed hæc quid sunt inter tantos? Hoc est dicere, nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbã escas. Ex qua uniuersa uarietate uerborũ, rerum autẽ sententiarumq; concordia satis apparet, salubriter nos doceri, nihil quærendum in uerbis nisi loquentiũ uoluntatem: cui demonstrandæ inuigilare debent omnes ueridici
D narratores, cum de homine, uel de angelo, uel de deo aliquid narrãt: horum enim uoluntas uerbis promi potest, ne de ipsa inter se aliquid discrepẽt. Sanè prætermittere non oportet, hoc loco intentum & ad cætera quæ talia forte occurrerint facere lectorẽ, quia Lucas dixit quinquagenos iussos Luc. 9
esse discũbere, Marcus uero & quinquagenos & Mar. 6
cẽtenos. Quod hic ideo nõ mouet, quia unus partem dicit, alter totũ. Qui ẽm etiã de centenis retulit, hoc retulit quod ille prætermisit. Nihil itaque cõtrariũ est. Veruntamẽ si alius de quinquagenis tantũ cõmemoraret, alius tantũ de centenis, ualde uidereẽ esse contrarium: nec facile dignosceretur utrunq; dictum esse, unum aũt ab altero, alterum ab altero esse cõmemoratum: & tamẽ attentius consideratũ inueniri debuisse quis non fateatur

tur? Hoc ideo dixi, quia existunt sępe aliqua eiusmodi quæ parū intēdentibus & temere iudicātib. A cōtraria uideant & non sint.

Iesus ambulās super aquas. Cap. XLVII *Matth. 14.* Sequit Matthæus & dicit, Et dimissa turba ascēdit in montem solus orare. Vespere autem facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabat fluctibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta autē uigilia noctis uenit ad eos ambulans super mare. Et uidentes eū super mare ambulantē turbati sunt dicētes; Quia phantasma est: &c. usq; ad illud ubi ait, Venerunt & adorauerunt eum dicentes, Vere filius dei est.

Marci 6 Marcus quoq; idem post narratū de quinq; panibus miraculū ita sequitur, Et cū sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando, erat enim uētus cōtrarius eis: &c. similiter, nisi ꝙ de Petro super aquas ambulāte nihil dixit. Hoc aūt ne moueat prę-B cauendū est, quod Marcus dixit de dño cū ambularet sup aquas, & uolebat pręterire eos. Quomodo enim hoc intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat, eos uolēs tanquā alienos pręterire, à quibus ita non agnoscebat ut phantasma putaretur. Quod ad mysticā significationē referri, quis usq; adeo tardus est ut nolit aduertere? Sed tamen turbatis & exclamātibus subuenit dicens, Cōfidite, ego sum, nolite timere. Quō ergo eos uolebat pręterire, quos pauētes ita cōfirmat, nisi quia illa uoluntas prætereundi ad eliciendū illum clamorē ualebat, cui subueniri oportebat.

Ioan. 6 Ioannes etiā adhuc cū istis aliquantū immorat. Nam post narratum de quinq; panibus miraculū, ipse quoq; hoc de laborante nauicula, & de ambulatione dñi sup aquas nō tacet, ita cōtexens: Iesus ergo cū cognouisset quia uenturi essent ut raperent eū & facerēt eū regē, fugit iterū in montē ipse solus. Vt aūt sero factū est, descenderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascēdissent nauē, uenerūt trās mare in Capernaū, Et tenebrę iam factę erant & nō uenerat ad eos Iesus. Mare aūt uento magno flante exurgebat: &c.

Matth. 14 Nihil hic cōtrarium uideri potest, nisi quod Matthæus dimissis turbis eum dicit ascēdisse in montem, ut illic solus oraret. Ioannes aūt in montē fugisse, cū easdē turbas de quinq; panib. pauit. Sed cū & ipse Ioannes dicat post illud miraculū fugisse eū in montē, ne à turbis teneret quæ eū uolebāt regē facere: utiq; manifestū est, quod de monte in planiora descēderāt quādo illi panes turbis ministrati sunt. Et ideo nō est contrariū ꝙ ascēdit rursus in montē, sicut & Matthęus & Ioannes dicūt: nisi ꝙ Matthęus dicit, & ascēdit: Ioānes aūt fugit: quod esset cōtrariū, si fugiēs nō ascēderet. Nec illud repugnat q̄d Matthęus dixit, Ascēdit in montē solus orare: Ioannes aūt, Cū cognouisset, inquit quia uēturi essent ut facerēt eū regē, fugit iterū in montē ipse solus. Neq; enī causę orādi cōtraria est causa fugiēdi: quādo quidē & hinc dñs trāsfigurās in se corpus humilitatis nostrę, ut conforme faceret corpori gloriæ suæ, per id quoq; docebat hanc esse nobis magnā causam orādi, quando est causa fugiēdi. Nec illud aduersum est, ꝙ Matthæus prius cū dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculam, & pręcedere eū trans fretū, donec dimitteret A turbas, ac deinde dimissis turbis ascēdisse in montem solū orare: Ioānes uero prius eū fugisse commemorat solū in montē: ac deinde, Vt aūt sero factū est, inquit, descenderūt discipuli eius ad mare, & cū ascēdissent nauē: &c. Quis enī nō uideat hoc recapitulādo Ioannē postea dixisse factū à discipulis, quod iā Iesus iusserat anteq; fugisset in montē: sicut solet in sermone ad aliquid pręterimissum redire quodāmodo. Sed quia ipse reditus maxime in breuitate ac pūcto tēporis factus nō cōmemorat, putāt plerunq; qui audiunt, hoc etiā postea factū esse quod postea dicit. Sic etiā quos dixerat ascēdisse nauē, & uenisse trās mare in Capernaum, dicit ad eos in mari laborātes uenisse dñm ambulantē sup aquas, quod utiq; prius in ipsa nauigatio-B ne factū est qua ueniebant Capernaū.

Lucæ 9 Lucas autē post narratū de quinq; panib. miraculū pergit in aliud, & ab ordine isto digredit. Neq; enī aliqd de nauicula illa cōmemorat, & de uia dñi sup aquas: sed cū dixisset, Et māducauerūt omnes, & saturati sunt, & sublatū est quod supfuit illis fragmentorū cophini duodecim: deinde subiūxit, Et factum est cū solus esset orās, erant cū illo & discipuli, & interrogauit illos dicēs, Quē me dicūt esse turbę? Iam deinceps aliud narrās, non quod illi tres qui dñm ambulantē sup aquas uenisse ad nauigantes discipulos retulerūt.

Matth. 14 Nec ideo putari debet in illo mōte quo eū dixit Matthæus ascēdisse ut solus oraret, dixisse discipulis, quē me dicūt turbę?

Luc. 9 Lucas enim uidet in hoc cōgruere Matthæo, quia dixit,

Matth. 15 C Cū solus esset orās: cū ille dixisset, Ascēdit in montem solus orare: sed omnino alibi cū solus oraret, & essent cū illo discipuli hoc interrogauit. Solū quippe Lucas fuisse dixit, nō sine discipulis sicut Matthęus & Ioānes, quando ab illo discesserūt ut præcederēt eum trās mare. Iste nanq; apertissime adiūxit, Erant cū illo & discipuli. Proinde solum dixit, sine turbis quæ cum illo non habitabant.

Iesus traijcit Cap. XLVIII Sequitur Matthęus dicēs, Et cū transfretassent uenerūt in terram Genesar, Et cum cognouissent eum uiri loci illius, miserunt in uniuersam regionē illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum, ut uel fimbriā uestimenti eius tangerent. Et quicūq; tetigerūt, salui facti sunt. Tūc accesserunt ad eū ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi dicen-D tes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorū? Non enim lauant manus suas cū panē māducant: &c. usq; ad illud ubi ait, Non lotis autē manib. manducare, nō coinquinat hominē. Hæc & Marcus commemorat sine aliqua repugnātiæ quęstione. Quicquid enī diuerso modo ab alio dicitur ab eadē sententia nō recedit. Ioannes aūt ab illa nauicula ad quam dñs super mare ambulās uenit posteaquā exierunt in terram, more suo in sermone domini intentus, eum ex occasione panis multa pręcipueq; diuina locutū esse cōmemorat: postq; ipsum sermonē rursus in aliud atq; aliud eius narratio sublimiter fertur. Nec tñ in eo quod ab istis digreditur, aliquid ordini istorum, illius in alia trāsitus aduersatur. Quid enim prohibet intel-

ligere & illos eſſe ſanatos à dño, de quibus narrãt Matthæus & Marcus, & illis qui eum ſecuti ſunt A trans mare, hæc eum locutū eſſe quæ predicat Ioannes? Quandoquidem Capernaū quo dicuntur ſecundū Ioannem transfretaſſe, iuxta ſtagnum eſt Geneſar, ad quam terrā ſecundū Matthęū dicuntur exiſſe.

De muliere Chananæa Cap. XLIX Matt.15

Sequitur Matthæus poſt illum ſermonem domini, ubi de nō lotis manibus cum Phariſæis egit, atq; ita conſerit narrationis ordinẽ, quantum ipſe tranſitus indicat, rerū etiā quæ conſecutę ſunt ordinem ſeruans. Et egreſſus, inquit, inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, Et ecce mulier Chananæa à finib. illis egreſſa, clamauit dicẽs ei, Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea male à dæmonio uexat̃. Qui non reſpondit ei uerbū: &c. uſq; ad illud ubi ait, O mulier magna eſt fides tua, fiat ſicut petiſti. Et ſanata eſt filia illius ex illa B hora. Hoc de muliere Chananæa etiam Marcus cōmemorat, eundẽ rerū geſtarum ordinẽ ſeruans nec afferẽs aliquā repugnãtiæ queſtionẽ, niſi ꝙ in domo dicit fuiſſe dominū cum ad illum uenit eadem mulier pro filia ſua rogãs. Matthęus aūt poſſet quidẽ facile intelligi de domo tacuiſſe, eãdem tamen rem commemoraſſe, ſed quoniā dicit diſcipulos domino ſuggeſſiſſe, dimitte illam quoniam clamat poſt nos: nihil uidetur aliud ſignificare q̃ poſt ambulantẽ dominū mulierem illam deprecatorias uoces emiſiſſe. Quomodo ergo in domo, niſi quia intelligendum eſt dixiſſe quidẽ Marcum quod intrauerit ubi erat Ieſus, cū eum prædixiſſet fuiſſe in domo, Sed quia Matthęus ait, Nō reſpondit ei uerbū: dedit agnoſcere ꝙ ambo tacuerūt: in C eo ſilẽtio egreſſum fuiſſe Ieſum de domo illa, atq; ita cætera cōtexunt̃ quæ iam in nullo diſcordant. Quod enim Marcus cōmemorat ei dominum reſpondiſſe de pane filiorū non mittendo canibus: illis interpoſitis dicta ſunt, quę Matthęus dicta nō tacuit: id eſt, quia diſcipuli rogauerunt eum ꝓ illa, & quia reſpondit non ſe eſſe miſſum niſi ad oues quę perierūt domus Iſrael: & quia illa uenit, id eſt, illa cōſecuta eſt, & adorauit eum dicens, Domine adiuua me: tunc deinde dictum eſt quod Euangeliſtæ ambo commemorant.

De ſeptẽ panibus. Cap. L Matth.15

Sequitur Matthæus ita narrans, Et cū tranſiſſet inde Ieſus, uenit ſecus mare Galilææ, & aſcendens in montẽ ſedebat ibi: Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habẽtes ſecū

Eſa.53

mutos, claudos, cæcos, debiles & alios multos, & D proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita ut turbæ mirarent̃, uidentes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos uidentes, & magnificabãt deum Iſrael. Ieſus aūt cōuocatis diſcipulis ſuis dixit, Miſereor turbę, quia triduo iam ꝑſeuerant mecum et nō habẽt quod mãducẽt: &c. uſq; ad illud ubi ait, Erant aūt qui manducauerunt quatuor milia hominū extra paruulos & mulieres. Hoc aliud miraculū de ſeptẽ panibus & paucis piſciculis, e-

Marci 8

tiā Marcus cōmemorat eodem penè ordine, niſi quia interponit quod nullus alius dicit, de ſurdo cui dñs aures aperuit, ſpuens & dicens, effeta q̃d eſt aperite. Hoc ſanè non ab re fuerit admonere in hoc miraculo de ſeptem panibus quod duo Euangeliſtæ Matthęus Marcuſq; poſuerunt, quia ſi aliquis eorū id dixiſſet, qui de illis quinq; panib. nō dixiſſet, cōtrarius cæteris putaret̃. Quis enim non exiſtimaret unū idemq; factum eſſe? Non autẽ integre & ueraciter, ſiue ab illo, ſiue ab alijs ſiue ab omnibus fuiſſe narratū: ſed aut illū pro quinq; panibus ſeptem dum falleret̃ commemoraſſe, aut illos pro ſeptẽ quinq;, aut utroſq; mentitos, uel obliuiōe deceptos. Hoc & de duodecim cophinis, & de ſeptẽ ſportis opinaret̃ quaſi contrariū. Hoc de quinq; milibus & quatuor milibus eorum qui paſcerent̃, Sed quia illi qui miraculum de ſeptẽ panibus narrauerūt, nec illud de quinq; panibus tacuerunt, neminẽ mouet, & utrunq; factum omnes intelligūt. Hoc ideo diximus ut ſicubi ſimile inuenitur factū à dño, quod in aliquo alteri Euangeliſtæ B ita repugnare uideatur ut omnino ſolui non poſſit, nihil aliud intelligat̃ q̃ utrunq; factum eſſe, & aliud ab alio commemoratum, ſicut de centenis, & quinquagenis diſcumbentibus commemorauimus. Quia ſi non etiam illud utrūq; apud unū inueniremus, contraria ſingulos dixiſſe putaremus.

Math.14 Marci 6

Ieſus in Magedan. Cap. LI matth.15

Sequit̃ Matthęus & dicit, Et dimiſſa turba aſcẽdit in nauiculam, & uenit in fines Magedan: &c. uſq; ad illud ubi ait, Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignū non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetę. Hoc etiā & alibi dixit idem Matthæus: Vnde etiā atq; etiam retinẽdum eſt, ſæpius dominū eadem dixiſſe, ut quod exiſtente contrario ſolui non potuerit, bis dictū intelligatur, Hūc ſanè ordinem etiam Marcus tenens poſt illud de C ſeptẽ panibus miraculū, hoc idem ſubijcit quod Matthæus, niſi ꝙ Dalmanutha quod in quibuſdā codicibus legitur, non dixit Matthęus, ſed Magedan. Non autẽ dubitãdum eſt eundem locum eſſe ſub utroq; nomine. Nam pleriq; codices non habent etiam ſecundum Marcū, niſi Magedan. Nec illud moueat, ꝙ Marcus non dicit reſponſum eſſe quęrẽtib. ſignū de cœlo idem quod Matthæus de Iona, ſed ait dominū reſpondiſſe ſignum nō dabitur ei. Intelligẽdum eſt enim quale petebant, hoc eſt de cœlo, prętermiſit autẽ dicere de Iona quod Matthæus commemorauit.

Marci 8

Fermētū Phariſæorū. LII

Sequitur Matthæus, Et relictis illis abijt. Et cum ueniſſent diſcipuli eius trans fretum, obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Phariſæorū & Saducęorū: &c. uſq; ad illud ubi ait, Tūc D intellexerunt, quia non dixerit cauẽdum à fermẽto panū. ſed à doctrina Phariſæorum & Saducæorum. Hæc eadem etiā Marcus & eodẽ ordine digerit.

Ieſus in Cæſarea Philippi Cap. LIII Matth.16 Ioan.6

Sequitur Matthæus, Venit autẽ Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos dicẽs, Quem dicunt homines eſſe filium hominis? At illi dixerunt, alij Ioannem Baptiſtā, alij autẽ Heliam, alij uero Hieremiā, aut unum ex Prophetis: &c. uſq; ad illud ubi ait, Et quodcunq; ſolueritis ſuꝑ terrā erit ſolutū & in cœlis. Hoc eodem penè ordine Marcus narrat, ſed interpoſuit primo de cæco illuminato, quod ſolus ipſe cōmemorat, de illo qui dixit dño, Video homines ſicut arbores ambulantes. Lucas autẽ poſt miraculum

Lucæ 9

illud

illud de quinq; panibus hoc recordat̃ atq; inserit.
Cuius recordationis ordo, sicut supra iam ostendi
mus, nihil repugnat ordini istorũ. Sed potest illud
mouere, qđ Lucas dñm interrogasse discipulos
suos, quẽ illum dicerẽt homines, tunc dixit, cũ es-
set solus orans & adessent etiam ipsi. Porrò autem
Marci 8 Marcus in uia dicit illos hoc ab eodem interroga-
tos. Sed eũ mouet qui putat quod nunquã orauit
in uia. Iam etiã ipse me recolo dixisse, ne quis arbi
tretur quod hic Petrus nomen acceperit, ubi illi
ait, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo
Ecclesiã meam. Nõ enim accepit hoc nomen, nisi
Ioan. 1. ubi Ioãnes cõmemorat ei dictum esse, Tu uocabe
ris Cephas, quod interpretat̃ Petrus. Vnde nec il
Marci 3 lo loco, ubi Marcus duodecim discipulos nomi-
natim cõmemorãs, dixit appellatos Iacobũ & Io-
annẽ filios tonitrui, arbitrandũ est nomẽ accepis-
se Petrũ, quia dixit illic q; imposuerit ei nomen ut
uocaret̃ Petrus: hoc eñ recolẽdo dixit, non quod
Cap. LIIII tunc factũ sit. Sequit̃ Matthæus & dicit, Tunc
Matth. 16 præcepit discipulis suis ut nemini dicerent, quia
ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus osten
dere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hiero
solymam, & multa pati à senioribus & scribis: &c.
usq; ad illud ubi ait, Nõ sapis ea quæ dei sunt, sed
ea quæ hominũ. Hæc eodẽ ordine subnectũt Mar
cus & Lucas, sed Lucas de Petro quod passioni
Cap. LV Christi contradixerit tacet. Sequitur Matthęus,
Matth. 16 Tũc Iesus dixit discipulis suis, Si quis uult post me
uenire abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã &
sequat̃ me: &c. usq; ad illud ubi ait. Et tũc reddet
Marci 8 unicuiq; secundũ opus eius. Hoc & Marcus sub-
iungit eundem ordinẽ seruans, sed ipse non dicit
de filio hominis uẽturo cũ angelis suis, ut reddat
unicuiq; secundum opus suum. Commemorat ta-
men etiam illud dixisse dominũ, Qui enim me cõ
fusus fuerit & mea uerba in generatione ista adul-
tera & peccatrice, & filius hominis confundet eũ
cũ uenerit in gloria sua cũ angelis sanctis. Quod
intelligi potest ad eandẽ sententiã pertinere qua
dixit Matthæus, ut reddat unicuiq; secundũ opus
Lucæ 9. et. 14 suũ. Lucas quoq; eadẽ eodemq; ordine annectit,
non multũ diuerso uerborum modo, eadem tamẽ
Iesus transfiguratus sententiarum ueritate simillimus. Sequit̃ Mat-
LVI thæus, Amen dico uobis, sunt quidam de hic stan
Matth. 16 tibus, qui non gustabunt mortem donec uideant
filium hominis uenientem in regno suo. Et post
dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobũ & Ioan
nem fratrẽ eius, & duxit illos in montẽ excelsum
seorsum & transfiguratus est: &c. usq; ad illud ubi
ait, Nemini dixeritis uisionem, donec filius homi
nis à mortuis resurgat. Hæc uisio domini in mõte
coram tribus discipulis, Petro, Iacobo & Ioanne,
ubi etiã de coelo illi testimoniũ paternę uocis per
hibitum est, à tribus Euãgelistis eodem ordine cõ
memorat̃ & ad easdẽ omnino sententias, sed cæte
ra secundum ea genera locutionum diuersa, sine
ulla sententiarũ diuersitate, quæ multis locis supe
rius demonstrauimus, uideri à legẽtibus possunt.
Marci 9 Quod autẽ Marcus post sex dies factum dicit, si-
Matth. 17 cut Matthæus, Lucas autem post octo, non cõtẽ-

nendi sunt si quos mouet, sed ratione reddita in- Luc. 9
A struẽdi. Dies enim quando enũciamus dicentes,
post tot dies, aliquãdo non annumeramus eum in
quo loquimur, & eum quo res ipsa futura quã præ
nũciamus uel pollicemur, sed medios post quos
reuera plenos atq; integros illud futurum est. Hoc
fecit Matthæus & Marcus: excepto eo die quo
hęc loquebatur Iesus, & illo quo exhibuit memo
ratã in mõte uisionẽ, medios dies intuentes dixe-
rũt, post sex dies, q̃d ille annumeratis finalibus, id
est primo atq; ultimo, dixit, post octo dies, eo lo-
quendi modo quo pars pro toto commemoratur.
Iã q̃d Lucas ait de Moyse & Helia, Et factum est
dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præ-
ceptor bonũ est nos hic esse: & cætera, non debet
B putari contrariũ ei quod Matthæus Marcusq; ita
coniunxerunt, Petrum hoc suggessisse, quasi ad-
huc Moyses & Helias cũ dño loquerent̃. Nõ eñ
expresserunt, quod tũc: sed tacuerũt potius, quod
iste addidit, illis discedẽtibus hoc Petrũ de tribus
tabernaculis faciendis domino suggessisse. Addi
dit etiã Lucas, intrantibus illis in nubem, factam
esse uocem de nube, quod illi nõ dixerũt, sed nec
contradixerunt. Sequitur Matthæus. Et inter- De aduentu Heliæ. LVII
rogauerunt eum discipuli eius dicentes, Quid er-
go scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primum
uenire? At ille respõdens ait eis. Helias quidẽ uen
turus est et restituet omnia. Dico autẽ uobis, quia
Helias iam uenit, & non cognouerũt eum, sed fe-
cerũt in eũ quęcunq; uoluerunt: sic & filius homi-
nis passurus est ab eis. Tũc intellexerũt discipuli,
quia de Ioãne Baptista dixisset eis. Hoc idẽ Mar-
C cus etiã hunc ordinẽ seruans cõmemorauit, & in
nõnulla diuersitate uerborũ, nusquam tamẽ ab e-
iusdem sententiæ ueritate discessit. Sed ipse nõ ad
didit, intellexisse discipulos, quod Ioannẽ domi-
nus significasset dicẽdo quod Helias iam uenerit.
Sequit̃ Matthęus & dicit, Et cũ uenisset ad tur Cap. LVIII
bam, accessit ad eum homo genibus prouolutis Matt. 17
ante eum dicẽs, Domine miserere filij mei, quia lu
naticus est, & male patit̃: &c. usq; ad illud ubi ait,
Hoc autẽ genus non eijcit̃ nisi per orationẽ & ie-
iuniũ. Hoc & Marcus & Lucas eodem etiam or-
dine memorant sine ulla repugnantiæ quęstionẽ.
Sequitur Matthæus dicens, Conuersantibus Cap. LIX.
autẽ eis in Galilæa dixit illis Iesus, Filius hominis
tradẽdus est in manus hominum, & occident eũ,
& tertia die resurget: Et contristati sunt uehemen-
D ter. Hoc eodem ordine Marcus Lucasq; comme-
morant. Sequitur Matthęus. Et cum uenissent Cap. LX
Capernaum, accesserunt qui didrachma accipie-
bant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister uester
nõ soluit didrachma? Ait, etiam: &c. usq; ad illud
ubi ait, Inuenies staterem, illum sumẽs da eis pro
me & te. Hoc solus iste commemorat, quo inter-
posito eundem ordinem sequitur in quo cum eo
etiã Marcus & Lucas pariter ambulant. Sequit̃
ergo idẽ Matthęus & dicit, In illa hora accesserũt Cap. LXI
discipuli ad Iesum dicentes, Quis putas maior est, Matth. 18
in regno cælorum? Et aduocãs Iesus paruulũ sta-
tuit eũ in medio illorũ & dixit, Amen dico uobis
nisi

nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nõ
intrabitis in regnũ cœlorum, usq; ad illud ubi ait,
Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si nõ remi
seritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Ex
isto aliquãto prolixiore domini sermone, nõ om-
nia sed quædã Marcus eundẽ sequẽs ordinem po
Marci 9 suit, quædã etiã ipse quæ Matthęus non dicit, inse
ruit. Totus autẽ sermo quousq; eum cõsiderandũ
suscepimus à Petro solo interpellat̃ quęrẽte quo-
tiẽs fratri debeat ignosci. Talia enim dominus lo-
quebat̃, ut satis eluceat, etiã hoc quod Petrus in-
terrogauit, eiq; responsum est, ad eundẽ pertinere
sermonẽ. Lucas aũt nisi illud de paruulo quẽ cõsti
tuit ante discipulos imitandũ, cũ de sua magnitu-
dine cogitarẽt, nihil hoc ordine seruato cõmemo
Luc 9 rat, Si qua eñ alia similiter dixit, quæ & in isto ser-
mone sunt posita alibi & ex alijs occasionibus di-
Ioan. 20 cta recoluit. Sicut Ioannes de remissione peccato
rũ, quod tenebunt̃ si cui tenuerint, & dimittent̃ si
cui dimiserint, post resurrectionẽ à domino dictũ
cõmemorat, cũ Matthæus in hoc sermone domi-
num hoc dixisse meminerit, quod & Petro ante di
ctũ fuisse idẽ ipse restat̃. Eadẽ itaq; sæpe ac plurib.
locis Iesum dixisse, necubi moueamur, si ordo di-
ctorũ quibusdã repugnare putabit̃, sicut iam toti-
ens cõmendauimus, meminisse debemus, ne hoc
De repudio semp admonere necesse sit. Sequitur Matthæus
Cap LXII narrãs: Et factũ est cum cõsummasset Iesus sermo
Matt. 19 nes istos, migrauit à Galilæa & uenit in fines Iu-
dææ trãs Iordanẽ, & secutæ sunt eũ turbæ multæ,
& curauit eos ibi, Et accesserũt ad eũ Pharisęi, ten
tantes eum & dicentes, Si licet homini dimittere
uxorẽ suã quacunq; ex causa: &c. usq; ad illud ubi
ait, Qui potest capere capiat. Hoc & Marcus cõ-
memorat eundẽ ordinẽ tenẽs. Sanè uidẽdum est,
Marci 10 ne repugnare uideat̃, quod idem Marcus à dño di
cit interrogatos Pharisæos, quid eis Moyses præ-
ceperit, atq; ita illos interrogãti respõdisse de per
misso sibi libello repudij: cũ Matthęus dixerit uer
bis dñi, quibus ostẽderat ex lege deũ coniunxisse
masculũ & fœminã, & propterea non eos debere
ab homine separari, retulisse respõsionẽ: Quid er-
Deut. 24 go Moyses mãdauit dari libellũ repudij, & dimit-
tere? Quibus iterum ait, Quoniã Moyses ad duri
tiam cordis uestri ꝑmisit uobis dimittere uxores
uestras, ab initio aũt non sic fuit. Nam & Marcus
hanc dñi responsionem non tacet, sed posteaq; ei
respõderunt interrogãti de libello repudij. In quo
ordine uel modo uerborum hoc intelligere debe
mus, ad rei ueritatem nihil interesse, utrum dño se
parationem prohibẽti & sententiã suã de lege fir-
manti, ipsi intulerint quæstionẽ de libello repudij
per eundẽ Moysen sibi permisso, per quẽ & illud
scriptũ est, quod deus coniunxerit masculũ & fœ-
minam: an hoc illi idem de pręcepto Moysi eos in
terroganti responderint, Nam et uolũtas eius ita
se habebat, ut non eis redderet rationem, cur illud
Moyses permiserit, nisi prius ipsi hoc commemo
rassent, quæ uoluntas eius, ea quã Marcus posuit,
Marc. 10 interrogatiõe significata est: & illorũ uolũtas ipsa
erat, ut de autoritate Moysi quoniã mãdauit da-
ri libellũ repudij, tanquã concluderẽt eum, separa
A tionẽ sine dubio uetaturũ, Hoc enim dicturi etiã
tentantes accesserant: quæ uoluntas eorum sic ex
pressa est per Matthęũ, ut nõ eos esse cõmemora-
ret interrogatos, sed ultro intulisse de mandato
Moysi, quo uelut cõuincerent dñm separationem
cõiugũ prohibentẽ. Cũ ergo uolũtas loquentium
cui debent uerba seruire, ab Euangelista utroque
mõstrata sit, nihil interest q; diuersus inter ambos
fuerit narrãdi modus, dum ab eadem ueritate neu
ter abscederet. Potest etiã hoc intelligi, quod sicut
dicit Marcus, prius eos de uxore dimittẽda inter-
rogãtes dñs uicissim interrogaret, quid eis præce
perit Moyses. Qui cũ respondissent, Moysen ꝑmi
sisse libellũ repudij scribere & dimittere, respõdit
B eis de ipsa lege per Moysen data, quomodo deus
instituerit coniugiũ masculi et fœminæ, dicens ea
quæ ponit Matthæus, Non legistis, quia qui fecit Matth. 19
ab initio masculũ & fœminam fecit eos, & cętera. Gen. ca. 2
Quibus auditis illi id quod ei primo interroganti
responderant, repetiuerunt dicentes. Quid ergo
Moyses mandauit dari libellũ repudij & dimitte-
re? Tunc Iesum causam ostẽdisse duritiæ cordis ip
sorũ, quam Marcus breuitatis causa prius ponit,
tanquã illi priori quam Matthæus intermisit eo-
rum responsioni redditã: nihil deperire iudicans
ueritati quocũq; loco eisdem ipsis uerbis quæ bis
dixerãt redderet̃ quoniam ipsis uerbis eam reddi
derat dominus. Sequitur Matthæus, Tunc obla Conducti in uineam LXIII
ti sunt ei paruuli ut manus eis imponeret & ora-
ret. Discipuli autem increpabãt eos: et cętera, usq; Mat. b. 19
C ad illud ubi ait, Multi eñ sunt uocati, pauci autem
electi. Hunc cũ Matthæo Marcus ordinẽ tenuit, Marci 10
sed de conductis opariis ad uineã solus Matthęus
interponit: Lucas aũt cum commemorasset illud, Luca 9
quod eis dixit quærentibus inter se quis nam ma-
ior esset, adiunxit de illo quem uiderunt eijciẽtem
dæmonia, cum eum non sequeretur. Inde iam di-
gredit̃ ab istis duobus, ubi ait eum firmasse faciem
suã ut iret in Hierusalẽ. Ac post multa interposita
occurrit eis rursus ad cõmemorãdũ istũ diuitẽ cui
dicit̃, Vende omnia quæ habes, quẽ nunc isti cõ- Luca 18
memorant ex ordine quo pariter eunt. Nam ibi e- Marci 10
tiã Lucas de istis paruulis anteq; diuitis faciat mẽ-
tionẽ, quemadmodũ et isti nõ prætermittit. De il-
lo ergo diuite qui quærit, quid boni faciat ut uitã
D ęternã consequat̃, potest uideri distare aliquid q̃d
secundũ Matthæũ dicit̃, Quid me interrogas de Matth. 19
bono? Secũdum illos aũt, Quid me dicis bonum? Marci 10
Nam, quid me interrogas de bono, ad illud magis Luca 18
referri potest, quod ait ille quærens, quid boni fa-
ciã? Ibi eñ & bonũ nominauit, & interrogatio est:
Magister autẽ bone, nondum est interrogatio. Cõ
modissime ergo intelligit̃ utrunq; dictum, q̃d di-
cis me bonum, et interrogas me de bono? Sequi Filij Zebedæi
tur Matthæus & dicit, Et ascendens Iesus Hieroso Cap. LXIIII
lymam assumpsit duodecim discipulos secreto, &
ait illis, Ecce ascẽdimus Hierosolymã, et filius ho
minis tradet̃ principibus sacerdotum & scribis, et
cõdemnabunt eum morte, & tradẽt eũ gentib. ad
deludendũ et flagellãdũ & crucifigendũ, et tertia
dic

die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum
Zebedęi cum filijs suis, adorans & petens aliquid
ab eo: &c. usq; ad illud ubi ait, Sicut filius hominis
nō uenit ministrari, sed ministrare & dare animā
suā in redēptionē pro multis. Hunc cū illo ordinē
Marci 10 etiā Marcus tenet, filios Zebedæi phibēs dixisse
quod ab eis nō per eosipsos, sed per matrem dictū
esse Matthæus expressit, cum illa eorum uolunta-
tem attulisset ad dñm. Vnde magis ipsos q̃ illam
dixisse quod dictum est, Marcus breuiter intima-
uit. Deniq; & dñs, & secundū Matthęum & secun
Lucæ 18 dū Marcum ipsis potius q̃ matri respōdit. Lucas
aūt posteaquam ex eodē ordine commemorauit,
quæ de passiōe & resurrectione sua duodecim di-
scipulis prædixerit, prætermittit ea quæ isti cōme
morāt, post quæ interposita occurrunt ei ad Hieri
Matth. 18 Marci 10 cho. Quod aūt dixerunt Matthæus & Marcus de
principibus gentiū qui dominantur subiectis, nō
ita futurū inter illos, sed eū q erit maior, etiā seruū
aliorū futurum, dicit tale aliquid & Lucas, sed non
eo loco: & ordo ipse indicat, iterū esse eandē sentē
Cæci in Hiericho LXV tiā à dño dictā. Sequitur Matthæus, Et egredienti
Matt. 20 bus eis ab Hiericho, secuta est eū turba multa. Et
Marci 10 ecce duo cęci sedentes secus uiā audierūt quia Ie-
sus transiret, & clamauerūt dicētes. Domine mise
rere nostri fili Dauid: &c. usq; ad illud ubi ait, Et
cōfestim uiderūt, & secuti sunt eū. Hoc & Marcus
cōmemorat, sed de uno cæco factū. Quæ ita solui
tur quæstio, ut illa soluta est de duobus qui legio-
nē dæmonū patiebātur in regiōe Gerasenorū. Nā
duorū etiā cæcorū quos modo interposuit, unum
fuisse notissimū & in illa ciuitate famosissimū, ex
hoc etiā satis apparet, quod & nomen eius & pa-
tris eius Marcus cōmemorauit. Quod in tot supe
rius sanatis à dño non facile occurrit, nisi cum Iai-
rum archisynagogum etiam nomine expressit, cu
ius filiā resuscitauit Iesus. In quo etiam magis iste
sensus apparet, quia & ille archisynagogus utiq;
in loco isto nobilis fuit. Proculdubio itaq; Barti-
mæus iste Timęi filius ex aliqua magna felicitate
deiectus: notissimę & famosissimæ miseriæ fuit, q̧
nō solū cęcus, uerum etiā mendicus sedebat, Hinc
est ergo q̃d ipsum solū uoluit cōmemorare Mar-
cus, cuius illuminatio tam claram famā huic mira
Luc. 18 culo cōparauit, q̃ erat illius nota calamitas. Lucas
uero quāuis omnino eodē modo factū, tamē in a-
lio cæco intelligēdus est par cōmemorare miracu
lū, & eiusdē miraculi parē modū. Ille quippe hoc
factū dicit, cū appropinquaret Hiericho, at isti cū
egrederetur ab Hiericho. Sed nomen ciuitatis & fa
cti similitudo putari suadet semel esse factū: sed E-
uangelistas in hoc sibi aduersari, quod alius dicat,
cū appropinquaret Hericho, alij cū egrederetur
ab Hiericho, nō sanè hoc psuadet, nisi eis qui pcli
uius credi uolunt, mentiri Euangeliū, q̃ duo simi-
lia similiterq; miracula fecisse Iesum. Quid autē sit
credibilius, & quid potius uerum, & omnis fide-
lis filius Euāgelij facillime uidet, & omnis conten
tiosus saltē cum admonitus fuerit, uel tacendo uel
Asina & pullus LXVI etiā si tacere noluerit cogitādo sibi ipse respōdet.
Sequitur Matthęus & dicit, Et cū appropinquas

set Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad mōtē
A Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicēs eis, Matth. 21
Ite in castellū quod cōtra uos est, & statim inuenie
tis asinā alligatā & pullū cum ea: &c. usq; ad eum
locū ubi ait, Benedictus qui uenit in nomine do-
mini, osanna in altissimis. Hoc etiam Marcus nar- Marci 11
rāt eodē ordine custodito. Lucas aūt in Hiericho Lucæ 19
immoratur, quædā cōmemorans quæ isti præter-
miserūt, de Zachęo principe publicanorū, & quæ
dā in parabolis dicta. Posthæc & ipse occurrit eis
ad huius pulli commemorationem in quo sedit Ie
sus. Nec moueat q̧ Matthæus asinā dicit & pullū,
cæteri aūt de asina tacēt, Imò etiā recordāda est illa
regula quā de quinquagenis & cētenis discūben-
tibus, cū quinq; panib. turbæ pascerētur, supra insi
nuauimus, Qua insinuata, nō deberet hoc iam p-
B mouere lectorem, nec si Matthæus ita de pullo tā
cuisset, quēadmodū illi de asina tacuerunt, ut ma-
xime cōtrarium putaretur, q̧ unus asinā dixit, alij
pullum asinæ, Quāto minus moueri oportet, quia
unus ita commemorauit asinā de qua cęteri tacue
rūt, ut tñ pullū nō taceret, de quo illi dixerūt. Vbi
ergo utrūq; factū pōt intelligi, nulla repugnantia
est, nec si alius aliud, & aliud alius cōmemoraret:
quanto minus ubi alius unū, alius utrūq;. Ioannes
quoq; cū taceat quēadmodū dñs discipulos suos
ad hæc animalia sibi adducenda miserit: interpo-
nit tñ breuiter hoc de pullo cum testimonio etiam Ioan. 12
Prophetæ, quod Matthęus adhibet. In quo etiā te
stimonio prophetico aliquantū diuersa Euangeli-
starum locutio ab ea quidē sententia non recedit.
C Sed potest mouere q̧ hoc Matthæus sic adhibet
ut asinā dicat cōmemorasse Prophetā: non aūt ita
se habet, uel quod Ioānes interponit, uel codices
ecclesiastici interpretatiōis usitatæ. Cuius rei cau-
sa illa mihi uidetur, q̧ Matthęus Hebræa lingua p-
hibetur Euangeliū conscripsisse. Manifestū est au
tem interpretationē illam quæ dicitur septuagin-
ta, in nonnullis se aliter habere q̃ inueniūt in He-
bræo, qui eam linguā nouerunt, & qui interpreta-
ti sunt singuli eosdē libros Hebræos. Huius itē di- Quare Septuaginta ab Hebræis uarient
stātiæ causa si quæratur, cur tāta autoritas interpre
tationis septuaginta multis in locis distet ab ea ue
ritate q̃ in Hebræis codicibus inuenitur: nihil oc-
currere pbabilius existimo, q̃ illos septuaginta eō
spiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabā
D tur dicta fuerāt, q̃d ex ipsa eorū mirabili quæ præ-
dicatur cōsensiōe firmatū est. Ergo & ipsi nōnulla
in eloquio uariādo, & ab eadē uolūtate dei cuius
illa dicta erāt, & cui uerba seruire debebāt non re-
cedendo, nihil aliud demōstrare uoluerūt q̃ hoc
ipsum quod nunc in Euāgelistarū quatuor cōcor
di quadā diuersitate miramur: qua nobis ostendit
nō esse mendaciū si quisquā ita diuerso modo ali-
quid narret, ut ab eius uolūtate cui cōsonandū &
cōsentiendū est nō recedat. Quod nosse & mori-
bus utile est, pter cauēda & iudicāda mēdacia: &
ipsi fidei, ne putemus quasi cōsecratis sonis, ita mu
niri ueritatē, tāq; deus nobis quēadmodū ipsā rē,
sic uerba quæ pter illā sunt dicēda, cōmendet: cū
potius ita res q̃ discēda est sermonib. p q̃s discēda
est

est pręferatur, ut istos omnino quęrere nō deberemus, si eam sine his nosse possemus, sicut illam nouit deus, & in ipso angeli eius. Sequitur Matthæus & dicit, Et cū intrasset Hierosolymam cōmota est uniuersa ciuitas dicēs, Quis est hic? Populi autem dicebant, Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus templū dei, & eijciebat omnes ementes & uendentes in tēplo: & cætera, usq; ad eum locum ubi ait, Vos aūt fecistis illā speluncam latronū. Hoc de turbis uendentiū eiectis de templo, omnes cōmemorant, sed Ioannes lōge diuerso ordine. Nam post testimoniū Baptistę Ioannis de Iesu, cū eum commemorasset isse in Galilæam quādo aquā cōuertit in uinū, deinde post cōmemorationem paucorū in Capernaū dierū, dicit eū ascēdisse in Hierosolymā, cum esset Pascha Iudæorū, & facto flagello de resticulis expulisse de tēplo uēdentes. Vnde manifestū est, nō semel, sed iterū hoc esse à domino factū. Sed illud primū cōmemoratur à Ioanne, hoc ultimū à cæteris tribus.

Iesus cum flagello LXVII — *Matth. 21* — *Ioan. 2*

Sequitur Matthæus, Et accesserūt ad eum cæci & claudi in tēplo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotū & scribę mirabilia quæ fecit, & pueros clamātes in tēplo & dicētes, Osanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerūt ei, Audis q̄d isti dicūt? Iesus aūt dicit eis, Vtiq;: nunquā legistis, quia ex ore infantiū & lactētiū perfecisti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatē in Bethaniam, ibiq; māsit. Mane autē reuertens in ciuitatē esurijt. Et uidens fici arborē unā secus uiam, uenit ad eam & nihil inuenit in ea nisi folia tantū, Et ait illi, Nunquā ex te fructus nascatur in sempiternū. Et arefacta est ficulnea cōtinuo. Et uidentes discipuli mirati sunt dicētes. Quō continuo aruit? Respondens aūt Iesus, ait eis, Amen dico uobis, si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed etsi monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcūq; petieritis in oratione credētes, accipietis. Hoc & Marcus cōsequenter dicit, sed nō eundē ordinē tenet. Primo enim quod eum Matthæus in templum dixit intrasse, & eiecisse uendentes & emētes, nō cōmemorat Marcus, sed circunspectis omnibus cū iam uespera esset exisse dicit in Bethaniā cū duodecim: & alia die cū exirent à Bethania esurisse, & arbori fici maledixisse, quod & Matthæus cōmemorat, Et subiungit idem Marcus, quod uenerit Hierosolymā, & cum introisset in templum eiecit uendentes & emētes, quasi altero die, nō primo factum esset. Sed quia Matthæus ita cōnectit. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatē in Bethaniā: unde mane reuertentē in ciuitatē arbori maledixisse cōmemorat: probabilius credit̄ ipsa potius tenuisse ordinem temporis de uēdentibus & ementibus eiectis de templo. Cum enim dicit, Et relictis illis abijt foras, quibus relictis intelligi poterit, nisi cū quibus superius loquebat̄, indignātib. quod pueri clamarent, Osanna filio Dauid? Prætermisit ergo Marcus quod primo die factum est cum intrauit in templū, & recordatum interposuit, cum dixisset, quod non inuenerit aliquid in ficulnea præter folia, quod secundo die factū est, sicut ambo testantur. Miratos autem esse discipulos q̄d arbor aruerit, & eis dominū respōdisse, de fide & de mōte in mare transferendo, non ipso secūdo die quo dixit arbori, Iam nō amplius in æternum quisquā ex te fructū māducet, sed tertio die dicit. Ipso quippe die secundo cōmemorauit idem Marcus de tēplo eiectos uendentes, quod primo die factū præmiserat. Ipso ergo secundo die dicit facta uespera egressum de ciuitate, & cum mane transirent, uidisse discipulos ficum aridam factam à radicibus, et recordatū Petrū dixisse ei, Rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit, Tunc eum de potentia fidei respondisse. Matthæus aūt tanquā secundo die hoc totū factum sit, id est dictum arbori, Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternū, & arefactā esse cōtinuo, & uidentibus hoc discipulis atq; mirantibus illud de uirtute fidei fuisse responsum. Vnde intelligitur Marcum quidem secūdo die cōmemorasse, quod primo die factū prætermiserat, de templo scilicet eiectos uēdētes & emētes. Matthæus uero cum commemorasset quod altero die factū est, de arbore maledicta q̄n mane reuertebatur à Bethania in ciuitatem, prętermisit ea quę Marcus commemorauit, uenisse illum in ciuitatem, & uespere exijsse, & mane cū transirent, discipulos arborē aridam fuisse miratos: & ei quod secūdo die gestum erat quo arbor maledicta est, adiūxit illud q̄d tertio die gestū est, eius ariditatem miratos esse discipulos, & de potentia fidei à domino audisse, sic ea cōiungēs, ut nisi ex Marci narratione cogamur intendere ubi & quid Matthæus prætermiserit, nō possit agnosci. Cū ergo dixisset Matthæus, Et relictis illis abijt foras extra ciuitatē in Bethaniam ibiq; māsit, Mane aūt reuertens in ciuitatē esurijt. Et uidens fici arborē unam secus uiam, uenit ad eā, & nihil inuenit in ea nisi folia tantū, & ait illi, Nunquā abs te fructus nascatur in sempiternū, & arefacta est continuo ficulnea: prætermissis cęteris ad eundem diem pertinentibus, adiunxit statim, Et uidentes discipuli mirati sunt dicētes, quomodo continuo aruit? quod alio die uiderūt, alio die mirati sunt. Intelligitur autem nō tunc aruisse, quando uiderunt, sed continuo quando maledicta est. Neq; enim arescentem, sed penitus arefactam uiderunt, ac si eam cōtinuo in uerbo domini aruisse intellexerunt. Sequitur Matthæus & dicit, Et cum uenisset in templū, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicētes, In qua potestate hęc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens Iesus dixit illis, Interrogabo uos & ego unum sermonē, quē si dixeritis mihi, & ego uobis dicam in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioānis unde erat &c. usq; ad illud ubi ait, Nec ego uobis dico in qua potestate hęc facio. Hoc totū & alij duo Marcus & Lucas totidē penè uerbis explicauerūt: nec in ordine inter se uident̄ aliq̄d discrepare, nisi unde superius locutus sum: q; prætermissis q̄busdā Matthęus ad alterū diē pertinētibus, ita cōtexit narrationē, ut nisi aduertat̄ possit putari ipsum in secundo

Ficus arefacta Cap. LXVIII — *Matth. 21* — *Psal. 8* — *Marci 11* — *Cap. LXIX* — *Matt. 21* — *Marci 11* — *Luc. 19*

(Marginal section letters A, B, C, D.)

do die adhuc uerſari, Marcũ aũt in tertio: Lucas ue
ro nõ quaſi ex ordine dies ꝓſequẽs hoc ſubiũgit,
ſed cũ cõmemoraſſet eiectos de tẽplo ementes &
uẽdẽtes, prętermiſit ꝙ exibat in Bethaniã et regre
diebat̃ in ciuitatẽ, & q̃d de ficulnea factũ eſt, & q̃d
mirãtib. diſcipulis de fidei uirtute reſpõſum eſt. At
que his prætermiſſis intulit dicẽs, Et erat docens
quotidie in tẽplo, Principes aũt ſacerdotũ & ſcri-
bæ & principes plebis quærebãt illũ ꝑdere, & nõ
inueniebãt quid facerẽt illi, Omis eñ populus ſu-
ſpenſus erat audiẽs illũ. Et factũ eſt in una dierum
docẽte illo populũ in tẽplo & euãgelizante, cõue
nerunt principes ſacerdotũ & Scribæ cũ ſeniorib.
& aiũt dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua poteſtate
hæc facis, & cætera quæ etiã duo illi cõmemorãt.
Vnde apperet, nihil eis etiã ipſo ordine repugna-
re, qñ id quod dicit factũ in una dierũ ea dies intel
De eodem ligat̃ in qua id geſtũ illi etiã retulerunt. Sequit̃
Cap.LXX Matthęus, Quid aũt uobis uidetur? Homo quidã
habebat duos filios, & accedẽs ad primũ dixit illi,
Vade hodie operari in uineã meã. Ille aũt reſpon-
dens ait, Nolo. Poſtea aũt pœnitẽtia motus abijt.
Accedẽs aũt ad alterũ dixit ſimiliter. At ille reſpõ
dens ait, Eo dñe. Et non ijt: & cætera uſq; ad illud
ubi ait, Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum cõfrin-
getur, ſuper quem uero ceciderit conteret eum.
Marcus & Lucas non cõmemorant de duob. iſtis
filijs, quibus imperatum eſt ut irent atq; operaren
tur in uinea. Sed quod poſt hoc narrat Matthæus
de uinea quæ locata eſt agricolis, qui pſecuti ſunt
ſeruos miſſos ad ſe, et poſtea dilectũ filium occide
runt & eiecerunt extra uineã, etiã illi ambo nõ ta-
cent eodẽ ordine cuſtodito: id eſt poſteaquam de
baptiſmo Ioannis interrogati Iudæi ſe neſcire di-
xerunt, & reſpõdit eis, Nec ego dico uobis in qua
poteſtate hęc facio. Nullius ergo hic repugnantię
quæſtio naſcitur, niſi ꝙ Matthæus cum dixiſſet ꝙ
Mat.21 dñs interrogauerit Iudæos, Cũ uenerit dñs uineæ
quid faciet agricolis illis? Illos reſpondiſſe ſubiun
git atq; dixiſſe, Malos male perdet, & uineam lo-
cabit alijs agricolis qui reddant ei fructum tempo
Mar.12 ribus ſuis. Quod Marcus non ab ipſis reſponſum
eſſe cõmemorat, ſed dominũ hoc conſequẽter lo-
cutum poſt interrogationẽ ſuam, ipſum ſibi quo-
dammodo reſpondiſſe. Ita dicit, Quid ergo faciet
dominus uineæ? Veniet & perdet colonos, & da
bit uineam alijs. Sed facile poteſt intelligi uel illo
rum uocem ita ſubiunctam, ut non interponere-
tur, illi dixerunt, aut illi reſponderunt, ſed tamẽ in
telligeretur: aut ideo reſpõſionem iſtam domino
potius attributã, quia cum uerum dixerunt, etiam
de illis hoc ipſe reſpondit qui ueritas eſt. Sed illud
magis mouet, ꝙ Lucas non ſolum eos hoc reſpon
diſſe non dicit, hæc etiam uerba ipſe quoque ſicut
Marcus domino attribuẽs, uerumetiã contrariam
Luc.20 retuliſſe reſponſionẽ, dicentes, Abſit. Ita enim nar
rat. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet
& perdet colonos iſtos, & dabit uineã alijs. Quo
Act.4 audito dixerunt illi, Abſit. Ille autem aſpiciẽs eos
Pſal.117 ait, Quid eſt ergo hoc quod ſcriptũ eſt, Lapidem
1Pet.2 quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in

caput anguli? Quomodo ergo ſecũdum Matthę-
A um illi quibus hęc loquebatur dixerũt, Malos ma
le perdet & uineam locabit alijs agricolis, qui red
dent ei fructũ tẽporibus ſuis, cum ſecundum Lu-
cam talibus uerbis contradixerint dicẽtes, Abſit.
Et reuera quod ſecutus dominus ait de lapide re-
probato ab ædificantibus, & facto in caput angu
li, ita illatum eſt: ut hoc teſtimonio cõuincerentur
illi parabolæ cõtradicentes. Nam & ipſe Matthæ
us hoc ſic cõmemorat dictum, tanquam contradi
centibus cum ait, Nunquam legiſtis in ſcripturis,
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic fa
ctus eſt in caput anguli? Quid eſt enim? Nunquã
legiſtis, niſi quia hoc reſponderant quod eſſet cõ-
trariũ. Hoc & Marcus ſignificat qui hæc ipſa uer-
ba ita refert, Nec ſcripturã hanc legiſtis, Lapidem
B quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in
caput anguli. Quæ ſententia ſecundũ Lucam ma-
gis apparet hoc loco ſuo dicta, poſt illorũ contra-
dictionẽ qua dixerunt, Abſit. Tantundem eñ ua-
let, ſicut hoc etiam ipſe ponit, Quid eſt ergo hoc
quod ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerũt
ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Hanc
enim ſententiæ uoluntatẽ intimat, ſiue nunquã le
giſtis, ſiue nec hoc legiſtis, ſiue quid eſt ergo hoc
quod ſcriptum eſt. Reſtat ergo ut intelligamus in
plebe quæ audiebat, quoſdam reſpõdiſſe q̃d Mat
thæus cõmemorat dicens, Aiunt illi, Malos male Mat.21
perdet, & uineam ſuã locabit alijs agricolis: quoſ-
dam uero illud quod Lucas nõ tacuit, hoc eſt, Ab
ſit. Iis ergo qui illud domino reſponderant, illi alij
C reſponderunt, abſit: ſed illorum reſponſio quibus
iſti retulerunt, abſit, propterea domino tributa eſt
& à Marco & à Luca, quia ſicut dixi, per eos ueri-
tas ipſa locuta eſt: ſiue per neſcientes ſi mali erant,
ſicut per Caipham, qui neſciens quid dixerit, cum
eſſet põtifex ꝓphetauit: ſiue per ſciẽtes ac iam in-
telligentes atq; credentes. Ibi enim erat etiam illa
multitudo, per quam iam erat impleta illa prophe
tia, cum uenienti magna celebritate occurrentes
acclamarẽt: Benedictus qui uenit in nomine do- Mat.21
mini. Nec mouet quod idem Matthęus principes
ſacerdotum & ſeniores populi dixit acceſſiſſe ad
dominum, & quæſiuiſſe in qua poteſtate hæc face
ret, & quis ei dederit hãc poteſtatẽ, quãdo eos de
baptiſmo Ioãnis uiciſſim interrogauit unde eſſet,
D de cœlo an ex hominibus? Quibus reſpõdentib.
quod neſcirent, ait, Nec ego uobis dico in qua po
teſtate hæc facio. Inde enim ſecutus eſt contextim
loquẽdo & ait. Quid autem uobis uidetur: homo
quidam habebat duos filios: & cætera, ſine ulla cu
iuſquã rei uel perſonæ interpoſitione, ſecundum
Matthæũ ſermo contexitur, uſq; ad hoc quod de
locata agricolis uinea cõmemorat̃. Poteſt eñ pu-
tari nmnia eum principibus ſacerdotũ & ſeniori
bus populi locutũ fuiſſe, à quibus fuerat de ſua po
teſtate interrogatus. Qui utiq; ſi tentantes & ini-
mici quæſietãt, nõ in eis poſſunt intelligi qui cre-
diderant, atq; illud clarum ex Propheta teſtimo-
nium domino perhibuerant: qui etiã modo reſpõ
dere potuiſſent, nõ neſciẽtes ſed credẽtes, Malos

male perdet,·& uineā suam locabit alijs agricolis.
Hoc omnino mouere nō debet, ut ideo putemus
fuisse credētes in illa multitudine quæ tunc domi
ni parabolas audiebat. Tacuit nanq; idē Manhæ-
us breuitatis causa, quod Lucas non tacet, parabo
lam istam scilicet, non ad eos solos dictam, qui de
potestate interrogauerant, sed ad plebem. Sic em̄
ait, Cœpit aūt dicere ad plebē parabolā hanc, Ho
Luc.20 mo plātauit uineā:& cætera. In hac ergo plebe in-
telligendū est etiam illos esse potuisse qui sic eum
audirent, quō cui dixerant, Benedictus qui uenit
in nomine dn̄i:& ipsos uel ex ipsis fuisse qui respō
derunt, Malos male perdet & uineā suam locabit
alijs agricolis. Quorū responsionē non solū pro-
pterea domino tribuerūt Marcus & Lucas, quod
hoc ipse dixisset qui ueritas est, qui etiam per ma-
los atq; nesciētes sæpe loquitur occulto quodam
instinctu mentē hominis mouens, non sanctitatis
illius merito, sed iure propriæ potestatis: uerum-
etiam quia tales esse potuerunt, ut nō frustra in ip-
so corpore domini iam sicut membra deputaren-
tur: ut merito eorum uox illi tribueretur cuius mē
bra erant: qui iam baptizauerat plures ꝙ Ioannes,
& habebat turbas discipulorū, sicut ipsi Euangeli
stæ sæpe testantur, & unde erāt etiam illi quingen-
ti fratres quibus eum Apostolus Paulus post re-
1 Cor.15 surrectionē præsentatum esse cōmemorat, Præser
tim quia & secundum eundē Matthæum non ita
dictum est, Aiunt illi, malos male perdet: ut in eo
quod positū est, illi, pluralis numerus accipiēdus
sit, tanquā eorum fuerit ista responsio, qui eum de
sua potestate dolose interrogauerāt: sed aiunt illi,
dictū est, id est, ipsi dn̄o, singulari pronomine non
plurali, quod in codicibus Græcis sine ullo scrupu
lo ambiguitatis apparet. Est quidam sermo dn̄i a-
pud Euangelistam Ioannem ubi hoc quod dico
facilius possit intelligi. Dicebat ergo, inquit, Iesus
Ioan.8 ad eos qui crediderunt ei Iudæos, Si uos mā seritis
in sermōe meo, uere discipuli mei eritis, & cogno
scētis ueritatē, & ueritas liberabit uos, Et respon-
derunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini serui-
uimus unquā, Quō tu dicis liberi eritis? Respon-
dit eis Iesus, Amen amen dico uobis, quia omnis
qui facit peccatū, seruus est peccati. Seruus autem
non manet in domo in æternum, Filius autem ma
net in æternum, Si ergo uos filius liberauerit, uere
liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæri
tis me interficere, quia sermo meus nō capit in uo
bis. Non utiq; illis diceret, Quæritis me interfice-
re, qui in eum iam crediderant, quibus dixerat, Si
uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei
eritis: sed quia hoc ad eos dixerat, qui iam in eum
crediderant, ea uero multitudo præsens erat quæ
plures habebat inimicos, etiā nō exprimēte Euā-
gelista qui essent qui respōderunt, ex hoc ipso q̄d
responderūt, & quod deinde ab illo audire merue
runt, satis apparet quæ uerba quib. sint tribuenda
personis. Sicut ergo in hac multitudine secūdū Io
annem erāt qui iam crediderant in Iesum, erāt etiā
qui eū occidere quærebant. Sic in illa de qua nunc
loquimur erant qui dolose dominū interrogaue-
rant, In qua potestate illa faceret. Erāt etiā qui non
A dolose, sed fideliter acclamauerāt. Benedictus qui
uenit in nomine dn̄i. Ac per hoc erāt qui dicerēt:
Malos male perdet & uineā suā locabit alijs. Quæ
uox recte etiam ipsius dn̄i fuisse intelligitur, siue
propter ueritatē quæ ipse est, siue propter mēbro-
rum eius cū suo capite unitatē. Erant etiā qui talia
respondentib. dicerent, Absit, quia intelligebant
in seipsos esse parabolam dictā. Sequitur Mat- Cap. LXXI
thæus, Et cū audissent principes sacerdotū & Pha Matt.21
risæi parabolas eius, cognouerūt ꝙ de ipsis dice-
ret, & quærētes eum tenere, timuerūt turbas, quo
niā sicut Prophetā eum habebāt. Et respondēs Ie-
sus dixit iterū in parabolis eis dicens, Simile factū
est regnum cœlorū homini regi qui fecit nuptias
filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad
B nuptias, & nolebāt uenire: & cætera, usq; ad illud
ubi ait, Multi em̄ sunt uocati, pauci uero electi. Pa
rabolam istam de inuitatis ad nuptias, solus Mat-
thæus narrat. Simile quiddam etiā Lucas comme Luc.14
morat, sed non est hoc, sicut & ordo ipse indicat,
quāuis & illud nōnullā similitudinē gerat. Quod
uero post illam parabolam de uinea & ocioso fi-
lio patrisfamiliás subnectit Matthæus, cognouis-
se Iudæos, ꝙ in eos totum dictū fuerit, & insidias
cœpisse moliri: hoc etiam Marcus Lucasq; testan Mar.12
tur eundē ordinē retinentes: sed inde ipsi pergunt Luc.20
in aliud, ex hoc subiungētes quod & Matthæus
post istā quā solus interposuit de nuptijs parabo-
lam ex ordine inseruit. Sequitur ergo Matthæ- Numismæ Cæ-
us, Tunc abeuntes Pharisæi cōsiliū inierunt ut ca- saris LXXII
C perent Iesum in sermone, Et mittunt ei discipulos Matt.22
suos cum Herodianis, dicentes, Magister scimus
quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & nō
est tibi cura de aliquo, non em̄ respicis personam
hominū. Dic ergo nobis, quid tibi uidet, licet cen
sum dari Cæsari aut nō:& cætera, usq; ad illud ubi
ait, Et audientes turbæ mirabant in doctrina eius.
Hæc duo domini responsa, unum de nummo pro
pter tributū reddendū Cæsari, alterum de resurre-
ctione, propter illam mulierē quæ septem sibimet
succedentibus fratribus nupserat: Marcus & Lu- Luc.21
cas similiter narrant: nec in ordine aliquid discre-
pant. Post parabolā quippe illam de conductori-
bus uineæ, & de Iudæis præparantibus insidias in
quos dicta est, quā oēs tres cōmemorauerunt, præ
D terminūt hi duo Marcus & Lucas parabolā de in
uitatis ad nuptias, quā solus Matthæus interposuit:
& cū illo iā sequunt, narrātes hæc duo, de tributo
Cæsaris, & de muliere septē singillatim uirorum,
eodem prorsus ordine sine aliqua repugnantiæ
quæstione. Sequitur ergo Matthæus & dicit, De mandato
Pharisæi autem audientes quod silentium impo- maximo Cap.
suisset Saducæis, conuenerunt in unū, & interro- LXXIII
gauit eū unus ex eis legislator tentans eū, Magi-
ster, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi
Iesus: Diliges dn̄m deum tuū in toto corde tuo, & Deut.6
in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est ma- Leuit.19
ximum & primum mandatum. Secundum autē si
mile est huic, Diliges proximū tuū sicut teipsum.
In his duobus mādatis uniuersa lex pēdet & Pro-
phetæ

Mar.12 phetæ. Hoc & Marcus cõmemorat eundẽ ordinẽ seruans. Nec moueat quod Matthæus dicit tẽtantem fuisse illum à quo dominus interrogatus est, Lucas autẽ hoc tacet. Et in fine Marcus ita cõcludit, quod ei dñs sapienter respondenti dixerit. Nõ longe es à regno dei. Fieri eñ potuit ut quamuis tentans accesserit, dñi tamen responsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationẽ nõ accipimus malam, tanq̃ decipere uolentis inimicũ, sed cautam potius tanq̃ experiri amplius uolentis ignotum. Neq; eñ frustra scriptũ est, Qui facile credit,
Eccl.19 leuis corde est, & minorabitur. Lucas aũt non hoc
Luce 20 ordine, sed longe alibi tale aliquid interponit. Vtrum aũt hoc recordetur, an alius ille sit cũ quo simi liter de duobus istis præceptis dñs egerit, prorsus incertum est. Hic aũt etiã recte uidetur alius esse, non solum propter ordinis multã differentiã, sed B quia etiam ipse dicitur respondisse dño interrogãti, & in sua responsione cõmemorasse duo ista præ
Luc.10 cepta. Et cum ei dixisset dñs. Hoc fac & uiues: ut illud faceret quod magnũ esse in lege ipse responderat, secutus Euangelista ait, Ille autem uolens se iustificare dixit, Et quis est meus proximus? Tunc dominus narrauit de illo qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Vnde quia & rẽtans prædictus est, & duo præcepta ipse respondit: & post admonitionẽ domini, dicentis, Hoc fac & uiues: non bonus cõmendatur cũ dicitur de eo, Ille aũt uolẽs se iustificare: Iste aũt quem pari ordine Matthæus Marcusq; cõmemorant, rã bene cõmendatus est: ut ei diceret dominus, Nõ longe es à regno dei: probabilius credit̃ hunc ali-
C.LXXIII um esse, non illum. Sequitur Matthæus, Con- C
Mat.22 gregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus dicens, Quid uobis uidet̃ de Christo, cuius filius est? Dicũt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Da
Psal.109 uid in spiritu uocat eum dñm dicens; Dixit domi nus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ? Si ergo Dauid uocat eum dñm, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbũ, neq; ausus fuit quisquã ex illa die eum amplius interrogare.
Mar.12 Hoc cõsequenter & eodẽ ordine Marcus quoq;
Luc.20 cõmemorat. Lucas etiã, tantũmodo de illo tacet, qui interrogauit dñm, quod esset mandatũ primũ in lege. Hoc aũt prætermisso, eundem etiam ipse ordinem seruat, & hoc de Christo, quomodo sit filius Dauid quæsisse à Iudæis dominũ pariter nar D rat. Nec interest ad sententiã, q̃ secũdum Matthæum cum interrogasset Iesus, quid eis uideatur de Christo, cuius esset filius, Illi responderũt, Dauid. Tunc demum intulit, quomodo eum Dauid diceret dñm. Secundum illos autẽ duos, Marcum & Lucam, nec interrogati esse, nec respondisse inueniuntur. Intelligere enim debemus post eorum responsionẽ sententiã ipsius dñi à duobus Euangelistis insinuatã, quomodo ab illo dicta sit, his audientibus quos uolebat suo magisterio utiliter informare, & ab scribarum alienare doctrina: qui de Christo illud solum sapiebãt, quod secundum car
Psal.109 nem factus erat ex semine Dauid, non eum aũt in

telligebãt deum, ꝓpter quod erat dñs ipsius Da- A uid. Ideo tanq̃ de illis errantib. dominus ad istos sermonẽ faciens quos uolebat ab illorũ errore liberari, secundũ hos duos Euangelistas cõmemorat̃, ut quod illis dictũ est, quomodo dicitis, sicut Matthæus narrat: sic accipiatur, nõ tãquam ad illos, sed tanq̃ de illis ad eos potius dictũ sit quos uolebat instruere. Sequit̃ Matthæus ita narrationis ordinẽ texens: Tũc Iesus locutus est ad turbas & discipulos suos dicẽs: Sup cathedrã Moysi sederũt Scribæ & Pharisæi: Omnia ergo quæcũq; dixerint uobis seruate & facite, secundũ uero opera eorũ nolite facere. Dicunt enim & nõ faciunt: & cætera, usq; ad illud ubi ait, Non me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini. Similem sermonẽ habuisse dominũ aduersus Phariseos et scribas legisq; doctores, Lucas quoq; cõmemorat, sed in domo cuiusdã Pharisei qui eũ uocauerat ad conuiuiũ. Quod ut narraret digressus erat à Matthæo, circa illum locũ, ubi ambo cõmemorauerant quod dictum est à domino, de signo Ionæ triũ dierũ & noctiũ, & de regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immundo qui redit & inuenit mundatã domũ. Post quẽ sermonẽ dicit Matthæus: Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabãt foris, quærẽtes loqui ei. Lucas aũt in eo sermone domini, cõmemoratis etiã quibusdam quæ Matthæus dixisse dñm prætermisit, ab ordine quẽ cũ Matthęo tenuerat ita digredit̃: Et cum loqueretur, inquit, rogauit illum quidã Pharisęus ut pranderet apud se: & ingressus domum recubuit. Pharisæus aũt cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illũ: Nunc uos Pharisæi qđ deforis est calicis & catini mundaris. Atq; hinc iam cætera in eosdem Pharisæos & scribas & legisdoctores talia dicit, qualia Matthæus hoc loco, quem nunc cõsiderandum suscepimus. Quanquam ergo ita ista Matthęus cõmemoret, ut quãuis domum illius Pharisęi nõ nominet, nõ tamen locum exprimat ubi dicta sint, quo repugnet aliquid illi domui: tamẽ quia iam uenerat dominus in Hierusalem à Galilęa, & post eius aduentũ ita superiora usq; ad hunc sermonẽ contexunt̃, ut probabiliter accipiant̃ in Hierusalẽ gesta, Lucas autem illud narrat, cũ adhuc dominus iter ageret in Hierusalẽ, uident̃ mihi similes duo esse sermones, quorũ ille alterum, alterum iste nar rauit. Sane considerandum est quomodo hic dictum sit: Non me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini: cũ secũdum eundẽ Matthæum iam hoc dixerint. Lucas ẽm dicit hoc esse respon. ũm à domino illis qui eũ monuerant ut inde iret, quoniã uellet eũ Herodes occidere. Ibi etiam aduersus ipsam Hierusalem ea prorsus uerba ab illo esse dicta cõmemorat, quæ hic Matthæus. Sic enim narrat̃ secũdum Lucam. In ipsa die accesserunt quidã Pharisæorum dicentes illi: Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite dicite uulpi illi, ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & ter-

Pharisæorum cathedra.
C4.LXXV
Mat.23
Ion.2.3
Luc.11
Luc.13

tia die cōsummor: ueruntamen oportet me hodie & cras & sequēti ambulare, q̄a nō capit prophetā perire extra Hierusalē. Hierusalē Hierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui mittunt ad te, quotiēs uolui cōgregare filios tuos queadmodum auis nidū suū sub pennis & noluisti: Ecce relinquet̄ uobis domus uestra deserta. Dico aūt uobis, quia nō uidebitis me donec ueniat cū dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini. Narrationi quidē huic Lucæ nō uidet̄ aduersari q turbę dixerūt dño uenienti ad Hierusalē, Benedictus q uenit in nomine dñi. Secundū quippe Lucæ ordinem nondum illuc uenerat, & nondū dictū erat. Sed quia non dicit quō inde tūc abscesserit, ut nō ueniret, nisi eo tēpore quo iam illud diceret̄, perseuerat quippe in itinere suo, donec ueniat Hierusalem: atq; illud quod ait, Ecce ego eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras & tertio die cōsūmor: mystice ab illo & figurate dicta intelligunt̄. Neq; em̄ eo die passus est, qui est ab hoc die tertius: cum cōtinuo dicat, Oportet me hodie & cras & sequēti ambulare. Cogit profecto etiā illud mystice intelligi quod ait, Non uidebitis me donec ueniat cū dicetis, Benedictus qui uenit in nomine domini: de illo suo aduentu, quo in claritate uēturus est, hoc significās: ut illud quod ait, Eijcio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras & tertio die cōsūmmor: referat̄ ad corpus eius q̄d est ecclesia. Expellunt̄ em̄ dęmonia, cū relictis paternis superstitionib. credūt in eū gentes. Et perficiunt̄ sanitates, cū secundū eius pręcepta uiuit, posteaq; fuerit diabolo & huic seculo renunciatum, usq; in finem resurrectionis, qua tanquā tertia cōsumma bitur: hoc est, ad plenitudinē angelicam per corporis etiā immortalitatē perficietur ecclesia. Qua propter ordo iste Matthęi nequaquam putandus est in aliquid aliud esse digressus. Sed Lucas magis intelligendus est, uel præoccupasse quæ gesta sunt in Hierusalē, & recordando interposuisse, antequam eius narratio dominū perduceret Hierusalem: aut eidem ciuitati iam ꝓpinquantē talia respondisse monētibus, ut caueret Herodē, qualia Matthæus eū dicit etiam turbis locutū, cū iam peruenisset in Hierusalē, atq; illa oṁia peracta essent quæ supra narrata sunt. Sequitur Matthæus & dicit, Et egressus Iesus de tēplo ibat. Et accesserūt discipuli eius, ut ostenderēt ei ædificationes tēpli. Ipse autem respondens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico uobis non relinquetur hic lapis super lapidē qui nō destruatur. Marcus etiā cōmorat hoc eodem penè ordine, post aliquantā digressionem, ad hoc factam ut cōmemoraret de uidua quę misit duo minuta in gazophylaciū, quod cum eo Lucas solus cōmemorat. Nam etiam secundum Marcum, posteaquā illud dominus egit cū Iudæis, quomodo acciperēt Christū filium Dauid, ea narrant̄ quę dicit de cauendis Pharisæis & hypocrisi eorū. Quorū Matthæus latissime prosecutus est, & plura ibi dicta narrauit: atq; ideo post eundē locum quem breuiter perstrinxit Marcus, & copiose digessit Matthæus, nihil amplius Marcus intulit, sicut dixi, q̄ de illa uidua pauperrima & uberrima: ac deinde subiunxit ea quibus Matthæo iterum cohæret, dicēs de templi futura euersione. Lucas quoq; post illud de Christo quō esset filius Dauid, pauca de cauenda hypocrisi Pharisæorū cōmemorat. Inde sicut Marcus pergit ad uiduam quę duo minuta in gazophylaciū misit. Deinde subiungit de tēpli futura euersione, q̄d & Matthæus & Marcus. Sequit̄ Matthæus dicens, Sedente aūt eo super mōtē Oliueti, accesserūt ad eū discipuli secreto dicētes, Dic nobis q̄n hęc erunt, & quod signū aduētus tui, et cōsummationis seculi? Et respōdēs Iesus dixit eis, Videte ne quis uos seducat. Multi em̄ uenient in nomine meo dicētes, Ego sum Christus, & multos seducent, & cætera, usq; ad illud ubi ait, Et ibūt hi in suppliciū æternū, iusti aūt in uitā æternā. Nunc iam istum prolixum sermonē dñi secundū tres Euāgelistas, Matthæū, Marcum & Lucam cōsideremus. Eundem quippe tenentes ordinē pariter & ista contexūt. Dicūt quidem hic etiā aliqua singuli propria, in quibus nulla est repugnātiæ metuēda suspitio. De his aūt quæ pariter dicūt, necubi sibimet aduersari putentur, uidendū est. Neq; enim dici potest si aliquid tale occurrerit, aliud esse atq; alibi à dño similiter dictum, quādo eodem loco rerū ac tēporum, omnium trium uersatur narratio. Sane quod earundem sententiarū à dño dictarum, non eundem omnes ordinē seruant, nihil ad rem pertinet uel intelligēdam, uel insinuandā, dum ea quæ ab illo dicta referuntur nō sibimet aduersentur. Quod ergo Matthæus ait, Et prædicabit̄ hoc Euāgeliū regni in uniuerso orbe in testimoniū omnibus gentibus, & tunc ueniet cōsummatio, Et Marcus eodē ordine ita cōmemorat, In oēs gentes primū oportet prædicari Euangeliū: non dixit, Et tunc ueniet cōsummatio: sed hoc significat quod ait, primū: id est, in omnes gentes primū oportet prædicari Euangelium: quia illi de fine interrogauerāt. Cū ergo dicit, primū oportet in oēs gentes prædicari Euāgeliū: significat utiq;, primū, antequā ueniat cōsummatio. Item quod Matthæus ait, Cum ergo uideritis abominationē desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta, stātem in loco sancto, qui legit intelligat. Hoc Marcus dicit ita, Cum autem uideritis abominationē desolationis stantem ubi non debet, qui legit intelligat: in qua mutatione uerbi exposuit eandē sententiā: ideo quippe ubi nō debet, quia in loco sancto non debet. Lucas aūt non ait, Cū aūt uideritis abominationē desolationis, stantē in loco sancto: aut, ubi nō debet: sed ait. Cū aūt uideritis circūdari ab exercitu Hierusalē, tūc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Tunc erit ergo abominatio desolatiōis in loco sācto. Quod Matthæus aūt ait, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes: & qui in tecto, nō descēdat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicā suam. Totidē penè uerbis hoc etiā Marcus cōmemorat. Lucas aūt, Tūc qui in Iudæa sunt, inquit, fugiant in mōtes: hoc sicut illi duo, cætera uero aliter. Sequit̄ em̄ & dicit, Et qui in medio

dio eius, discedat: & qui in regionibus, nō intrent
in eā: quia dies ultionis hi sunt, ut impleanť omīa A
quæ scripta sunt. Satis diuersum uideť quod illi di
xerūt, Et qui sup tectū, nō descēdat tollere aliqd
de domo sua: & ꝙ iste dicit. Et qui in medio eius,
discedāt: nisi forte quia tūc ꝑturbatio magna erit,
tā magno instāte ꝑiculo illis quos inclusisset obsi-
dio, quod significat dicendo, qui in medio eius, in
tecto erūt, attoniti & uolētes uidere quid impen-
deat, uel qua euadendū sit. Sed quō ait, discedant:
Lucæ 21 quādo supra dixit, Cū aūt uideritis circundari ab
exercitu Hierusalē? Nā illud quod sequiť, Qui in
regionibus, nō intrēt in eā: uideť ad cōgruā ꝑtine
re admonitionē, Et potest obseruari, ut qui extra
sunt nō in eā intrēt: qui aūt in medio sunt quō di-
scedant, ab exercitu iā ciuitate circūdata? An hoc
est in medio eius, qn̄ iam ita periculum urgebit ut
tēporaliter ad præsentē uitā tuendā nō possit eua B
di? Et qm̄ tunc parata debet esse anima ac libera,
nec carnalib. desiderijs occupata & oppressa, hoc
significat quod ab alijs duobus dictū est, in tecto
uel super tectū: ut ꝗd iste ait, discedāt, id est, nō iam
huius uitæ desiderio capianť, sed in aliam uitā mi-
grare parati sint, hoc illi dixerint, nō descēdat tol-
lere aliquid de domo: id est, nullo affectu inclineť
ad carnē tanq̃ aliquid inde cōmodi percepturus.
Et quod iste ait, Qui in regionibus non intrent in
eam: id est, qui tam bono cordis ꝓposito extra illā
facti sunt, non eam rursus carnali cupiditate desi-
derent: hoc illi dixerūt, Et qui in agro est nō reuer
tatur retro tollere uestimētū suū: tanq̃ iterū inuol
ui curis quib. erat exutus. Quod uero ait Matthæ
Matth. 24 us, Orate aūt ut non fiat fuga uestra hyeme uel sab C
Marci 13 bato: hinc Marcus partem dixit, partem tacuit. O-
rate uero, inquit, ut hyeme nō fiāt. Lucas aūt hoc
nō dixit, sed tamē dixit aliquid solus, quod mihi ui
detur hanc ipsam quæ ab istis obscure posita est il
Lucæ 21 lustrasse sentētiā. Ita em̄ ait, Attēdite aūt uobis ne
forte grauenť corda uestra in crapula & ebrietate
& curis huius uitæ, & supueniat in uos repentina
dies illa: tanq̃ laqueus em̄ superueniet in oēs qui
sedent super faciē orbis terræ. Vigilate itaq̃ omni
tempore, orantes ut digni habeamini fugere ista
Fuga in hyeme & sabbato quid omnia quæ futura sunt. Hæc intelligiť fuga quam
Matthæus cōmemorat, quę no debet fieri hyeme
uel sabbato. Ad hyemē aūt pertinent curæ huius
uitæ, quas Lucas apte posuit. Ad sabbatū uero cra
Luc. 21 pula & ebrietas. Curæ quippe tristes sunt uelut hy D
ems. Crapula uero & ebrietas, carnali lætitia luxu
riaq̃ cor submergit atq̃ obruit. Quod malū sabba
ti nomine ꝓpterea significatū est, quia hæc erat
sicuti & nunc est Iudęorū pessima cōsuetudo, illo
die delicijs affluere dum spiritale sabbatū ignorāt.
Aut si aliquid aliud in illis secundū Matthæum &
Marcum uerbis intelligendum est, aliquid aliud
etiā Lucas dixerit, dum tamen nulla repugnantiæ
quæstio moueať. Neq̃ em̄ nūc Euāgelia exponē-
da suscepimus, sed à falsitatis uel fallaciæ calūnijs
defendēda. Alia uero quæ in hoc sermōe Matthæ
us posuit cōmunia cū Marco, nihil habēt quæstio
nis. Quæ aūt cū Luca, non in hoc sermone Lucas

ea posuit, cuius hic ordo concordat: sed alibi talia
A uel recordať atq̃ inserit præoccupando, ut prius
cōmemoret quæ postea à dño dicta sunt, uel bis à
dño dicta facit intelligi, & nūc secundū Matthæū, De nardo pisti ca. LXXVIII
& tunc secundū ipsum. Sequiť Matthæus, Et fa
ctum est cū cōsummasset Iesus sermones hos om- Matt. 26
nes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum
Pascha fiet, & filius hominis tradeť, ut crucifigať.
Huic attestanť alij duo, Marcus & Lucas, ab eo- Marc. 14
dem ordine nō recedentes: Neq̃ hoc tanquam à
domino dictū insinuant: hoc enim intimare præ-
termiserūt. Ex sua tamē persona & Marcus dicit,
Erat aūt Pascha & azyma post biduum. Et Lucas,
Appropinquabat aūt dies festus azymorum qui Luc. 22
dicitur Pascha. Sic ergo appropinquabat, ut esset
post biduū, sicut alij duo apertius cōsonant. Ioan- Ioan. 11 & 12
nes uero tribus quidem locis cōmemorauit eius-
B dem diei festi propinquitatē cū alia quædā duo-
bus superiorib. locis narraret. Tertio aūt loco ap- Ioan. 13
paret eius narratio circa ipsa uersari tempora, ubi
hoc etiā illi tres intimant: id est, impendēte iā do-
minicæ passionis die. Sed hoc uideri potest parū
diligenter intuentibus esse contrariū, quod Mat-
thæus & Marcus posteaq̃ dixerunt Pascha post
biduum futurum, deinde cōmemorauerūt quod
erat Iesus in Bethania ubi de unguento illo pre-
cioso diciť. Ioannes aūt ante sex dies Paschæ dicit Ioan. 12
Iesum uenisse in Bethaniam, de unguento eadem
narraturus. Quomodo ergo secundū illos duos,
post biduū futurum erat Pascha: cum posteaquā
id dixerunt, inueniantur cum Ioanne in Bethania il
lud de unguento quod ipse narrantes: cū aūt ipse
C dicat, post sex dies futurū Pascha? Sed qui ita mo-
uentur non intelligunt Matthæum & Marcum il
lud quod in Bethania de unguento factū erat re-
capitulando posuisse, nō post illam de biduo prę-
dicationem suam, sed ante iam factum cū adhuc
sex dies essent ad Pascha. Nō enim quisq̃ eorum
cum dixisset, post biduū futurū Pascha, sic adiun-
xit de illo facto in Bethania, ut diceret: Post hæc
cū esset in Bethania: sed Matthæus quidem, Cum
aūt esset, inquit, Iesus in Bethania, Marcus autē, Mar. 14
Cū esset Bethaniæ. Quod utiq̃ intelligitur & an-
teq̃ illa dicerētur quæ ante biduum Paschæ dicta
sunt. Sicut ergo ex Ioannis narratione colligitur,
Ante sex dies Paschæ uenit in Bethaniam: ibi fa-
ctum est illud cōuiuium ubi de unguēto precio-
D so fit cōmemoratio: Inde uenit Hierosolymam se-
dens super asellum. Deinde postea geruntur ea quę
narrāt post hunc aduentū eius Hierosolymis ge-
sta. Ex illo ergo die quo uenit in Bethaniam, atq̃
illud de unguento factū est, usq̃ ad diem quo ista
omnia gesta atq̃ dicta sunt, intelligimus, etiā Euā
gelistis nō cōmemorantibus, consumptum fuisse
quatriduū, ut occurreret dies quem ante biduum
Paschæ duo definierunt. Lucas aūt cum ait, Ap- Luc. 22
propinquabat aūt dies festus azymorum: nō ex-
pressit biduū, sed hanc propinquitatē quam com
memorauit, in ipso interuallo bidui debemus in-
telligere. Ioānes uero cū dicit, Proximū erat Pa-
scha Iudæorū, nō hoc biduū uult intelligi, sed sex

dies ante Pascha. Proinde cum quædã post hoc dictũ cõmemorasset, tũc iam uolens ostẽdere q̃ pro A ximũ fuisse Pascha dixisset, Iesus ergo ante sex dies, inquit, Paschæ, uenit in Bethaniã ubi fuerat Lazarus mortuus, quẽ suscitauit Iesus. Fecerũt autẽ ei cœnã ibi. Hoc illud est quod cõmemorãt recapitulãtes Matthæus & Marcus, cũ iam dixissent, post biduũ futurũ Pascha. Recapitulãdo ergo ad illũ diẽ redeũt in Bethaniã, qui erat ante sex dies Paschæ, & narrãt quod & Ioannes de cœna & un guẽto: unde uẽturus erat Hierosolymã, & pactis illic quę narrata sunt, peruẽturus ad diem qui erat B ante biduũ Paschæ: unde isti digressi sunt, ut recapitulãdo cõmemorarẽt quod ante in Bethania de unguẽto gestũ est. Cuius rei pacta narratiõe, illuc iterũ redeunt unde digressi fuerãt: id est, ut iã sermo dñi narretur, quẽ habuit ante biduũ Paschæ. Nã si tollamus de medio quod gestum in Bethania digrediẽtes ab ordine recolẽdo & recapitulãdo nar rarunt, & ipsum ordinẽ cõtexamus, ita sermo dirigitur

Mat. 26 secundũ Matthæũ dicẽte dño, Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tũc cõgregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotũ qui dicebatur Caiphas, & cõsilium fecerũt, ut Iesum dolo tenerẽt & occiderent. Dicebant aũt, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tunc abijt unus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad principes sacerdotũ, & cætera. Inter illud enim quod dictũ est, Ne tumultus fieret in populo: & illud quod dictũ est, Tunc abijt unus de duodecim qui dicitur Iudas: interpositũ est illud de Bethania C quod recapitulãdo dixerũt. Quo nos prętermisso cõtexuimus narrationẽ, ut insinuaremus nõ repugnare ordinẽ tẽporum. Secundũ aũt Marcum, de Bethanię cõuiuio quod recapitulãdo & ipse interposuit, similiter prætermisso, ita se ordo narrationis

Marci 14 tenet: Erat aũt Pascha & azyma post biduum, & quęrebãt summi sacerdotes & scribę quõ eũ dolo tenerẽt & occiderẽt. Dicebant enim, Nõ in die festo, ne forte tumultus fieret populi. Et Iudas Scariothis unus ex duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eum: & cętera. Etiã hic inter illud quod dictũ est, Ne forte tumultus fieret populi: & illud quod adiunximus, Et Iudas Scariothis unus ex duodecim: positũ est illud de Bethania, quod

Luc. 22 recapitulãdo dixerunt. Lucas sane ipsam rẽ gestã D in Bethania prætermisit. Hæc diximus propter sex dies ante Pascha, quod dixit Ioãnes, cũ in Bethania rẽ gestã narraret, Et biduũ ante Pascha, quod Matthæus & Marcus dixerũt, cũ post hoc ã se dictũ illud in Bethania quod Ioãnes cõmemorarẽt.

De eodem Cap. LXIX Mat. 26 Sequitur ergo Matthæus ab eo loco ubi finẽ fece ramus cõsiderandæ narrationis, & dicit, Tũc congregati sunt principes sacerdotũ & seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerẽt & occiderẽt. Dicebant autem, Nõ in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum aũt esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eũ mulier habens alabastrũ unguẽti precio-

si, & effudit super caput ipsius recũbẽtis: & cætera usq; ad illud ubi ait, Dicetur & q̃ hæc fecit in memoriã eius. Nũc iam de muliere, atq; unguẽto precioso qđ in Bethania gestũ est, consideremus. Lucas Luc. 7 enim q̃uis simile factũ cõmemoret, nomenq; conueniat eius apud quẽ cõuiuabatur dñs, Nã & ipsum Simonẽ dicit: tamẽ quia nõ est cõtra naturam uel Mat. 26 cõtra morẽ hominũ, ut si potest unus homo habere nomina duo, multo magis possint et unũ nomẽ habere homines duo, potius credibile est aliũ fuisse illũ Simonẽ non leprosum, in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. Nam nec Lucas in Bethania rem gestam dicit quam narrat. Et quãuis nõ cõmemoret ciuitatẽ aut castellum ubi factum sit: tamen nõ uidetur in eodẽ loco uersari eius narratio. Nihil itaq; aliud intelligendũ arbitror, nisi nõ quidẽ aliã fuisse mulierem, quæ peccatrix tũc accessit ad pedes Iesu, & osculata est & lauit lachrymis, & tersit capillis, & unxit unguẽto, Cui dñs adhibita similitudine de duobus debitoribus, ait dimissa esse peccata multa, quoniã dilexit multũ, Sed eandem Mariam bis hoc fecisse: semel scilicet quod Lucas narrauit, cũ primo accedẽs cũ illa humilitate, & lachrymis meruit peccatorũ remissionẽ. Nã hoc & Ioãnes, quãuis nõ sicut Lucas quẽadmodũ factũ esset narrauerit, tamẽ ipsam Mariã cõmendãs cõmemorauit, cũ iam de Lazaro resuscitãdo cœpisset loqui, antequam ueniret in Bethaniam. Quod ita ibi narrat, Erat aũt quidã, inquit, languens La- Ioan. 11 zarus à Bethania de castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Maria aũt erat quæ unxit dominum unguẽto & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Hoc dicẽs Ioannes attestatur Lucę qui hoc in domo Pharisæi cuiusdam Simonis factũ esse narrauit. Iam itaq; hoc Maria fecerat, Quod aũt in Bethania rursus fecit, aliud est, quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus, Ioãne scilicet, Matthæo & Marco. Inter istos igitur tres, Matthæũ Marcũ & Mat. 26 Ioannem, quemadmodũ hoc conueniat attendamus, Marci 14 de quibus nõ est dubiũ quod eandẽ rem nar Ioan. 12 rent gestam in Bethania, ubi etiã discipuli, quod omnes tres cõmemorãt, murmurauerũt aduersus mulierẽ tanq̃ de perditione preciosissimi unguẽti. Quod ergo Matthæus & Marcus caput domini unguẽto illo perfusum dicunt, Ioannes autẽ pedes, regula illa ostenditur nõ esse cõtrarium quam demonstrauimus, cũ de quinq; panibus pasceret turbas. Ibi enim quia nõ defuit qui & quinquagenos & cẽtenos discubuisse cõmemoraret, cũ alios quinquagenos tantũ dixerit, nõ potuit uideri cõtrariũ. Potuisset aũt si alius cẽtenos tantũ posuisset, sicut Mar. 6 alius quinquagenos, & tamẽ debuit inueniri utrũq; Luc. 9 factũ esse. Quo exẽplo informari nos oportuit, sicut illic admonui, etiã ubi singuli Euangelistæ singula cõmemorant, utrũq; factũ intelligere: Proinde & hic nõ solũ caput, sed & pedes domini accipiamus perfudisse mulierẽ, Nisi forte quoniã Marcus fracto alabastro perfusum caput cõmemorat, Mar. 14 tã quisq; absurdus & calũniosus est, ut aliq̃d in uase fracto neget remanere potuisse unde etiã pedes perfun-

perfunderet.Sed cũ iste cõtenderit sic esse fractũ,
ut nihil ibi residui fieret,nitẽs aduersus ueritatem A
Euãgelij:quãto melius & religiosius cõtẽdit alius
nõ esse ita fractũ ut totũ effunderet, nitẽs ꝓ uerita
te Euãgelij.Ille aũt calũniator si tã pertinaciter cæ
cus est,ut Euãgelistarũ cõcordiã de alabastro fra-
cto frangere conet̃,prius accipiat perfusos pedes
anteq̃ illud fractũ esset, ut in integro remaneret,
unde etiã caput ꝑfunderet̃,ubi fractura illa totum
effunderet. A capite quippe nobis ordinate cõsu-
li agnoscimus,sed ordinate etiã nos à pedib.ad ca
put ascendimus.Cætera facti huius nullã mihi ui-
Mat.26 dent̃ habere quæstionẽ.Quod enĩ alij dicũt disci-
Mar.14 pulos murmurasse de unguẽti effusione preciosi,
Ioan.12 Ioãnes aũt Iudã cõmemorat,& ideo quia fur erat,
manifestũ puto esse discipulorũ nomine eundẽ Iu
dam significatũ,locutione illa quã de Philippo in
quinq̃ panib.insinuauimus plurali numero ꝓ sin
gulari usurpato.Potest etiã intelligi q̃ & alij disci-
Ioan.6 puli aut senserint hoc,aut dixerint,aut eis Iuda di-
Mat.26 cẽte persuasum sit,atq̃ omniũ uoluntatẽ Mattheus
& Marcus etiã uerbis expresserint:sed Iudas pro-
pterea dixerit,quia fur erat,cęteri uero ꝓpter pau
perũ curã. Ioannẽ aũt de solo illo id cõmemorare
uoluisse,cuius ex hac occasione furãdi cõsuetudi-
Ioan.12 nem credidit intimandã. Sequit̃ Matthæus:Tunc
Extra supra abijt unus de xij.qui dicit̃ Iudas Scarioth, ad prin
nu.LXXX cipes sacerdotũ,& ait illis ; Quid uultis mihi dare
Mat.26 & ego uobis eum tradã?At illi cõstituerũt ei xxx.
argenteos,& c.usq̃ ad illud,ubi ait:Et fecerũt dis-
cipuli sicut cõstituit illis Iesus, & parauerunt Pas-
cha.Nihil in hoc capitulo contrarium putari po-
Mar.14 test Marco & Lucæ,qui hoc idẽ similiter narrant.
Luc.22 Quod enĩ dicit Matthæus, Ite in ciuitatẽ ad quen
dam & dicite ei,Magister dicit, tẽpus meũ prope
est,apud te facio Pascha cũ discipulis meis:eum si-
gnificat quẽ Marcus & Lucas dicũt patremfami-
liâs uel dñm domus,in qua eius cœnaculũ demõ-
Hoc in Græ- stratum est,ubi pararẽt Pascha. Quod ergo inter-
cis non habet posuit Matthæus,ad quẽdã : tanq̃ ex persona sua
locum studio breuitatis illud cõpendio uoluit insinuare.
Math.26 Si enĩ diceret dixisse dñm,Ite in ciuitatem,& dici-
te ei:Magister dicit,tẽpus meũ prope est, apud te
facio Pascha:tanq̃ ciuitati dicendũ esset, accipe-
retur.Ac per hoc nõ ex dñi cuius mandatũ narra-
bat,sed ex sua persona interposuit,ad quendã ius-
sisse dñm ut irent,ne haberet necesse totũ dicere,
cũ hoc illi ad insinuandã iubentis sententiã suffi-
cere uideret̃:Nam neminem sic loqui,ut dicat:Ite
ad quendã:quis nesciat?Si enĩ diceret,Ite ad quẽ-
cunq̃:aut,ad quemlibet: posset esse integra locu-
tio:sed nõ esset certus homo ad quẽ mitterent̃,cũ
eum certũ ostendant, quãuis tacito eius nomine,
Mar.14 Marcus & Lucas.Sciebat quippe dñs ad quẽ mit
Luc.22 teret.Et ut eũ etiã illi quos mittebat inuenire pos-
sent,præmonuit quod indiciũ sequerent̃, de ho-
mine gestãte aquæ lagenã uel amphoram,ut eum
secuti ad domũ quã uolebant uenirẽt.Cũ itaq̃ nõ
hic posset dici,Ite ad quemlibet : quod integritas
quidẽ locutionis admittit, sed hoc loco rei huius
quæ insinuabatur ueritas nõ admittit:quanto mi-
nus hic dici potuit:Ite ad quẽdam, quod omnino
nunq̃ recta locutione dici potest.Sed planè disci
pulos à dño,nõ ad quẽlibet,sed ad quendã homi-
nem, id est ad certũ aliquẽ missos esse manifestũ.
Quod nobis ex persona sua rectè potuit Euãgeli
sta narrare,ut diceret:Misit eos ad quẽdã,ut dice-
rent ei,Apud te facio Pascha.Potuit etiã sic, Misit Mat.26
eos ad quẽdã dicẽs,Ite dicite ei,apud te facio Pas-
cha.Ac per hoc cũ uerba dñi Matthæus posuisset
dicẽtis:Ite in ciuitatẽ,interposuit ipse, ad quendã:
nõ quia hoc dñs dixerit,sed ut ipse nobis insinua-
ret tacito nomine fuisse quendã in ciuitate ad quẽ
dñi discipuli mittebant̃,ut præpararẽt Pascha:Ac
si post hãc ex persona sua interpositionẽ duorum
uerborũ,sequeretur ordinẽ uerborũ dñi dicentis:
Et dicite ei,Magister dicit.Iam enim si quæras cui
B rectè respondet̃, illi cuidã homini ad quẽ misisse
insinuauit Euãgelista, eũ ex persona sua interpo-
suisset,ad quẽdã : minus quidẽ usitata locutio, sed
tamẽ sic intellecta integerrima est.Aut si habet a-
liquid ꝓprietatis Hebræa lingua, qua perhibetur
scripsisse Matthæus,ut etiã totũ ex persona domi-
ni dictũ locutionis integritate nõ careat, uiderint
qui nouerũt.Sanè ita posset etiã Latinè dici, si di-
ceretur,Ite in ciuitatẽ ad quendã quem uobis de-
mõstrauerit homo,qui uobis occurrerit lagenam
aquæ portãs:hoc modo iubenti sine ambiguitate
posset obtẽperari.Velut etiã si diceret, Ite in ciui-
tatẽ ad quendã qui manet illo aut illo loco, in tali
uel tali domo, cũ expressione loci & designatiõe
domus,posset intelligi, posset fieri.His aũt atq̃ hu
C iusmodi cæteris tacitis indicijs q̃ dicit, Ite ad quẽ-
dam & dicite ei,ideo nõ potest audiri, quia certũ
aliquem uult intelligi,cũ dicit,ad quendã:& non
exprimit quomodo dignoscat̃.Quòd si ex perso-
na Euangelistæ dictum illud interpositũ accepe-
rimus,erit quidẽ necessitate breuitatis subobscu-
ra locutio,sed tamẽ integra. Quod uero Marcus Mar.14
lagenam dicit,quod Lucas amphorã,ille uasis ge Luc.22
nus,ille modũ significauit,uterq̃ tamẽ ueritatem
sententiæ custodiuit.Sequitur Matthæus, Vespere Mat.26
autem facto discumbebat cum duodecim discipu
lis.Et edẽtibus illis dixit,Amen dico uobis, quia
unus uestrũ me traditurus est. Et cõtristati ualde,
cœperũt singuli dicere,Nunquid ego sum domi-
D ne:& cætera:usq̃ ad illud ubi ait, Respondens aũt
Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum
rabbi?Ait illi,Tu dixisti.In his quæ consideranda
nũc proposuimus, nihil afferũt quæstionis etiam
cæteri Euangelistæ qui talia cõmemorant.

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV EVANGELISTARVM LIBER III

IAM quoniam omniũ quatuor nar-
ratio in eo uersatur loco, in quo ne-
I cesse est eos usq̃ in finẽ pariter am-
bulare,nec multũ digredi ab inuicẽ
sicubi forte alius aliud cõmemorat,
quod alius prætermittit ; uidetur mihi expeditius

nos demõſtrare poſſe omniũ Euangeliſtarũ con-
uenientiã, ſi ab hoc iam loco omniũ omnia cõte-
xamus, & in unã narrationẽ faciemq; digeramus.
Sic ergo arbitror cõmodius faciliusq; id quod ſu-
ſcepimus explicari, ut aggrediamur narrationem
omnia cõmemorantes, cum eorundẽ Euangeliſta
rum atteſtatione, quid ex his omnib. quiſq; q̃d po
tuit aut q̃d uoluit cõmemorauit: ut tamen ab om-
nib. hæc omnia dicerent, quæ demõſtranda ſunt
Iudæ proditio in nullo eſſe ſibi contraria. Hinc igitur incipia-
Cap. I mus ſecundũ Matthæũ: Cœnantib. autẽ eis, acce-
Mat. 26 pit Ieſus panẽ & benedixit ac fregit, deditq; diſci-
pulis ſuis & ait, Accipite & comedite, hoc eſt cor
Mar. 14 pus meũ. Hæc & Marcus Lucasq; cõmemorant.
Luc. 22 Quod enim Lucas de calice bis commemorauit,
prius anteq̃ panem daret, deinde poſteaq̃ panẽ
dedit: Illud quod ſuperius dixit, præoccupauit ut
ſolet: illud uero quod ordine ſuo poſuit, nõ cõme
morauerat ſuperius. Vtrunq; aũt coniunctũ hanc
Ioan. 6 ſententiã facit, quæ & illorũ eſt. Ioãnes aũt de cor
pore & ſanguine dñi hoc loco nihil dixit, ſed pla-
ne alibi multo uberius hinc dominũ locutum eſſe
Ioan. 13 teſtatur. Nũc uero cum dominũ à cœna ſurrexiſſe
& pedes diſcipulorũ lauiſſe cõmemoraſſet, red-
dita etiã ratione, cur eis hoc fecerit, in qua domi-
nus adhuc clauſe ſignificauerat per teſtimonium
ſcripturæ, ab eo ſe tradi qui mãducaret eius panẽ,
uenit ad hunc locũ quem tres cæteri pariter inſi-
nuant. Cum hęc dixiſſet, inquit, Ieſus turbatus eſt
ſpiritu & proteſtatus eſt, & dixit. Amen amen di-
co uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aſpicie-
bant ergo, ſicut idẽ ipſe Ioannes ſubnectit, adinui
cem diſcipuli hæſitantes, de quo diceret, Et cõtri-
ſtati, ſicut Matthæus & Marcus dicunt, cœperũt
ei ſingillatim dicere, Nunquid ego ſum? At ipſe
reſpondens ait, ſicut Matthæus ſequit̃, Qui intin
git mecũ manũ in paropſide, hic me tradet: Et ſe-
quitur idẽ Matthæus ita ſubnectens, Filius quidẽ
Pſal. 40 hominis uadit ſicut ſcriptum eſt de illo, Væ autẽ
homini illi per quẽ filius hominis tradet̃, Bonum
erat ei ſi natus nõ fuiſſet homo ille. In his & Mar-
cus hoc etiã ordine conſonat. Deinde Matthæus
ſubiungit, Reſpondens aũt Iudas qui tradidit eũ
dixit. Nũquid ego ſum Rabbi? Ait illi, Tu dixiſti.
Etiã hic nõ expreſſum eſt, utrũ ipſe eſſet. Poteſt e-
nim adhuc intelligi, tanq̃ dixerit, Tu dixiſti, non
ego dixi. Potuit etiã hoc dici ſic à Iuda, & à domi-
no reſpõderi, ut nõ omnes aduerterẽt. Deinde ſe-
quitur Matthæus & inſerit myſteriũ corporis &
ſanguinis à dño diſcipulis datũ, ſicut & Marcus &
Lucas. Sed cũ tradidiſſet calicẽ rurſus de tradito-
re ſuo locutus eſt quod Lucas proſequitur dicẽs,
Luc. 22 Verũtamen ecce manus tradẽtis me, mecũ eſt in
mẽſa. Et quidẽ filius hominis ſecundũ quod defi-
nitũ eſt uadit. Verũtamen uæ homini illi per quẽ
tradet̃. Hic iam intelligendũ eſt illud cõſequi q̃d
Ioãnes narrat, iſti autẽ prætermiſerũt, ſicut Ioãnes
quædam prętermiſit, quæ illi dixerunt. Cum ergo
poſt traditũ calicẽ dixiſſet dominus, quod à Luca
poſitũ eſt: Veruntamen ecce manus tradentis me
mecũ eſt in mẽſa: & cętera, coniungit̃ illud ſecun-

dum Ioannẽ. Erat ergo recũbens unus ex diſcipu Ioan. 13
A lis eius in ſinu Ieſu, quẽ diligebat Ieſus. Innuit er-
go huic Simon Petrus, & dicit ei: Quis eſt de quo
dicit? Itaq; cũ recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu di-
cit ei, Dñe quis eſt? Reſpõdit Ieſus, Ille cui ego in-
tinctum panẽ porrexero. Et cum intinxiſſet panẽ
dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et poſt bucellam
tũc introiuit in illũ ſatanas. Hic uidẽdum eſt ne nõ
ſolũ Lucæ qui iam dixerat intraſſe ſatanam in cor Luc. 22
Iudæ, quãdo pactus eſt tũc cũ Iudæis, ut eum acce
pta pecunia traderet: ſed etiã ſibiịpſi Ioãnes repu-
gnare uideat̃, quia iam dixerat ſuperius, antequã
iſtã bucellã acciperet: Et cœna facta cũ iam diabo
lus immiſiſſet in cor ut traderet eum Iudas. Quo-
modo enim intrat in cor, niſi immittendo iniquas
B perſuaſiones cogitationũ iniquarũ? Sed nũc intel
ligere debemus a diabolo Iudã plenius eſſe poſſeſ
ſum: ſicut cõtra in bono, illi qui iam acceperãt ſpi
ritũſanctũ, quãdo eis poſt reſurrectionẽ inſuffla-
uit dicẽs: Accipite ſpiritũſanctũ, poſtea eũ cũ de-
ſuper miſſus eſſet die pẽtecoſtes, utiq; plenius ac-
ceperũt. Poſt bucellã ergo tũc introiuit in eũ ſata-
nas. Et ſicut cõtextim Ioãnes ipſe cõmemorat, di-
cit ei Ieſus, Quod facis, fac citius. Hoc autẽ nemo
ſciuit diſcũbentiũ ad quid dixerit ei. Quidã enim
putabant, quia loculos habebat Iudas, quia dixit
ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem fe-
ſtum, aut egenis ut aliquid daret. Cũ ergo accepiſ
ſet ille buccellã exịjt cõtinuo. Erat aũt nox. Cũ er-
go exiſſet dicit Ieſus, Nũc clarificatus eſt filius ho
C minis, & deus clarificatus eſt in eo. Et ſi deus clari
ficatus eſt in eo, & deus clarificabit eũ in ſemetip-
ſo, & cõtinuo clarificabit eũ. Filioli adhuc modi-
cũ uobiſcũ ſum: Quæretis me, & ſicut dixi Iudęis:
Quò ego uado uos nõ poteſtis uenire. Et uobis di
co modo: Mãdatũ nouũ do uobis, ut diligatis in-
uicem, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicẽ.
In hoc cognoſcẽt omnes, quia mei diſcipuli eſtis,
ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit ei Simon
Petrus, Dñe quò uadis? Reſpondit ei Ieſus, Quò
ego uado nõ potes me modo ſequi, ſequeris autẽ
poſtea. Dicit ei Simon Petrus: Quare nõ poſſum
te ſequi modo? Animã meã pro te ponã. Reſpon-
dit Ieſus, Animã tuã pro me pones? Amẽ amẽ di-
co tibi, non cantabit gallus donec ter me neges.
Hoc de prędicta negatione ſua Petro, nõ ſolus Negatio Pe-
D Ioanes ex cuius Euangelio modo iſta interpoſui, tri. Cap. II
ſed & cæteri tres cõmemorãt. Nõ ſane omnes ex
una eademq; occaſione ſermonis ad eã cõmemo-
randã uenięt. Nã Matthęus & Marcus pari pror- Mat. 26
ſus ordine, & eodẽ narrationis ſuæ loco eã ſubne- Mar. 14
ctunt ambo, poſteaq̃ dñs egreſſus eſt ex illa do-
mo, ubi manducauerãt Paſcha. Lucas uero & Io- Luc. 22
annes, anteq̃ inde eſſet egreſſus. Sed facile poſſe- Ioan. 13 & 18
mus intelligere, aut illos duos ea recapitulãdo po
ſuiſſe, aut iſtos præoccupãdo, niſi magis moueret
q; tam diuerſa, nõ tantũ uerba, ſed etiã ſententias
dñi præmittũt, quib. permotus Petrus illã præſum
ptionẽ proferret, uel cũ domino uel pro domino
moriẽdi: ut magis cogãt intelligi ter eum expreſ-
ſiſſe præſumptionem ſuã diuerſis locis ſermonis
Christi

Christi,& ter illi à domino respõsum ꝙ eum esset
ante gallicantũ ter negaturus.Neq; enim inctedi- A
bile est aliquãtum disiũctis interuallis tẽporis Pe-
trum cõmotum esse ad præsumendũ, sicut ad ne-
gandũ:uel ei dominũ aliquid ter similiter respon-
disse:quandoquidẽ etiã contextim,nullis alijs in-
terpositis rebus aut uerbis, post resurrectionẽ ter
illum interrogauerit,utrũ eum amet, & ei ter hoc
idẽ respondenti, etiã ipse mandatum de pascẽdis
ouibus suis unum idemq; ter præceperit. Hoc aũt
esse credibilius ꝙ ter ostenderit præsumptionem
suã Petrus,& de trina sua negatione ter à dño au-
dierit, ex ipsis Euangelistarũ uerbis,quæ à dño di
cta diuerse ac diuersa cõmemorant, sic probatur.
Ecce meminerimus quod nũc interposui ex Euã-
Ioan. 13 gelio Ioannis,hoc certe dixerat,Filioli adhuc mo
dicum uobiscũ sum:Quæretis me,& sicut dixi Iu- B
dæis,quo ego uado uos nõ potestis uenire. Et uo
bis dico modo:Mandatũ nouum do uobis, ut dili
gatis inuicẽ sicut dilexi uos,ut & uos diligatis in-
uicem.In hoc cognoscent omnes, quia mei disci-
puli estis,si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit
ei Simon Petrus,Domine quò uadis? Nempe hic
manifestũ est ex illis uerbis motum esse Petrũ ut
diceret,Domine quò uadis : quia dicẽtem audie-
rat,quò ego uado uos nõ potestis uenire.Respon
dit Iesus eidẽ Petro:Quò ego uado non potes me
sequi modo,sequeris aũt postea. Tũc ille, Quare
nõ possum,inquit,sequi te modo? Animã meã ꝓ
te ponã,Huic præsumptioni respõdit dominus fu
Luc. 22 turã eius negationẽ.Lucas autẽ cũ cõmemorasset
dixisse dñm,Simon ecce satanas expetiuit uos ut
cribraret sicut triticũ, ego aũt rogaui pro te ut nõ C
deficiat fides tua:Et tu aliquãdo cõuersus, confir-
ma fratres tuos? Tunc subiecit Petrũ respondisse,
Domine tecũ paratus sum & in carcerẽ & in mor
tem ire.Et ille dixit,Dico tibi Petre,non cantabit
hodie gallus,donec ter abneges nosse me.Quàm
hoc aliud sit,aliud illud unde Petrus ad præsumẽ-
dum permotus sit, quis nõ uideat? At uero Mat-
Mat. 26 thæus.Et hymno dicto,inquit,exierunt in montẽ
Oliueti.Tunc dicit illis Iesus:Omnes uos scanda-
lũ patiemini in me in ista nocte: Scriptũ est enim,
Zach. 13 Percutiam pastorem & dispergẽtur oues gregis.
Postq; autem resurrexero præcedam uos in Gali-
Mar. 14 læã.Sic prorsus & Marcus qui habet etiã hæc uer-
Mat. 26 ba,uel sententiã similem illis, uel quibus secundũ D
Ioannẽ,uel quibus secundũ Lucam, Petrus retu-
lit præsumptionem suam.Et hic ergo ita sequitur,
Respondens aũt Petrus ait illi, Et si omnes scan-
dalizati fuerint in te,ego nunq; scãdalizabor. Ait
illi Iesus:Amen dico tibi,quia in hac nocte anteq;
gallus cantet ter me negabis.Ait illi Petrus,Etiã si
oportuerit me mori tecũ, non te negabo. Simili-
ter & omnes discipuli dixerunt. Hæc pene ipsis
Mar. 14 uerbis,etiã Marcus cõmemorat,nisi ꝙ nõ genera
liter,sed distinctius,quẽadmodũ futurũ esset, ex-
pressit dictũ à dño, Amen dico tibi quia tu hodie
in nocte hac,priusq; bis gallus uocem dederit, ter
me es negaturus.Cum itaq; omnes dicant,prædi-
xisse dñm ꝙ eũ Petrus esset negaturus anteq; gal-
lus cantaret,nõ autẽ omnes dicant quoties gallus
cantaret, Marcus hoc solus narrauit expressius. A
Vnde nõnullis uidetur nõ cõgruere cæteris, quia
parũ attendũt,& maxime eorũ obnubilat intẽtio
cũ aduersus Euãgeliũ animo induunt hostili. To
ta enim Petri negatio, trina negatio est. In eadem
nãq; permãsit trepidatione animi, ꝓpositoq; men
dacij,donec admonitus quid ei prædictũ sit,ama-
ro fletu & cordis dolore sanaret. Hæc aũt tota, id
est trina negatio si post primũ galli cantũ incipe-
ret,falsum dixisse uidetentur tres, quorũ Matthæus
dixit,Amẽ dico tibi,quia in hac nocte anteq; gal-
lus cantet ter me negabis.Lucas aũt, Dico tibi Pe Luc. 22
tre,non cantabit hodie gallus donec ter abneges
nosse me.Ioannes aũt,Amen amen dico tibi, non Ioan. 13
cantabit gallus donec ter me neges. Diuersis em̃
uerbis & uerborũ ordine eandẽ explicauerũt sen B
tentiam dixisse dominũ, ꝙ antequam gallus can-
taret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus si to-
tam trinã negationem ante peregisset q; cantare
gallus inciperet superfluo dixisse Marcus depre-
henderetur ex persona domini. Amen dico tibi,
quia tu hodie in nocte hac priusq; gallus bis uocẽ
dederit, ter me negaturus es. Quid enim attinebat
dicere,priusq; bis,quando si ante primũ galli can
tum tota illa trina negatio cõpleret, simul & ante
secundũ,& ante tertiũ,& ante omnes galli cantus
eiusdẽ noctis cõpleta inueniret, quæ ante ipsum
primum cõpleta probaretur.Sed quia ante primũ
galli cantũ cœpta est illa trina negatio,attenderũt
illi tres,nõ quando eam cõpleturus esset Petrus,
sed quanta futura esset,& quando cœptura:id est C
quia trina,& quia ante galli cantũ, quanquam in
animo eius, & ante primũ galli cantũ tota possit
intelligi. Quãuis enim uerbis negantis ante pri-
mum cœpta,ante secundũ aũt galli cantũ peracta
sit tota illa trina negatio, tamen affectione animi
& timore Petri ante primum tota cœpta est. Nec
interest quãtis morarũ interuallis trina uoce enũ-
ciata sit,cum cor eius etiam ante primũ galli can-
tum tota possederit : tam magna scilicet formidi-
ne imbibita,ut posset dominũ,non solũ semel,sed
& iterũ & tertio interrogatus negare : Vt rectius
diligentiusq; attendentibus, quomodo iam mœ-
chatus est mulierem in corde suo qui eam uiderit
ad concupiscendũ : sic Petrus quãdocunq; uerbis
ederet timorẽ,quem tam uehementẽ animo con D
ceperat,ut perdurare posset usq; ad tertiã domini
negationẽ, tota trina negatio ei tẽpori deputãda
est,quando eũ trinæ negationi sufficiẽs timor in-
uasit.Ex quo etiã,si post primũ galli cantũ incipe-
ret pulsato interrogationib. pectore uerba illa ne
gationis erũpere,nec sic absurde atq; mendaciter
ante galli cantũ ter negasse diceret, quando ante
galli cãtum tantus timor obsederat mentem, qui
eam posset usq; ad tertiam negationem perduce-
re.Multo minus igitur mouere debet, quia trina
negatio etiam trinis negantis uocibus ante galli
cantũ cœpta,& si non ante primum galli cantum
peracta est. Tanquam si alicui diceretur, hac no-
cte anteq; gallus cantet,ad me scribes epistolam,
in qua

in qua mihi ter cõuitiaberis: nõ utiq; si eã ante o-
mnem galli cãtũ scribere inciperet, & post primũ A
galli cantũ finiret, ideo dicẽdum erat falsum fuisse
prædictũ. Marcus ergo de ipsarũ uocũ interuallis
planius elocutus est, qui dicit ex persona domini:
Priusq; bis gallus uocẽ dederit, ter me negaturus
es. Ita gestũ esse apparebit, cũ ad eundẽ locũ narra
tionis Euangelicæ uenerimus, ut etiã illic osten-
datur Euangelistas sibi cõgruere. Si aũt quærunẽ
ipsa omnino uerba quę Petro dñs dixerit, neq; in-
ueniri possunt, superfluò quæruntur, cum senten
tia eius propter quam cognoscendã uerba profe-
rũtur, etiã in diuersis Euangelistarũ uerbis possit
esse notissima. Siue ergo diuersis sermonũ domini
locis cõmotus, Petrus singillatim ter enũciauerit
præsumptionẽ suam, & ter ei dominus suam nega
tionẽ prędixerit, sicut probabilius indagatur: siue B
aliquo narrãdi ordine possint omniũ Euãgelista-
rum cõmemorationes in unũ redigi, quib. demõ-
stretur semel dominũ prædixisse Petro pręsumẽti
quod eum negaturus esset: nulla hic Euangelista-
rum repugnãtia deprehẽdi poterit, sicut nulla est.

Quæ post cœnam. Cap. III Nunc ergo quantũ possumus, ipsum ex omni-
bus ordinẽ iã sequamur. Cũ itaq; secundũ Ioannẽ
Ioan. 14 hoc Petro prædictũ esset, sequitur idẽ Ioannes, &
cõserit domini sermonẽ, dicẽtis: Nõ turbetur cor
uestrũ: Creditis in deũ, & in me credite: in domo
patris mei, mansiones multæ sunt, &c. Sermonis
eius præclara maximeq; sublimia diu narrat, do-
nec cõtextim ueniat ad illũ locũ, ubi ait dominus:
Ioan. 17 Pater iuste, mundus te nõ cognouit, ego aũt te co
gnoui: & ij cognouerũt, quia tu me misisti, & notũ C
eis feci nomẽ tuũ: & notũ faciã, ut dilectio qua di-
lexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Cum aũt facta
esset cõtentio inter eos, quis eorũ uidereẽ esse ma
Luc. 22 ior, sicut Lucas cõmemorat, dixit eis: Reges gen-
tium dominanẽ eorum, & qui potestatẽ habẽt su-
per eos, benefici uocantur: Vos aũt nõ sic, sed qui
maior est in uobis, fiat sicut minor, & qui præces-
sor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui re-
cũbit an qui ministrat? Nónne qui recũbit? Ego
autẽ in medio uestrũ sum sicut qui ministrat: Vos
aũt estis qui permansistis mecum in tẽtationibus
meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi
pater meus regnũ, ut edatis & bibatis super men-
sam meã in regno meo, & sedeatis super thronos D
iudicantes xij. tribus Israel. Ait autẽ dominus Si-
moni, sicut Lucas ipse subiungit, Simon, ecce Sa-
tanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ. Ego
aũt rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu a-
liquando conuersus, cõfirma fratres tuos. Qui di-
xit ei, Domine, tecum paratus sum, & in carcerẽ
& in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, non
cãtabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera
& calceamentis, nunquid alius defuit uobis? At il
li dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui ha
bet sacculũ, tollat, similiter & peram: & qui nõ ha
bet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Dico
enim uobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum
Esa. 53 est, oportet impleri in me: Et q cũ iniustis deputa
tus est: Etenim ea quę sunt de me, finem habẽt. At
A illi dixerunt: Domine ecce gladij duo hic. At ille Mat. 26
dixit eis: Satis est. Et hymno dicto, sicut Matthæ-
us Marcusq; cõmemorãt, exierunt in montẽ oli- Mar. 14
ueti. Tunc dixit illis Iesus: Omnes uos scandalum
patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est ẽm: Per- Zach. 13
cutiam pastorẽ, & dispergenẽ oues gregis. Postq;
aũt resurrexero, præcedã uos in Galilęã. Respon-
dens aũt Petrus, ait illi. Et si omnes scãdalizati fue
rint in te, ego nunq; scandalizabor. Ait illi Iesus.
Amen dico tibi, quia in hac nocte anteq; gallus
cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiã si opor
tuerit me mori tecũ, non te negabo. Similiter &
omnes discipuli dixerũt. Hæc secundũ Matthæũ
inseruimus. Sed & Marci penè ipsa & totidẽ uer-
ba sunt, nisi quia distat illud quod de galli cantu iã
B supra enodauimus. Contexit igitur narrationẽ Quæ in orto. Cap. IIII
Matthæus, & dicit: Tunc uenit Iesus cũ illis in uil-
lam, quæ dicitur Gethsemani. Hoc dicit & Mar-
cus. Hoc & Lucas nõ expresse nominato prædio, Luc. 22
cum ait: Et egressus ibat secundũ consuetudinem
in montẽ Oliuarũ. Secuti sunt aũt illũ & discipuli.
Et cũ peruenisset ad locũ dixit illis: Orate ne intre
tis in tentationẽ. Iste locus est, cuius nomen illi di
xerunt Gethsemani. Ibi fuisse intelligimus ortum
quẽ cõmemorat Ioannes, ita narrans: Hæc cũ di- Ioan 18
xisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis, trãs tor-
rentẽ Cedron, ubi erat ortus, in quẽ introiuit ipse
& discipuli eius. Deinde secundũ Matthæũ dixit
discipulis suis, Sedete hic, donec uadã illuc & orẽ.
Et assumpto Petro & duob. filijs Zebedæi, cœpit
C cõtristari & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est
anima mea usq; ad mortẽ: sustinete hic & uigilate
mecũ. Et progressus pusillũ, procidit in faciẽ suã,
orans & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat
à me calix iste: Verũtamen nõ sicut ego uolo, sed
sicut tu. Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos
dormiẽtes, & dicit Petro: Sic nõ potuistis una ho-
ra uigilare mecũ? Vigilate & orate, ut nõ intretis
in tentationẽ: Spiritus quidẽ promptus est, caro
aũt infirma. Iterũ secundo abijt & orauit, dicẽs: Pa
ter mi, si nõ potest hic calix transire, nisi bibam il-
lum, fiat uolũtas tua. Et uenit iterũ, & inuenit eos
dormientes. Erãt enim oculi eorũ grauati. Et reli-
ctis illis, iterũ abijt, & orauit tertio, eũdem sermo-
D nem dicẽs: Tũc uenit ad discipulos suos, & dicit il
lis: Dormite iã & requiescite: Ecce appropinqua
uit hora, & filius hominis tradeẽ in manus pecca-
torum. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui
me tradet. Hæc etiã Marcus eoq; prorsus modo
atq; ordine cõserit, aliquanto breuius quasdã con Mar. 14
stringẽs sentẽtias, & aliquid magis aperiẽs. Nã ui-
detur hic sermo secundũ Matthæũ tanq; sibijpsi
cõtrarius, q post tertiam orationẽ uenit ad disci-
pulos suos, & dixit illis, Dormite iã & requiescite Mat. 26
ecce appropinquauit hora, & filius hominis tra-
detur in manus peccatorum: Surgite, eamus, ecce
appropinquauit qui me tradet. Quomodo ẽm su
pra dixit, Dormite iam, & requiescite: cum cõne
ctat: Ecce appropinquauit hora: & ideo dicat, Sũr
gite, eamus. Qua uelut repugnãtia cõmoti qui le-
gunt

gunt, conanť ita ꝓnunciare q̃d dictũ est, Dormite iam & requiescite: tanq̃ ab exprobrãte, nõ à per- A mittente sit dictũ. Quod recte fieret, si esset necesse. Cũ uero Marcus ita hoc cõmemorauerit, ut cũ dixisset, Dormite iã & requiescite: adiũgeret, Sufficit: & deinde inferret, Venit hora, ecce tradetur filius hominis, utiq; intelligiť post illud quod eis dictũ est, Dormite iam & requiescite: siluisse dñm aliquantulũ, ut hoc fieret quod permiserat: & tũc intulisse. Ecce appropinquauit hora. Ideo post illa uerba secundũ Marcũ positũ est, Sufficit id est, q̀ requieuistis iam sufficit. Sed quia cõmemorata nõ est ipsa interpositio silentij domini, propterea coarctat intellectũ, ut in illis uerbis, alia pronun-

Luc.22 ciatio requiratur. Lucas autẽ prætermisit quoties B orauerit: dixit sanè q̀ isti tacuerunt, & orãtem ab angelo cõfortatũ, & ꝓlixius orantis sudorẽ fuisse sanguineũ, & guttas decurrẽtes in terrã. Cũ ergo dicit: Et cũ surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, nõ expressit quota oratione: in ni-

Ioan.14 hilo tñ illis duob. repugnat. Ioãnes uero posteaq̃ in ortũ ingressum dicit cũ discipulis suis, nõ cõmemorat quid illic egerit, donec eius traditor cum Iudæis ad eum cõprehendendũ ueniret: Tres igiť isti eandẽ rem ita narrauerũt, sicut etiam unus homo ter posset loqui, cũ aliquanta uarietate nulla tamẽ aduersitate. Lucas enim quãtum ab eis progressus, id est auulsus fuerit ut oraret, manifestius aperuit, dicẽs quantũ iactus est lapidis. Porrò aũt Marcus primo ex uerbis suis idẽ narrauit togasse dñm, ut si fieri posset, trãsiret ab eo illa hora, id est passionis, quam calicis nomine mox significauit. Deinde uerba ipsa dñi sic enũciauit, Abba pater, oñia tibi possibilia sunt, transfer calicẽ hũc à me. Quibus uerbis si adiungas quod illi duo dixerũt, & quod ipse etiam Marcus ex persona sua pariter supra posuit, ita sententia manifestatur, Pater si fieri potest, Omnia enim tibi possibilia sunt, transfer calicem istũ à me: ne quis eum putaret patris minuisse potestatẽ, cũ ait: Si fieri potest, nõ enim di-

Matt.26 xit, Si facere potes: sed, Si fieri potest. Fieri aũt potest quod ille uoluerit. Sic itaq; dictum, Si fieri potest: ac si diceretur, Si uis. Manifestauit enim Marcus quo intellectu accipiendũ sit, Si fieri potest: quando ait, Omnia tibi possibilia sunt. Et quod cõmemorauerũt eum dixisse: Verũ nõ quod ego uolo, sed quod tu: tantũdem ualet, quantũ si & ita dicatur: Verũtamen nõ mea uolũtas, sed tua fiat: satis ostendit nõ ex impossibilitate, sed ex uoluntate patris dictũ esse, Si fieri potest: præsertim q̃a Lucas & hoc ipsum planius intimauit. Non enim ait, Si fieri potest: sed, Si uis. Cui apertiori sentẽtiæ apertius iungiť quod Marcus posuit, ut ita dicať: Si uis, omnia enim tibi possibilia sunt, transfer à me calicem istũ. Quod aũt ipse Marcus, nõ solum pater, sed Abba pater eũ dixisse cõmemorat, hoc est abba Hebraice, quod est Latine pater. Et fortasse dominus ꝓpter aliquod sacramẽtũ utrunq; dixerit, uolens ostendere illã se tristitiã in persona sui corporis, id est ecclesiæ suscepisse: cui factus est angularis lapis, uenientibus ad eum partim ex Hebræis, ad quos pertinet, quod ait abba, partim ex A gentib. ad quas pertinet, quod ait pater. Etiã Paulus Apostolus nõ prætermittẽs hoc sacramẽtũ, in Rom.8 quo clamamus, inquit, abba pater. Et iterum ait, Gal.4 Misit deus spiritũ suũ in corda uestra, clamantem, abba pater. Oportuit eñ ut bonus magister & uerus saluator infirmiorib. cõpatiẽs, in seipso demõstraret, nõ debere suos martyres desperare, si qua forte cordib. eorũ irreperet sub tẽpus passiõis ex humana fragilitate tristitia: cũ eam uincerent uoluntati suæ præponendo uoluntatẽ dei: quia ille scit quid expediat, quibus cõsulit. De qua tota re nõ nunc tẽpus est ut uberius disserať: agitur enim modo de cõuenientia Euangelistarũ, in quorũ di- B uersitate uerborũ salubriter discimus, nõ aliud in uerbis ad audiendã ueritatem, q̃ sententiã loquẽtis esse requirendã. Hoc est enim pater, quod abba pater: sed ad sacramentũ intimãdũ, planius est abba pater: ad unitatem significandã sufficit, pater. Et dominum quidẽ abba pater dixisse credendum est, sed tamẽ nõ eluceret sentẽtia, nisi alijs dicentibus tantũ pater, demonstraretur sic esse illas duas ecclesias ex Iudæis & Græcis, ut etiã una sit. Ex illo ergo intellectu dictũ est, Abba pater: quo idem dominus alibi ait: Habeo alias oues, quæ nõ Ioan.10 sunt ex hoc ouili: gentes utiq; significãs, cum haberet oues etiã in populo Israel. Sed quia secutus adiecit: Oportet me & eas adducere, ut sit unus grex & unus pastor, quantũ ualet ad Israelitas & gentes: abba pater: tantũ ad unũ gregẽ, solũ pater.

C Adhuc ergo ipso loquẽte, sicut dicũt Matthæus Apprehensio Iesu. Cap. V & Marcus, ecce Iudas unus ex xij. uenit, & cũ eo turba multa cũ gladijs & fustibus, missi à principib. sacerdotũ, & senioribus populi. Qui autẽ tradidit eum, dedit illis signũ, dicẽs: Quẽcunq; oscu- Mat.26 latus fuero, ipse est, tenete eum. Et cõfestim acce- Mar.14 dens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dixitq; illi primo, quod ait Lucas, Iudas oscu- Luc.22 lo filiũ hominis tradis? Deinde quod Matthæus, Amice ad quid uenisti? Deinde dixit, quod Ioannes cõmemorat: Quem quæritis? Responderunt Ioan.18 ei, Iesum Nazarenũ. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat aũt & Iudas, qui tradebat eũ, cum ipsis, Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrã. Iterũ ergo eos interrogauit, Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.

D Respondit Iesus, Dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo quẽ dixit, quia quos dedisti mihi, nõ perdidi ex eis quenq̃. Videntes aũt, sicut Lucas dicit, ij qui circa ipsum erãt, quod futurũ erat, dixerũt ei: Domine si percutimus in gladio? Et percussit unus ex ipsis, q̃d omnes quatuor dicũt, seruũ principis sacerdotũ, & amputauit auriculã eius, sicut Lucas & Ioannes dicũt, dexterã. Qui aũt percussit, secũdum Ioannẽ, Petrus erat: quẽ percussit aũt, Malchus uocabať. Deinde quod Lucas dicit, Respondens Iesus ait, Sinite usq; huc: & adiunxit quod Matthæus cõmemorat: Conuerte gladium tuum in locũ suũ: Oñes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare

gare patrē meum,& exhibebit mihi modo pluſq;
xij.legiones angelorū? Quō ergo implebunť ſcri
pturæ: quia ſic oportet fieri? His uerbis adiūgi po
teſt, quod illū eo loco dixiſſe Ioannes cōmemo-
Ioan.18 rat: Calicē quem dedit mihi pater, non uis ut bibā
illū? Tunc, ſicut Lucas dicit, tetigit auriculā illius
q percuſſus erat,& ſanauit eū. Nec moueat quaſi
contrariū ſit, quod Lucas dixit, interrogantibus
diſcipulis, ſi percuterent in gladio, dominum reſ-
pondiſſe: Sinite uſq; huc: quaſi poſt illā percuſſio
nem ita dictū fuerit, ut placuerit ei uſq; huc factū,
ſed amplius fieri noluerit: cū in uerbis quæ Mat-
thęus poſuit, intelligatur potius totū factum, cum
uſus eſt gladio Petrus, dño diſplicuiſſe. Illud enim
uerius eſt, q cū eum interrogaſſent, dicentes: Do-
mine ſi percutimus in gladio? tūc reſpōdit: Sini-
te uſq; huc: id eſt, nō uos moueat quod futurū eſt,
permittendi ſunt hucuſq; progredi: hoc eſt, ut me
apprehendāt,& impleanť quę de me ſcripta ſunt.
Sed inter moras uerborū interrogantiū dominū,
& illius reſpōdentis: Petrus defenſionis auidita-
te,& maiori p domino cōmotione percuſſit, ſed
nō potuerunt etiam ſimul dici, quæ ſimul fieri po
tuerunt. Nō enim diceret: Reſpondens aūt Ieſus
niſi illorū interrogationi reſpōderet, nō facto Pe-,
tri. Nā de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus
ſolus dixit. Vbi etiā nō dixit Matthæus. Reſpon-
Mat.26 dit Ieſus Petro. Cōuerte gladium tuum: ſed dixit,
Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuum, quod
poſt factū apparet dixiſſe dominū. Illud uero qđ
Lucas poſuit: Reſpondens autem Ieſus ait, Sinite
uſq; huc: illis qui interrogauerant reſponſum eſſe
accipiendum eſt. Sed quia, ut diximus inter uerba
interrogantium,& reſpondentis domini, facta eſt
uno ictu percuſſio, hoc ordine iudicauit eſſe nar-
randū, ut etiā inter uerba interrogatiōis & reſpon
ſionis eā insereret. Non eſt ergo contrariū hoc ei
q̄d dixit Matthæus: Omnes enim qui acceperint
gladiū, gladio peribunt: id eſt, q uſi fuerint gladio.
Videri aūt poſſet cōtrariū, ſi dñs ex illa reſpōſio-
Luc.22 ne: Sinite uſq; huc, ſaltē uſq; ad unū, nec ipſum le-
tale uulnus, uſum tamē gladij ſpōtaneum appro-
baſſe uidereť. Quanq; etiam Petro dictū totū cō-
gruēter intelligi poſſit, ut ſic cōnectatur, & quod
Lucas,& quod Matthæus retulit, quemadmodū
ſupra cōmemoraui: Sinite uſq; huc:&, cōuerte gla
dium in locū ſuum. Omnes enim qui acceperint
gladium, gladio peribunt &c. Quomodo autē ſit
intelligendū: Sinite uſq; huc, iam expoſui:& ſi al-
ter melius poteſt, ita ſit, dum tamen Euangeliſta-
rum ueritas cōſtet. Poſtea ſequitur Matthæus, &
cōmemorat eum in illa hora dixiſſe turbis: Tanq;
ad latronem exiſtis cū gladijs & fuſtibus compre
hendere me. Quotidie apud uos ſedebam docēs
in tēplo,& nō me tenuiſtis. Tunc addidit etiā uer
ba quæ Lucas ponit. Sed hæc eſt hora ueſtra, &
poteſtas tenebrarū. Hoc autē totū factū eſt, ſicut
Matthæus dicit, ut implerenť ſcripturæ Prophe-
tarum. Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt,
ſicut & Marcus dicit. Sequebatur aūt illum unus
Mar.14 adoleſcens amictus ſindone, ſicut idem Marcus

cōmemorat. Et cum tenuiſſent eum, reiecta ſindo
A ne nudus profugit ab eis. At illi tenentes Ieſum Quæ apud
duxerunt ad Caiphā principē ſacerdotū, ubi ſcri- pontifices.
bæ & ſeniores cōuenerant, ſicut Matthæus dicit. Cap. VI
Sed primū ad Annam ductus eſt ſocerū Caiphæ, Matt.26
ſicut Ioannes dicit. Marcus autē & Lucas nomen Ioan.18
nō dicunt pontificis. Ductus eſt autē ligatus, cum Mar.14
adeſſent in illa turba Tribunus & cohors, & mini Luc.22
ſtri Iudæorum, ſicut Ioannes cōmemorat. Petrus
autē ſequebatur eum à longe uſq; in atrium prin-
cipis ſacerdotum. Et ingreſſus intrò, ſedebat cum
miniſtris, ut uideret finē, ſicut dicit Matthæus. Et
calefaciebat ſe ad ignem, ſicut in eo loco narratio
nis dicit Marcus. Hoc & Lucas cōmemorat, qđ
Petrus ſequebatur à longe. Accenſo autē igne in
B medio atrio, & circūſedentib. illis, erat Petrus in
medio eorū. Et Ioānes dicit, q ſequebatur Simon
Petrus, et alius diſcipulus. Diſcipulus aūt ille alius
erat notus pontifici, & introiuit cū Ieſu in atrium
pontificis, ſicut Ioannes dicit: Petrus aūt ſtabat ad
oſtium foris, ſecundū eundem Ioannem. Exijt er-
go diſcipulus alius qui erat notus pōtifici, & dixit
oſtiariæ, & introduxit Petrum, ſicut idem Ioānes
dicit: Sic enim factū eſt, ut intus eſſet & Petrus in
atrio, ſicut & alij dicūt. Principes aūt ſacerdotum
& omne conciliū, ſicut Matthæus dicit, quærebāt
falſum teſtimoniū contra Ieſum ut eum morti tra
derent, & nō inuenerūt cum multi falſi teſtes ac-
ceſſiſſent. Cōuenientia enim teſtimonia nō erāt,
ſicut Marcus dicit, cum eundē locum cōmemora
C tet. Nouiſſime aūt uenerunt duo falſi teſtes, ſicut
dicit Matthæus, & dixerūt: Hic dixit, Poſſum de-
ſtruere templū dei, & poſt triduum reædificare il-
lud. Alios aūt Marcus cōmemorat dixiſſe: Nos au
diuimus eum dicentem: Ego diſſoluam templum
hoc manufactū: & poſt triduum aliud nō manufa
ctum ædificabo: & ideo nō erat conueniens teſti-
monium illorū: ſicut idem Marcus ibidē dicit. Et
ſurgens princeps ſacerdotū, ait illi: Nihil reſpon-
des ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur? Ieſus
aūt tacebat: Et princeps ſacerdotū ait illi: Adiuro
te per deū uiuū, ut dicas nobis, ſi tu es Chriſtus fi-
lius dei. Dicit illi Ieſus: Tu dixiſti. Hæc Matthęus.
Marcus autē eadem alijs uerbis dicit, niſi q tacet
quòd eum adiurauerit princeps ſacerdotum: ſed
tantū ualere oſtendit, quod ei dicit Ieſus: Tu dixi-
D ſti: quantum ſi diceret, Ego ſum. Sequiť enim, ut
ait idem Marcus, Ieſus aūt dixit illi: Ego ſum. Et ui
debitis filium hominis à dextris ſedentem uirtu-
tis, & uenientem cum nubib. cœli. Hoc dicit etiam
Matthæus, ſed non dicit reſpondiſſe Ieſum, Ego
ſum. Tūc princeps ſacerdotum ſcidit ueſtimenta
ſua, dicēs, Blaſphemauit. Quid adhuc egemus te-
ſtibus? quod Matthęus cōmemorat. Et ſequiť, Ec
ce nunc audiſtis blaſphemiā: Quid uobis uideť?
At illi reſpōdentes dixerūt: Reus eſt mortis. Hoc
etiam teſtatur & Marcus. Et ſequitur Matthæus,
Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eū ce
ciderunt. Alij autē palmas in faciem ei dederunt,
dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui
te percuſſit? Hoc dicit & Marcus. Commemorat
etiam

etiam q ei faciẽ uelauerunt. De his quoq; Lucas
attestatur. Hæc intelligitur passus dominus usq;
ad mane in domo ptincipis sacerdotũ, quò prius
adductus est, ubi etiã Petrus tẽtatus est, Sed de Pe
tri tẽtatione, quæ inter has dñi contumelias facta
est, nõ eodẽ ordine omnes narrãt: nã ipsas primo
cõmemorant Matthæus & Marcus, deinde Petri
tentationẽ. Lucas uero explicat prius tentationẽ
Petri, tum demũ has domini cõtumelias. Ioannes
autẽ incipit Petri tentationẽ dicere, & interponit
quædã de cõtumelijs domini, & adiungit q inde
missus est ad Caiphã pontificem: & inde recapitu
lat, ut explicet quã cœperat tẽtationẽ Petri in do
mo quò primo adductus est, & redit ad ordinem,
ubi ostẽdit quemadmodũ ductus sit dominus ad
Caiphã. Sic ergo Matthæus sequitur, Petrus uero
sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancil-
Matt. 26 la dicens, Et tu cũ Iesu Galilæo eras? Et ille nega-
uit corã omnib. dicens, Nescio quid dicis. Exeun-
te aũt illo ianuã, uidit eum alia ancilla, & ait ijs qui
erãt ibi, Et hic erat cũ Iesu Nazareno. Et iterum ne
gauit cũ iuramẽto, quia nõ noui hominẽ. Et post
pusillũ accesserunt, qui stabant & dixerunt Petro,
Vere & tu ex illis es, nã & loquela tua manifestũ
te facit. Tũc cœpit detestari & iurare, quia non no
uisset hominẽ: & cõtinuo gallus cantauit. Hoc di-
cit Matthæus. Intelligitur autẽ q posteaquã exijt
foras, cum iam semel negasset, gallus cantauit pri-
mus, quod Matthæus tacet, & Marcus dicit. Non
aũt foris ante ianuã iterũ negauit, sed cũ redijsset
ad focũ. Quando aũt redierit, nõ opus erat cõme-
Marci 14 morare. Marcus ergo sic illud narrat, Et exijt foras
ante atriũ, & gallus cantauit. Rursus autem cum
uidisset illũ ancilla, cœpit dicere circunstantibus,
quia hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Hæc uero
ancilla nõ eadẽ, sed alia est, sicut dicit Matthæus.
Sanè hoc quoq; intelligitur, quia in secunda nega
tione à duobus compellatus est, & ab ancilla scili
cet, quã commemorant Matthæus & Marcus, &
ab alio quem cõmemorat Lucas. Sic enĩ hoc nar-
Luca 22 rat Lucas, Petrus uero sequebatur eum à longe.
Accenso autem igne in medio atrio, & circumse
dẽtibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem
cum uidisset ancilla quædã sedentẽ ad lumẽ, & eũ
fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At ille ne
gauit eum, dicens, Mulier non noui illum. Et post
pusillum alius uidens eum, dixit, Et tu de illis es?
Hoc ergo quod Lucas ait, Et post pusillũ: iam e-
gressus erat Petrus ianuã, & primus gallus canta-
uerat. Iamq; redierat, ut quemadmodũ dicit Ioan
nes, ad focũ stans iterum negaret. Ioannes enim in
prima negatione: nõ solũ de primo galli cantu ta-
cet, sicut cæteri, excepto Marco, sed etiã quòd se-
dẽtem ad ignẽ cognouerit ancilla, nõ commemo
Ioan. 18 rat. Hoc enim tantum ait, Dicit ergo Petro ancil-
la ostiaria, Nũquid ergo & tu de discipulis es ho-
minis istius? Dicit ille, Non sum. Deinde interpo-
nit quæ gesta sunt cum Iesu in eadem domo, quæ
cõmemoranda arbitratus est, ita narrans, Stabant
aũt serui & ministri ad prunas, quia frigus erat: &
calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus

stans & calefaciens se. Hic ergo intelligitur, iam
A exisse foras Petrum, & redisse. Primo enim sede-
bat ad ignem, postea iam rediens, stare cœperat.
Sed forte ait aliquis. Nõdũ exierat, surrexerat aũt
exiturus. Hoc potest dicere, qui putat foris ante
ianuã secũdo interrogatũ negasse. Videamus er-
go Ioãnis sequentia, Põtifex ergo, inquit, interro- Ioan. 18
gauit Iesum de discipulis suis, & doctrina eius. Re
spondit ei Iesus, Ego palàm locutus sum mundo,
ego semper docui in synagoga, & in templo quò
omnes Iudæi cõueniũt, & in occulto locutus sum
nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui au-
dierũt quid locutus sim ipsis. Ecce ij sciunt quæ di
xerim ego. Hæc aũt cum dixisset, unus assistens
ministrorũ dedit alapam Iesu, dicẽs, Sic respondes
pontifici? Respõdit ei Iesus, Si male locutus sum,
B testimoniũ perhibe de malo: sin autem bene, quid
me cædis? Et misit eum Annas ligatũ ad Caipham
pontificẽ. Hic sanè ostenditur q Annas pontifex
erat: nondũ enim missus erat ad Caipham, cũ iam
illa diceretur, Sic respõdes põtifici? Et hos duos,
Annam & Caiphã pontifices, cõmemorat etiam
Lucas in initio Euãgelij sui. His dictis Ioannes re
dit ad quod cœperat de negatione Petri: id est ad
eandem domũ, ubi gesta sunt quæ narrauit: & un-
de ad Caiphã missus est Iesus, ad quẽ ab initio du
cebatur, sicut dicit Matthæus. Cõmemorauit aũt
ista Ioannes quæ interposuit recapitulans de Pe-
tro, & ad eam narrationẽ rediens, ita dicit, ut com-
pleat trinã negationẽ. Erat autem Simon Petrus
stans, & calefaciens se. Dixerũt ergo ei, Nunquid Ioan. 18
C & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit,
Nõ sum. Hoc igitur loco inuenimus, non ante ia-
nuam, sed ad focũ stantem, secũdo negasse Petrũ:
quod fieri nõ posset, nisi iam redijsset, posteaq; fo-
ras exierat. Neq; enim iam exierat, & foris eum ui
dit altera ancilla: sed cum exierat, eum uidit: id est,
cũ surgeret ut exiret, animaduertit eũ, & dixit ijs
qui erãt ibi, id est qui simul erãt ad ignem intus in
atrio, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Ille aũt qui
foras exierat, hoc audito, rediẽs iurauit illis cõtra
nitẽtibus, quia nõ nouit hominem. Nã & Marcus
sic ait de eadẽ ancilla, Et cœpit dicere circũstanti- Marc. 14
bus, quia hic ex illis est. Dicebat enim nõ illi, sed
ijs qui illo exeũte ibi remãserãt, sic tamen ut ille au
diret. Vnde rediẽs, & rursus ad ignẽ stans, resiste-
D bat negãdo uerbis eorũ. Deinde in eo quod Ioan-
nes ait, Dixerunt nunquid & tu ex discipulis eius
es? quod redeunti & stanti dictum intelligimus,
hoc quoq; cõfirmatur, non illam tantũ alteram an
cillam, quã cõmemorant in hac secũda negatione
Matthæus & Marcus, sed alium quem cõmemo-
rat Lucas, cum Petro id egisse. Vnde & Ioannes
dicit. Dixerunt ergo ei, Quapropter siue post-
eaquã illo exeunte dixit ancilla his, qui secũ erant
in atrio, quia hic ex illis est, hoc audito ille regres-
sus est, ut se quasi purgaret negãdo: siue quod est
credibilius, non audiuit quid de illo dictum fue-
rit, cum foras exiret, & posteaqeã redijt, dixerunt
ei ancilla & ille alius, quem Lucas commemorat
Nunquid & tu ex discipulis eius es? & dixit, Non Luc. 22

sum, pertinacius insistente illo, de quo Lucas ait, atq; dicente, Et tu de illis es: cui Petrus ait, O ho- A mo nō sum: Liquido tamē colligit, collatis de hac re omnib. Euangelistarū testimonijs, non ante ianuam secundo Petrū negasse, sed intus in atrio ad ignem: Matthæum aūt & Marcū, qui cōmemorauerunt exisse eum foras, regressum eius breuitatis causa tacuisse. Nunc iam de tertia negatione inspiciamus eorū congruentiam, quam Matthæum solum iam explicasse meminerimus. Sequitur ergo

Marci 14 Marcus, & dicit, Et post pusillum rursus qui astabant, dicebāt Petro, Vere & tu ex illis es, nam & Galilæus es. Ille aūt cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominē istum quē dicitis. Et sta

Luc. 22 tim iterū gallus cantauit. Lucas autem ita secutus, hoc idē narrat, Et interuallo facto quasi horæ unius alius quidā affirmabat, dicens. Vere & hic cum B illo erat, nā & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquēte, cātauit gallus. Ioānes secutus de tertia Petri nega

Ioan. 18 tione, ita explicat, Dicit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculā, Nonne ego te uidi in orto cū illo? Iterū ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. Quod igitur Matthęus & Marcus dicūt, Post pusillū, quantum esset hoc tēporis, manifestat Lucas dicēdo, Et interuallo facto quasi horæ unius. De hoc aūt interuallo tacet Ioānes. Itē quod Matthæus & Marcus nō singulari, sed plurali numero enūciant eos, qui cū Petro agebāt, cum Lucas unum dicat, Ioannes quoq; unū, eumq; cognatum eius, cui abscidit Pe- C trus auriculā: facile est intelligere, aut pluralē numerum pro singulari, usitata locutione usurpasse Matthæū & Marcum: aut q unus maxime tanq̃ sciēs, & qui eū uiderat, affirmabat, cæteri aūt secuti eius fidē, Petrū simul urgebāt. Vnde duos Euangelistas cōpēdio pluralem numerū posuisse: alios aūt duos eum solū significare uoluisse, qui præcipuus in hoc erat. Iā uero illud quod Matthęus ipsi Petro dictum fuisse asserit, Vere & tu ex illis es, nā & loquela tua manifestū te facit: sicut Ioannes eidē Petro dictū asseuerat, Nonne ego te uidi in orto cū illo? Marcus aūt inter se illos de Petro locutos dicit, Vere ex illis est, nā & Galilæus est: sicut & Lucas, non Petro, sed de Petro dicit, Alius quidā affirmabat dicēs, Vere & hic cū illo erat, nā & Galilęus est: Aut sentētiā intelligimus tenuisse D eos qui compellatū dicunt Petrū: tantundem ẽm ualuit quod de illo coram illo dicebat, quātū si illi diceret: aut utroq; modo actum uel dictū, & alios illo, alios alio modo cōmemorasse. Galli autē cantum post tertiā negationē secundū intelligimus, sicut Marcus expressit. Sequitur ergo Matthæus dicens, Et recordatus est Petrus uerbi Iesu quod dixerat. Priusquam gallus canter ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Marcus autem ita

Marci 14 dicit, Recordatus est Petrus uerbi quod dixit ei Iesus, Priusquam gallus canter bis, ter me nega-

Luce 22 bis: & cœpit flere. Lucas autē sic ait, Et conuersus dominns respexit Petrum, Et recordatus est Petrus uerbi domini sicut dixit, quia priusquam gallus cātet ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Ioannes de recordatione & fletu Pe- Ioan. 18 tri tacet. Sanè in eo quod ait Lucas, quòd conuersus dominus respexit Petrū: quomodo accipiendum sit, diligentius considerandum est. Quamuis enim dicātur etiā interiora atria, tamē in exteriore atrio fuit Petrus inter seruos q simul se ad ignē calefaciebant. Non est aūt credibile q ubi audiebatur dominus à Iudæis, ut corporalis fieret illa respectio. Nanq; cum dixisset Matthæus, Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eum cecide- Matth. 26 runt, alij autem palmas in faciē eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit: secutus est dicens, Petrus uero sedebat foris in atrio, Quod non diceret, nisi illa cū domino intus agerētur: & quantum colligitur io narra- B tione Marci, nō solū in interioribus, sed etiā in superioribus domus agebātur. Nā posteaquā Marcus talia narrauit, secutus ait, Et cū esset Petrus in atrio deorsum. Sicut ergo eo q Matthæus ait, Petrus uero sedebat foris in atrio: ostendit q illa in- Marc. 14 tus agerentur: sic eo q dicit Marcus, Et cum esset Petrus in atrio deorsum, ostēdit non solū in interioribus, sed etiā in superioribus gesta quæ dixerat. Quomodo ergo respexit Petrum dominus facie corporali? Quapropter mihi uidetur illa respectio diuinitus facta, ut ei ueniret in mentem quoties iam negasset, & quid ei dominus prædixisset, atq; ita misericorditer domino respiciēte pœniteret eū, & salubriter fleret: sicut quotidie dicimus, C Domine respice me, Et, respexit eū dominus, qui de aliquo periculo uel labore diuina misericordia liberatus est. Et sicut dictum ust, Respice & exaudi me, & conuertere domine & libera animam Psal. 12 meā: Ita dictū arbitror, Conuersus dominus respexit Petrū, & recordatus est Petrus uerbi domini. Deniq; cū frequētius soleant Euāgelistæ in narrationibus suis ponere Iesum q̃ dominū, modo Lucas dominū posuit dicens, Cōuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus uerbi dñi. Matthęus autē & Marcus, quia de ista respectione tacuerunt, nō uerbi domini, sed uerbi Iesu, eum recordatum esse dixerunt: ut etiā ex hoc intelligamus illam respectionē à Iesu, non humanis oculis, sed diuinitus factam. Sequitur ergo Matthæus Quæ mane apud Caiphã & dicit, Mane autē facto, consiliū inierunt omnes Cap. VII D principes sacerdotū & seniores populi aduersus Matth 27 Iesum ut eū morti traderent: Et uinctum adduxe- Marci 15 runt eū, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Marcus similiter, Et cōfestim mane, inquit, consiliū faciētes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & uniuerso cōcilio uincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Lucas aūt posteaquā cōpleuit Luce 22 narrādo Petri negationē, recapitulauit quæ cum dño gesta sunt, iam ut apparet circa mane, atq; ita cōtexuit narrationē. Et uiri qui tenebāt illū illudebāt ei cædētes, & uelauerūt eū & percutiebant faciem eius, & interrogabāt eum dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemātes dicebāt in eū. Et ut factus est dies, conuenerūt seniores plebis & principes sacerdotū & scribæ

Luc. 22 scribæ & duxerunt illũ in concilium suũ dicentes, Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, Si uobis dixero, non credetis mihi: si aũt & interrogauero, non respõdebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hominis sedẽs à dextris uirtutis dei. Dixerũt aũt omnes, Tu ergo es filius dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgẽs omnis multitudo eorum duxerunt eũ ad Pilatũ. Hæc omnia narrauit Lucas ubi
Matth. 26 Marci 14 intelligitur quod etiã Matthæus & Marcus narrauerũt, q̃ interrogatus sit dominus, utrũ ipse esset filius dei, & q̃ dixerit, Dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentẽ à dextris uirtutis dei & uenientẽ in nubib. cœli, iã lucescẽte die gestum quando Lucas dicit, Et ut factus est dies: atque ita
Lucæ 22 narrat similia, & si qd etiã ipse cõmemorat q̃d illi tacuerũt. Nocte autẽ intelligimus per falsos testes actum esse cũ dño, qđ breuiter cõmemorauerunt Matthæus & Marcus, Lucas tacuit, qui enarrauit quæ circa mane sunt gesta. Nam & illi, id est Matthæus & Marcus, cõtexuerũt narrationẽ in iis quę cum dño acta sunt usque ad mane: sed postea redierũt ad narrãdã Petri negationẽ: qua terminata redierũt ad mane, ut inde cetera cõtexerẽt, quousque perducerẽt quę cũ domino acta erant, sed nondũ cõmemorauerãt quod mane factum esset. Ioãnes quoque cũ ea quæ cũ domino gesta sunt, ex quanta parte uisum est, & Petri negationẽ totã cõmemo-
Ioan. 18 rasset, Adducunt ergo, inquit, Iesum ad Caiphã in prætorium. Erat autẽ mane. ubi intelligimus aut aliquã fuisse causam, quæ coegerit Caiphã esse in pretorio, nec esse presentẽ, cũ alii principes sacerdotũ haberẽt de domino quæstionẽ, aut in domo eius fuisse pretoriũ: tamẽ ad ipsum ab initio ducebaẽ, ad quẽ in extremo perductus est: Sed quia iã tanquam cõuictum reũ adducebãt, Caiphæ autẽ iam antea uisum fuerat ut Iesus moreretur, nulla mora interposita est, quin occidẽdus Pilato traderetur. Quæ igiẽ per Pilatũ cum dño gesta sunt, ita Matthæus narrat. Ac primũ excurrit inde, ut commemoret exitũ Iudæ traditoris, quem solus narrauit,
Matth. 27 ita dicẽs, Tũc uidẽs Iudas qui eũ tradidit, quia dãnatus esset, pœnitentia ductus, retulit xxx. argenteos principib. sacerdotum & seniorib. dicẽs, Peccaui tradẽs sanguinẽ iustũ. At illi dixerunt, Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Princi-pes aũt sacerdotũ acceptis argẽteis, dixerunt, Nõ
Act. 1 licet eos mittere in corbonã, quia precium sanguinis est. Cõsilio aũt inito, emerũt ex illis agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ: ꝑpter hoc uocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sãguinis, usque ad hodiernũ diẽ. Tunc impletũ est quod dictũ est per Hieremiã prophetã dicentẽ. Et acceperũt tri-
Zach. 11 ginta argẽteos preciũ appreciati, quẽ appreciauerunt filii Israel, & dederũt eos in agrũ figuli, sicut cõstituit mihi dominus. Si quis aũt mouet q̃ hoc testimoniũ nõ inuenit in scriptura Hieremię prophetæ, & ideo putat fidei Euãgelistæ aliquid derogandũ, primo nouerit nõ omnes codices Euange-

liorũ habere, q̃ per Hieremiã dictum sit, sed tantũ
A modo ꝑ Prophetã. Possemus ergo dicere his potius codicib. esse credendũ, qui Hieremiæ nomen nõ habẽt. Dictũ est ẽm hoc per Prophetã, sed Zachariã: unde putaẽ codices esse mẽdosos q̃ habẽt Zach. 11
nomẽ Hieremiæ, quia uel Zachariæ habere debuerũt: uel nullius, sicut quidã, sed tantũ per Prophetã dicentẽ. qui utique intelligiẽ Zacharias. Sed utaẽ ista defensione, cui placet: mihi aũt cur nõ placear, hæc causa est, quia & plures codices habent Hieremiæ nomẽ: & q̃ diligẽtius in Gręcis exẽplaribus Euangeliũ cõsiderauerũt, in antiquioribus Gręcis ita se perhibẽt inuenisse: & nulla fuit causa cur adderet hoc nomẽ, ut mẽdositas fieret. Cur aũt de nonnullis codicib. tolleret, fuit utique causa,
B ut hoc audax imperitia faceret, cũ turbaret quæstione, q̃ hoc testimoniũ apud Hieremiã nõ inueniret. Quid ergo intelligẽdũ est, nisi hoc actũ esse secretiore cõsilio prouidẽtiæ dei, qua mẽtes Euãgelistarũ sunt gubernatæ? Potuit enim fieri, ut animo Matthæi Euangeliũ cõscribẽtis pro Zacharia Hieremias occurrerit, ut fieri solet: quod tamen sine ulla dubitatiõe emẽdaret, saltẽ ab aliis admonitus qui ipso adhuc in carne uiuente, hoc legere potuerũt, nisi cogitaret recordationi suæ, quæ sancto spiritu regebaẽ, nõ frustra occurrisse aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia ita dñs hoc scribi cõstituit. Cur aũt ita constituerit dominus, prima illa causa utilissima debet facillime cogitari: etiam sic esse insinuatũ, ita omes sanctos Prophetas uno spiritu locutos, mirabili inter se cõsensione constare, ut hoc multo amplius sit, q̃ si omnia Propheta-
C rũ uno unius ore dicerentur: & ideo indubitanter accipi debere quęcunque ꝑ eos spiritussanctus dixit, & singula esse omniũ, & omnia singulorũ. Cũ igi- ἐκλογήν
tur, & quæ dicta sunt per Hieremiã, tam sint Zachariæ q̃ Hieremiæ: & quæ dicta sunt per Zachariã, tã sint Hieremiæ q̃ Zachariæ: quid opus erat ut emẽdaret Matthæus, cũ aliud pro alio sibi nomẽ occurrẽs, ĩ se scriptũ relegisset? Ac nõ potius sequẽs autoritatẽ spiritussancti, à quo mentẽ suã regi plus nobis ille utique sentiebat, ita hoc scriptũ relinqueret, sicut eum admonẽdo constituerat ei dominus: ad informandos nos, tantam uerborum suorũ inter Prophetas esse cõcordiã, ut nõ absurde, imo, cõgruentissime etiã Hieremiæ deputatemus quod per Zachariã dictum reperiremus. Si enim hodie quisquã uolẽs alicuius uerba indica-
D re, dicat nomẽ alterius à quo dicta nõ sint: qui tamen sit amicissimus & familiaritate coniunctissimus illi cuius uerba dicere uoluit: & continuo recordatus aliũ pro alio se dixisse, ita se colligat atque corrigat, ut tamen dicat, bene dixi, quid aliud intuens nisi tantã inter ambos esse cõcordiam, inter illũ scilicet cuius uerba dicere uoluit, & aliũ cuius ei nomẽ pro illius nomine occurrit, ut tale sit hoc istũ dixisse, quale si ille dixisset: quanto magis hoc de Prophetis sanctis intelligendũ & maxime cõmendandũ fuit, ut omniũ libros tanquam unius unũ librũ acciperemus: in quo nulla rerum discrepantia crederetur, sicut nulla inueniretur, & in quo

maior esset cõstãtia ueritatis, quàm si omnia illa unus
homo qualiber doctissimus loqueretur. Quod er A
go hinc argumentũ sumere conãtur uel infideles
uel imperiti homines, quasi ad ostendendã disso-
nantiam sanctorũ Euangelistarũ, hæc potius de-
bent assumere fideles & docti ad ostendendã uni
tatem sanctorũ Prophetarũ. Est & alia causa quæ
mihi uidetur alio tẽpore diligentius pertractãda,
ne amplius sermonem protẽdamus quàm huius ope
ris terminandi necessitas flagitat, cur hoc nomen
Hieremiæ testimonio Zachariæ sic manere per-
missum uel potius sanctispiritus autoritate præce
ptum sit. Est apud Hieremiã, quòd emerit agrũ à filio
Hiere.32 fratris sui, & dederit ei argentũ, non quidem sub
hoc nomine precij quod positũ est apud Zacha-
riam, xxx. argenteis, uerũtamen agri emptio non
est apud Zachariã. Quod autem per prophetiam B
de xxx. argenteis ad hoc interpretatus sit Euange
lista, quod modo de domino completũ est, ut hoc
esset preciũ eius manifestũ est: sed ad hoc pertine-
re etiam illud de agro empto quod Hieremias di
cit, hinc potuit mysticę significari: ut non hic Za-
chariæ nomen poneretur qui dicit xxx. argenteis,
sed Hieremiæ q dicit de agro empto: ut lecto Euã
gelio atq; inuẽto nomine Hieremię, lecto aũt Hie
remia & nõ inuẽto testimonio de xxx. argenteis,
inuẽro tamen de agro empto, admoneatur lector
utrumq; cõferre, & inde sensum enodare prophe
tiæ, quomõ pertineat ad hoc quod in domino im-
pletũ est. Nã illud quod subiecit huic testimonio
Matth.27 Matthæus cũ ait, Quem appreciauerũt filij Israel, C
& dederũt eos in agrũ figuli, sicut constituit mihi
dominus, nec apud Zachariã nec apud Hieremiã
reperiẽ, Vnde magis ex persona ipsius Euãgelistę
accipiendũ est, elegãter & mystice insertum, quia
hoc ex domini reuelatione cognouerat, ad hanc
rẽ quę de Christi precio facta est huiusmodi perti
nere prophetiã. Liber quippe empti agri apud Hie
remiã iubetur mitti in uas fictile, & emitur hic de
precio domini ager figuli, & hoc ad sepulturã pe-
regrinorũ, tanquã ad permansionẽ quietis eorum
qui in hoc seculo peregrinãtes cõsepeliunẽ Chri-
sto per baptismũ. Nã & illã emptionẽ agri hoc si-
Hier.32 gnificare Hieremiæ dicit dñs, quia erit permansio
de capriuitate liberatorũ in illa terra. Hæc tanquã
deliniãda arbitratus sum, cum admonerẽ quid in
his propheticis testimonijs in unũ redactis, & Euã- D
gelicæ narrationi collatis, diligẽtius attẽtiusq; re-
quiratur. Hæc interposuit Matthæus de Iuda tra-
Quæ apud Pilatum. VIII ditore. Deinde sequitur & dicit. Iesus autem ste
Matth.27 tit ante præsidẽ, & interrogauit eũ præses dicens,
Tu es rex Iudæorũ? Dicit ei Iesus, Tu dicis. Et cũ
accusaretur à principibus sacerdotum & seniori-
bus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non
audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et
non respõdit ei ullum uerbũ, ita ut miraretur præ
ses uehementer. Per diem autẽ solennem cõsueue
rat præses dimittere populo unũ uinctum quem
uoluissent. Habebat autẽ tunc uinctum insignem
qui dicebatur Barrabas. Cõgregatis ergo illis di-
xit Pilatus, Quẽ uultis dimittã uobis, Barrabam

an Iesum qui dicitẽ Christus? Sciebat enim quòd per
A inuidiã tradidissent eum. Sedente aũt illo pro tri-
bunali, misit ad illum uxor eius dicens, Nihil tibi
& iusto illi, Multa enim passa sum hodie per uisum
propter eũ. Principes autẽ sacerdotũ & seniores
persuaserunt populis ut peterent Barrabã, Iesum
uero perderent. Respondens autẽ præses ait illis,
Quẽ uultis uobis de duobus dimitti? At illi dixe-
runt, Barrabam. Dixit illis Pilatus, Quid ergo fa-
ciã de Iesu qui dicitẽ Christus? Dicunt omnes, cru-
cifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit?
At illi magis clamabãt, dicẽtes, Crucifigatur. Vi-
dens autẽ Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tu-
multus fieret, accepta aqua lauit manus corã po-
pulo, dicẽs, Innocens ego sum à sanguine iusti hu
ius, uos uideritis. Et respõdẽs uniuersus populus,
B dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros.
Tũc dimisit illis Barrabã, Iesum aũt flagellatũ tra-
didit eis ut crucifigereẽ. Hæc narrauit Matthæus
per Pilatũ gesta de domino. Marcus quoq; penè Marc.15
ijsdẽ uerbis & rebus cõcinit. Verba autem Pilati,
quibus respõdit populo petẽti, ut solẽniter unus
uinctus dimittereẽ, ita refert. Pilatus aũt respõdit
eis, & dixit, Vultis dimittã uobis regẽ Iudæorum?
Matthęus aũt sic ait, Congregatis ergo illis, dixit Math.27
Pilatus, Quem uultis dimittã uobis, Barrabam an
Iesum, qui dicitur Christus? Nulla quæstio est, quòd
tacet ipsos petisse ut aliquis eis dimitteretur. Sed
quęri potest quę uerba Pilatus dixerit, utrũ quę à
Matthęo, an quę à Marco referũtur? Aliud enim
C uidetur esse, Quem uultis dimittã uobis, Barrabã
an Iesum qui dicitẽ Christus: aliud, Vultis dimit-
tam uobis regẽ Iudæorum? Sed quia Christos, re-
ges dicebãt, & qui dixit illũ an illum, manifestum
est eũ quæsisse an uellent sibi dimitti regẽ Iudæo-
rum, id est Christum, nihil interest sentẽtiæ, quod
hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solũ uolens di-
cere quod ad Iesum pertinebat, quandoquidẽ in eo
rum respõsione satis & ipse ostẽdit, quẽ sibi dimit
ti uoluerint. Põtifices, inquit, cõcitauerunt turbã,
ut magis Barrabã dimitteret eis. Sequiẽ aũt & di
cit, Pilatus aũt iterũ respõdens, ait illis, Quid ergo
uultis faciã regi Iudæorũ? Vnde iam satis apparet Marc.15
quòd id Marcus uelit ostẽdere, dicendo, regẽ Iudæo-
rũ, quod Matthæus dicẽdo, Christũ. Nõ enim di-
cebanẽ Christi, reges, nisi Iudæorũ: nã in eo etiam
D loco Matthæus ait, Dicit illis Pilatus, Quid igitur
faciã de Iesu, qui dicitur Christus? Ergo sequitur
Marcus, At illi iterum clamauerunt, Crucifige eũ.
Quod ille ait, Dicunt omnes, Crucifigatur. Et se-
quitur Marcus, Pilatus uero dicebat eis, Quid e-
nim mali fecit? At illi magis clamabãt, Crucifige
eũ. Hoc Matthæus nõ dicit, sed quoniã dixit, Vi-
dens aũt Pilatus quia nihil proficeret, sed magis Matth.27
tumultus fieret: dixit etiã eum lauisse manus corã
populo, ut innocentẽ se à sanguine iusti significa-
ret: quod itẽ & Marcus & alij tacẽt. Satis ostendit
etiã Matthæus egisse præsidẽ cũ populo, ut dimit
teretur. Quod breuiter significauit Marcus in eo,
quòd refert Pilatũ dixisse, Quid enim mali fecit? De
inde sic etiã ipse cõcludit, quæ per Pilatũ cum do-

mino gesta sunt. Pilatus aūt, inquit, uolēs populo
satisfacere, dimisit illis Barrabā, & tradidit Iesum
flagellis cæsum ut crucifigeref. Hæc apud præsi-
dē gesta narrauit Marcus. Lucas apud Pilatum ge
Luca 23 sta sic narrat: Cœperūt autē accusare illū, dicētes,
Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā, & pro-
hibentē tributa dari Cæsari, & dicentē se Christū
regē esse. Hoc illi duo Euangelistæ nō dixerūt, cū
tamen dicerent ꝙ eum accusabāt. Ergo iste etiam
ipsa crimina quæ falso obiecerunt, aperuit. Tacuit
autē quod ei dixit Pilatus, Non respōdes quicꝙ?
Vides in quantis te accusant? Sed planè sequitur,
& dicit quod etiā illi dixerunt, Pilatus autē inter-
rogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille
respondens ait, Tu dicis. Hoc autē Matthæus &
Marcus cōmemorauerūt antequam dicerēt com
pellatum Iesum ꝙ eis accusantibus non responde
ret. Nihil aūt interest ueritatis, quo ordine Lucas
ista retulerit: quemadmodū nihil interest si alius
aliquid tacet, quod alius cōmemorat: quēadmo-
dum in cōsequentibus dicit. Ait autem Pilatus ad
principes sacerdotū & turbas, Nihil inuenio cau-
sæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes,
Cōmouit populum docēs per uniuersam Iudæam
& incipiens à Galilæa usꝙ huc. Pilatus aūt audi-
ens Galilæā, interrogauit si homo Galilæus esset.
Et ut cognouit ꝙ de Herodis potestate esset, remi
sit eum ad Herodē, qui & ipse Hierosolymis erat
in illis diebus. Herodes autem uiso Iesu, gauisus
est ualde: erat enim cupiēs ex multo tempore uide
re eum, eo ꝙ audierat multa de illo, & sperabat si-
gnum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat aūt
illū multis sermonibus. At ipse nihil respondebat.
Stabant etiā principes sacerdotū & scribę, cōstan
ter accusantes eum. Spreuit autē illū Herodes cū
exercitu suo, & illusit indutū ueste alba, & remi-
sit ad Pilatū. Et facti sunt amici Herodes & Pila-
tus in ipsa die: Nam antea inimici erant adinuicē.
Hęc omnia, id est, ꝙ à Pilato ad Herodē dominus
missus est, & quæ ibi gesta sunt, Lucas solus indi-
cat etiā si aliquid ibi ait simile, quod in alijs narra-
tionū locis etiā apud alios possit inueniri, Cæteri
autē ea tantū dicere uoluerunt quæ apud Pilatum
gesta sunt, quousꝙ dominus crucifigendus trade
retur. Rediens ergo Lucas ad ea quæ apud præsi-
dem gerebantur, unde digressus erat ut narraret
Luc. 23 quod apud Herodem actum est, ita sequitur, Pila
tus autē conuocatis principib. sacerdotū & magi
stratib. & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hūc
hominē quasi auertentē populū, & ecce ego corā
uobis interrogans, nullā causam inueni in homi-
ne isto, ex ijs in quibus eū accusatis. Hic intelligi-
mus eum prætermisisse quemadmodū à domino
quæsierit, quid accusatorib. respōderet. Sed neꝙ
Herodes, inquit. Nam remisi uos ad illum, & ecce
nihil dignū morte actum est ei. Emendatū ergo il-
lum dimittā. Necesse autē habebat dimittere eis
per diem festum unū, Exclamauit autē simul uni-
uersa turba dicens, Tolle hunc & dimitte nobis
Barrabā, qui erat propter seditionē quandam fa-
ctam in ciuitate & homicidiū missus in carcerem.

Iterū autem Pilatus locutus est ad illos uolens di-
A mittere Iesum. At illi succlamabāt dicētes, Cruci-
fige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos,
Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis Luca 23
inuenio in eo: Corripiā ergo illum & dimittā. At
illi instabāt uocib. magnis, postulātes ut crucifige
retur, & inualescebant uoces eorum. Matthæus
huic conatui Pilati, quo sæpius cū eis egit, uolens
ut dimitteretur Iesus, paucissimis uerbis satis atte
status est ubi ait, Videns aūt Pilatus ꝙ nihil profi- Matth. 27
ceret, sed magis tumultus fieret, quod non dice-
ret nisi multū ille nisus esset: quāuis tacuerit, quo-
ties hoc efficere tētauerit, ut erueret Iesum furori
eorū. Et Lucas ita cōcludit quod actum est apud Luc. 23
præsidē. Et Pilatus, inquit, adiudicauit fieri peti-
tionē eorū. Dimisit autē illis eum qui propter ho-
B micidiū & seditionē missus fuerat in carcerē quē
petebāt, Iesum uero tradidit uoluntati eorū. Nūc Ioan. 18
eadem secundū Ioannē consideremus: id est, quę
per Pilatū facta sunt. Et ipsi inquit, nō introierunt
in prætoriū, ut nō contaminarētur, sed manduca-
rent Pascha. Exijt ergo Pilatus ad eos foras & di-
xit, Quā accusationē affertis aduersus hominem
hūc? Respōderūt & dixerūt ei, Si nō esset hic ma-
lefactor, nō tibi tradidissemus eū. Hic uidendum
est, ne contrarium sit ei, quod Lucas dicit, certa in
eū dicta esse crimina, Et dicit quæ dicta sunt. Cœ- Luce. 23
perunt autem, inquit, accusare illum dicētes, Hūc
inuenimus subuertentē gentem nostrā & prohi-
bentem tributa dari Cæsari, & dicentē se Christū
regem esse. Quod uero nunc secundū Ioannē cō-
C memoraui, uidentur Iudæi noluisse dicere crimi-
na, cum dixisset eis Pilatus, Quam accusationem
affertis aduersus hominē hunc? Responderunt ei, Ioan. 18
Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus
eū: Videlicet ut eorū autoritatem secutus, quid ei
obijceretur desineret quærere: sed ob hoc tantum
nocentē crederet, ꝙ sibi ab eis tradi meruisset. Er-
go intelligere debemus, & hoc dictū esse, & illud
quod Lucas cōmemorauit. Multa enim dicta, &
multa responsa sunt. Vnde unicuiꝙ eorum quan-
tum uisum est decerpsit, & in narratione sua po-
suit, quod satis esse iudicauit. Nā etiā ipse Ioannes
dicit quædā quæ obiecta sunt, quæ suis locis uide
bimus. Itaꝙ sequitur. Dixit ergo eis Pilatus, Ac-
cipite eū uos, & secundū legē uestrā iudicate eū.
D Dixerūt ergo ei Iudæi, Nobis nō licet interficere Ioan. 18
quenquā. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, si
gnificās qua morte esset moriturus. Introijt ergo
iterū in prætoriū Pilatus, & uocauit Iesum & di-
xit ei, Tu es rex Iudæorū? Et respōdit Iesus. A te-
metipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Et
boc nō uidet cōuenire illi quod ab alijs cōmemo
ratū est; Respōdit Iesus, tu dicis: nisi in cōsequenti
bus ostenderet & illud dictū esse. Vnde ostendit
ea quæ nūc dicit à cæteris potius Euāgelistis taci-
ta ꝙ̄ à domino dicta nō esse. Attēde ergo cætera.
Respondit, inquit, Pilatus. Nunquid ego Iudæus
sum? Gens tua & pōtifices tui tradiderūt te mihi:
Quid fecisti? Respōdit Iesus, Regnū meū non est
de mūdo hoc: Si ex hoc mūdo esset regnum meū,

ministri mei utiq; decertarent ut non traderer Iu-
dæis, Nunc aũt regnũ meũ nõ est hinc. Dixit itaq; A
ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respõdit Iesus, Tu di-
cis, quia rex sum ego. Ecce quãdo uentũ est ad id,
quod alij Euãgelistæ cõmemorauerũt. Sequit̃ er-
go idẽ, dicẽte adhuc domino, quod cæteri tacue-
Ioan. 18 rũt, Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mun-
dũ, ut testimoniũ perhibeã ueritati, Omnis qui est
ex ueritate audit uocẽ meã. Dicit ei Pilatus, Quid
est ueritas? Et cũ hoc dixisset, iterũ exijt ad Iudæ-
os, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam.
Est aũt consuetudo uobis, ut unũ dimittã uobis in
Pascha, Vultis ergo, dimittam uobis regẽ Iudæo-
rum? Clamauerũt rursum omnes, dicentes, Non
hunc, sed Barrabã. Erat autẽ Barrabas latro. Tunc
Ioan. 19 ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et B
milites plectentes coronã de spinis, imposuerunt
capiti eius, & ueste purpurea circundederunt eũ.
& ueniebant ad eũ, & dicebãt, Aue rex Iudæorũ,
& dabant ei alapas. Exijt iterũ Pilatus foras, & di-
cit eis, Ecce adduco eum uobis foras, ut cognosca
tis quia in eo nullã causam inuenio. Exijt ergo Ie-
sus portans coronã spineã, & purpureũ uestimen-
tum, & dicit eis, Ecce homo. Cũ ergo uidissent eũ
põtifices & ministri, clamabãt dicẽtes, Crucifige
crucifige eũ. Dicit ei Pilatus, Accipite eũ uos, &
crucifigite: ego em̃ nõ inuenio in eo causam. Re-
sponderũt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, & secun-
dũ legẽ debet mori, quia filiũ dei se fecit. Hoc po-
Luca 23 test cõgruere ei, quod Lucas cõmemorat in accu-
satione Iudæorũ dictum, Hũc inuenimus subuer- C
tentem gentẽ nostrã, ut adiungatur, Quia filiũ dei
se fecit. Sequitur ergo Ioãnes & dicit, Cũ ergo au-
disset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et in
gressus est prætoriũ iterũ, & dicit ad Iesum, Vnde
es tu? Iesus aũt respõsum non dedit ei. Dicit ergo
Ioan. 19 ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia potesta
tem habeo crucifigere te: & potestatem habeo di
mittere te? Respõdit Iesus, Nõ haberes potestatẽ
aduersus me ullã, nisi tibi datũ esset desuper. Pro-
pterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet.
Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi
aũt clamabãt dicẽtes, Si hunc dimittis, nõ es ami-
cus Cæsaris. Omnis em̃ qui se regẽ facit, contradi
cit Cæsari, Huic potest cõgruere, quod Lucas in
eadẽ accusatione Iudęorũ ita narrat: cũ dixissent,
inuenimus eũ subuertentẽ gentẽ nostrã: adiecit, D
Et prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentem se
Christũ regẽ esse. Ex quo soluitur illa quęstio, qua
putari poterat Ioannẽ dixisse, nullum a Iudęis do-
mino crimẽ obiectũ, quãdo responderũt & dixe-
rũt ei, Si nõ esset hic malefactor, nõ tibi tradidisse
mus eũ. Sequitur ergo Ioãnes & dicit, Pilatus au-
tem cũ audiuisset hos sermones, adduxit foras Ie-
sum, & sedit pro tribunali in loco qui dicit̃ Litho-
Ioan. 18 strotus, Hebraice aut Gabata. Erat aũt parasceue
Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce rex
uester. Illi autem clamabãt, Tolle tolle crucifige
eum. Dicit eis Pilatus, Regem uestrũ crucifigam
Responderũt pontifices, Non habemus regem
nisi Cæsarẽ. Tunc ergo tradidit eis illum ut cruci-
figeretur. Hæc narrauit Ioannes per Pilatum ge-
sta. Consequẽs est etiam, ut ipsam domini pas- Passio domini
sionem secũdum quatuor Euangelistarũ testimo- Cap. IX
nia uideamus, quã Matthæus sic incipit, Tũc mili Matt. 27
tes præsidis suscipiẽtes Iesum in prætoriũ, congre
gauerũt ad eũ uniuersam cohortẽ: & exuentes eũ,
chlamydem coccineã circũdederũt ei, & plecten-
tes coronã de spinis, posuerũt super caput eius, &
arundinẽ in dextera eius: & genuflexo ante eum,
illudebãt, dicẽtes, Aue rex Iudæorum. Hoc Mar- Marci 15
cus in eodẽ loco narrationis ita dicit, Milites au-
tem duxerunt eũ intro in atriũ prætorij, & conuo
cant totã cohortem: & induunt eum purpura, &
imponũt ei plectentes spineam coronã: & cœpe
runt salutare eum, Aue rex Iudæorũ. Et percutie-
bant caput eius arũdine, & cõspuebãt eum: & po-
nentes genua, adorabant eũ. Intelligit̃ itaq; quod
Matthæus ait, Chlamydem coccineã circundede
runt ei: hoc Marcũ dixisse, indutum purpura. Pro
regia enim purpura, chlamys illa coccinea ab illu
dentibus adhibita erat: & est rubra quædam pur-
pura cocco simillima. Potest etiã fieri, ut purpurã
etiam Marcus cõmemorauerit, quam chlamys ha
bebat, quãuis esset coccinea. Lucas hoc prætermi
sit. Ioannes autẽ antequã diceret, quod eum Pila- Ioan. 19
tus crucifigendũ tradiderit, cõmemorauit hoc di
cens, Tunc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, & fla-
gellauit: & milites plectentes coronã de spinis, im
posuerunt capiti eius, & ueste purpurea circunde
derunt eum, & ueniebant ad eũ, & dicebant, Aue
rex Iudæorum: & dabãt ei alapas. Vnde apparet
Matthæũ & Marcũ, recapitulando istud comme-
morasse, nõ quo tunc factũ sit, cum eũ Pilatus iam
crucifigendũ tradidisset. Ioannes enim apud Pila-
tum dicit hæc gesta satis euidenter, unde isti quod
prætererãt recoluerũt. Ad hoc pertinet etiam q̃
consequenter dicit Matthęus, Et expuentes in eũ
acceperũt arundinem & percutiebant caput eius.
Et postquã illuserunt ei, exuerunt eũ chlamydẽ &
induerunt eũ uestimentis eius, & duxerunt eum Matth. 27
ut crucifigerent. Hoc quod exuerunt chlamydẽ,
& induerunt eum uestimẽtis eius, in fine factum
intelligitur cũ iam duceretur. Marcus hoc ita di-
cit. Et postquã illuserunt ei, exuerũt illum purpu- Marci 15
ram, & induerunt eum uestimentis suis. Sequi-
tur ergo Matthæus & dicit, Exeuntes autem inue Symon Cyre-
nerunt hominẽ Cyrenęum nomine Simonẽ, hũc naeus. Cap. X Matth. 27
angariauerunt ut tolleret crucem eius. Marcus Marc. 15
quoq;, Et educunt illum, inquit, ut crucifigerent
eũ: Et angariauerũt prætereuntem quempiam Si-
monẽ Cyrenęum uenientẽ de uilla, patrẽ Alexan
dri & Rufi, ut tolleret crucem eius. Hoc Lucas ita Luc. 23
dicit, Et cũ ducerent eum, apprehenderunt Simo
nem quendã Cyrenensem uenientẽ de uilla, & im
posuerunt illi crucem portare post Iesum. Ioãnes Ioan. 19
autem sic narrat. Susceperunt autẽ Iesum & edu-
xerunt eũ, & baiulans sibi crucẽ exit in eũ qui di-
citur Caluariæ locũ, Hebraice aũt Golgotha, ubi
eum crucifixerunt. Vnde intelligitur quòd ipse
sibi portabat crucem, cum exiret in locũ memo-
ratum. Simon autem ille in itinere angariatus est;

de

de quo tres cōmemorant, cui postea data est crux
portanda usq; ad locū. Ita utrunq; factum inueni-
mus, primo id quod Ioānes dicit, deinde quod cæ
Vinum myrrhatum. XI teri tres. Sequitur itaq; Matthęus: Et uenerunt;
inquit, in locum qui dicit̃ Golgotha, quod est Cal
Mat.27 uariæ locus. De hoc loco apertissime consentiūt.
Mar.15 Deinde adiungit idem Matthæus: Et dederunt ei
Luc.23 uinū bibere cum felle mixtū: & cū gustasset noluit
Ioan.19 bibere. Hoc Marcus ita narrat: Et dabāt ei bibere
uinū myrrhatū, & non accepit. Hoc intelligendū
est Matthæum dixisse, cum felle mixtū. Fel quip-
pe pro amaritudine posuit. Myrrhatum enim ui-
num amarissimū est. Quanquam fieri possit ut fel
& myrrha uinū amarissimū redderent. Quod er-
go ait Marcus, Nō accepit: intelligit̃ non accepit
ut biberet. Gustauit autem, sicut Matthæus testis
est: ut quod idē Matthæus ait, Noluit bibere: hoc
Marcus dixit, nō accepit: tacuit aūt quod gustaue
Vestiū partitio. XII rit. Sequitur Matthæus: Postquam aūt crucifi-
Matt.27 xerūt eum, diuiserūt uestimenta eius, sortē mitten
Mar.15 tes, & sedētes seruabant eum. Hoc idem Marcus
Luc.19 sic: Et crucifigētes eum diuiserūt uestimenta eius,
mittētes sortē super eis quis qd tolleret. Hoc Lu-
cas sic ait: Diuidētes uero uestimēta eius, miserūt
sortes, & stabat populus expectans. Breuiter à tri
bus dictū est. Ioannes aūt distinctius hoc explicat
quemadmodū gestum sit. Milites ergo, inquit, cū
crucifixissent eum, acceperunt uestimenta eius &
fecerūt quatuor partes, unicuiq; militi partē, & tu
nicā. Erat aūt tunica inconsutilis desuper cōtexta
Psal.21 per totū. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scinda-
mus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, ut scriptu
ra impleretur dicens: Partiti sunt uestimēta mea si
Hora passionis. XIII bi, & in uestem meam miserūt sortem. Sequitur
Matthæus: Et imposuerunt super caput eius cau-
Matt,27 sam ipsius scriptā: Hic est Iesus rex Iudæorū. Mar-
cus aūt priusquā hoc dixisset: Erat autem, inquit,
Mar.15 hora tertia, & crucifixerūt eum: hoc enim subiun-
git cum de uestium diuisione dixisset. Quæ res di
ligentissime consideranda est, ne magnū faciat er
rorē. Sunt enim qui arbitrent̃ hora quidem tertia
dominum crucifixum. A sexta aūt hora tenebras
Matt.27 factas usq; ad nonam, ut consumptę intelligantur
tres horæ ex quo crucifixus est, usq; ad tenebras
factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi,
nisi Ioānes diceret, hora quasi sexta Pilatū sedisse
ꝓ tribunali in loco qui dicit̃ Lithostrotos, Hebrai
Ioan.19 ce aūt gabatha. Sequitur enim, Erat autē parasce-
ue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce
rex uester. Illi aūt clamabāt, Tolle tolle, crucifige
eum. Dixit eis Pilatus, Regē uestrū crucifigā? Re-
sponderūt pontifices, Nō habemus regē nisi Cæ-
sarē. Tunc ergo tradidit eis illū ut crucifigeret̃. Si
igit̃ hora quasi sexta Pilato sedēte ꝓ tribunali tra-
ditus est crucifigēdus Iudæis, quō hora tertia cru
cifixus est, sicut uerba Marci non intelligētes qui
dam putauerūt? prius enim qua hora crucifigi po
tuerit uideamus, deinde uidebimus cur hora ter-
tia crucifixū dixerit Marcus. Hora erat quasi sex-
ta cū traditus est crucifigēdus à Pilato sedente, ut
dictū est, ꝓ tribunali. Nō enim iā plena sexta erat,
sed quasi sexta: id est, peracta quinta, & aliqd etiā
A de sexta esse cœperat. Nunq; aūt isti dicerēt quin-
ta & quadrans, aut quinta & triēs, aut quinta & se
mis, aut aliquid huiusmodi. Habent enim istū mo
rem scripturæ, ut à parte totum ponāt, maxime in
tēporibus. Sicut de octo illis diebus, post quos eū
dicūt ascendisse in montē, quorū medios intuen-
tes Matthæus & Marcus dixerunt, post dies sex: Matt.17
præsertim quia tam moderate idē Ioānes locutus Marci 9
est, ut nō diceret sexta, sed quasi sexta. Quod si ita Ioan.19
nō diceret, sed tantūmodo sextam diceret; posse-
mus nos ita intelligere, quēadmodū lo qui solent,
sicut dixi, à parte totū: ut peracta quinta & inchoa
ta sexta gererent̃ hæc quæ narrata sunt in crucifi
xione dn̄i nostri, donec cōpleta sexta illo penden
te fierēt tenebræ, quib. tres Euangelistę attestant̃
B Matthæus Marcus & Lucas. Quęramus iam con
sequenter, cur Marcus cum cōmemorasset ꝙ cru
cifigentes eum diuiserūt uestimenta eius mittētes
sortes super eis quis quid tolleret: secutus adiūxe
rit: Erat aūt hora tertia, & crucifixerunt eum. Iam Mar.15
certe dixerat: Et crucifigentes eum diuiserūt uesti
menta eius. Sicut etiam & cæteri attestant̃, quod
eo crucifixo uestimēta diuisa sunt. Si ergo eius rei
gestæ tempus uoluit cōmemorare Marcus, suffi-
ceret dicere, Erat aūt hora tertia: Vt quid adiūxit,
& crucifixerūt eum: nisi quia uoluit aliquid reca-
pitulando significare, quod quæsitū inueniret̃: cū
scriptura ipsa illis tēporibus legeret̃, quib. uniuer
sæ ecclesiæ notū erat qua hora dominus ligno su-
spensus sit, unde posset uel huiusmodi error corri
C gi uel mēdaciū refutari. Sed quia sciebat à militib.
suspensum dn̄m, non à Iudæis, sicut Ioannes aper- Ioan.19
tissime dicit, occultè ostendere uoluit eos magis
crucifixisse qui clamauerūt ut crucifigeret̃, ꝙ̄ illos
qui ministeriū principi suo secundū suū officium
præbuerūt. Intelligit̃ ergo fuisse hora tertia cū cla
mauerunt Iudęi ut dn̄s crucifigeretur, & ueracissi
me demonstratur tunc eos crucifixisse quādo cla
mauerunt: maxime quia nolebant uideri se hoc fe
cisse, & propterea eū Pilato tradiderant, q̄d eorū
uerba satis indicāt, secundū Ioannē. Cū em̄ dixis-
set eis Pilatus, Quā accusationē affertis aduersus
hominē hunc? Responderūt & dixerūt ei, Si non
esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eū. Di-
D xit ergo eis Pilatus, Accipite eū uos & secundū le
gē uestrā iudicate eū. Dixerūt ergo Iudæi, Nobis
non licet interficere quenq;. Quod ergo maxime
uideri fecisse nolebant, hoc eos hora fecisse tertia
Marcus ostēdit, uerissime indicās magis fuisse dn̄i
necatricē linguā Iudęorū, ꝙ̄ militū manus. Quisq;
aūt dixerit, non fuisse horā tertiā, cū hoc Iudæi pri
mitus clamauerūt, insanissime se ostendit inimicū
Euāgelij. Nisi forte aliter potuerit eandē dissolue
re quæstionē: nō enim habet unde cōuincat non
fuisse tunc horam tertiā, & ideo ueridico Euāgeli
stę potius credendū ꝙ cōtentiosis suspicionib. ho
minū. Vnde, inquis, ꝓbas horam tertiā fuisse? Re
spōdeo quia credo Euāgelistis. Quib. & tu si cre-
dis, ostēde quēadmodū & hora sexta & hora ter- Matt.27
tia potuerit dn̄s crucifigi? De sexta enim ut fatea-

inur,narratione Ioãnis urgemur: tertiam Marcus
cõmemorat,quibus si uterq; nostrũ credit,ostẽde
tu aliter quemadmodũ fieri utrunq; potuerit,& li
bentissime acquiescã. Non eñ sententiã meã,sed
Euangelij diligo ueritatẽ.Atq; utinã etiam plures
ab alijs inueniant̃ huius exitus quæstionis.Quod
donec fiat, utere mecũ isto si placet. Si eñ nullus
alius exitus poterit inueniri, solus iste sufficiet.Si
aũt potuerit,cũ demõstratus fuerit,eligemus.Tã-
tum nõ potest consequẽs esse, ut quilibet omniũ
quatuor Euangelistarũ mentitus sit,aut in tãto &
tam sancto culmine autoritatis errauerit. Si autẽ
quis dixerit, se inde cõuincere non fuisse horã ter
tiam,cum illud Iudæi clamauerunt,quia posteaq;
dixit idẽ Marcus, Pilatus aũt iterũ respondens ait
Mar.15 illis: Quid ergo uultis faciam regi Iudæorũ? At illi
iterũ clamauerunt, Crucifige eum: nõ interponit̃
aliquid morarũ ab eodẽ Marco in eius narratiõe
& cõtinuo ad id peruenit̃, ut traderet̃ ad crucem
dñs à Pilato,quod Ioannes hora quasi sexta factũ
esse commemorat. Intelligat qui hoc dicit,multa
prætermissa esse quæ in medio gesta sunt,cũ Pila-
tus ageret quærens quõ eum à Iudæis eriperet, &
aduersus eorũ insanissimã uoluntatẽ, quibuscũq;
modis potuit instantissime uteret̃. Matthæus eñ
Matt.27 ait: Dicit illis Pilatus, Quid igit̃ faciã de Iesu q dici-
cit̃ Christus? Dicũt omnes, Crucifigat̃. Tunc fuis-
se dicimus horã tertiã. Quod aũt Matthæus sequi
tur & narrat, Vidẽs aũt Pilatus,quia nihil profice
ret,sed magis tumultus fieret: & in conatib. Pila-
ti ad eripiendum dñm Iesum & in tumultu Iudæo
rum cõtra nitentiũ, consumptũ tẽpus duarũ hora
rum intelligimus, & cœptã fuisse sextã quæ nõdũ
terminata gesta sunt, quæ ab eo tẽpore q̃ Pilatus
dñm tradidit usq; ad tenebras factas narrant̃. Qđ
aũt Matthæus supra cõmemorat, Sedente aũt illo
pro tribunali,misit ad illũ uxor eius dicens, Nihil
tibi & iusto illi: multa eñ passa sum hodie p uisum
propter eum: postea sederat p tribunali Pilatus,
sed inter illa quæ prius gesta narrabat,recordatus
Matthæus quod de Pilati uxore dixit, uoluit hoc
ibi interponere,ut præstrueret qua maxime causa
Pilatus nec nouissime uolebat eũ tradere Iudæis.
Luc.23 Lucas aũt narrat cũ dixisset Pilatus, Emendatũ er
go illũ dimittã: exclamasse uniuersam turbã: Tol-
le hunc, & dimitte nobis Barrabã. Sed fortasse nõ
dum dixerant, crucifige. Iterũ aũt Pilatus secundũ
eundem Lucam locutus est ad illos, uolens dimit-
tere Iesum: at illi succlamabant dicẽtes, Crucifige
crucifige illum. Tunc intelligit̃ fuisse hora tertia.
Quod aũt sequit̃ Lucas & dicit, Ille aũt tertio di-
xit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullã cau-
sam mortis inuenio in eo: corripiã ergo illũ & di-
mittã. At illi instabant uocibus magnis, postulan
tes ut crucifigeret̃, & inualescebãt uoces eorum:
Satis etiã ipse significat magnũ tumultũ fuisse: &
post quantum morarũ spatium illis tertio dixerit,
Quid eñ mali fecit? licet intelligere quantũ inda
gandæ ueritati satis est: & postea quod ait, Insta-
bant uocibus magnis, & inualescebant uoces eo-
rum: qs nõ uideat ideo factũ, quia uidebãt Pilatũ
nolle eis tradere dñm? Et quia hoc magnopere
A nolebat, nõ utiq; in momẽto tẽporis cessit, sed uel
duæ horæ & aliqd amplius in illa cõtatione trãsie
runt. Ioannẽ quoq; interroga, & uide quanta fue-
rit Pilati illa cõtatio & recusatio tam fœdi ministe
rij. Idẽ nãq; multo explicatius ea narrat, q̃uis nec
ipse utiq; dicat omnia, in quibus scilicet duæ horæ
& de sexta aliquid præterfluxit. Tũ cũ flagellasset
Iesum & à militib. ueste illusoria, multisq; illusio-
nib. male tractari pmisisset: credo ut hoc modo sal
tem eorũ furorẽ mitigaret, ne usq; ad mortẽ sæuire
ptenderẽt. Exijt iterũ Pilatus foras, & dicit eis, Ec
ce adduco eũ uobis foras, ut cognoscatis quia in
eo nullã causam inuenio. Exijt ergo Iesus portans
spineã coronã et purpureũ uestimẽtũ. Et dicit eis,
Ecce homo: ut illa uelut ignominiosa specie uisa Ioan.19
placarent̃. Sed adiũgit & dicit, Cũ ergo uidissent
eũ pontifices & ministri clamabant dicẽtes, Cru-
B cifige crucifige eũ. Tũc horã tertiã fuisse dicimus.
Attende quæ sequant̃: Dicit eis Pilatus, Accipite
eũ uos, & crucifigite, ego eñ nõ inuenio in eo cau
sam. Respõderũt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, &
secundũ legẽ debet mori: quia filiũ dei se fecit. Cũ
ergo audisset Pilatus hũc sermonẽ, magis timuit.
Et ingressus est prætoriũ iterum, & dicit ad Iesum.
Vnde es tu? Iesus aũt respõsum nõ dedit ei. Dicit
ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? Nescis quia po
testatẽ habeo crucifigere te, & potestatem habeo
dimittere te? Respõdit Iesus, Nõ haberes potesta
tẽ aduersus me ullã, nisi tibi datũ esset desup. Pro-
pterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet.
C Exinde Pilatus quærebat dimittere eũ. In hoc igit̃
q quærebat Pilatus dimittere eũ, quantũ tẽporis
putamus esse consumptũ, quanta prætermissa quæ
uel à Pilato dicebant̃, uel à Iudæis contradiceban
tur, quousq; dicerent Iudæi unde ille cõmoueret̃
& cederet? Ita enim sequit̃, Iudæi autẽ clamabant
dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Ioan.19
Omnis qui se regem facit, cõtradicit Cæsari. Pila-
tus ergo cũ audisset hos sermones, adduxit foras
Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Li
thostrotos, Hebraice aũt gabatha. Erat autẽ para-
sceue paschæ hora quasi sexta. Ab illa ergo uoce
Iudæorũ qua primũ dixerũt, Crucifige, cum esset
hora tertia diei, usq; ad hoc q sedit p tribunali, p
medias motas cõtationis Pilati, & tumultuantiũ
D Iudæorũ, duæ horæ prætererãt, & peracta quinta
iã de sexta aliqd cœperat. Dicit ergo Iudæis, Ecce
rex uester. Illi aũt clamabãt, Tolle tolle, crucifige
eum. Sed neq; iam cõmotus Pilatus timore calũ-
niæ facile cedebat. Tunc enim uxor eius ad eũ mi
serat sedentem pro tribunali: quod præoccupauit
Matthæus qui hoc solus cõmemorauit anteq; ad Matt.27
eũ locũ narrationis ueniret: ut ibi hoc poneret, ubi
opportunũ iudicauit. Tentãs itaq; adhuc eos Pila
tus, ne quid pficeret, dixit eis: Regẽ uestrũ crucifi
gã? Respõderũt põtifices: Nõ habemus regẽ nisi
Cæsarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ ut crucifigeret̃.
Et dũ pergit, & dum crucifigit̃ cum duobus latro
nibus, dum uestes eius diuidunt̃, & in sortẽ illa tu
nica mittit̃, atq; inter hæc uarijs cõuitijs illuditur:
Simul

Simul enim cũ illa gererenť, & cõuitia faciebanť: cõpleta est hora sexta, & factæ sunt tenebræ, quas Matthęus & Marcus cõmemorant. Iam itaq; corruat impia ptinacia, & credat dñm Iesum Christum, & tertia hora crucifixũ lingua Iudæorũ, & sexta manib. militũ: quia in tumultu Iudæorum & Pilati æstibus, duæ atq; amplius horæ prætierunt à uoce qua dixerunt, crucifige. Sed ipse Marcus, qui maxime breuitatis sectator est, breuiter uoluit intimare Pilati uoluntatẽ & conatũ pro domini uita. Cũ eñi dixisset: At illi iterũ clamauerũt, Crucifige eũ: ubi ostendit q iam clamauerãt, cum uellent sibi dimitti Barrabam: adiunxit, Pilatus uero dicebat eis, Quid eñi mali fecit? Hoc modo breuiter insinuauit q̃d diu gestum est. Memor tamẽ etiã ipse quid uellet intelligi, in eo q nõ ait, Pilatus uero dixit eis: sed ait, Pilatus uero dicebat eis, Quid eñi mali fecit? Quia si diceret, dixit: quasi semel dictum intelligeremus. Quia uero ait, dicebat: satis intimauit intellige ntibus, multis modis & sæpe dictũ esse, quousq; inciperet hora sexta. Cogitemus ergo q breuiter hoc dixerit Marcus in cõparatione Matthęi, q breuiter Matthæus in cõparatione Lucę, q breuiter Lucas in comparatione Ioãnis, cũ in alia atq; alia quisq; cõmemoret, q deniq; breuiter ipse Ioãnes in cõparatione rerũ quę gestę sunt, & morarũ cũ illa gererenť, & sine insania resistendi credamus duas horas & quiddã in illo interuallo transire potuisse. Quisq̃s aũt dixerit, potuisse Marcũ si ita esset, eo tempore dicere fuisse horã tertiã, q̃ erat hora tertia, cũ uox Iudæorũ de crucifigendo dño sonuisset, dicere etiam q eum tunc ipsi crucifixerint, nimis superbe leges narratorib. ueritatis imponit. Sic eñi potest dicere, si hęc ipse narraret, eo modo eodẽq; ordine ab omnib. debuisse narrari q̃ ipse narrauit. Digneť ergo cõsilio Marci Euãgelistę superari cõsiliũ suum, qui eo loco id ponendũ iudicauit, quo loco diuina inspiratiõe suggestũ est. Recordationes enim eorũ eius manu gubernatæ sunt, qui gubernat aquam, sicut scriptũ est, qualiter illi placuerit. Fluitat eñi humana memoria p uarias cogitationes, nec in cuiusq; potestate est quid & q̃n ueniat in mentẽ. Cum ergo illi sancti & ueraces uiri qua si fortuita recordationũ suarũ propter narratiõis ordinẽ occultę dei potestati, cui nihil fortuitũ est, cõmisissent, nõ oportet quenq; hominũ dicere lõgc abiectũ ab oculis dei & lõge pegrinantẽ, hoc loco poni debuit, q̃d ualde ignorat, cur eo loco deus poni uoluerit. Quia & si obuelatũ est Euãgeliũ nostrũ, ut ait Apostolus, in iis q pereũt obuelatũ est. Et cũ dixisset, Aliis quidẽ fumus odor uitæ in uitã, aliis odor mortis in mortẽ: subiecit statim, Et ad hęc quis idoneus? id est, quis idoneus intelligere q iuste fiat. Quod idẽ dñs dicit, Ego ueni, ut qui nõ uident uideant, & qui uident cæci fiant. Ipsa est enim altitudo diuitiarũ scientię & sapientiæ dei, qua fit ex eadem massa, aliud uas in honorẽ, aliud in contumeliã. Et dicit carni & sanguini, O homo tu quis es qui respondeas deo? Quis ergo & in hac re cognoscit intellectũ dñi, aut quis consiliarius illi fuit, ubi sic gubernauit corda remi nіscentiũ Euangelistarũ, & in ecclesię fastigio tanto autoritatis culmine sublimauit, ut per hæc ipsa quæ in eis cõtraria uideri possunt, multi excæcarenť digne traditi in cõcupiscẽtias cordis sui, et in reprobũ sensum, & multi exercerenť ad elimãdũ piũ intellectũ secundũ occultam omnipotẽtis iustitiã. Dicit enim propheta dño: Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ: uir imprudens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Peto aũt & admoneo eos qui hæc legũt per nos adiuuãte domino elaborata, ut huius sermonis quẽ hoc loco interponendũ arbitratus sum, in omni simili quęstionũ difficultate meminerint, ne sæpius eadẽ repetẽda sint. Facile aũt uidebit qui sine impietatis duritia uoluerit attẽdere, q opportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit: ut ibi quisq; recordet qua hora Iudæi crucifixerunt dñm, qui uolebãt in Romanos uel principes uel milites trãsferre ipsum facinus, ubi factũ ministrorũ militũ commemoratũ est. Ait enim: Et crucifigentes eum diuiserũt uestimenta eius, mittẽtes sortem super eis quis quid tolleret. Qui hoc fecerũt nisi milites, sicut Ioãnes manifestat? Ergo ne quisquã cogitatione tãti criminis auersus à Iudæis in milites illos cõuerteret, Erat aũt, inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum: ut illi eum potius crucifixisse inueniantur, quos hora tertia ut crucifigereť clamare potuisse, diligens inquisitor inueniet, cũ aduerterit hoc q̃d à militib. factũ est, hora sexta factum esse. Quanq; non desint qui parasceuen quam Ioãnes cõmemorauit dicens, Erat aũt parasceue paschæ, hora ferè sexta, horam diei tertiam uelint intelligi, qua sedit Pilatus pro tribunali: ut eadem tertia completa uideat, quãdo crucifixus est: atque illo iam pendente in ligno, aliæ tres horæ pactæ sint, & reddiderit spiritũ: ut ab ea hora qua defunctus est: id est, diei sexta, tenebræ fierẽt usq; ad nonam. Dicũt enim die quidẽ illo quẽ dies sabbati sequebať parasceuen fuisse paschæ Iudæorum: quod ab eodẽ sabbato iam inciperent azyma: sed tamẽ uerum pascha quod iam in passione dñi gerebatur, non Iudæorum, sed Christianorum, cœpisse præparari: id est, parasceuẽ habere, ab hora noctis nona, in eo quod dñs à Iudæis occidendus præparabatur. Parasceue quippe interpretať præparatio. Ab illa ergo nona noctis hora usq; ad eius crucifixionem occurrit hora parasceues sexta, secũdum Ioannẽ, & hora diei tertia secundũ Marcũ: ut non Marcus horã illam recordatã recapitulando commemorauerit, qua clamarũt Iudæi, Crucifige, crucifige, sed eam prorsus horã tertiã dixerit, qua dñs est fixus in ligno. Quis fidelis nõ huic faueat solutioni quæstionis? si modo possit aliquis articulus conіici ab hora nona noctis, unde cœpisse parasceuen paschæ nostri, id est, præparationẽ mortis Christi, congruẽter intelligamus. Si eñi dicamus eã cœpisse quando à Iudæis apprehensus est dñs, adhuc noctis primæ partes erant. Si quãdo ad domũ pductus est soceri Caiphę, ubi & auditus est à principib. sacerdotũ, adhuc gall⁹ nõ cãtauerat, q̃d ex

ex Petri negatiõe colligimus, quæ cũ iam audiret facta est. Si aũt quãdo Pilatus traditus est, iã mane fuisse apertissime scriptũ est, restat ergo ut intelligamus tunc cœpisse istã parasceuen paschæ: id est præparationẽ mortis domini, quãdo responderũt omnes principes sacerdotũ apud quos primũ audiebatur & dixerunt, Reus est mortis: quod apud
Mat.26 Mar.14 Matthæũ & Marcum inuenit: ut recapitulãdo intelligant de Petri negatione postea dixisse, quod antea factũ erat. Non enim absurde conijcit, tempore eo quando ut dixi reum mortis pronũciauerunt, horam nonã noctis esse potuisse: ex qua hora usq; ad horã qua sedit Pilatus pro tribunali, qua si hora sexta fuit, nõ diei, sed parasceues: id est, præparationis immolationis dñi, quod uerum pascha est: ut plena sexta eiusdem parasceues, quæ plena diei tertia occurrebat, dominus suspenderet in li-
Mat.27 gno. Siue ergo hoc potius intelligendũ eligat, siue q Marcus tertiam horã recoluerit, eamq; maxime ad condemnationẽ Iudæorũ in domini crucifixione cõmemorare uoluerit, qua intelligũtur clamare potuisse ut crucifigeretur: ut ipsos potius crucifixisse acciperemus q eos quorum manibus in ligno suspensus est: sicut ille Cẽturio magis accessit ad dominum q illi amici quos misit: procul dubio quæstio soluta est de hora dominicę passionis, quæ maxime solet & contentiosorũ cõcitare impudentiã, & infirmorũ imperitiam perturbare.

XIIII Mat.27 Sequit Matthæus & dicit, Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, unus à dextris, & unus à sinistris. Et Marcus similiter & Lucas. Nec Ioannes aliquid facit quæstionis, quãuis latrones eos non dixerit. Ait em̃, Et cũ eo alios duos, hinc & hinc, medium autẽ Iesum. Esset autem contrariũ, si cum illi dixissent, latrones, iste diceret innocentes.

XV Matt.27 Sequitur Matthæus & dicit, Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis templũ, & in triduo illud reędificas. Salua temetipsum, si filius dei es, de-
Mar.15 scende de cruce. Huic Marcus penè ad eadẽ uerba consonat. Sequitur deinde Matthæus & dicit, Similiter & principes sacerdotum illudẽtes cum scribis & senioribus dicebãt, Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere. Si rex Israel est, de-
Psal.21 scẽdat nũc de cruce & credimus ei. Cõfidit in deũ, liberet nũc cũ si uult. Dixit em̃, quia filius dei sum.
Luc.23 Marcus & Lucas quãuis alia uerba dicãt, ad eandem tamen sententiã concinũt, cum alius prætermittit, quod alius cõmemorat. De principibus enim sacerdotũ quod insultauerint domino crucifixo pariter nõ tacẽt, quãuis seniores tacuit Marcus, Lucas autẽ quia principes dixit, nec addidit sacerdotũ, magis nomine generali omnes primates complexus est, ut ibi possint intelligi & scribę & seniores.

Latronum insultatio XVI Matt.27 Mar.15 Luc.23 Sequit Matthæus & dicit, Idipsum aũt & latrones qui crucifixi erant cũ eo improperabant ei. Nec Marcus discrepat, hoc idẽ dicẽs alijs uerbis. Lucas aũt potest putari repugnare, nisi genus locutiõis satis usitatũ nõ obliuiscamur. Ait em̃ Lucas, Vnus aũt de ijs qui pendebant latronibus blasphemabat cũ dicens, Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos. Et sequit idem ipse,
A atq; ita cõtexit: Respondens aũt alter increpabat illũ dicẽs, Neq; tu times deum, quod in eadẽ damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad
Luc.23 Iesum, Dñe memẽto mei cum ueneris in regnum tuum. Et dicit illi Iesus, Amẽ dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quõ ergo sicut Matthęus dicit, Latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. Vel sicut Marcus dicit, Et qui cũ eo cru-
Mar.15 cifixi erãt, conuitiabant ei: quãdoquidẽ unus eorum conuitiatus est, secundũ Lucæ testimonium, alter & compescuit eum, & in dñm credidit, nisi intelligamus Matthæũ & Marcum breuiter perstringẽtes hunc locũ, pluralẽ numerũ pro singulari posuisse. Sicut & in epistola ad Hebræos legi-
B Heb.11 mus pluraliter dictũ, Clauserũt ora leonũ: cũ solus
Dan.6 Daniel significari intelligat: Et pluraliter dictum, Secti sunt: cũ de solo Esaia tradat. In Psalmo etiã
Psal.2 q̃d dictũ est est, Astiterũt reges terræ, & principes conuenerũt in unũ, &c. pluralẽ numerũ p singula-
Act.2 ri positũ, in Actibus Apostolorũ exponit. Nã reges propter Herodẽ, principes propter Pilatũ intellexerũt, qui testimoniũ eiusdẽ Psalmi adhibuerunt. Sed quia & pagani solẽt calũniari Euãgelio, uideant quemadmodũ locuti sint autores eorum, Phædras, Medeas & Clytẽnestras, cũ singulæ fuerint. Quid aũt usitatius, uerbi gratia, q ut dicat aliquis, & rustici mihi insultãt, etiam si unus insultet. Tunc enim esset contrarium quod Lucas de uno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones cõui-
C tiatos dño. Ita enim nõ posset sub numero plurali unus intelligi. Cũ uero dictũ est, latrones: uel q cũ eo crucifixi erãt, nec additũ est ambo, nõ solum si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiã quia unus hoc fecit, potuit usitato locutionis modo per pluralẽ numerũ singularis significari.

Potus aceti XVII Matt.27 Mar.15 Luc.23 Sequit Matthæus & dicit, A sexta aũt hora tenebræ factę sunt super uniuersam terrã usq; ad horã nonã. Hoc & duo alij cõtestant. Addidit aũt Lucas etiã unde factæ sint tenebræ: id est, solẽ obscuratum. Sequitur Matthæus, Et circa horã nonã clamauit Iesus uoce magna dicẽs, Eli, eli, lamma azahtani: hoc est, deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidã aũt illic stantes & audiẽtes dicebãt, Heliã
D uocat iste. Marcus penè ad eadẽ uerba, ad eandẽ tamẽ sententiã nõ penè, sed omnino cõsentit.
Matt.27 Sequit Matthæus, Et cõtinuo currẽs unus ex eis acceptã spongiã impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Sic & Marcus dicit, Currẽs aũt unus et implens spongiã aceto circũponensq; calamo, potũ dabat ei dicẽs, Sinite uideamus si ueniat Helias ad deponendum eum. Quod quidem de Helia, nõ ipsum qui obtulit spongiã cũ aceto, sed cæteros dixisse Matthæus narrauit. Ait enim, Cęteri uero dicebãt, Sine uideamus an ueniat Helias liberãs eũ: unde intelligimus & illũ & cęteros hoc dixisse. Lucas aũt anteq; de latronis insultatione narraret, hoc de aceto ita cõmemorauit, Illu-
Luc.23 debãt aũt ei & milites accedẽtes & acetũ offerentes illi dicentes, Si tu es rex Iudæorum, saluum te

fac

fac. Semel cõplecti uoluit quod à militib. factum & dictum est. Vbi mouere non debet, quod nisi unũ A eorũ dicit acetũ obtulisse. Genus enim locutionis tenuit, de quo supra tractauimus, pluralẽ pro singulari ponens. Hoc aũt de aceto etiã Ioãnes commemorauit, ubi ait: Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut cõsummaret scripturã dixit, Sitio. Vas aũt positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spongiã plenã aceto hyssopo circumponẽtes obtulerũt ori eius. Sed quod apud eundem Ioan-
Ioan. 19 nem inuenit̃ dixisse, Sitio: & quia uas ibi erat ace
Extrema uox to plenũ, nõ mirũ est si cæteri tacuerũt. Sequit̃
XVIII Matthæus: Iesus aũt iterum clamans uoce magna
Matt. 27 emisit spiritum. Marcus similiter: Iesus aũt emissa
Mar. 15 uoce magna expirauit. Lucas aũt quid ipsa uoce
Luc. 23 magna dixerit declarauit. Dixit em̃: Et exclamãs B uoce magna Iesus ait, Pater in manus tuas cõmendo spiritũ meum: & hæc dicens expirauit. Ioãnes uero sicut tacuit illam uocem primã, Eli, Eli: quã Matthæus & Marcus retulerunt, tacuit etiã istam quã Lucas solus cõmemorauit, illi autem duo nomine uocis magnæ significauerunt: id est, pater in manus tuas cõmendo spiritũ meũ: quod eũ uoce magna dixisse & ipse Lucas similiter attestatus est, ut intelligeremus hãc fuisse uocẽ magnã quã Matthæus & Marcus cõmemorauerũt. Sed dicit Ioãnes quod nullus illorũ trium dicit eum dixisse: Consummatũ est: cum acetũ accepisset, quod eũ ante ipsam uocẽ magnã dixisse intelligimus. Hęc
Ioan. 19 sunt em̃ uerba Ioannis: Cum ergo accepisset Iesus acetũ, dixit: Consummatũ est: & inclinato capite tradidit spiritũ. Inter illud quod ait, consummatũ C est: & illud q̃d ait, Et inclinato capite tradidit spiritum: emissa est illa uox magna quam tacuit iste, cęteri autẽ tres cõmemorauerunt. Hoc enim apparet esse ordinis, ut antẽ diceret, Consummatũ est: cum perfectũ in illo esset quod de illo prophetatũ erat: & tanq̃ ad hoc expectaret, qui utiq̃ cum uellet moreret̃, deinde cõmendans tradidit spiritũ. Sed quouis ordine quilibet arbitret̃ dici potuisse hoc magnope cauendũ est, ne cui uideat̃ quisquã Euangelistarũ alteri repugnare, si uel tacuit quod
Velũ scissum alius dixit, aut dixit quod alius tacuit. Sequitur
XIX Matthæus: Et ecce uelũ templi scissum est in duas
Matt. 27 partes, à summo usq̃ deorsum. Et Marcus sic: Et
Mar. 15 uelũ templi scissum est in duo, à sursum usq̃ deor-
Luc. 23 sum. Lucas aũt similiter hoc ait: Et uelũ tẽpli scis- D sum est mediũ, sed nõ eodem ordine. Volẽs enim miraculũ miraculo adiungere, cũ dixisset: Sol obscuratus est: cõtinuo subiungendũ existimauit: Et uelũ templi scissum est mediũ: præoccupans uidelicet quod expirante dño factum est, ut deinde recapitulãs exequeret̃ & de potu aceti, & de illa uoce magna, & de ipsa morte, quæ ante scissionẽ uelĩ post tenebras facta intelligunt̃. Matthęus enim qui cum dixisset: Iesus aũt iterum clamãs uoce ma
Matt. 27 gna emisit spiritũ: cõtinuo subiecit: Et ecce uelum templi scissum est: satis expressit tũc esse scissum, cũ Iesus emisisset spiritũ. Si autẽ non addidisset, Et ecce: sed simpliciter dixisset, Et uelũ tẽpli scissum est: incertũ esset utrum ipse & Marcus hoc recapitulãdo cõmemorassent, Lucas aũt ordinẽ tenuisset: an Lucas recapitulasset quod illi ordine posuissent. Sequitur Matthæus: Et terra mota est, & Cẽturio mirãs
petrę scissę sunt, & monumẽta aperta sunt, & mul XX
ta corpora sanctorũ qui dormierãt surrexerũt, & Matt. 27
exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctã ciuitatẽ, & apparuerũt multis. Hæc quæ solus dixit, nõ est metuendũ ne cuiquã cæterorũ repugnare uideant̃. Sequit̃ idem ipse, Centurio aũt & q cum eo erãt custodiẽtes Iesum, uiso terræmotu & ijs quæ fiebãt, timuerũt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. Marcus sic: Vi- Mar. 15
dens aũt Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamãs expirasset, ait: Vere homo hic filius dei erat. Lucas sic, Vidẽs aũt Centurio q̃d factũ fuerat, Luc. 23
glorificauit deũ dicẽs, Vere hic homo iustus erat. Non est contrariũ quod Matthæus uiso terræmotu dicit admiratũ Centurionẽ, & eos qui cum illo erant, cum Lucas dicat hoc eum admiratũ, quod emissa illa uoce expirasset, ostendẽs q̃ in potestate habuerit quãdo moreret̃. In eo quippe q̃ idem Matthæus nõ solũ dixit, uiso terræmotu: sed etiã addidit, & ijs quæ facta erant: integrũ locũ fuisse demõstrauit Lucæ, ut diceret Centurionẽ ipsam dñi mortẽ fuisse miratum, quia & hęc inter illa est quæ tunc mirabiliter facta erãt. Quanq̃ & si Matthæus illud nõ addidisset, intelligendũ erat, cum multa miranda facta fuerint, & omnia Centurio, & qui cum eo erãt mirari potuerint, liberũ fuisse narrãtibus quid quisq̃ illum miratũ cõmemorare uoluisset. Nec eos sibi repugnare cum alius illud, alius illud diceret fuisse miratum, qñ om̃ia fuerat ille miratus. Quod aũt alius ait, Centurionẽ dixisse, Vere filius dei erat iste: alius autẽ, Vere homo Matt. 27
hic filius dei erat: nõ mouebit eum cui nõ exciderunt tã multa superius similiter dicta & exposita. Ad unã quippe sententiã utraq̃ uerba cõcurrũt, nec quod alius tacuit, homo, alius dixit, ullo modo contrariũ est. Magis q̃ Lucas nõ ait, Centurionem dixisse, filius dei erat: sed, iustus erat: potest putari diuersum: sed uel utrunq̃ dictũ à Centurione intelligere debemus, & aliud illos, aliud istum cõmemorasse: uel fortasse Lucã exprimere uoluisse sententiã Centurionis, quõ dixerit Iesum filiũ dei. Forte em̃ non eũ unigenitũ æqualẽ patri Centurio intellexerat, sed ideo filiũ dei dixerat, q̃a iustum crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filij dei. Quod aũt etiã ipse Lucas dicit, Vidẽs aũt Cẽturio Luc. 23
quod factũ erat: in eo genere inclusit om̃ia quæ in illa hora mirabiliter facta erant, tanquã unũ mirabile factũ cõmemorans, cuius quasi mẽbra & partes erant omnia illa mirãda. Iam uero quod Matthæus addidit, eos qui cũ Centurione erãt: alij aũt hoc tacuerunt, cui nõ appareat ex notissima regula non esse contrariũ, cum alius dicit quod alius tacet. Et quod Matthęus dixit, timuerũt ualde, Lu- Matt. 27
cas aũt non dixit, timuit: sed, glorificauit deũ: quis Luc. 23
non eũ intelligat timendo glorificasse? Sequit̃ Mulieres à
Matthæus, Erant autem ibi mulieres multæ à lon longe. XXI
ge, quæ secutæ erãt Iesum à Galilæa ministrantes Matt. 27
ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi

Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Marcus sic, Erant aũt mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & cũ esset in Galilæa sequebanť eũ, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cũ eo ascenderãt Hierosolymã. Inter hos nihil uideo q̃d contrariũ possit putari. Quid em̃ interest ad ueritatẽ, ꝙ quasdã

Luc.23 mulieres pariter, quasdã singuli nominauerũt? Lucas quoq; ita narrationẽ cõtexit: Et omnis turba eorũ qui simul aderãt ad spectaculũ istud, & uidebant quæ fiebãt, percutiẽtes pectora sua reuertebanť. Stabant aũt omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutæ erãt eũ à Galilæa hæc uidentes. Vnde superioribus duob. de mulierum pręsentia satis cõsentit, quamuis nullã earũ nominatim exprimat. De turba etiã quæ simul aderat, & uidentes quæ fiebãt, tundebãt pectora sua & reuertebãtur: cõsentit Matthæus, quãuis seorsum adnexue B

Matt.27 rit, Centurio aũt & q cũ eo erãt. Quapropter tantũmodo de notis eius q stabant à lõge solus inueniť dixisse. Nam & Ioãnes cõmemorauit de præsentia fœminarum anteq̃ dñs emisisset spiritum,

Ioan.19 ita narrans: Stabat aũt iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum uidisset autem Iesus matrem & discipulũ stantẽ quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus: deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Qua in re nisi apertissime Matthæus quoq; & Marcus Mariam Magdalenen nominassent, possemus dicere, alias à longe, alias iuxta crucem fuisse. Nullus em̃ eorũ præter Ioannẽ matrẽ C dñi cõmemorauit. Nunc ergo quomodo intelligiť eadẽ Maria Magdalene, & à lõge stetisse cum alijs mulieribus, sicut Matthęus & Marcus dicũt, & iuxta crucẽ fuisse, sicut Ioãnes dicit: nisi quia in tanto interuallo erãt, ut & iuxta dici possent quia in conspectu eius pręsto aderant, & a longe in cõparatione turbæ propinquius circumstantis cum Centurione & militib. Possumus etiã intelligere, quod illæ quæ simul aderant cum matre domini, postq̃ eam discipulo cõmendauit, abire iam cœperant, ut à densitate turbæ se exuerent, & cætera quæ facta sunt longius intuerenť: ut cæteri Euangelistæ qui post mortẽ dñi eas cõmemorauerũt,

Ioseph tollit corpus XXII iam longe stantes cõmemorarent. Sequiť Matthæus: D Cum sero autem factum esset, uenit quidã homo diues ab Arimathia nomine Ioseph, qui &

Matt.27 ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus Iesu.

Mar.15 Marcus sic: Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatũ, uenit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnũ dei: & audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Pilatus aũt mirabať si

Luc.23 iam obisset. Et accersito Cẽturiõe interrogauit eũ si iam mortuus esset. Et cũ cognouisset à Cẽturione, donauit corpus Ioseph. Lucas sic: Et ecce uir nomine Ioseph qui erat decurio, uir bonus & iustus, hic nõ cõsenserat consilio & actibus eorũ, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse

A regnũ dei, hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus Iesu. Ioannes aũt posteaq̃ narrauit de cruribus fractis eorũ qui cum dño crucifixi erant, & de latere dñi lancea percusso, quod totũ solus dixit, sic iungit etiã de Ioseph cõsentiẽs cęteris ita narrãs, Post hęc aũt rogauit Pilatũ Ioseph ab Arimathia eo ꝙ esset discipulus Iesu, occultus aũt ꝓpter metũ Iudęorũ, ut tolleret corpus Iesu. Et ꝑmisit Pilat⁹. Venit ergo et tulit corpus Iesu. Matt.27

In hoc nihil extat in q̃ aliquis eorum alicui repugnare uideať. Sed aliqs forsitan quærat, quõ à semetipso Ioannes ipse nõ discreper; contestans cum cæteris ꝙ Ioseph petierit corpus Iesu, & solus dicẽs ꝙ occultus fuisset discipulus dñi propter metũ Iudæorũ. Ioan.19

Merito enim mouet, cur ille qui propter timorẽ occultus discipulus erat, ausus sit petere corpus eius, q̃d nullus eorũ qui eum palã sequebanť auderet. Sed intelli

B gendũ est, istum fiducia dignitatis hoc fecisse, qua præditus poterat familiariter intrare ad Pilatum. In extremo aũt illo officio funeri exhibendo minus curasse de Iudæis, quãuis soleret in dño audiendo eorũ inimicitias deuitare.

Sequiť Matthæus: Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone mũda, & posuit in monumẽto suo nouo, q̃d exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ monumẽti, & abijt. Sepultura domini. XXIII Matt.27 Mar.15

Marcus sic: Ioseph autẽ mercatus sindonẽ, & deponens eũ inuoluit sindone, & posuit eũ in monumẽto quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumenti.

Lucas sic: Et depositũ inuoluit in sindone, & po- Luc.23

C suit eũ in monumẽto exciso, in quo nondũ quisq̃ positus fuerat. Ex his tribus nulla quæstio dissensionis oriri potest. Ioannes aũt sepulturã dñi, non à solo Ioseph, sed à Nicodemo quoq; curatam fuisse cõmemorat. Consequẽter em̃ à Nicodemo incipiens, ita narrat: Venit aũt & Nicodemus q uenerat ad Iesum nocte primũ, ferens mixturã myrrhæ & aloes quasi libras centũ. Ioan.19

Deinde sequiť adiungẽs ipsum Ioseph & dicit. Acceperũt ergo corpus Iesu, & ligauerũt eũ linteis cũ aromatibus, sicut mos Iudæis est sepelire. Erat autẽ in loco ubi crucifixus est ortus, & in orto monumentũ nouũ, in q̃ nondũ quisquã positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentũ posuerũt Iesum. Neq; hic aliquid repugnat recte

D intelligẽtibus. Neq; em̃ illi qui de Nicodemo tacuerũt, affirmauerunt à solo Ioseph dñm sepultũ, quãuis solius cõmemorationẽ fecerint: aut quia illi una sindone à Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerũt intelligi & alia lintea potuisse afferri à Nicodemo & supaddi: ut uerũ narraret Ioãnes, ꝙ nõ uno linteo, sed linteis inuolutus sit: Ioan.19

quãuis & propter sudariũ q̃d capiti adhibebať, & institas quibus totũ corpus alligatũ est, quia omnia de lino erant, etiã si una sindon ibi fuit, uerissime dici potuit, ligauerũt eum linteis. Lintea quippe generaliter dicunť quæ lino texunť.

Sequiť Matthæus: Erat aũt ibi Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra sepulchrũ. Apperitiones XXIIII Matt.27

Quod Marcus ita dicit: Maria autẽ Magdalene & Maria Io- Mar.15

seph

ſeph aſpiciebãt ubi poneretur. Vnde nihil eos ex
Matt.27 hoc diſſentire manifeſtũ eſt. Sequit̃ Matthęus, Al
tera autē die quę eſt poſt paraſceuen, conuenerũt
principes ſacerdotũ & Phariſęi ad Pilatũ dicētes,
Dñe recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit ad
huc uiuens, Poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſto
diri ſepulchrũ uſq; ad diē tertiũ, ne forte ueniãt di
ſcipuli eius, & furent̃ eum, & dicãt plebi, ſurrexit
à mortuis, & erit nouiſſimus error peior priore.
Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiã, ite cuſtodite ſi-
cut ſcitis. Illi aũt abeuntes munierũt ſepulchrũ ſi-
gnãtes lapidē cũ cuſtodibus. Hoc ſolus Matthæ-
us narrat, nullo aliorũ narrãte aliquid q̃d huic ui-
deat̃ eſſe contrariũ. Deinde ſequit̃ idē Matthæus
Mat.28 & dicit, Veſpere autē ſabbati quæ luceſcit in pri-
ma ſabbati, uenit Maria Magdalene & altera Ma
ria uidere ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus
eſt magnus. Angelus enim dñi deſcēdit de cœlo,
& accedēs reuoluit lapidē, & ſedebat ſuper eum.
Erat aũt aſpectus eius ſicut fulgur, & ueſtimenta
eius ſicut nix. Præ timore autē eius exterriti ſunt
cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Reſpondens
aũt angelus dixit mulieribus, Nolite timere uos.
Scio enim quod Ieſum qui crucifixus eſt quęritis.
Non eſt hic, ſurrexit em̃ ſicut dixit. Venite & ui-
dere locum ubi poſitus erat dominus. Et cito eun
tes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit, & ecce præ
cedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis: ecce prę
dixi uobis. Hic Marcus conſonat. Sed poteſt mo-
uere, quomodo ſecundum Matthæũ, angelus ſu-
per lapidem ſedebat reuolutũ à monumēto. Mar
Mar.16 cus enim introeuntes eas in monumentũ dicit ui-
diſſe iuuenem ſedentem in dextris coopertũ ſtola
candida, & obſtupuiſſe: niſi intelligamus aut Mat
thæum tacuiſſe de illo angelo quem intrantes ui-
derũt: Marcũ uero de illo tacuiſſe quē foris uide-
runt ſedentē ſuper lapidem: ut duos uiderint, & à
duobus ſingillatim audierint quæ dixerũt angeli
de Ieſu: prius ab illo quem foris uiderunt ſedentē
ſuper lapidē, deinde ab illo quē uiderũt intrantes
in monumentũ ſedentem à dextris, quo ut intra-
rent, illius qui foris ſedebat uerbis exhortatę ſunt
dicentis, Venite & uidete locum ubi poſitus erat
dominus. Quo uenientes ut dictum eſt, & intrãtes
uiderunt eũ de quo Matthæus tacet, Marcus au-
tem loquitur, ſedentem à dextris, à quo talia ſimi
liter audierunt. Aut certe intrantes in monumen-
tum in aliqua ſepta macerię debemus accipe, qua
cõmunitum locũ tũc fuiſſe credibile eſt in aliquo
ſpatio ante petram, qua exciſa locus factus fuerat
ſepulturæ: ut ipſum uiderint in eodē ſpatio ſeden
tem à dextris, quem dicit Matthæus ſedentem ſu
per lapidē quē terræmotu ab oſtio monumēti re-
uoluerat: id eſt, à loco ſepulchri, q̃d effoſſum erat
in petra. Item quæri poteſt, quemadmodum Mar
Marci 16 cus dicat, At illæ exeuntes fugerũt de monumen
to: inuaſerat enim eas timor & pauor, & nemini
quicquã dixerũt, timebant enim, cum dicat Mat-
Matt.28 thæus, Et exierũt cito de monumento cũ timore
& gaudio magno, currentes nunciare diſcipulis
eius: niſi intelligamus ipſorum angelorũ nemini

auſas fuiſſe aliquid dicere: id eſt, reſpondere ad ea
A quæ ab illis audierãt, aut certe cuſtodibus quos ia
cētes uiderũt. Nam illud gaudiũ quod Matthæus
cõmemorat, nõ repugnat timori de quo Marcus
dicit. Debuimus enim utrunq; in illarũ animo fa-
ctum intelligere, etiã ſi ipſe Matthæus de timore
non diceret. Cũ uero & ipſe dicat, Exierũt cito de
monumēto cũ timore & gaudio magno: nihil ex
hac re quęſtiõis remanere ꝑmittit. De hora quoq;
ipſa qua uenerũt mulieres ad monumentũ, nõ cõ
tēnenda exorit̃ quæſtio. Cũ em̃ Matthæus dicat,
Veſpe aũt ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati, Matt.28
uenit Maria Magdalene et altera Maria uidere ſe
pulchrum. Quid eſt quod dicit Marcus, Et ualde Marci 16
mane una ſabbatorũ ueniũt ad monumentũ oriē-
te iam ſole? In quo quidē à cæteris duobus, id eſt,
Luca & Ioãne nõ diſcrepat. Quod enim dicit Lu Lucæ 24
cas, Valde diluculo: & Ioãnes, Mane cũ adhuc te Ioan.20
B nebræ eſſent: hoc intelligit̃ Marcus dicere, ualde
mane oriēte iam ſole: id eſt, cũ cœlum ab orientis
parte iã albeſceret, q̃d nõ fit utiq; niſi ſolis oriētis
uicinitate. Eius em̃ eſt ille fulgor qui nomine au-
roræ appellari ſolet. Ideo nõ repugnat illi qui ait,
Cũ adhuc tenebræ eſſent. Die quippe ſurgēte, ali
quæ reliquiæ tenebrarũ tanto magis extenuant̃,
quãto magis orit̃ lux. Nec ſic accipiēdũ eſt quod
ait, Valde mane: tanq̃ ſol ipſe uideret̃ iam ſuper Mar.16
terras: ſed potius ſicut dicere ſolemus eis quibus
uolumus ſignificare temporius aliquid faciendũ.
Cum em̃ dixerimus mane, ne putēt iam ſole ſupra
terram cõſpicuo nos dicere, ad hoc plerũq; addi-
C mus, ualde mane: ut illud q̃d etiã albeſcēte uocat̃
intelligãt: quanq̃ & hoc uſitatum ſit, ut poſt galli
cantum ſæpe repetitum cum coniectari homines
cœperint diē iam propinquare, dicant, iam mane
eſt: & cum poſt hoc uerbũ attēderint, & iã orien-
te, id eſt, iam de proximo aduenīete in has partes
ſole, cœlũ rubeſcere uel albeſcere uiderint, addãt
qui dicebant, mane eſt, & dicant, ualde mane eſt.
Quid aũt intereſt dum ſiue illo ſiue iſto modo ni-
hil aliud intelligamus à Marco appellatũ, mane,
niſi q̃ Lucas appellauit, diluculũ: & hoc ualde ma
ne, quod ille ualde diluculo, & quod Ioannes, ma
ne cũ adhuc tenebræ eſſent, ſole aũt iam oriēte: id
eſt, ortu ſuo iam cœlũ illuminare incipiente. Quõ
ergo his tribus cõgruat Matthęus, qui nec dilucu
D lo, nec mane, ſed ueſpe ait ſabbati quæ luceſcit in
prima ſabbati: attētius indagandũ eſt. A parte qp
pe prima noctis quæ eſt ueſpera, ipſam noctē uo-
luit ſignificare Matthæus, cuius noctis fine uene
rũt mulieres ad monumentũ. Ea uero cauſa intel-
ligit̃ eandē noctē ſic appellaſſe, quia iã à ueſpere
licebat afferre aromata, trãſacto utiq; ſabbato. Er-
go quoniã ſabbato impediebant̃, ut nõ ante face
rent, ab eo tēpore nominauit noctē, ex quo eis li-
cere cœpit ut facerēt quodcunq; uellēt tempore
eiuſdē noctis. Sic itaq; dictũ eſt, ueſpere ſabbati:
ac ſi diceret̃, nocte ſabbati: id eſt nocte quæ ſequi
tur diē ſabbati: quod ipſa uerba eius ſatis indicãt.
Sic enim ait: Veſpere autē ſabbati, quæ luceſcit in Matt.28
prima ſabbati: quod fieri nõ poteſt, ſi tantũmodo

primam noctis particulam, id est solum initiū no-
ctis, intellexerimus dicto uespere significatā. Ne- A
que em̄ ipsum initiū lucescit in prima sabbati, sed
ipsa nox quæ luce incipit terminari. Nā terminus
primæ partis noctis, secundæ partis initiū est, lux
aūt terminus totius noctis est. Vnde nō potest di
ci uesper lucescens prima sabbati, nisi nomine ue-
speri nox ipsa intelligat̃ quā lux terminat. Et usita
Matt.28 tus loquendi modus diuinæ scripturæ est, à parte
totū significare. A uespere ergo noctem significa
uit, cuius extremū est diluculum. Diluculo enim
Luc.24 uenerūt illę mulieres ad monumentū. Ac per hoc
ea nocte uenerunt, quæ significata est nomine ue
speri. Tota em̄ significata est eo nomine, ut dixi,
& ideo quacunq; eius noctis parte uenissent, ea
utiq; nocte uenissent. Cū ergo uenerūt parte eius
noctis extrema, ea pculdubio nocte uenerūt. Ve
spere aūt quæ lucescit in prima sabbati, nō potest
nisi tota ipsa nox intelligi. Eo igit̃ uespe uenerūt,
quæ ipsa nocte uenerunt. Ipsa aūt nocte uenerūt,
quæ noctis ipsius quāuis extrema parte uenerūt.
Nam & ipsum triduum quo dn̄s mortuus est & re
surrexit, nisi isto loquendi modo, quo à parte to-
tum dici solet, recte intelligi non potest. Hinc ma
Matt.12 gna reddit̃ ratio uerbi dn̄i. Ipse quippe ait: Sicut
Ioan.2 em̄ Ionas fuit in uētre ceti tribus diebus & tribus
noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tri-
bus dieb. & trib. noctibus. Computent̃ aūt tempo
ra, siue ex quo tradidit spiritum, siue ex quo sepul
tus est, & nō occurrit ad liquidū nisi ad mediū di-
em, hoc est ut sabbatum totū diem accipiamus, id
est cū sua nocte: illos aūt qui eum in medio posue C
runt, id est parasceuen, & primā sabbati, quę diem
dominicum dicimus, à parte totum intelligamus.
Quid enim iuuat φ quidā his angustijs coarctati,
& istū locutionis modū, id est à parte totū, in san-
ctarum scripturarū soluendis quæstionibus pluri
mum ualere nesciētes, noctem uoluerūt annume
rare tres illas horas à sexta usq; ad nonam, quibus
sol obscuratus est, & diem tres horas alias, quibus
iterū terris est redditus, id est, à nona usq; ad eius
occasum. Sequit̃ enim nox futuri sabbati, qua cū
suo die cōputata, erūt iā duæ noctes & duo dies.
Porrò aūt post sabbatū sequitur nox primi sabba-
ti, id est, illucescētis diei dominicæ, in qua tūc dn̄s
resurrexit. Erunt ergo duæ noctes & duo dies, &
una nox: etiam si tota posset intelligi, nec ostende D
remus quod illud diluculū pars eius extrema sit.
Quapropter nec annumeratis illis sex horis qua-
rum tribus sol contenebratus est & tribus eluxit,
constabit ratio triū dierum & trium noctium. Re
stat ergo ut illo scripturarū usitatissimo loquendi
modo, quo à parte totum intelligit̃, inueniamus
extremū diem tempus parasceues quo crucifixus
& sepultus est dominus, & ex ipsa extrema parte
totū diem cum sua nocte, qui iam peractus fuerat
accipiamus: mediū uero, id est sabbati diem, nō à
parte, sed integre totū: tertiū rursus à parte sua pri
ma, id est, à nocte totū cum suo diurno tempore:
ac sic erit triduū, quemadmodū illi octo dies post
quos ascendit in mōtem, quorū medios integros

attendentes Matthæus & Marcus dixerunt, Post
sex dies: quod Lucas dixit, Post octo dies. Nunc
iam cætera uideamus, quemadmodum Matthæo
congruat. Lucas enim apertissime duos angelos Luc.24
dicit uisos fuisse à mulieribus quæ uenerūt ad mo
numentū, quorum singulos intellexeramus com
memoratos à duobus: unum à Matthæo, id est, il- Matth.28
lum qui extra monumentū sedebat in lapide, alte
rum à Marco, id est illū qui intra monumentū sede Mar.16
bat à dextris. Sed Lucas ita narrat, Et dies erat pa
rasceues, & sabbatū illucescebat. Subsecutæ autē
mulieres quæ cū ipso uenerāt de Galilæa, uiderūt
monumentū, & quemadmodū positum erat cor-
pus eius, & reuertētes parauerunt aromata & un
guenta: sed sabbato quidē siluerūt secundū māda
B tum. Vna autem sabbati ualde diluculo uenerunt Luc.24
ad monumentū portantes quæ parauerāt aroma-
ta, & inuenerunt lapidem reuolutū à monumēto,
& ingressæ non inuenerūt corpus domini Iesu. Et
factum est dum mēte cōsternatæ essent de isto, ec
ce duo uiri steterūt secus illas in ueste fulgēti. Cū
timerent aūt & declinarent uultum in terram, di-
xerunt ad illas, Quid quæritis uiuentē cum mor- Matt.17
tuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini quali Luc.9
ter locutus est uobis, cum adhuc in Galilæa esset, Mar.9
dicēs: Quia oportet filiū hominis tradi in manus
hominū peccatorū, & crucifigi, & die tertia resur
gere. Et recordatæ sunt uerborum eius, & regres-
sæ à monumēto nunciauerunt hæc omnia illis un
decim, & cæteris omnibus. Quomodo ergo sin-
guli uisi sunt sedentes, unus secundū Matthæum, Matt.28
foris super lapidē: & alter secundum Marcum in- Mar.16
tus à dextris: cum secundum Lucam duo steterūt Luc.24
secus illas, quāuis similia dixerint? Possumus qui-
dem adhuc intelligere unum angelū uisum à mu-
lieribus, & secundū Matthæum, & secundū Mar-
cum, sicut supra diximus: ut eas ingressas in mo-
numentū sic accipiamus, in aliquod scilicet spatiū
quod erat in aliqua maceria cōmunitum, ut intra
ri posset ante illū saxeū sepulchri locū, atq; ibi ui-
disse angelū sedentē supra lapidē reuolutū à mo- Matt.28
numento, sicut dicit Matthæus, ut hoc sit sedentē
à dextris, quod dicit Marcus: deinde intus ab eis
dum inspicerēt locū in quo iacebat corpus dn̄i, ui
sos alios duos angelos stantes, sicut dicit Lucas, si
milia locutos ad earū exhortandū animū & ædifi
candam fidē. Sed uideamus & illa quæ Ioānes di-
cit, utrū uel quemadmodū his cōgruant. Sic ergo
narrat Ioannes, Vna aūt sabbati Maria Magdale- Ioan.20
ne uenit mane cū adhuc tenebrę essent ad monu-
mentū, & uidit lapidē sublatū à monumēto. Cu-
currit ergo & uenit ad Simonē Petrum, & ad aliū
discipulum quem amabat Iesus, & dicit eis, Tule-
runt dominum de monumento, & nescimus ubi
posuerūt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius disci
pulus, & uenerunt ad monumentū. Currebāt aūt
duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citi-
us Petro, & uenit primus ad monumentū. Et cū se
inclinasset uidit posita linteamina, nō tn̄ introiuit.
Venit ergo Simō Petrus sequēs eū, & introiuit in
monumentum, & uidit linteamina posita & suda
rium

rium quod fuerat super caput eius nō cū linteaminibus positū, sed separatim inuolutū in uno loco. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentū, & uidit, & credidit. Nondū eñ sciebat scripturas, quia oportebat eū à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterū ad semetipsos discipuli. Ioan.20. Maria autē stabat ad monumentū foris plorās. Dū ergo fleret, inclinauit se, & ꝓspexit in monumentū, & uidit duos angelos in albis sedentes, unū ad caput & unū ad pedes, ubi positū fuerat corpus Iesu. Dicūt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerūt eum. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantē, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras, quē quæris? Illa existimans qa ortulanus esset, dicit ei, Dñe si tu sustulisti eū, dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eū tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni: quod dicit magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere: nōdum enim ascendi ad patrē meū. Vade aūt ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, Deum meū & Deum uestrū. Venit Maria Magdalene annūcians discipulis, quia uidi Dominum, & hæc dixit mihi. In hac Ioannis narratione dies uel tempus quo uentum est ad monumētum cum cæteris cōuenit. Luc.24. Illud etiam quòd duo angeli uisi sunt concordat cū Luca. Sed quod ille stantes dicit angelos uisos, iste aūt sedētes, & cætera quæ illi non dicūt, quō hinc possint intelligi nō discrepare à cæteris, & quo ordine gesta sint, nisi diligenter considerent, repugnātia possunt uideri. Quapropter hæc omnia quæ circa tempus resurrectionis Dñi facta sunt, secundum omniū Euangelistarum testimonia in unā quandā narrationē, quantum nos Dñs adiuuerit, quemadmodū geri potuerint, ordinemus. Prima sabbati diluculo, sicut omnes consentiunt, uentū est ad monumentū. Iam factum erat quod solus Matthæus cōmemorat de Matt.28. terræmotu & lapide reuoluto cōterritisq; custodibus, ita ut in parte aliqua uelut mortui iacerent. Ioan.20. Venit aūt, sicut Ioannes dicit, Maria Magdalene, sine dubio cum cæteris mulierib. quę Domino ministrauerāt, plurimū dilectione feruentior, ut non immeritò Ioannes solam cōmemoraret, tacitis eis quæ cum illa fuerūt, sicut alij testanē. Venit ergo, & ut uidit lapidē sublatū à monumēto, antequam aliquid diligētius inspiceret, non dubitans ablatū inde esse corpus Iesu, cucurrit, sicut dicit idē Ioannes, & nunciauit Petro atq; ipsi Ioanni. Ipse est enim discipulus quem amabat Iesus. At illi currere cœperunt ad monumentū, & præueniēs Ioānes inclinauit se & uidit posita linteamina, nec intrauit. Petrus aūt consecutus intrauit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sudariū quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positū, sed separatim inuolutū. Deinde & Ioannes intrauit, & uidit similiter, & credidit quòd Maria dixerat sublatum esse Dominū de monumēto. Nondum enim sciebat scripturā, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterū ad semetipsos

Aug. to. 4.

A discipuli. Maria aūt stabat ad monumentum foris plorās: id est, ante illum saxei sepulchri locum, sed tamē intra illud spaciū quod iam ingressæ fuerant: ortus quippe illic erat, sicut idem Ioannes commemorat. Ioan.19. Tunc uiderūt angelū sedentē à dextris super lapidem reuolutū à monumēto, de quo angelo narrāt Matthæus & Marcus. Tūc eis dixit, Nolite timere uos: scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis. Matt.28. Nō est hic, surrexit enim sicut dixit: uenite & uidete locū ubi positus erat Dñs. Et citò euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedet uos in Galilæā, ubi eum uidebitis, ecce prædixi uobis. Quibus similia Marcus quoque nō tacuit. Mar.16. Ad hæc uerba Maria dum fleret inclinauit se & prospexit in monumentum, & uidit B duos angelos, sicut dicit Ioānes, in albis sedentes: Ioan.20. unū ad caput, & unū ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Dicūt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerūt Dñm meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hinc intelligendi sunt surrexisse angeli, ut etiā stātes uiderent, sicut eos Lucas uisos fuisse cōmemorat, & dixisse secundū eundem Lucam Luc.24. timentibus mulieribus & uultum in terram declinātibus, Quid quæritis, uiuentē cū mortuis? Nō est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis, cū adhuc in Galilæa essent, dicēs: Quia oportet filiū hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi, & die tertia resurgere à mortuis. Et recordatæ sunt uerborū eius. Post hæc conuersa est retrorsum Maria, & uidit Iesum C stantem, sicut dicit Ioānes, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quē quæris? Ioan.20. Illa existimās quia ortulanus esset, dicit ei, Domine si tu sustulisti eū dicito mihi ubi posuisti eum, & ego eū tollā. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni, quod dicit magister. Dicit ei Iesus, Noli me tangere, nondum enim ascēdi ad patrem meū. Vade autē ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meū & patrē uestrum, Deum meum & Deū uestrum. Tunc egressa est à monumento: hoc est, ab illo loco ubi erat orti spaciū ante lapidem effossum: et cum illa aliæ, quas secundum Marcum inuaserat tremor & pauor, & nemini quicq; dicebant. Tunc iam secundū Mattheū, Matt.28. D Ecce Iesus occurrit illis dicens, Auete. Illę autē accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eū. Sic eñ colligimus, & angelorū allocutionem bis numero eas habuisse, uenientes ad monumentū, & ipsi⁹ Dñi semel scilicet illic quādo Maria ortulanū putauit: & nunc iterū cum eis occurrit in uia, ut eas ipsa repetitiōe firmaret atq; à timore recrearet. Tūc ergo ait illis, Nolite timere, ite nūciate Ioan.20. fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt. Luc.24. Venit ergo Maria Magdalene annuncians discipulis, qa uidit Dñm, & hæc ei dixit. Nō solū ipsa, sed & aliæ, quas Lucas cōmemorat, quæ nunciauerūt hæc discipulis undecim, & cæteris omnibus. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentū uerba ista, & non credebant illis. His & Marcus attestat. Mar.16. Nam & posteaquam cōmemorauit eas trementes & pauētes exisse à monumēto, & nemini quicquā

dixisse, adiunxit, quod resurgens Dominus apparuerit mane prima sabbati, primo Mariæ Magdalene de qua eiecerat septē dæmonia: & quia illa uadens nūciauit ijs qui cum eo fuerāt lugentibus & flentibus: & quia illi audientes ꝙ uiueret, & uisus esset ab ea, nō crediderūt. Sanè Matthæus etiam illud inseruit, abscedentib. mulieribus quæ illa omnia uiderāt & audierāt, uenisse etiā quosdam in ciuitatē de illis custodibus qui iacuerant uelut mortui, & nūciasse principibus sacerdotū omnia quæ
Matt.28. facta erant, hoc est quæ etiam illi sentire potuerūt. Illos uerò cōgregatos cum senioribus consilio accepto, pecuniā copiosam dedisse militib. ut dicerent quod discipuli eius uenissent, eumq; furati essent illis dormiētibus: pollicentes etiam securitatē à præside qui eos custodes dederat: & illos acce- pta pecunia fecisse sicut erant edocti, diuulgatūq; esse uerbū istud apud Iudęos usq; in hodiernū diē.

Euangelia cū Pauli narratione conferūtur. XXV
Iam post resurrectionē, quemadmodū apparuerit Dominus discipulis, considerandum est, nō solum ut elucescat etiam ex hac re conuenientia quatuor Euangelistarum, uerum etiam ut cum Paulo Apostolo consonēt, qui de hac re in prima ad Corinthios Epistola ita loquitur: Tradidi enim uobis in primis quod & accepi, quia Christus mortuus
1.Cor.15. est ꝓ peccatis nostris, secundū scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secūdum scripturas, & quia apparuit Cephæ, & postea undecim: deinde apparuit plus ꝗ quingentis fratribus simul, ex quib. plures manēt usq; adhuc, quidam aūt dormierūt: postea apparuit Iacobo, deinde apostolis omnibus: nouissimè aūt omniū tanquam abortiuo apparuit & mihi. Hūc aūt ordinē nullus Euangelistarū tenuit. Vnde considerandū est, utrū ordo quē illi tenuerūt huic non aduersetur. Nam nec ille omnia, nec isti omnia dixerūt. Quæ aūt dixerunt omnes, utrum nihil inter se pugnent
Luc.24. tantum uidendum est. Lucas enim solus quatuor Euangelistarum, nō dicit à mulieribus uisum Do-
Matt.28. minum, sed tantummodo angelos. Matthæus aūt dicit quod eis occurrerit redeuntib. à monumento. Marcus quoque dicit primò uisum esse Mariæ
Mar.16. Magdalenæ, sicut & Ioānes: sed quomodo ab eis sit uisus nō dicit, quod explicat à Ioāne. Lucas au-
Ioan.20. tē nō solū tacet, ut dixi, eū apparuisse mulieribus, sed etiā duos quorū unus fuit Cleophas, talia dicit locutos cū illo antequā agnoscerent eum, tanquā mulieres nihil se aliud ꝗ angelos uidisse nunciauerint, qui dicebant eum uiuere. Ita enim narrat:
Luc.24. Ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellū ꝙd erat in spacio stadiorū sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebanł ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum loquerentur, & secum quærerēt, & ipse Iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi aūt illorū tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes? Et respondens unus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Hierusalē, & nō cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt: De Iesu Na-

A zareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & sermone corā Deo & omni populo. Et quō eū tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationē mortis, & crucifixerūt eum. Nos aūt sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel. Et nūc super hæc omnia, tertia dies est hodie ꝙ hæc facta sunt. Sed & mulieres quędam ex nostris terruerunt nos quæ ante lucem fuerūt ad monumentum, & non inuento corpore eius, uenerunt, dicētes se etiā uisionē angelorū uidisse, qui dicūt eum uiuere. Et abierūt quidā ex nostris ad monumentū, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt, ipsum uerò non inuenerūt. Hæc secundū Lucam ita narrāt ut meminisse ac recolere potuerūt quod à mulieribus dictū erat, uel à discipulis ꝙ cucurrerāt ad
B monumentū, quando eis nunciatū est, quod ablatum inde sit corpus eius. Et ipse quidē Lucas Pe- Luca 24.
trū tantū dicit cucurrisse ad monumētum, & procumbentē uidisse linteamina sola posita, & abijsse secū mirantem quod factum fuerat. Hoc autem de Petro cōmemorat, prius ꝗ narret de his duob. quos inuenit in uia, posteaquam narrauit de mulierib. quæ uiderant angelos, & ab eis audierāt ꝙ resurrexisset Iesus: tanquā tunc Petrus ad monumentū cucurrerit. Sed intelligitur hoc Lucas recapitulando posuisse de Petro. Tunc enim cucurrit Petrus ad monumētum, quando & Ioannes, cum tantūmodo à mulieribus, præcipuè à Maria Mag- Ioan.20.
dalena nūciatū eis fuerat de corpore ablato. Tunc aūt illa nunciauerat, quando uidit lapidem auul-
C sum à monumento: & postea facta sunt hæc de uisione angelorū, atq; ipsius Domini, qui bis numero apparuerat mulieribus, semel ad monumētum, & iterū occurrēs reuertentib. à monumento. Hoc aūt antequā duobus illis in uia uisus fuisset, quorum erat unus Cleophas. Namq; & Cleophas loquens cū dn̄o quem nondū agnoscebat, non Petrum dixit isse ad monumentū: sed abierūt quidā ex nostris, inquit, ad monumentū, & ita inuenerūt sicut mulieres dixerūt. Quod & ipse recapitulando intelligił dixisse, illud scilicet, quod primo mulieres nūciauerāt Petro & Ioāni de ablato corpore dn̄i. Ac per hoc cū ipse Lucas Petrū dixerit cucurrisse ad monumētū, & Cleophā dixisse ipse retulerit, ꝙ quidā eorū ierāt ad monumentū, intel- Luc.24.
D ligił attestari Ioāni, ꝙ duo ierint ad monumentū: sed Petrū solū primo cōmemorauerit, quia illi primitus Maria nunciauerat. Item potest mouere ꝙ Petrū non intrātem, sed procumbentē dixit idem Lucas uidisse sola linteamina, & discessisse mirantem, cum Ioānes dicat se potius ita uidisse, hoc est discipulū illū quem diligebat Iesus, non intrasse in Ioan.20.
monumentū quo prior uenerat, sed cum se inclinasset uidisse posita linteamina: sed & seipsum postea dicit inrasse. Ita & Petrus intelligēdus est primo procūbens uidisse, quod Lucas cōmemorat, Ioannes tacet: post aūt ingressus, sed ingressus tamē anteꝗ Ioānes intraret, ut oēs uerū dixisse sine ulla repugnātia reperiant. Ordo ergo rerū qui esse potuit, queādmodū dn̄s excepto ꝙ iam mulieribus locutus erat, etiā marib. discipulis uisus fuerit,

rit, secundũ testimonia nõ solũ quatuor Euange-
listarũ, sed etiam Pauli Apostoli contexendus & A
demõstrãdus est. Omniũ ergo uirorũ primo appa
ruisse intelligit̃ Petro ex his dũtaxat omnib. quos
Euãgelistæ quatuor & Paulus Apostolus cõme-
morauerũt. Cæterũ si apparuerit alicui eorum pri
usquã Petro, quod omnes tacuerũt, quis uel dice-
re audeat uel negare? Neq; ẽm & Paulus dixit, ap
paruit primo Cephę: sed apparuit, inquit, Cephę,
1.Cor.15 postea duodecim, deinde apparuit plus ꝗ quingẽ
tis fratrib. simul. Sic aũt nõ apparet quibus duode
cim, quemadmodũ nec quibus quingentis. Fieri
ẽm potest ut de turba discipulorũ fuerint isti duo-
decim nescio qui. Nam illos quos Apostolos no-
minauit, nõ iam duodecim, sed undecim diceret,
sicut nõnulli etiã codices habẽt. quod credo per-
turbatos homines emẽdasse, putãtes de illis duo-
decim Apostolis dictũ, qui iam Iuda extincto un
decim erãt. Sed siue illi codices uerius habeãt qui B
undecim habẽt, siue alios quosdã duodecim disci
pulos Paulus uelit intelligi, siue sacratũ illũ nume
rũ etiã in undecim stare uoluerit, q̃a duodenarius
in eis numerus ita mysticus erat, ut nõ posset in lo
cum Iudæ nisi alius, id est, Matthias ad eũ seruãdũ
sacramentũ eiusdẽ numeri subrogari: Quodlibet
ergo eorum sit, nihil inde existit quod ueritati uel
istorum alicui ueracissimo narratori repugnare ui
deat̃: probabiliter tamẽ creditur posteaquam Pe-
tro apparuit, deinde apparuisse istis duobus, quo-
rum erat unus Cleophas, de quibus Lucas totum
Marci 16 narrat. Marcus autẽ breuiter ita perstringit, Post
hæc aũt, inquit, duob. ex eis ambulantibus, osten- C
sus est in alia effigie euntibus in uillam. Castellum
quippe illud nõ absurde accipimus etiã uillã po-
tuisse appellari, quod nũc iam appellat̃ ipsa Beth
leem, quæ ciuitas antea uocitata est: q̃uis nunc sit
honoris amplioris, nomine domini, qui in illa na-
tus est, sic per ecclesias omniũ gentiũ diffamato:
& in codicibus quidem Græcis magis agrũ inue-
nimus ꝗ uillam. Agri aũt nomine nõ castella tan-
tum, uerumetiã municipia & colonię solent uoca
ri extra ciuitatẽ, quæ caput & quasi mater est cęte
rarum, unde metropolis appellat̃. Quod autẽ ait
Marcus, eis in alia effigie dominũ apparuisse: hoc
Lucas dicit, ꝙ eorũ oculi tenebantur ne agnosce-
Luc.24 rent eũ. Oculis quippe eorum acciderat aliquid,
quod ita manere permissum est usq; ad fractionẽ D
panis, certi mysterij causa, ut eis in illo alia ostẽde
ret̃ effigies, & sic eum nõ nisi in fractione panis a-
gnoscerẽt, sicut Luca narrãte monstrat̃. Pro meri
to quippe mentis eorũ adhuc ignorãtis ꝙ oporte
bat Christũ mori & resurgere, simile aliquid eorũ
oculi passi sunt: nõ ueritate fallente, sed ipsis ueri-
tatẽ ꝑcipere nõ ualentibus, & aliud ꝗ res est opi-
nantibus: ne quisq; se Christũ agnouisse arbitret̃,
si eius corporis particeps non est, id est, ecclesiæ,
cuius unitatẽ in sacramẽto panis cõmendat Apo
1.Cor.10 stolus dicens, Vnus panis, unum corpus multi su
mus: ut cũ eis benedictũ panẽ porrigeret, aperirẽ-
tur oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirẽtur
utiq; ad eius cognitionẽ, remoto scilicet impedi-

mento quo tenebant̃ ne eũ agnoscerẽt. Neq; ẽm
A clausis oculis ambulabãt, sed inerat aliquid, q̃ nõ
sinerent̃ agnoscere quod uidebant, quod scilicet
& caligo & aliquis humor efficere solet. Nõ quia Luc.24
dñs nõ poterat trãsformare carnẽ suam, ut alia re-
uera esset effigies ꝗ solebant illi cõtueri, quando
quidem & ante passionẽ suam transformatus est
in monte, ut facies eius claresceret sicut sol. Qua-
le uult ẽm admirabile corpus de qualicũq; corpo
re, uerũ de uero facit, qui de aqua uera uerũ uinũ
fecit: Sed non ita fecerat cũ apparuit illis duobus
in alia effigie. Non ẽm aliter ꝗ erat, sed sicut erat
apparuit eis, quorũm oculi tenebant̃ ne agnosce
rent eum. Non aũt incongruenter accipimus hoc
impedimentũ in oculis eorum à satana factũ fuisse
ne agnosceretur Iesus: sed tamẽ à Christo est facta
permissio usq; ad sacramentum panis: ut unitate
corporis eius participata, remoueri intelligat̃ im-
B pedimentũ inimici, ut Christus possit agnosci. Nã
ipsos esse istos de quibus & Lucas narrat, creden-
dum est, quia dicit ipsos euntes nunciasse cęteris:
sicut Lucas dicit eos surgentes eadẽ hora, regres-
sos esse Hierusalem, & inuenisse congregatos un
decim & eos qui cum ipsis erant, dicentes ꝙ surre
xit dñs uere, & apparuit Simoni: & tũc etiã ipsos
narrasse quæ gesta erant in uia, & quomodo eum
cognouerũt in fractiõe panis. Iam ergo erat fama
quod resurrexerat Iesus ab illis mulieribus facta,
& à Simone Petro cui iã apparuerat. Hoc ẽm isti
duo inuenerũt loquẽtes ad quos in Hierusalẽ ue-
nerunt: fieri itaq; potuit ut timore prius in uia no-
C luerint dicere, ꝙ eum audierãt resurrexisse, quan-
do tantũmodo angelos dixerũt uisos esse mulieri
bus. Ignorãtes ẽm cũ quo loquerent̃, merito pos-
sent esse soliciti ne quid passim de Christi resurrẽ-
ctione iactantes in manus inciderẽt Iudęorũ. Qđ
aũt ait Marcus, Annunciauerunt cæteris, nec illis Mar.16
crediderunt: cum Lucas dicat, quod iam inde lo- Luce 24
quebant̃ uere resurrexisse dominũ, & Simoni ap
paruisse: quid intelligendũ est, nisi aliquos ibi fu-
isse qui hoc nollent credere? Cui autẽ non luceat
prætermisisse Marcũ quæ Lucas narrando expli-
cauit: hoc est, quæ cũ illis locutus fuerit Iesus ante
quam agnoscerẽt eũ, & quomodo eũ in fractione
panis agnouerint? Quandoquidem mox ut dixit
eis apparuisse in alia effigie euntib. in uillam: cõti
D nuo coniũxit: Et illi euntes nunciauerunt cęteris,
nec illis crediderũt. Quasi possent nũciare quẽ nõ
agnouerãt: aut possent agnoscere, quibus alia effi
gies eius apparuerat. Quomodo ergo eũ agnoue
rint, ut nũciare possent, Marcus sine dubio pręter
misit. Quod ideo memorię cõmendandum est, ut
assuescamus aduertere Euãgelistarũ morẽ ita præ
termittentiũ quæ non cõmemorant, & cõiungen
tiũ quæ cõmemorant, ut eis qui usum in hac consi
deratione nõ habẽt, nõ aliũde maxime error oria
tur, quo putẽt eos non sibi cõgruere. Lucas ergo
sequit̃ & dicit: Dum hæc aũt loquunt̃, Iesus stetit Luc.24
in medio eorum, & dixit eis, Pax uobis, ego sum,
nolite timere. Conturbati uero & cõterriti existi-
mabant se spiritũ uidere. Et dixit eis, Quid turbati

estis,& cogitatiões ascendũt in corda uestra? Vi-
dete manus meas et pedes meos,qa ipse ego sum.
Palpate & uidete, quia spiritus carnẽ & ossa non
habet, sicut me uidetis habere. Et cũ hæc dixisset,
ostẽdit eis manus & pedes. Hanc ostensionẽ dñi
post resurrectionẽ intelligit & Ioannes cõmemo
Ioan.20 rare sic loquẽs,Cũ esset ergo sero die illo una sab-
batorũ,& fores essent clausę ubi erãt discipuli cõ-
gregati ,ppter metũ Iudæorũ, uenit Iesus & stetit
in medio,& dixit eis,Pax uobis.Et hoc cũ dixisset
ostendit eis manus & latus.Ac per hoc bis uerbis
Ioãnis possunt coniũgi ea quę Lucas dicit,idẽ aũt
Luc.24 Ioãnes prætermittit. Ita enĩ Lucas sequit,Adhuc
aũt illis nõ credentibus & mirantibus prę gaudio
dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At
illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauũ mellis.
Et cũ manducasset corã eis, sumẽs reliquias dedit
eis. His item uerbis possunt adiũgi quæ Lucas ta-
Ioan.20 cet.Dicit aũt Ioãnes, Gauisi sunt ergo discipuli ui
so domino. Dixit ergo eis iterũ, Pax uobis. Sicut
misit me pater & ego mitto uos. Hoc cũ dixisset,
insufflauit & dixit eis,Accipite spiritũ sanctũ,quo
rũ remiseritis peccata,remittunt eis:& quorũ de-
tinueritis,detẽta sunt. His rursus adiũgamus quæ
Luc.24 Ioannes prætermisit, Lucas cõmemorat: Et dixit
ad eos,Hęc sunt uerba quę locutus sum ad uos cũ
adhuc essem uobiscũ, quoniã necesse est impleri
omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophe-
tis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, ut
intelligerẽt scripturas,& dixit eis,Quoniã sic scri
Psal.18 ptũ est, & sic oportebat Christũ pati & resurgere
à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius
pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ in oẽs gẽtes,
Act.1 incipiẽtib. ab Hierusalẽ. Vos aũt estis testes horũ.
Et ego mittã promissum patris mei in uos, uos au
tem sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtu
te ex alto. Ecce quõ cõmemorauit & Lucas pro-
missionẽ spiritus sancti, quam non inuenimus à
dño factam nisi in Euangelio Ioannis. Quod non
prętereũter aduertendũ est, ut meminerimus quẽ
admodũ sibi Euangelistæ inuicem attestantur:de
quibusdam etiã quæ ipsi non dicunt,& tamen di-
cta nouerũt. Post hæc Lucas quæ gesta sunt oĩa
prętermittit,nec omnino cõmemorat,nisi quãdo
Iesus ascendit in cœlum:atq; id tamen ita coniun-
git quasi hoc sequantur hæc uerba quæ dixit:cum
hoc gestũ sit una sabbatorũ, quo die dominus re-
surrexit,illud aũt quadragesimo die, sicut idẽ ipse
Lucas in Apostolorũ Actibus narrat. Quod autẽ
dicit Ioãnes,non cũ illis fuisse tũc Apostolũ Tho-
mam,cum secundũ Lucam duo illi, quorũ erat u-
nus Cleophas, regressi Hierusalẽ inuenerũt con-
gregatos undecim, & eos qui cũ ipsis erant: pro-
culdubio intelligendũ est q inde Thomas exierit
antequam eis dominus hæc loquentibus appare-
ret.Hinc iam Ioannes aliam commemorat sui de-
monstrationẽ à domino discipulis factã post dies
octo, ubi erat & Thomas qui prius eum nõ uide-
Ioan.20 rat.Et post dies octo,inquit, iterum erãt discipuli
eius intus, & Thomas cum eis: uenit Iesus ianuis
clausis,& stetit in medio,& dixit, Pax uobis. De-

inde dicit Thomæ,Infer digitũ tuum huc, & uide
A manus meas,& affer manũ tuam, & mitte in latus
meũ,et noli esse incredulus sed fidelis.Respondit
Thomas & dixit ei, Dominus meus & deus me-
us.Dixit ei Iesus,Quia uidisti me credidisti. Beati
qui nõ uiderũt & crediderũt.Hanc secundam dñi
uisionẽ erga discipulos factam, id est quam secun
do loco Ioannes cõmemorat,apud Marcũ posse-
mus agnoscere,breuiter eã sicuti assolet perstrin-
gentẽ,nisi moueret quod ibi ait,Nouissime recũ- Mar.16
bentib.illis undecim apparuit: nõ ideo qa Ioãnes
tacuit recũbẽtes,potuit enĩ hoc prętermittere:sed
quia iste dixit,Nouissime: quasi ultra iam non eis
apparuerit, cum adhuc Ioannes tertiã sit eius nar
raturus demonstrationẽ ad mare Tyberiadis. De
inde quod dicit idem Marcus,Exprobrãs illis in- Mar.16
B credulitatẽ illorũ & duritiam cordis, quia his qui
uiderant eũ,resurrexisse non crediderãt: illis uide
licet duobus quibus euntibus in uillam apparuit,
posteaq; resurrexit, & Petro cui primitus eum ap
paruisse apud Lucam uestigatũ est:fortasse & Ma
riæ Magdalenæ & alijs mulieribus quæ cum illa
erant, quando eis & ad monumentũ apparuit,&
inde redeuntibus in itinere occurrit. Nam ita con
texit narrationẽ idem Marcus, cum cõmemoras-
set breuiter de duobus illis quibus apparuit in uil
lam euntibus, qd nũciassent cæteris, nec illis cre-
ditũ esset. Nouissime,inquit, recumbentibus illis
undecim apparuit exprobrãs incredulitatẽ eorũ
& duritiam cordis,quia his qui uiderãt eũ resurre
xisse non crediderant.Quõ ergo nouissime quasi
C iam ultra eũ nõ uiderint? Nouissimũ quippe illud Mar.16
est,q dominũ Apostoli in terra uiderũt, quando
ascendit in cœlum, quod factũ est quadragesimo
die post eius resurrectionem. Nunquidnam tunc
exprobraturus erat q non credidissent eis qui eũ
uiderãt resurrexisse,quando iam & ipsi post resur
rectionẽ totiens eum uiderãt,& maxime ipso die
resurrectionis eius,id est, una sabbati iã circa no-
ctem sicut Lucas Ioannesq; cõmemorant? Rema
net igit ut intelligamus eundẽ diem resurrectio-
nis eius,id est unã sabbati,quãdo eũ post diluculũ
uidit Maria & aliæ cũ illa mulieres:quando etiam
Petrus,quando & illi duo quorũ unus erat Cleo-
phas, quos uidetur etiam idem Marcus cõmemo
re:quãdo apparuit iam circa noctẽ illis undecim,
D præter Thomã,& qui cum eis erant,quãdo eis &
isti quod uiderant narrauerũt: nunc etiam Marcũ
more suo breuiter cõmemorare uoluisse: & ideo
dixisse,nouissime: quia ipso die hoc nouissimum
fuit,iã incipiẽte nocturno tẽpore, posteaq; illi de
castello ubi eũ in fractiõe panis agnouerãt redie-
rũt in Hierusalẽ,& inuenerũt,sicut dicit Lucas,il-
los undecim,& eos q cũ illis erant, iã colloquẽtes Luc.24
de resurrectione dñi,& q uisus fuerit Petro:quib.
& ipsi narrauerũt quod in uia gestum erat,& quõ
eum cognouerint in fractione panis. Sed erãt ibi
utiq; nõ credentes:unde uerũ est quod Marcus di
cit,nec illis crediderunt. His ergo iam,sicut Mar-
cus dicit discumbentibus,& adhuc inde,sicut Lu
cas dicit, loquentibus, stetit in medio eorum do-
minus

minus, & ait illis, Pax uobis: sicut dicunt Lucas &
Ioan.20 Ioannes. Fores autem clausæ erant cũ ad eos intra
uit, quod solus Ioannes cõmemorat. Verbis itaq;
domini quæ tũc eum locutũ esse discipulis, Lucas
Ioannesq; dixerũt, interponitur & illa exprobra-
tio de qua Marcus dicit, ꝙ nõ crediderint eis qui
eum resurrexisse uiderant. Sed hoc rursus mouet,
quomodo discũbẽtibus undecim, dicit apparuis-
se Marcus, si illud tẽpus est diei dominici iam no-
ctis initio, quod Lucas Ioannesq; meminerunt.
Aperte quippe Ioãnes dicit, non cũ eis tunc fuisse
Apostolũ Thomã, quẽ credimus exijsse inde an-
tequã dominus ad eos intraret, posteaq; illi duo
redeuntes de castello, cũ ipsis undecim collocuti
sunt, sicut apud Lucam inueniẽ. Sed Lucas in sua
narratione dat locũ, quo possit intelligi dum hæc
loquerẽtur prius inde exisse Thomã, & postea do
minũ intrasse. Marcus autem qui dicit, Nouissime
Marc.16 recũbentibus illis undecim apparuit, etiã Thomã
illic fuisse cogit fateri. Nisi forte ꝙuis uno absen-
te, undecim tamẽ uoluit appellare, quia eadẽ tunc
Apostolica societas hoc numero nuncupabatur,
antequã Matthias in locũ Iudæ subrogareẽ. Aut
si hoc durũ est sic accipere, illud ergo accipiamus,
post multas demõstrationes eius quib. per dies xl.
discipulis præsentatus est, cum etiã nouissime re-
cumbẽtibus illis undecim apparuisset, id est, ipso
quadragesimo die: & quoniã iam erat ab eis ascen
surus in cœlũ, hoc eis illo die maxime exprobra-
re uoluisse, quia his qui uiderãt eũ resurrexisse nõ
crediderãt, antequã ipsi eũ uiderent: cũ utiq; post
ascensionẽ suã prædicantib. illis Euangeliũ, etiam
gentes quod nõ uiderunt fuerant credituræ. Post
illam quippe exprobrationẽ, secutus ait idẽ Mar-
cus, Et dixit eis, Euntes in mundũ uniuersum, præ
Marc.16 dicate Euangeliũ omni creaturæ, Qui crediderit
& baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non credi
derit cõdemnabiẽ. Hoc ergo prædicaturi, quoniã
qui nõ crediderit cõdemnabiẽ: cũ id utiq; non cre
diderit quod nõ uiderat, nonne ipsi primitus fue-
rant obiurgãdi, ꝙ antequã dominũ uidissent, nõ
crediderũt eis quib. prius apparuisset? Hanc autẽ
nouissimã fuisse corporaliter in terra repræsenta-
tionẽ domini Apostolis, etiã illud admonet ut cre
damus, quod ita sequiẽ idẽ Marcus, Signa autem
eos q crediderint, hæc sequẽtur, In nomine meo
dæmonia eijciẽt, linguis loquenẽ nouis, serpẽtes
tollent, & si mortiferũ quid biberint, nõ eis noce-
bit. Super ægros manus imponent, & bene habe-
bunt, Deinde subiungit, Et dominus quidẽ Iesus
postquã locutus est eis, assumptus est in cœlũ, &
sedit à dextris dei. Illi autẽ profecti, prædicauerũt
ubiq; domino cooperãte, & sermonẽ confirmãte
sequẽtibus signis. Cũ ergo dicit, Et dominus qui-
dem postquã locutus est eis, assumptus est in cœ-
lum: satis uidetur ostendere nouissimũ cũ illis in
terra hunc eum habuisse sermonẽ, quãuis nõ om-
nimodo ad id coarctare uideatur. Non enim ait,
Postquã hæc locutus est eis: sed, postquã locutus
est eis: unde admittit, si necessitas cogeret, nõ istã
fuisse nouissimã locutionẽ, nec istũ fuisse nouissi-
mum diẽ, quo eis in terra præsens fuit, sed ad om-
A nia quæ cũ eis omnib. illis diebus locutus est pos-
se pertinere quod dictum est, Postquã locutus est
eis, assumptus est in cœlũ. Sed quia ea quæ supra Luc.24
diximus, magis suadẽt hunc nouissimũ diẽ fuisse,
ꝙ ut intelligantur undecim, qui Thoma absente
decẽ fuerũt: ideo post hãc locutionẽ quã Marcus
cõmemorat, adiunctis etiã consequẽter illis uer-
bis, uel discipulorũ uel ipsius quæ cõmemorantur
in actibus Apostolorũ, credendũ est assumptum
dominum in cœlũ, quadragesimo scilicet die post
diẽ resurrectionis eius. Ioannes autẽ quãuis fatea- Ioan.21
tur multa se prætermisisse quæ fecit Iesus, uoluit
tamen etiã tertiam eius repræsentationẽ discipu-
lis post resurrectionẽ factã cõmemorare ad mare
Tyberiadis, septẽ scilicet discipulis, Petro, Tho-
B mæ, Nathanaeli, filijs Zebedæi, & alijs duobus
quos nominatim nõ expressit cũ piscarenẽ: quan-
do iussu eius retia mittẽtes in dextrã partẽ, extra-
xerũt magnos pisces, centũ qnquagintatres: quã-
do etiã Petrũ ter interrogauit utrum ab illo amare
tur, & ei pascendas cõmendauit oues suas, & de
eius ipsius passione prędixit, & de ipso Ioãne ait,
Sic eũ uolo manere donec ueniã. Ad hoc Ioãnes
Euangeliũ suum terminauit. Iam nũc quęrendum
est, quando primũ uisus sit à discipulis in Galilęa,
quia & hoc quod tertio narrat Ioãnes, in Galilæa
factum est ad mare Tyberiadis: quod facile uidet
qui recolit illud miraculum de quinq; panibus,
quod ita narrare incipit idẽ Ioãnes, Post hæc abijt
C Iesus trãs mare Galilææ quod est Tyberiadis: ubi
autẽ putari potest primũ à discipulis post resurre-
ctionẽ uideri debuisse, nisi in Galilæa, si recolanẽ
uerba illius angeli, qui secundũ Matthæũ uenien
tibus ad monumẽtũ mulieribus, ita loquitur, No- Matth.28
lite timere uos, scio enim quod Iesum qui crucifi-
xus est quæritis, nõ est hic, surrexit eñ sicut dixit;
Venite & uidete locũ ubi positus erat dominus.
Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit,
& ecce præcedit uos in Galilæã, Ibi eũ uidebitis;
ecce prædixi uobis. Item secundũ Marcũ siue ipse Marci 16
sit angelus siue alius, Nolite inquit, expauescere,
Iesum quæritis Nazarenũ crucifixũ, surrexit non
est hic. Ecce locus ubi posuerũt eũ, Sed ite dicite
discipulis eius & Petro, quia præcedit uos in Ga-
lilæam, Ibi eũ uidebitis, sicut dixit uobis. Hæc uer
D ba ita uidentur consonare, ꝙ Iesus non erat se de
monstraturus post resurrectionem discipulis suis
nisi in Galilæa. Quam demonstrationẽ discipulis
nec ipse Marcus cõmemorauit, qui eum dixit ma
ne prima sabbati apparuisse, primo Mariæ Mag-
dalenæ, & illam nunciasse discipulis ijs qui cũ eo
fuerãt lugentib. & flentibus, illos autẽ non credi-
disse, Post hæc deinde duob. ex his apparuisse eun
tibus in uillã, & illos cæteris nunciasse quod factũ
est, sicut Lucas & Ioãnes coattestantur in Hieru-
salẽ, eodẽ ipso die resurrectionis, iã noctis initio.
Deinde uenit ad illam eius manifestationẽ quam
nouissimã dicit, recũbentibus illis undecim. Post
hanc dicit eum assumptũ in coelum, quod factum
scimus in mõte Oliueti, non lõge ab Hierusalem.

Nusquā igitur cōmemorat Marcus completum,
quod ab angelo prænūciatū esse testat̃. Matthæus
uero nihil aliud dicit, nec ullum aliū locū omnino
commemorat, uel antea uel postea, ubi discipuli
posteaq; resurrexit, uiderint dominū, nisi in Gali-
læa secundū angeli prędictionē. Deniq; cum insi-
nuasset quid ab angelo mulierib. dictum sit, & il-
lis abeūtib. subiecisset, quid de corruptis ad men-
tiendū custodibus gestum sit: cōtinuo tanquā ni-
hil aliud sequeretur, quia & reuera sic erat dictum
Math. 28 ab angelo, Surrexit, & ecce præcedit uos in Gali-
læā, ibi eū uidebitis: ut nihil aliud sequi debuisse
uideat̃, Vndecim autē, inquit, discipuli abierunt
in Galilæam in montē ubi constituerat illis Iesus,
& uidentes eū, adorauerunt: quidā aūt dubitaue-
runt. Et accedēs Iesus locutus est eis, dicens, Data
est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Eūtes
ergo docete omnes gētes, baptizātes eos in nomi
ne patris & filij & spiritussancti, docentes eos ser
uare omnia quæcūq; mandaui uobis. Et ecce ego
uobiscū sum omnib. diebus usq; ad cōsummatio-
nem seculi. Ita Matthæus clausit Euangeliū suum.
Ac per hoc si aliorū cōsideratæ narrationes ad di-
ligentiorem inquisitionē non compellerēt, nihil
aliud arbitraremur nisi dominū post resurrectio-
nem nusquā præter in Galilæa primū esse à disci-
Marci 16 pulis uisum. Item si Marcus de illa prænūciatione
angeli tacuisset, posset cuiquā putari Matthæus
ideo dixisse discipulos abijsse in Galilæam in mō
tem atq; ibi ado[illegible]sse dominū, ut impletū uideret̃
quod ipse per angelū mandatū ac prænunciatum
Lucæ 24 esse narrauerat. Nunc aūt & Lucas & Ioannes sa-
Ioan. 20 tis dilucide manifestantes ipso die resurrectionis
eius uisum esse dominū in Hierusalē à discipulis
suis, unde ita longe est Galilæa, ut uno die ab eis
utrnq; loco uideri nō posset: & Marcus illā quidē
prædictionē angeli similiter narrās, in Galilæa ue
ro uisum à discipulis dominū post resurrectionē
nusquā commemorās: uehementer cogunt quęre
Marc. 16 re quemadmodū dictum sit, Ecce pręcedit uos in
Galilæam, ibi eum uidebitis. Nā & ipse Matthęus
si omnino non diceret, undecim discipulos abijs-
se in montem in Galilæam ubi constituerat eis Ie-
sus, & illic eum uidisse atq; adorasse, nihil ex hac
prædictione cōpletū ad literā putaremus, sed totū
figurata significatione prædictū, Sicut illud secun
Luc. 13 dum Lucā, Ecce hodie & cras eijcio dæmonia, &
sanitates perficio, & tertia die consummor: quod
ad literā certum est nō esse completū. Item si ange
lus dixisset, præcedit uos in Galilęam, ibi primum
eū uidebitis: aut, ibi tantū eum uidebitis: aut, non
nisi ibi eum uidebitis: cæteris Euangelistis Mat-
thęus sine dubio repugnaret. Cū uero dictum est,
Marc. 16 Ecce præcedit uos in Galilęā, ibi eū uidebitis: nec
expressum est quando id futurū esset, utrū primū
antequā alibi ab eis uisus esset: an posteaquā eum
alicubi etiā præterq; in Galilæa uidissent: idq; ip-
sum ꝙ discipulos Matthęus dicit isse in Galilæam
in montē, non exprimit diē nec narrandi ordinē
ita cōtexit, ut necessitatē ingerat nihil aliud intel-
ligendi, ꝙ hoc primitus factum: non aduersatur

quidē narrationibus cæterorum, & dat eis intelli-
A gendis atq; accipiendis locum. Verūtamen ꝙ do-
minus nō ubi primū se demōstraturus erat, sed in
Galilæa, ubi necessario postea uisus est, se uiden-
dum mādauit, & per angelū dicentē, Ecce præce-
dit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis: & per seip-
sum dicens, Ite nunciate fratribus meis ut eant in
Galilæā, ibi me uidebūt: quēuis fidelem facit in-
tentū ad quærendū in quo mysterio dictū intelli-
gat̃. Sed prius cōsiderandū est quādo etiā corpo-
raliter in Galilæa uideri potuerit dicēte Matthęo,
Vndecim aūt discipuli abierūt in Galilæā in mō- Matt. 28
tem ubi cōstituerat illis Iesus, & uidētes eum ado
rauerūt: quidā autem dubitauerūt. Quia enim nō
ipso die quo resurrexit manifestū est, nā in Hieru-
salē uisum esse eo die initio noctis Lucas & Ioan-
B nes apertissime cōsonant, Marcus aūt nō aperte.
Quādo ergo uiderūt dominū in Galilęa? nō secū
dum id quod dicit Ioannes ad mare Tyberiadis: Ioan. 20
tūc enim septē fuerūt, & piscātes inuenti sunt: sed
secūdū id quod dicit Matthęus, ubi erāt undecim
in monte, quo eos secundū prædictionē angeli Ie
sus præcesserat. Nā ita narrare apparet, ꝙ illic eum
repererint, quia utiq; secundū constitutū pręcesse
rat. Nō ergo ipso die quo resurrexit, neq; in conse
quentib. octo diebus, post quos dicit Ioānes disci
pulis apparuisse dominū, ubi eū primo uidit Tho-
mas, qui eū nō uiderat die resurrectionis eius. Nā
utiq; si intra eosdē octo dies eum in mōte Galilęæ
iā illi undecim uiderant, quomodo post octo dies
eum primum uidit Thomas, qui in illis undecim
C fuerat? Nisi quis dicat, non illos undecim qui iam
tunc Apostoli uocabātur, sed discipulos illic un-
decim fuisse, ex multo numero discipulorū? Soli
quippe adhuc uocabātur Apostoli, illi undecim,
sed non soli erāt discipuli. Potest ergo fieri ut non
omnes, sed aliqui eorū ibi fuerint: alij uero disci-
puli cū eis, ita ut undecim cōplerent̃: ac si non ibi
fuisse Thomā, qui post illos dies octo primo dñm
uidit. Marcus quippe quando illos undecim me- Marc. 16
morauit, nō utcunq; undecim, sed illis, inquit, un
decim apparuit. Lucas etiā. Regressi sunt, inquit,
Hierusalē, & inuenerūt congregatos undecim, & Lucæ 24
eos qui cū ipsis erāt, Et iste ostēdit, illos undecim,
hoc est, Apostolos fuisse: Nam cum adiunxit, Et
eos qui cū ipsis erāt: satis utiq; declarauit eminen-
D tius illos undecim appellatos cū quibus erāt cæte
ri, ac per hoc illi intelligūtur qui iam uocabantur
Apostoli. Hoc proinde fieri potuit, ut ex numero
Apostolorū & aliorū discipulorū, undecim disci-
puli cōplerentur qui uiderāt intra illos octo dies
in Galilææ monte Iesum. Sed occurrit aliud quod
obsistat. Ioānes enim quando cōmemorauit non
in mōte ab undecim, sed ad mare Tyberiadis à se-
ptem piscātibus uisum esse dominū, Hoc iam ter-
tio, inquit, manifestatus est Iesus discipulis cum re Ioan. 21
surrexisset à mortuis. Si aūt acceperimus intra il-
los octo dies antequā Thomas eū uidisset ab un-
decim quibusq; discipulis dominū uisum, non erit
hoc ad mare Tyberiadis tertio manifestatū esse,
sed quarto. Quod quidē cauēdū est, ne quis existi
met

met tertio Ioannē dixisse, tanquā tres solæ factæ
fuerint manifestatiões eius. Sed hoc intelligēdus
est ad numerū retulisse dierū, non ad numerum i-
psarum manifestationū, nec cōtinuorū dierū, sed
per interualla, sicut idē ipse testatur. Nā primo i-
pso die resurrectionis suæ, excepto ꝙ à mulierib.
uisus est, id est, quod in Euāgelio claret, ter se ma-
nifestauit, semel Petro, iterū duobus illis quorum
unus erat Cleophas, tertio plurimis iā inde collo
quentib. noctis exordio. Sed hoc totū Ioannes ad
unū diem referēs semel computat: iterum autem,
hoc est, alio die, quādo eū uidit & Thomas: tertiò
uero ad mare Tyberiadis, hoc est, tertio die mani-
festationis eius, non tertia manifestatione. Ac per
hoc post hęc oīa cogimur intelligere factū esse,
ꝙ eū in mōte Galilææ secundū Matthęū discipu-
li undecim uiderunt, quò eos secundū constitutū
præcesserat, ut impleretur etiā ad literā quod &
per angelū & per seipsum dixerat. Inuenimus ita-
que apud quatuor Euāgelistas decies cōmemora
tum Dominū uisum esse ab hominib. post resurre
Ioan. 20. ctionem. Semel ad monumentū mulieribus. Ite-
Matt. 28. rum eisdē tegredientibus à monumēto in itinere.
Luc. 24. Tertiò Petro. Quarto duobus euntibus in castel-
lum. Quinto plurib. in Hierusalem ubi non erat
Ioan. 20. Thomas. Sexto ubi eum uidit Thomas. Septimo
Ioan. 21. ad mare Tyberiadis. Octauo in mōte Galilęæ se-
Matt. 28. cundū Matthæū. Nono quod dicit Marcus, No-
uissimè recūbentibus, quia iam non erant in ter-
Marc. 16. ra cū illo cōuiuaturi. Decimo in ipso die, non iam
in terra, sed eleuatū in nube, cū in cœlum ascende
ret, quod Marcus & Lucas cōmemorāt. Marcus
quidē post illud, ꝙ eis discumbentibus apparuit,
Marc. 16. ita cōtinuans ut diceret: Et Domin⁹ quidē postꝗ̃
locutus est eis, assumptus est in cœlū. Lucas autē
prætermissis omnibus quæ per xl. dies agi ab illo
cū discipulis potuerūt, illi primò diei resurrectio-
nis eius quādo in Hierusalem pluribus apparuit,
cōiungit tacite nouissimū diē quo ascēdit in cœ-
lū, ita narrās, Eduxit aūt illos foras in Bethaniam,
& eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum
Luc. 24. est cum benediceret eis, recessit ab eis, & fereba-
tur in cœlum. Viderūt ergo eum præter quod in
terra uiderant, etiā cum ferretur in cœlū. Totiens
ergo in Euāgelicis libris cōmemoratus est ab ho-
minibus uisus antequā ascendisset in cœlū, in ter-
ra scilicet nonies, & in aere semel ascēdēs. Sed nō
omnia scripta sunt, sicut Ioannes fatetur. Crebra
enim erat eius cum illis conuersatio per dies xl.
priusquā ascenderet in cœlum, non tamen eis per
omnes xl. dies continuos apparuerat. Nam post
diem primum resurrectionis eius, alios octo dies
interuenisse dicit Ioānes, post quos eis rursus ap-
Ioan. 21. paruit. Tertiò autem ad mare Tyberiadis, fortas-
sis cōtinuò consequenti die, nihil enim repugnat:
& deinde quādo uoluit constituēs eis, quod & an
te prædixerat, ut eos in Galilææ montē præcede-
ret: atq; omnino per illos xl. dies quotiens uoluit,
quibus uoluit, quemadmodū uoluit, Sicut Petrus
Act. 10. dicit, quādo cum Cornelio, & ijs qui cum illo fue
rant prædicabat, Qui simul, inquit, manducaui-

A mus & bibimus cum illo posteaquā resurrexit à
mortuis per dies quadraginta: nō ꝙ quotidie per
dies xl. cum ab illo manducassent & bibissent, nā
erit contrariū Ioanni, qui octo illos dies interpo-
suit quibus eis uisus nō est, ut tertiò manifestare-
tur ad mare Tyberiadis. Inde iam etiāsi quotidie
illis uisus & cū illis cōuiuatus est, nihil repugnat.
Et fortasse ideo dictum est, per xl. dies, qui quater
deni sunt in mysterio uel totius mundi uel totius
tēporalis seculi, quia & illi primi decē dies in qui-
bus erāt illi octo dies, à parte totum possunt more
scripturarū non dissone computari. Cōferatur er-
go, & quod ait apostolus Paulus, utrū nihil affe-
rat quæstionis, Resurrexit, inquit, tertio die secun 1. Corin. 15.
dum scripturas, & apparuit Cephæ: non dixit pri
B mo apparuit Cephæ: nam esset contrarium, quod
primò mulierib. apparuisse in Euangelio legitur,
Postea inquit, duodecim quibuslibet qua hora li- Matt. 28.
bet, ipso tamē resurrectionis die: deinde apparuit
plusquā quingentis fratribus simul. Siue isti cum Ioan. 20.
illis undecim erant congregati clausis ostijs pro-
pter metū Iudæorū, unde cum exisset Thomas ue
nit ad eos Iesus: siue post octo illos dies quantoli
bet: nihil habet aduersi. Postea, inqr, apparuit Ia-
cobo, Non tūc autē primo accipere debemus ui-
sum esse Iacobo, sed aliqua propria manifestatio-
ne singulariter. Deinde Apostolis omnibus, Nec
illis tūc primū, sed iā ut familiarius conuersaretur
cum eis usq; ad diē ascēsionis suæ. Nouissimo aūt 1. Cor. 15.
omnium, inquit, quasi abortiuo apparuit & mihi, Act. 9.
C Sed hoc iam de cœlo post non paruū tēpus ascen
sionis suæ. Nunc iam uideamus quod distulera-
mus, cuius mysterij gratia secundùm Matthæum Mat. 28.
& Marcum resurgēs ita mandauerit: Præcedam Mar. 16.
uos in Galilęam, ibi me uidebitis. Quod & si cō-
pletum est, tamen post multa completū est, cū sic
mandatum sit, quanquā sine præiudicio necessi-
tatis, ut aut hoc solum, aut hoc primū expectare-
tur fieri debuisse. Proculdubio ergo quoniā uox
est ista non Euangelistæ narrātis, quod ita factum
sit, sed angeli ex mādato Domini, & ipsius postea
Domini, Euāgelistæ autē narrantis, sed quòd ita
ab angelo & à Domino dictum sit, Prophetice di
ctum accipiendū est. Galilæa namq; interpretatur
uel transmigratio uel reuelatio. Prius itaq; secun-
D dum trāsmigrationis significationem, quid aliud
occurrit intelligendū, Præcedet uos in Galilæam,
ibi eum uidebitis: nisi quia Christi gratia de popu
lo Israel transmigratura erat ad gentes? Quibus
Apostoli prędicantes Euangeliū nullo modo cre
deretur, nisi eis ipse Dominus uiā in cordibus ho-
minū præpararet. Et hoc intelligeretur, præcedet
uos in Galilęā. Quod autē gaudentes mirarentur
diruptis et euictis difficultatibus, aperiri sibi ostiū
in Domino per illuminationē fideliū, hoc intelli-
gitur, ibi eum uidebitis: id est, ibi eius mēbra inue
nietis, ibi uiuum corpus eius in ijs qui uos susce-
perint agnoscetis. Secundum illud autem ꝙ Gali
læa interpretatur, reuelatio, non iā in forma serui
intelligendus est, sed in illa in qua ęqualis est pa-
tri: quā promisit apud Ioannem dilectionem suis,
cum

Ioan.14. cum diceret, Et ego diligā eum, & ostendā mei- A
psum illi, Nō unicq; secundū id q̄d iā uidebant, & q
etiā resurgēs cū cicatricibus, nō solū uidendū, sed
Ioan. 1. etiā tangendū postmodū ostendit, sed secūdū illā
ineffabilem lucē qua illuminat omnē hominē ue-
nientē in hūc mūdū, secūdū quā lucet in tenebris,
& tenebræ eū non cōprehenderūt. Illuc nos præ-
cessit, unde ad nos ueniēs nō recessit, & quò nos
præcedēs nō deseruit. Illa erit reuelatio tāquā uera
Galilęa: cū similes ei erimus, ibi eū uidebimus si-
cuti est. Ipsa erit etiā beatior transmigratio ex isto
seculo in illam ęternitatē, si eius pręcepta sic am-
Mat. 25. plectamur, ut ad eius dexteram segregari merea-
mur. Tunc enim ibunt sinistri in cōbustionē ęter-
nā, iusti aūt in uitā ęternā. Hinc illuc transmigra-
būt, & ibi eū uidebūt, quō non uidēt impij. Tolle- B
tur enim impius ut nō uideat claritatē Dñi: & im-
pij lumen nō uidebunt. Hæc est autem, inquit, ui-
ta æterna ut cognoscāt te unum uerum Deum, &
quem misisti Iesum Christū, sicut in illa æternitate
cognoscetur, quò seruos perducet per formam
serui, ut liberi contemplentur formam Domini.

D. AVRELII AVGVSTINI DE CONSENSV Euangelistarum, Liber IIII.

Prologus. NVNC iam quoniam Matthęi narratio-
nem contextim considerātes, & ei tres
alios conferentes, usq; in finem in nul-
lo eos uel sibi uel inter se repugnare do C
cuimus, Marcum similiter uideamus, ut exceptis
ijs quæ cum Matthæo dixit, de quibus iam quod
differendum uidebatur absoluimus, cætera eius
inspecta atq; collata, nulli eorum repugnare mō-
strentur, usq; ad cœnam Domini. Nam inde iam
omnia omnium quatuor quemadmodum sibi cō-
ueniant usq; in finem considerata tractauimus.

Ex Euangelio Sic ergo incipit Marcus: Initium Euāgelij Iesu
Marci. Cap. I. Christi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia Prophe
ta, &c. usq; ad illud ubi ait, Et ingrediūtur Caper-
naum, & statim Sabbatis ingressus synagogā do-
cebat eos. In hac tota cōtextione omnia superio-
ra cū Matthęo considerata sunt. Hoc aūt Marcus,
quia ingressus Capernaū in synagogā eorū doce-
bat eos Sabbatis, cum Luca dixit: sed nihil habet D
De demonia- quæstionis. Sequitur Marcus & dicit, Et stupe
co. Cap. II. bāt sup doctrina eius: Erat enim docens eos quasi
potestatem habens, & non sicut Scribę. Et erat in
synagogā eorū homo in spiritu immūdo, & excla
mauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene?
uenisti perdere nos, &c. usq; ad eum locū ubi ait,
Et erat prædicās in synagogis eorū, & omni Ga-
lilæa, & dęmonia ejciēs. Et in hoc toto loco quā-
uis sint q̄dā quę cū solo Luca dixit, tamen iam tra
ctata sunt cū Matthęi narrationē cōtinuam tene-
remus, quia in ipsum ordinem sic incurrerāt, ut ea
Luc. 4. prætermittenda nō arbitraret. Sed Lucas de spiri-
tu immūdo ait q sic exierit ab homine, ut nihil ei
noceret. Marcus aūt, Et discerpens eū, inquit, spi-
Mar. 4. ritus immundus, exclamans uoce magna exijt ab

A eo. Potest ergo uideri contrariū, quomodo eū di-
scerpēs, uel sicut aliqui codices habēt, conuexans
eum, cui nihil nocuit secūdū Lucam? Sed & ipse
Lucas, Et cū proiecisset illum, inquit, dæmonium Luc. 4.
in mediū, exiuit ab illo nihilq; ei nocuit. Vnde in-
telligitur hoc dixisse Marcū, cōuexās eum, quod
Lucas cū Proiecisset eum in mediū: nihilq; ei no-
cuit hoc intelligitur, quia illa iactatio membrorū
atq; uexatio non eū debilitauit, sicut solent exire
dęmonia, etiā quibusdam mēbris amota uexatio-
ne elisis. Sequitur idē Marcus: Et uenit ad eum Petrus Cephas.
leprosus deprecans eū, & genuflexo dixit, Si uis, Cap. III.
potes me mūdare, &c. usq; ad illud ubi ait, Et cla-
mabant dicentes, Tu es filius Dei: & uehementer Marc. 1.
cōminabatur eis ne manifestarēt illū. Huic quod
B ultimū posuimus simile aliquid et Lucas dicit, sed Luc. 4.
sine aliqua repugnātiæ quæstione. Sequitur Mar- Marc. 3.
cus: Et ascēdens in montē uocauit ad se quos uo-
luit ipse, & uenerūt ad eū, & fecit ut essent duode-
cim cū illo, & ut mitteret eos prædicare. Et dedit
illis potestatē curādi infirmitates, & ejciendi dę-
monia. Et imposuit Simoni nomē Petrus, &c. usq;
ad illud ubi ait, Et abijt & cœpit prędicare in De- Marc. 5.
capoli quāta sibi fecisset Iesus, & omnes miraban-
tur. De nominib. discipulorū iam & antea me lo-
cutū scio, cū Matthæi sequerer ordinē: & hīc rur-
sus admoneo, ne quisquā putet nūc accepisse no-
men Simonē, ut Petrus uocaretur, & sit contrariū
Ioāni qui longè antè illi dictum esse cōmemorat,
Tu uocaberis Cephas: quod interpretatur Petr⁹. Ioan. 1.
C Ipsa enim uerba Domini cōmemorauit quibus ei
nomē imposuit. Marcus autē hoc loco id recapi-
tulando commemorauit, cū ait, Et imposuit Simo
ni nomen Petrus. Cum enim uellet nomina xij.
Apostolorū enumerare, & necesse haberet Petrū
dicere, breuiter insinuare uoluit q non hoc antea
uocaretur, sed hoc ei Dominus nomē imposuerit:
non tunc, sed quando Ioannes ipsa uerba Domini
posuit. Cętera nihil cuiquā repugnāt & antea iam
pertractata sunt. Sequitur Marcus: Et cū tran- Iesu tacem.
scendisset Iesus in naui rursus trans fretum, conue- Cap. IIII.
nit turba multa ad illum, & erat circa mare, &c.
usq; ad illud ubi ait, Et conuenientes Apostoli ad Marc. 6.
Iesum renunciauerūt illi omnia quæ egerāt & do-
cuerāt. Hoc ultimū dixit cū Luca, in nihilo discor Luc. 8.
D dans, cætera iā antea tractata sunt. Sequitur Mar-
cus. Et ait illis, Venite seorsum in desertū locum,
& requiescite pusillū, &c. usq; ad illud ubi ait, Quā Marc. 7.
to aūt eis pręcipiebat, tanto magis plus prædica-
bāt, & eo amplius admirabant, dicētes, Bene om
nia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. In
his cū Luca Marcus nihil est quod repugnare ui-
deat omnib. Et supiora omnia iā considerauimus,
quādo eos Matthæo cōferebamus. Sed cauendū
est ne quisquā arbitret, hoc quod in ultimo ex E-
uangelio Marci posui, repugnare omnibus, qui
eū alijs eius plerisq; factis & dictis ostēdunt scisse
quid ageretur in hominibus: id est, q eū cogitatio
nes & uolūtates eorū latere nō poterāt: sicut aper
tissimè Ioannes dicit, Ipse aūt Iesus nō credebat se Ioan. 2.
metipsum eis, eo q ipse nosset omēs, & quia opus
ei

ei nō erat, ut quis testimoniū perhiberet de homi
Matth.26 ne: ipse enim sciebat quid esset in homine. Sed
quid mirū si præsentes hominū uoluntates uide-
bat, qui etiā futurā negationē Petro prænūciauit,
quam tūc utiq; nō habebat, quando pro illo uel cū
illo paratū se mori præsumebat? Quæ cū ita sint,
quomodo huic eius tātæ sciētiæ & præsciētiæ nō
Marci 7 est cōtrariū quod Marcus dicit, Præcepit illis ne
cui dicerēt: Quanto aūt eis præcipiebat, tanto ma
gis plus prædicabāt. Si enim sciebat eos, sicut ille
qui notas habebat & præsentes & futuras homi-
num uolūtates, tāto magis prædicaturos, quanto
magis ne prædicarēt eis præcipiebat: ut quid hoc
præcipiebat, nisi quia pigris uolebat ostēdere, quā
to studiosius quātoq; feruentius eū prædicare de-
beāt, quibus iubet ut prædicēt, quādo illi qui pro-
Contrarietas hibebātur, tacere nō poterant. Sequit Marcus. B
exclusa. In illis diebus iterū cū turba multa esset cum Iesu,
Marc.5 nec haberēt quod manducarent, &c. usq; ad illud
Cap.V ubi ait, Respōdit illi Ioannes dicens, Magister, ui-
dimus quendā in nomine tuo eijcientē dæmonia,
qui nō sequitur nobiscum, & prohibuimus eum.
Iesus autem ait, Nolite prohibere eum: Nemo est
enim qui faciat uirtutē in nomine meo, & possit
cito male loqui de me. Qui enim nō est aduersum
Luc.9 uos, pro uobis est. Hoc Lucas similiter narrat, nisi
q; ipse nō dicit. Nemo est enim qui faciat uirtutem
in nomine meo, & possit cito male loqui de me.
Nulla est ergo inter eos quæstio cuiusquam repu-
gnātiæ. Sed uidendū est ne hoc illi sentētiæ dñi pu
Matth.12 tetur contrariū ubi ait, Qui mecū non est, aduer-
Lucæ 11 sum me est: & qui mecū nō colligit, spargit. Quo-
modo enim iste nō erat aduersus eū qui cum illo
non erat, de quo Ioannes suggessit, q; cum illis eū
non sequebatur, si aduersus illum est qui nō est cū
illo: aut si aduersus illum erat, quomodo dicit di-
Marc.5 scipulis, Nolite prohibere, qui enim nō est aduer-
sus uos, pro uobis est. An hoc interesse aliquis di-
cet, quia hic discipulis ait, Qui non est aduersus
uos, pro uobis est. Ibi aūt de seipso locutus est, qui
mecū nō est, aduersus me est: quasi uero possit cū
illo nō esse qui discipulis eius tanq; membris eius
Matth.10 sociatur: alioquin quomodo uerū erit, Qui uos re
Matth.25 cipit, me recipit: Et, quādo uni ex minimis meis fe
cistis, mihi fecistis. Aut potest etiā non esse aduer-
sus eū, qui fuerit aduersus discipulos eius? Nā ubi
Lucæ 10 erit illud, Qui uos spernit me spernit: & quando D
uni ex minimis meis nō fecistis, neq; mihi fecistis.
Act.9 Et Saule Saule qd me persequeris: cū discipulos
eius persequeretur? Sed nimirū hoc uult intelligi,
intantū cū illo nō esse aliquē, inquantū est aduer-
sus illū: & intantū aduersus illū non esse, inquantū
cū illo est. Exēpli gratia, sicut iste ipse qui in nomi
ne Christi uirtutes faciebat, & in societate discipu
lorum Christi nō erat, inquantum operabatur uirtu
tes in illo nomine, intantū cum ipsis erat, & aduer
sus eos nō erat: inquantū uero eorū societati non
adhærebat, intantū cū ipsis non erat, & aduersus
eos erat. Sed quia illi hoc eū facere prohibuerant
in quo cū ipsis erat, dixit eis dominus, Nolite pro
hibere. Illud enim prohibere debuerunt quod extra

eorū erat societatē, ut illi unitatē Ecclesiæ suade-
A rent, nō illud in quo cum illis erat, nomen scilicet
magistri & domini eorū in dæmoniorū expulsio-
ne cōmendans. Sicut catholica ecclesia facit, non
improbans in hæreticis sacramentā cōmunia in
his in quibus nobiscum sunt, & aduersus nos non
sunt: sed improbat & prohibet diuisionē ac sepa-
rationē uel aliquā aduersam paci ueritatiq; senten
tiam: in hoc enim aduersus nos sunt, quia in hoc
nobiscū nō sunt, & nobiscum nō colligunt, & ideo
spargūt. Sequit Marcus & dicit, Quisquis enī De eodem.
potū dederit uobis calicem aquæ in nomine meo, Cap.VI
quia Christi estis, amē dico uobis nō perdet mer- Marci 9
cedē suam. Et quisquis scādalizauerit unum ex his
pusillis credētib. in me, bonū est ei magis si circum
daretur mola asinaria collo eius, & in mare mitte-
B retur. Et si scandalizauerit te manus tua abscide il- Matth.5
lam, Bonū est tibi debilē introire in uitam, q; duas
manus habentem ire in gehennā, ignem inextin-
guibilē, ubi uermis eorū non moritur, & ignis nō
extinguitur: & cætera, usq; ad illud ubi ait, Habe-
te in uobis salem, & pacem habete inter uos. Hæc
Marcus dominū locutū, posteaquam illum qui in
nomine eius eijciebat dæmonia, & cum discipulis
non eū sequebatur uetuit prohiberi, cōtextim cō
memorat, aliqua ponēs quæ nullus alius Euāgeli
starū posuit: aliqua uero quæ Matthæus quoq; po
suit, & aliqua itidem quæ & Matthæus & Lucas. Matth.18
Sed illi ex alijs occasionibus, & in alio ordine re- Lucæ 17
rum, nō hoc loco ubi de illo suggestū est, qui cum
C discipulis Christi non eū sequebatur, & dæmonia in
eius nomine eijciebat. Vnde mihi uidetur etiā hoc
loco dominus secundū Marci fidem ideo dixisse
quæ alijs etiā locis dixit, quia satis pertinebant ad
hāc ipsam eius sententiā, qua uetuit prohiberi uir
tutes in nomine suo fieri, etiā ab illo qui cum disci
pulis eū non sequebatur. Sic enim contexit, Qui Marci 5
enim non est aduersum uos, pro uobis est: Quis- Marc.9
quis enim potū dederit uobis, calicem aquæ in no
mine meo, quia Christi estis, amen dico uobis nō
perdet mercedē suam. Vnde ostēdit etiam illum
de quo Ioānes suggesserat, & unde iste eius sermo
exortus est, q; non ita separabatur à societate di-
scipulorū, ut eam tanquā hæreticus improbaret:
sed sicut solent homines nondū audere Christi su
D scipere sacramēta, & tamen nomini fauere Chri-
stiano, ita ut Christianos etiā suscipiant, & non ob
aliud eis, nisi quia Christiani sunt obsequantur, de
quibus dixit, quòd nō perdunt mercedem suam.
Non quia iam tuti atq; securi sibi debētuideri ex
hac beneuolentia quam erga Christianos habēt,
etiā si Christi baptismo nō abluantur, nec unitati
eius incorporētur: sed quia ita iam dei misericor-
dia gubernētur ut ad eam quoq; perueniant, atq;
ita securi de hoc seculo abscedant. Qui profectò
& priusquā Christianorum numero socientur uti
liores sunt, & ij qui cum iam Christiani appellen-
tur, & Christianis sacramētis imbuti sint, talia sua
dent, ut eos quibus ea persuaserint secum in æter-
nā illam pœnā pertrahāt. Quos membrorum cor
poralium nomine tanquā manū uel oculum scan
dalizantem

Luc.22 dalizantem iubet erui & abscindi à corpore: hoc est, ab ipsa unitatis societate, ut sine his potius A ueniatur ad uitam quam cũ eis eatur in gehennam. Hoc ipso autem separantur à quibus separantur, quod eis mala suadẽtibus, hoc est scãdalizantibus nõ consentitur. Et si quidem omnib. bonis cum quibus eis societas est, etiã de hac puersitate innotescunt, ab omniũ penitus societate, atq; ab ipsa diuinorũ sacramentorũ participatione separantur. Si autẽ quibusdã ita noti sunt, pluribus autem ista eorum est ignota peruersitas, ita tolerandi sunt, sicut ante Matth.13 uentilationẽ paleæ tolerantur in area: ut neq; illis ad iniquitatis cõmunionẽ consentiatur, neq; propter illos bonorum societas deseratur: hoc faciũt qui habent in seipsis salem & pacẽ habẽt inter se.

Cap. VII. Sequitur Marcus, Et inde surgẽs uenit in fines B Iudææ ultra Iordanẽ, & conueniunt iterum turbæ ad eũ, & sicut cõsueuerat iterũ docebat illos &c. Marci 12 usq; ad illud ubi ait, Oẽs enim ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc uero de penuria sua, omnia quæ habuit misit, totũ uictum suum. In hac tota cõtextione omnia superiora considerata sunt, ne quid uiderẽtur habere contrariũ, quando cum Matthæi ordine cæteros cõferebamus. Hoc autẽ de uidua paupercula quę duo minuta misit in gazophylaciũ, duo soli dicũt Marcus & Lucas, sed sine ulla quæstiõe cõcordãt: Hinc iã usq; ad cœnã domini, unde omniũ omnia considerata tractauimus, nõ dicit & Marcus quod cogat eũ alicui cõparari ad inquirendũ, ne quid repugnare uideat.

Ex Euangelio Lucæ. VIII Nunc ergo deinceps Lucæ Euangeliũ ex ordine pertractemus, exceptis eis quæ habet cũ Matthæo Marcoq; communia, quoniã illa iam omnia C Luc.1 petractata sunt. Sic ergo incipit Lucas, Quoniam quidẽ multi conati sunt ordinare narrationẽ quæ in nobis cõpletæ sunt rerum, sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi uiderũt & ministri fuerũt sermonis: uisum est & mihi assecuto à principio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorũ uerborũ de quib. eruditus es ueritatẽ. Hoc principiũ ad Euangelij narrationẽ nondũ pertinet: Admonet aũt ut nouerimus eundem Lucã etiã illum librũ scripsisse, qui actus apostolorum uocatur: non solum quia Theophili nomen etiã illic inest, nã posset fieri, ut & alius aliquis Theophilus esset, & si idem ipse esset ab alio ad illum aliquid scriberet, sicut à Luca Euãgeliũ, sed quia & ibi ita exorsus est, ut diceAct.1 ret, Primũ quidẽ sermonẽ feci de omnib. ò Theo- D phile, quę cœpit Iesus facere & docere, usq; in diẽ quo Apostolos elegit per spiritum sanctum, mandans iussit prædicare Euangelium: dedit intelligi quòd iam scripserit Euãgelij librũ unum ex quatuor, quorũ est in ecclesia sublimis autoritas. Nec ideo quia dixit, de omnibus se fecisse sermonem, quæ cœpit Iesus facere & docere usq; in diem quo mãdauit Apostolis, putari debet omnia scripsisse in Euangelio suo, quæ Iesus cũ Apostolis in terra Ioan.21 uersatus fecit & dixit, ne sit cõtrariũ Ioãni, qui ait, multa alia fecisse Iesum, quæ si scriberent mundũ totum nõ potuisse capere illos libros; Cum etiam constet ab alijs Euãgelistis nõ pauca narrata, quę A Lucas ipse narrãdo nõ attigit, De omnibus ergo Act.1 fecit sermonẽ, eligendo de omnibus unde faceret sermonẽ, quæ iudicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis suæ. Et quod dicit, multos conatos ordinare narrationẽ, quæ in nobis completæ sunt rerũ: uidetur significare nõnullos qui non potuerũt hoc susceptũ munus implere. Ideo autẽ dicit sibi uisum esse ex ordine diligenter scribere, quoniã multi conati sunt: sed eos debemus accipere quorũ in Ecclesia nulla extat autoritas, quia id quod conati sunt, implere minime potuerunt. Iste aũt non solũ usq; ad resurrectionẽ ascẽsionẽq; domini perduxit narrationẽ suam, ut in quatuor autoribus Euãgelicæ scripturæ dignũ labore suo haberet locũ, uerum etiã deinceps quæ per Apo- B stolos gesta sunt, quæ sufficere credidit ad ædificãdam fidem legẽtium uel audientiũ, ita scripsit, ut solus eius liber fidedignus haberetur in ecclesia de Apostolorũ actibus narrantis, reprobatis omnibus qui non ea fide qua oportuit, facta dictaq; Apostolorũ ausi sunt scribere. Eo quippe tẽpore scripserũt Marcus & Lucas, quo non solũ ab Ecclesia Christi, uerum etiã ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt. Sic De captura piscium. Cap. IX ergo narrare Lucas incipit Euangelium. Fuit in Luc.1 dieb. Herodis regis Iudææ, sacerdos quidã nomine Zacharias de uice Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth, &c. usq; ad eum locũ, ubi ait, ut cessauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altũ, & laxate retia uestra in capturam. Lucæ 5 Hoc totũ nõ habet ullam repugnãtiæ quæstionẽ. C Ioãnes quidẽ uidetur simile aliquid dicere, sed illud lõge aliud est, quod factũ est post resurrectio- Ioan.21 nẽ domini ad mare Tyberiadis: Ibi enim non solum ipsum tẽpus ualde diuersum est, sed etiam res ipsa plurimũ distat. Nam retia illic in dexterã partem missa, centum quinquagintatres pisces ceperunt, magnos quidẽ. Sed pertinuit ad Euangelistam dicere, quod cũ tam magni essent, retia non sunt dirupta, respicientẽ scilicet ad hoc factũ, quod Lucas cõmemorat, ubi prę multitudine piscium retia rumpebãtur. Iam cætera similia Ioanni Lucas non dixit, nisi circa domini passionẽ & resurrectionẽ: qui totus locus à cœna ipsius usq; ad finẽ, sic à nobis tractatus est, ut omniũ collatis testimonijs nihil eos dissentire doceremus. Ioannes est reli- Ex Ioanne. X quus, qui iã nõ restat cui conferat. Quicquid enim D singuli dixerũt, quæ ab alijs nõ dicta sunt, difficile est ut habeãt aliquam repugnantię quęstionẽ. Ac per hoc liquido cõstat tres istos, Matthæũ scilicet Apoc.4 Marcũ & Lucã maxime circa humanitatẽ domini nostri Iesu Christi esse uersatos, secundũ quam & rex & sacerdos est. Et ideo Marcus, qui in illo mysterio quatuor animaliũ, hominis uidetur demonstrare personã, uel Matthæi magis comes uidetur, quia cũ illo plura dicit propter regiã personã quę incomitata esse nõ solet, quod in primo libro cõmemoraui, uel quod probabilius intelligitur cũ ambobus incedit. Nã quãuis Matthæo in pluribus, tamẽ in alijs nõnullis Lucæ magis cõgruit:

ut hoc ipso demõstraretur, ad Leonem & ad uitulum, hoc est, & ad regalem quam Mattheus, & ad sacerdotalem quam Lucas insinuat personam, id quod Christus homo est pertinere, quam figuram Marcus gerit pertinẽs ad utrũq;. Diuinitas uero Christi qua æqualis est patri, secundũ q; uerbũ est & deus apud deũ, et uerbum caro factũ est ut habitaret in nobis, secundum q; ipse & pater unũ sunt, à Ioãne maxime cõmendãda suscepta est, qui sicut aquila in his quæ Christus sublimius locutus est immorat, nec in terram quodãmodo nisi raro descẽdit. Deniq; quãuis matrẽ Christi se nosse plane testet, tamẽ nec in eius natiuitate cũ Matthæo & Luca aliquid dicit, nec eius Baptismũ cum tribus cõmemorat, sed tantũmodo ibi testimoniũ Ioannis alte sublimiterq; cõmendans, relictis eis pergit cũ illo ad nuptias in Chanã Galilææ: ubi quãuis ipse Euãgelista matrẽ eius fuisse cõmemoret, ille tamẽ dicit, Quid mihi & tibi est mulier? nõ repellens de aqua suscepit carnẽ, sed suã tũc maxime insinuans diuinitatẽ, aquã conuersurus in uinum, quæ diuinitas illam etiam fœminã fecerat, non in illa facta erat. Inde post paucos dies factos in Capernaum, rediit ad templũ, ubi eum cõmemorat dixisse de tẽplo corporis sui: Soluite templũ hoc & in tribus diebus excitabo illud: ubi maxime insinuat, nõ solũ quia deus erat in tẽplo uerbũ caro factum, uerumetiã quia eandem carnem ipse resuscitauit, nõ utiq; nisi secundũ id quod unum est cũ patre, nec separabiliter operatur: Cũ cæteris locis fortassis omnib. scriptura nõ dicat, nisi q; deus illum suscitauerit: nec alicubi sic expressum est q; cũ deus resuscitarit Christũ, etiam ipse se resuscitauit, quia cũ patre unus deus est, sicut hoc loco ubi ait: Soluite templum hoc & in tribus diebus resuscitabo illud. Inde cum illo Nicodemo q; magna q; diuina locutus est. Inde rursus pergit ad testimoniũ Ioãnis, & cõmendat amicũ sponsi nõ gaudere nisi propter uocẽ spõsi: Vbi admonet animã humanã nõ de seipsa sibi lucere nec beari, nisi incõmutabilis participatione sapiẽtiæ. Inde ad mulierẽ Samaritanam, ubi cõmemoratur aqua unde qui biberit nõ sitiet in æternũ. Inde rursus in Chanam Galilææ ubi fecerat de aqua uinum: ibi eum cõmemorat dixisse regulo, cuius filius infirmabatur, Nisi signa & prodigia uideritis non creditis: usq; adeo super omnia mutabilia uolens mentem credentis attollere, ut nec ipsa miracula, quæ quãuis diuinitus de mutabilitate corporũ fiunt, à fidelibus quæri uelit. Inde Hierosolymam redit, fit sanus triginta octo annorũ languidus. Ex hac occasione quæ dicuntur quãdiu dicũtur: ibi dictũ est, quærebãt eũ Iudæi interficere, quia nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suũ dicebat deum, æqualem se faciẽs deo: ubi satis ostenditur q; non ulitate sicut solent sancti homines dicere, dixerit patrẽ suũ deũ, sed q; ei sit æqualis insinuãs: quippe paulo superius dixerat eis de sabbato calũniantibus, Pater meus usq; modo operat & ego operor: ibi exarserunt: nõ quia patrẽ suũ diceret deũ, sed q; ei æqualis uellet intelligi, dicendo, Pater meus usq; modo operatur & ego operor: Cõsequens esse ostendẽs, ut qñ pater operat & filius operet, quia pater sine filio non operatur. Ibi eñ & paulopost ait, iam illis ob hoc irascẽtibus: Quęcũq; eñ ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Inde tandẽ descẽdit Ioannes ad illos tres cum eodem dño in terra gradientes, ut quinq; panibus quinq; milia pascãtur, ubi tamẽ solus cõmemorat, q; cũ uellent eũ regẽ facere, solus fugit in mõtẽ. Qua in re nihil mihi aliud uidetur animã rationalẽ cõmonere uoluisse, nisi eo se nostræ menti rationiq; regnare quo est in in excelsis, nulla cum hominibus cõmunione naturæ solus, quia unicus patri. Hoc aũt mysterium deorsum repẽtes carnales homines fugit, quia ualde sublime est: unde illos & ipse fugit in montem, quia regnũ eius terreno animo requirebant: unde & alibi dicit, Regnum meũ non est de hoc mũdo. Neq; etiã hoc nisi Ioãnes cõmemorat, uolatu quodãmodo æthereo supereminens terris, & gaudẽs luce solis iustitiæ. Ab illo itidẽ monte post miraculum de quinq; panibus factũ, cũ ijsdem tribus paululũ remoratus, donec mare trãsissent quãdo ambulauit super aquas, cõtinuo rursus se in uerbũ dñi attollit, q; magnũ, q; prolixũ, q; diuinũ, supernum & excelsum, et ex occasione panis exortum, cum dixisset turbis. Amen amẽ dico uobis, quæritis me, nõ quia signa uidistis, sed quia edistis de panibus, & satiasti estis: operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in uitã æternã: & inde iam talia diutissime atq; excellentissime. Tũc ab ista uerbi celsitudine ceciderunt, qui post eum deinceps nõ ambulauerũt, cui sane inhæserũt qui potuerũt intelligere: Spiritus est qui uiuificat, caro aũt nihil prodest: quia utiq; & carni spiritus prodest, & solus spũs prodest, Caro aũt sine spiritu nihil pdest. Deinde suis fratribus, id est cognatis carnis suæ suggerentib. ut ascẽdat ad diem festum quo possit innotescere multitudini, quanta altitudine respõdit, Tempus meũ nondum aduenit, tẽpus aũt uestrum semper est paratum. Nõ potest mundus odisse uos, me aũt odit, quia ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Hoc est ergo, tẽpus uestrũ semper est paratum: quia uos diẽ illum cõcupiscitis, de quo Propheta dicit, Ego aũt non laboraui sub sequens te dñe, & diem hominis non cõcupiui tu scis: hoc est, uolare ad lucem uerbi, & cõcupiscere illũ diẽ quẽ uidere concupiuit Abrahã, uidit & gauisus est. Inde iam ad diẽ festũ cum ascendisset in tẽplum, quæ illũ Ioannes locutum esse cõmemorat, q; mirabilia, q; diuina, q; excelsa: q; ipsi uenire non possent quo esset iturus: q; & ipsum nossent, & unde esse sciret, & esset uerus qui cũ miserit quem illi nescirent: tanq; diceret, & unde sim scitis, & unde sim nescitis: Quo quid aliud uoluit intelligi, nisi secundũ carnẽ notũ se illis esse potuisse & gente & patria, secundũ diuinitatem aũt incognitũ. Ibi etiã de dono spiritussancti locutus, ostẽdit quis esset, quãdo munus altissimũ dare potuisset. Rursus illuc de Oliueti mõte regrediente, quæ & quãta narrat locutũ, post ueniã illi adulteræ datã, quæ uelut lapidãda oblata illi à tentatori-

tatoribus fuerat, quando digito scribebat in terra: tanq̃ illos tales in terra scribendos significaret nō in cœlo, ubi monuit discipulos se scriptos esse gauderēt. Aut q̃ se humiliando, q̃d capitis inclinatiōe mōstrabat, signa in terra faceret: aut q̃ iam tēpus esset ut in terra quæ fructum daret, & nō in lapide sterili, sicut antea, lex eius cōscriberet. Ergo post hæc lucē mūdi se dixit, & qui eum sequeret nō ambulaturū in tenebris, sed habiturū lucē uitæ. Dixit etiā se esse principiū, quod & loqueret eis. Quo nomine utiq; se distinxit ab illa luce quā fecit, tan quā lux per quā facta sunt omnia: ut illud quod se dixerat lucē mundi, nō sic acciperet quēadmodū
Matth.5 discipulis ait, Vos estis lux mundi. Illi enim tanq̃ lucerna quæ nō est ponenda sub modio sed super
Ioan.5 candelabrum, sicut & de Ioāne Baptista, Ille erat, inquit, lucerna lucēs & ardēs: sed ipse sicut princi
Ioan.1 piū, de quo dictum est, Nos omēs de plenitudine eius accepimus, Ibi dixit se filiū esse ueritatē, quæ nisi liberauerit, nemo erit liber. Inde posteaq̃ illuminauit à natiuitate cæcū, ex ipsa occasiōe in pro lixo eius sermone demorat Ioānes, de ouib. & pastore, & ianua, & potestate ponēdi animā suam & iterū sumēdi eam, in quo excellentissimā potestatem suę diuinitatis ostēdit. Inde cū encænia in Hierosolymis fierent, cōmemorat ei dixisse Iudæos, quousq; animā nostrā tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Atq; inde sumpta opportunitate sermonis quæ etiā sublimia dixerit, narrat. Ibi dixit,
Ioan.9 Ego & pater unū sumus. Inde iam resuscitatum ab eo Lazarum prædicat, ubi dixit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: Et omnis qui uiuit & credit in me, non morief in æternū. In quib. uerbis quid nisi altitudinem diuinitatis eius cognoscimus, cuius in æternū participatiōe uiuemus. Inde iterū Ioannes occurrit in Bethania Matthæo & Marco, ubi factū est illud de unguento precioso, quo pedes eius à Maria caputq; perfusum est: atq; hinc deinceps usq; ad passionē & resurrectionē dñi cum tribus Euangelistis Ioānes graditur, in locis eisdē narratione uersante. Cęterū quod ad sermones dñi attinet, nō cessat se attollere in ea quæ ille abhinc etiā sublimiter diuturneq; locutus est. Nam & quādo eū uoluerūt uidere gentiles per Philippū & Andream, habuit excelsum sermonē, quē aliorū Euāgelistarū nullus inseruit. Ibi præclara iterū de luce illumināte & lucis filios faciēte cōmemorat. Deinde in ipsa cœna, de qua Euāgelistarū nullus tacuit, q̃ multa & excelsa uerba eius Ioannes cōmemorat quæ alij tacuerunt: nō solū de cōmendatione humilitatis quādo pedes discipulorū lauit, sed cū expressus per buccellā traditor eius exijsset, remanētibus cū illo undecim, in sermone ipsius mirabiliter stupendo, maximeq; diuturno, idē
Ioan.14 Ioānes immoratus est, ubi dixit, Qui uidet me uidet & patrem: ubi multa locutus est de spiritu sancto paracleto quē missurus eis erat: & de sua clarificatione quā habuit apud patrē priusquā mūdus esset: & q̃ unū nos faceret in se, sicut ipse & pater unum sunt: nō ut ipse & pater & nos unū, sed nos

unū sicut ipsi unum. Multaq; alia mireq; sublimia, A de quibus disserere sicut dignū est, etiā si iam essemus idonei, in hoc tamē opere nō id nos suscepisse quis nō aduertat? Quod alibi fortasse reddendū est, hic certe nō est expetendū. Cōmēdare quippe uolumus amatorib. uerbi dei, & studiosis sanctæ ueritatis, q̃uis eiusdem Christi, qui uerus & uerax est, annūciator atq; prędicator Ioānes in Euāgelio suo fuerit, cuius & cæteri tres qui scripserūt Euangeliū, & cæteri Apostoli, qui nō quidē ipsam narrationē scribendā susceperūt, in ea tamē prædicatione sui officij munus impleuerūt: lōge tamē hūc in Christi altiora subuectū, ab ipso initio libri sui raro fuisse cū cæteris, idest primo circa Iordanē ꝓpter testimoniū Ioānis Baptistæ: inde trans mare Tyberiadis, quādo turbas de quinq; panib. pauit & super aquas ambulauit: tertio in Bethania, ubi B unguēto precioso fidelis fœminę deuotiōe perfusus est: donec inde illis occurreret ad passiōis tempus, quod cū eis erat necessario narraturus: ubi tamen ipsam dominicā cœnā, de qua nullus eorū tacuit, multo opulētius tāq̃ de cellario dñici pectoris ubi discūbere solebat, exhibuit. Ipsum deinde Pilatū uerbis altiorib. percutit, dicēs, regnū suum nō esse de hoc mundo, regemq; se natū, & ad hoc uenisse in hūc mundū ut testimoniū perhibeat ueritati. Mariā quoq; post resurrectionē mystica altitudine uisitās, Noli me, inquit, tāgere: nondum Ioan.20 em ascēdi ad patrē. Discipulis etiā insufflando dedit spūmsanctum, ne ipse spiritus qui trinitati con substantialis & coæternus est, tantūmodo patris esse, nō etiā filij spiritus putaretur. Postremo suas C oues Petro se amāti, eumq; amorem ter confitenti cōmendās, dicit eundē Ioānem sic se uelle manere donec ueniat: ubi etiā mihi uidetur alto docuisse mysterio, istam ipsam Ioānis Euangelicā dispensationem qua in lucē liquidissimā uerbi sublimiter fertur, ubi trinitatis ęqualitas & incōmutabilitas uideri potest, & qua maxime proprietate distat à cęteris homo, cuius susceptione uerbū caro factū est, pspicue cerni cognosciq; nō posse, nisi cū ipse dñs uenerit: ideo sic manebit donec ueniat, manebit aūt nūc in fide credētiū, tūc aūt facie ad faciē cōtēplādū erit, cū apparuerit uita nostra, & nos cum ipso apparebimus in gloria. Quisqs aūt arbitraf, homini uitā istā mortalē adhuc agēti posse cōtingere, ut amoto atq; discusso omni nubilo phantasiarū corporaliū atq; carnaliū serenissima incōmutabilis ueritatis luce potiaf, & mēte penitus à cōsuetudine uitæ huius alienata illi cōstāter & indeclinabiliter hæreat, nec qd quærat, nec qs quærat intelligit. Credat ergo potius sublimi autoritati minimeq; fallaci, quādiu sumus in corpore peregrinari nos à dño, & ambulare p fidē nōdū per speciē: ac sic pseuerāter retinēs atq; custodiēs fidē, spē & charitatē, intēdat in speciē ex pignore qd' accepimus sancti spiritus, qui nos docebit omnem ueritatem, cum deus qui suscitauit Iesum Christum à Rom.4 mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra p 2 Cor.4 inhabitantē spiritum eius in nobis. Prius autem q̃ uiuificetur hoc quod mortuū est propter peccatum

catum, proculdubio corruptibile eſt & aggrauat animã, & ſi quãdo adiuta excedit hãc nebulã qua A tegitur omnis terra: id eſt hãc carnalẽ caliginem, qua tegitur omnis uita terrena, tanq̃ rapida coruſcatiõe perſtringiẽ: & in ſuam infirmitatẽ redit, uiuente deſiderio quo rurſus erigaẽ, nec ſufficiente mũdicia qua figatur. Et quanto quiſq; hoc magis poteſt, tãto maior eſt: quãto aũt minus, tanto minor. Si autẽ nihil adhuc tale mens hominis experta eſt, in qua tamen habitat Chriſtus per fidem, inſtare debet minuẽdis finiẽdisq; cupiditatib. huius ſeculi, moralis uirtutis actione tanq̃ in comitatu trium illorũ Euangeliſtarũ cum mediatore Chriſto ambulãs. Eumq; qui filius dei ſemper eſt, propter nos filium hominis factũ, ut ſempiterna uirtus eius & diuinitas noſtræ infirmitati & mortalitati contemperata de noſtro nobis in ſe, atq; ad ſe B faceret uiam, cum magna ſpei lætitia fideliter teneat. Ne peccet à rege Chriſto regatur. Si forte pec- *1 Ioan. 2* cauerit, ab eodẽ ſacerdote Chriſto expietur, atq; ita in actione bonæ conuerſationis & uitæ nutritus, pennis geminæ dilectionis tanquam duabus alis ualidis euectus à terris, ab eodẽ ipſo Chriſto uerbo illuminetur, uerbo quod in principio erat, & uerbũ apud deum erat, & deus erat uerbũ: Et ſi per ſpeculum & in ænigmate, longe tamen ſublimius ab omni ſimilitudine corporali. Quapropter quãuis in illis tribus actiuæ, in Ioannis autem Euangelio dona contemplatiuæ uirtutis eluceãt eis qui hæc dignoſcere ſunt idonei, tamen & hoc Ioãnis, quoniã ex parte eſt, ſic manebit donec ueniat quod perfectum eſt. Et alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapiẽtiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritũ, alius diẽ domino ſapit, alius de pectore domini liquidius aliquid bibit, alius leuatus uſq; ad tertium cœlum ineffabilia uerba audit, omnes tamẽ quandiu ſunt in corpore peregrinantur à domino, & omnibus bonę ſpei fidelibus in libro uitæ ſcriptis ſeruatur quod dictum eſt, Et *Ioan. 14* ego diligã eum, & oſtendã meipſum illi: ueruntamen in hac peregrinatiõe quantũ in rei huius intelligentia uel ſciẽtia quiſq; profecerit, tãto magis caueat diabolica uitia, ſuperbiã & inuidentiã. Meminerit hoc ipſum Euangeliũ Ioãnis q̃ multo amplius erigit ad cõtemplationẽ ueritatis, tam multo amplius præcipere de dulcedine charitatis. Et quia illud præceptũ uerisſimũ ac ſaluberrimũ eſt, quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, qui Euãgeliſta Chriſtũ longe cæteris altius commendat, apud eum diſcipulis pedes lauat.

AD LECTOREM DE OPERE SEQVENTI

Agnoſcit quidem hoc opus Auguſtinus, mihi tamen uidetur à ſtudioſo quopiam ex omnibus illius libris collectum, in quod congeſtum eſt ſi quid haberetur argutius diſſertũ. Huic ſtudio fauens Auguſtinus recognouit, & quædam elimauit. Hanc coniecturã nõ omnino ſomnium eſſe declarat illud, quòd q. XII. habet fragmentũ ex Fontei libris decerptum. Et cap. XXXI. habet locum ex ſecundo M. Tullij de inuentione libro deſcriptum. Sunt autem & alia quæ mihi non uidentur per omnia ſapere phraſim Auguſtini. Ad hæc erant quædam confuſa, uel huc tranſlata ex quæſtionibus Euangeliorum, uel hic illò tranſmiſſa. Poſtremo multa ſunt, quæ non habent ullam ſpeciem quæſtionis, niſi quod quicquid doceri poteſt, idem & quæri poteſt: Ita tot naſcentur quæſtiones, quot ſunt ſententiæ, ſiue proloquia. Ipſum tamen opus eruditum eſt & lectu dignum.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE DIVERSIS QVAESTIONIBVS OCTOGINTATRIBVS.

Vtrum anima à ſeipſa ſit. q. I

OMNE uerum à ueritate uerũ eſt, & omis anima eo anima eſt quo uera anima eſt. Omnis igitur anima à ueritate habet ut omnino anima ſit. Aliud aũt anima eſt, aliud ueritas. Nam ueritas falſitatem nunq̃ patitur, anima uero ſępe fallitur. Non igitur cũ à ueritate anima eſt, à ſe- D ipſa eſt. Eſt aũt ueritas deus, deum igitur habet autorem ut ſit anima.

De libero arbitrio. q. II

Omne quod ſit, ei à quo ſit par eſſe nõ poteſt. Alioquin iuſtitia, quæ ſua cuiq; tribuere debet, de reb. auferaẽ neceſſe eſt. Hominem ergo deus cũ fecit quanq̃ optimũ fecerit, nõ *Gen. 1* tamẽ id fecit quod erat ipſe. Melior aũt homo eſt qui uolũtate q̃ qui neceſſitate bonus eſt. Voluntas igiẽ libera dãda homini fuit.

Vtrũ deo autore ſit homo deterior. q. III

Nullo ſapiente homine autore ſit homo deterior. Nõ enim parua iſta culpa eſt, imò tanta eſt quæ in ſapientẽ quãuis hominẽ cadere nequeat. Eſt aũt deus omni homine ſapiẽte præſtantior. Multo minus igiẽ deo autore ſit homo deterior. Multo enim præſtantior dei uolũtas q̃ hominis ſapiẽtis eſt. Illo aũt autore cum diciẽ, illo uolẽte dicitur. Eſt ergo uitiũ uoluntatis quo eſt homo deterior, quod uitium ſi longe abeſt à dei uolũtate, ut ratio docet, in quo ſit quęrendũ eſt.

Quæ ſit cauſa ut homo ſit deterior. q. IIII

Vt ſit homo deterior aut in ipſo cauſa eſt, aut in alio aliquo, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla cauſa eſt. Aut ſi ita accipiẽ in nihilo, q̃ homo ex nihilo factus eſt uel ex ijs quæ ex nihilo facta ſunt, rurſum in ipſo erit cauſa, q̃ eius quaſi materies eſt nihilũ. Si in alio aliquo: utrum in deo, an in quolibet alio homine, an in eo qđ neq; deus, neq; homo ſit. Sed nõ in deo, bonorũ enim deus cauſa eſt. Si ergo in homine, aut ui, aut ſuaſione. Sed ui nullo modo, ne ſit deo ualentior. Siquidẽ deus ita optime hominẽ fecit, ut ſi uellet manere optimus nullo reſiſtente impediretẽ. Suaſione autẽ alterius hominis ſi cõcedimus hominẽ deprauari, rurſum quærẽdũ erit, ſuaſor ipſe à quo deprauatus ſit: Nõ enim poteſt prauus nõ eſſe taliũ ſuaſor. Reſtat neſcio quid, q̃ nec deus, nec homo ſit, ſed tamẽ hoc quicqđ eſt, aut uim intulit, aut ſuaſit: De ui hoc reſpondetur quod ſupra. De ſuaſione aũt quicquid eſt, quia ſuaſio nõ cogit inuitũ, ad eiuſdẽ hominis

uoluntatē causa deprauationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadēte deprauatus sit.

Vtrū animal irrationale beatum esse possit. q. V De malo. q. VI 1 Cor. 2

Animal quod caret ratiōe, caret scientia. Nullū aūt animal quod sciētia caret beatū esse potest. Nō igit̃ cadit in animalia ratiōis expertia ut beata sint. Omne q̄d est, aut est corporeū, aut incorporeū. Corporeum sensibili, incorporeū aūt intelligibili specie cōtinetur. Oṁe igit̃ quod est, sine aliqua specie non est. Vbi aūt aliqua species, necessario est aliqs modus, et modus aliquid boni est. Summū ergo malū nullum modū habet, caret em̃ omni bono. Nō est igit̃, quia nulla specie cōtinetur, totūq; hoc nomē mali de speciei priuatione repertum est.

Quæ proprie in animante anima dicatur q. VII

Anima aliquando ita dicitur, ut cū mēte intelligat̃, uelut cum dicimus hominē ex anima & corpore cōstare: Aliquādo ita ut excepta mēte dicat̃. Sed cū excepta mēte dicit̃, ex ijs operib. intelligit̃ quę habemus cum bestijs cōmunia. Bestiæ nanq; carent ratiōe, quæ mētis semper est propria.

Vtrum per se anima moueatur. q. VIII

Moueri per se animā sentit, qui sentit in se esse uoluntatē, Nā si uolumus, nō alius de nobis uult. Et iste motus animæ spontaneus est, hoc enim ei tributū est à deo: Qui tamē motus, nō de loco in locū est tanq; corporis: Localiter em̃ moueri corporis propriū est. Et cū anima uolūtate, id est, illo motu qui localis nō est, corpus suū tamē localiter mouet, nō ex eodem mōstrat̃ & ipsa localiter moueri. Sicut uidemus à cardine moueri aliquid per magnū spatium loci, & tamē ipsum cardinē, siquidē impartilis sit, nō moueri loco.

Vtrum corporeis sensib. ueritas percipi possit. q. IX

Oṁe quod corporeus sensus attingit, quod & sensibile dicit̃, sine ulla intermissione temporis cōmutatur: uelut cum capilli capitis nostri crescunt, uel corpus uergit in senectutē, aut in iuuenta efflorescit, perpetuo id fit, nec omnino intermittit fieri. Quod aūt non manet, percipi non potest, illud em̃ percipitur quod sciētia cōprehenditur. Cōprehēdi aūt non potest quod sine intermissione mutat̃. Nō est igitur expectāda syncerita ueritatis à sensib. corporis. Sed ne quis dicat esse aliqua sensibilia eodē modo semper manētia, & quæstionē nobis de sole atq; stellis afferat, in quib. facile cōuinci nō potest, illud certe nemo est qui nō cogatur fateri, nihil esse sensibile quod nō habeat simile falso, ita ut internosci non possit. Nam ut alia prætermittā, omnia quæ per corpus sentimus, etiā cū ea nō assunt sēsibus, imagines tamen eorū patimur tanq; prorsus assint, uel in somno, uel in furore. Quod cū patimur omnino utrū ea ipsis sensib. sentiamus, aut imagines sensibiliū sint discernere nō ualemus. Si igit̃ sunt imagines sensibiliū falsę quę discerni ipsis sensib. nequeunt, & nihil percipi potest, nisi quod à falso discernit̃, nō est cōstitutū iudiciū ueritatis in sensibus, quāobrē saluberrime admonemur auerti ab hoc mundo, qui ꝑfecto corporeus est & sensibilis, & ad deum, id est, ueritatē, qui intellectu & interiore mēte capit̃, quę semper manet & eiusdē modi est, quæ nō habet imaginē falsi, à qua discerni nō possit, tota alacritate cōuerti.

Vtrum corpus à deo sit. q. X Iacobi 1

Omne bonū à deo. Omne speciosum bonū, in quantū speciosum est. Et oṁe q̄d species cōtinet speciosum est. Omne aūt corpus ut corpus sit, specie aliqua cōtinet̃. Oṁe igit̃ A corpus à deo.

Quare Christus de fœmina natus sit. q. XI Luc. 1

Deus cū liberat, nō partē aliquā liberat, sed totū liberat, q̄d forte in periculo est. Sapientia ergo & uirtus dei, q dicit̃ unigenitus filius, homine suscepto liberationē hominis indicauit. Hominis aūt liberatio in utroq; sexu debuit apparere. Ergo qa uirū oportebat suscipere, q sexus honorabilior est, cōsequēs erat ut fęminei sexus liberatio hinc appareret, q̄ ille uir de fęmina natus est.

1 Retr. ca. 26 Sententia cuiusdā sapiētis q. XII FONTEI

Agite ô inq̄t miseri mortales, hoc agite ne unq; polluat hoc domiciliū malignus spūs, ne sensibus immixtus incestet animæ sanctitatē lucēq; mētis obnubilet. Serpit hoc malū per oēs aditus sensuales, dat se figuris, accōmodat colorib. adhęret sonis, latet in ira, in fallacia sermōis, odorib. se subijcit, infundit saporib. ac turbidi motus illuuie tene B brosis affectiōib. tenebrat sensus, quibusdā nebulis implet oēs meatus intelligētiæ, ꝑ quos expādere lumē rationis radius mētis solet. Et qa radius ętherææ lucis est, in eoq; speculū diuinæ pręsentię, in hoc em̃ deus, in hoc uolūtas innoxia, in hoc recte facti meritū relucet, deus ubiq; pręsēs est. Tūc aūt unicuiq; nostrū simul est, cū mētis nostrę illibata puritas in eius pręsentia se esse putauerit. Vt em̃ uisus oculorū si fuerit uitiatus, q̄cquid uidere non potuerit, adesse nō putat: frustra em̃ circūstat oculos præsens imago rerū, si oculis integritas desit: Ita etiā deus q nusq; deest, frustra pollutis animis præsens est, quem uidere mētis cæcitas nō potest

Quo documento cōstet homines bestijs antecellere. q. XIII

Inter multa quib. ostēdi potest, hominē ratione bestijs antecellere, hoc omnib. manifestū est q̄ be C luæ ab hominib. doman & māsuefieri possunt, homines à beluis nullo modo.

Non fuisse corpus domini nostri Iesu Christi phantasma q. XIIII

Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus. Et si fallit, ueritas nō est: Est aūt ueritas Christus: Nō igit̃ phātasma fuit corpus eius.

De intellectu. q. XV

Oṁe q̄d se intelligit, cōprehendit se. Quod aūt se cōprehēdit, finitū est sibi. Et intellectus intelligit se: Ergo finitus est sibi. Nec infinitus esse uult, q̄uis possit, qa notus sibi esse uult, amat em̃ se.

De filio dei q. XVI

Deus omniū quę sunt causa est. Q̄d aūt omniū rerū causa est, etiā sapiētię suę causa est: Nec unq; deus sine sapiētia sua: Igit̃ sempiternę sapientiæ suæ causa est sempiterna: nec tēpore prior est q̄ sua sapiētia. Deinde si patrē sempiternū esse inest deo, nec fuit aliquādo nō pater, nunq; sine filio fuit.

De scietia dei q. XVII

Omne præteritū iam nō est: Omne futu D rum nondū est. Omne igitur & præteritū & futurum deest: Apud eum aūt nihil deest, nec præteritum igitur nec futurū, sed oṁe præsens est apud deum.

De trinitate q. XVIII

Omne quod est, aliud est quo cōstat, aliud quo discernit̃, aliud quo cōgruit. Vniuersa igit̃ creatura si & est quoquo modo, et ab eo quod omnino nihil est plurimū distat, & suis partibus sibimet cōgruit, causam quoq; eius trinam esse oportet, qua sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. Creaturæ autē causam, id est autorē deum dicimus. Oportet ergo esse trinitatē qua nihil pręstantius, intelligentius & beatius inuenire perfecta ratio pōt. Ideoq; etiam cum ueritas quæritur, plusquam tria genera quæstionum esse non possunt, utrū omnino sit, utrum hoc an aliud sit, utrum approbandū improbandumue

bandumue

De loco dei. q.XIX bandumúe sit. Quod incõmutabile est, æternũ est, semper eñ eiusdẽ modi est. Quod aũt cõmutabile est, tẽpori obnoxiũ est: Nõ eñ semper eiusdẽ modi est, & ideo æternũ nõ recte dicit, Quod eñ mutatur, nõ manet: qđ nõ manet, nõ est ęternum. Idq; inter mortale & ęternũ interest, quomẽ æternũ immortale est, nõ omne immortale satis subtiliter æternũ dicit: quia etsi semp aliquid uiuat, tamẽ si mutabilitatẽ patiat, nõ proprie ęternũ appellat, quia nõ semper eiusdẽ modi est: quuis immortale,
Deu. 7 quia semper uiuit, recte dici possit. Vocat aũt ęternũ interdũ etiã quod immortale est. Illud uero qđ & mutationẽ patit & animæ præsentia cũ anima nõ sit uiuere dicit, neq; immortale ullo modo & multo minus æternũ intelligi põt. Æternũ eñ cũ proprie dicit, neq; quicquã pręteritũ quasi transierit, neq; quicq; futurũ quasi nondũ sit, sed quicqd
De loco dei. q.XX est, tantũmodo est. Deus non alicubi est. Quod eñ alicubi est, cõtinet loco: Quod cõtinet loco, corpus est. Deus aũt nõ est corpus: Nõ igit alicubi est: & tamẽ quia est, & in loco nõ est, in illo sunt potius omnia q̃ ipse alicubi: nec tñ ita in illo ut ipse sit locus. Locus eñ in spatio est quod lõgitudine & latitudine & altitudine corporis occupat, nec deus tale aliquid est. Et omnia igit in ipso sunt, &
Psal. 5 locus nõ est: Locus tamẽ dei abusiue dicit tẽplum dei, nõ q eo cõtineatur, sed q ei pręsens sit. Id aũt
Vtrũ deus autor mali nõ sit q.XXI nihil melius q̃ anima mũda intelligit. Quisquis omniũ quæ sunt autor est, & ad cuius bonitatẽ id tantũ pertinet ut sit omne quod est, non esse ad eũ pertinere nullo pacto potest. Omne aũt quod deficit, ab eo quod est esse deficit, et tendit in nõ esse. Esse aũt & in nullo deficere bonũ est, & malũ est deficere, At ille ad quẽ non esse non pertinet, non est causa deficiẽdi, id est tendendi ad nõ esse: quia ut ita dicã, essendi causa est. Boni igitur tantũmodo causa est, & propterea ipse summũ bonum est. Quocirca mali autor nõ est, qui omniũ quæ sunt autor est, quia in quantũ sunt, in tãtum bona sunt.

Deũ non pati necessitatem q.XXII Vbi nulla indigentia, nulla necessitas: Vbi nullus defectus, nulla indigẽtia. Nullus aũt defectus
De patre & filio. q.XXIII in deo, nulla ergo necessitas. Omne castum castitate castum est, & omne æternũ æternitate æternum est, & omne pulchrũ pulchritudine, & omne bonũ bonitate: ergo & omẽ sapiẽs sapientia; & omne simile similitudine. Sed duob. modis castũ castitate dicitur, uel q eam gignat, ut ea sit castum castitate quã gignit, & cui principiũ atq; causa est ut sit. Aliter aũt ut participatione castitatis quidq; castum est, quod potest aliquãdo esse nõ castum, atq; ita de cæteris intelligendũ est. Nam & anima æternitatẽ uel intelligit uel creditur cõsequi, sed æterna æternitatis participatione fit. Nõ aũt ita æternus deus, sed q ipsius ęternitatis est autor. Hoc & de pulchritudine & de bonitate licet intelligi. Quãobrem cũ sapiens deus dicitur, & ea sapiẽtia sapiens dicitur, sine qua eũ uel fuisse aliquãdo, uel esse posse nepbas est credere, nõ participatione sapientiæ sapiens dicitur, sicuti anima, quæ & esse, & non esse sapiens potest, sed q ipse eam genuerit qua sapiens dicitur sapientiam. Item illa quæ

participatione sunt, uel casta, uel æterna, uel pul-
A chra, uel bona, uel sapiẽtia, recipiunt, ut dictũ est, ut possint nec casta esse, nec æterna, nec pulchra, nec bona, nec sapiẽtia. At ipsa castitas, æternitas, pulcbritudo, bonitas, sapiẽtia, nullo modo recipiunt aut corruptionẽ, aut ut ita dicã tẽporalitatem aut turpitudinẽ, aut malitiã. Ergo etiã illa quæ participatione similia sunt, recipiunt dissimilitudinẽ. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit, ut cum similitudo patris filius dicitur, quia eius participatione similia sunt quæcũq; sunt uel inter se uel deo similia, ipsa est eñ species prima, qua sunt, ut ita dicã, speciata, & forma qua formata sunt omnia, ex nulla parte patri potest esse dissimilis. Idẽ igit quod pater: ita ut iste filius sit, ille pater: id est iste similitudo, ille
B cuius similitudo est: iste substãtia, ille substãtia, ex quo una substãtia. Nã si nõ una est, recipit dissimilitudinẽ similitudo, q̃d fieri posse omis uerissima negat ratio. Quicqd casu fit, temere fit. Quicquid temere fit, nõ fit ꝓuidentia. Si ergo casu aliqua fiũt in mũdo, nõ prouidẽtia uniuersus mũdus administrat. Si nõ prouidentia uniuersus mũdus administrat, est ergo aliqua natura atq; substantia quæ ad opus ꝓuidentiæ nõ pertinet. Omne autẽ quod est, in quantũ est, bonũ est. Summe eñ est illud bonũ, cuius participatione sunt bona cætera Et omne q̃d mutabile est, nõ per seipsum, sed boni immutabilis participatione inquantũ est, bonũ est. Porrò illud bonũ, cuius participatiõe sunt bona cætera quæcunq; sunt, nõ per aliud, sed per seipsum bonũ est, quã diuinã etiam ꝓuidẽtiã uoca-
C mus. Nihil igit casu fit in mũdo. Hoc cõstituto, cõsequens uidet, ut quicquid in mũdo gerit, partim diuinitus gerat, partim nostra uolũtate. Deus eñ quouis bomine optimo & iustissimo longe atq; incõparabiliter melior & iustior est. Iustus aũt regens & gubernãs uniuersa, nullã pœnã cuiq; sinit immerito infligi, nullũ pręmiũ immerito dari. Meritum aũt pœnæ, peccatũ, & meritũ præmij, recte factũ est. Nec peccatũ aũt nec recte factum imputari cuiq; iuste potest, qui nihil fecerit ꝓpria uolũtate. Est igitur & peccatũ & recte factũ in libero uoluntatis arbitrio. Sapientia dei bominem, ad exemplũ quo recte uiueremus, suscepit. Pertinet
D aũt ad uitam rectã, ea quæ nõ sunt metuenda non metuere. Mors aũt metuenda nõ est: Oportuit ergo idipsum illius hominis, quẽ dei sapiẽtia suscepit morte mõstrari. Sunt aũt homines qui quãuis mortẽ ipsam nõ timeãt, genus tamen aliquod ipsius mortis horrescunt. Nihilominus autẽ ut ipsa mors metuẽda nõ est, ita etiã nullũ genus mortis bene & recte uiuẽti bomini metuẽdũ est. Nihilominus igitur hoc quoq; illius hominis cruce ostẽdendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidolosius.

Vtrum peccatum & recte factum in libero fit uoluntatis arbitrio. q.XXIIII

De cruce Christi. q.XXV

Alia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est uirtuti, imperitia contraria est sapientiæ, malitia contraria est bonitati. Quisquis igitur nouit quid sit uirtus & sapientia dei, potest existimare quę sint peccata ue-

De differentia peccatorum. q.XXVI

nialia. Et quisq; nouit quid sit bonitas dei, potest
existimare quib. peccatis certa pœna debeatur &
hic & in futuro seculo. Quib. bene tractatis, ꝓba-
biliter iudicari potest, qui nõ sint cogẽdi ad pœni
tẽtiã luctuosam & lamẽtabilẽ, ꝙuis peccata fate-
anť: & quib. nulla om̃ino speranda sit salus, nisi sa
crificiũ obtulerint deo, spũm cõtribulatũ per pœ-
De prouidentia. q. XXVII nitẽtiã. Fieri põt ut per malũ hominẽ diuina ꝓ-
uidentia, & puniat, & opituleť. Nã Iudęorũ impie
tas, & Iudęos supplãtauit, & gẽtib. saluti fuit. Item
fieri põt ut diuina prouidẽtia ꝑ hominẽ bonũ &
2 Cor. 2 dãnet & adiuuet, sicut ait Apost. Alijs sumus odor
uitæ in uitã, alijs aũt odor mortis in mortẽ. Sed cũ
om̃is tribulatio, aut pœna impiorũ sit, aut exerci-
tatio iustorũ, quia eadẽ tribula & paleas cõcidit &
frumẽta à paleis exuit, unde tribulatio nomẽ ac-
cepit: rursus cũ pax & quies à molestijs tẽporalib.
& bonos lucreť, & corrũpat malos: om̃ia hæc diui
na ꝓuidẽtia ꝓ meritis moderať animarũ: sed tñ nõ
sibi eligũt boni ministeriũ tribulationis, nec mali
amãt pacẽ. Quare ipsi quoq; per quos id agit qđ
ignorãt, nõ iustitiæ quę referť ad deũ, sed maleuo-
lentię suæ mercedẽ accipiũt. Quẽadmodũ nec bo
nis imputať: ꝙ ipsis ꝓdesse uolẽtib. noceť alicui,
sed bono animo beneuolentię præmiũ tribuiť, Ita
etiã cætera creatura ꝓ meritis animatũ rationaliũ
uel sentitur uel latet, uel molesta uel cõmoda est.
Sũmo em̃ deo cũcta bene administrãte quæ fecit,
nihil inordinatũ in uniuerso, nihilq; iniustũ est, si-
ue scientib. siue nesciẽtib. nobis: sed in parte offen
ditur anima peccatrix: tamẽ quia ꝓ meritis ibi est,
ubi talẽ esse decet, & ea patiť quæ talẽ pati æquũ
est, uniuersum regnũ dei nulla sui fœditate defor-
mat. Quãobrẽ qm̃ non om̃ia nouimus quæ de no
bis bene agit ordo diuinus, in sola bona uolũtate
secundũ legẽ agimus, in cæteris aũt secundũ legẽ
agimur, cũ lex ipsa incõmutabilis maneat et om̃ia
mutabilia pulcherrima gubernatiõe moderetur.
Luc. 2 Gloria igiť in altissimis deo, & in terra pax homi-
Quare deus mundũ facere uoluerit. q. XXVIII nibus bonæ uolũtatis. Qui quærit quare uolue
rit deus mũdũ facere, causam quęrit uolũtatis dei.
Sed om̃is causa efficiens est: Omne aũt efficiens
maius est ꝙ id quod efficiť: Nihil aũt maius est uo
luntate dei: Non ergo eius causa quærenda est.
Vtrũ aliquid sit sursum aut deorsum in uniuerso. q. XXIX Quæ sursum sunt sapite. Ea quæ sursum sunt sa-
pere iubemur, spiritalia scilicet, quæ non locis &
partib. huius mũdi sursum esse intelligenda sunt,
sed merito excellẽtiæ suæ, ne in eius mũdi parte fi
gamus animũ nostrũ quo uniuerso nos debemus
exuere. Sursum em̃ aut deorsũ in huius mũdi par-
tibus est. Nã uniuersus nec ipse habet sursum aut
deorsum: Corporeus est em̃, qa omne uisibile cor
poreũ est. Nihil aũt in uniuerso corpore sursũ aut
deorsum est. Cũ em̃ in sex partes motus fieri uidea
tur, qui rectus diciť, id est qui circularis nõ est, in
anteriora & posteriora, in dexteriora & sinisterio
ra, in supiora & inferiora, nulla om̃nino ratio est,
cur uniuerso corpori ante ac post nihil sit, et dexte
ra ac leua, sit aũt sursum ac deorsum. Sed eo cõside
rantes decipiunť ꝙ sensib. & cõsuetudini difficile
obsistiť. Nõ em̃ tam facilis est nobis cõuersio cor-
poris, quæ fit, si quis capite deorsum moueri uelit,
A ꝙ facilis est à dextra in leuã, uel ab anteriore in po
steriorẽ partẽ. Quãobrẽ remotis uerbis secũ ani-
mo satagendũ est, ut hoc cernere ualeat.. Vt in- Vtrum omnia in utilitatẽ hominis creata sint. q. XXX
ter honestũ & utile interest, ita & inter fruendũ &
utendũ. Quanq; em̃ omne honestũ utile, & omne
utile honestũ esse, subtiliter defendi queat, tamen
quia magis proprie atq; usitatius honestũ dicitur,
quod propter seipsum expetendũ est, utile aũt ꝙd
ad aliud aliquid referendũ est: secundũ hanc diffe-
rentiã nunc loquimur, illud sanè custodientes, ut
honestũ & utile nullo modo sibimet aduersentur.
Aduersari em̃ hæc sibi aliquãdo imperite ac uul-
gariter existimanť. Frui ergo dicimur ea re de qua
capimus uoluptatẽ: Vtimur ea quã referimus ad
id unde uoluptas capienda est. Omnis itaq; huma
B na peruersio est, quod etiã uitiũ uocať, fruẽdis uti
uelle, atq; utendis frui. Et rursus omnis ordinatio,
quæ uirtus etiam nominať, fruendis frui, & uten-
dis uti. Fruendũ est aũt honestis, utendũ uero utili
bus. Honestatẽ uoco intelligibilẽ pulchritudinẽ,
quam spiritalẽ nos proprie dicimus, utilitatẽ aũt
diuinam prouidentiam. Quapropter quanq; sint
multa pulchra uisibilia quæ minus proprie hone-
sta appellanť, ipsa tamen pulchritudo ex qua pul-
chra sunt quæcunq; pulchra sunt, nullo modo est
uisibilis. Item multa utilia uisibilia, sed ipsa utilitas
ex qua nobis prosunt quæcũq;, quã diuinã proui-
dentiã dicimus, uisibilis nõ est. Notũ sanè sit uisibi
lium nomine om̃ia corporalia cõtineri. Oportet
ergo frui pulchris inuisibilib. id est honestis: Vtrũ
C aũt omnibus, alia quæstio est, quanq; fortasse ho-
nesta non nisi quibus fruẽdum est, dici deceat: Vti
libus aũt utendũ est omnibus, ut quoquo eorũ o-
pus est. Et frui quidem cibo & qualibet corporali
uoluptate non adeo absurde existimanť & bestię:
uti aũt aliqua re nõ potest nisi animal quod ratio-
nis est particeps. Scire nanq; quò quidq; referen-
dum sit, nõ datũ est rationis expertibus, sed neq; i-
psis rationalibus stultis. Nec uti quisq; potest ea re
quæ quò referenda sit nescit, nec quisq; potest sci-
re nisi sapiẽs. Quare abuti rectius dici solẽt qui nõ
bene utuntur. Non enim cuiquã prodest, id quo
male utitur, & quod nõ prodest, nõ utiq; utile est.
Vtile aũt quicquid est utendo est utile, ita nemo
utitur nisi utili. Nõ ergo utitur, quisquis male utiť.
Perfecta igitur hominis ratio, quę uirtus uocatur,
utitur primo seipsa ad intelligendũ deũ, ut eo frua
D tur, à quo etiam facta est. Vtitur aũt cæteris ratio-
nalibus animãtibus ad societatẽ, irrationalibus ad
eminentiã. Vitam etiam suam ad id refert ut frua-
tur deo, ita enim beata est. Ergo & seipsa utitur,
quæ profecto inchoat miseriam per superbiam, si
ad seipsam, non ad deum referatur. Vtitur etiam
corporibus quibusdam uiuificandis ad beneficen
tiam: sic enim utitur suo corpore: quibusdam assu-
mendis uel respuendis ad ualetudinẽ, quibusdam
tolerandis ad patientiam, quibusdã ordinãdis ad
iustitiã, quibusdã considerandis ad aliquod ueri-
tatis documentũ. Vtitur etiã ijs à quibus se absti-
net ad temperantiã. Ita omnibus & sensis & non
sensis

ſenſis utiͬ, nec aliquid tertiũ eſt. Iudicat autem de omnib. quib. utiͬ, de ſolo deo non iudicat, quia ſe A cundũ deum de cæteris iudicat, nec eo utitur, ſed fruiͬ. Neq; enim ad aliquid aliud deus referendus eſt: Quoniã omne quod ad aliud referẽdũ eſt, inferius eſt ꝙ̃ id ad quod referendũ eſt. Nec eſt aliquid deo ſuperius, nõ loco, ſed excellẽtia ſuæ naturæ. Oĩa ergo quæ facta ſunt, in uſum hominis facta ſunt, quia omnib. utiͬ iudicãdo ratio, quę homini data eſt. Et ante lapſum quidẽ nõ utebaͬ tolerãdis, nec poſt lapſum utiͬ, niſi cõuerſus, & ꝙ̃ꝙ̃ ante mortẽ corporis, iam tamẽ quantũ poteſt dei amicus, quia libẽter ſeruus.

Sententia Ciceronis, quemadmodum uirtutes animi ab illo diuiſæ ac definitæ ſint. *q. XXXI*

Virtus eſt animi habitus naturæ modo atq; ratiõi cõſentaneus. Quare omnib. partib. eius cognitis tota uis erit ſimplicis honeſtatis conſiderata. Habet igiͬ partes quatuor, prudentiã, iuſtitiã, fortitudinẽ, temperantiã. B Prudẽtia eſt rerũ bonarũ & malarũ & neutrarum ſciẽtia. Partes eius, memoria, intelligẽtia, ꝓuidentia. Memoria eſt ꝑ quã animus repetit illa quę fuerũt. Intelligẽtia, per quã ea ꝑſpicit quæ ſunt. Prouidẽtia, per quã futurũ aliquid uideͬ anteꝙ̃ factum eſt.

Iuſtitia quid ſit & unde

Iuſtitia eſt habitus animi, cõmuni utilitate cõſeruata ſuã cuiq; tribuens dignitatẽ. Eius initiũ eſt à natura ꝓfectũ: Deinde quædã in cõſuetudinem ex utilitatis ratiõe uenerũt: Poſtea res & à natura profectas & cõſuetudine probatas, legũ metus & religio ſanxerũt.

Naturæ ius quid

Natura ius eſt, quod non opinio genuit, ſed quędã innata uis inſeruit, ut religionẽ, pietatẽ, gratiã, uindicationẽ, obſeruãtiã, ueritatẽ. Religio eſt quæ ſuperioris cuiuſdã naturæ, quã diuinã uocãt, curã ceremoniãq; affert. C Pietas ꝑ quã ſanguine cõiũctis patriæq;, beneuolẽs officiũ, & diligẽs tribuiͬ cultus. Gratia in qua amiciciarũ & officiorũ alterius memoria, & remunerãdi uoluntas cõtineͬ. Vindicatio per quã uis aut iniuria & omnino omne q̃d offuturũ eſt, defendẽdo aut ulciſcẽdo ꝓpulſaͬ. Obſeruãtia per quã homines aliqua dignitate antecellẽtes, cultu quodã & honore dignamur. Veritas per quã immutata ea quæ ſunt aut fuerũt aut futura ſunt dicunͬ. Cõſuetudine aũt ius eſt q̃d aut leuiter natura iactatũ aluit, & maius fecit uſus, ut religionẽ: & ſi quid eorũ quæ ante diximus, à natura ꝓuectũ, maius factũ ꝓpter cõſuetudinẽ uidemus, aut q̃ in morẽ uetuſtas uulgi approbatione perduxit. D Quod genus pactũ eſt par, lex, iudicatũ. Pactũ eſt q̃d inter aliquos cõuenit. Par quod in oẽs æquale eſt. Iudicatũ de quo alicuius aut aliquorũ iã ſentẽtijs cõſtitutũ eſt. Lege ius eſt, q̃d in eo ſcripto q̃d populo expoſitũ eſt ut obſeruet cõtineͬ.

Fortitudo quid ſit *Partes fortitudinis*

Fortitudo eſt cõſiderata periculorũ ſuſceptio & laborũ perpeſſio. Cuius partes, magnificẽtia, fidẽtia, patiẽtia, ꝑſeuerãtia. Magnificẽtia eſt rerũ magnarũ & excelſarũ cũ animi ampla quadã & ſplẽdida ꝓpoſitiõe cogitatio atq; adminiſtratio. Fidẽtia eſt per quã magnis & honeſtis in reb. multũ ipſe animus in ſe fiduciæ cũ certa ſpe collocauit. Patiẽtia eſt honeſtatis ac utilitatis cauſa rerũ arduarũ ac difficiliũ uoluntaria ac diuturna perpeſſio. Perſeuerãtia eſt in ratiõe bene cõſiderata ſtabilis & perpetua permãſio.

Temperantia quid

Tẽperãtia eſt ratiõis in libidinẽ atq; alios nõ rectos impetus A animi firma & moderata dominatio.

Partes temperantiæ

Eius partes, cõtinẽtia, clemẽtia, modeſtia. Cõtinẽtia eſt ꝑ quã cupiditas, cõſilij gubernatiõe regiͬ. Clemẽtia per quã animi temere in odiũ alicuius illecti concitatio; comitate retinenͬ. Modeſtia ꝑ quã pudor honeſtus clarã et ſtabilẽ cõparat autoritatẽ. Atq; hęc oĩa ꝓpter ſe ſolũ, ut nihil adiũgaͬ emolumẽti, petẽda ſunt. Quod ut mõſtreͬ, neq; ad hoc noſtrũ inſtitutũ pertinet, & à breuitate præcipiẽdi remotũ eſt. Propter ſe aũt uitãda ſunt, nõ ea modo quæ ijs cõtraria ſunt, ut fortitudini ignauia, et iuſtitię iniuſtitia: uerũ etiã illa quæ ꝓpinqua uidenͬ & finitima eſſe, abſunt aũt lõgiſſime: q̃d genus fidẽtiæ cõtrariũ eſt diffidẽtia, & ea re uitiũ eſt audacia nõ cõtrariũ, ſed appoſitũ ac ꝓpinquũ, ſed tñ uitiũ eſt: B Sic unicuiq; uirtuti finitimũ uitiũ reperiͬ, aut certo iã nomine appellatũ, ut audacia quæ fidẽtię, pertinacia quæ perſeuerãtiæ finitima eſt, ſuperſtitio quæ ad religionẽ ꝓpinqua eſt, aut ſine ullo certo nomine quę omnia uti cõtraria rerũ bonarũ in reb. uitãdis reponenͬ. Ac de eo quidẽ genere honeſtatis q̃d oĩ ex parte ꝓpter ſe petiͬ ſatis dictũ eſt. Nũc de eo in quo utilitas quoq; adiungiͬ, q̃d tñ honeſtũ uocamus, dicẽdũ uideͬ. Sunt igiͬ multa quæ nos cũ dignitate, tũ fructu quoq; ſuo ducũt. Quo in genere eſt gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria eſt freques de aliquo fama cũ laude. Dignitas, alicuius honeſtatis & cultu & honore & uerecundia digna autoritas. Amplitudo eſt potentia, aut maieſtas, aut aliquarũ copiarũ magna abũdantia: C Amicitia, uolũtas erga aliquẽ rerũ bonarũ, illius ipſius cauſa quẽ diligit, cũ eius pari uoluntate. Hic q̃a de ciuilib. cauſis loquimur, fructus ad amicitiã adiũgimus, ut eorũ quoq; cauſa petẽda uideaͬ, ne forte qui nos de oĩ amicitia dicere exiſtimarint, reprehẽdant: Quanq̃ ſunt qui ꝓpter utilitatẽ modo petendã putẽt amicitiã, ſunt qui ꝓpter ſe ſolũ, ſunt qui & propter ſe & propter utilitatẽ: Quorũ quid uerißime ſtatuaͬ alius locus erit cõſiderãdi.

Utrum rem ullam alius alio magis intelligat atq; ita eiuſdem rei per infinitum eat intelligentia. *q. XXXII*

Quiſquis ullã rẽ aliter ꝙ̃ ea res eſt intelligit, falliͬ. Et oĩs qui falliͬ id in quo falliͬ nõ intelligit. Quiſquis igiͬ ullã rẽ aliter ꝙ̃ eſt intelligit, nõ eã intelligit. Nõ ergo poteſt quicꝙ̃ intelligi, niſi ut eſt: Nos aũt aliq̃d nõ ita ut eſt intelligimus, uelut hoc D ipſum nihil intelligi, quod nõ ita ut eſt intelligiͬ. Quare nõ eſt dubitandũ eſſe perfectã intelligẽtiã qua præſtãtior eſſe nõ poſſit, & ideo nõ per infinitũ ire, quia quæq; res intelligiͬ, nec eã poſſe aliũ alio plus intelligere.

De metu. *q. XXXIII*

Nulli dubiũ eſt nõ aliã metuẽdi eſſe cauſam, niſi ne id q̃d amamus, aut adeptũ amittamus, aut nõ adipiſcamur ſperatũ. Quare quiſquis hoc ipſum nõ metuere amauerit atq; habuerit, q̃s metus eſt ne id poſſit amittere? Multa eñ quæ amamus & habemus, metuimus amittere, ita ea cuſtodimus metu: non metuere aũt nemo põt cuſtodire metuẽdo. Iterũ quiſq̃s amat nõ metuere atq; id nõdũ habet, ſperatq; ſe habiturũ, nõ eũ oportet metuere ne non adipiſcaͬ. Hoc eñ metu nihil aliud metuiͬ ꝙ̃ idẽ metꝰ. Porrò metus oĩs aliq̃d fugit, & nulla res ſeipſam fugit, nõ igiͬ

metuiť metus. Sed si quis existimat nō recte dici,
ꝙ metus aliquid metuat, cū anima potius ipso me
tu metuat: illud attendat, quod cognitu facile est,
nullū metū esse nisi futuri & imminentis mali. Ne
cesse est aūt ut qui metuit aliquid fugiat. Quisqs
itaq; metuere metuit, est ꝑfecto absurdissimus, qa
fugiēdo habet idipsum quod fugit. Nā quoniā nō
metuiť nisi ne aliquid mali accidat, metuere ne ac
cidat metus, nihil aliud est nisi amplecti quod re-
spuis. Quod si repugnās est, sicuti est, nullo ꝓrsus
modo metuit, quisquis nihil aliud amat q̄ nō me-
tuere. Et ꝓpterea nemo potest hoc solū amare, &
nō habere. Vtrū aūt hoc solū amandū sit, alia quæ
stio est. Iam quē non exanimat metus, nec cupidi-
tas eū uastat, nec ægritudo macerat, nec uētilat ge
stiens & uana lætitia. Si ēm cupit: quia nihil aliud
est cupiditas nisi amor rerū trāseuntiū, metuat ne-
cesse est, ne aut amittat eas cum adeptus fuerit, aut
nō adipiscať: non aūt metuit, non ergo cupit. Itē si
angiť animi dolore necesse est etiā metu agitetur:
qm̄ quorū malorū præsentiū est anxietudo, eorū
est imminentiū metus: Metu aūt caret, ergo & an
xietudine. Item si læteť inaniter, de ijs reb. lętatur,
quas potest amittere, quare metuat necesse est ne
amittat: Sed nullo modo metuit, nullo modo igiť
Vtrum non aliud amandum sit, quàm metu carere. q. XXXIIII — lætať inaniter. Si uitiū est non metuere, non est
amandū. Sed nemo beatissimus metuit, & nemo
beatissimus in uitio est: Nō est itaq; uitiū non me-
tuere. At audacia uitiū est: Nō ergo quisquis non
metuit, audax est, q̄q̄ oīs qui audet nō metuat.
Itē cadauer omne nō metuit: Quapropter cū cō-
mune sit nō metuere beatissimo et audaci & cada
ueri, sed beatissimus id habeat per trāquillitatem
animi, audax per temeritatē, cadauer qa omni sen
su caret, neq; non amandū est nō metuere, quoniā
beati esse uolumus, neq; solū amandū quoniā au-
Quid amādum sit. q. XXXV — daces & exanimes esse nolumus. Quoniā quic-
quid nō uiuit nō metuit, neq; uita carēdum quisq̄
persuaserit, ut metu etiā carere possimus, amandū
est sine metu uiuere. Sed rursus, quia uita metu ca
rens, etiā si intelligētia careat, nō est appetenda, a-
mandū est, sine metu cū intellectu uiuere. Id ne so
lum amandū? an amor quoq; ipse amādus est? Ita
uero, quādo sine hoc illa nō amanť. Sed si propter
alia quæ amāda sunt amor amať, non recte amor
diciť: Nihil enim aliud est amare q̄ ꝓpter seipsam
Amare quid sit — rē aliquā appetere. Nūquid igiť per seipsum amor
appetēdus est, cū quādo desit quod amatur, ea sit
indubitata miseria? Deinde cū amor motus quidā
sit, neq; ullus sit motus nisi ad aliquid, cum quæri-
mus, quid amādū sit, quid sit illud ad quod moue-
ri oporteat, quærimus. Quare si amādus est amor,
nō utiq; omnis amādus est. Est enim et turpis, quo
animus seipso inferiora sectať, quæ magis ꝓprie
cupiditas diciť, omniū scilicet malorum radix. Et
Cupiditas — ideo nō amandū est, quod manēti & fruenti amo-
ri auferri potest. Cuius ergo rei amor amādus est,
1 retract. 26 — nisi eius quæ nō potest deesse dū amať? Id aūt est,
quod nihil est aliud habere q̄ nosse. Porrò aurū &
omne corpus nō hoc est habere quod nosse, non
itaq; amandū est. Et quoniā potest aliquid amari
nec haberi, non solū ex his quę amanda non sunt,
A ut pulchrū aliquod corpus, sed etiā eorū quæ amā
da sunt, ut beata uita: & rursus potest aliquid habe
ri, nec amari, ut cōpedes: iure quæritur utrū possit
quispiā id q̄d habere nihil est nisi nosse, nō amare,
cū habeat, id est nouerit. Sed cū uideamus nōnul-
los, nō ob aliud, uerbi gratia, discere numeros, nisi
ut eadē disciplina pecuniosi fiant, aut hominibus
placeāt: q̄ cū didicerint, ad eūdē finē referūt: quē
sibi cū discerēt, ꝓposuerant: neq; ullam disciplinā
aliud sit habere q̄ nosse: fieri pōt, ut habeat quisq;
aliquid, quod habere, hoc sit q̄d nosse, neq; amet
tamen: quanquā bonū quod nō amať nemo po-
test perfecte habere uel nosse. Quis enim potest
nosse quantū sit bonū quo nō fruiť? Nō aūt fruiť,
B si nō amat: nec habet igiť quod amādū est, qui nō
amat: etiā si amare possit, qui nō habet. Nemo igiť
beatā uitam nouit, & miser est: quoniā si amanda
est, sicuti est, hoc est eam nosse quod habere. Quę
cum ita sint, quid est aliud beate uiuere, nisi æter-
num aliquid cognoscendo habere? Æternum est
enim, de quo solo recte fidiť, quod amanti auferri
nō potest: idq; ipsum est, quod nihil sit aliud habe
re q̄ nosse. Omniū enim rerū præstantissimū est
quod ęternum est: & propterea id habere nō pos-
sumus, nisi ea re qua præstantiores sumus, id est
mente. Quicquid aūt mente habetur, noscēdo ha
betur, nullumq; bonū perfecte noscitur, quod nō
perfecte amať; neq; ut sola mēs potest cognosce-
re, ita & amare sola potest: Nanq; amor appetitus
C quidam est. Et uidemus etiam cæteris animi par-
tibus inesse appetitū, qui si menti rationiq; cōsen-
tiat, in tali pace & trāquillitate uacabit mente cō-
templari quod æternum est. Ergo etiam cæteris
suis partib. amare animus debet hoc tam magnū
quod mente cognoscendū est. Et quoniā id quod
amatur, afficiat ex se amātem necesse est, fit ut sic
amatum quod æternū est, æternitate animum affi
ciat: quocirca ea demum uita beata, quæ æterna
est. Quid uero ęternum est, & quod ęternitate ani
mum afficiat, nisi deus? Amor autem rerū aman-
darum, charitas uel dilectio melius dicitur. Qua-
re omnibus cogitationū uiribus considerandū est
saluberrimū illud præceptum. Diliges dominum — Matth. 22
deum tuū in toto corde tuo, & in tota anima tua, — Deut. 6
& in tota mente tua: & illud quod ait dominus Ie — Ioan. 17
D sus: Hæc est aūt uita æterna, ut cognoscant te solū
uerum deū, & quē misisti Iesum Christum. Cha — De nutrienda charitate.
ritatem uoco motū animi, quo amanť ea quæ nō — q. XXXVI
sunt præ ipso amāte cōtemnēda: id est quod æter- — 1 retr. cap. 26
nū est, & quod amare ipsum æternū potest. Deus
igitur & animus quo amatur, charitas ꝓprie dici-
tur purgatissima & cōsummata, si nihil aliud ama
tur: hāc & dilectionē dici placet. Sed cū deus ma-
gis diligitur q̄ animus, ut malit homo eius esse q̄
suus, tūc uere animo summeq; cōsuliť consequen
ter & corpori, nobis id nō curantib. aliquo appe-
titu satagente sed tantū prompta & oblata sumen
tibus. Charitatis aūt uenenū est, spes adipiscēdo-
rum aut retinendorū temporaliū. Nutrimentum
eius est, imminutio cupiditatis. Profectio, nulla
cupidi-

cupiditas.Signũ profectus eius,imminutio timo-
ris:Signũ perfectionis eius nullus timor: quia &
radix est omniũ malorũ cupiditas, & cõsummata
1 Ioan. 4 dilectio foras mittit timorẽ. Quisquis igiẽ eam nu
Cupiditas trire uult,instet minuendis cupiditatibus. Est aũt
cupiditas,amor adipiscẽdi aut obtinẽdi tẽporalia.
Huius minuẽdæ initiũ est,deum timere, qui solus
timeri sine amore nõ potest. Ad sapiẽtiã enim ten
Prouerb. 9 ditur, & nihil uerius eo quod dictũ est:Initium sa-
piẽtiæ timor domini. Nemo est quippe qui nõ ma
gis dolorẽ fugiat, q̃ appetat uoluptatẽ, quando-
quidem uidemus etiã immanissimas bestias à ma
ximis uoluptatib. absterreri dolorum metu:quod
cũ in earundẽ cõsuetudinẽ uerterit, domitæ & mã
suetæ uocanẽ: Quapropter quoniã inest homini
ratio, quę cũ seruit cupiditati peruersione misera-
B bili, ut homines non timeanẽ, suggerit latere pos-
se cõmissa, & ad tegenda occulta peccata, astutis-
simas fallacias comparat: eo fit, ut homines, quos
nondũ delectat pulchritudo uirtutis, nisi pœnis à
peccãdo deterreanẽ, quæ uerissime per sanctos &
diuinos uiros prædicanẽ, & quod celãt hominib,
deo celari nõ posse cõstituant, difficilius domenẽ
q̃ ferę. Vt aũt timeatur deus, diuina ꝓuidẽtia regi
uniuersa persuadendũ est: non tam rationib. quas
qui potest inire, potest etiam & pulchritudinẽ sen
tire uirtutis: q̃ exemplis uel recentib. si qua occur
runt, uel de historia, & ea maxime quę ipsa diuina
prouidentia procurante, siue in uetere, siue in no
uo testamento excellentissimã autoritatẽ religio
nis recepit: simul aũt agendũ est & de pœnis pec-
C catorum, & de præmijs recte factorũ. Iam uero cũ
aliqua nõ peccandi consuetudo, quod onerosum
putabaẽ, facile esse persuaserit: incipiat gustari dul
cedo pietatis, & cõmendari pulchritudo uirtutis,
ut charitatis libertas præ seruitute timoris emine-
at. Tunc iam persuadendũ est fidelibus præceden
tib. regenerationis sacramentis, quæ necesse est
plurimũ moueant, quid intersit inter duos homi-
nes, ueterẽ & nouũ, exteriorẽ & interiorẽ, terrenũ
& cœlestẽ: id est inter eũ qui bona carnalia & tẽ-
poralia, & eũ qui spiritalia & æterna sectaẽ: monẽ
dumq; ne peritura beneficia & transeuntia expe-
ctenẽ à deo, quib. & improbi homines abundare
possunt: sed firma & sempiterna ꝓ quib. accipien-
dis omnia quæ in hoc mũdo bona putanẽ & ma-
D la, penitus cõtemnẽda sunt. Hic præstantissimũ il
lud & unicũ exemplũ dominici hominis ꝓponẽ-
dum est, qui cũ se tot miraculis tantã rerũ potesta-
tem habere mõstraret, & ea spreuit quę magna bo
na, & ea sustinuit quę magna mala impetiti putãt:
Quos mores & disciplinã, ne tãto minus quisquã
aggredi audeat, quãto illud magis honorat, & de
pollicitationib. atq; hortationib. eius, & de imitã-
tiũ multitudine Apostolorũ, martyrũ, sanctorũq;
innumerabiliũ, q̃ nõ sint illa desperãda ostẽdẽdũ
est. At ubi fuerint carnaliũ uoluptatũ illecebræ su
peratæ, cauendũ est ne surrepat atq; succedat cu-
piditas placendi hominib. aut per aliqua facta mi
rabilia, aut per difficilẽ cõtinentiã siue patientiã:
aut per aliquã largitionẽ, aut nomine scientiæ uel
eloquẽtiæ. In eo genere est & cupiditas honoris:
A cõtra quæ omnia ꝓferanẽ ea, quæ scripta sunt de
laude charitatis, & de inanitate iactantiæ: docea-
turq; q̃ sit pudẽdum eis placere uelle, quos nolis
imitari. Aut eñ boni nõ sunt, & nihil magnũ est à
malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imita-
ri. Sed qui boni sunt, uirtute boni sunt: uirtus autẽ
nõ appetit quod in aliorũ hominũ potestate est.
Qui ergo imitaẽ bonos, nullius hominis appetit
laudẽ: qui malos, nõ dignus est laude. Si aũt place
re hominib. ideo uis, ut eis ꝓsis ad diligendũ deũ,
non iam hoc, sed aliud cupis. Qui aũt placere cu-
pit, necessariũ adhuc habet timorẽ. Primũ, ne oc-
culte peccãdo inter hypocritas à dño cõputetur.
Deinde si benefactis placere appetit, ne hãc mer-
cedẽ aucupãs, perdat quod daturus est deus. Sed
B deuicta ista cupiditate, cauẽda superbia est: Diffi-
cile est eñ ut dignẽ cõsociari hominib. q eis pla-
cere iam non desiderat, & plenũ se uirtutib. putat.
Itaq; adhuc necessarius est timor, ne illud etiã q̃d
uideẽ habere, auferaẽ ab eo: & manib. ac pedibus
ligatis mittaẽ in tenebras exteriores. Quapropter
dei timor nõ solũ inchoat, sed etiã perficit sapien-
tem. Is est aũt qui summe diligit deũ, & ꝓximum
tanq; seipsum. Quæ aũt in hoc itinere pericula dif
ficultatesq; metuẽdę sint, & quib. remedijs uti o-
porteat, alia quæstio est. Melior est semper na- De semper nato q. XXXVII
tus, q̃ qui semper nasciẽ, qa qui semper nasciẽ nõ-
dũ est natus: & nũq; natus est, aut natus erit: si sem
per nasciẽ. Aliud est eñ nasci aliud natũ esse. Ac ꝑ
hoc nunq; filius, si nunq; natus: filius aũt quia na-
C tus, semper est filius: semꝑ igiẽ natus. Cũ aliud De conformatione animæ. q. XXXVIII
sit natura, aliud disciplina, aliud usus, et hęc in una
anima intelliganẽ nulla diuersitate substantiæ. Itẽ
cũ aliud sit ingeniũ, aliud uirtus, aliud trãquillitas,
similiter unius eiusdẽq; substãtiæ. Et cũ anima sit
alterius substãtię, q̃ deus: quanq; ab illo facta: ipse
aũt deus sit sacratissima illa et multis uerbo, re pau
cis cognita trinitas: diligẽtissime inuestigãdũ est,
q̃d ait dñs Iesus: Nemo uenit ad me, nisi quẽ pater Ioan. 6
attraxerit: &, Nemo uenit ad patrẽ, nisi per me: &,
Ipse uos in omnem ueritatẽ inducet. Quid est De alimentis. q. XXXIX.
quod accipit eam rem quã cõmutat: ut animal ci-
bum. Quid est quod accipiẽ & cõmutaẽ: ut idẽ ci
bus. Quid est quod accipiẽ, & nõ cõmutaẽ, ut ocu
lis lux, & sonus aurib. Sed hæc per corpus accipit
D anima. Quid est autẽ quod per seipsam accipit, &
cõmutat in se: ut aliam animã, quam recipiẽdo in
amicitiã sui similem facit. Et quid est quod per se-
ipsam accipit, & non cõmutat: ut ueritatẽ. Quare
cognoscendũ est & quid sit Petro dictũ: Macta & Act. 10
mãduca: & quid in Euangelio: Et uita erat lux ho
minum. Ex diuersis uisis diuersus appetitus ani Cũ animarum natura una sit unde hominum diuersæ uoluntates. q. XL
marũ est, ex diuerso appetitu diuersus adipiscẽdi
successus, ex diuerso successu diuersa cõsuetudo,
ex diuersa cõsuetudine diuersa est uolũtas. Diuer
sa aũt uisa ordo rerũ facit: occultus quidẽ, sed sub
diuina ꝓuidentia, certus tamen. Non itaq; ob hoc
putandũ est diuersas esse naturas animarũ, quia di
uersæ sunt uolũtates, cũ etiã unius animæ uolũtas
ꝓ temporũ diuersitate uariẽ. Siquidem alio tem-
pore

pore diues esse cupit, alio tẽpore cõtemptis diuitijs sapiẽs esse desiderat. Et in ipso tẽporaliũ appe- A titu alio tẽpore uni homini negociatio, & alio tẽpore militia placet.

Cũ omnia deus fecerit, quare nõ æqualia fecit. q.XLI

Quia non essent omnia, si essent æqualia: nõ enim essent multa rerũ genera, quib. cõficitur uniuersitas: primas & secundas, & deinceps usq; ad ultimas ordinatas habẽs creaturas: & hoc est quod dicitur, omnia.

Quõ Christus & in utero matris fuerit et in cœlis. q.XLII

Quõ uerbũ hominis, quod & si multi audiunt, totum audiunt singuli.

Quare filius dei in homine apparuit, & spiritusſanctus in columba. q.XLIII

Quia ille uenit ut exemplũ uiuendi demonstraret hominib. iste ut donũ ipsum, ad q̃d bene uiuẽdo peruenit, significaret apparuit. Vtrũq; aũt uisibiliter factũ est propter carnales, ab ijs quę oculis corporeis cernunt, ad ea quæ mẽte intelligunt, sacramentorũ gradibus trãsferendos. Nam & uerba sonãt & transeunt, nec tamẽ ea quæ uerbis significant, cum aliquid diuinũ atq; æternũ loquendo exponit, similiter transeunt.

Quare tanto post uenit dominus Iesus Christus, & non in principio peccati hominis. q.XLIIII

Quia omne pulchrũ à summa pulchritudine est, quod deus est: temporalis autẽ pulchritudo rebus decedentibus succedentibusq; peragit. Habet aũt decorẽ suũ in singulis quibusq; hominib. singula quæq; ætas ab infantia usq; ad senectutẽ. Sicut ergo absurdus est, qui iuuenilẽ tantũ ætatem uellet esse in homine temporibus subdito, inuideret enim cæteris pulchritudinib. quæ cęteris ætatibus suas uices atq; ordinem gerũt: sic absurdus est qui in ipso uniuerso genere humano unam ætatẽ desiderat: nã & ipsum tãq; unus homo ætates suas agit. *2 retract.16* Nec oportuit uenire diuinitus magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaret, nisi tẽpore iuuẽtutis. Ad hoc ualet quod Apostolus dicit, *Gal.3* Sub lege tãq; sub pædagogo paruulos custoditos donec ueniret cui seruabat, qui per Prophetas promissus erat. Aliud enim est quod diuina prouidentia quasi priuatim cũ singulis agit: aliud quod generi uniuerso tanq; publice cõsulit: nã & quicũq; singuli ad certã sapientiã peruenerũt, nõ nisi eadẽ ueritate suarũ singillatim ætatũ opportunitate illustrati sunt: à qua ueritate ut populus sapiens fieret, ipsius generis humani opportuna ętate homo susceptus est.

Aduersus Mathematicos. q.XLV

Non eos appellarunt Mathematicos ueteres, qui nunc appellant, sed illos qui temporum numeros motu cœli ac syderũ peruestigarunt, de quib. rectissime dicit in scripturis sanctis. *Sap.13* Itetũ nec his debet ignosci: si enim tantũ potuerũt D scire, ut possent æstimare seculũ, quomodo huius dominũ non facilius inuenerunt? Mens enim humana de uisibilib. iudicans, potest agnoscere omnibus uisibilibus seipsam esse meliorem. Quæ tamen cum etiã se propter defectum profectumq; in sapiẽtia fateatur esse mutabilem, inuenit supra se esse incõmutabilem ueritatẽ: atq; ita adhęrẽs post ipsam, sicut dictũ est, *Psal.62* Adhæsit anima mea post te: beata efficit, intrinsecus inueniẽs etiam omnium uisibilium creatorem atq; dominum, nõ quærens extrinsecus uisibilia, quãuis cœlestia: quę aut non inueniunt, aut cũ magno labore frustra inueniuntur, nisi ex eorũ quæ foris sunt pulchritudine, inueniatur artifex qui intus est, & prius in anima superiores, deinde in corpore inferiores, pulchritudine operaf. Aduersus eos aũt qui nũc appellant Mathematici, uolentes actus nostros corporibus cœlestibus subdere, & nos uẽdere stellis, ipsumq; preciũ, quo uendimur, à nobis accipere, nihil uerius & breuius dici potest, q̃ eos non respondere, nisi acceptis cõstellationib. In cõstellationib. autẽ notari, partes æquales trecentas sexaginta dicunt habere signiferũ circulũ: motũ aũt cœli per unam horam fieri in quindecim partibus, ut tanta mora quindecim partes oriantur, quantã tenet una hora: quæ partes singulæ sexaginta minutas habere dicunt. Minutas aũt minutarum iam in constellationibus, de quibus futura prędicare se dicunt, nõ inueniunt. Conceptus aũt geminorum quoniam uno cõcubitu efficit, attestantibus medicis, quorum disciplina multo est certior atq; manifestior, B tam paruo puncto temporis contingit, ut in duas minutas minutarum non tendatur. Vnde ergo in geminis tanta diuersitas actionum & euentuũ & uoluntatũ, quos necesse est eandem constellationem conceptionalẽ habere, & amborũ unam cõstellationem dare Mathematicos, tanq; unius hominis? Si aũt ad genitales cõstellationes se tenere uoluerint, ab ipsis geminis excluduntur, qui plerunq; ita post inuicem funduntur ex utero, ut hoc tẽporis interuallũ rursus ad minutas minutarum reuertat, quas tractãdas in constellationib. nunq; accipiũt, nec possunt tractare. Cum autem multa uera eos prædixisse dicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates erroresq; eorũ: sed nõ intenti, nisi in ea quę illorum respõsis prouenerunt, C ea quę nõ prouenerunt, obliuiscunt: & ea cõmemorant, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed quadam obscura rerum sorte cõtingunt. Quod si peritiæ illorũ uolũt tribuere, dicãt artificiose diuinare etiã mortuas membranas scriptas quaslibet, de quibus plerunq; p uolũtate sors exit. Quòd si nõ arte de codicib. exit sæpe uersus futura prænũcians, quid mirũ si etiã ex animo loquentis, nõ arte, sed sorte exit aliqua prędictio futurorũ.

De ideis. q.XLVI

Ideas Plato primus appellasse perhibet: nõ tamẽ si hoc nomẽ, anteq; ipse instituerat, nõ erat, ideo uel res ipsæ nõ erant, quas ideas uocauit, uel à nullo erãt intellectæ: sed alio fortasse atq; alio nomine ab alijs atq; alijs nũcupatæ sunt. Licet ẽm cuiq; rei incognitæ, quę nullũ habeat usitatũ nomen, quodlibet nomẽ imponere. Nã nõ est uerisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonem: aut istas, quas Plato, ut dictum est, ideas uocat, quæcũq; res sint, nõ intellexisse. Siquidẽ tanta in eis uis constituit, ut nisi his intellectis, sapiẽs esse nemo possit. Credibile est etiã præter Græciã fuisse in alijs gentib. sapientes: quod etiã Plato ipse nõ solũ peregrinãdo sapientiæ perficiendæ gratia satis testatus est, sed etiã in libris suis cõmemorat. Hos ergo si qui fuerũt, nõ existimandũ est ideas ignorasse, quãuis alio fortasse eas nomine uocauerint: Sed de nomine hactenus dictũ sit, rem uideamus, quæ maxime cõsiderãda atq; noscẽda est, in potestate cõstitutis uocabulis, ut quod uolet quisq;, appellet rẽ quã cognouerit. Ideas igit Latine possumus uel

formas

formas uel species dicere: ut uerbũ è uerbo transferre uideamur. A Si aũt rationes eas uocemus, ab interpretãdi quidẽ ꝓprietate discedimus, Rationes eñ Græce λόγοι appellanť nõ ideæ, sed tñ quisq; hoc uocabulo uti uoluerit, à re ipsa nõ errabit. Sũt nãq; ideæ principales formæ quædã, uel rationes rerũ, stabiles atq; incõmutabiles, quæ ipsæ formatæ nõ sunt, ac per hoc æternæ ac semper eodẽ modo sese habẽtes, quę in diuina intelligẽtia cõtinentur. Et cũ ipsæ neq; orianť, neq; intereãt, secũdum eas tñ formari diciť omne q̃d oriri & interire potest, & omne q̃d oriť & interit. Anima uero negať eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit: id est ipsa mẽte atq; ratiõe, quasi quadã facie uel oculo suo interiore atq; intelligibili. B Et ea quidẽ ipsa ratiõalis anima nõ omnis & quælibet, sed quæ sancta & pura fuerit, hæc asseriť illi uisiõi esse idonea: id est quæ illũ ipsum oculũ quo uidentur ista, sanũ & syncerũ & serenũ, & similẽ his reb. quas uidere intẽdit, habuerit. Quis aũt religiosus & uera religiõe imbutus, quãuis nõdũ possit hæc intueri, negare tamẽ audeat, imò nõ etiã ꝓfiteať: omia quæ sunt, id est quęcũq; in suo genere ꝓpria quadã natura cõtinenť, ut sint, deo autore esse ꝓcreata, eoq; autore omnia quæ uiuunt uiuere: atq; uniuersalẽ rerum incolumitatẽ, ordinemq; ipsum quo ea quę mutanť, suos temporales cursus certo moderamine celebrant, summi dei legib. cõtineri & gubernari? Quo cõstituto atq; cõcesso, quis audeat dicere, deum irrationabiliter omnia cõdidisse? C Quod si recte dici & credi non potest, restat ut omia rãtione sint cõdita: nec eadẽ ratione homo, qua equus: hoc eñ absurdũ est existimare. Singula igiť ꝓpriis sunt creata rationib. Has aũt rationes, ubi arbitrãdũ est esse, nisi in ipsa mẽte creatoris? Nõ enim extra se quicq; positũ intuebať, ut secundũ id cõstitueret quod cõstituebat, nã hoc opinari sacrilegũ est. Quod si hæ rerũ omniũ creãdarum creatarúmue rationes in diuina mente continentur, neq; in diuina mente quicq;, nisi ęternum atq; incõmutabile potest esse: atq; has rerũ rationes principales appellat ideas Plato: nõ solũ sunt ideæ, sed ipsæ ueræ sunt, quia æternæ sunt, & eiusmodi atq; incõmutabiles manent: quarũ participatione fit, ut sit quicquid est, quoquo modo est. D Sed anima rationalis inter eas res, quæ sunt à deo cõditæ, omnia superat, & deo ꝓxima est, quando pura est: eiq; inquantũ charitate cohæseris, in tãtũ ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodãmodo & illustrata cernit, nõ ꝑ corporeos oculos, sed per ipsius sui principale, quo excellit, id est, per intelligentiã suã, istas rationes, quarũ uisione fit beatissima. Quas rationes, ut dictũ est, siue ideas, siue formas, siue species, siue rationes licet uocare, & multis appellare cõceditur nominib. sed paucissimis uidere q̃d uerũ est.

Vtrũ aliquando cogitationes nostras uidere possimus. q. XLVII

Queri solet quõ post resurrectionẽ atq; immutationẽ corporis, quæ sanctis ꝓmittitur, cogitationes nostras uidere possimus. Coniectura itaq; capiẽda est ex ea parte corporis nostri, quæ plus habet lucis. Et quoniã angelica corpora, qualia nos habituros speramus, lucidissima atq; æthera esse credẽdũ est, & multi motus animi nostri nũc agnoscunť in oculis, ꝓbabile est, quod nullus motus animi latebit, cũ totum fuerit corpus æthereũ, in cuius cõparatiõe isti oculi caro sunt.

De credibilib. q. XLVIII

Credibiliũ tria sunt genera: alia sunt quæ semper credunť & nunq; intelliguntur: sicut est omnis historia, tẽporalia & humana gesta, percurrens. Alia mox ut credunť, intelliguntur: sicut sunt omnes rationes humanæ, uel de numeris, uel de quibuslibet disciplinis. Tertiũ, quæ primo credunť, & postea intelligunť: qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mũdo sunt corde, quod fit præceptis seruatis, quę bene uiuẽdo accipiunť.

Quare filij Israel sacrificarũ uisibiliter pecorum uictimas. q. XLIX

Quia sunt etiã sacra spiritalia, quorũ imagines carnalẽ populũ celebrare oportebat, ut præfiguratio noui populi, seruitute ueteris fieret, quorũ duorũ populorũ differẽtiam etiã in unoquoq; nostrũ licet aduertere, cũ quisq; ab utero matris ueterem hominẽ necesse est agat, donec ueniat ad iuuenilẽ ætatẽ: ubi iam nõ est necesse carnaliter sapere, sed potest ad spiritalia uolũtate cõuerti, & intrinsecus regenerari. Quod ergo in uno homine recte educato, ordine naturæ, disciplinaq; cõtingit, hoc ꝓportione in uniuerso genere humano fieri per diuinã prouidentiã, peragiq; pulcherrimũ est.

De æqualitate filij. q. L

Deus quẽ genuit, quoniam meliorẽ se generare nõ potuit, nihil eñ deo melius, generare debuit æqualẽ. Si eñ uoluit, & nõ potuit, infirmus est: si potuit, & nõ uoluit, inuidus est. Ex quo cõficiť æqualẽ genuisse filiũ.

De homine facto ad imaginẽ & similitudinem dei. q. LI

2 Cor. 4

Cũ exteriorẽ & interiorẽ hominẽ diuina scriptura cõmemoret, & intantũ eos discernat, ut ab Apostolo dictũ sit, Et si exterior homo noster corrũpitur, sed interior renouať de die in diem, quæri potest, utrũ unus horũ factus sit ad imaginẽ & similitudinem dei. Nam illud stultũ est quęrere, si unus, quis horũ? Quis eñ dubitat eũ potius qui renouatur, q̃ eũ qui corrũpiť, diceret? Vtrum aũt ambo, magna quæstio est: nam si exterior homo est Adã, & interior Christus, bene ambo intelligunť. Sed cũ Adam, sicut à deo factus est, bonus nõ mãserit, & diligẽdo carnalia, carnalis effectus sit, nõ absurde uideri potest, hoc ipsum ei fuisse carere imagine dei, & similitudinẽ amittere: ac per hoc ipse renouatur, & ipse est etiã interior: quõ ergo est ipse & exterior? An secundũ corpus, ut interior sit secundũ animã, & interior sit resurrectio & renouatio, quæ nũc fit secundũ mortẽ prioris uitæ, id est, peccati: & secundũ regenerationem nouæ uitæ, id est iustitiæ? Quos item duos homines sic appellat ut unũ ueterẽ, quẽ debemus exuere alterũ nouũ: & eũ induendũ cõmemoret, quorũ rursus illũ appellat imaginẽ terreni hominis, quia secundũ peccatum primi hominis geriť, qui est Adã: alterũ imaginem cœlestis hominis, quia secũdum iustitiam secũdi hominis geritur, qui est Iesus Christus. Exterior aũt homo, qui nunc corrũpitur, futura resurrectione renouabiť, cũ istam mortẽ persoluerit, quã naturæ debet, lege illa, quę in paradiso per præceptũ data est. Quomodo autẽ non sit incongruum, quod diciť etiam corpus factũ ad simili-

tudinem dei, facile intelligit, qui diligẽter attẽdit
Gen.1 quod dictũ est, Et fecit deus oĩa bona ualde. Ne A
mo eñ dubitat quod sit ipse primitus bonus. Mul
tis enim modis dici res possunt similes deo: aliæ se
cundũ uirtutem & sapientiã factæ, quia in ipso est
uirtus & sapientia nõ facta: aliæ inquantũ solũ ui
uũt, quia ille summe & prime uiuit: aliæ inquantũ
sunt, quia ille summe & primitus est. Et ideo quæ
tantũmodo sunt, nec tñ uiuũt aut sapiũt, nõ perfe
cte, sed exigue sunt ad similitudinẽ eius, qa & ipsa
bona sunt in ordine suo, cũ sit ille super omnia bo
nus, à quo oĩa bona ꝓcedũt. Oĩa uero quę ui
uunt & nõ sapiũt, paulo amplius participãt simili
tudinẽ. Quod enim uiuit, etiã est: nõ aũt quicquid
est, etiã uiuit. Iam porrò quæ sapiunt, ita illi simili
tudine ꝓxima sunt, ut in creaturis nihil sit propin B
quius. Quod eñ participat sapiẽtię, & uiuit & est:
quod aũt uiuit, necesse est ut sit, nõ necesse est ut sa
piat. Quare cũ homo possit particeps esse sapien
tiæ secũdũ interiorẽ hominẽ, secundũ seipsum ita
est ad imaginẽ dei, ut nulla natura interposita for
meť, & ideo nihil sit deo cõiũctius. Et sapit eñ &
uiuit & est, qua creatura nihil est melius. Quod si
exterior homo uita illa accipiť, qua ꝑ corpus sen
timus quinq; notissimis sensibus, quos cũ pecori
bus habemus cõmunes: nam & ipsa molestijs sen
sibilib. quæ persecutionib. ingeruntť, corrũpi põt:
nõ immerito & ipse homo particeps diciť simili
tudinis dei, nõ solũ quia uiuit, q̃d etiã in bestijs ap
paret, sed amplius q̃d ad mentẽ cõuertiť se regen
tem, quẽ illustrat sapiẽtia, q̃d in bestijs non potest C
ratione carentib. Corpus quoq; hominis, quia so
lum inter animaliũ terrenorũ corpora, non pronũ
in aluũ prostratũ est, cum sit uisibile, & ad intuen
dum cœlum erectũ, quod est principiũ uisibiliũ,
q̃ꝗ nõ sua, sed animæ præsentia uiuere cognosca
tur, tamẽ modo quia est, & inquantũ est, utiq; bo
num est: sed etiã quia tale est, ut ad cõtemplãdum
cœlũ sit aptius, magis hoc ad imaginẽ & similitu
dinẽ dei, q̃ cætera corpora animaliũ factum iure
uideri potest. Tamẽ quia homo sine uita nõ recte
appellať, nõ corpus solũ homo exterior, neq; sola
uita, quæ in sensu est corporis, sed utrũq; simul re
ctius fortasse intelligiť. Neq; inscite distinguiť, q
aliud sit imago & similitudo dei, qui etiã filius di
citur: aliud ad imaginẽ & similitudinem dei, sicut
hominẽ factũ accipimus. Sunt etiã qui nõ frustra D
intelligãt duo dicta esse, ad imaginẽ & similitudi
nẽ: cũ si una res esset, unũ nomen sufficere potuis
se asserũt. Sed ad imaginẽ mentẽ factã uolũt, quæ
nulla interposita substãtia, ab ipsa ueritate formať
qui etiã spiritus dicitur: nõ ille spiritussanctus, qui
est eiusdẽ substãtiæ, cuius & pater & filius, sed spi
ritus hominis. Nam ita hos discernit Apostolus:
1Cor.2 Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus ho
minis: & nemo scit quid agať in deo, nisi spiritus
1Thess.2 dei. Item de spiritu hominis dicit: Saluũ faciat spi
ritũ uestrũ, & animã & corpus. Et iste enim factus
Prouerb.16 est a deo, sicut & cætera creatura: Scriptum est eñ
in prouerbijs hoc modo. Scito quoniam dñs corda
hominũ nouit, & qui finxit spiritum omnibus,
ipse scit omnia. Ergo iste spiritus ad imaginẽ dei
nullo dubitãte factus accipiť, in quo est intelligẽ
tia ueritatis: hæret enim ueritati nulla interposita
creatura. Cætera hominis ad similitudinẽ facta ui
deri uolũt: quia omnis quidem imago similis est,
nõ aũt omne quod simile est, etiã imago proprie,
sed forte abusiue dici potest. Sed cauendũ in tali
bus ne quid nimis asseuerandũ puteť, illa re sanè
salubriter custodita, ne quoniã corpus quodlibet
per localia spatia porrectũ est, aliquid tale credať
esse substãtia dei. Nã res quæ in parte minor est q̃
in toto, nec dignitati animę cõuenit, quãto minus
maiestati dei. Diuinæ scripturæ à terreno & hu
manosensu ad diuinũ & cœlestem nos erigẽtes,
usq; ad ea uerba descenderũt, quib. inter se stultis
simorũ etiã utitur cõsuetudo. Itaq; earum etiã affe
ctionum nomina quas animus noster patiť, quas
lõgissime à deo esse seiũctas iam qui melius sapit
intelligit, nõ dubitauerunt illi uiri per quos locu
tus est spiritussanctus, opportunissime in libris po
nere. Vt uerbi gratia, quoniã difficillimũ est ut ho
mo aliquid uindicet sine ira, uindictã dei quę om
nino sine perturbatione fit, irã tamẽ uocandã iudi
cauerũt. Itẽ quia cõiugis castitatẽ zelãdo uiri cu
stodire cõsueuerũt, illam dei prouidentiã per quã
præcipiť atq; agiť ne anima corrũpať & deos alie
nos sequẽs quodãmodo meretriceť, zelũ dei ap
pellauerũt. Sic & manũ dei, uim qua operatur: &
pedes dei, uim qua in omnia custodiẽda & guber
nanda pertendit: & aures dei uel oculos dei, uim
qua oĩa percipit atq; intelligit: & faciẽ dei, uim
qua se manifestat atq; dignosciť: & cætera in hunc
modũ, propterea scilicet quia nos ad quos sermo
fit, & manib. solemus operari, & pedib. incedere,
& quò fert animus peruenire, & aurib. atq; oculis
cęterisq; sensib. corporis corporalia ꝑcipere, & fa
cie innotescere, & si quid aliud ad hanc tanq; re
gulam pertinet. Hoc modo igiť quoniam mutare
cœptũ aliquod & in aliud trãsferre nõ solemus, nisi pœnitẽdo, quanq; diuina prouidentia se
rena mente intuentib. appareat cũcta certissimo
ordine administrare, accõmodatissime tamen ad
humilem humanã intelligentiã ea quæ incipiunt
esse, neq; perseuerant quantũ pei seueratura spe
rata sunt, quasi per pœnitentiã dei dicunť ablata.

De eo quod dictum est, pœnitet me fecisse hominem. q. LII Gen.6

Quisquis duorũ testamentorũ dispensationes,
pro temporũ cõgruentia, generis humani diligen
ter ætatibus distributas intuetur, satis quantũ exi
stimo intelligit, quid proprie priori ætati generis
humani, quid posteriori conueniat. Diuina enim
prouidentia, pulchre omnia moderante, ita uni
uersa generationũ series ab Adam usq; ad finem
seculi administrať, tanquã unius hominis à pueri
tia usq; ad senectutẽ temporis sui tractum ætatis
gradib. terminantis. Et ideo uirtutũ etiã gradus in
moribus donec ueniať ad summã hominis perfe
ctamq; uirtutẽ, oportet eum distinguere, qui diui
nis lectionibus pie animũ intẽdit: ne forte cũ inue
nerit aliquando paruis parua, aliquando maiora
maioribus imperari, reputans in comparatione
maiora peccata esse illa quę minora sunt, nõ arbi
tretur

De auro & argento quod ab Aegypto filij Israel acceperunt. q. LIII Exod.12

tretur decuisse ut talia deus hominib. imperaret. Sed nunc de uirtutũ gradibus nimis longũ est disputare. Veruntamē quod ad præsentē quæstionē discutiēdã satis est, quantũ ad decipiendũ attinet, summa & perfecta uirtus est neminē decipe, atꝗ
Matth.5 illud exhibere quod dictũ est, Sit in ore uestro est est non, non. Sed quia hoc eis imperatum est quibus iam regnũ cœlorũ promissum est: magna aũt uirtus hæc implere maiora, quibus debet hoc premiũ, Regnũ enim cœlorũ uim patit, & qui uim fa
Matth.11 ciunt, diripiũt illud: quærendũ est quibus gradib. ad istam summitatē perfectionēꝗ ueniat: in quib. utiꝗ gradibus inueniunt illi, quibus adhuc terrenũ regnũ promittebat, quo ꝓmisso tanquã paruuli præluderent, & ab uno deo abundanter qui est omnium dominus interim terrenis gaudijs, ꝗbus adhuc inhiabãt, impetratis, inde proficiētes & in spiritu succrescentes auderent etiam sperare cœlestia. Sicut ergo summa & ꝓpe diuina uirtus est, neminē decipere: sic ultimũ uitiũ est, quēlibet decipere. Ab hoc ultimo uitio ad illã summam uirtutem tendentibus gradus est, neminē quidē, uel amicũ, uel ignotũ, sed tamē inimicũ aliquãdo decipere. Vnde etiã illud à poeta dictũ propè iam pro
Aeneid.2 uerbij cõsuetudinē obtinuit, Dolus an uirtus quis in hoste requirat? Sed quoniã & ipse hostis potest pleruꝗ iniuste decipi, ueluti cum pactum aliquod fit de tēporali pace, quas inducias uocant, & non seruatur fides, & cætera talia: multo est purgatior summæꝗ illi uirtuti propinquior, qui quanquam uelit hostem decipere, nõ eum tamen decipit nisi autoritate diuina. Deus enim nouit uel solus, uel certe longe excellentius ꝗ̃ homines atꝗ synceriꝰ, qua quisꝗ pœna p̃mioue sit dignus. Quapropter deus quidē per seipsum neminē decipit, Est enim pater ueritatis, & ueritas, & spiritus ueritatis: dignis tamen digna distribuens, quoniam hoc quoꝗ ꝑtinet ad iustitiã & ueritatem, utitur animis pro meritis & dignitatibus, quæ sunt in gradib. earum: ut si quisquã dignus est decipi, nõ solum per seipsum eũ non decipiat, sed neꝗ per talem hominem, qui iam cõgruenter diligit, & custodire persistit, Sit in ore uestro est est, non non: neꝗ per angelum, cui nõ cõuenit persona fallaciæ: sed aut ꝑ talem hominē, qui nondũ se huiusmodi cupiditatibus exuit: aut per talem angelũ, qui pro suę uoluntatis peruersitate uel ad uindictã peccatorum, uel ad exercitationē purgationēꝗ eorum, qui secundum deum renascuntur, in infimis naturæ gradib. ordinatus est. Legimus enim deceptũ regem falso uaticinio pseudo, ꝓphetarũ. Et ita legimus, ut neꝗ sine diuino iudicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi: neꝗ per eũ angelũ, quē deceptionis officiũ suscipere non deceret: sed per angelum erroris, qui sibi ultrò tales partes imponi cũ lætitia postulauit. Quibusdã enim scripturarum locis apertius aliquid exponit, quod diligēs & plus lector etiã in alijs locis, in quibus minus aperit, intelligat. Deus enim noster sic ad salutē animarũ diuinos libros spũ sancto moderatus est, ut nõ solũ manifestis pascere, sed etiã obscuris

exercere nos uellet. Ex hac igit ineffabili atꝗ sublimi rerũ administratiõe, quæ fit ꝑ diuinã prouidentiã, quasi transcripta est naturalis lex in animã rationalē, ut in ipsa uitę huius cõuersatione moribusꝗ terrenis homines taliũ distributionũ imagines seruēt. Hinc est quod iudex dãnatũ percutere indignũ sua persona & nefariũ iudicat, eius tñ iussu hoc facit carnifex, qui ꝓ sua cupiditate sic ordinatus est in officio, ut percutiat legũ moderatiōe dãnatũ, qui posset etiã innocētē sua crudelitate ꝑcutere. Nã neꝗ per seipsum hoc iudex facit, neꝗ per principē uel aduocatum, aut aliquē in officio suo, cui tale ministerium nõ cõuenienter imponit. Hinc est etiã, ꝙ irratiõalibus animantibus utimur ad eas res, quas per homines agi nefariũ est. Nam utiꝗ dignus est fur morsu lacerari: id tamē homo nõ per seipsum agit, aut per filiũ, aut per domesticũ, aut etiã per famulũ suũ, sed per canē, quam bestiam talia facere pro naturæ suæ gradibus decet. Cũ igit quosdã pati aliquid deceat, quod alios facere nõ deceat, ministeria quędã sunt media, quibus digna iniũgunt officia: ut eis utens ipsa iustitia, nõ solũ talia pati quęꝗ imperet, qualia pati eũ decet, sed etiã ijs faciētibus, quos talia facere non minus decet. Quapropter cum & Aegyptij deceptione digni essent, & populus Israel ꝑ illa ætate generis humani in tali adhuc gradu morũ cõstitutus esset, ut nõ indigne hostē deciperet: factũ est ut iuberet deus, uel potius pro illorũ cupiditate ꝑmitteret, ut uasa aurea & argētea, quibus adhuc terrenæ rei appetitores inhiabant: & peterēt ab Aegyptijs non reddituri, & acciperent quasi reddituri. Quã & mercedē tam diuturni laboris atꝗ operis pro taliũ animarũ gradu nõ iniustam deus esse uoluit, & pœnã illorũ, quos digne fecit amittere id, quod reddere debuerũt. Non itaꝗ deus deceptor est, quod credere nefariũ & impiũ esse quis nõ intelligat? sed meritorũ & personarũ iustissimus distributor, faciēs quędã per seipsum, quæ illo solo digna sunt, eiꝗ soli cõueniũt: sicuti est illuminare animas, & seipsum eis ad perfruendũ præbendo, sapiētes beatasꝗ pręstare: alia per seruientem sibi creaturam, integerrimis legibus pro meritis ordinatam quędã eorũ iubens, quędã permittēs, usꝗ ad passerũ administrationē, sicut dñs in Euãgelio dicit, & usꝗ ad fœni decorē, usꝗ ad numerũ etiã capillorũ nostrorũ diuina prouidētia pertendēte atꝗ ueniente. De qua etiã dictũ est, Pertēdit à fine usꝗ ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quod aũt per animarũ ministeria suis legibus seruientia deus puniat, & digne digna supplicia retribuat, cũ ipse tranquillissimus maneat, apertissime scriptũ est, Ipsum quoꝗ qui puniri non debet, cõdemnas, & exterũ existimas à tua uirtute. Virtus enim tua iustitiæ initiũ est, & ob hoc ꝙ omniũ dominus es, omib. te parcere facis. Virtutem enim tu ostēdis, qui nõ crederis esse in uirtute consummatus, sed in ijs qui sciũt audaciã traducis. Tu autem dominus uirtutũ cũ tranquillitate iudicas, & cum magna reuerētia disponis nos. Hic ꝗ primo in terrenis rebus sit gradus ad cœlestē iustitiã, qui iam

Margin notes: A; B; C; D; 3 sent. dist. 37. c. fine/ ro; Matt.10; Luce 12; Sap.12.

Luc. 16 *Ioan. 16* *1 Cor. 3*

infirmiorib. impar, dñs ostẽdit, cum ait, Si in alieno fideles nõ fuistis, uestrũ quis dabit uobis? Et q pro suis gradibus animæ doceant, & ipse dñs demonstrat dicens, Multa habeo uobis dicere, sed nũc non potestis portare illa: Et Apostolus cũ ait, Ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: lac uobis potũ dedi non escã, neq; enim poteratis, sed neq; adhuc potestis, Adhuc eñ estis carnales. Quod eñ in istis secundũ gradus suos actũ est, hoc in uniuerso genere humano agi cognoscimus, ut alia carnali populo, alia spiritali q tẽporũ cõgruẽtia iuberent. Nõ ergo mirũ si hostẽ decipi dignũ, decipere iussi sunt, qui erãt adhuc digni hostẽ decipere. Non enim iam erant idonei quibus diceret, Diligite inimicos uestros: sed tales erant quibus tantũmodo dici poterat, Diliges proximũ tuũ, & oderis inimicũ tuum. Adhuc enim ille proximus q̃ late intelligendus esset, nõ erat tẽporis tradere. Inchoatio ergo quædam facta est sub pædagogo, ut magistro pfectio seruaret: cum tamen idem deus, & pędagogũ paruulis dederit legem illam scilicet per famulũ suũ, & magisteriũ grãdioribus: id est Euangelium per unicũ suũ.

Luce 6 *Math. 7*

De eo quod scriptũ est, Mihi aũt adhærere deo bonum est Psal. 72 q. LIIII

Omne quod est, aut eodẽ modo semper est, aut nõ. Et omnis anima omni corpore melior est: Melius est enim omne quod uiuificat q̃ id quod uiuificat. Corpus autẽ ab anima uiuificari, nõ à corpore animã nemo ambigit. Quod autem corpus non est, & tñ aliquid est, aut anima est, aut ea melius aliquid. Deterius eñ omni corpore nihil est, quia & si materiã quis dixerit unde ipsum corpus fit: recte, quoniã caret omni specie, nihil dicit. Rursus inter corpus & animã, quod melius sit corpore, deterius anima, non inuenit. Si quid eñ esset mediũ, aut uiuificaret ab anima, aut uiuificaret animã aut neutrũ, Aut uiuificaret corpus, aut uiuificaret à corpore, aut neutrũ. At quicquid uiuificatur ab anima, corpus est. Si quid aũt uiuificat animã, melius est q̃ anima. Rursum quo uiuificat corpus, anima est: quod uiuificat à corpore, nihil est. Neutrũ uero, id est nullius uitæ intelligens, nullamq; uitam tribuẽs, aut omnino nihil est, aut aliquod corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius. Sed utrũ quid tale sit in rerũ natura, alia quæstio est. Nũc interim ratio cõperit, nihil inter corpus & animã esse quod sit corpore melius, anima deterius. Quod aũt est omi anima melius, id deũ dicimus, cui quisq; eũ intelligit iũctus est. Quod enim intelligit uerũ est, nec oĩe quod creditur uerũ est. Quicquid aũt uerũ est atq; à sensib. & à mẽte seiũctũ est, credi tantũ, non tamẽ sentiri aut intelligi potest. Deo igit iunctũ est q̃d intelligit deũ. Intelligit aũt ratiõalis anima deũ, Nã intelligit quod semp eiusmodi est, ueq; ullã patit mutationẽ. At & corpus per tẽpus & locos, & anima ipsa ratiõalis q aliquãdo sapiens, aliquãdo stulta est, mutationẽ patit. Quod aũt semp eodẽ modo est, melius profecto est q̃ id quod non ita est. Nec quicquã est melius rationali anima nisi deus. Cum igit intelligit aliquid quod semp eodẽ modo sese habet, ipsum sine dubio intelligit. Hæc aũt est ipsa

1 retrac. c. 26

ueritas, cui quia intelligẽdo anima ratiõalis iungi A tur, & hoc bonũ est animæ, recte accipit id esse q̃d dictũ est, Mihi aũt adhęrere deo bonũ est.

De eo quod scriptũ est, Sexaginta sunt reginæ octoginta cõcubinæ et adolescentularum non est numerus q. LV

Denarius numerus potest significare uniuersitatis scientiam. Quæ si ad interiora & intelligibilia referat, quæ senario numero significantur, fit quasi decies sexies, quod est sexaginta. Si ad terrena & corruptibilia quæ octonario nũero significari possunt, fiunt decies octies, q̃d est octoginta. Reginę ergo sunt animæ regnãtes in intelligibilib. & spiritalibus. Cõcubinę quę mercedẽ accipiũt terrenorũ, de quibus dictũ est, Acceperũt mercedẽ suam. Adolescẽtulæ quarũ nõ est numerus, quarũ non est determinata sciẽtia, & diuersis dogmatib. periclitari possunt: ut numerus, quod dictũ est, significet certã & indubitatã cõfirmationẽ scientiæ.

De annis quadraginta sex ædificationis templi q. LVI

Sex, B nouẽ, duodecim, decẽ & octo, hęc in uniuerso fiũt quadragintaqnq;. Adde ergo ipsum unũ, fiũt quadraginta sex: hoc sexies, fiũt ducenta septuaginta sex. Dicit aũt cõceptio hnmana sic pcedere & pfici ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinẽ, sequẽtib. nouẽ diebus cõuertat in sanguinẽ, deinde duodecim diebus solidet, reliquis decem & octo diebus formet usq; ad perfecta liniamẽta omniũ mẽbrorũ, & hinc iam reliquo tẽpore usq; ad tempus partus, magnitudine augeat. Quadraginta ergo quinq; diebus, addito uno, quod significat summã: qa sex & nouẽ & duodecim & decẽ & octo in unũ coactis, fiũt quadragintaqnq;: addito ergo, ut dictũ est uno, fiũt quadragintasex. Qui cũ fuerint multiplicati per ipsum senarium nume C rum, qui huius ordinatiõis caput tenet, fiũt ducenti septuagintasex: id est nouem mẽses & sex dies, qui cõputant ab octauo Cal. Aprilis, quo die conceptus dñs credit, qa eodẽ die etiã passus est, usq; ad octauum Cal. Ianuarias, quo die natus est. Non ergo absurde quadraginta sex annis dicit fabricatũ esse templũ, quod corpus eius significabat: ut quot anni fuerũt in fabricatione tẽpli, tot dies fuerint in corporis dñici perfectiõe.

1. Cor. 3

De centum quinquaginta tribus piscibus q. LVII

1. Cor. 11

Omnia uestra, uos aũt Christi, Christus autem dei. Si à capite numerent, inueniunt unũ, duo, tria, quatuor. Item, Caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput aũt Christi deus. Si eodẽ modo numerent, inueniuntur similiter unũ, duo, tria & quatuor. Porrò unũ & duo & tria & quatuor simul ducta fiunt decẽ. D Quapropter disciplinã quæ insinuat cõditorẽ deum, & conditã creaturã, recte significat denarius numerus. Et cũ corpus perfectũ atq; inexterminabile subdat animæ perfectæ atq; inexterminabili, rursusq; ipsa subdat Christo, & ille deo, nõ tanquã dissimulis aut alterius naturæ, sed tanquã patri filius, hoc totũ eodem numero denario recte significat, quod post resurrectionẽ corporis speratur futurũ in æternũ. Et fortasse propterea qui conducuntur ad uineam, denarium accipiunt mercedis nomine. Sicut autẽ unũ & duo & tria & quatuor simul decẽ fiunt, sic unũ & duo & tria & quatuor quater ducta quadraginta fiunt. Si autẽ quaternarius numerus recte corpus significat, pprer quatuor notissimas naturas, quibus constat: siccã

lib.7. de Genesi ad literam cap. 21 & humidā, frigidā & calidā: & q̄ progressio à puncto ad longitudinē, à longitudine ad latitudinē, à latitudine ad altitudinē, soliditatē corporis facit, quæ rursus quaternario numero cōtinet: non absurde intelligit quadragenarius numerus temporalē dispensationē significare, quæ p salute nostra gesta est, cum dominus corpus assumpsit, & uisibiliter hominib. apparere dignatus est. Vnum em̄ & duo & tria & quatuor, quę significant creatorē & creaturam, quater ducta, id est per corpus temporaliter demōstrata, fiunt quadraginta. Nā inter quatuor & quater hoc interest, quod quatuor in statu sunt, quater in motu. Ergo ut quatuor referūtur ad corpus, ita quater referī ad tempus: insinuaturq; sacramentū corporaliter & temporaliter gestum, ppter eos qui corporū amore implicati erāt & tēporib. subditi. Quadragenarius ergo numerus, ut dictū est, tēporalē ipsam dispēsationē nō incōgrue significare credit. Et fortasse hoc est quod quadraginta dies dn̄s ieiunauit, seculi huius, quod motu corporū & tēporibus agit, ostēdens inopiam: & quadraginta dies post resurrectionē cū discipulis fuit, hanc ipsam illis credo dispēsationem tēporalem, quā pro salute nostra gessit, insinuans. Quadragenarius autē numerus, partib. suis, quæ illum metiunt, cōputatis, usq; ad quinquagenarium numerū peruenit: idipsum cōmendans, quandoquidē ipsæ partes, quæ illum metiuntur, æquales inter se sunt: quia cū ęquitate administrata, corporalis & uisibilis tēporaliter actio, pfectionē homini cōparat. Quæ perfectio, sicut dictū est, denario numero significatur: sicut quadragenarius numerus, æqualibus suis partibus in summam redactis, denariū numerū parit, quoniā ad quinquagenariū sicut supra scriptū est, peruenit. Vnū em̄ q̄d habent quadraginta quadragies, & duo quod habent uicies, & quatuor q̄d habent decies, & quinq; quod habēt octies, & octo q̄d habēt quinquies, et decē quod habent quater, & uiginti quod habent bis, simul ducta fiūt quinquaginta. Nullus em̄ alius numerus metiri per partes æquales quadragenariū numerū potest, pręter hos quos enumeraui mus, & cōputatos ad quinquagenariū numerum duximus. Peractis ergo dn̄s quadraginta diebus post resurrectionē cū discipulis suis, id est, eōmendans eis quod pro nobis temporaliter gestū est, ascēdit in cœlū: & post alios decē dies misit spiritūsanctū, q̄ perficerenī spiritaliter ad inuisibilia capiēda, qui uisibilibus tēporalibusq; crediderunt, ipsis uidelicet decē diebus post quos misit spiritūsanctū, eandem perfectionē quæ per spiritūsanctū cōfertur denario numero indicans. Quę quadragenarius, cōputatis æqualibus partibus suis edit, & fit quinquagenarius: sicut temporali dispēsatio ne cū ęquitate administrata peruenit ad perfectionem, quā denarius numerus significat, qui denarius simul cū quadragenario quinquagenariū facit. Ergo quoniā perfectio quæ fit per spiritūsanctū, quādiu adhuc in carne ambulamus, quamuis nō uiuamus carnaliter, cū ipsa dispēsatiōe temporali copulat, recte uidet quinquagenarius nume-

Act. 1. & 2

A rus ad ecclesiā ptinere, sed iam purgatā atq; perfectam: quæ tēporalis dispēsationis fidem atq; æternitatis futurę spem charitate amplexat: id est qua si quadragenariū numerum denario numero copulans. Hæc aūt ecclesia ad quā pertinet quinquagenarius numerus, siue quia ex tribus generibus hominū eliquatur, Iudæis & gentibus & carnalib. Christianis, siue quia sacramento trinitatis imbuitur, numero quo significat ter ducto, ad centenarium & quinquagenariū peruenit: Quinquaginta enim ter ducta fiunt centū quinquaginta. Quò cū addideris ipsa tria, quia insigne & eminens debet esse quod in nomine patris & filij & spūsancti lauacro regeneratiōis abluit, fiunt centū quinquaginta tres. Qui numerus pisciū inuenit, quia in dexterā partē missa sunt retia, & ideo magnos: id est perfectos & regno cœlorū aptos habet. Nam illa similitudo reticuli nō in dexterā missi, simul cepit bonos & malos, qui separant in littore. Nūc em̄ intra retia præceptorū & sacramentorū dei, in ecclesia quæ nūc est, simul boni maliq; uersant. Fiet aūt separatio in fine seculi, tanquā in fine maris, id est in littore: cū regnant iusti primo tēporaliter, sicut in Apocalypsi scriptū est, deinde in æternū in illa ciuitate quæ ibi describit, ubi iam cōquiescente dispēsatione tēporali, quæ quadragenario numero significat, denarius remanet, quā mercedē sancti ubi operant in uinea percepturi sunt. Potest etiā si numerus iste cōsiderat, occurrere ad ecclesiæ sanctitatē, quę per dominū nostrū Iesum Christum facta est: ut quoniā septenario numero creatura cōstat, cum ternarius animę & quaternarius corpori tribuit, susceptio ipsa hominis ducat ad tria septies: quia & pater misit filiū, & pater in filio est, & dono spiritussancti de uirgine natus est: & hęc sūt tria, pater & filius & spūsanctus. Septies aūt ipse homo tēporali dispēsatione susceptus est ut fieret sempiternus. Fit ergo summa nūeri uigintiunū: id est tria septies. Hæc aūt hominis susceptio ad liberationē ualuit ecclesiæ, cui caput est Christus. At ipsa ecclesia ppter animā & corpus in eodē septenario numero reperit. Ducuntur itaq; uigintiunū septies propter eos qui per dn̄icū hominem liberant, & fiunt simul centū quadragintaseptem. Cui addit senarius numerus signū perfectionis, quia partibus suis, quæ illū metiunt, constat, ita ut nihil minus nihilq; amplius inueniat. Metit quippe illum unū quod habet sexies, & duo quę habet ter, & tria quę bis habet: quæ simul ducta, unū & duo & tria, sex fiūt. Quod fortasse ad illud etiam sacramentū pertinet, q̄ deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad centū ergo & quadragintaseptē cū sex addideris, quod est signū perfectiōis, fiūt cētū quinquagintatria, Qui numerus pisciū inuenitur, posteaq; iussu dn̄i in dexterā partē missa sunt retia, ubi peccatores qui ad sinistrā pertinent non in ueniunt. Ioannes Baptista, considerata scriptura quæ de illo in Euangelio legitur, multis probabilibus documentis non absurde credit prophetiæ gestare personam, & eo maxime quod de illo dn̄s dicit, Plusquam Propheta. Hic siquidem to-

Matt. 28

B Ioan. 21

Matth. 13

Apoc. 21

C

Eph. 5

D

De Ioanne Baptista q. LVIII

Matt. 11

tius ꝓpheticę quę ab exordio generis humani usq;
ad aduentū domini de domino facta est, imaginē A
gestat. Est autē Euangelij persona in ipso domino
quæ per prophetiam prænunciabaꝛ, cuius auge-
tur prædicatio per uniuersum orbem terrarum ab
ipso domini aduentu, Prophetia autem minuitur
postquā id quod prēnunciabat aduenit. Itaq; do-
Lucæ 10 minus dicit, Lex & Prophetę ad Ioannē Baptistā,
Ioan. 3 ab hinc regnū dei prædicaꝛ. Et Ioānes ipse, illum,
inquit, oportet crescere, me autē minui. Quod &
diebus quibus nati sunt, & mortib. quibus passi
sunt figuratū est, Nasciꝛ nãq; Ioānes, ex quo dies
incipiūt minui: nascitur dñs, ex quo dies incipiunt
crescere. Capite ille minuitur, dū occidiꝛ: hic uero
attolliꝛ in cruce. Postquā ergo ꝓphetia ipsa in Ioā
ne cōstituta digito ostēdit pręsentem, quē uentu-
rū ab exordio generis humani cecinerat, incipit
minui, atq; inde crescere prædicatio regni dei. Et
Act. 1 ideo baptizauit Ioānes in pœnitentiā: finiꝛ eñ ue
tus uita usq; ad pœnitentiā, atq; inde incipit noua.
Nō aūt tantū in ijs qui ꝓprie Prophetæ appellati
sunt, sed in ipsa ueteris testamēti historia prophe-
tia nō silere colligitur, ab eis qui pie quærūt, & ad
hæc inuestiganda diuinitus adiuuanꝛ. Maxime ta
men illis euidentioribus rerum figuris apparet: q
Abel iustus à fratre interficiꝛ, & dominus à Iudęis
quòd arca Noe, tanq; in diluuio seculi ecclesia gu
bernaꝛ: q Isaac immolādus deo duciꝛ, & aries pro
illo in sentibus tanquā crucifixus agnosciꝛ: quòd
in duobus Abrahæ filijs, uno de ancilla, altero de
libera, duo testamenta intelligūtur: quòd duo po C
puli in geminis, Esau scilicet & Iacob, prēmōstrā-
tur: q Ioseph à fratrib. persecutionē passus, ab alie
nis honoraꝛ: sicut dominus Iudęis persequētibus,
apud gentes clarificatus est. Longū est cōmemo-
rare singula, cū ita concludat Apostolus, & dicat,
1 Cor. 10 Hæc aūt in figura cōtingebant eis, scripta sunt au-
tem propter nos, in quos finis seculorū deuenit. Fi
nis autē seculorū tanquam senectus ueteris homi
nis, cum totū genus humanū tanquā unū hominē
cōstituerit, sexta ætate signatur, qua dominus ue-
nit. Sūt enim ætates sex etiā in uno homine: infan-
Lib. De Genesi contra Manic. cap. 23 tia, pueritia, adolescētia, iuuētus, grauitas, & sene
ctus. Prima itaq; generis humani ætas est ab Adā
usq; ad Noe. Secūda à Noe usq; ad Abrahā: qui ar-
ticuli sunt euidētissimi & notissimi. Tertia ab A-
brahā usq; ad Dauid: sic eñ Matthęus Euāgelista D
partitur. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationē
in Babyloniā. Quinta à trāsmigratione in Babylo
niā usq; ad aduentū domini. Sexta ab aduentu dñi
usq; in finē seculi speranda est: qua exterior homo
tanquā senectute corrūpiꝛ, qui etiā uetus diciꝛ, &
interior renouaꝛ de die in diē. Inde requies sempi
Gen. 1 terna est, quæ significaꝛ sabbato. Huic rei cōgruit
q homo sexto die factus est ad imaginē et similitu
dinē dei, Nemo aūt ignorat hominū uitā iam ali-
quid administrātem, cognitione & actione fulci-
ri: nam & actio temeraria est sine cognitione, &
sine actiōe ignaua cognitio. Sed prima uita homi
nis, cui nulla administratio rectè crediꝛ, gnq; sen
sibus corporis dedita est: qui sunt uisus, auditus,

olfactus, gustus, tactus. Et ideo duæ primæ ætates
generis humani denis generatiōib. definiuntur, tā
quā infantia & pueritia: quinario scilicet gemina-
to, quoniā generatio utroq; sexu propagaꝛ. Sūt eñ
go generationes decē ab Adā usq; ad Noe, & in-
de usq; ad Abrahā aliæ decē, quas duas ætates in- Matt. 1
fantiā & pueritiam generis humani esse diximus.
Adolescētia uero & iuuētus & grauitas: id est ab
Abrahā usq; ad Dauid, & inde usq; ad transmigra
tionē in Babyloniā, & inde usq; ad aduentū domi
ni, quatuordenis generationib. figuranꝛ: septena-
rio geminato ad eādē generationē utriusq; sexus,
cū quinario qui est in sensib. corporis, actio & co-
gnitio addita fuerit. Senectus aūt solet etiā tātum
tenere temporis, quantum reliquæ omnes ætates,
Nam cū à sexagesimo anno senectus dicaꝛ incipe
re, & possit humana uita usq; ad centū uiginti an-
nos peruenire, manifestū est solā senectutē posse tā
longam esse, q omnes ætates cęteræ priores sunt.
Aetas igiꝛ ultima generis hūani, quæ incipit à dñi
aduētu, usq; in finē seculi quib. generatiōib. cōpu-
teꝛ incertū est: & hoc utiliter deus uoluit latere, si-
cut in Euāgelio scriptū est, & Apostolus attestaꝛ 1. Thess. 5
dicēs, diē dñi tanq; furē in nocte esse uenturū, Sed
tamē sexta ętate uisitatū esse genus humanū humi
li dñi aduētu, supius distinctis generatiōib. edoce
tur. Qua uisitatiōe incepit manifestari prophetia,
quæ supiorib. cuiuscq; ætatib. latuit: cuius ꝓphetiæ
personā qm̄ Ioannes gestabat, ut supra dictū est,
ideo ex sensibus parētib. nasciꝛ, tanquā senescente
seculo prophetia illa innotescere incipiat: & gnq;
mēsibus se occultat mater eius, sicut scriptum est,
Occultabat se Elizabet mēsib. quinq;. Sexto autē Luc. 1
mēse uisitaꝛ à Maria matre dñi, & exultans infans
in utero eius, tanq; ꝑimo aduentu dñi quo in hu-
militate apparere dignatus est, prophetia manife
stari incipiat, Sed tanquā in utero: id est nondū tā
euidenter ut omnes sicut in lucē manifestū esse fa
teanꝛ: quod futurū credimus secūdo aduentu do-
mini, quo in claritate uenturus est: cuius aduētus
pręcursor speraꝛ Helias, sicut huius Ioannes fuit.
Et ideo diciꝛ à domino, Helias iam uenit, & mul- Matth. 17
ta ei homines fecerūt, & si uultis scire ipse est Ioan
nes Baptista, qui uēturus est. Quia in eodē spiritu
& in eadē uirtute, & tanquā pręcedētis præconis
officio & hic iam uenit, & ille uenturus est. Pro-
pterea & istū Ioannē per spiritū quo pater eius ua
tes impletus est, diciꝛ præcursorē domini futurum
in spiritu & uirtute Heliæ. Peractis autē Maria cū
Elisabet mēsib. tribus, discedit, Quo numero mi-
hi uideꝛ significari fides trinitatis, & baptisma in
nomine patris & filij & spiritussanctī, quo humi
lē domini aduentū genus humanū imbuiꝛ, & fu-
turo aduētū claritatis eius extolliꝛ. Inter parabo De decē uirginibus
las à domino dictas solet querētes multū exerce- Matth. 25
re ista quæ de decē uirginibus posita est. Et multi q. LIX
quidē hinc multa senserūt: quæ nō sunt præter fi-
dē: sed quomodo partibus omnib. eius conueniat
expositio id elaborādū est. Legi etiā in quadā scri-
ptura ex earū genere quæ apocryphæ nominanꝛ,
nō quod sit contra catholicā fidem, sed huic loco
mihi

mihi minus cõgruere uiſa eſt, cõſideranti omnes
huius ſimilitudinis partes. De qua tamen expoſi-
tione temere nihil audeo iudicare, ne forte non e-
ius incõuenientia mihi anguſtias fecerit, ſed mea
tarditas in ea cõuenientiã nõ inuenerit. Quid aũt
mihi uideať nõ abſurde hoc loco accipi, quantum
potero breuiter & diligẽter exponã. Interrogatus
igiť dñs noſter ſecreto à diſcipulis de cõſummatio
ne ſeculi, inter multa alia quę locutus eſt, hoc quo
Matth. 25 que dixit, Tũc ſimile ęſtimabiť regnũ cœlorũ de-
cem uirginibus quæ acceperũt lãpades ſuas & ue
nerũt obuiã ſpõſo. Quinq; aũt ex eis erãt fatuæ, &
quinq; prudẽtes. Sed quinq; fatuę acceptis lampa
dibus ſuis, nõ ſumpſerũt oleũ ſecum, Prudẽtes au-
tem acceperunt oleũ ſecũ in uaſis ſuis cũ lãpadib.
Tardãte aũt ſpõſo, dormitauerũt omnes, & dor-
mierũt. Media autẽ nocte clamor factus eſt, Ecce
ſpõſus uenit, ſurgite obuiã ei: Tũc ſurrexerũt uir-
gines illę & aptauerũt lampades ſuas. Et dixerunt
illæ ſtultæ ad ſapiẽtes. Date nobis de oleo ueſtro,
quia lãpades noſtræ extinguunť. Reſpõderũt aũt
ſapiẽtes dicẽtes, Ne forte nõ ſufficiat nobis & uo
bis, ite potius ad uẽdẽtes & emite uobis, Et dum
irẽt emere, uenit ſpõſus, & quæ paratæ erant intra
uerũt cũ eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſi
me aũt ueniũt & reliquę uirgines dicẽtes, Domi-
ne, domine, aperi nobis. At ille reſpõdẽs ait, Amẽ
dico uobis, Neſcio uos, Vigilate ergo, quia neſci-
tis diẽ neq; horã. Decẽ utiq; numerus uirginũ, qua
rũ quinq; admittũtur, quinq; excludunť, bonorũ
& malorũ diſcretionem ſignificat. Quapropter ſi
uirginitatis nomẽ honorabile eſt, cur receptus ex
cluſisq; cõmune eſt? Deinde quid ſibi uult nume
rus in utraq; parte quinarius? Quid aũt ſignificat
oleũ, mirũ uideť. Itẽ q; ſapiẽtes petẽtib. non cõmu
nicant: cũ & inuidere fas non ſit eas quæ ita perfe-
ctæ ſunt, ut à ſponſo recipianť, quo nomine nullo
dubitãte dñs Ieſus Chriſtus ſignificatur: & miſeri-
cordes eſſe oporteat ad præſtandũ ex eo, quod ha
bent, præſcribente illa ſententia eiuſdẽ domini di
Matth. 5 centis, Omni poſcẽti te tribue. Quid eſt aũt quod
Luc. 6 poſſit dando nõ ſufficere utriſq;? Hæc maxime au
gent quæſtionis difficultatẽ, quanquã & cętera di
ligenter conſiderata ut omnia in unã rationẽ con
currant, nihilq; in unã partem dicatur quod impe
diat aliã, magna cautio adhibẽda eſt. Videnť itaq;
mihi quinq; uirgines ſignificare quinqꝫpertitam
cõtinentiã à carnis illecebris. Cõtinendus eſt em̃
animi appetitus à uoluptate oculorum, à uolupta
te auriũ, à uoluptate olfaciendi, guſtãdi, tangendi.
Sed quia iſta cõtinentia partim coram deo fit, ut
illi placeať in interiori gaudio conſciẽtiæ, partim
coram hominibus tantum, ut gloria humana ca-
piatur, quinq; dicuntur ſapientes, & quinq; ſtultæ:
utræq; tñ uirgines, quia utraq; cõtinẽtia eſt, quam
uis diuerſo fomite gaudeat. Lãpades aũt ſunt quia
Matth. 5 manibus geſtanť, opera quæ ſecundũ continẽtiã
iſtam fiunt. Dictum eſt autem, Luceant opera ue-
ſtra corã hominibus, Omnes uero acceperũt lam
pades ſuas & uenerunt obuiam ſpõſo. Intelligen-
dum eſt ergo Chriſti nomine cẽteri de quibus agi

tur, Nõ em̃ poſſunt qui Chriſtiani nõ ſunt, ſponſo
A Chriſto uenire obuiam. Sed quinq; fatuę acceptis
lampadibus ſuis, nõ ſumpſerũt oleũ ſecum. Multi
em̃ quamuis de Chriſti bonitate plurimũ ſperẽt,
gaudiũ tamen nõ habẽt, dum cõtinẽter nõ uiuũt,
niſi in laudibus hominũ. Non ergo habent oleum
ſecũ. Nam ipſam lętitiam oleo ſignificari arbitror.
Propterea unxit, inquit, te deus deus tuus oleo ex Pſal. 44
ultatiõis. Qui aũt non propterea gaudet quia deo
intrinſecus placet, nõ habet oleum ſecũ. Prudẽtes
aũt acceperunt ſecũ oleum in uaſis ſuis cũ lampa-
dibus: id eſt lætitiã bonorũ operũ in corde atq; cõ
ſciẽtia poſuerũt, Sicut Apoſtolus monet, Probet Galat. 5
aũt ſe homo, inquit, & tunc in ſemetipſo habebit
gloriã & nõ in altero. Tardãte uero ſponſo dormi
tauerũt omnes, quia ex utroq; genere cõtinentiũ
B hominũ, ſiue eorũ qui corã deo exultant, ſiue eorũ
qui in laudib. hominũ acquieſcunt, moriũtur hoc
interuallo tẽporis, donec ſub aduẽtu domini fiat
reſurrectio mortuorũ. Media aũt nocte: id eſt nul
lo ſciẽte aut ſperãte, quippe cum ipſe dominus di-
cat, De die aũt illa & hora nemo ſcit: Et Apoſto- Matth. 24
lus, Dies dñi tanq; fur in nocte ita ueniet: ex quo 1. Theſſ. 5
ſignificatur eũ penitus latere cũ uenerit: clamor
factus eſt, Ecce ſponſus uenit, ſurgite obuiã ei. In
ictu oculi & in nouiſſima tuba om̃es reſurgemus.
Ergo ſurrexerũt om̃es uirgines illæ, & aptauerũt
lãpades ſuas: id eſt ratiões reddẽdas operũ ſuorũ.
Oportet em̃ nos exhiberi ante tribunal Chriſti, 2 Cor. 5
ut illic recipiat unuſquiſq; quod geſſit in corpore
ſiue bonũ ſiue malũ. Et dixerũt ſtultæ ad ſapiẽtes,
C Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtræ
extinguunť. Quorũ em̃ facta aliena laude fulciũ-
tur, eadẽ ſubtracta deficiũt, & de conſuetudine id
ſemp inquirunt unde gaudere animus ſolet. Itaq;
hominũ qui corda nõ uident, teſtimoniũ uolũt ha
bere apud deũ qui cordis inſpector eſt, Sed quid
reſpõderũt ſapiẽtes? Ne forte nõ ſufficiat nobis et
uobis, Vnuſquiſq; em̃ pro ſe rationem reddet, nec
alieno teſtimonio quiſq; adiuuať apud deũ, cui ſe
creta cordis apparẽt, & uix ſibi quiſq; ſufficit ut ei
teſtimoniũ perhibeat cõſciẽtia ſua. Quis em̃ glo- Eſa. 3
riabiť mũdũ ſe habere cor? Inde eſt q̃d Apoſtolus 1 Cor. 10
ait. Mihi aũt minimũ eſt ut à uobis iudicer, aut ab
humano die, ſed neq; memetipſum iudico. Qua-
propter cũ de ſeipſo quiſq; aut nõ omnino aut uix
D poſſit uerã ferre ſentẽtiã, quomõ poteſt de alio iu
dicare, cũ ſciat nemo q̃d agať in homine niſi ſpiri-
tus hominis. Ite magis ad uẽdẽtes & emite uobis:
Nõ cõſiliũ dediſſe putãdę ſunt, ſed crimẽ earũ ex
obliquo cõmemoraſſe. Vendũt em̃ oleũ adulato-
res, q ſiue falſa, ſiue ignorata laudando, animas in
errorẽ mittũt, & eis uana gaudia tanq; fatuis cõci-
liando, aliquã de his mercedẽ, ſiue ciborũ, ſiue pe-
cuniæ, ſiue honoris, ſiue alicuius cõmodi tẽpora-
lis accipiũt, nõ intelligẽtes quod dictum eſt, Qui Prouerb. 9
uos fœlices dicũt, in errorẽ uos mittũt. Melius eſt
aũt obiurgari à iuſto q; à peccatore laudari. Emen
dabit me, inquit, iuſtus in miſericordia & arguet Pſal. 140
me, oleũ aũt peccatoris nõ impinguet caput meũ.
Ite ergo magis ad uendẽtes & emite uobis: id eſt

uideamus nũc quid nos adiuuãt qui uobis laudes uẽdere cõsueuerũt et uos in errorẽ inducere, ut nõ corã deo, sed ab hominib. gloriã quæreretis. Euntibus aũt illis emere, uenit spõsus: id est inclinantibus se illis in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quærẽtibus, quia gaudia interna nõ nouerant, uenit ille qui iudicat. Et quæ paratę erant: id est quibus bonũ corã deo testimoniũ cõscientia perhibebat: intrauerũt cum eo ad nuptias: id est ubi mũda anima puro & pfecto sempiternoq; dei uerbo fœcũdata copulať. Et clausa est ianua: id est receptis illis qui sunt in angelicam uitã immutãdi, Omnes

1.Cor.15 enim, inquit, resurgemus, sed nõ omnes immutabimur: clausus est aditus ad regnũ cœlorũ. Nõ eñ post iudiciũ patet precum aut meritorũ locus. Nouissime aũt ueniunt & reliquæ uirgines dicentes, Domine domine aperi nobis. Nõ dictũ est ꝙ emerint oleum, & ideo intelligẽdæ sunt nullo iam remanente de alienis laudib. gaudio in angustijs & magnis afflictionibus redire ad implorationẽ dei. Sed magna est eius seueritas post iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis misericordia prorogata

Matt. 25 est. Itaq; respõdens ait, Amen dico uobis ꝙ nescio uos: Ex illa scilicet regula qua non habet ars dei, hoc est sapiẽtia dei, ut intrẽt in gaudiũ eius qui nõ corã deo sed ut placerẽt hominibus, uisi sunt aliquid secũdũ pręceptũ eius operari. Atq; ita cõcludit, Vigilate ergo, quia nescitis diẽ neq; horã. Nõ mõ illius ultimi tẽporis quo uẽturus est sponsus, sed suæ quisq; diẽ dormitionis et horã nescit, Quisquis aũt paratus est usq; ad somnum: id est usq; ad mortẽ quę omnibus debeť, paratus etiã inuenieť cũ illa uox media nocte sonuerit qua oẽs euigilaturi sunt. Qđ uero spõso dixit obuiã uenire uirgines: sic intelligẽdũ puto ut ex ipsis uirginib. constet ea quę diciť spõsa: tanq̃ si omnib. Christianis in ecclesiã cõcurrẽtib. filij ad matrẽ concurrere dicanť, cũ ex ipsis filijs cõgregatis cõstet ea quæ diciť mater. Nũc eñ despõsata est ecclesia, & uirgo est ad nuptias pducẽda: id est cũ se cõtinet à corruptione seculari. Illo aũt tempore nubet, cũ uniuersa mortalitate in ea pereũte, immortali coniũctio-

2.Cor.11 ne frueť. Despõsaui, inquit, uos uni uiro uirginem castã exhibere Christo. Vos, inquit, uirginẽ: à plurali ad singularẽ cõcludens, Ideo & uirgines dici possunt & uirgo. Cur aũt quinq; dictę sint, ut mihi uideť expositũ est. Sed uidemus nũc in ęnigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. Et nunc ex parte, tunc autẽ ex toto. Ipsum aũt in ænigmate & ex parte nũc in scripturis aliquid cernere, quod tamẽ sit secũdum catholicã fidẽ, ex illo pignore cõtingit quod accepit uirgo ecclesia humili aduẽtu spõsi sui, Quæ illi ultimo aduentu cũ ueniet in claritate nuptura est, cũ iam facie ad faciẽ cõtuebiť. Dedit eñ nobis pignus spiritũsanctũ, sicut dicit Apostolus. Et ideo ista expositio nihil certũ intueť, nisi ut secundũ fidem sit, neq; alijs pręiudicat qui eam nihilominus secundũ fidẽ exponere potuerint. Sicut scire deus diciť etiã cũ scientẽ facit, sicut scriptũ est, Tẽtat uos dñs deus uester ut sciat si diligatis eũ. Nõ eñ sic dictũ est hoc, quasi nesciat deus, sed ut ipsi sciãt

De die aũt illo et hora nemo scit neq; angeli cœlorum neq; filius hominis, nisi pater solus. Matth.24 q.LX

quantũ in domini dilectiõe profecerint, quod nisi

A tentationibus quæ accidũt, nõ plene ab hominib. agnosciť. Et ipsum tentat, pro eo positũ est quod tẽtari sinit. Sic & cum diciť, nescire: aut pro eo diciť, qđ nõ approbat: id est in disciplina & doctrina sua nõ agnoscit, sicut dictũ est, Nescio uos: aut pro eo quod utiliter nescientes facit, id quod scire inutile est. Ideo bene accipiť, id quod dictũ est, solum scire patrẽ: sic dictũ esse, quia facit filium scire: Et quod dictũ est, nescire filium: sic dictũ esse, quia facit nescire homines: id est nõ prodit eis qđ inutiliter scirẽt. Quinq; panes hordeacei quibus in mõte dominus turbas pauit, significãt ueterem legẽ, Siue quia nondũ spiritalibus sed adhuc carnalibus data est: id est quinq; corporis sensibus deditis, nam & ipsæ turbæ quinq; milia hominum fue-

Matth.25

De eo quod scriptum est in Euangelio, turbas dominum in mõte pauisse de quinq; panibus. Matth.14 q.LXI locus

B rũt, Siue qnia per Moysen lex data est, Moyses enim quinq; libros scripsit. Et quod hordeacei erãt panes, bene significãt, uel ipsam legem, quæ ita data erat, ut in ea uitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur: hordei enim medulla tenacissima palea tegitur, Vel ipsum populum nondũ expoliatũ carnali desiderio, quod tanquã palea cordi eius inhęrebat: id est nondũ corde circuncisum, ita ut nec trituratiõe tribulationũ cum per deserta quadraginta annis duceref, intellectu reuelato carnalia integumenta deponeret, sicut nec hordeũ areæ tritura illo paleari tegmine exuitur. Itaq; illi populo congruẽter lex talis data est. Duo aũt pisces qui saporẽ suauẽ pani dabãt, duas illas personas uideñ significare quibus populus

1 retrac.c.16

C ille regebatur, ut per eas cõsiliorũ moderamen acciperet, regiã scilicet & sacerdotalẽ, ad quas etiã sacrosancta illa unctio pertinebat, Quarũ officiũ erat procellis ac fluctibus popularib. nunq̃ frangi atq; corrũpi, & uiolentas turbarũ contradictiones tanquã aduersantes undas sæpe dirumpere, interdum eis custodita sua integritate cedere, prorsus more pisciũ tanquam in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratiõe uersari. Quæ tamen duæ personæ dñm nostrum præfigurabant, Ambas eñ solus ille sustinuit, & non figurate, sed proprie solus impleuit. Nam & rex noster est Iesus Christus qui nobis pugnãdi & uincẽdi demonstrauit exemplũ, in carne mortali peccata nostra suscipiẽs, tentationibus inimici, neq; illecebrosis,

D neq; terribilibus cedẽs. Postremo exuẽs se carne, principatus & potestates expoliãs fiducialiter, & triũphãs eas in semetipso. Itaq; ipso duce ab onerib. & laborib. huius peregrinationis nostrę tanq̃ ab Aegypto liberamur, & psequẽtia nos peccata sacramẽto baptismatis nobis euadẽtib. obruũtur, & quãdiu in spe sumus eius pmissionis quã nõdũ uidemus, tanq̃ per deserta ducimur, cõsolãte nos in sanctis scripturis uerbo dei, sicut illos mãna de cœlo. Et eodẽ ipso duce in Hierusalẽ cœlestẽ, tanquã in terrã pmissiõis introduci nos posse præsumimus, & inęternũ ibi regnãte ipso & custodiente seruari. Ita dominus noster Iesus Christus ostendiť rex noster. Ipse est etiã sacerdos noster in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedec, qui seipsum obtulit

fit holocaustũ pro peccatis nostris, & eius sacrifi-
cij similitudinẽ celebrandã in suæ passiõis memo
riã cõmendauit, ut illud quod Melchisedec obtu-
lit deo iam per totũ orbem terrarũ in Christi eccle
sia uideamus offerri. Ergo quoniã rex noster pec-
cata nostra suscepit, ut nobis pugnãdi & uincẽdi
demõstraret exemplũ, eorundẽ peccatorũ susce-
ptionẽ regiamq́ personã Matthæus Euangelista
Matth.1 significãs, generationẽ eius quę est secundum car
nem ab Abrahã suscipiẽs, qui pater est populi fi-
delis, & successionem prolis deorsum uersus enu
merans peruenit ad Dauid, in q̃ regni stabilimen
tum manifestissimum apparet: atq; inde per Salo-
monem, natũ de illa in qua pater eius peccauerat,
stirpẽ regiã prosecutus usq; ad generationẽ domi
Luce 3 ni perducit. Lucas uero alius euangelista, quoniã
& ipse generationẽ dñi, quæ secundũ carnem est,
sed in sacerdotali persona explicandã suscepit, ad
ad quam personã pertinet mundatio & abolitio
peccatorũ, non à principio libri, sicut Matthæus,
Matt.3 sed ab illo loco ubi baptizatus est Iesus, ubi pecca
torũ nostrorũ mundationẽ præfigurauit, incipit
parentũ eius originẽ gradatim prosequi, neq; de-
orsum uersus, sicut ille qui eũ ad susceptionẽ pec-
catorũ tanq; descendentẽ ostendebat, sed sursum
uersus tanq; is qui eum post abolitionẽ peccatorũ
tanq; ascendentem insinuabat, nec eos parentes
quos ille nominãs. Alia enim erat origo sacerdo-
talis, quæ per unũ ex filijs Dauid, sicuti assolet de
tribu sacerdotali matrimoniũ sortientẽ, effecerat,
ut Maria de utraq; tribu: id est de regia & sacerdo
tali cognationẽ duceret. Nã & quãdo censiti sunt
Luc.2 Ioseph & Maria, scriptũ est eos fuisse de domo: id
est de genere Dauid. Et Elisabeth quæ nihilomi-
nus cognata Mariæ scribitur, erat de tribu sacer-
1.Retr.26 dotali. Sicut autẽ Matthæus, tanquam descenden
tem ad suscipienda peccata nostra regẽ Christum
insinuans, per Salomonẽ à Dauid descendit, quia
Salomon de illa in qua Dauid peccauerat natus
est: ita Lucas qui tanquã ascendentem post aboli
tionem peccatorũ sacerdotem Christũ insinuat,
2.Reg.12 per Nathan ascendit ad Dauid, quia Nathan pro-
pheta missus fuerat, cuius correptione Dauid ip-
sius peccati abolitionem pœnitendo impetrauit.
Itaq; posteaquam transiit Lucas personã Dauid,
non dissonat à Matthæo in nominibus generato-
rum. Nam eos nominat ascendẽs à Dauid usq; ad
Abraham, quos ille descendẽs ab Abraham usq;
ad Dauid. A Dauid enim in duas familias, regiam
& sacerdotalẽ origo illa distributa est, quarũ dua-
rum familiarũ, sicut dictum ęst, regiam descẽdens
Matthæus, sacerdotalẽ ascendens Lucas secutus
est: ut dominus noster Iesus Christus rex & sacer-
dos noster & cognationẽ duceret de stirpe sacer-
dotali, & nõ esset tamen de tribu sacerdotali, hoc
est de tribu Leui, sed esset de tribu Iuda, hoc est de
tribu Dauid, ex qua tribu nemo intẽdit altari. Id-
eo & filius Dauid maxime dicit̃ secundũ carnem,
quia & Lucas ascendẽs, & Matthæus descendẽs,
in Dauid sibi obuiã facti sunt. Oportebat enim ut
euacuaturus sacrificia, quæ secundũ ordinẽ Aarõ

in Leuitico sacerdotio fiebãt, nõ esset de tribu Le
A ui, ne ad ipsam tribũ, & ad ipsum sacerdotiũ quod
tẽporaliter umbra erat futuri, pertinere uideretur
mundatio peccatorũ, quã dominus oblatione ho
locausti sui, quod in ueteri sacerdotio figurabat̃,
impleuit: & holocausti eius imaginẽ ad memoriã
passionis suę in ecclesia celebrandã dedit, ut esset
sacerdos in ęternũ non secundum ordinẽ Aaron, Heb.6
sed secundũ ordinem Melchisedech. Cuius rei sa-
cramentũ diligẽtius adhuc cõsiderari potest. Sed
propter duos pisces in quib. duas personas, regiã
& sacerdotalem figuratas esse diximus, hactenus
hinc tractatũ esse sufficiat. Quod autẽ super fœnũ
turba illa discubuit, significat eos qui testamentũ
uetus acceperãt, quia regnum eisdẽ temporale &
Hierusalem temporalis promittebatur, in spe car
nali collocatos fuisse. Omnis enim caro fœnum, Esa.40
& claritas hominis ut flos fœni. Quod aũt de reli-
B quijs fragmentorum duodecim cophini buccella
rũ repleti sunt, significabat de ipsius legis adaper-
tione & disputatione quã Iudæi reliquerãt & de-
seruerãt repletos fuisse discipulos domini, in qui-
bus duodenarius numerus principatũ tenet. Nõ-
dum enim erat scriptura noui testamenti, quando
dominus quasi frangẽdo & aperiẽdo quod durũ
& clausum erat in lege discipulos impleuit, cũ eis
post resurrectionẽ aperuit scripturas ueteres, inci Luc.24
piens à Moyse & omnib. prophetis, interpretans
illis in omnibus scripturis quæ de ipso erãt. Nã &
tũc eũ duo illorũ in panis fractione cognouerũt.
Et ideo secunda pastio populi quæ de septem pa-
C nibus facta est, ad noui testamẽti prædicationem
recte intelligit̃ pertinere. Nõ enim ab aliq̃ Euan-
gelista dictum est, q̃ isti panes hordeacei fuerint,
ut sic de illis quinq; dixit Ioãnes. Hæc ergo pastio
de panibus septẽ ad gratiã pertinet ecclesiæ, quæ
notissima illa septenaria sancti spiritus operanõe
cognoscit̃. Et ideo nõ hic duo pisces fuisse scribũ
tur, sicut in ueteri lege, ubi duo soli ungebantur,
rex & sacerdos: sed pauci pisces: id est qui primi
dño Iesu Christo crediderũt, & in eius nomine un
cti sunt, & missi ad prædicationẽ Euangelij, & ad
sustinendã turbulentũ mare huius seculi, ut ꝓ ip-
so magno pisce, id est ꝓ Christo legatione funge- 2.Cor.5
rent̃, sicut Paulus apostolus dicit. Neq; in ipsa tur
ba quinq; milia hominũ fuerũt, sicut illic ubi car-
D nales legem accipientes, id est quinq; sensib. car-
nis dediti significantur: sed quatuor milia potius,
quo numero significant̃ spiritales, ꝓpter quatuor
animæ uirtutes quibus in hac uita spiritaliter uiui
tur, prudentiã, temperantiã, fortitudinem, & iusti
tiam. Quarũ prima est cognitio rerum appetenda
rum & fugiendarũ. Secunda refrenatio cupidita-
tis ab ijs quæ tẽporaliter delectãt. Tertia firmitas
animi aduersus ea quę temporaliter molesta sunt.
Quarta quę per cęteras omnes diffundit̃, dilectio
dei & proximi. Sane & ibi quinq; milia hominũ,
& hic quatuor milia exceptis mulierib. & pueris
fuisse memorant̃: quod mihi uidetur ad hoc perti
nere, ut intelligamu; et in populo ueteris testamẽ
ti fuisse quosdã infirmos ad implendã iustitiã quæ

secundā legem est, in qua iustitia Apostolus Pau- [Philip.3] lus sine querela se conuersatū esse dicit. Fuisse itē alios qui facile seducerent̃ in cultū idolorū. Quæ duo genera, id est infirmitatis & erroris, mulierū & puerorū nominibus figurata sunt. Infirmus est enim mulierum sexus ad actiones, & facilis ad lusum pueritia. Quid aūt lusui puerili tam simile est, quàm idola colere? quando & Apostolus ad hoc [1.Cor.10] retulit hoc genus superstitionis cū ait: Neq; idolis seruientes, quemadmodū quidam eorū, sicut scri- [Exo.32] ptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Mulieribus ergo similes erant, qui in laborib. expectationis quousq; ad promissa dei peruenirēt, non uiriliter perseuerātes tentauerunt deū. Pueris autē, qui sederunt manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Non solum autē ibi, sed etiā in populo noui testamenti qui nō perdurant occurrere in uirū perfectum, uel infirmitate uiriū, uel mētis leuitate mulierib. & pueris com- [Heb.3] parandi sunt. Nam illis dicit̃, Si tamen initiū substantiæ eius usq; in finē firmū retineamus: illis au- [1.Cor.14] tem, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia infantes estote, ut sensibus perfecti sitis. Et ideo neq; in ueteri neq; in nouo testamēto tales admittunt̃ ad numerū, sed siue ibi quinq; milia, siue hic quatuor [Matt.14] milia, exceptis mulierib. & pueris fuisse dicuntur. Quāuis uero & illic & hic propter ipsum Christū, qui assidue in scripturis mons appellatur, ut congruenter in mōte uterq; populus pasceret̃, hic tamen non in fœno discumbit̃, sed in terra. Ibi enim celsitudo Christi ꝑpter carnales homines, & Hierusalem terrenam carnali spe et desiderio tegitur: hic aūt remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui testamēti, spei permanentis firmamentū, tanquam ipsius montis soliditas, nullo fœno interposito cōtinebat. Et quoniā rectissime dicit Aposto- [Gal.3] lus, Prius aūt antequam ueniret fides, sub lege custodiebamur. Hoc significare uidetur et dominus cum dicit de his quos quinq; panib. pasturus erat. Nō opus habent ire, sed date illis uos mādu care. Sub his aūt uerbis figuraliter tanq; custodia detinentur, cū hoc admonuissent discipuli ut dimitteret eos. Huius uero turbæ quæ ad septē panes pertinet, ultro se misereri dixit, ꝙ iam tertius dies esset ex quo ei ieiuni adhæsissent. In toto enim seculo generis humani tertiū tempus est q̃ fidei Christianæ gratia data est. Primū est ante legem, secundum sub lege, tertiū sub gratia. Et quoniā quartū adhuc restat, quoad plenissimā pacē Hierusalem cœlestis uenturi sumus, quò tendit quisquis recte credit in Christū, propterea se dicit turbā illam reficere dominus ne deficiant in uia. Ista est enim dispensatio qua nobis dominus temporaliter & uisibiliter in homine apparere dignatus est, et dedit nobis pignus spiritum sanctum, cuius operatiōe septenaria uegetaremur, Apostolica autoritate quasi paucorum piscium sapore coniuncto. Hæc ergo dispēsatio quid aliud agit, nisi ut ad palmam supernæ uocationis sine defectu uirium perueni- [1.Cor.5] re possimus? Per fidem enim ambulamus, & non [Philip.3] per speciem. Et ipse apostolus Paulus nondum se dicit comprehendisse regnū dei, sed ea quæ retro [A] sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionē sequor, inquit, ad palmā supernæ uocationis. Veruntamē in q̃d peruenimus, in eo ambulemus, quia tertio die domino adhærentes & ab illo pasti, nō deficiemus in uia. Etiā hic sane peruenire ad comedēdi finē turba non potuit, sed relictæ sunt escæ. Non enim frustra de futuro dictum est, Putás ne ueniēs filius hominis inueniet [Luc.18] fidē super terrā? Et credo ita futurum, propter mulieres & pueros, sed tamen septē sportas reliquiæ fragmentorū impleuerunt, ad quas ecclesia septiformis, quæ in Apocalypsi etiam describit̃, perti- [Apoc.1] net, id est, omnis qui perseuerauerit usq; in finem. Ille enim qui dixit, Putás ne ueniens filius hominis, inueniet fidē super terrā? significauit quidem [B] in extremo cōuiuio relinqui posse & deseri escas suas. Sed quoniā ipse item dicit: Qui perseuerauerit [Matt.24] usq; in finē, hic saluus erit: significauit nō defuturā ecclesiam, quæ septenario numero eosdē septem panes abundantius recipiat, & latitudinem cordis, quæ ipsam perseuerantiam in sportis uidetur significare, cōtineat.

[De eo quod scriptum est in Euangelio, quia baptizabat Iesus plures quàm Ioannes: quamuis ipse non baptizaret, sed discipuli eius. q.LXII. Ioan.4. 1.Retract.26]

Quæritur utrū qui baptizati sunt illo tempore quo scriptū est dominū per discipulos suos baptizasse plures quàm Ioannes, acceperint spiritum sanctum. Alio enim loco Euangelij sic dicitur: Spiritus enim nondum erat datus: quia Iesus nondū erat clarificatus. Et facillime quidem ita respondetur, ꝙ dominus Iesus, qui etiam mortuos suscitabat, poterat neminem illorum mori sinere, donec post eius clarificationem, [C] id est resurrectionē à mortuis, et ascensionē in cœlum acciperent spiritū sanctum. Sed occurrit ani- [Luc.23] mo latro ille cui dictum est, Amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiso: qui nec ipsum baptismū acceperat. Quanquā Cornelius, & qui cum eo ex gentibus crediderāt spiritū sanctū etiā priusquam [Act.10] baptizarentur acceperint, non tamen uideo quo modo & ille latro sine spiritu sancto dicere potuerit: Memēto mei domine dum ueneris in regnum tuū. Nemo enim dicit dominus Iesus, ait Aposto- [1.Cor.12] lus, nisi in spiritu sancto. Cuius fidei fructū ipse dominus monstrauit dicens, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Quomodo ergo ineffabili potestate dominantis dei atq; iustitia deputatum est etiam baptismum credenti latroni, & pro acce- [D] pto habitū in animo libero, quod in corpore crucifixo accipi non poterat. Sic etiā spiritus sanctus latenter dabat̃ ante domini clarificationem: post manifestationē autē diuinitatis eius manifestius datus est. Et hoc dictum est, Spiritus autem non- [Ioan.7] dum erat datus: id est, nondum sic apparuerat ut omnes eum datū esse faterentur. Sicut etiā dominus nondū erat clarificatus inter homines, sed tamen clarificatio eius æterna nunquā esse destitit: sicut & aduentus eius ea ipsa dicit̃ demonstratio in carne mortali. Nam illuc uenit ubi erat, quia in sua propria uenit, & in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Sicut ergo domini aduentus intelligitur demonstratio corporalis, tamen ante hanc demōstrationem ipse in omnibus

prophetis

prophetis sanctis tanquã dei uerbum & dei sapientia locutus est: sic & aduẽtus spiritus sancti, demõstratio spiritus sancti est ipsis etiam oculis carneis, quando uisus est ignis diuisus super eos, & cœperunt loqui linguis. Nam si non erat in hominibus spiritus sanctus ante domini uisibilẽ clarificationẽ, quomodo dicere potuit Dauid, Psal. 50 Et spiritum sanctũ tuum ne auferas à me? Aut quomodo Luce 1 impleta est Elizabet & Zacharias uir eius ut propheraret, & Anna & Simeon, de quib. omnibus scriptũ est, quod impleti sunt spiritu sancto, ut illa quæ in Euangelio legimus dixerint? Vt aũt quædam latenter, quædam uero per creaturã uisibilẽ uisibiliter deus operef, pertinet ad gubernationẽ prouidentiæ qua omnes diuinæ actiones, locorũ temporumq; ordines, distinctione pulcherrima peragunf, cum ipsa diuinitas nec teneat nec migret locis, nec tendatur uarietur'ue temporibus. Quomodo autẽ ipse dominus secũ habebat utiq; spiritũ sanctũ in ipso homine quẽ gerebat, quando ut baptizaretur uenit ad Ioannẽ, & tamẽ postea quã baptizatus est descẽdere in eũ spiritus sanctus uisus est in columbæ specie: Matt. 3 sic intelligẽdum est & ante manifestũ et uisibilẽ aduentum spiritus sancti quoscunq; homines sanctos eũ latenter habere potuisse. Ita sane hoc diximus, ut intelligamus etiam ista ipsa uisibili demõstratione spiritus sancti, qui aduẽtus eius dicit, ineffabili uel etiã in cogitabili modo largius in hominũ corda plenitudinem eius infusam.

De uerbo q. LXIII. In principio erat uerbum. Ioan. 1 Quod Grece λόγος dicif, Latine & rationẽ & uerbum significat. Sed hoc loco melius uerbũ interpretamur, ut significetnõ solũ ad patrẽ respectus, sed ad illa etiã quę per uerbũ facta sunt, operatiua potentia. Ratio autẽ & si nihil per illam fiat, recte ratio dicitur.

De muliere Samaritana q. LXIIII. Euangelica sacramẽta in domini nostri Iesu Christi dictis factisq; signata, non omnibus patent, & ea nonnulli minus diligenter, minusq; sobrie interpretãdo, afferũt plerunq; pro salute perniciẽ, & pro cognitione ueritatis errorẽ: inter quę illud est sacramentũ quod scriptum est, Ioan. 4 dominũ hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fessumq; ab itinere sedisse, & à muliere Samaritana potũ petisse, & cætera quæ in eodẽ scripturarũ loco discutienda & pertractanda dicũtur. De qua re id primo tenendũ est, quod in omnibus scripturis summa uigilãtia custodiri oportet, ut secundũ fidẽ sit sacramenti diuini expositio. Hora igit̃ diei sexta uenit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatẽ. Admoneor ergo intelligere mũdi huius infimas partes, id est terrenas, quò uenit dominus Iesus hora sexta, id est, sexta ætate generis humani, tanq; senectute ueteris hominis, quo iubemur exui, ut induamur nouo, qui secundũ deũ creatus est. Nã sexta ætas senectus est, quoniã prima infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuẽtus, quinta grauitas. Veteris itaq; hominis uita, quæ secundum carnem temporali cõditione peragitur, sexta ætate senectutis concluditur. Qua senectute, ut dixi, humani generis dominus noster & creator nobis & reparator aduenit, A ut moriente scilicet uetere homine, nouum in se constitueret, quem exutum labe terrena in cœlestia regna transferret. Ergo nunc puteus, ut dictum est, mũdi huius terrenum laborem & errorẽ tenebrosa profunditate & obscuritate significat, & quoniã exterior est homo uetus, & nouus interior: dictum est enim ab Apostolo, 2. Cor. 4 Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouaf de die in diem, rectissime omnino, quoniã omnia uisibilia ad exteriorẽ hominẽ pertinẽt, quibus Christiana disciplina renunciat: hora sexta uenit dominus ad puteũ, id est, medio die, unde iam incipit sol iste uisibilis declinare in occasum: quoniã & nobis uocatis à Christo uisibilium delectatio minuitur, ut inuisibiliũ amore homo exterior recreatus, ad interiorẽ lucẽ quæ nunquam B occidit reuertatur: secundũ Apostolicã disciplinã, non quærens quæ uidentur, sed quæ non uidenf: quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ Rom. 6 aũt non uidentur, æterna sunt. Quod autem fatigatus uenit ad puteũ, infirmitatem carnis significat, q; sedit, humilitatem: quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo hominib. tam humiliter apparere dignatus est. De hac infirmitatẽ carnis propheta dicit, Esa. 53 Homo in plaga positus, & sciẽs ferre imbecillitatẽ. De humilitate uero Apostolus loquitur dicẽs, Philip. 2 Humiliauit se factus subditus usq; ad mortẽ. Quanquã illud quod sedit, quo tuã solet sedere doctores, possit alio intellectu nõ humilitatis modestiam, sed magistri demonstrare C personã. Sed quæri potest, quare à muliere Samaritana, quæ hydriæ aqua implẽdæ gratia uenerat, bibere postulauerit, cum ipse postea spiritalis fontis affluentiam se petentibus dare posse prædicauerit. Sed scilicet sitiebat dominus mulieris illius fidem, quę quoniam Samaritana erat, & soler Samaria idololatriæ imaginẽ sustinere, Ipsi enim separati à populo Iudæorum, simulachris mutorum animalium, id est uaccis aureis animarũ suarũ decus addixerant. Venerat autẽ dominus noster Iesus ut gentiũ multitudinẽ, quæ simulachris seruiebat, ad munimentum fidei Christianæ & incorruptæ religionis adduceret. Non est enim, inquit, Matt. 9 opus sanis medicus, sed male habentibus: Eorũ ergo fidem sitit pro quibus sanguinẽ fudit. Dixit ergo D ad eam Iesus, Mulier, da mihi bibere. Et ut no- Ioan. 4 ueris quid sitiebat dominus noster, post paululũ ueniunt discipuli eius, qui perrexerant in ciuitatẽ ut cibos emerẽt, & dicũt ei: Rabbi, manduca. Ille aũt dixit eis: Ego habeo escã manducare, quã uos nescitis. Dicũt ergo discipuli eius ad alterutrum: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Iesus: Cibus meus est, ut faciã eius uoluntatẽ qui me misit, & ut perficiam opus eius. Nunquid hic intelligitur alia uoluntas patris qui eum misit, & opus eius quod se perficere uelle respondit, nisi ut nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore cõuerteret? Qualis est ergo cibus eius, talis & potus. Quapropter hoc in illa muliere sitiebat, ut faceret in ea uoluntatẽ patris, & pficeret opus eius. Sed carnaliter intelligens respondit: Tu cum sis Iudæus

Iudæus, quomodo à me bibere petis, cum sim mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Cui dominus noster dixit, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam: ut hinc ei ostēderet, nō se talē aquā petisse qualē ipsa intellexerat, sed quia ipse sitiebat fidē eius, eidē sitienti spiritū sanctū dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam uiuā, quod est donū dei, sicut ipse ait, Si scires donū dei. Et sicut idem Ioannes Euangelista testatur alio loco dicēs, quod stabat
Ioan. 7 Iesus & clamabat, Si quis sitit, ueniat & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Consequenter omnino qui credit, inquit, in me, flumina de uētre eius fluent aquæ uiuæ: quia primo credimus ut hæc donamereamur. Hæc ergo flumina aquæ uiuæ quæ illi mulieri uolebat dare, merces est fidei quā prius in illa sitiebat. Cuius aquæ uiuæ interpretationem ita subijcit, Hoc autem, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum credituri erant. Nondum autē erat spiritus datus, quia Iesus nondū erat glorificatus. Hoc itaque donū spiritus sancti est, quod post suā clarificationē dedit ecclesiæ, sicut alia scriptura dicit, Ascendens in altū, ca-
Psal. 67 ptiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Eph. 4 Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit. Sic enim respondit, Dñe, neque hauritorium habes, & puteus altus est, unde mihi habes dare aquam uiuā? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteū, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Nunc uero iam dñs exponit quid dixerit, Omnis, inquit, qui biberit de aqua ista, sitiet iterum, qui autē biberit de aqua quā ego dedero, non sitiet in sempiternū: sed aqua illa quā dedero, fiet in eo fons aquæ saliētis in uitā æternā. Sed adhuc mulier prudentiā carnis amplectitur. Quid enim respōdit? Dñe, da mihi hāc aquā, ut neque sitiā, neque ueniā huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade, uoca uirū tuū, & ueni huc. Cum sciret eam uirū non habere, cur hoc dixerit, quæritur. Namque cū mulier dixisset, non habeo uirum: dicit ei Iesus, Bene dixisti, non habere te uirū: quinque enim uiros habuisti, & nunc quē habes, non est tuus uir: hoc uerū dixisti. Sed nō sunt hæc carnaliter accipiēda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanæ similes esse uideamur. Sed de illo dono dei si aliquid iā gustauimus, spiritaliter ista tractemus. Quinque uiros, quinque libros
Ioan. 4 qui per Moysen ministrati sunt, nōnulli accipiūt. Quod autem dictum est, Et nunc quem habes nō est tuus uir: de seipso dominum dixisse intelligūt, ut iste sit sensus: Primo, quinque libris Moysi, quasi quinque uiris seruisti. Nunc autem quem habes, id est, quem audisti qui loquor tecum, non est tuus uir, quia nondum in eum credidisti. Sed quoniam nondū credens Christo, adhuc utique illorū quinque uirorū, id est quinque librorū copulatione tenebatur, potest mouere quomodo dici potuerit, quinque uiros habuisti, quasi nunc eos iam nō haberet, cum adhuc utique ipsis subdita uiueret? Deinde cū quinque libri Moysi nihil aliud quam Christum prædicent, sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, crederetis forsitā Ioan. 5
A & mihi, ille enim de me scripsit: quomodo potest intelligi à quinque illis libris recedere hominem ut ad Christum transeat, cum ille qui credit in Christum, nō relinquēdos quinque illos libros sed spiritaliter intelligendos multo auidius amplectatur? Est ergo alius intellectus, ut quinque uiri intelligantur quinque corporis sensus. Vnus qui ad oculos pertinet, quo lucē istā uisibilē, & quoslibet colores formasque corporū cernimus. Alter auriū, quo uocum & omniū sonorū momenta sentimus. Tertia est nariū, quo uaria odorum suauitate delectamur. Quartus in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, & omniū saporum sentit examen. Quintus per totū corpus tangendo dijudicat calida & frigi-
B da, mollia & dura, leuia & aspera, & quicquid aliud est quod tangēdo sentimus. Istis itaque carnalibus quinque sensibus, prima hominis ætas imbuitur necessitate naturæ mortalis, qua ita post peccatum primi hominis nati sumus, ut nōdum reddita luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalē uitam sine ulla ueritatis intelligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes & paruulos pueros, qui nondū possunt accipere rationem. Et quia naturales sunt isti sensus qui primā ætatem regūt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte dicunt uiri: id est, mariti, tanquam legitimi: quoniam nō eos error uitio proprio, sed dei artificio natura contribuit. Cū autem quisque peruenerit ad eam ætatē, ut iam possit capax esse rationis, si ueritatē statim cōprehendere potuerit, nō iam illis sensibus rectoribus utetur,
C sed habebit uirū, spiritū rationalē, cui sensus illos in famulatum redigat, seruituti subijciens corpus suum: cū anima nō iam quinque uiris, id est, quinque corporis sensibus subdita est, sed uerbū diuinum habet legitimū uirū, cui copulata est & inhærens: cum & ipse spiritus hominis hæserit Christo, quia caput uiri Christus est, amplexu spiritali æterna uita sine ullo separationis timore perfruetur. Quis 1. Cor. 11 nos enim separare poterit à charitate Christi? Sed Rom. 8 quoniā illa mulier errore tenebatur, qui significabat multitudinē seculi uanis superstitionib. subiugati, post tempora illa quinque carnaliū sensuū, quibus prima ætas, ut diximus, regitur, nō eam uerbū dei acceperat in coniugem, sed cōplexu adulteri-
D no diabolus obtinebat. Itaque illi dominus dicit, uidens eam carnalem, id est carnaliter sapere: Vade uoca uirū tuum, & ueni huc: id est, remoue te ab affectione carnali in qua nunc constituta es, unde nō potes intelligere quæ loquor, & uoca uirū tuū, id est spiritu intelligentiæ præsens esto. Est enim animæ quasi maritus quodāmodo spiritus hominis, qui animalem affectionem tanquā coniugem regit. Non ille spiritus sanctus qui cum patre & filio incōmutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur, sed spiritus hominis de quo Apostolus dicit: Nemo scit quæ sunt in homine nisi spiritus hominis. Nā ille spiritus sanctus, spiritus dei 1. Cor. 2 est. De quo iterum dicit sic, Et quæ dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Hic ergo spiritus hominis cū præsens est, id est, intentus est, & se pietate subij-
cit

cit deo, intelligit homo quæ spiritaliter dicuntur.
Cum aūt diaboli error, tanq̃ absente intellectu, in
anima dominatur, adulter est. Voca ergo, inquit,
uirū tuū, id est, spiritū qui in te est, quo potest ho-
mo intelligere spiritalia si eū lux ueritatis illustret.
Ipse assit cum loquor tibi, ut spiritalē possis acci-
pere aquā. Et cum illa diceret, Non habeo uirum:
Bene, inquit, dixisti. Quinq; enim uiros habuisti:
id est, quinq; sensus carnis, qui te in prima ętate re
xerunt, & nunc quē habes nō est tuus uir, quia nō
est in te spiritus qui intelligit deū, cū quo legitimū
possis habere connubiū, sed error diaboli potius
dominatur, qui te adulterina cōtaminatione cor-
rūpit. Et fortasse ut intelligētib. indicaret, quinq;
memoratos corporis sensus, quinq; uirorū nomi-
ne significari, post quinq; responsiones carnales
ista mulier sexta responsione nominat Christum.
Nam prima eius respōsio est, Tu cum sis Iudæus,
quomodo à me bibere petis? Secunda, Domine
neq; quo haurias habes, & puteus altus est. Ter-
tia, Domine da mihi de hac aqua, ut neq; sitiam,
neq; ueniā huc haurire. Quarta, Nō habeo uirum.
Quinta, Video quia propheta es, patres nostri in
monte hoc adorauerūt. Nam & ista responsio car
nalis est. Carnalibus enim datus fuerat locus terre
nus ubi adorarent, spiritales autē in spiritu & ue-
ritate oraturos dominus dixit. Quod posteaq̃ lo-
cutus est, sexta mulieris responsio Christū fatetur
Ioan. 4 omniū istorū esse doctorē. Dicit enim, Scio quia
Messias ueniet qui dicitur Christus: cum uenerit,
ipse nobis annūciabit omnia. Sed adhuc errat, q\[a\]
eum quem uenturum sperat, uenisse nō uidet. Ve
runtamē misericordia domini nunc error iste tan
quam adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, Ego
sum, qui tecū loquor. Quo audito illa non respon
dit, sed statim relicta hydria sua abijt in ciuitatē fe
stinans, ut Euangelium & dñi aduentum, non tan
tum crederet, sed etiā prædicaret. Nec hoc q̧ reli-
cta hydria discessit negligenter prætereundū est,
hydria enim fortasse amorem seculi huius signifi-
cat, id est cupiditatē, qua sibi homines de tenebro
sa profunditate, cuius imaginē puteus gerit, hoc
est, de terrena conuersatione hauriunt uoluptatē:
qua percepta iterū in eius appetitū inardescāt, si-
cut de aqua illa q biberit, inquit, sitiet iterū. Opor
tebat autē ut Christo credens, seculo renunciaret,
& relicta hydria cupiditatē secularem se reliquis-
se monstraret, non solum corde credens ad iusti-
tiam, sed etiam ad salutem ore confessura & prędi
De resurrectione Lazari q. LXV Ioan. 11 catura quod credidit. Quanquam secundum
Euangelicam historiā resuscitatum Lazarū plena
fide teneamus, tamē & in allegoria significare ali
quid non dubito. Neq; cum res factæ allegorizan
tur, gestæ rei fidem amittūt. Sicut duorū filiorum
Gal. 4 Abrahæ allegoriam Paulus exponit, duo esse te-
stamenta: Nunquid ideo, aut Abraham non fuit,
aut illos non habuit? Ergo & in allegoria accipia
mus Lazarum in monumēto, animā terrenis pec
catis obrutam: id est, omne humanū genus: quam
alio loco dominus per ouem perditam significat,
propter quam liberandam relictis nonaginta no-
uem in montibus, descendisse se dicit. Quod autē
A interrogat dicēs, Vbi eū posuistis? uocationē no-
stram quæ fit in occulto, arbitror significari. Præ-
destinatio enim uocationis nostræ occulta est: eu
ius secreti signū est interrogatio domini quasi ne-
scientis, cū ipsi nesciamus: sicut dicit Apostolus,
Vt cognoscā sicut & cognitus sum: Vel q̧ ignora 1. Cor. 13
re se peccatores alio loco dominus ostēdit dicēs,
Non noui uos. Quod significabat Lazarus sepul Matth. 7
tus, quia & in disciplina & in præceptis eius nōn
sunt peccata: Huic interrogationi simile est illud
in Genesi, Adam ubi es? quoniam peccauerat & Gen. 3
se abscōderat à facie dei. Quā occultationē hic se-
pultura significat: ut peccantis habeat similitudi-
nē, moriēs: sepultus, abscōditi à facie dei. Auferte
aūt lapidem q̄d ait, illos puto significari, qui ueni
entibus ad ecclesiā ex gētibus, onus circūcisionis
imponere uolebant, cōtra quos multipliciter scri
B bit Apostolus: Vel eos qui in ecclesia corrupte ui
uunt, & offensioni sunt credere uolentibus. Dicit
illi Martha, Domine iam quarta dies est, & putet.
Vltimū quatuor elementorū terra est. Significat
ergo putorem terrenorū peccatorum, id est cupi-
ditatum carnaliū. Terra es, inquit Adæ dominus
cum peccasset, & in terram ibis. Et sublato lapide
exijt de monumento inuolutus manibus & pedi
bus, & facies eius tecta erat sudario. Quod autem
exijt de monumento, animā significat recedentē
à carnalibus uitijs. Quod uero institis obuolutus,
hoc est, q̧ etiam à carnalibus recedentes et mente
seruientes legi dei, adhuc tamen in corpore con-
C stituti alieni à molestijs carnis esse non possumus,
dicēte Apostolo, Mente seruio legi dei, carnē au- Rom. 7
tem legi peccati. Quod autem facies eius sudario
tecta erat, hoc est, q̧ in hac uita plenā cognitionē
habere nō possumus, sicut Apostolus dicit, Nunc 1. Cor. 13
uidemus per speculum in ænigmate, postea autē
faciē ad faciem. Et dixit Iesus, Soluite eum & sini- Ioan. 11
te ire: hoc est, quod post hanc uitam auferent̄ om
nia uelamenta, ut facie ad faciē uideamus. Quan-
tum autē intersit inter hominem quem dei sapien
tia gestabat, per quem liberati sumus, & cæteros
homines, hinc intelligitur, q̧ Lazarus nisi exiens
de monumēto non soluitur: id est, etiā renata ani-
ma nisi resolutione corporis libera ab omni pec-
cato & ignorātia esse non potest, quādiu per spe-
D culum & in ænigmate uidet dominū. Illius autem
linteamina & sudariū, qui peccatū non fecit, & ni
hil ignorauit, in monumento inuēta sunt. Ipse enī
solus in carne non tantum in monumento nō est
oppressus, ut aliquod peccatum in eo inueniret̄,
sed nec linteis implicatus, ut eum aliquid lateret,
aut ab itinere retardaret. Apostolus in hac simi
litudine in qua de uiro & muliere loquit̄, quoniā
mulier tenetur lege uiri, tria quædam consideran
da commendat, mulierem, uirum, & legem. Mu-
lierem scilicet subiugatam uiro per uinculum le-
gis, quo uinculo morte uiri liberat̄, ut cui uult nu
bat. Sic enim dicit, Mulier enī sub uiro uiuo mari
to iuncta est legi, si autem mortuus fuerit uir eius,
euacuata est à lege uiri. Igitur uiuēte uiro uocabi-
tur

De eo quod scriptū est, An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, &c. usq; ad eum locum in quo scriptū est, Ita ut seruiamus in nouitate spiritus, etc. q. LXVI Rom. 7

tur adultera si fuerit cū alio uiro . Si autē mortuus
fuerit uir eius, liberata est à lege, ut nō sit adultera A
si fuerit cū alio uiro. Hucusq; similitudo est. Deinde incipit rē loqui, cui explanādæ ac probandę similitudinē induxit. In qua etiā re tria similiter attendenda sunt, homo, peccatū, lex. Tamdiu enim dicit sub lege esse hominē, quādiu uiuit peccato, quemadmodū tādiu mulier sub lege uiri est q̄diu uiuit uir. Hoc aūt peccatū hic intelligendū est q̄d accessit per legem. Quod peccatū dicit supra modum esse, quoniā cum iam appareat esse peccatū, fit tamen et adiuncta pręuaricatione cumulatius.
Rom.4 Vbi enim nō est lex, nec præuaricatio. Et hoc est quod dicit, ut fiat supra modum peccator, aut pec
Rom.7 cans peccatum per mandatū. Quapropter legem quamuis à peccādo prohibeat, nō tamen sic dicit
datam ut liberaret à peccato, sed ut demonstraret B
peccatū, cui seruiēs anima debet se ad gratiā liberatoris cōuertere ut à peccato libereť. Per legem enim cognitio peccati. Et alio loco dicit, Sed peccatum ut appareat peccatū, per bonū operatū est mihi mortē. Vbi ergo nō est gratia liberatoris, auget peccādi desiderium prohibitio peccatorum. Quod quidē ad hoc utile est, ut sentiat anima seipsam nō sibi sufficere ad extrahendū se de seruitute peccati, atq; hoc modo detumescente atq; extincta omni superbia, subdatur liberatori suo, since-
Psal.62 riterq; homo dicat, Adhæsit anima mea post te: quod est iā nō esse sub lege peccati, sed in lege iustitiæ. Lex autē peccati dicitur, non quia lex ipsa
peccatū est, sed quia peccatoribus imponiť. Ideo C
etiā lex mortis, quia stipendiū peccati mors, aculeus mortis peccatum, uirtus autem peccati lex. Peccando enim ad mortē labimur. Vehemētius enim peccamus lege prohibente, q̄ si nulla lege prohiberemur. Accedente autem gratia, idipsum quod lex onerose iusserat, iam sine onere ac liben
1.Cor.15 tissime implemus. Lex ergo peccati & mortis: id est, quæ imposita est peccantibus atq; morientib. iubet tantū ne cōcupiscamus, & tamē concupisci
Rom.8 mus. Lex aūt spiritus uitæ quæ pertinet ad gratiā, & liberat à lege peccati & mortis, facit ut nō concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam serui legis per timorē, sed amici per charitatē, & serui iustitiæ unde illa lex promulgata est. Iustitiæ au
tem non seruiliter, sed liberaliter seruiendū est, id D
est, charitate potius q̄ timore. Ideo uerissime dictum est, Legē ergo euacuamus per fidem? absit: sed legem statuimus. Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuiť ergo lex per fidem. Quæ fides si nō sit, iubet tantū lex, & non implentes iussa, reos tenet, ut eos gemētes & nō ualentes implere quæ iussa sunt ad gratiā liberatoris aliquando conuertat. Cum ergo tria quædam in illa similitudine uideamus, mulierē, uirum, & legē: & rursum in hac re propter quā similitudo adhibita est tria, animā, peccatū, & legem peccati, hoc solū hic diuersum est, q; in illa similitudine uir moritur ut nubat mulier cui uolet, & à lege uiri soluatur: hic autem ipsa anima moriť peccato ut nubat Christo, cum autem moritur peccato, moritur etiam legi peccati.

Itaque, ait, fratres mei, & uos mortui estis legi per Rom.6
A corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo. Cum enim essemus in carne, inquit, id est, carnalibus desiderijs obstricti teneremur, passiones peccatorū quæ per legē sunt operabanť in membris nostris, ut fructū ferrent morti. Aucta cōcupiscētia quā lex prohibet, ubi nō erat fides, & ad cumulū peccatorū præuaricationis crimen est adiectum: quia ubi nō est lex, nec præuaricatio. Has dicit passiones quæ per legem sunt operatæ in mēbris nostris, ut fructū ferrent morti. Sub istis passionib. tanq; sub uiro domināte, agebat anima antequā ueniret gratia per fidem. His ergo passionibus moriť qui iam seruit mēte legi dei, quāuis ipsæ passiones nondū mortuę sint quamdiu carne seruit legi peccati. Restat
B ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia, q; eum nō uincat nec captiuum ducat, donec mortificeť totum quod cōsuetudine praua roboratū est, & unde corpus etiā nunc mortuū esse diciť, quamdiu nō perfecte seruit spiritui. Continget aūt ut perfecte seruiat, cum fuerit & ipsum mortale corpus uiuificatū. Ex quo cōprehendimus quatuor esse differentias etiā in uno homine, quib. gradatim peractis in uita æterna manebiť. Et quia enim oportebat atq; id iustum erat, ut posteaquā natura nostra peccauit amissā beatitudine spiritali, quę paradisi nomine significatur, animales carnalesq; nasceremur, prima est actio ante legem, secūda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace. Ante legem actio est, cum peccatum ignoramus, & sequimur carna
C les cōcupiscentias. Sub lege est actio, cū iam prohibemur à peccato, & tamē consuetudine eius uicti peccamus, quoniā nos nondum adiuuat fides. Tertia actio est, quādo iā plenissime credimus liberatori nostro, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordiā diligēdo, iam nō uincimur delectatione cōsuetuditus malę, cū ad peccatum nos ducere nititur: sed tamen adhuc eā interpellantē patimur, quāuis ei nō tradamur. Quarta est actio, cū omnino nihil est in homine quod resistat spiritui, sed omnia sibimet cōcorditer iuncta & connexa, unum aliquid firma pace custodiunt.
Quod fiet mortali corpore uiuificato, cum corru- 1.Cor.15
ptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale
D hoc induerit immortalitatē. Ad primā actionem demonstrandā ista testimonia interim occurrunt.
Per unū hominē peccatū in hūc mundū intrauit, Rom.5
& per peccatum mors, & sic per omnes homines pertransiit, in quo omnes homines peccauerunt. Vsq; ad legē enim peccatū in hoc mūdo fuit. Peccatū aūt nō deputabať cum lex non esset. Et iterū,
Sine lege enim peccatū mortuū est: ego aūt uiue- Rom.7
bam aliquando sine lege. Quod aūt hic dicit, mortuū est: hoc est quod superius dicit, nō deputabatur, id est latebat. Quod manifestat in cōsequentibus dicēs, Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonū operatū est mihi mortē: id est, per legē: quia bona est lex, si quis ea legitime utať. Si ergo hic ait, ut appareat peccatū: manifestū est q; superius ideo dicebat, mortuū & nō deputari, quia nō appa-

apparebat anteq; lege prohibente ostenderetur.
Ad secundã actionem, ista testimonia cõueniũt.
Lex aũt subintrauit ut abundaret delictũ: Acces-
sit enim & prȩuaricatio quȩ nõ erat. Et illud quod
iam cõmemoratum est: Cum essemus enim in car
ne, passiones peccatorũ quæ per legem sunt ope-
rabantur in membris nostris ut fructũ ferrẽt mor-
ti. Et illud: Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est?
Rom.7 Absit: Sed peccatũ non cognoui nisi per legem:
Nam cõcupiscentiã nesciebã nisi lex diceret, Nõ
cõcupisces. Occasione aũt accepta peccatum per
mandatũ, operatũ est in me omnem concupiscen
tiam. Et paulo post: Adueniente, inquit, mandato
peccatũ reuixit: Ego aũt mortuus sum, & inuentũ
est mihi mandatũ quod erat ad uitam, hoc esse ad
mortem. Peccatũ enim occasione accepta per mã
datum, fefellit me, & per illud occidit. Quod ergo
ait, mortuus sum: uult intelligi, mortuũ me esse co
gnoui: quia iam etiã prȩuaricatione peccat qui ui
det per legẽ quid facere non debeat, et tamẽ facit.
Quod aũt ait, Fefellit me peccatũ, occasione acce
pta per mandatũ: siue quia suasio delectationis ad
peccandũ uehementior est cum adest prohibitio:
siue quia etiã si quid homo fecerit secundum iussa
legis, si adhuc nõ sit fides, quæ in gratia est, uult si-
bi hoc tribuere nõ deo, & superbiendo plus pec-
cat. Sequitur ergo & dicit: Itaq; lex quidẽ sancta,
& mandatũ sanctum & iustũ & bonum. Quod er
go bonum est, mihi factũ est mors? Absit: Sed pec
catum ut appareat peccatũ, per bonum operatũ
est mihi mortẽ, ut fiat supra modum peccator, aut
1 retract.26 peccatũ delinquẽs per mandatũ. Scimus aũt quia
lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum: id est, carni
cõsentio, nondũ spiritali gratia liberatus: uenun-
datus sub peccato: id est, peccans præuaricatione
temporaliũ uoluptatũ. Quod enim operor igno-
ro: id est, non agnosco esse in præceptis ueritatis,
ubi est uera sciẽtia. Secundũ hanc locutionẽ dicit
Matth.7 dominus peccatorib. Nõ noui uos. Nõ enim eum
aliquid latet, sed quia peccata nõ inueniunt in re-
gulis prȩceptorũ quas habet ueritas, ideo ipsa ue-
ritas peccatorib. dicit: Non noui uos. Sicut eñi te-
nebræ oculis nõ uidendo, ita peccata mente igno
rando sentiunt. Ex ista locutione dictum arbitror
Psal.18 in Psalmis: Delicta quis intelligit? Nõ enim quod
uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autẽ q̃d
nolo hoc ago, cõsentio legi quoniã bona est. Nũc
aũt iam nõ ego operor illud, sed id quod in me ha
bitat peccatum: Scio enim quia nõ habitat in me,
hoc est, in carne mea bonum. Velle enim adiacet
mihi, perficere aũt bonum non inuenio. Nõ enim
quod uolo facio bonum, sed quod nolo malũ hoc
ago. Si aũt quod nolo hoc facio, iam nõ ego ope-
ror illud, sed id quod habitat in me peccatũ. Inue-
nio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quo-
niam malum mihi adiacet. Cõdelector enim legi
dei secundũ interiorẽ hominẽ. Video autẽ aliã le-
gem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ,
& captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mem-
bris meis. Hucusq; sunt uerba hominis sub lege
cõstituti, nondũ sub gratia: qui etiã si nolit pecca-

A re, uincit̃ à peccato, Inualuit enim cõsuetudo car-
nalis et naturale uinculũ mortalitatis, quo de Adã
propagati sumus. Imploret ergo auxilium qui sic
positus est, & nouerit suũ fuisse q̃ cecidit, non suũ
esse q̃ surgit. Iam enim liberatus agnoscens gra-
tiã liberatoris sui dicit: Miser ego homo quis me Rom.7
liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per
Iesum Christũ dominũ nostrũ. Et incipiũt iam uer
ba dici hominis sub gratia cõstituti, in actiõe quã
tertiã demõstrauimus, quȩ habet quidẽ reluctan-
tem mortalitatẽ carnis, sed nõ uincentem atq; ca-
ptiuantem ad consensionẽ peccandi. Sic enim di-
cit: Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne aũt
legi peccati. Nulla ergo cõdemnatio est nunc his
B qui sunt in Christo Iesu. Lex enim spiritus uitæ in
Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mor-
tis. Quod enim impossibile erat legi in quo infir-
mabatur per carnem: id est, per desideria carnalia,
ideo enim nõ implebatur lex, quia ipsius iustitiæ
nondũ erat charitas quæ dilectione teneret inte-
riora mentis, ne ad peccatũ delectatione rerũ tem
poralium traheretur. Ergo infirmabat̃ lex per car
nem: id est, nõ efficiebat iustos deditos carni. Sed
deus filium suũ misit in similitudinẽ carnis pecca-
ti. Nõ enim caro peccati erat, quæ non de carnali
delectatione nata erat, sed tamẽ inerat ei similitu-
do carnis peccati, quia mortalis caro erat. Mortẽ
aũt non meruit Adam nisi peccando. Sed quid fe
cit dominus? De peccato damnauit peccatum in
carne: id est, suscipiendo carnẽ hominis peccato-
C ris, & docẽdo quemadmodũ uiueremus, peccatũ
in ipsa carne damnauit, ut æternorũ charitate spi-
ritus flagrãs nõ duceretur captiuus in consensio-
nem libidinis: ut iustitia, inquit, legis impleretur
in nobis qui nõ secundũ carnẽ ambulamus, sed se
cundũ spiritũ. Itaq; præcepta legis per charitatem
impleta sunt, quæ per timorem nõ poterant. Qui
enim secundũ carnẽ sunt, quæ carnis sunt sapiunt:
id est, carnalia bona ꝓ summis bonis cõcupiscũt:
Qui aũt secundũ spiritũ, quæ sunt spiritus sentiũt.
Prudentia enim carnis mors est: prudentia autem Rom.8
spiritus uita & pax, quia prudentia carnis inimica
est in deum. Ipse ostendit cur dixerit, inimica: ne
quis putaret ex aduerso aliud uenire principium.
Subiũgit enim & dicit: Legi enim dei nõ est sub-
D iecta, nec enim potest. Ergo facere contra legem,
hoc est inimicũ esse in deum: nõ quia deo aliquid
nocere potest, sed sibi nocet quisquis resistit uolũ
tate dei: hoc est enim aduersus stimulũ calces mit Act.9
tere, ut Paulo apostolo cũ adhuc Ecclesiam perse
queretur, diuinitus dictum est. Sic est aũt dictum,
Legi enim dei nõ est subiecta, nec enim potest tã-
quam si diceretur: Nix nõ calefacit, nec enim po-
test. Quãdiu enim nix est, non calefacit: sed resol-
ui potest & feruere ut calefaciat: sed cũ hoc facit,
iam nix nõ est. Sic & prudẽtia carnis dicitur, cum
anima pro magnis bonis temporalia bona cõcu-
piscit. Quãdiu enim appetitus talis inest animæ, le
gi dei subiecta esse nõ potest: id est, non potest im
plere quæ lex iubet. Sed cũ spiritalia bona deside
rare cœperit, & tẽporalia contẽnere, desinet esse

carnis prudētia, & ſpiritui nō reſiſtet. Eadē nanq;
anima cū inferiora appetit, prudentiā carnis habe A
re dicitur, cum ſuperiora prudentiam ſpiritus: nō
quia prudētia carnis ſubſtantia eſt qua induit ani
ma uel exuitur, ſed ipſius animæ affectio eſt, quæ
omnino eſſe deſinet, cū ſe totā ad ſuperna cōuet-
terit. Qui aūt in carne ſunt, inquit, deo placere nō
poſſunt: id eſt, qui uoluptatib. carnis acquieſcunt.
Ne quis enim de his dictū putaret qui de hac uita
nōdū exceſſerūt, opportuniſſime ſubiunxit: Vos
aūt nō eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Vtiq; adhuc in
hac uita cōſtitutis loquitur, In ſpiritu enim erant:
quia in fide & ſpe & charitate ſpiritalium rerū ac-
quieſcebant. Si tamen, inquit, ſpiritus dei habitat
Rom. 8 in uobis: Si quis aūt ſpiritum Chriſti nō habet, hic
nō eſt eius. Si aūt Chriſtus in uobis, corpus quidē B
mortuū eſt propter peccatum, ſpiritus aūt uita eſt
propter iuſtitiā. Mortuū corpus dicit, quandiu ta-
le eſt, ut indigentia rerū corporaliū moleſtet ani-
mam, & quibuſdā motibus ex ipſa indigentia ue-
nientibus, ad appetenda terrena ſolicitet. Quibus
tamē quāuis exiſtentibus mens ad illicita facien-
da nō cōſentit, quæ iam ſeruit legi dei, & ſub gra-
tia cōſtituta eſt. Ad hoc enim ualet quod ſupra di
ctum eſt: Mente ſeruio legi dei, carne aūt legi pec
cati. Et ille homo nunc deſcribitur eſſe ſub gratia,
qui nōdum habet perfectā pacem, quæ corporis
reſurrectione et immutatione eſt futura. Reſtat er
go ut de ipſa pace dicat reſurrectionis corporis,
quæ quarta eſt actio, ſi tamen eam actionem dici
oportet quę ſumma requies eſt. Sequit enim & di C
cit: Si ergo ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mor
tuis habitat in uobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtū
à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora ueſtra
per inhabitātem ſpiritum eius in uobis. Hic & de
reſurrectione corporis euidentiſſimū teſtimoniū
eſt, & ſatis apparet, quandiu in hac uita ſumus, nō
deeſſe moleſtias per mortalem carnem, neq; titil-
lationes quaſdam delectationū carnaliū. Quāuis
enim nō cedat, qui ſub gratia conſtitutus, mente
ſeruit legi dei, tamen carne ſeruit legi peccati. His
gradibus homine perfecto, nulla ſubſtantia inue-
nitur malū. Neq; lex mala eſt quæ oſtendit homi-
ni in quib. peccatorū uinculis iaceat, ut per fidem
implorato liberatoris auxilio, & ſolui, & erigi, &
firmiſſime cōſtitui mereatur. In prima ergo actio-
ne quæ eſt ante legem, nulla pugna eſt cum uolu- D
ptatib. huius ſeculi. In ſecūda quæ ſub lege eſt, pu-
gnamus, ſed uincimur. In tertia pugnamus & uin
cimus. In quarta nō pugnamus, ſed perfecta & æ-
De eo quod terna pace requieſcimus. Subditur enim nobis q
ſcriptum eſt, inferius noſtrū eſt, quod propterea non ſubdeba-
Exiſtimo enim tur, quia ſuperiorem nobis deſeruetamus deum.
quòd non ſint Hoc capitulū obſcurū eſt, quia nō ſatis hic ap-
condignæ paſ- paret, quam nunc uocet creaturā. Dicitur autē ſe-
ſiones huius cundum catholicā diſciplinā creatura, quicquid
temporis ad fecit & cōdidit deus pater, per unigenitū filiū, in
futuram glo unitate ſpiritusſancti. Ergo nō ſolum corpora, ſed
riam quæ re- etiam animæ noſtræ & ſpiritus creaturæ nomine
uelabitur in continentur. Sic autē dictum eſt: Ipſa creatura li-
nobis &c. berabitur à ſeruitute interitus, in libertatē gloriæ
q. LXVII
Rom. 8

filiorum dei, quaſi nos nō ſimus creatura, ſed filij
A dei, in quorū gloriæ libertatē liberabitur à ſeruitu
te creatura. Itē dicit: Scimus enim quia omnis crea
tura cōgemiſcit & dolet uſq; adhuc, non ſolū aūt
illa: ſed & noſipſi, tanq; aliud ſimus nos, aliud om-
nis creatura. Totum ergo capitulū particulatim
conſiderandum eſt. Exiſtimo enim, inquit, quod
indignæ ſint paſſiones huius tēporis ad futuram
gloriā quæ reuelabitur in nobis: hoc manifeſtum
eſt. Dixerat enim ſuperius: Si autem ſpiritu facta Rom. 8
carnis mortificaueritis, uiuetis. Quod fieri nō po-
teſt ſine moleſtia, cui patiētia neceſſaria eſt. Quò
pertinet & quod pauloante ait: Si tamen compa- Rom. 7
timur, ut & cōglorificemur. Quod itaq; ait: Nam
expectatio creaturæ reuelationem filiorū dei ex-
B pectat: hoc eū puto dicere: Nā & hoc ipſum quod
in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, id
eſt, cū eſurimus aut ſitimus per abſtinentiā, dū fre
namus delectationē concubitus per caſtitatem,
dum iniuriarū lacerationes, & cōtumeliarum acu
leos per patientiā ſuſtinemus, dum neglectis atq;
reiectis uoluptatib. noſtris pro fructu matris Ec-
cleſiæ laboramus: quicquid nobis in hac atq; hu-
iuſmodi attritione dolet, creatura eſt. Dolet enim
corpus & anima, quæ utriq; creatura eſt, & expe-
ctat reuelationem filiorū dei: id eſt, expectat quā-
do appareat quod uocatū eſt, in ea gloria ad quā
uocatū eſt. Quia enim filius dei unigenitus nō po *3 ſent. diſt.*
teſt appellari creatura, quandoquidē per ipſum fa *11 cap. 1*
cta ſunt omnia quæcunq; deus fecit, diſtincte etiā *Ioan. 1*
C nos uocamur creatura ante illam euidentiam glo
riæ, & diſtincte uocamur filij dei, quāuis hoc ado-
ptione mereamur: nā ille unigenitus natura filius
eſt: ergo expectatio creaturæ, id eſt, expectatio
noſtra reuelationē filiorū dei expectat: id eſt, ex-
pectat quādo appareat quod promiſſum eſt, quā-
do re ipſa manifeſtū fit quod nunc ſpe ſumus. Fi-
lij enim dei ſumus, & nōdū apparuit quid erimus.
Scimus aūt quoniam cū apparuerit ſimiles ei eri- 1 Ioan. 3
mus, quoniā uidebimus eū ſicuti eſt. Ipſa eſt reue-
latio filiorū dei, quam nunc expectat expectatio
creaturæ: non q creatura reuelationē expectet al-
terius naturæ, quæ non ſit creatura, ſed ipſa qualis
nūc eſt, expectat quādo ſit qualis futura eſt: tanq;
ſi diceretur: Operante pictore ſubiectis ſibi colo-
ribus, & ad opus eius paratis, expectatio colorū
D manifeſtationē imaginis expectat. Non quia tūc
ſunt alij, & alij erunt, aut nō colores erunt, ſed tan
tum q aliam dignitatē habebunt. Vanitati enim,
inquit: creatura ſubiecta eſt, hoc eſt illud: Vanitas Eccle. 1
uanitantiū, & omnia uanitas. Quę abundantia eſt
homini in omni labore ſuo, quem ipſe laborat ſub
ſole? Cui dictum eſt: In labore manducabis pa- Gen. 3
nem tuum. Vanitati ergo creatura ſubiecta eſt,
non ſponte. Bene additum eſt, non ſponte: homo
quippe ſponte peccauit, ſed non ſpōte damnatus
eſt. Peccatum itaq; fuit ſpontaneum, contra præ-
ceptum facere ueritatis: peccati autē pœna, ſubij-
ci fallaciæ. Non ergo ſponte creatura ſubiecta eſt
uanitati, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe,
id eſt, propter eius iuſtitiam atq; clementiam, qui
neq;

neq; impunitum reliquit peccatū, neq; insanabilē
1 retr. cap.26 uoluit esse peccātem. Quia & ipsa creatura, id est, A
ipse homo, cum iam signaculo imaginis propter
peccatū amisso remansit tantūmodo creatura: &
ipsa itaq; creatura, id est, & ipsa quæ nondū uoca-
tur filiorū forma perfecta, sed tantū uocatur crea-
tura, liberabitur à seruitute interitus. Quod itaq;
ait, & ipsa liberabit: facit intelligi, & ipsa quēad-
modū & nos, id est, & de ipsis nō est desperādum
qui nondū uocantur filij dei, quia nondū credide
rūt, sed tantū creatura: quia & ipsi credituri sunt,
& liberabuntur à seruitute interitus, quemadmo-
dum nos qui iam filij dei sumus, q̄uis nōdum ap-
paruerit quid erimus. Liberabunt ergo à seruitu-
te interitus in libertatē gloriæ filiorū dei, id est, &
ipsi erūt ex seruis liberi, & ex mortuis gloriosi in
uita perfecta quā habebunt filij dei. Scimus enim B
quia omnis creatura cōgemiscit & dolet usq; ad-
huc. Omnis creatura in homine numeratur, nō q
in eo sint omnes angeli, & supereminentes uirtu-
tes ac potestates, aut cœlū & terra & mare & om-
nia quæ in eis sunt, sed quia omnis creatura par-
tim spiritalis est, partim animalis, partim corpora
lis. Quod ut ab inferiorib. consideremus, corpo-
ralis creatura per loca tenditur, animalis aūt uiui-
ficat corporalē, spiritalis animalē regit, & tunc be
ne regit, cum ipsa regendā se subijcit deo. Cum au
tem transgredit̄ præcepta eius, laboribus & erum
nis p eadē ipsa quę regere poterat implicat̄. Qui
ergo uiuit ex corpore, carnalis homo uel anima-
lis uocat̄: carnalis quia carnalia sectatur, animalis
aūt, quia fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quā C
nō regit spiritus neq; coercet intra metas natura-
lis ordinis, quia & ipse se nō subdit regēdum deo.
Qui aūt spiritu animā regit, & per animā corpus,
quod facere non potest, nisi deū habeat & ipse re-
ctorē, quoniā sicut caput mulieris uir, ita caput ui
1 Corint. 11 ri Christus est, uocat̄ spiritalis. Quæ uita cū aliqua
3 retract. 26 molestia nunc agitur, post aūt nullam patietur. Et
quoniam summi angeli spiritaliter uiuunt, infimi
autē animaliter, bestiæ uero & omnia pecora car-
naliter, corpus aūt non uiuit, sed uiuificat̄: omnis
creatura in homine est, quia & intelligit spiritu, &
sentit anima, & localiter corpore mouetur. Om̄is
itaq; creatura in homine cōgemiscit & dolet, Nō
enim totam, sed omnem dixit, tanq̄ si quis dicat,
quoniā solem omnes homines uidēt qui sunt in- D
columes, sed nō toti uident, quia tantū oculis ui-
dent: Ita in homine, omnis creatura est, quia & in-
telligit & uiuit & corpus habet, sed nō tota crea-
tura in ipso est, quia sunt præter ipsum & angeli,
qui intelligāt & uiuāt & sint, & pecora quæ uiuāt
& sint, & corpora quæ tantūmodo sint, cū ipsum
uiuere magis sit q̄ non uiuere, & ipsum intellige-
re magis sit q̄ sine intellectu uiuere. Cum ergo mi
ser homo cōgemiscit et dolet, om̄is creatura cōge
miscit & dolet usq; adhuc. Vsq; adhuc autē recte
dixit: quia etiā si sunt aliqui iā in sinu Abrahæ, &
Lucæ 23 latro ille cum dn̄o in paradiso constitutus, illo die
quo credidit dolere destiterit, tamē usq; adhuc o-
mnis creatura cōgemiscit & dolet, quia in ijs qui

nondū liberati sunt, omnis est, propter spiritum &
animā & corpus. Non solū aūt, inquit, omnis crea
tura cōgemiscit & dolet, sed & nosipsi: id est, non
solū in homine corpus & anima & spiritus simul
dolent ex difficultatibus corporis, sed & nosipsi,
exceptis corporibus, in nobisipsis cōgemiscimus
primitias habentes spiritus: Et benedixit, primi-
tias habētes spiritus: id est, quorū iam spiritus tan-
quā sacrificiū oblati sunt deo, & diuino charitatis
igne comprehensi sunt. Et sunt primitiæ hominis,
quia ueritas primum spiritū nostrū obtinet, ut per
hanc cętera cōprehendant̄. Iam ergo habet primi
tias oblatas deo qui dicit: Mēte seruio legi dei, car Rom. 7
ne aūt legi peccati. Et qui dicit: Deus cui seruio in Rom. 1
spiritu meo. Et de quo dicit̄: Spiritus quidē prom Matth. 26
ptus est, caro aūt infirma. Sed quoniā adhuc dicit:
B Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Et adhuc talibus dicitur: Viuifica- Rom. 8
bit & mortalia corpora uestra propter manētem
spiritū in uobis, nondū est holocaustū: erit aūt cū
absorbebitur mors in uictoriā, cū ei dicetur: Vbi 1. Cor. 15
est mors cōtentio tua, ubi est mors aculeus tuus?
Nūc ergo, inquit, nō solum omnis creatura: id est,
cū corpore, sed etiā nosipsi primitias habēres spi-
ritus: id est, nos animæ, quæ iam primitias mentes
nostras obtulimus deo, in nobisipsis congemisci-
mus: id est, pręter corpus: adoptionē expectanres
redēptionē corporis nostri: id est, ut & ipsum cor-
pus accipiēs beneficiū adoptionis filiorū, qua uo
cati sumus, totos nos liberatos, trāsactis omnibus
molestijs, ex omni parte dei filios esse manifestet:
C spe em̄ salui facti sumus: spes aūt quæ uidet̄ nō est
spes. Tūc ergo erit res quæ nunc spes est cū appa-
ruerit quid erimus: id est, similes illi, quoniā uide-
bimus eū sicuti est. Hoc capitulū si hoc modo ut
tractatū est aperiat̄, non incidimus in illas mole-
stias quib. pleriq; homines dicere cogunt̄, omnes
angelos, sublimesq; uirtutes in dolore et gemitib.
esse, anteq̄ nos penitus liberemur, quoniā dictū
est: Omnis creatura cōgemiscit & dolet. Quāuis
enim adiuuēt nos per suas sublimitates dū obtem
perāt deo qui p nobis etiā unicū filiū suum digna
tus est mittere: tn̄ sine gemitu & dolorib. id facere
credendi sunt, ne miseri existiment̄, fœliciorq; sit
de numero nostro Lazarus ille q iā in Abrahæ si- Lucæ 16
nu requiescit: præsertim q̄a dixit, eandē creaturā
D quæ cōgemiscit & dolet, uanitati esse subiectā, q̄d
de summis & excellentibus uirtutū potestatumq;
creaturis nefas est credere. Deinde liberandā eam
dixit à seruitute interitus, quo illos cecidisse q in
cœlis agūt uitā beatissimā, nō possumus credere:
tamē nihil temere cōfirmandū est, sed pia diligen
tia etiā atq; etiā uerba diuina tractāda sunt: ne for-
te quę cōgemiscit & dolet, & uanitati subiecta est
possit aliquo modo alio intelligi, ut de summis an
gelis q̄ diu nostræ infirmitati iussu dn̄i nostri opi-
tulantur, non impie possit existimari. Sed siue illa
quā executi sumus, siue alia aliqua huius capituli
expositio proferatur: id tantū cauendū est, ne uio
let aut uulneret catholicā fidem. Scio enim uanos
hæreticos de hoc capitulo multa impia & inepta

De eo quod scriptum est: O homo tu quis es qui respōdeas deo. q. LXVII. Rom. 9

iactasse. Cum uideat Apostolus corripuisse curiosos, dicēdo: O homo tu quis es qui respondeas A deo? de hoc ipso illi quæstionē mouēt, & in ea sententia nō desinūt esse curiosi, qua obiurgata est ipsa curiositas: & impij quidē cū cōtumelia, ut dicāt Apostolū in soluenda quæstione defecisse, & obiurgasse quærentes, quia nō poterat quod quærebat exponere. Nōnulli aūt hæretici quia nō decipiunt, nisi cū scientiā quā nō exhibent pollicent, & aduersantes legi & Prophetis, quæcūq; de illis Apostolus sermoni suo inseruit falsa & à corruptorib. immissa esse criminant, etiā hæc inter ipsa quæ interpolata dicūt, numerare maluerūt & negare Paulū dixisse: O homo tu quis es qui respondeas deo? Quoniā si ipsis dicat ad decipiēdos homines calumniantib. pculdubio tacebūt, nec audebunt ullā de uoluntate omnipotentis dei impe B ritis quos decipere cupiūt scientiā polliceri. Quidam aūt bona & pia mēte scripturas legētes quærunt, quid hic possit uel maledicentib. uel calumniantib. respōderi. Sed nos & autoritati Apostolicæ saluhriter inhęrentes, & libros quos catholica disciplina custodit falsatos esse nequaq; existimātes, sentiamus quod uerū est, indignos nos et infirmos esse ad intelligenda diuina secreta quib. ista claudunt, & eis murmurantib. & indignantib. q cōsilia dei nō discunt cum dicere cœperint: Ergo cui uult miseretur, et quem uult obdurat: quid adhuc quæritur? Nam uolūtati eius quis resistit? Cū his ergo uerbis aut calumniari scripturas, aut latebram peccatorū suorū quærere cœperint, ut præcepta cōtemnant quib. ad uitā bonā peruenitur, C respōdeamus fidētissime: O homo, tu quis es qui

Matth. 7

respōdeas deo? Nec eos reuerin sanctum canib. demus, aut proijciamus margaritas nostras ante porcos: si tamē iam ipsi canes & porci nō sumus, & de meritis animarū reuelāte spiritusancto, sublime aliquid, & à uulgari cōiectura remotissimum, uel ex parte atq; in ænigmate suspicemur. Nō eñ Apostolus hoc loco sanctos phibuit à quærēdo, sed eos qui nondū sunt in charitate radicati & fundati, ut possint cōprehendere cū omnib. sanctis latitudinem, longitudinē, altitudinē & profundū, & cætera quæ in eodē loco exequitur. Non ergo phibuit à quærēdo qui dicit: Spiritalis aūt omnia iudicat, ipse aūt à nemine iudicatur. Et illud præci D

1 Cor. 2

pue: Nos aūt non spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Quos ergo prohibuit nisi luteos atq; terrenos, qui nondum intrinsecus regenerati atq; nutriti, imaginē illius hominis portāt, qui primus factus est de terra terrenus? Et quia ei à quo factus est noluit obtēperare, in id lapsus est unde factus est, meruitq; post peccatū audire: Terra es

Gen. 3
Rom. 9

& in terram ibis. Talibus igitur hominib. dicit Apostolus: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nūquid dicit figmētū ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Quādiu ergo figmentū es, nondum perfectus filius, quia nondū hausisti plenissimā gratiā qua nobis data est potestas filios dei fieri, qua possis audire: Iam non dicā uos seruos, sed amicos: tu

Ioan. 15

quis es qui respondeas deo, & uelis dei nosse cōsilium? Qui si hominis tibi æqualis nosse uoluisses, impudēter faceres, nisi prius in amicitiā reciperer is. Sicut ergo portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis, exuētes nos ueterē hominē & induētes nouū, ut nō dicat nobis quasi luteo figmēto. Nūquid dicit figmētū ei qui se finxit quare me sic fecisti? Nā ut manifestū sit, nō sanctificato spiritui, sed carnali luto ista dici, uide quid sequit: Aut nō habet potestatē figulus luti ex eadem cōspersione facere aliud quidē uas in honorem aliud in cōtumeliā? Ex quo ergo in paradiso natura nostra peccauit, ab eadē diuina puidentia, nō secundū cœlū, sed secundū terrā, id est, non secundū spiritū, sed secundū carnē mortali generatione formamur, & omnes una massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cū ergo meritū peccando amiserimus, & misericordia dei remota, nihil aliud peccantibus nisi ęterna dānatio debeat, quid sibi uult homo de hac massa, ut deo respondeat & dicat, quare me sic fecisti? Si uis ista cognoscere, noli esse lutū, sed efficere filius dei per illius misericordiā, qui dedit potestatem filios dei fieri credentib. in nomine eius. Non enim, quod tu cupis, anteq; credāt, diuina datur nosse cupiētibus: Merces eñ cognitionis meritis reddit, credendo aūt meritū cōparatur. Ipsa autē gratia quę data est per fidē, nullis nostris meritis præcedentib. data est. Quod est eñ meritū peccatoris & impij? Christus aūt pro impijs & peccatorib. mortuus est, ut ad credendū nō merito sed gratia uocaremur, credendo aūt etiā meritū collocaremus. Peccatores igitur credere iubent, ut à peccatis credendo purgētur. Nesciūt enim quid recte uiuēdo uisuri sint. Quapropter cū uidere nō possint, nisi recte uiuāt nec recte uiuere ualeāt, nisi credāt, manifestū est à fide incipiendū, ut præcepta quib. credentes à seculo hoc auertunt, cor mundū faciant ubi uideri deus possit. Beati enim mūdo corde, quia ipsi deū uidebūt: & per Prophetiā canitur, In simplicitate cordis quærite illum. Quapropter recte dicit hominibus in uetustate uitæ manētibus, & propterea tenebrosum oculū animæ gerētibus: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nūquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut non habet potestatē figulus luti, ex eadem cōspersione facere aliud quidem uas in honorē, aliud in contumeliā? Expurga uetus fermentū, ut sis noua cōspersio, & in ea ipsa nō adhuc paruulus in Christo ut lacte potandus sis: sed perueni ad uirū perfectum, ut sis inter illos de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter perfectos. Tūc demum recte & nō præpostere audies, si qua sunt de animarum occultissimis meritis, & de gratia uel iustitia, secreta omnipotentis dei. Nam de Pharaone facile respōdetur, prioribus meritis quibus afflixit in regno suo, peregrinos dignū effectū cui obduraret cor, ut nec manifestissimis signis iubentis dei crederet. Ex eadē ergo massa, id est peccatorū, & uasa misericordiæ protulit, quib. subueniret cum eū deprecarētur filij Israel: & uasa iræ quorū supplicio

1 Corint. 15
Ioan. 1
Matth. 5
Sap. 1
1 Cor. 5

cio illos erudiret, id est, Pharaonē & populū eius:
quia quãuis essent utriq; peccatores, et propterea
ad unã massam pertinerēt, aliter tamen tractandi
erant qui uni deo ingemuerant ut eis subueniret,
& aliter illi quorū iniustis oneribus ingemuerãt.
Pertulit ergo in multa patiētia uasa iræ, quæ perfe
cta sunt in perditionem. Et eoipso quo ait, in mul
ta patientia: satis significauit priora eorum pecca-
ta in quib. eos pertulit, ut opportune tunc uindi-
caret, quando de illorū uindicta subueniēdū erat
his qui liberabant̃: & ut notas faceret diuitias glo
riæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in
gloriã. Hic fortasse cõturbatus ad illã quæstionē
Rom. 9 redis, Cuius uult miseretur, & quē uult obdurat:
quid adhuc cõqueritur? Volũtati enim eius quis
resistit? Prorsus cuius uult miseretur, & quē uult
obdurat. Sed hæc uolũtas dei iniusta esse non po-
test. Venit enim de occultissimis meritis, quia &
ipsi peccatores cū propter generale peccatū unã
massam fecerint, non tamen nulla est inter illos di
uersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus,
quo quãuis nondū sint iustificati, digni efficiãtur
iustificatione, & itē præcedit in alijs peccatorib.
quo digni sint obtusione. Habes eundē Apostolū
Rom. 1 alibi dicentē: Quoniã non probauerūt deū habe-
re in notitia, dedit illos deus in reprobū sensum.
Quod eos dedit in reprobū sensum, hoc est ꝙ in-
durauit cor Pharaonis. Quod aūt illi nō probaue
runt deū habere in notitia, hoc est ꝙ digni extite-
runt qui darent̃ in reprobū sensum: tamen uerum
est quia nō uolētis neq; currētis, sed miserentis est
1 retract. 26 dei. Quia etiã si leuioribus quisq; peccatis, aut cer
te quis grauioribus & multis, tamē magno gemi
tu & dolore pœnitendi, misericordia dei dignus
fuerit, nō ipsius est, qui si relinqueretur, interiret,
sed miserētis dei qui eius precib. doloribusq; sub-
uenit: Parū est enim uelle, nisi deus misereatur: sed
deus nō miseretur qui ad pacē uocat, nisi uolũtas
præcesserit, quia in terra pax hominib. bonæ uo-
luntatis. Et quoniam nec uelle quisq; potest, nisi
admonitus & uocatus, siue intrinsecus, ubi nul-
lus hominū uidet, siue extrinsecus per sermonem
sonantem, aut per aliqua signa uisibilia, efficit̃ ut
etiã ipsum uelle deus operetur in nobis. Ad illam
Lucæ 14 enim cœnã quam dn̄s dicit in Euãgelio præpara-
tam, nec omnes qui uocati sunt uenire uoluerunt:
neq; illi qui uenerūt, uenire possent nisi uocarent̃.
Itaq; nec illi debēt sibi tribuere qui uenerūt: quia
uocati uenerunt: nec illi qui noluerūt uenire de-
bent alteri tribuere, sed tantū sibi, quoniã ut ueni-
rent, uocati erãt in libera uolũtate. Vocatio ergo
ante meritū uoluntatem operatur. Propterea & si
quisq; sibi tribuit ꝙ uenit uocatus, non sibi potest
tribuere ꝙ uocatus est: qui aūt uocatus nō uenit,
sicut nō habuit meritū pręmij ut uocaretur, sic in-
choat meritū supplicij cū uocatus uenire neglexe
Psal. 102 rit. Ita erūt duo illa: Misericordiã & iudiciū canta-
bo tibi domine. Ad misericordiam pertinet uoca
tio: ad iudiciū pertinet beatitudo eorū qui uene-
rūt uocati, & suppliciū eorū qui uenire noluerūt.
Nūquid ergo latebat Pharaonē quantū boni cō-

secutæ fuerint terræ illæ per aduētū Ioseph? Illius
A ergo rei gestæ cognitio, uocatio eius fuit, ut popu
lum Israel misericorditer tractans nō esset ingra-
tus. Quod aūt huic uocationi obtēperare noluit,
sed exercuit crudelitatē in eis, quibus humanitas
& misericordia debebatur, meruit pœnã ut indu-
raretur illi cor, & tantã cæcitatē mētis pateret̃, ut
tot & tãtis, tamq; manifestis dei signis non crede-
ret: quo posset eius supplicio, siue obdurationis, si-
ue ultimæ uisibilis submersionis erudiri populus,
cuius afflictione ille & occultæ obtusionis, & ma
nifestæ submersiōis meritū sibi cōpararet. Hęc au
tem uocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue 1 Petr. cap. 26
in populis, atq; in ipso genere humano per tēpo-
B rū opportunitates operat̃, altæ & profundę ordi-
nationis est. Quò pertinet etiã illud: In utero san- Hier. 1
ctificaui te, & cum esses in renib. patris tui, uidi te. Malach. 1
Et, Iacob dilexi, Esau aūt odio habui: cū dictū sit
anteq; nascerent̃. Nec cōprehendi potest, nisi for
te ab eis qui diligunt deū ex toto corde, & ex tota
anima, & ex tota mēte tua, & diligūt ꝓximos suos
tanq; seipsos. Tanta em̄ charitate fundati possunt
iam fortasse cū sanctis cōprehendere lōgitudinē,
latitudinē, altitudinē, & profundū. Illud tamē cō-
stãtissima fide retinendū, neq; quicq; deū iniuste
facere, neq; ullã esse naturã quæ nō deo debeat id
quod est, quia deo debet̃ omne decus & pulchri-
tudo & cōgruentia partiū. Quã si penitus ꝓsecu-
tus fueris, & usq; ad omnes reliquias de rebus de-
traxeris, remanet nihil. Qui filiū dei patri ęqua
C lem nō esse cōtendunt, solēt usurpare familiarius *De eo quod scriptum est, Tunc & ipse filius subiectus ei erit, qui illi subiecit omnia q. LXIX*
hoc testimoniū, ubi ait Apostolus: Cū aūt ei om-
nia subiecta fuerint, tūc et ipse filius subiectus erit
ei qui illi subiecit omnia, ut sit deus omnia in om-
nibus. Nō enim posset eis error oboriri palliatus
nomine Christiano, nisi de scripturis non intelle- 1 Cor. 15
ctis. Dicūt enim: Si æqualis est, quomō subiectus
erit ei? Quod utiq; simile est illi Euangelicæ quæ-
stioni, Si æqualis est, quomō maior est pater? Ipse
enim dn̄s ait, Quoniã pater maior me est. Regula Ioan. 14
aūt catholicæ fidei sic se habet, ut cū aliqua in scri-
pturis dicunt̃ de filio, ꝙ sit minor patre, secūdum
susceptionē hominis intelligant̃. Cum uero ea di-
cuntur quibus demonstrat̃ æqualis, secundum id
quod deus est accipiant̃. Apparet ergo quēadmo
dum dictū sit, Pater maior me est. Et, Ego & pater Ioan. 10
D unū sumus. Et, Deus erat uerbū, & uerbū caro fa- Ioan. 1
ctum est. Et, Nō rapinã arbitratus est esse æqualis Philip. 2
deo, & semetipsum exinaniuit formam serui acci-
piēs. Sed quoniã multa etiã secundū proprietatē
personæ, excepto quod attinet ad susceptionē ho
minis, de illo ita dicunt̃, ut patrē non aliud q; pa-
trem, & filiū non aliud q; filiū intelligi oporteat,
putãt hęretici in ijs quæ ita dicunt̃ atq; intelligun
tur, æqualitatem esse non posse. Scriptū est enim:
Omnia per ipsum facta sunt, utiq; per filium, hoc Ioan. 1
est, per uerbū dei. A quo, nisi à patre? Nusq; autē
scriptū est, ꝙ filius per patrem aliquam creaturam
operatus sit. Item scriptum est, ꝙ imago patris sit Col. 1
filius: nusquam autem scriptū est, quod imago fi-
lij sit pater. Deinde quòd ille genitor, ille genitus,

& cætera huiuscemodi, quæ nō ad æqualitatē substātiæ, sed ad proprietatē pertinēt personarum: in quib. illi æqualitatē cū dicūt esse nō posse, quoniā ad hęc penetrāda crassiores mētes adhibēt, pōdere autoritatis urgēdi sunt. Si eñ in his non possit intelligi ęqualitas eius per quē facta sunt, & eius à quo facta sunt, imaginis & eius cuius imago est, geniti & genitoris: nullo modo Apostolus cōtentiosorū hominū ora cōcludēs ipsum etiā uerbūpo-
Philip. 2 neret dicēs: Nō rapinā arbitratus est esse æqualis deo. Cū ergo ea quæ ad distinctionē patris & filij scripta sunt, partim ꝓpter personarū proprietatē, partim ꝓpter susceptionē hominis ita scripta sint dū tamē diuinæ substantiæ patris & filij deitas & unitas & æqualitas maneat: rectè quærit in hoc loco, utrū secundū personarū proprietates, an secundum hominis susceptionē Apostolus dixerit: Tūc
1 Cor. 15 & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Solet circūstantia scripturæ illuminare sententiam, cū ea quæ circa scripturā sunt, præsentē quęstionē cōtingētia diligenti discussione tractant. Inuenimus itaq; ita uentū esse ad hunc locū, ut supra diceret: Nunc aūt Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientiū. Agebat enim de resurrectione mortuorū, quod in domino secundū susceptionē hominis factum est, ꝙ ꝗ apertissime sequat & dicat: Quoniā quidē per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Sicut enim in Adā omnes moriunt, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; aūt in suo ordine, initium Christus:
παρουσία deinde ij qui sunt Christi in præsentia eius: deinde finis cū tradiderit regnū deo & patri, cum euacuauerit omnē principatū, & omnē potestatē & uirtutē. Oportet enim illū regnare, donec ponat ponat omnes inimicos suos sub pedib. suis. Nouissime inimica destruet mors. Omnia enim subiecit sub pedib. eius. Cū aūt diceret, ꝙ omnia subiecta sunt manifestū est quia præter eū qui subiecit illi omnia. Cū aūt ei omīa subiecta fuerint, tūc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Manifestū est ergo hoc secūdū susceptionē hominis dictū. Sed alia in hoc capitulo, cuius totū textū cōmemoraui, solent habere quæstionē: primo ꝗd dictū est: Cū tradiderit
1 Cor. 15 regnū deo & patri: quasi nūc nō teneat regnū pater, deinde quod dictū est: Oportet enim illum regnare, donec ponat inimicos suos sub pedib. suis: quasi postea non sit regnaturus, & ad hoc ualeat quod supra dictū est: Deinde finis. Quod sacrilega opinione sic accipiūt, quasi finē dixerit cōsummationē regni eius cū scriptū sit in Euangelio, Et
Luca 1 regni eius nō erit finis. Postremo quod dictū est, Cū aūt ei omnia subiecta fuerint, tūc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: sic uolunt intelligi, quasi nūc aut aliquid filio nō sit subiectū aut patri nō sit ipse subiectus. Genere igit locutionis soluitur quęstio. Sic enim plerūq; scriptura loquitur, ut quod semper est, tūc fieri dicatur ab aliquo, cū in eo cognosci cœperit. Ita enim dicimus
Matth. 6 in oratione: Sanctificetur nomen tuum: quasi aliquando sanctū nō sit. Ergo sicut sanctificetur est, sanctū esse innotescat: ita quoq; cū tradiderit re-
A gnū deo & patri: id est, cum patrem regnare monstrauerit, ut per speciem manifestationemq; clarescat, quod nūc à fidelibus creditur, & ab infidelib. non putatur. Euacuabit aūt omnē principatum & potestatē, manifestando utiq; regnū patris, ut omnibus notū sit, nullū principū & potestatum, siue cœlestiū, siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus & potestatis, sed ab illo ex quo sunt omnia, nō solū ut sint, uerūetiā ut ordinata sint. In illa enim manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quoquam principe, aut in quoquā homine: quod etiā nunc prophetice canitur: Bonū est sperare in domino, ꝗ sperare in homine. Bonum est Psal. 117 sperare in domino, ꝗ sperare in principib: ut ista meditatione anima iam in regnū patris assurgat,
B nec cuiusquam potestatem præter illum magnificiens, nec sua sibi ipsi perniciosissime blandiens. Tradet ergo regnū deo & patri, cum per illū per speciem cognoscetur pater. Regnum enim eius sunt in quib. nunc regnat per fidē. Aliter enim dicitur regnū Christi, secundum potestatem diuinitatis, secūdum quod ei cūcta creatura subiecta est & aliter regnū eius dicitur Ecclesia, secundū proprietatē fidei quæ in illo est, secūdū quod orat qui dicit, Posside nos. Neq; enim non ipse possidet omnia: secūdum quod dicitur etiā illud, Cum serui Rom. 6 essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Euacuabit ergo omnē principatū & omnē potestatē & uirtutem, ut nulli patrem intueri per filium opus sit, aut libeat in cuiusquā creaturę, uel in sua cōquiescere
C potestate. Oportet enim eum regnare, donec ponat omes inimicos suos sub pedib. suis: id est oportet regnum eius intantū manifestari, donec omes inimici eius ipsum regnare fateant. Hoc enim intelligitur, sub pedib. eius futuros inimicos. Quod si de iustis acceperimus, ideo dictū est inimicos, quia ex iniustis iustificantur, & ei credendo subduntur. De iniustis aūt qui ad iustorū beatitatē futuram nō pertinent, sic accipiendū est, quomā & ipsi eū regnare, ipsa regni eius manifestatione cōfusi fatebunt. Ergo oportet eū regnare donec po- 1 Corint. 15 nat omnes inimicos suos sub pedibus suis: non ita dictū est quasi cum posuerit inimicos suos sub pedibus suis, non sit postea regnaturus: sed oportet eū regnare donec ponat omes inimicos suos sub
D pedib. suis. Oportet eum, inquit, ad tantā euidentiam regnū suū perducere, donec inimici eius nullo modo audeāt negare eū regnet. Nam scriptum est: Ita oculi nostri ad deū nostrū, donec misereatur nostri. Nec ideo tamē cum misertus nostri fue- Psal. 122 rit, oculos ab eo debemus auertere. Intantū enim est beatitudo nostra, inquantū eius cōtemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum est: Oculorum nostrorū intentio ad dominum non porrigitur, nisi usq; ad impetrationem misericordię ipsius, nō ut postea inde auertatur, sed ut nihil inde amplius requirat. Donec ergo pro eo positū est, ut nō amplius, intelligas. Quo enim amplius, id est, usq; ad quam maiorem manifestationē manifestabitur regnū Christi, nisi quousq; omnes inimici

mici eum regnare fateātur? Aliud est ergo nō am
plius manifestari, aliud non amplius permanere.
Non amplius manifestari, est non fieri manifesti-
us: nō amplius permanere, non fieri perseueranti
us. Quādo aūt manifestius erit regnum Christi, q̄
cum omnibus claruerit inimicis? Nouissime ini-
mica destruetur mors. Non enim erit aliud quod
destruat̄, posteaquā mortale hoc induerit immor-
talitatem. Omnia enim subiecit sub pedibus eius:
hoc est, ut etiā mortē destruat. Cum autem dixe-
rit, quia omnia subiecta sunt: dixit utiq; Propheta
Psal.109 in Psalmis, manifestū est quia præter eū qui subie-
cit illi omnia, patrem uult intelligi omnia filio sub
iecisse, sicut multis locis idem dominus in Euāge-
lio cōmendat & prædicat, non solum propter for
mam serui, sed etiam propter principium de quo
est, & de quo æqualis est ei de quo est. Amat enim
ad unum principiū de quo est referre omnia tan-
quam imago eius, sed in quo inhabitat omnis ple-
nitudo diuinitatis. Cum autem ei omnia subiecta
fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi
subiecit omnia. Non quasi modo non ita sit, sed
tunc manifestum erit secundum locutionem supe
rius tractatam, ut sit deus omnia in omnibus. Ipse
est finis quem superius cōmemorauit, cum totum
primo breuiter uellet cōcludere, deinde quasi mē
bratim explicare et exponere. Loquebat̄ eīm de re
1 Cor.15 surrectione ubi ait, Initium Christus, deinde ij qui
sunt Christi in præsentia eius, deinde finis. Ipse sci-
licet finis est, ut sit deus omnia in omnibus. Aliter
eīm dicit̄ finis qui pertinet ad consummationē, ali
ter qui ptinet ad consumptionē. Aliter eīm finitur
tunica texēdo, aliter cibus comedēdo. Deus autē
omnia in omnibus dicitur, ut nemo eorū qui ei co
hærent, amet aduersus eum suam propriā uolunta
tem, Manifestūq; sit omnibus quod idem Aposto
1 Cor.4 lus alio loco dicit, Quid aūt habes quod non acce
pisti? Sunt item qui sic intelligant hunc locū, O-
portet eum regnare donec ponat oēs inimicos su
os sub pedibus suis: ut sub alia significatione posi
tū hic dicāt, regnare, non sub ea qua positū est re-
1 Cor.15 gnū, de quo ait, Cū tradiderit regnum deo & pa-
tri: ut illud sic appellauerit regnū, quo uniuersam
creaturā deus regit: hoc aūt sic appellauerit regna
re, ut intelligatur tanquā aduersus hostē exercitū
ducere, uel defendere ciuitatē, Vt ideo dixerit,
Oportet eū regnare, donec ponat om̄es inimicos
suos sub pedib. suis: quia talis regni quale habent
principes armatorū nulla erit causa, hoste ita sub
iecto ut rebellare nō possit, Nam utiq; dictū est in
Luc.1 Euāgelio. Et regni eius nō erit finis: secundū q̄d re
gnat in æternum, Secūdum autem id quod aduer-
sus diabolū sub eo militatur, tandiu erit utiq; ista
militia, donec ponat omnes inimicos suos sub pe
dibus suis: postea uero nō erit, cū pace ꝑpetua per
fruemur. Hæc autē ita dicta sint, ut nouerimus di-
ligētius etiā illud cōsiderari oportere, secundum
q̄d regnet nūc dn̄s dispensatione sacramenti sui ꝑ
incarnationē atq; passionem, Nam secundum id
quod uerbum dei est, tam sine fine q̄ sine initio,
& sine intermissione est regnum eius. Secundum

id aūt q̄ uerbum caro factum est, cœpit regnare in Ioan.1
A credentibus per fidem incarnationis suæ. Vnde
est etiā illud, Dominus regnauit à ligno. Hinc au Psal.95
tem euacuauit omnē principatū & omnē potesta
tem & uirtutē, dum nō per claritatē eius, sed per
humilitatē salui fiunt credētes in eum. Hoc est ab- Mat.11
sconditū à sapiētib. & prudentibus, & reuelatum
paruulis, quoniā placuit deo per stultitiā prædica-
tionis saluos facere credētes. Neq; quicquā se in-
ter paruulos scire dicit Apostolus, nisi Iesum Chri 1 Cor.2
stū & hūc crucifixū. Qua predicatiōe tādiu opus
est, donec ponant̄ omnes inimici sub pedib. eius:
id est, ipsi humilitati eius, quā pedum nomine si-
gnificari arbitror, cedat atq; subdat̄ omnis super-
bia secularis, sicut ex maxima parte iam factū est,
& quotidie fieri uidemus. Sed quo fine ista fiunt?
B Vt tradat̄ regnū deo & patri, id est, ut nutritos fi-
de incarnatiōis suę, perducat ad speciē qua æqua-
lis est patri. Iam enim eis qui crediderant, loqueba
tur cū diceret, Si mānseritis in uerbo meo, uere di- Ioan.8
scipuli mei estis, et cognoscetis ueritatē, et ueritas
liberabit uos. Regnū enim tradet patri, cū per id
regnabit in contemplantib. ueritatem, quo æqua-
lis est patri, & per se unigenitū, per speciem faciet
uideri patrem. Nunc enim per hoc regnat in cre-
dentibus, quo seipsum exinaniuit formā serui ac-
cipiēs, Tunc aūt tradet regnum deo & patri, cum
euacuauerit omnē principatū & potestatē & uir-
tutem. Vnde euacuauit, nisi humilitate & patiētia
C & infirmitate? Quis enim principatus nō euacue
tur, cū filius hominis propterea regnat in creden-
tibus, quia eū principes seculi iudicauerūt? Quæ
potestas non euacuet̄, cum ipse per quē facta sunt
omnia, ꝓpterea regnat in credētibus, quia ita sub-
iectus est potestatibus, ut diceret homini, Nō ha- Ioan.19
beres in me potestatē, nisi data tibi esset desuper?
Quæ uirtus nō euacuet̄, cum ipse per quē cœli so-
lidati sunt, ideo regnat in credētibus, quia usq; ad
crucē mortēq; infirmatus est? Hoc aūt modo filius
regnat proprie in fide credentiū. Non enim pater
dici aut credi potest, uel incarnatus, uel iudicatus,
uel crucifixus. Per speciē autē qua æqualis est pa-
tri, cū patre regnat in cōtemplantibus ueritatem.
Quod aūt tradet regnum deo & patri, à fide incar
D nationis suæ ad speciem deitatis perducēs eos qui
sibi nunc credunt, nō ipse amittit, sed utrumq; se u-
num ad fruendum contemplantibus præbet. Tan
diu autem opus est, ut in hominibus nondum ua-
lentibus æqualitatem patris & filij perspicua mē-
tis luce contueri, per hoc regnet Christus quod ta
les capere possunt, & quod proprie ipse suscepit,
id est, incarnationis humilitatem, donec ponat o-
mnes inimicos sub pedibus suis: id est, donec om-
nis supbia secularis incarnationis eius humilitati
subdat̄. Sane quod dictū est, Tūc & ipse filius sub-
iectus erit ei qui illi subiecit omnia: quāuis secūdū
susceptionē hominis dicatur, quia inde est quęstio
nata cum ageret de resurrectiōe mortuorū, tamē
recte quæritur utrum secundum ipsum tātum di-
ctum sit, quod est caput Ecclesiæ, an secūdum uni
uersum Christū, annumerato corpore & mēbris

Gal.3 eius. Cũ enim ait ad Galatas, Non dicit & seminibus, tanquã in multis, sed tanquã in uno, & semini tuo quod est Christus: ne ipsum hoc loco solũ intelligeremus Christũ, qui de Maria uirgine est natus: postea dicit, Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu, Si autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis. Et ad Corinthios cum de charitate diceret, de membris corporis similitudinem du- 1 Cor.12 cens, Sicut enim corpus unum est, inquit, & membra habet multa, omĩa aũt membra corporis cum sint multa, unũ est corpus, ita & Christus. Non dixit, ita & Christi, sed ita & Christus, ostẽdẽs Christum recte appellari etiam uniuersum, hoc est, caput cum corpore suo, quod est Ecclesia. Et multis scripturarũ locis inuenimus Christum etiã hoc modo appellari, ut cum omnibus suis mẽbris intelligatur, quibus dictũ est, Vos estis corpus Christi & membra. Nõ ergo absurde sic intelligimus, Tũc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: ut filiũ non solum caput Ecclesiæ, sed omnes cum eo sanctos intelligamus, qui sunt unũ in Christo, unum semen Abrahæ. Subiectum autem secundũ contemplationẽ sempiternę ueritatis, ad obtinendam beatitudinẽ, nullo motu animi, nulla parte corporis resistente, ut in illa uita nemine amante propriam potestatẽ, sit deus omnia in omnibus.

De eo quod Apostolus dicit, Absorpta est mors in uictoriã, ubi est mors cõtentio tua etc. q. LXX

Quæri solet quid sit, Tũc fiet illud quod scriptum est, Absorpta est mors in uictoriã, Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, uirtus autẽ peccati lex. Mortem significari arbitror hoc loco carnalem consuetudinem quæ resistit bonæ uolũtati delectatione bonorũ temporalium fruendorum. Non ẽm diceretur, ubi est cõtentio tua: si nõ restitisset & repugnasset. Ipsius cõtentio etiã illo Gal.5 loco describit̃, Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem sibi resistunt & aduersantur, ut non quæcũq; uultis illa faciatis. Fit ergo per sanctificationẽ perfectam, ut omnis carnalis appetitus spiritui nostro illuminato & uiuificato, id est, bonę uolũtati subijciatur. Et sicut nunc uidemus multis puerilib. delectationibus nos carere, quæ nos pueros si denegarentur, acerrime cruciabãt, Ita credendũ est de omni carnali delectatione futurum esse, cum perfecta sanctitas totum hominem reparauerit. Nũc aũt quãdiu est in nobis quod resistat bonæ uolun tati, auxilio dei per bonos homines & bonos angelos indigemus, ut donec sanetur uulnus nostrũ nõ ita molestet ut perimat etiam bonã uoluntatẽ. Hanc autẽ mortem peccato meruimus, quod peccatum erat ante omnimodo in libero arbitrio, cũ in paradiso nullus dolor denegata delectatiõe uoluntati bonæ hominis resistebat sicuti nunc. Verbi gratia, si quisquã existat quem nunquã delectauit uenatio, omnimodo liber est utrum uenari uelit an nolit, nec eum cruciat quisquis hoc phibet, At si ista libertate male usus, uenatus fuerit cõtra phibentis imperiũ, paulatim surrepẽs delectatio, mortificat animã, ut si se abstinere uelit, absq; molestia & sine angore nõ possit, cũ id ante tota sanitate non ageret. Ergo aculeus mortis peccatũ est, quia peccato facta est delectatio, quæ iã possit resistere bonæ uoluntati, & cũ dolore cohiberi. Quã delectationẽ quia in defectu est animæ deterioris effectæ, iure mortẽ uocamus. Virtus autẽ peccati lex est, quia multo sceleratius & flagitiosius quæ lex prohibet cõmittunt̃, q̃ si nulla lege phibeentur. Tunc itaq; absorpta erit mors in uictoriam, cũ per sanctificationem in omni parte hominis perfecta, delectatione spiritualiũ, delectatio carnalis obtuetur.

De eo quod scriptum est, Inuicem onera uestra portate & sic implebitis legẽ Christi q.LXXI

Quia ueteris testamenti custodia timorẽ habebat, non potuit apertius significari noui testamenti donum esse charitatem, q̃ hoc loco Apostolus dicit: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Hanc ẽm Christi legem dicere intelligit̃, quia ipse dominus præcepit ut nos inuicem diligamus, tantum in ea sententia Gal.6 præcepti pondus cõstituens ut diceret, In hoc co- Ioan.15 gnoscitur, quoniã discipuli mei estis, si uos inuicẽ diligatis: Huius aũt dilectionis officium est, inuicem onera nostra portare. Sed hoc officiũ quod sempiternũ non est, perducet sane ad beatitudinẽ æternam, in qua nulla erũt nostra onera, quæ inuicem portare iubeamur. Nunc uero cũ in hac uita, id est, in hac uia sumus, onera inuicẽ nostra portemus, ut ad eam uitã quæ caret omni onere peruenire possimus. Sicut ẽm de ceruis nõnulli taliũ cognitionũ studiosi scripserũt, cum fretũ ad insulam transeũt pascuarũ gratia, sic se ordinãt, ut onera capitũ suorũ quæ gestant in cornib. super inuicẽ portent, ita ut posterior super anteriorẽ ceruice pie- *Ceruorum natura* cta caput collocet. Et quia necesse est unũ esse qui cæteros præcedẽs, nõ ante se habeat cui caput inclinet, uicibus id agere dicunt̃: ut lassatus sui capitis onere, ille qui præcedit, post omnes recedat, & ei succedat cuius ferebat caput, cum ipse præiret. Ita inuicẽ onera sua portantes, fretũ transeũt, donec ueniant ad terræ stabilitatẽ. Istam fortasse cer uorum naturã intenderat Salomon, cum ait, Cer- Prouerb.5 uus amicitiæ & pullus gratiarũ tuarũ colloquant̃ tecum. Nihil enim sic probat amicũ, quemadmodum oneris amici portatio. Nec tamẽ inuicẽ onera nostra portaremus, si unũ tempus esset infirmitatis amborũ qui onera sua sustinẽt, aut unum infirmitatis genus: sed diuersa tẽpora & diuersa genera infirmitatis faciunt, ut onera nostra portare inuicem ualeamus. Verbi gratia, Iram fratris tui tunc portabis, cum tu aduersus eum nõ irasceris, ut rursus eo tẽpore quo te ira preoccupauerit, ille te lenitate & trãquillitate sua supportet. Hoc exẽplũ ad id pertinet, cũ diuersa sunt tempora portantiũ onera sua, quãuis ipsa diuersa nõ sit infirmitas, In ambobus em abinuicẽ ira portatur. Ad diuersum aũt infirmitatis genus aliud exemplũ uidendum est: Veluti si quis loquacitatẽ in se uicerit, & pertinaciã nõdũ uicerit, alius uero adhuc loquax sit, sed iam pertinax nõ sit, debet ille huius loquacitatẽ, & iste illius pertinaciã, donec illud in illo, & hoc in isto sanaret̃, charitate portare. Par quippe infirmitas in duobus, si uno accidat tẽpore, tolerare se inuicẽ non ualent, cũ aduersum se intẽditur

tur, Nā aduersus aliquē tertiū, & duo irati sibi cō-
uenissit, & se tolerant:quanquā nec tolerare seinui
cem dicēdi sunt, sed potius se inuicē cōsolari:sicut
& tristes de re una magis se portant & quasi incū-
bunt sibi, ꝙ si unus tristis esset & alius gauderet.
Si autem aduersus se tristes sint, prorsus se tolera-
re non possunt. Et ideo in huiusmodi affectionib.
suscipienda est aliquātulum ipsa ægritudo, de qua
uis alium per te liberari, & sic suscipiēda ut ad au-
xilium, non ad æqualitatē miseriæ ualeat. Quem-
admodum se inclinat qui manum iacēti porrigit.
Non em̄ se proijcit ut ambo iaceant, sed incuruat
tantū ut iacentem erigat. Neq; ulla res officiosum
istum laborem ad portanda onera aliorum facit li
benter impendi, nisi cum cogitamus quanta pro
nobis pertulerit dominus. Hinc enim admonens
Philip.2 Apostolus ait, Hoc sentite in uobis q̃d & in Chri-
sto Iesu qui cū in forma dei esset, non rapinam ar-
bitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum
exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudinē ho
minū factus, & habitu inuētus ut homo, humilia-
uit semetipsum factus obediēs patri usq; ad mortē
mortem autem crucis. Superius enim dixerat, Nō
quæ sua sunt unusquisq; intēdens, sed ea quæ alio-
rū. Huic sententiæ cōtexuit quod dictū est, nā ita
sequit̄, Hoc sentite in uobis quod & in Christo Ie
su. Ad hoc dūtaxat, ut quēadmodū ille in eo quod
uerbū caro factū est, & habitauit in nobis, & sine
peccato cū esset, peccata nostra suscepit, nō atten-
dit sua, sed nostra: ita & nos libenter ad eius imita
tionē, inuicē onera nostra portemus. Huic cogita
tioni accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit
hominē, nos autē homines sumus: & considerare
debemus, ꝙ ægritudinē siue animæ siue corporis
quā in alio homine uidemus, etiā nos habere po-
tuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi
cuius infirmitatē portare uolumus, q̃d ab illo no
bis uellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, &
ipse non esset. Ad hoc pertinet quod ipse Aposto
1.Cor.9 lus ait, Omnib. omnia factus sum, ut omnes lucri
facerē. Omnib. omnia factus est, cogitādo scilicet
etiā in eo uitio se esse potuisse unde cupiebat aliū
liberari. Cōpatiēdo em̄ potius id agebat, nō men-
tiēdo, sicut quidā suspicant̄, & hi maxime qui suis
mendacijs defendendis quæ negare non possunt,
alicuius magni exēpli patrociniū quærūt. Deinde
etiā illud cogitādū, nullū esse hominē qui nō pos-
sit habere aliquod bonū quod tu nondū habes, e-
tiā si lateat, in quo sine dubio possit te esse supior.
Quę cogitatio ad cōtundendā edomandāq; super
biam ualet, ne arbitreris quoniā tua bona quidem
eminēt & apparēt, ideo alterū nulla habere quæ la
teant, & fortassis maioris pōderis bona quibus te
superat nescientē. Non enim fallit nos, aut adula-
Philip.5 tiōe potius uti Apostolus iubet, cū dicit nihil per
contentionē neq; per inanē gloriā, sed in humili-
tate mentis alter alterum existimantes superio-
rem sibi. Non hoc ita debemus existimare ut non
existimemus, sed nos existimare fingamus: sed ue
re existimemus aliquid occultū esse posse in alio
quo nobis superior sit, etiā si bonū nostrū quo illo

uidemur superiores esse nō sit occultū. Istæ cogita
A tiones deprimētes superbiam, & acuētes charita-
tem, faciunt onera fraterna inuicem, non solum ę-
quo animo, sed etiā libentissime sustinere. Nullo
modo aūt de quoquam homine incognito ferēda
sententia est, & nemo nisi per amicitiā cognoscit̄.
Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia
bona eorū nos delectant & tenēt. Nullius itaq; re
pudiāda est amicitia sese ingerentis ad amicitiā co
pulandam, nō ut statim recipiatur, sed ut recipien
dus optetur, atq; ita tractetur, ut recipi possit. Illū
enim receptū in amicitiā possumus dicere, cui om
nia consilia nostra refundere audeamus. Et si quis
quam est qui se non audet ingerere ad amicitiam
faciendam, cum aliquo nostro temporali honore
aut dignitate reuocetur, descendendū est ad eum,
B & offerendum illi quadā comitate et submissione
animi quod petere per se ipse nō audet. Sanè quā-
uis rarius, tamē aliquoties accidit, ut eius quē uo-
lumus in amicitiam recipere, prius nobis innote-
scant mala ꝙ bona, quibus offensi & quodammo
do repercussi relinquimus eū, & ad bonorum eius
quæ forte occultiora sunt indagationem nō per-
uenimus. Admonet itaque dn̄s noster Iesus Chri-
stus, qui nos uult effici imitatores suos, ut eius in-
firma toleremus, ut ad quædam sana in quorū de-
lectatione acquiescamus per charitatis tolerantiā
perducamur. Ait enim, Non est opus sanis medi- Matt.9
cus, sed ægrotantib. Ideoq; si propter Christi cha-
ritatem, etiā eum qui ex parte, uel omnino fortas-
sis ægrotat, repellere ab animo nō debemus, quo-
niā sanari potest per uerbum dei: quāto minus eū,
C qui propter nos uideri potest totus ægrotus: quia
quædā eius saucia in primo ingressu amicitiæ non
potuimus sustinere, & quod est grauius, cū offen-
sione animi de toto homine ausi sumus temerariā
præiudicij ferre sententiā, non timentes quod di-
ctum est, Nolite iudicare, ut non iudicemini. Et in Mat.7
qua mēsura mensi fueritis, in eadē remetietur uo-
bis. Sæpe aūt illa quæ bona sunt, prius apparēt: in
quibus etiam temerariū beneuolentiæ iudiciū ca-
uēdū est, ne cū totū bonū putaueris, ea quę postea
mala apparuerint, securū & imparatum te inueni-
ant, & grauius offendant: ut eū quē temere dilexe
ras, acerbius oderis, q̃d nefas est: quia etiā si nulla
D eius bona præcederēt, & hæc quę postea apparue
rūt mala, prius eminerēt, tolerāda tamē erant, do-
nec omnia cū illo ageres, quibus talia sanari solēt:
quāto magis cū ea bona præcesserūt, quæ tanq; pi
gnora nos debēt ad posteriora tolerāda cōstringe
re? Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicē onera nostra Gal.6
portemus. Christū aūt diligēdo, facile sustinemus
infirmitatē alterius: etiam quem nōdum propter
bona sua diligimus. Cogitamus em̄ quia ille, quē
diligimus, dominus propter eū mortuus sit. Quā
charitatē Apostolus Paulus nobis ingessit, cū di- 1.Cor.8
ceret, Et peribit infirmus in tua sciētia frater, pro-
pter quē Christus mortuus est: ut si illum infirmū
propter uitiū, quo infirmus est, minus diligimus,
in eo Christū consideremus, qui mortuus est pro-
pter illum. Christum autem nō diligere, non infir-
mitas

mitas, sed mors est. Quapropter ingēti cura, & implorata dei misericordia cogitādū est, ne Christū (A) negligamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

De tēporibus æternis. q. LXXII
Rom. 6

Quæri potest quō ab ipso Apostolo Paulo dictū sit, Ante tēpora æterna. Si ēm tēpora, quomodo æterna? Nisi forte ante omnia tempora intelligi uoluit: quia si dixisset ante tēpora: neq; addidisset, æterna: posset accipi, ante quædam tempora, quæ ante se haberēt alia tempora. Æterna autem maluit dicere, ꝙ omnia, fortassis ideo, quia tempus non cœpit ex tempore. An tempora æterna ęuū significauit, inter quod & tēpus hoc distat, ꝙ illud stabile est, tempus autē mutabile?

De eo quod scriptum est Philip. 2. Et habitu inuentus est ut homo q. LXXIII

Multis modis habitum dicimus, Vel habitum animi, sicut est cuiuscunq; disciplinæ ꝑceptio, usu roborata atq; firmata: Vel habitū corporis, secundū quem dicimus aliū alio esse succulētiorē & ualidiorē: (B) quæ magis proprie habitudo dici solet: Vel habitū eorum, quæ membris nostris accōmodantur extrinsecus: secūdum quē dicimus uestitū, calciatū, armatum, & si quid eiusmodi est. In quibus omnibus generibus, siquidem nomen hoc ductū est ab illo uerbo, quod est habere: manifestū est in ea re dici habitū, quæ accidit alicui, ut ita eam possit etiā nō habere: nā & doctrina accidit animo, & succus ac robur corpori: & uestis atq; arma, nō dubiū est quin accidāt mēbris nostris: ita ut & imperitus possit esse animus, si ei doctrina non accideret: & exile atq; languidū corpus, sine succo uiscerum & robore: & nudus sine ueste, & inermis sine armis, & pede nudo sine calciamētis esse homo potest. Habitus ergo in ea re dicit̄, quæ nobis ut habeat̄ accidit.

3 sen. dist. 6 c. ne autem

(C) Veruntamē hoc interest, quod quædā eorū quę accidūt nobis ut habitū faciāt, non mutant̄ à nobis, sed ipsa nos mutāt, in seipsa integra & incōcussa manētia: sicuti ipsa sapiētia, cū accidit homini, nō ipsa mutatur, sed hominē mutat, quem de stulto sapientē facit. Quędā uero sic accidunt, ut & mutēt & mutētur: sicuti cibus ipse amittēs speciē suam, in corpus nostrū uertit̄: & nos refecti cibo, ab exilitate atq; languore in robur atq; ualentiā cōmutamur. Tertiū uero genus est, cū ipsa quæ accidūt, mutant̄ ut habitū faciāt, & quodāmodo formant̄ ab eis, quibus habitū faciūt, sicuti est uestis: nam cū reposita uel ꝓiecta est, nō habet eā formā, quā sumit cū induitur atq; inducitur mēbris. Ergo induta accipit formam, quā nō habebat exuta: (D) cum ipsa membra, & cum exuunt̄, & cū induunt̄, in suo statu maneant. Potest esse & quartū genus, cū ea quæ accidūt, ad faciendū habitum, nec ea mutāt quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutant̄: sicut anulus in digito, si non nimis subtiliter attendatur. Verūtamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimum. Cum ergo Apostolus de unigenito dei filio loqueretur, quantū pertinet ad eius diuinitatem, secundū id quod uerissimus deus est, æqualem dixit esse patri, quod nō ei fuit tāquā rapinā, id est, quasi alienum appetere, si semp manens in ea æqualitate, nollet hominē indui, & hominibus ut homo apparere: sed semetipsum exinaniuit, non formam suā mutās, sed formam serui (A) accipiēs: neq; cōuersus aut transmutatus in hominem, amissa incōmutabili stabilitate, sed tanꝙ uerum hominē suscipiendo, ipse susceptor in similitudinē hominū factus, nō sibi, sed eis quib. in homine apparuit, habitu inuentus est ut homo: id est habēdo hominē, inuētus est ut homo. Nō ēm poterat inueniri deus ab ijs, qui cor immundū habebant, & uerbū apud patrē uidere nō poterant, nisi hoc suscipiēdo q̄d possent uidere, & per q̄d ad illud lumen interius ducerent̄. Iste aūt habitus non est ex primo genere: nō enim manens in se natura hominis: naturam dei cōmutauit. Neq; ex secundo: nō enim immutauit homo deū, & mutatus est ab illo. Neq; ex quarto: nō enim sic assumptus est homo, ut neq; ille mutaret deū, nec ab ipso mutaretur. Sed potius ex tertio: sic enim assumptus est, (B) ut cōmutaretur in melius, & ab eo formaretur ineffabiliter excellentius atq; coniunctius ꝙ uestis, cum ab homine induitur. Hoc ergo nomine habitus satis significauit Apostolus quemadmodū dixerit, in similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominē, sed habitu factus est, cū indutus est hominē, quē sibi uniens quodāmodo atq; cōformans, immortalitati æternitatiq; sociaret. Sed illū habitū, qui est in perceptione sapientiæ & disciplinę, Gręci ἕξιν uel σχέσιν uocāt. Hūc aūt, secundum quem dicimus uestitū, uel armatū, σχῆμα potius uocāt. Ex quo intelligitur de isto genere habitus locutum Apostolū, quandoquidem in Græcis exemplarib. σχήματι scriptum est, quod nos in Latinis habitu habemus. (C) Quo nomine oportet intelligi nō mutatū esse uerbum susceptione hominis, sicuti nec mēbra ueste induta mutantur: quāquam illa susceptio ineffabiliter susceptū suscipienti copulauerit: sed quantū uerba humana rebus ineffabilib. coaptari possunt, ne mutans intelligat̄ deus humanę fragilitatis assumptor, electum est ut Græce σχῆμα, & Latine diceretur habitus illa susceptio.

De eo quod scriptum est in epistola Pauli ad Coloss. In quo habemus redemptionem & remissionē peccatorum, qui est imago dei inuisibilis. q. LXXIIII

Imago & æqualitas & similitudo distinguēda sunt: quia ubi imago cōtinuo similitudo, nō continuo æqualitas. Vbi æqualitas, cōtinuo similitudo, nō cōtinuo imago. Vbi similitudo, cōtinuo imago, nō continuo æqualitas: ut in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est: est etiā necessario similitudo, nō tamē ęqualitas: quia multa desunt imagini, quæ tamē insunt (D) illi rei, de qua expressa est. Vbi ęqualitas, cōtinuo similitudo, non continuo imago: uelut in duobus ouis paribus, quia inest ęqualitas, inest & similitudo: quæcūq; enim assunt uni, assunt & alteri: imago tamen nō est, quia neutrū de altero expressum est. Vbi similitudo, nō cōtinuo imago, nō continuo æqualitas: ōme quippe ouū omni ouo, inquātū ouū est, simile est: sed ouū perdicis, ꝙuis inquātū ouū est, simile est ouo gallinæ, nec imago tamē eius est, quia de illo expressum nō est: nec ęquale, quia breuius est, & alterius generis animantium. Sed ubi dicit̄, non cōtinuo: utiq; intelligitur, quia esse aliquando potest. Potest ergo esse aliqua imago, in qua sit etiam æqualitas: ut in parentibus & filijs

filijs inueniret imago & æqualitas & similitudo, si interuallum temporis defuisset: nam & de parête expressa est similitudo filij, ut recte dicat imago & potest esse tâta, ut recte etiâ dicatur æqualitas, nisi q parês têpore præcessit. Ex quo intelligit & aliquando æqualitatê, non solum similitudinem habere, sed etiam imaginê: quod in superiori exêplo manifestum est. Potest etiâ aliquâdo similitudo esse æqualitas, quâuis non sit imago: ut de duobus ouis paribus dictum est. Potest etiam similitudo & imago esse, quâuis oon sit æqualitas: ut in speculo ostendimus. Potest & similitudo esse, ubi & æqualitas & imago sit: sicut de filijs cômemorauimus, excepto têpore, quo præcedunt parentes. Sic eñ æquale syllabam syllabæ dicimus: quâuis altera præcedat, altera subsequat. In deo aût quia côditio têporis uacat: non enim potest recte uideri deus in têpore generasse filium, per quê condidit tempora: consequens est, ut non solum sit imago eius, quia de illo est, & similitudo, quia imago: sed etiâ æqualitas tanta, ut nec têporis quidem interuallû impedimentû sit. Sicut Apostolus ad Hebræos dicit, Testamentum testatoris morte firmatur, propterea mortuo pro nobis Christo, nouum testamentû firmatum esse asserit: cuius similitudo uetus testamentû erat, in quo mors testatoris per uictimam præfigurabatur. Si ergo quærat quomodo simus secûdum eiusdem Apostoli uerba cohæredes Christi, & filij atq heredes dei, cum hæreditas morte decessoris firma teneat, nec ullo alio modo possit hæreditas intelligi: Respôdetur, ipso quidê mortuo factos nos esse heredes, quoniam filij eius etiâ dicti sumus: Nô ieiunât, inquit, filij sposi, quâdiu cum illis est spôsus. Hæredes ergo eius dicimur, quia reliquit nobis pacis Ecclesiasticæ possessionê per fidem temporalis dispensationis, quâ in hac uita possidemus, quod testatus est dicens, Pacê meâ do uobis, pacê relinquo uobis. Cohæredes autê eius efficiemur, cum in fine seculi mors absorbebit in uictoriâ: tûc enim similes ei erimus, quâdo uidebimus eum sicuti est. Quâ hæreditatem non eius patris morte adipiscimur, qui mori non potest, quâdoquidem ipse sit hæreditas nostra, secûdum illud quod scriptû est, Dominus pars hæreditatis meæ. Sed quoniâ cum uocati sumus adhuc paruuli, & ad spiritalia côtemplanda minus idonei, usq ad humillimas nostras cogitationes se diuina miseratio porrexit, ut quomodo cunq cernere niteremur, quod nô euidenter atq perspicue cernebamus, idipsum morit qd in ęnigmate cernebamus, cum facie ad faciê cernere cœperimus. Côueniêter ergo dicit moriturû esse qd auferetur: cum autê uenerit quod perfectû est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodâmodo morit pater in ænigmate, & idê ipse fit hæreditas, cum facie ad faciê uidetur: non quia ipse moritur, sed imperfecta in eum nostra uisio perfecta uisione perimit: & tamê nisi illa prior nos nutriret, ad illam plenissimâ & euidentissimam non efficeremur idonei. Quod si etiâ à domino Iesu Christo, non secûdum uerbû in principio deû apud deum,

A (margin) — B — C — D markers appear in the center gutter.

sed secundum puerû, qui proficiebat ætate ac sapientia, pius intellectus admittit, propria illa susceptione seruata, quę cômunis ei cû cęteris hominibus nô est, manifestû est, cuius tanq morte possideat hæreditatem: Non enim nos cohæredes eius esse possumus, nisi & ipse hæres sit. Si autê pietas hoc nô admittit, ut primo ex parte uideret homo dominicus, deinde ex toto, quanquam in sapiêtia pficere dictus sit, in corpore suo intelligat hæres: id est Ecclesia, cuius cohæredes sumus, quâuis ex nobis côstet, quemadmodum filij eius matris dicimur. Sed rursum queri potest, cuius morte facti simus & nos etiam hęreditas dei, secundû illud, Da bo tibi gentes hæreditatê tuam. Hæreditatê autê tuâ, nisi forte huius mundi, quo prius tanquam dominâte tenebamur. Post autê cum dicimus, Mihi mundus crucifixus est, & ego mûdo: possidet nos Christus mortuo illo, qui nos possidebat: cû ei renunciamus, morimur illi, & ipse nobis. Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, nô bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictû, ut putarent, cû semel in Christû credidissent, etiâ si male operarêtur, & facinorose flagitioseq uiuerêt, saluos se esse posse per fidê, Locus iste huius Epistolę eûdem sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligêdus exponit. Ideoq magis Abrahę utit exêplo, ut uacuâ esse fidê, si nô bene operet, quoniâ Abrahę exemplo etiâ Paulus Apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera cômemorat Abrahæ quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum nô ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorum bonorû operum arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentib. in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebât, quod dicebât se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicam gratiam peruenisse: ideoq scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quod circuncisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit, posse hominê sine operibus pręcedentibus iustificari per fidem: nam iustificatus per fidem, non potest nisi iuste deinceps operari, q̃uis antea nihil operatus iuste, ad fidei iustificationê peruenerit: nô merito bonorû operû, sed gratia dei, quæ in illo iam uacua esse nô potest, cû iâ per dilectionê bene operat. Quod si cû crediderit, mox de hac uita decesserit, iustificatio fidei manet cû illo, nec pręcedêtib. bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec côsequentibus, quia in hac uita esse nô sinitur. Vnde manifestû est quod Paulus Apostolus dicit, Arbitramur enim hominê iustificari per fidê sine operibus. Nô tameo ita intelligendû est, ut accepta fide, si uixerit, dicamus eum iustû, etiâ si male uixerit. Ideo exemplo Abrahæ & Apost. Paulus utit, quia sine operib. legis, quam non acceperat, per fidem iustificatus: & Iacobus, quia fidem

Margin notes: De hæreditate dei q. LXXV; Hebr. 9; Mat. 9; Ioan. 14; Psal. 15; Psal. 2; Gal. 6; De eo quod Apostolus Iacobus 2. cap. dicit, Vis autê scire ô homo inanis, quia fides sine operibus ociosa est q. LXXVI; Rom. 3

dem ipsius Abrahæ opa bona cõsecuta esse demõ strat, ostendens quemadmodũ intelligendum sit, A quod Paulus Apostolus prędicauit. Nã qui putãt istam Iacobi Apostoli sententiam cõtrariã esse illi Pauli Apostoli sententiæ possunt arbitrari etiam ipsum Paulum sibi esse cõtrarium, quia dicit alio
Rom.2 loco, Nõ em̃ auditores legis iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco, Sed
Gal.5 fides quæ per dilectionẽ operatˀ. Et iterũ, Si enim
Rom.8 secundũ carnẽ uixeritis, moriemini: si autem spiri tu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quæ sunt aũt facta carnis, quæ operibus spiritalibus mortifi
Gal.5 canda sunt, alio loco demõstrat dicens, Manifesta aũt sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, im mũditiæ, impudicitia, idolorũ seruitus, ueneficia, inimiciciæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, co- B messatiões, & his similia, quæ prędico uobis sicut prædixi, quoniã qui talia agũt, regnũ dei nõ possi
1Cor.6 debunt. Et ad Corinthios ait, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnũ dei possidebũt. Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, et in spi ritu dei nostri. Quib. sentẽtijs manifestissime docet, nõ eos præterito bono opere ad fidei iustifica tionẽ peruenisse: nec meritis eorũ istã gratia datam, quãdo dicit, Et hæc quidẽ fuistis: sed cũ dicit, Qui talia agũt, regnũ dei nõ possidebũt: satis ostendit, iam ex quo crediderũt, bene opari debere. Quod C & Iacobus dicit, & multis omnino locis idẽ Apostolus Paulus satis apertecq; prędicat, rectè uiuẽdũ omnibus, qui in Christo crediderũt ne ad pœnas perueniãt. Quod & ipse dñs cõmemorat dicens,
Matth.7 Nõ omnis qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlo
Luc.6 rum. Et alibi, Vt quid dicitis mihi, domine dñe &
Matth.7 nõ facitis quæ dico uobis? Et omnis qui audit uer ba mea hęc, & facit ea, similabo eum uiro pruden ti, qui ædificauit domũ suam supra petram &c. Et qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similabo eum uiro stulto, qui ædificauit domũ suã super are nam: &c. Quapropter nõ sunt sibi cõtrariæ duorum Apostolorũ sentẽtiæ, Pauli & Iacobi, cũ dicit D unus iustificari hominẽ per fidẽ sine opibus: & alius dicit, inanẽ esse fidem sine operibus: quia ille di cit de operibus, quæ fidẽ pręcedunt: iste de ĳs quę fidem sequũtur: sic ut etiam ipse Paulus multis locis ostendit.

De timore utrum peccatũ sit. LXXVII

Omnis perturbatio, passio: omnis cupiditas, perturbatio: omnis igitur cupiditas pas sio. Omnis autem passio, cũ est in nobis: ipsa pas sione patimur: & inquatũ passio est, patimur. Om nis igitur cupiditas, cũ est in nobis, ipsa cupiditate patimur: & inquantũ cupiditas est patimur. Omnis autẽ passio, inquãtum ipsa passione patimur, nõ est peccatum: sic & si patimur timorẽ, non est peccatũ: tanquã si diceretur, Si bipes est, non est pecus. Si ergo ꝑpterea hoc nõ est cõsequẽs, quia multa sunt pecora bipedia: propterea & illud nõ A est cõsequẽs, qa multa sunt peccata quæ patimur. Hoc em̃ cõtra dicitur, nõ esse consequens, ut si pa timur timorẽ, ideo non sit peccatũ. Tu autẽ dicis cõsequens esse, ut si patimur timorẽ, nõ sit peccatum: cũ tamen cõcedas aliqua esse peccata quę pa timur.

De pulchritudine simulachrorum. q. LXXVIII

Ars illa summa omnipotẽtis dei, per quã ex nihilo facta sunt omnia, quæ etiã sapientia eius dicitur: ipsa operatˀ etiã per artifices, ut & pulchra atq; congruentia faciant: quãuis nõ de nihilo, sed de aliqua materia operentur, uelut ligno, aut marmore, aut ebore, & si quod aliud materiæ genus manibus artificis subditˀ. Sed ideo isti nõ possunt de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur: cũ tamen eos numeros, & lineamentorum conuenientiã, quæ per corpus corpori imprimũt, B in animo accipiãt ab illa summa sapiẽtia, quę ipsos numeros & ipsam cõuenientiã longe artificiosius uniuerso mundi corpori impresserit, quod de nihilo fabricatũ est: in quo sunt etiã corpora animalium, quæ iam de aliquo, id est, de elemẽtis mundi fabricantˀ: sed longe potentius excellentiusq;, quã cum artifices homines easdem figuras corporum & formas in suis operibus imitãtur. Nõ enim omnis numerositas humani corporis inuenitur in statua, sed tamẽ quæcunq; ibi inueniuntˀ, ab illa sapiẽ tia per artificis manũ traĳciuntˀ, quę ipsum corpus humanũ naturaliter fabricat. Nec ideo tamẽ pro magno habendi sunt, qui talia opera fabricãt, aut diligũt: quia minoribus rebus intẽta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhæret ipsi C summæ sapientiæ, unde istas potentias habet: qui bus male utiṫ, dum foris eas exercet: illa enim, in quibus eas exercet, diligens, interiorẽ earũ formã stabilẽ negligit, & inanior infirmiorq; efficiṫ. Qui uero talia opera etiã coluerũt, quantũ deuiauerint à ueritate, hinc intelligi potest, quia si ipsa animaliũ corpora colerẽt, quæ multo excellentius fabri cata sunt, & quorũ sunt illa imitamẽta, quid eis infelicius diceremus?

Quare magi Pharaonis fecerũt quædam miracula, sicut Moyses famulus dei. q. LXXIX

Omnis anima partim priuati cuiusdã iuris sui potestatẽ gerit, partim uniuersitatis legibus, sicut publicis coercetˀ & regiṫ. Quia ergo unaquæq; res uisibilis in hoc mũdo habet potestatẽ angelicã sibi præpositã, sicut aliquot locis diuina scriptura testatˀ, de ea re cui pręposita est, ali ter quasi priuato iure agit, aliter tanq̃ publice age re cogiṫ. Potẽtior est em̃ parte uniuersitas: quoniã illud quod priuatim agit, tantũ agere siniṫ, quatũ lex uniuersitatis sinit. Sed unaquæq; anima tanto est pietate purgatior, quãto priuato suo minus delectata, legem uniuersitatis intueṫ, eiq; deuote ac libenter obtemperat. Est enim lex uniuersitatis, diuina sapientia. Quãto autẽ amplius priuato suo gaudet, & neglecto deo, qui omnibus animis utiliter ac salubriter præsidet, ipsa sibi uel alĳs, quib. potuerit, uult esse pro deo, suã potius in se uel alios, quã illius in omnes diligens potestatẽ: tanto est sordidior, tantoq; magis pœnaliter diuinis legibus, tanquã publicis seruire cogitur. Quanto igitur etiã humana anima deserto deo, suis honoribus, uel sua potestate fuerit delectata, tãto magis subditur

subditur talib. potestatibus, quæ priuato suo gau-
dent, & honorari ab hominibus sicut dij cupiunt:
quibus diuina lege sępe conceditᷣ, ut eis quos sibi
secũdũ eorũ merita subiugauerint, priuato illo iu-
re ętiã miraculorũ aliqd præstent, in his rebus ex-
hibendorũ, quibus sunt infimo, sed tamen ordina
tissimo potestatũ gradu præpositę: sed ubi diuina
tanq; publica lex iubet, uincit utiq; priuatã licen-
tiam: quanq; & ipsa priuata licentia, nisi uniuersa-
lis potestatis diuinæ ꝑmissione nulla esset. Ideoq;
fit, ut sancti dei serui, quãdo hoc donũ eos habere
utile est, secundũ publicã & quodãmodo imperia
lem legẽ: hoc est, summi dei potestatẽ imperẽt in-
fimis potestatib. ad quædã uisibilia miracula faci-
enda: in illis em̃ deus ipse impat, cuius tẽplũ sunt:
& quẽ cõtempta sua priuata potestate, ardentissi-
B me diligũt. In magicis aũt imprecatiõibus, ad ille-
cebrã deceptiõis, ut sibi subiugẽt eos quibus talia
concedũt præstãt effectũ precib. & ministerijs eo
rum, priuato illo iure largiẽtes, quod sibi licet lar-
giri honorãtibus se, sibiq; seruiẽtibus, & quædam
secũ in sacramentis suis pacta seruantib. Et qñ ui-
dentᷣ imperare magi, per sublimiorũ nomina, infe
riores terrẽt: & nõnulla uisibilia quę propter infir
mitatẽ carnis magna uidentᷣ hominib. nõ ualenti
bus ęterna cõtueri, quę ꝑ seipsum præstat dilecto
ribus suis uerus deus, mirantib. exhibent. Hęc aũt
permittit deus, iuste omnia moderãs, ut pro cupi-
ditatib. & electionib. suis, seruitutes eorũ liberta-
tesq; distribuat. Et si quando inuocatione summi
dei, aliquid ꝓ suis malis cupiditatib. impetrãt, uin
C dicta est illa nõ gratia. Nõ enim frustra dicit Apo-
Rom.1 stolus, Tradidit illos deus in desideria cordis eo-
rum. Quorundã enim peccatorũ perpetrandorũ
facilitas, pœna est aliorũ præcedentiũ. Quod autẽ
Mar.3 dñs dicit, Non potest satanas satanan excludere:
ne forte quisq; utens nominibus aliquarũ infima-
rum potestatum, cum dæmoniũ excluserit, falsam
putet esse istam dñi sententiam: ad hoc intelligat
dictum, quia hoc modo satanas, etiã si corpori aut
corporis sensibus parcit, ideo parcit, ut ipsius ho-
minis uolũtati per impietatis errorem triumpho
maiore dominetᷣ. Hoc aũt modo nõ exit satanas,
sed potius in intima ingreditur, ut in eo sic opere-
Eph.2 tur, quemadmodũ dicit Apostolus: Secundũ prin
cipem potestatis aeris huius, qui nunc operatᷣ in
D filijs diffidentiæ. Non enim sensus corporis eorũ
turbabat atq; torquebat, aut eorum corpora colli
debat, sed in eorum uoluntate, uel potius cupidi-
Matth.24 tate regnabat. Quod aũt dicit pseudoprophetas
multa signa & prodigia facturos, ita ut fallãt etiã,
si fieri potest, electos: admonet utiq; ut intelliga-
mus quędã miracula etiã sceleratos homines fa-
cere, qualia sancti facere non possunt, nec tñ ideo
potioris loci apud deũ esse arbitrandi sunt: nõ em̃
acceptiores erant deo q̃ populus Israel magi Æ-
gyptiorũ, quia non poterat ille populus facere q̃d
illi faciebãt: quãuis Moyses in uirtute dei maiora
potuerit. Sed ideo nõ omnib. sanctis ista tribuun-
tur, ne perniciosissimo errore decipiantᷣ infirmi,
existimantes in talibus factis maiora dona esse q̃

in operibus iustitiæ, quibus æterna uita compara
A tur. Propterea dñs prohibet hinc gaudere discipu
los, cum ait: Nolite in hoc gaudere, quoniam spi- Luc.10
ritus uobis subijciuntur: sed in hoc gaudete, quo-
niam nomina uestra scripta sunt in cœlis. Cũ ergo
talia faciunt magi, qualia nonnunq; sancti faciũt,
talia quidẽ uisibiliter esse apparent, sed & diuerso
fine & diuerso iure fiunt. Illi enim faciunt, quærẽ
tes gloriã suam, isti quærentes gloriã dei, & illi fa-
ciunt per quędã potestatib. cõcessa in ordine suo,
quasi priuata cõmercia uel beneficia: isti autẽ pu-
blica administratione, iussu eius cui cũcta creatu-
ra subiecta est. Aliter em̃ cogitᷣ possessor equũ da
re militi, aliter eum tradit emptori, uel cuilibet do
nat uel cõmodat. Et quẽadmodũ plerıq; mali mi-
lites, quos imperialis disciplina cõdemnat, signis
B imperatoris sui nõnullos possessores territant, &
ab eis aliquid, quod publice nõ iubetᷣ, extorquẽt:
ita nonnunq; mali Christiani, uel schismatici, uel
hæretici per nomẽ Christi aut uerba aut sacramẽ-
ta Christiana exigunt aliquid à potestatibus, qui-
bus honori Christi cedere indictũ est. Cũ aũt ma-
lis iubentib. cedunt uoluntate, ad seducendos hõ
mines cedunt, quorũ errore lætantᷣ. Quapropter
aliter magi faciũt miracula, aliter boni Christiani,
aliter mali Christiani. Magi per priuatos contra-
ctus, boni Christiani ꝑ publicã iustitiã, mali Chri-
stiani ꝑ signa publicæ iustitiæ. Nec mirũ est quod
hęc signa ualent, cum ab eis adhibentᷣ, quãdo etiã
cum usurpantᷣ ab extraneis, qui omnino suum no
men ad istam militiã nõ dederũt, propter honorẽ
C tamen excellentissimi imperatoris ualent. Ex qui
bus fuit ille, de quo discipuli dño nunciauerũt, q̄
in nomine eius eijceret dæmonia, quamuis cũ eis
eum nõ sequeretur. Cum aũt nõ cedunt his signis
huiusmodi potestates, deus ipse ꝓhibet occultis
modis, cũ id iustũ atq; utile iudicat. Nã nullo mo-
do ulli spiritus audent hæc signa contẽnere: con-
tremiscunt enim hæc, ubicunq; illa prospexerint.
Sed nescientib. hominibus aliud iubetᷣ diuinitus,
uel ad cõfundendos malos, cũ eos oportet cõfun
di: sicut de Sceuæ filijs in Actibus Apostolorũ le- Act.19
gimus, quibus ait immundus spiritus: Iesum scio,
& Paulũ noui, uos aũt qui estis? uel ad admonen-
dos bonos, ut proficiãt in fide, atq; ista nõ iactẽter
sed utiliter possint: uel ad discernẽda dona mẽbro
D rum ecclesiæ, sicut Apostolus ait, Nũquid omnes 1.Cor.12
uirtutes, nunquid omnes habẽt dona curationũ?
Propter has igitᷣ causas plerũq;, ut dictũ est, nesciẽ
tibus hominibus iubetᷣ diuinitus, ut his signis ad-
hibitis, huiusmodi potestates uolũtati hominum
non obtemperẽt. Vt aũt mali bonis sæpe tempo-
raliter noceãt, potestatẽ in eos accipiẽtes, ad ma-
iorẽ fit bonorũ utilitatẽ propter exercitationẽ pa
tiẽtiæ. Itaq; anima Christiana semper inuigilet in
tribulationibus suis sequi uoluntatẽ domini sui,
ne ordinationi dei resistẽdo acquirat sibi grauius
iudiciũ. Quod enim ipse dñs agens hominẽ Pon-
tio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dicere,
Nõ haberes in me potestatẽ, nisi data esset tibi de Iob.1
super. Non ergo eius uoluntas cuius malitiæ po- Ioan.19

testas in bonos datur, sed eius uoluntas à quo hęc potestas daẽ, debet nobis esse charissima. Quoniã
Rom.5 tribulatio patientiã operaẽ, patiẽtia probationẽ, probatio uero spem, spes aũt non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per san
Aduersus Apollinaristas q.LXXX ctum spiritũ qui datus est nobis. Cum quidam hæretici, qui Apollinaristæ ex Apollinari quodã autore suo dicti esse perhibentur, assererent dñm nostrum Iesum Christum inquantũ homo fieri dignatus est nõ habuisse humanã mentẽ, inhærẽtes eis nõnulli, et eos studiose audiẽtes, delectati sunt quidem ea peruersitate, qua ille hominem in deo minuebat, dicẽs eũ nõ habuisse mentẽ, hoc est rationalem animã, qua homo à pecoribus secũdum animũ differt. Sed cum secũ ipsi cogitarent, fatendum esse, si ita est, ut unigenitus dei filius, sapientia & uerbũ patris per quod facta sunt omnia, B beluam quandã cum figura humani corporis suscepisse credaẽ, displicuerũt sibi: non tamen ad correctionẽ, ut redirẽt ad ueritatis uiam, totumq; hominem à sapiẽtia dei susceptũ esse confiterent, nulla diminutione naturæ: sed ampliore usi audacia, ipsam etiam animã totumq; utile hominis alienãtes ab eo, solam carnem humanã eum suscepisse dixerunt, adhibẽtes etiã testimoniũ ex Euãgelio, imò illam sententiã nõ intelligendo peruersi, confligere audent aduersus catholicã ueritatem, dicentes
Ioan.1 scriptum esse: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sub his enim uerbis ita uerbũ uolunt carni esse copulatũ atq; concretũ, ut nulla ibi non solũ mens, sed nec anima humana intersistat. Quibus primo respõdendum est: ideo sic esse illud in C Euangelio positum, quia usq; ad uisibilem carnẽ, assumptio illa humanę naturę à domino facta est, atq; in tota illa unitate susceptionis principaliter uerbũ est, extrema autem atq; ultima caro. Volẽs itaq; Euãgelista cõmendare pro nobis dilectionẽ humilitatis dei qui sese humiliauerit, & quousq; humiliauerit exprimẽs, uerbũ carnẽq; nominauit: prætermittens animæ naturã, quæ uerbo inferior est, carne uero præstantior. Magis enim commen
Ioan.1 dat humilitatẽ, quia dictum est: Verbum carò factum est: quàm si diceret, uerbum homo factum est. Nam si nimis hæc intuenẽ uerba, potest alius non minus peruersus ex istis uerbis ita calumniari fidei nostræ, ut dicat ipsum uerbum conuersum D & cõmutatum esse in carnẽ, & uerbum esse destitisse: quia scriptum est: Verbum caro factum est: sicut caro humana cũ sit cinis, non est caro & cinis: sed ex carne cinis. Et secundũ loquẽdi modũ consuetudinẽq; celebriorem, quicquid fit q̃d nõ erat, desinit esse quod erat. Nec tamẽ ita hæc uerba intelligimus, sed etiam ipsi nobiscũ ita intelligũt, ut manẽs uerbũ quod est, ex eo quod accepit formã serui, non ex eo quod in illam formã aliqua mutatione cõuersum est, dictũ sit: Verbum caro factũ est. Deinde si ubicũq; caro fuerit nominata & anima tacita, sic intelligendũ est, ut anima ibi nõ esse credaẽ, nec illi habeant animã de quibus dictum
Luc.3 est: Et uidebit omnis caro salutare dei. Et illud in
Psal.64 Psalmo: Exaudi preces meas, ad te omnis caro ue

niet. Et illud in Euangelio: Sicut dedisti ei potesta Ioan.17
A tem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, nõ pereat, sed habeat uitam æternã. Vnde intelligitur, solere homines per nominationẽ solius carnis significari, ut secundũ hanc locutionem etiã illud possit intelligi: ut quod dictũ est, uerbũ caro factũ est: nihil sit dictum, nisi uerbum homo factum est. Sicut eñi à parte totũ, plerunq; nominata sola anima homo intelligiẽ, sicut est illud: Tot animæ de- Exo.1 scenderũt in Ægyptum: sic rursus à parte totum, etiã nominata sola carne homo intelligitur, sicut sunt ista quę posuimus. Proinde quemadmodum nos huic obiectioni eorũ quã ex Euãgelio proponunt, ita respondemus, ut nullus hominũ ita desipiat, ut putet nos per hęc uerba cogi ad credendũ & confitendũ, quod mediator dei & hominũ homo Christus Iesus animam humanã nõ habuit: sic quæro quomodo ipsi respõdeant tam manifestis obiectionibus nostris, quibus ostendimus per innumerabiles locos Euangelicæ scripturæ narratũ de illo ab Euangelistis, quod in his affectionibus fuerit, quæ sine anima esse nõ possunt. Non eñi ea profero, quæ ipse dñs tam multa cõmemorat: Tristis est anima mea usq; ad mortẽ; &, Potestatẽ ha- Mat.26 beo ponendi animã meam, & iterũ sumendi eam, Ioan.10 &, Maiorem dilectionem nemo habet, q̃ ut ani- Ioan.15 mam suã ponat quis ꝓ amicis suis. Quæ mihi peruicax cõtradictor potest dicere figurate à dño dicta: sicut multa in parabolis eum locutũ esse manifestũ est. Nam etsi ista nõ ita sunt, non tamen opus est pugnaciter agere, ubi habemus Euãgelistarũ narrationes, ꝑ quas eum et natũ de Maria uirgine cognouimus, & cõprehẽsum à Iudæis, & flagellatum, & crucifixũ atq; interfectnm, & sepultum in monumento: quæ omnia sine corpore intelligere facta nemo potest. Nec ficte aut figurate accipiẽda quisquã uel demẽtissimus dixerit, cũ dicta sint ab eis, qui res gestas ut meminerãt, narrauerunt. Sicut ergo ista corpus eũ habuisse testanẽ, sic eum indicãt habuisse animã affectiones illæ, quæ non possunt esse nisi in anima: quas nihilominus eisdẽ Euãgelistis narrãtib. legimus. Et miratus est Iesus, & iratus, & contristatus, & exhilaratus, & multa talia innumerabilia. Sicut etiã illa quæ cõiuncta simul officia & corporis & animæ ostendunt: sicut sunt quod esuriuit, q; dormiuit, quod fatigatus ab itinere sedit, & alia huiuscemodi. Nõ eñi possunt dicere, etiã in ueterib. libris dictã esse iram dei & lætitiã, et nõnullos huius generis motus: nec ideo tñ esse consequens, ut deũ habuisse animã credendũ sit. Dicta sunt eñi illa ꝓpheticis imaginatiõib. nõ narratoria manifestatiõe: nam & membra dei dicta sunt, & manus, & pedes, et oculi, et facies, et similia. Et quemadmodũ ista nõ indicãt eũ habere corpus, sic nec illa animã. Quemadmodum aũt narratum aliquid, ubi nominata sunt manus Christi, & caput, & cætera quæ indicãt eius corpus: ita etiã quæ de animi affectionib. eodẽ narrationis tenore nominata sunt, indicãt eius animã. Stultũ est aũt credere narrãti Euãgelistæ q; mãducauerit, & nõ ei credere quod esurierit. Etsi enim nõ est consequens

sequens, ut omnis qui mãducat, esuriat: nam & angelum legimus manducasse, sed esuriisse non legimus: neq; ut omnis qui esurit mãducet, si aut officio aliquo se cohibeat, aut desit ei cibus facultasq; mãducandi: tamẽ cum utrunq; narrat Euãgelista, utrũq; credendũ est, quia utrũq; sicut rerũ gestarũ index factũ gestũq; cõscripsit. Sicut aũt quia manducauit, sine corpore intelligi non potest: sic quia esuriuit, sine anima fieri nõ potuit. Nec illa nos terret inanis atq; inepta calumnia, qua inuidiose resistẽtes aiũt: Ergo sub necessitate positus fuit, si has affectiones animi ueras habuit. Facile quippe respõdemus: Ergo sub necessitate positus fuit, quia cõprehẽsus, flagellatus, crucifixus et mortuus est: ut tandem sine pertinacia, si uolunt, intelligãt, sic eũ passiones animi, hoc est affectiones, uolũtatis dispensatione, ueras tamen, ut placuit, suscepisse, quẽadmodũ passiones corporis eadẽ dispẽsationis uolũtate sine ulla necessitate suscepit. Quẽadmodũ nos in uoluntate morimur, sic & nõ uolũtate nascimur: ille aũt uolũtate utrũq;, ut oportebat exhibuit, & tamen uerissime exhibuit. Sicut ergo necessitatis nomine nec nos nec illos quisq; auellit à fide uerissimæ passiõis, p quã corpus eius ostẽdit: sic & nos ipso nomine necessitatis nemo deterret à fide uerissimæ affectiõis, p quã animã eius agnoscimus: nec ipsos debet deterrere à cõsentiẽdo catholicæ fidei, si nõ eos deterret exitiabilis pudor mutãdæ, quãuis falsæ, diu tamẽ & cũ temeritate defensæ sententiæ. Omnis sapientiæ disciplina est, quæ ad homines erudiendos pertinet, creatorẽ creaturãq; dignoscere, & illum colere dominantẽ, istã subiectã fateri. Est aũt creator deus, ex quo omnia, per quẽ omnia, in q̃ omnia: & ideo trinitas, pater & filius & spiritus sanctus. Creatura uero partim est inuisibilis, sicut anima: partim uisibilis, sicut corpus. Inuisibili ternarius numerus tribuit, quare diligere deũ tripliciter iubemur: ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mẽte. Corpori quaternarius numerus, ꝓpter euidentissimã naturam eius: id est calidã & frigidã, humidã & siccã. Vniuersæ ergo creaturæ tribuit septenarius. Quapropter omnis disciplina dignoscẽs & discernẽs creatorẽ atq; creaturã, denario numero insinuat, quæ disciplina q̃ diu corporeis motib. temporaliter significat, credẽdo cõstat, & rerũ gestarũ uenientiũ atq; trãseuntiũ autoritate quasi lacte paruulos nutrit: ut idoneos faciat cõtẽplatiõi, quę nõ uenit & trãsit, sed semp manet: in qua quisq; narratis sibi reb. diuinitus tẽporaliter ꝓ salute hominũ gestis, siue gerẽdis quæ adhuc futura prędicant, si pmãserit in fide & ꝓmissa sperauerit, & quę diuina autoritas præcepit infatigabili charitate implere curauerit, rectè agit uitã huius necessitatis & temporis, quæ numero quadragenario cõmendatur. Quoniã denarius numerus qui totã insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero qui corpori tribuit multiplicatus, qa per motũ corporalis administratio gerit, q̃ dictũ est uitã constare, quadragenariũ numerũ conficit. Ita impetrat etiã stabilẽ & nullius tẽporis indigentẽ sapientiã, quæ denario numero cõmendat, ut ad quadraginta addant decem, quia & partes æquales quadragenarij numeri simul ductę ad quinquaginta perueniũt. Partes aũt æquales habet quadragenarius numerus, primo quadraginta in singulis, deinde uiginti in binis, decẽ in quaternis, octo in quinis, quinq; in octonis, quatuor in denis, duas in uicenis. Vnum ergo & duo & quatuor & quinq; & octo & decẽ et uiginti simul ducta efficiũt quinquaginta. Quapropter sicut quadragenarius numerus æqualib. suis partib. cõputatis parit amplius denarium numerũ & fit quinquagenarius: sic tempus fidei rerum ꝓ salute nostra gestarũ & gerendarũ, cũ æquitate uitæ actũ, impetrat intellectũ stabilis sapientiæ, ut nõ solũ credendo, sed etiã intelligẽdo disciplina firmet. Et ideo ea quæ nũc est ecclesia, q̃uis filij dei simus, ante tamẽ q̃ appareat quid erimus, in laboribus & afflictionibus agit, & in ea iustus ex fide uiuit. Nisi enim credideritis, inquit, nõ intelligetis. Et hoc est tempus quo ingemiscimus & dolemus, expectantes redemptiõnẽ corporis nostri, quod quadragesima celebrat. Scimus autem quoniã cum apparuerit similes ei erimus: quoniã uidebimus eũ sicuti est. Cum addit denarius quadragenario, ut nõ solũ credere quæ pertinẽt ad fidem, sed etiã perspicuã ueritatẽ intelligere mereamur. Talis ecclesia in qua nullus erit mœror, nulla permixtio malorũ hominũ, nulla iniquitas, sed lætitia & pax & gaudiũ, quinquagesimę celebratione præfigurat. Propterea posteaq; dñs noster Iesus Christus resurrexit à mortuis, quadraginta diebus peractis cum discipulis suis, eadem ipsa scilicet per hunc numerũ insinuata tẽporali dispensatione quæ ad fidem pertinet, ascẽdit in cœlũ: & decem alijs diebus peractis misit spiritũ sanctum: id est ut nõ ad humana & tẽporalia, sed ad diuina & æterna cõtuenda quodam amoris & charitatis spiramẽto & incẽdio quadragenario denarius adderet. Et hoc iam totum, id est quinquagenarius numerus dierũ, lætitiæ celebratione signãdus est. Hæc aũt duo tẽpora, id est unũ laboris & solicitudinis, alterũ gaudij & securitatis, eriã retib. missis in mare dñs noster significat. Nam & ante passionem de reticulo dicit misso in mare, quia tantũ pisciũ ceperũt ut uix ad litus trahendo perducerẽt, et ut retia rumperent. Non eñ missa sunt in dexteram partẽ: habet eñ multos malos ecclesia huius temporis: Neq; in sinistrã: habet enim etiã bonos: sed passim, ut permixtionẽ bonorum malorumq; significaret. Quod autem rupta sunt retia, charitate uiolata, multas hæreses exijsse significat. Post resurrectionẽ uero, cũ uellet ecclesiã futuri tẽporis præmõstrare, ubi omnes perfecti atq; sancti futuri sunt, iussit mitti etiam retia in dexteram partem: & capti sunt ingentes pisces centũ quinquaginta tres, mirantibus discipulis quod cũ tam magni essent, retia nõ sunt dirupta. Horum magnitudo magnitudinẽ sapiẽtiæ iustitiæq; significat, numerus uero, ipsam disciplinã, & tẽporali dispensatione, & æterna regeneratione perfectã, quã diximus quinquagenario numero cõmendari. Quia enim

Marginalia: De quadragesima & quinquagesima q. LXXXI — Esa. 7 — Ioan. 3 — Act. 1 — Luca 5 — Ioan. 21

enim tūc nō erit opus corporalib. adiumentis, &
animo cōtinebiť fides atq; sapiētia, qa animo ter-
narium numerū tributum diximus, quinquaginta
ducimus ter, & fiunt centū quinquaginta: cui nu-
mero trinitas addiť, quia omnis illa perfectio in
nomine patris & filij & spiritus sancti consecrata
est: ita fiūt centū quinquagintatres, qui numerus
piscium ad dexterā partem captorum inuenitur.

De eo quod scriptum est, Quē enim dili git dominus, corripit: fla gellat autē om nem filiū quē recipit q.LXXXII

Multi murmurātes sub disciplina dei, quæstio-
nem mouēt, cū uidēt iustos sępe graues molestias
secūdum hanc uitā pati: quasi propterea nihil eis
prosit quod deo seruiunt, quia uel cōmunes labo
res, atq; indifferēter corporū atq; damnorū & cō-
tumeliarū cæterorumq; omniū, quæ mala morta-
les putāt, uel etiā cæteris ampliores patiuntur pro
pter uerbum dei atq; iustitiā, quæ onerosa peccan
tibus in eius pręedicatores tumultuosas seditiones
aut insidias aut odia concitat. Quibus respondeť,
quia si uita ista sola esset hominū, aut nihil ꝓdesse,
aut etiā nocere iustam uitā non usquequaq; absur
de uideretur: quanquā non defuerint, qui iustitiæ
suauitatem, & internū eius gaudium cum corpo-
ralibus omnibus laboribus & molestijs, quas ge-
nus humanū pro cōditione suæ mortalitatis pati-
tur, cum omnibus etiam quæ propter ipsam iusti-
tiam in eos qui iuste uiuūt, iniuriosissime cogitan
tur, ita cōpensarent, ut sequestrata spe futuræ uitæ
iocūdius & lætius præ amore ueritatis torqueren
tur, q̄ luxuriosi pręe cupiditate ebrieratis epulenť.
Sed ijs tamen qui putāt iniustum deū, cum iustos
in doloribus & laboribus uidēt: aut certe si nō au-
dent iniustū deū dicere, uel res humanas nō cura-
re arbitranť, uel semel statuisse necessitates fato-
rū, cōtra quas nec ipse aliquid facit, ne ordinē re-
rum à se dispositū incōstantia turbare credať: aut
aliquid aliud opinanť, quod deus in aliquo inua-
lidus, nō possit à iustis ista mala ꝓhibere: dicendū
est, nullā fuisse futurā iustitiā in hominibus, si res
humanas nō curat deus: quia omnis ista hominū
iustitia, quā & tenere animus humanus recte faci-
endo potest, & peccando amittere, non imprime
reť animæ, nisi esset aliqua incōmutabilis iustitia,
quæ integra inueniretť à iustis, cum ad eam cōuer
terēť: integra relinquereť à peccātibus, cū ab eius
lumine auerterentur. Quæ iustitia incōmutabilis
utiq; dei est, nec eam porrigeret ad illustrādos ad
se cōuersos, si res humanas nō curaret. Si uero ꝓ-
pterea grauia perpeti iustos non sineret, quia con
tra ordinem rerū à se dispositū nollet uenire, nec
ipse iustus esset: non quia dispositionē suā seruare
non uult, sed quia ita disposuit ipsum ordinē rerū,
ut immeritis pœnis iusti affligantur. In aliquo aūt
deum esse inualidū ad repellenda mala quæ iusti
patiunť, quisquis opinať, ideo desipit, quia nō in-
telligit, sicut nefas est iniustū deū dicere, ita nefas,
esse, omnipotentē negare. Quibus pro tēpore su-
sceptæ quæstionis breuiter cōstitutis, quia & esse
deū & iustū atq; omnipotentē esse, ꝑniciosissimæ
iniquitatis est dubitare: nulla causa ꝓbabilior oc-
currit, cur iusti homines laborēt plerūq; in hac ui-
ta, nisi quia hoc eis expedit. Alia est eñ quę nunc
est iustitia hominū ad recipiendam sempiternā sa-
A lutē, alia tūc in paradiso cōstituti hominis esse de-
buit ad retinendā & nō amittendā sempiternā sa-
lutem. Sicut enim iustitia dei, est utilia præcipere,
& inobedientib. pœnas, obediētibus aūt præmia
distribuere: ita iustitia est hominis, præceptis utili
bus obedire. Sed quoniā sic est in animo beatitu-
do, ut in corpore sanitas, quēadmodū in ipso cor-
pore alia præcipiť medicina, ne bona ualetudo a-
mittať, alia uero ut amissa recupereť: sic in toto sta
tu hominis, alia tūc præcepta data sunt ne amitte-
ret immortalitatē, alia nunc præcipiunť ut eam re
cipiat. Et sicut in ualetudine corporis, si quis præ-
ceptis medici, quibus eadē bona ualetudo custo-
diēda est, nō obtēperādo in aliquē morbū incide
B rit, accipit alia præcepta ut sanari possit: quæ sæpe
non sufficiūt si talis est morbus, nisi adhibeantur à
medico quædā adiutoria, plerunq; aspera & dolo
res importātia, quæ tamē ualent ad recuperādam
salutem. Vnde fit ut homo, quamuis iā obtempe-
rans medico, patiať tamē adhuc dolores, non solū
ipso morbo nondū sanato, uerū etiā de adiutorio
medicinę: ita homo per peccatum lapsus in huius
uitę morbidā & calamitosam mortalitatem, quia
primo præcepto obtēperare noluit, quo sempiter
nam custodiret ac teneret salutē, secūda præcepta
æger accepit: quib. obtēperans iam quidē nō ab-
surde diciť iuste uiuere, sed tamen molestias quas
patiť, uel de ipso morbo nondū sanato patitur, uel
de adiutorio medicinæ. Cui adiutorio deputatur
quod scriptū est, Quē eñ diligit dñs: corripit: fla- *Heb. 12*
C gellat aūt omnē filium quē recipit. Qui uero non
obtemperantes præceptis saluberrimis inique ui-
uunt, augent etiā atq; etiā morbos suos: & aut ex
ipsis patiunť innumerabiles miseriarū labores do
loresq; etiā in hac uita: aut pœnis quoq; adhibitis,
ut quod sanū nō est, tangať & doleat, in quo malo
sint, misericorditer admonenť, ut ad medicinā cō
uersi per gratiā dei sani fiant. Quæ oñia si cōtem-
pserint, id est præcepta uerborum & dolorū, iustā
post hanc uitam sempiternā damnationem mere
buntur. Ideoq; ille potest dicere iniuste ista fieri, q
solam uitā mortalem quā nunc agimus esse existi
mans, quæ diuinitus prædicta sunt futura non cre
dit, pensurus grauissima supplicia perseuerantiæ
peccatorū atq; infidelitatis suę.

De cōiugio in eo quod domi nus ait: Si quis dimiserit uxo rem suam exce pta causa for nicationis, &c. q.LXXXIII *1. Cor. 7*

Si dñs dimitten
D dæ cōiugis solam causam fornicationis admittit,
& paganum coniugium dimitti prohibet, conse-
quens est ut paganismus fornicatio non deputeť.
Solam aūt fornicationis causam exceptam facere
dñm cum de dimittenda coniuge loquiť in Euan
gelio, manifestū est. Paganū ergo coniugiū hinc
non prohibetur dimitti, quia cum Apostolus de
de hac re consilium daret, ut fidelis uolentē secū
esse coniugem infidelem, nō dimittat, ait: Ego di-
co, non dominus: ut dñs intelligatur non quidem
iubere ut dimittatur, ne contra iussum eius consi-
lium dare uideatur Apostolus, sed tamē permitte
re, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur,
sed cōsilij uolūtate libere faciat. Verūtamē si quis-
quam asserat solam illam fornicationē dominum
admit-

admittere ad causam relinquendæ coniugis, quæ uulgo dicit̃ fornicatio, id est quæ concubitu illicito perpetrat̃: hoc potest dicere dominum cum de hac re loqueret̃, de utroq; fideli dixisse, & marito & uxore, ut si ambo fideles sint, neutri liceat alterum relinquere nisi causa fornicatiõis, ubi nõ potest paganismus intelligi, q͠a uterq; fidelis est. Sic
1.Cor.7 enim & Apostolus uidet̃ distinguere cũ ait: His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed dominus, uxorẽ à uiro nõ discedere: q͠ si recesserit, manere innuptã, aut uiro suo recõciliari. Vbi etiã intelligitur, quod si una illa causa qua sola relictio coniugij permittitur, mulier à uiro recesserit, innupta perseuerare debet: aut si se nõ cõtinet, uiro potius reconciliari uel correcto uel certe tolerando, q͠ alteri nubere. Sequitur autem & dicit: Et uir uxorem non dimittat: breuiter eandẽ formam intimans in uiro quam præcipiebat in fœmina. Quibus ex præcepto domini insinuatis ita sequitur: Cæteris autem ego dico, non dominus, Si quis frater habet uxorẽ infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, nõ dimittat illam: & mulier si habet uirum infidelem, & hic cõsentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Vbi dat intelligi dominum de his locutum, ut neuter alterum dimitteret, si fideles ambo essent.

CENSVRA

Constat hunc librum à studioso quopiam ex uarijs autoribus temere nulloq; ordine congestum, uelut ægri somnia uana. Secundum caput finit carmine nihil ad propositum faciente. Ex tertia si superis placet facit epistolam, uerbulis aliquot in initio ac fine attextis. Decimumsextum caput totum constat carmine Sotadico, quod ipse non dissimulat quum ait, Referam ut ualeo, numeros tu benignus audi. Id quum competissemus confusissimum simul ac deprauatissimum, digessimus & correximus ut potuimus. Nonnulla bis referuntur in tam exiguo libello. Nec absunt insignes solœcismi. Quod genus ut q͠ citius ac breuiter noris, & commemorare literis, pro commonefacere. Vt omittam quod in sententia decimatertia tribuit angelis auditum & sensum, quemadmodum hominibus ac cæteris animantibus. Hoc est uere ludere in celebrium uirorum lucubrationibus.

VIGINTIVNIVS SENTENTIARVM
SIVE QVAESTIONVM LIBER

OMNIS qui beate uult uiuere, si uiuit
Beatus qui. I ut uult, beatus est. Omnis autẽ homo
beate uult uiuere. Omnis igitur homo
qui uiuit ut uult, beatus est. Ex quo cõ
ficitur neminẽ uiuere ut uult, qui uult
turpiter uiuere: quia nemo beatus est qui turpiter
uiuit. Ideo autem non uiuit ut uult, quia etsi mul
ta secundũ uoluntatem suam faciat, cõsequuntur
tamen plura cõtra ipsius uoluntatẽ. Cum Apo
De Iudæis. II 1.Cor.10 stolus dicat, Omnia in figura cõtigisse Iudæis, um
bras præterea fuisse cuncta præterita: nam corpus
Christum esse: possum contendere, pascha nõ nisi
semel gestũ esse, quãdo figurarũ corpus, fuit occi
sus Christus. Nam & si ouis, qualem lex ad pascha
describit, nõ potest inueniri, ut sit ex ouib. & hæ
dis: discordat enim horũ animaliũ ad coniunctio
nem communis fœtus ipsa natura, quomodo po
tuit pascha uerũ geri, cum defuerit agnus talis, il
le qui pascha est? At si Christus talis ex iustis, id
est ouibus, & peccatoribus, id est hædis secũdum
carnẽ nascitur, hic est solus agnus ille qui quærit̃:
quiq; dum non amplius q͠ semel occidit̃, non am
plius secũdũ ueritatẽ q͠ semel celebratũ illud per
fectũ pascha monstrat̃. Figuræ igitur, ut diximus,
tunc temporis fuerũt: nam agnus eligit̃, ut simpli
citas & innocẽtia designetur: masculus quæritur,
ut uirtus comprobetur: immaculatus, ut sine cri
mine: anniculus, ut exacto prædicationis tẽpore:
p̃fectus, ut instructus omni uirtutũ genere: mense
primo, ut totus annus à primordio proprio cõse
cretur: quartadecima die mensis, ut lumine uerita
tis impleto, erroris nox operiat̃: ad uesperã, ut se
culi occasus imminẽs approbet̃: eiecto fermẽto,
ut à corde peruersæ mẽtis malitiæ corruptio tolla
tur: oblitis sanguine liminibus domorũ, ut figura
dominicæ passiõis frõte signet̃: igne assus, est enĩ
Euangelium & sermo Christi robustus cibus: nec
in aqua madidus, nõ est enim delicatæ interpreta
tionis humido languore soluẽdus. Nihil prætermittitur, nihil enim in Christo omnino reprobat̃. Ossa nõ conteruntur, quia nec cõminui, id est uinci in quoquã Christus potest. Quicquid superest, diuinis ignibus imponit̃: id est, quæ quis capere non potest, Christi diuinæ scientiæ remittit, eorũ tantũ quæ manifesta sunt, pro uiribus epulatur intentus. Nam & quod stantes edunt, forma est, ne quis cadat, aut ne quis se in Euãgelio ad necessitatem prosternat: sed ingentis animi robore contra persecutionum prælia inuictus, id est sublimis & erectus assistat. Nã quod succinctis lumbis, Euangelicæ signum est cõtinentiæ, dum locus seminũ coercet̃ & constringit̃: additis baculis, spiritu sancto quo quis nititur. Pedibus calciatis, id est lubrico erroris eiecto, dum prouectione ad fidem cœlestiũ quasi ferratis prẹsidijs in euãgelio cũcta sunt fixa, firmissima ueritate solidata. Festinantes etiã: feruentes enim fide probant̃, tepidi & negligẽtes respuuntur & euomunt̃: Cum azymis sumuntur, Christus enĩ cum omni simplicis animi pura simplicitate sumitur. Cũ picridijs, etenim hoc pascha in Iudæorũ damnationem acerbissimas amaritudines cessit. Non nisi circuncisis dabat̃: purgatis enim solis & lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis, percipiendi Christi corporis sacrati cibi facultas porrigit̃. Ita quæ figurata in Israelitis fuerãt, in nobis corroborata sunt: & quæ in illis imagines, in nobis ipsæ sunt ueritates. Imitabant̃ illi facere pascha, dum in similitudinibus exercerent̃, solis discipulis Christi uerum pascha facturis.
Non ij qui pecudum pertractant corq; iecurq;,

Sed quorū emundat prudens præcordia uirtus,
Excludens positam subter labem uitiorum,
Remigio poterūt cœlum penetrare secundo,
Æthera iam uacuum lætis transcurrere pennis.

De quæstione fati et fortunæ Sent. III

Quia tuum animū non leuiter moueri, & cum præsens essem aduerti, & nunc tuis literis gratius certiusq; cognoui, rescriptū tibi nō parui uoluminis debeo: quod dñs præstabit, ut ita explicē quēadmodum noui tibi congruere ac saluti fidei tuæ. Non enim paruum malum est, peruersis opinionibus non solum ad cōmittendum blandimēto uoluptatis adduci, sed etiā ad defendendū peccatū à medicamento confessionis auerti. Illud sane ꝙ citius ac breuiter noueris, omnes leges atq; instituta omnia, disciplinas, laudes, uituperationes, exhortationes, terrores, præmia, supplicia, cæteraq; omia quibus humanū genus administrat & regit, penitus labefactari atq; subuerti, nihilq; in eis omnino iustitiæ remanere, nisi uoluntas sit causa peccandi. Quanto ergo licētius & æquius mathematicorū improbamus errores, qui diuinas leges uel etiam domorū nostrarum regendarū curam damnare atq; abijcere cogimur, quod nec ipsi mathematici faciūt. Nam cū aliquis eorū nūmatis fatua fata uendiderit, mox ut oculos à tabellis eburneis ad domus suæ moderamē ac solicitudinē reuocauerit, nō solū uocibus, sed etiā plagis emēdat uxorē, nō dico si petulātius ioculantē, sed si immoderatius per fenestrā aspiciētē animaduerterit. Quæ tamē si ei dicat, quid me cædis? Venerē cæde si potes, à qua cogor hoc facere. Tūc uero ille nō curat ꝙ uana uerba cōponat fallendis extraneis, sed ꝙ iusta uerba imponat corrigēdis suis. Quādo ergo quisq; eorum reprehēdi cœperit, causam conuertit in fatum, & ideo se culpari nō uult, quia fato se dicit coactū fuisse ad id quod arguitur. Redeat ad seipsum, seruet hoc in suis, nō castiget seruū furē, nō de cōtumelioso filio conqueraī, uicino improbo nō minetur. Quid enim horum faciēs iuste facit, si omnes à quibus iniurias patiī, nō culpa sua, sed fato impelluntur ut faciant? Si autem iure proprio, patrisfamiliâs diligētia quoscunq; homines pro tēpore in potestate habet, hortatur ad bonū, deterret à malo, imperat ut suæ uolūtati obtemperent, honorat eos qui sibi ad nutū obaudiūt, uindicat in eos qui se contēnunt, repēdit gratiā beneficijs, odit ingratos, egóne expectabo ut cōtra fatū dispute, cū tanta eum nō uerbis, sed factis eloqui deprehendam, ut prope manibus suis omnes mathematicorū capillos supra capita eorū frāgere uideat? His itaq; paucissimis si auiditas tua contenta nō est, & librū aliquem de hac re quem diutius legas desideras, patienter tibi expectādæ sunt uocationes nostræ, & rogādus deus qui & otiū & facultatem satiādo de hac re animo tuo tribuere dignet. Ero tamen alacrior si sæpe cōmemorare me literis tuam non pigeat charitatem, & quid de hac epistola sentias, rescripto edocueris.

De miraculis magicis. IIII

Non enim oportet moueri cū magicis artibus miracula fiunt plerūq; similia miraculis quæ fiunt per sanctos dei seruos: sicut scriptum est in Exodo, quod magi Pharaonis fecerunt nonnulla similiter sicut fecit Moyses. *Exo. 8* A Non ergo oportet hæc mirari, quia omnia quæ uisibiliter fiunt, etiā p inferiores potestates aeris huius nō absurde fieri posse credūtur. Sed hoc interest, ꝙ cū sancti talia faciant, in nomine dei domini omniū rerū de sublimioribus apparatibus subeī inferiori creaturæ: cum aūt mali homines magicis artibus operanī similia, in manus suas danī cū exaudiunī à dæmonibus. Digni sunt enim qui tali exauditione decipianī, ut pœna illis fiat hoc quod uidenī impetrare beneficiū, cū eis exhibēt quasi priuatim aereæ potestates quędam miracula, ut eos habeāt subiugatos, pmissu tamen diuinę prouidētiæ, ut p meritus animarū sua cuiq; tribuantur. Potest etiā si numerus iste consideretur, occurrere ad ecclesiæ sanctitatē, &c. Require in libro Octogintatrium quæstionum, quæstione quinquagesimaseptima.

De centū quinquagintatrib. piscib. Sent. V

B

In quo melior sit homo beluis Sent. VI

Hominē ex anima & corpore cōstare nulli dubiū est, ita ut anima sit uis quædā qua corpus uiuificatur, & sint duo, ita ut unū altero sit præstātius, illud dominet, hoc seruiat. Sed rursus in eadē anima duo quædā uidentur: unum quod amās diuina, intelligit & participat rationi, ac dicatur rationale: alterū quod sensibilibus fruēs, beluis cōmunicat, ac sit irrationale. Quod rursus in duobus animaduertendū est, quorum unū est quo resistere appetit subsistentibus, alterū quo adipisci congruētia, quod & beluas facere manifestū est. Quib. collectis, apparebit hominē constare ex anima quidē & corpore, sed officijs hac partitione diuersis. His aūt omnib. præsidet illa prima & rationi uicina pars, quæ cum sese C suaq; ui, ac potentia fabricatoris, nō per se, quia ipsa ex se nihil est, sed per benignitatē dei per quam anima est, fuerit delectata, naturæ inferiorē in se partē frenādo, atq; à rebus temporalibus abducēdo, liberat dolorum egestate, indigentiæ difficultate, morborum molestijs, atq; in sua bona beneficia largitione reducit, ut iustitiæ in ea firmitas maneat, regnando secundum suam naturā & seruienti præstādo: cuius seruientis si uita fuerit delectata, & hæc tēporalia dilexerit, nō dominās, sed seruiens, & nō præstans inferiori, sed ei obsequēs, iudicabitur, ad extremū grauiores pœnas expertura, deserta ijs omnib. quæ aduersum dei præcepta dilexit: Recurrendo aūt ad superna, ac se totam D dei beneficijs resumēdo, erit similis ei à quo facta est, & erit beata, habēs eius similitudinē ad quā facta est. Sic eīn scriptū est, Et fecit deus hominē ad imaginē dei: quā nos ipso intuitu recepturos esse sic dicit per Ioannē Apostolū, Charissimi, filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. De distributione aūt animæ dictum est, Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Et Apostolus Paulus sic ait, Saluū faciat dñs spiritum uestrum, animā & corpus. Quapropter nihil beluis homo præstat, nisi quod intellectualis anima est: ipsis aūt hominibus cæteris præstat, cum intelligit deū, neq; temporalia bona peruer-

Eccl. 17

1. Ioan. 3

Deut. 6

1. Thess. 5

suis uanitate sectatur. Nã & illud uerissime dictũ est, Nolite esse sicut equus & mulus, non habẽtes intellectum: Et illud, Qui gloriatur, in dño glorietur, si intelligit, quia ego sum dominus. Et illud: Vanitas uanitatũ & omnia uanitas: Quę abũdantia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole?

Psal. 31 — Hiere. 9 — Eccle. 1

A

De corporis resurrectione. Sent. VII

Excepto eo quod omni fide dignũ est, nihil deũ nõ posse, tali etiã ratiocinatione colligi potest, non esse contra naturã ut resurgat hoc corpus. Vniuersum corpus, quod etiam huius mundi sensibilis cœli & terræ nomine significatur, est aliquo mõ. Omne aũt quod est aliquo modo, neq; tamen summo modo, eius speciei participatione est, in quãtumcunq; est, quę summo modo est: qua cum tenetur, ordinatas quasq; cõmutationes pati potest, non aũt esse omnino corpus nõ potest. Si enim omnino corpus nõ erit, aut nihil erit, aut aliquid melius. Sed nihil esse nõ sinitur obtinẽte specie quæ semp manet, & uere summeq; est; Melius aũt aliquid esse q corpus nõ potest: quia & corporis uniuersi certus est modus, & eorum quæ incorporea facta sunt, numerus augeri non indiget: & nõ est opus aliquã nouã naturã fieri, quasi aut nõ omnia facta fuerint, aut in locũ alicuius quæ periret alia substituẽda sit: cũ & perfecte facta sint omnia, & ea gubernẽtur prouidentia secundũ speciẽ semper manentẽ, ut ordinatæ mutabilitati & per hoc in mutãtis quandã manẽriã cedat natura sensibilis, atq; ita in suo genere teneat modumq; proprium custodiat. Ex quo fit ut corpus omne aliter atq; aliter sit, corpus tamẽ esse non desinat: ita uniuersæ naturæ salua sunt omnia, quæ sensib. nostris discedũt & interire penitus existimãtur. Vnde nõ mirũ est si hoc corpus modũ istũ suũ quo nunc est inquantũ est recipiat, aut meliorẽ aliquẽ sortiat, cũ is qui uocat interitus, discessio in alios modos sit, nõ omnino perẽptio.

De fide, spe, & charitate. Sent. VIII

Fides sine spe & charitate est, si dicas, credo uera esse ad quæ me uocas, sed ego ea capere nõ possum, nec uolo. Fides sine spe cũ charitate est, si dicas, credo uera esse ad quę me uocas, & uolo ea consequi, sed nõ possum. Fides cũ spe sine charitate est, si dicas, credo uera esse ad quæ me uocas, & ea possum assequi si uelim, sed nolo. Charitas sine spe & fide est: si quis dicat, uehementer se uelle sine illecebris corporis sui uiuere in æternũ, sed neq; credere esse uitã æternã, nec si sit, eã se posse assequi. Cũ fide sine spe charitas est, si & desiderare se uitam æternã, & credere esse quis dicat, sed se posse assequi neget. Spes aũt sine fide quomodo esse posset, nõ inuenio: Nemo enim sperat se posse assequi, quod esse non credit. Oportet ergo inesse animo omnia tria, fidẽ, spem et charitatẽ: ut & credat uera esse ad quę uocatur, & speret se posse assequi, & omino ea diligat.

Quòd philosophia in tres partes diuidatur. Sent. IX

Philosophia in tres partes diuiditur: moralem, naturalem, rationalẽ. Moralis in duas, scientiam & administrationẽ. Scientia in duas, hortationẽ, & tractationẽ bonorum & malorum. Administratio in duas, officiũ & finem. Officiũ quod facere debemus, finẽ ad quod referimus omnia quæ recte faciamus, ipsum autẽ ad nihil aliud refertur. Naturalis distribuitur in duas partes, corporea et incorporea. Corporeorum diuisio quinqpertita est: In causam, quæ aliquid facit: materiam, unde facit: motum, per quod facit: causationem, quate facit: effectum, quod facit. Incorporeorũ quadripertita est. In locum, Locus enim non est corpus, sed spatium quod obtinetur à corpore. In tẽpus: In extremitates, Extremitates enim corporũ non sunt corpora, quia nõ habent crassitudinẽ. In dicibilia. Dicibilia enim quæ cõcipimus animo ut enũciemus uerbis, nõ sunt corpora: Sanè tũc dicunt dicibilia si ex eb. uerbis animo impressa sunt. Rationalis distribuitur in tres partes: Dirigentiam, quæ est in perceptione sensuũ, uel esse dicitur. Definiennã, qua definimus, quicquid sit. Differẽtiã, qua ratiocinamur argumẽtumq; cõcludimus.

B

In quo statu erat Adã antequã peccaret. Sent. X

Antequã peccasset Adã, anima erat rationalis, perfecta & beata: corpus habens, nõ quale nũc habemus fragile atq; mortale, sed quale cõgruebat tali animæ quæ nondũ in se dei similitudinẽ praua uoluntate corruperat: Quale nos quoq; post resurrectionẽ habituri sumus, cum eadẽ anima eandẽ similitudinem dei perfecta sanctitate perceperit. Postea uero q peccauit, facta est anima rationalis cupiditate corrupta, corpus habẽs quale in nobis nũc cernimus.

De casu peccantis. Sent. XI

Casum peccãtis ex arbitrio libero uenientem, quẽ nulla inopia, neq; cupiditas perurgebat quærimus. Suspicari aũt uideor qualitate materiæ factũ. Sed occurrit dei opus, dei perfectio à quo talis ac tantus fieri meruit, & omnes nobis rationes cõfundit, ne deus meliore cõsilio de illa desperans materia, ideo liberũ arbitriũ dederit, ut si peccatum obreperet, rectè alienus a culpa esset.

C

Quod summe est. Sent. XII

Est quod summe, cũ ipso & de ipso est: quod aũt nõ summe est, ab eo qui summe est, de nihilo accipit ut sit. In hac ergo natura nõ potest recte deo tribui nisi quod in se habet esse, id est omne eius bonum. Quod aũt ad peccata mortẽq; pertinet, sine dubio uergit ad nõ esse: hoc undecũq; sit, non est certe ab hoc qd' summe est, nec ab eo qd' aliquo modo est. Nõ est ergo nec à deo nec ab aliquo opere dei. Erit ergo ab eo quod est ei contrariũ qd' summe est. Quod ergo quæris unde sit, nõ est unde sit.

Quid sit bonum commune. Sent. XIII

Prima animalia mortalia, insensualia, irrationalia, ut arbores, &c. cũ quib. est hominu commune crescere, generare, ali, mori. Secunda mortalia, irrationalia, sensualia, ut pecora, cũ quib. est cõmune crescere, generare, ali, mori, sentire, fugere, appetere. Tertia sensualia, rationalia, mortalia, ut homines. Quarta immortalia, sensualia, rationalia, ut angeli, cũ quib. est cõmune audire, sentire, intelligere.

D

Voluntas quid. Sent. XIIII

Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid uel nõ admittendũ, uel adipiscendum.

Genera uirtutum. Sent. XV

Primæ ciuiles politicorũ: Purgatoriæ, quibus exuit anima à uitiis: Exẽplares, quæ iam contemplãti menti imprimuntur a deo, ubi totũ uiuit, ubi totum semper uiuit, ubi totũ semper beate uiuit. Intelligibilia, quæ intelliguntur. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur. Intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: Intellectualis, quia & ipsa intelligit.

De pulchritudine mundi. Sent. XVI

Modo si placet, auribus æquis atq; mente pura,
Operũ accipe prima dei: quæ tu negas bona esse,
Et clamas hæc fieri non debuisse cuncta,
Quoniã ut deus om̃ia, sũmus sũma, facta nõ sunt.
Elementa boni bona mundi prima quatuor sunt.
Leuis ignis, acutus, & est qui mobilis superne.
Grauis huic obtusaq; contra est atq; pigra tellus.
Inimica igitur tria summis sunt tribus quoq; ima,
Duo quæ medio ueniunt, aer, unda, nectunt,
Extremis rursus amica quantum & ipsa secum.
Leuitatem & mobilitatem cum igne iungit aer,
Obtusum pondus & infra iungit unda terris,
Hebes est et mobile uinclũ, q̃ aura et unda inhę-
Sed hebes q̃ loquit̃ alię, debet aura terris: (rent.
Quòd mobilis influit unum, debet unda flammis.
Media extremis sibi sumũt bona de propinquis.
Et de longe positis hæc singula occuparunt sibi.
Sic uarijs elementis quadratur iste mundus:
Sic est discordia concors, sic remota iuncta.
Ita motibus omnibus hæc sunt rite temperata, ut
Imparibus numeris sit pulchritudo compar,
Quid queq; ferãt elemẽta, & q̃d sibi apta gignant,
Referam ut ualeo, numeros tu benignus audi:
Vt in his quoq; fœdera mundi, firma lege ueri,
Vbi uideris ordine credas ista facta certo.
In quatuor his elementis, aura, aqua, igne, terra,
Animalia certa creantur, propriæ apta sedi, &
Quæ habeant alios alia usus congruosq; motus.
Gradientia fixaq;, duplex quod genus uidemus,
Animalia sunt elementis ultimis duobus.
Age iam ultima despice terræ, cõfer ima summis:
Fixum radicibus hæret arbustum omne terris:
Fixa ut sublime rotantur sydera alto cœlo firma.
His uestigia fert quod repit omne terris:
Globus est ut cuiq; ita firmãt gressum & astra se-
Natat undis, & uolat, auras ambiẽte motu, (ptẽ.
Sursum atq; deorsum animantũ q̃d petit uicissim.
Medio medium bene librans hinc & inde nisu.
Aliud quoq; conueniens his quatuor uicissim
Contrarium inesse qualitate duplex,
Paucis aduerte: docebo: nanq; parua non sunt.
Ita primũ tertio habetur, quartum ut est secundo:
Contraria in his uolo cernas, uimq; singulorum.
Calet ignis & aridus est, quod possidet superna:
Præfrigida & humida serpit tertia unda.
Cõtrauenit inter utrũq; locatus, mixtus ex utroq;,
Quarto contrarius aer, ultimo secundus,
Ambobus partim parilis, atq; totus impar.
Nã humore liquescit aquarum, feruet ignis æstu.
Capit undis terra rigorem, fitq; sicca cœlo.
Vicibus uarijs ita totus quatuor sibimet
Per motiua tempora nexus temperatur annus.
Pluuialis hyems rigat undis, aqua frigore arctat.
Maturat & omnia torret sicca & ignea æstas.
Ver temperiem sibi sumit ex hoc utroq; gratam:
Tepidã igne & aqua tenet aura molliter fluẽtem.
Autumnus frigore torpet, siccitate hiulcat.
Sic corpora quatuor ex his nostra copulantur.
Spatiũ hæc quoq; noctis, & horas tẽperant dierũ.
Mediũ igne q̃d ardet et aret tẽpus hinc diei ẽ. (ctis
Mediũ undis frigidũ & hũidũ est tẽpus inde no-
Sunt extrema humida noctis: prima iã calet lux:
A Hinc atq; illinc tibi blandum mane temperatur:
Sunt ultima sicca diei, prima friget umbra:
Ex utroq; accipe legem, & temperare uesper.
Et tot res inuide tales: Fulgida astra, cœli,
Cœlum cœliq; figuram perpetesq; motus,
Fixũ in medio, quod & unũ est põdus om̃e terræ,
Glaucũ Oceanũ mare, & amnes ungulę orbis al-
Auras liq̃das, modo dẽsas, inde mox serenas imi,
Tot corpora pennipotentũ, picta, grata, blanda,
Varium decus atq; nitores adde tot natantum,
Tot terrigenis decoratum multiforme pulchrũ:
Et tot res inuide tales esse, te nolle clama.
Rapidũ tardo, & rata currens, hac & hac uaganti:
Statisq; manentia: densis rara, magna paruis:
Obscuris flammifera ra, nigra luminosis:
B Intercidentia natis, nata nascituris:
Medium extremis, medio illa, & ima summis,
Concordant lege superna: Lege dico ueri:
Vnum carmen modulantur concinũtq; in unum:
Vnũ quoddã appetit, omne quicquid ambit esse.
Et tot res inuide, si audes, te esse nolle clama.

Item nõ esse bona dulcia, si nõ paterẽtur aduersa. Item bonũ quod obtẽperãdo minus diligebat, ardẽtius diligit cõparãdo. Non erit magnus magnũ putãs si cadũt ligna, lapides, et moriũtur mortales. Quòd si artifex de tali materia faciat aliquid quod melius illo est, nonne melius seipso aliquid fabricauit? Nullo modo, quia nõ solum melior, sed ne par quidẽ arti potest esse materia. Sic em̃ materia est subiecta artifici, si subiecta est, inferior sit neces- — Bona malorum admixtu dulciora Sent. XVII
C se est. Mẽsura unũ potest intelligi. Numeri enim ab eo mensurantur: Vt mensura possit pater intelligi, et numerus ipse filius, pondus spiritussanctus: amor est enim. Nã qui amat dicit̃, pendet ab amore, & qui pẽdet ad aliquid uẽturus est. Erit nanq; numerus de mensura, & inde ipse ordo sequitur. A põdere dicit̃ pendet, ad ordinẽ nisus pertinet. Ordo enim potest etiã & põdus accipi: põdus conatus esse potest ad locũ, conatus uel conati ad locum appetitus occurrit, pondus ergo ad ordinem pertinet. Lucẽ istã solis substantiã esse nõ qualitatem manifestũ est. Qualitas enim in corpore cõsistens est, & ubi est corpus, ibi qualitas. Corpus solis in cœlo, qualitas ergo ibi. Qualitas em̃ ut figura, ut color, ut duritia, ut mollicies. Lux autẽ ista — Pondus & mensura. Sent. XVIII
D usq; ad terras distendit̃, & manifestũ quia corpus, de loco enim in locũ trãsit. Et ista sunt duo infinita, lux solis, & terra. Qualitas enim cũ eo mouet̃, cuius est qualitas. Lucis ergo solis & aeris substantia naturas suas habẽtes, inuicẽ sine aliqua angustia, uel sine expulsione alterius manentes, ita sibi cõmiscent̃ ut una alterã nõ mutet, et corpora sunt. Refers nũc ad incorporea coæua, ut lux, & ignis: æqualia, ut homo de homine: melius coęua q̃ nõ coæua, melius æqualia q̃ non æqualia. In illa ergo diuinitatis natura & coæua & coęqualia. Tecum principiũ in die uirtutis tuæ, in splẽdorib. sanctorum, ex utero ante luciferũ genui te. Summũ bonum nõ est infœcundum & sterile. Quod autẽ de illo genitum est, æquale illi est, in hoc maxime, ut — Psal. 109

unum

unum de uno fit. Et est summus modus de generatione unũ, unde unigenitũ ut magis approbetur æquale. Modus, finis cuiusq; rei. Sed ne cuiq; uideatur, quia & filius debuit generare, si ita esset, nullus esset generãdi finis. Moderatũ aũt immoderato melius est: propter æqualitatem magis finis est moderatus, unum de unigenito. Duo infinita esse possunt, & hæc corpora, ut aer & lux, quæ per locos distẽdunt & nõ se angustãt. Si ita ergo in corporalibus, quanto magis in spiritalibus. In dño nihil debet esse mutabile. Si ex parte genuit, mutabilis est, qualitas in substantia est mutabili. In sapientia Salomonis, Omnis sapientia à domino deo est & cũ illo fuit semper, & est ante æuum. (Eccl. 1) Itẽ in Salomone, Vapor est eñ uirtutis dei & manatio quædã omnipotẽtis dei synceris, Iterũ, Fons sapientiæ uerbũ dei in excelsis. (Sap. 7) B De uerbo ratio procedens, recte dicitur uerbũ. Vox aliquid est, silentiũ nihil est. Vnum si solũ esset, in se esset, sterile esset, & nihil præstaret: sed quia benignum est, procedens ad aliquid faciendũ, processit in alterũ se. Ipsa est generatio unici, quia qui facit, est, & per quem facit, est, & effecerũt duo: Vnũ enim antecedit duo: & his duobus est aliquis ordo, & fiũt tria, quæ trinitas dicitur. Cardo dicitur rerum omniũ, qui accipitur pater, Cardo enim quanquã sit immobilis, tamen motũ qui est ipse filius intellectus, unus esse dicit quẽ omnes digni fruũtur, sed nõ omnes uniter. Nã homo susceptus à diuina sapiẽtia, quanto diuine susceptus est, tãto diuinius intelligit. Nam quanq; unũ sit corpus, tamẽ non eandẽ habent omnia mẽbra sanitatẽ. Aliter dicitur sanitas oculi, aliter capitis, aliter cæteri corporis. C Homo enim à peccato euadẽs conatur intelligere, ille aũt susceptus ab eodẽ intellectu. Nunquã autẽ erit manus pes, aut pes oculus: sic & homo nunq; erit quod ille qui susceptus est à sapiẽtia dei. Deus dicitur finitus forinsecus usq; ad animam, intrinsecus usq; ad se: Omnia enim in se cõtinet. Anima aũt finita est usq; ad corpus & usq; ad deum. Corpus etiã foris finitũ est usq; ad nihil, intrinsecus aũt infinitum est, diuidendo enim nunquã finitur. (De ideis. Sent. XIX) Omnis transitus de loco ad locũ per lineam fit, quoniã omne latum linea sibi coniungitur, & omne corpus linea sibi cõiungitur, quæ linea utiq; corpus non est: ita & omnis trãsitus in anima, id est mutatio uel affectio, qua modo stulta modo sapiens per quasdam utiq; lineas, id est per quosdã transitus medios fit, quomõ ipsa de nihilo facta est. D Homo si uerũ sciat penè deus est: deus si uerũ nescit, non penè sed bene lapis est. Mẽs aũt hominis q̃ optimo motu ferri debet. Quo igiť circuitu mouenda est? Est autẽ optimus mẽtis circuitus rationalis cogitatio, quæ ab eo quod quæritur profecta, per succedentiũ argumentorũ circulum certior redit in locũ. Ideoq; etiam similitudines intellectui idoneæ sunt, q per ipsum motũ quẽ natura desiderat, animo exhibeantur. Nã quasi auferũt animos ab eo quod agiť, & illò iterũ referũt: sed quod efferũt, contra pigriciem fit, quod referunt cõtra errorẽ. Vnde placuit etiã priscis sapiẽtibus quasdam res imaginibus significare fabularũ, ut cum ad eas fertur intẽtio, referaturq; A ad id quod significant, motu suo mens etiam cum ludit exerceatur in disputatione. Præuidendum ne quis mentiatur. Omnis anima affectibus mutatur. Nam & in officijs mutabilis est. Deus est enim solus immutabilis, et angeli: ergo semper immutabiles sunt cũ officia impendunt. Vermis de morte natus, & mortẽ consumẽs: de putredine natus, putredinẽ consumens. Omnia mutabilia etiã puncto tẽporis mutãtur, & maxime corpora quæ penitus nõ manẽt, sed ætatibus sine intermissione mouẽtur. Nam omnis res ætates suas habet, ut ad breuem ætatem ætas omnis maior quasi æternitas sit: cum etiã adhuc uiuentes mortes quasdam patiantur ipsarũ ætatum, & ultima mors maior quodãmodo mors sit, ut ipsa cremẽta ætatum mortes patiãtur. Et mõtes cum ruunt, & insulæ cum ruũt & nascuntur, quasi mortes fiunt in uniuersitate, ut ultima mors sit etiã mũdo quæ dicitur conflagratio: Nã tria sunt: unũ semper immutabile, ut deus: semp mutabile, ut corpus: mediũ quoddã, ut anima, ut mutabilis esse possit, possit & immutabilis: Sed post commutationẽ corpus non mutatur. Ea demum uera & syncera libertas est, qua fit ut ubicunq; sis, bene sit tibi. Deus aũt est solus, nusquam absens ab eis quib. sola uoluptas est. Pater aũt misericors mortalia illis uincula faciebat: Descensus animæ talis est, ut cũ putat se aliquid appetere q̃ sibi prosit, ad alia huic rei necessaria trahatur: ac si id quod uolebat in multis impliceť, & dicat, Præueni nolẽs quod uolebã, redit autẽ per gratiã dei. Tria sunt genera uirtutum: primæ ciuiles politicorum. C Secundæ purgatoriæ, quibus exuitur anima uitijs. Tertiæ exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à deo, ubi totum uiuit, ubi totum semper beate uiuit. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur: & intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: intellectualis, quia intelligit: Intelligibilia enim dicuntur quia intelliguntur. (De malo. Sent. XX) Notitia enim euidentior boni, mali est experimentũ ijs quibus potentia interior est, ut per disciplinam malum ante experimẽtum sciant. Non essent bona dulcia, si non paterentur aduersa. Item bonum quod obseruando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Non erit magnus magnum putans si cadũt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Vtrũ secundum tempus, an secundum excellentiã deus ante D tempora: Non enim secundum tempus ante tempora: Alioquin incipit tẽpore præcedere tẽpora; & nõ iam præcedit tẽpora qui tempore illa præcedit. (De libero arbitrio. Sent. XXI) Nos aũt deo iubẽte ea quę uolumus agimus quoniã quę possumus uolumus, bõa dũtaxar: Nã mala in potestate sunt quæ in uolũtate esse nõ debent. Idq; est & plurimũ & solũ in libero arbitrio, plenissime uelle omne q̃d recte agere possis: si q̃d recte uis agere non potes, fac uelis agere quod recte potes. Manifestũ est in spiritũsanctũ peccantẽ ueniã habere non posse, nam uindicatur. Cũ enim affligitur, in ipsa pœnitẽtia punit factum & soluit uindictam. Non ergo dimittitur, quia punitur.

DOMINO BEATISS. ET INENARRABILITER SYNCERISSIMA CHARITATE AMPLECTENDO PATRI

Simpliciano, Augustinus in domino salutem.

Lenas bonorum gaudiorũ literas, q̃ sis memor mei meq; ut soles diligas, magnęq; gratulationi tibi sit quicquid in me donorũ suorũ dominus cõferre dignatus est misericordia sua, F nõ meritis meis, missas munere sanctitatis tuę accepi, in quib. affectũ in me paternũ de tuo benignissimo corde nõ repentinũ & nouũ hausi, sed expertũ sanè cognitumq;, repperi domine beatissime & uenerabiliter syncerissima charitate amplectẽde. Vnde aũt tãta exorta est fœlicitas literario labori nostro, quo in librorũ quorundã cõscriptione sudauimus, ut à tua dignatione legerentur: nisi quia dominus cui subdita est anima mea consolari uoluit curas meas, & à timore recreare, quo me in talibus operibus necesse est esse solicitũ, necubi forte indoctior uel incautior quãuis in planissimo campo ueritatis offendam. Cum enim tibi placet quod scribo, noui cui placeat, quoniam quis te inhabitet noui. Idem quippe omnium munerum spiritalium distributor atq; largitor per tuam sententiam confirmabit obediẽtiam meam. Quicquid enim habent illa scripta delectatione tua Gen.1 dignum, in meo ministerio dixit deus, Fiat, & factum est: in tua uero approbatione uidit deus, quia bo B num est. Quæstiunculas sanè quas mihi enodandas iubere dignatus es, & si mea tarditate implicatus non intelligerem, tuis meritis adiutus aperirem. Tantum illud quęso, ut pro mea infirmitate depreceris deum, & siue in ijs quibus me exercere benigne paterneq; uoluisti, siue in alijs quæcunq; nostra in tuas sanctas manus forte peruenerint, quia sicut dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solum curam legentis impendas, sed etiam censuram corrigentis assumas. Vale.

DIVI AVRELII AVGVSTINI AD SIMPLICIANVM MEDIOLANEN. ECCLESIAE EPISCOPVM, DE SOLVTIONE QVARVNDAM

Quæstionum ex Epistola Pauli ad Romanos Liber primus.

RATISSIMAM plane atq; suauissimam interrogationũ tuarũ dignationem mihi pater Sim- G pliciane misisti, quib. nisi responderc conarer, nõ solũ cõtumax, uerũetiã ingratus existerẽ. Et illa quidẽ quæ de Paulo apostolo dissoluẽda proposuisti, iã à nobis erant utcunq; discussa literisq; mãdata: ut quẽadmodũ exposita sint, præter libelli huius textũ, sicut iã parata erant misi cõsiderãda prudẽtiæ tuæ. Sed tamẽ eadẽ ipsa, uerba Apostolica tenoremq; sentẽtiarũ, non contentus inquisitiõe atq; explicatione præterita, ne quid in ea negligẽtius præterissem, cautius attentiusq; rimatus sum. Non enĩ tu ea percõtanda censeres, si eorũ intellectus facilis atq; expeditus fo- Quæstio 1 ret. Nã ex eo loco ubi scriptũ est, Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit. usq; ad eũ locum, ubi ait, Igitur lex uolenti mihi bonũ est: & cætera, credo usq; ad illud, Miser ego homo, quis me libera- Rom.7 bit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ: primã nos uoluisti enoda 2 Retract.c.1 re quæstionẽ. Quo loco uidetur mihi Apostolus transfigurasse in se hominẽ sub lege positũ, cuius uerbis ex persona sua loquit̃. Et quia pauloante dixerat, Euacuati sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & nõ in uetustate literę: atq; ita p hęc uerba quasi reprehẽdisse legẽ posset uideri, subiecit statim. Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit. Sed peccatũ nõ cognoui, nisi per legẽ. Nã concupiscentiã nesciebã, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. Hic rursus mouet, Si lex non est peccatũ, sed insinuatrix peccati, nihilominus his uerbis reprehẽdit̃: quare intelligendũ est legẽ ad hoc datã esse, nõ ut peccatũ insereretur neq; ut stirparetur, sed tantũ ut demonstraret̃, quo animã humanã quasi de innocẽtia securã ipsa peccati demõstratione ream faceret, Vt quia peccatũ sine gratia dei uinci non posset, ipsa C reatus solicitudine ad percipiendã gratiã cõuerteretur. Itaq; nõ ait, Peccatũ non feci nisi per legem: Rom.7 sed, peccatũ nõ cognoui nisi per legẽ. Neq; rursus ait. Nã concupiscentiã non habebã, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces: sed ait, Cõcupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. Vnde apparet concupiscentiã per legẽ non insitã, sed demonstratã. Consequẽs aũt erat, ut quoniã nondũ accepta gratia cõcupiscẽtiæ resisti nõ poterat, augeret̃ etiã: quia maiores uires habet cõcupiscẽtia crimine prævaricatiõis adiũcto, cum etiã cõtra legẽ facit, q̃ si nulla lege prohiberet̃. Consequẽter itaq; subiũgit, Occasione aũt accepta peccatũ per mandatũ, operatũ est in me omnẽ concupiscẽtiã. Erat enim & ante legẽ, sed nõ omnis erat, quando crimen pręuaricationis adhuc deerat. Vnde alio lo- D co dicit, Vbi enim non est lex, nec prævaricatio. Quod aũt adiũgit, Sine lege enĩ peccatũ mortuũ est: pro eo positũ est, ac si diceret, latet: hoc est mortuũ putat̃: quod paulo post euidẽtius dicturus est, Ego aũt, inquit, uiuebã sine lege aliquando: id est nulla ex peccato morte terrebar, quia nõ apparebat, cũ lex nõ esset. Adueniẽte aũt mãdato, peccatũ reuixit, hoc est, apparuit. Ego aũt mortuus sum: id est, mortuũ me esse cognoui, uel quia reatus prę uaricatiõis certũ mortis suppliciũ cõminat̃. Sanè q̃ ait, Peccatum reuixit adueniẽte mãdato: satis significauit hoc modo, aliquãdo uixisse peccatũ, id est notũ fuisse, sicut arbitror in prævaricatiõe primi hominis, q et ipse mãdatũ acceperat. Nã et alio loco dicit, Mulier aũt seducta in pręuaricatiõe fa- 1 Tim.

cta

Rom.5 cta est. Et iterum, In similitudinē præuaricationis
Adę, qui est forma futuri. Nō em̄ potest reuiuiſce
re nisi quod uixit aliquādo. Sed mortuū fuerat, id
est occultatū, cū mortales nati ſine mandato legis
homines uiuerēt, ſequētes cōcupiſcētiā carnis ſi-
ne ulla cognitione, quia ſine ulla ꝓhibitione. Ego
inquit, uiuebā ſine lege aliquando. Vnde manife-
ſtat, nō ex ꝑſona ſua ꝓprie, ſed generaliter ex ꝑſo-
na ueteris hominis ſe loqui, Adueniēte aūt māda-
to peccatū reuixit, ego aūt mortuus ſum: & inuen
tum eſt mihi mādatū quod erat in uitā, hoc eſſe in
mortē. Mādato enim ſi obediat᷑, utiq; uita eſt. Sed
inuentū eſt eſſe in mortē, dum fit cōtra mādatum
ut nō ſolū peccatū fiat quod etiā ante mandatum
fiebat, ſed hoc abūdantius & perniciosius, ut iā à
ſciēte & præuaricāte peccetur. Peccatū enim, in-
quit, occaſione accepta per mādatū, fefellit me, & B
per illud occidit. Peccatum nō legitime utēs lege,
ex prohibitione aucto deſiderio, dulcius factū eſt
& ideo fefellit. Fallax em̄ dulcedo eſt, quā plures
atq; maiores pœnarū amaritudines conſequūtur.
Quia ergo ab hominib. nondū ſpiritalem gratiam
percipientib. ſuauius admittitur quod uetat᷑, fallit
peccatū falſa dulcedine, Quia uero etiam accedit
reatus pręuaricatiōis, occidit. Itaq; lex quidē ſan-
cta, & mandatū ſanctū, & iuſtū & bonū. Iubenda
enim iubet, & ꝓhibēda prohibet. Quod ergo bo-
nū eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. In male utente
quippe uitiū eſt, nō in mandato ipſo qđ bonū eſt:
Quoniā bona eſt lex, ſi quis legitime utatur. Male
aūt utitur lege, qui nō ſe ſubdit deo pia humilita-
te, ut per gratiam lex poſſit impleri. Itaq; ad nihil C
aliud accipit legē qui nō ea legitime utitur, niſi ut
peccatū eius quod latebat ante prohibitionē, ap-
parere incipiat per præuaricationē. Et hoc ſupra
modū, quia iam nō ſolū peccatū fit, ſed etiā contra
mandatū. Sequit᷑ ergo & adiūgit, Sed peccatū ut
appareat peccatū, per bonū mihi operatū eſt mor
tem, ut fiat ſupra modū peccator, aut peccatū per
mādatū. Vnde manifeſtat quo ſenſu dixerit ſupe-
rius: Sine lege enim peccatū mortuū eſt: non quia
nō erat, ſed quia nō apparebat, Et quomō dictum
ſit. Peccatū reuixit: nō ut eſſet quod erat & ante le
gem, ſed ut appareret quoniā fiebat contra legē:
quandoquidē hoc loco ait, Sed peccatū ut appa-
reat peccatū, per bonū mihi operatū eſt mortem.
Nō enim ait, ut ſit peccatū: ſed, ut appareat pecca- D
tū. Deinde ſubiungit cauſam, cur ita ſit, Scimus e-
nim, inquit, quia lex ſpiritalis eſt, ego aūt carnalis
ſum. In q ſatis oſtēdit, non poſſe impleri legē niſi à
ſpiritalibus, qui nō fiūt niſi per gratiā. Spiritali em̄
legi quāto fit quiſq; ſimilior, id eſt, quāto magis &
ipſe in ſpiritalē ſurgit affectū, tanto eam magis im
plet. Quāto ea magis delectatur, iam non ſub eius
onere afflictus, ſed in eius lumine uegetatus, quia
præceptū domini lucidū eſt illuminās oculos, &
lex dn̄i immaculata cōuertens animas: Gratia do-
nante peccata, & infundēte ſpiritū charitatis, quo
& nō ſit moleſta, & ſit etiā iucūda iuſtitia. Sane cū
Rom.7 dixiſſet, Ego aūt carnalis ſum: contexuit etiā qua-
lis carnalis. Appellati ſunt enim ad quendāmodū

carnales, iam etiā ſub gratia cōſtituti, iam redēpti
A ſanguine domini, & renati per fidē. Quibus idem
Apoſtolus dicit, Ego fratres nō potui loqui uobis 1 Cor.3
quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, tanq̄ par-
uulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam,
Quod dicēs, utiq; oſtēdit iā renatos fuiſſe per gra-
tiā qui erāt paruuli in Chriſto & lacte potandi, &
tamen eos adhuc carnales uocat. Qui aūt nondū
eſt ſub gratia ſed ſub lege, ita carnalis eſt, ut non-
dum ſit renatus à peccato, ſed uenūdatus ſub lege
à peccato: quoniā preciū mortiferę uoluptatis am
plectit᷑ dulcedinē illam qua fallit᷑, & delectat᷑ etiā
contra legē facere, cum tāto magis libet, quanto
minus licet. Qua ſuauitate frui non poteſt quaſi
precio cōditionis ſuæ, niſi cogatur tanq̄ emptum
mancipiū ſeruire libidini. Sentit enim ſe ſeruū do
B minātis cupiditatis, qui prohibet᷑, & ſe recte pro-
hiberi cognoſcit, & tamen facit. Quod enim ope-
ror, ait, ignoro. Non ita dictum eſt, ignoro: quaſi
peccare ſe neſciat. Nā contrarium erit quod dixit:
Sed peccatū ut appareat peccatū, per bonū mihi
operatū eſt mortē. Et illud ſuperius, Sed peccatū
nō cognoui niſi per legē. Quomodo enim appa-
ret, aut quomō cognouit quod ignorat? Sed ita
dictū eſt, quomodo dicturus eſt dominus impijs, σκληρός
Non noui uos. Neq; enim aliquid deū latet, quan
do uultus domini ſuper facientes mala, ut perdat
de terra memoriā eorum. Sed dicimur aliquando
ignorare, qđ nō approbamus. Ita ergo ait, Quod
enim operor, ignoro: id eſt, non approbo. Quod
cōſequenter oſtēdit, dicens, Nō enim quod uolo
C hoc ago, ſed quod odi illud facio. Quod ergo ait,
odi: hoc ait, ignoro: quia & quib. dicturus eſt do- Matth.7
minus, Non noui uos: de his illi dicit᷑, Odiſti dn̄e Pſal.5
omnes qui operātur iniquitatē. Si autē quod no-
lo hoc facio, cōſentio legi, quoniā bona eſt. Hoc
enim nō uult quod & lex: Nā hoc uetat lex. Con-
ſentit ergo legi, non inquātū facit quod illa prohi
bet, ſed inquantū nō uult quod facit. Vincit᷑ enim
nondū per gratiā liberatus, q̄uis iā per legē & no
uerit ſe male facere & nolit. Quod uero ſequitur
& dicit, Nunc aūt iam nō ego operor illud, ſed id
quod inhabitat in me peccatū: nō ideo dicit, quia
nō conſentit ad faciendū peccatū, quāuis legi con
ſentiat ad hoc comprobandū. Loquitur enim ad- 2 Retract.1
huc ex perſona hominis ſub lege cōſtituti, nondū
D ſub gratia, qui profecto trahitur ad male operan-
dum, cōcupiſcētia domināte atq; fallente dulcedi
ne peccati prohibiti, q̄uis ex parte notitia legis
hoc improbet. Sed propterea dicit, Nō ego ope-
ror illud, quia uictus operat᷑: Cupiditas quippe id
operatur, cui ſuperāti ceditur. Vt aūt non cedatur
ſitq; mēs hominis aduerſus cupiditatē robuſtior,
gratia facit, de qua poſt dicturus eſt, Scio enim, in
quit, quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea
bonū, Ex eo q̄d ſcit cōſentit legi: ex eo aūt q̄d fa-
cit, cedit peccato. Quòd ſi quęrit aliquis unde hoc
ſcit qđ dicit habitare in carne ſua, non utiq; bonū,
id eſt peccatum? unde niſi ex traduce mortalitatis
& aſſiduitate uoluptatis? Illud eſt ex pœna origi-
nalis peccati, hoc eſt ex pœna frequētati peccati.
Cum

Cum illo in hāc uitā nascimur, hoc uiuendo addi-
mus. Quæ duo, scilicet natura & cōsuetudo, cōiū- A
cta, robustissimā faciunt & inuictissimā cupidita-
tem: quā uocat peccatū, & dicit habitare in carne
sua, id est dominatū quendā & quasi regnū obti-
Psal. 83 nere. Vnde est illud in Psalmo, Elegi abiici in do-
mo dñi, magis q̃ habitare in tabernaculis pecca-
torū: quasi nō habitet, q̃uis ibi sit, qui abiectus ibi
est ubicūq; sit: unde insinuat habitationē cum quo
dam principatu intelligendā. Si aūt per gratiā fiat
Rom. 6 in nobis, quod alio loco dicit, Vt non regnet pec-
catū in nostro mortali corpore ad obediendū desi
derijs eius, iā nec habitare ꝓprie dicit̃. Velle em̄,
inquit, adiacet mihi, perficere aūt bonū non inue-
nio. His uerbis uidet̃ nō recte intelligentib. uelut
auferre liberū arbitriū. Sed quō aufert, cum dicat, B
Velle adiacet mihi? Certe em̄ ipsum uelle in po-
testate est, quoniā adiacet nobis: sed ꝙ perficere
bonū nō est in potestate, ad meritū pertinet origi-
nalis peccati. Nō enim est hæc prima natura ho-
minis, sed delicti pœna, per quā facta est ipsa mor-
talitas, quasi secūda natura, unde nos gratia libe-
rat cōditoris subditos sibi per fidē. Sed istę nūc uo
ces sunt sub lege hominis cōstituti, nondū sub gra
tia. Non enim quod uult facit bonū, ꝙ nondū est
sub gratia, sed quod nō uult malū hoc agit superā-
te cōcupiscētia, non solū uinculo mortalitatis, sed
mala cōsuetudine roborata. Si aūt quod non uult
hoc facit, iā nō ipse operat̃ illud, sed quod habitat
in eo peccatū: sicut superius dictū est & expositū.
Rom. 7 Inuenio ergo, inquit, legē mihi uolēti facere bo-
nū, quoniā mihi malū adiacet: id est inuenio legē,
bonū mihi esse cum uolo facere q̃d lex habet, quo C
niā mihi malū adiacet ad faciēdū: quia superius q̃d
ait, Velle adiacet mihi: ad facilitatē dixit. Quid e-
nim facilius homini sub lege cōstituto q̃ uelle bo
num & facere malū? Nā & illud sine difficultate
uult, q̃uis nō tam facile faciat q̃ facile uult: & hoc
quod odit facile habet, q̃uis id nolit: sicut præcipi
tatus sine difficultate uenit in profundum, q̃uis id
nolit atq; oderit. Hoc dixi propter uerbū quod ait
adiacet. Perhibet igit̃ testimoniū legi ꝙ bona sit,
homo sub ea positus & nondum gratia liberatus.
Perhibet omnino eoipso ꝙ se reprehēdit facere cō
tra legē: & inuenit eā bonā sibi esse, uolens facere
quod illa iubet, & cōcupiscētia superāte nō ualēs:
atq; ita se præuaricatiōis reatu implicatū uidet ad
hoc ut gratiam liberatoris imploret. Condelector
enim, inquit, legi dei secūdū interiorē hominē: Et D
utiq; legi, quæ dicit, Nō cōcupisces. Video aūt, in
quit legē aliā in mēbris meis repugnantē legi mē-
tis meę & captiuantē me sub lege peccati quæ est
in mēbris meis. Legē appellat in mēbris suis, onus
ipsum mortalitatis, in quo ingemiscimus grauati.
Corpus em̄ quod corrūpit̃, aggrauat animā. Per
quod fit etiā sępe, ut inuite delectet quod nō licet.
Quā sarcinā prementē & urgētē ideo legē appel-
lat, quia iure supplicij diuino iudicio tributa & im
posita est ab eo qui præmonuit hominem, dicēs,
Gen. 2 Qua die manducaueritis morte moriemini. Hæc
lex repugnat legi mētis dicenti, Non cōcupisces:
cui cōdelectatur homo secūdū interiorē hominē:
A & antequā sit quisq; sub gratia, ita repugnat, ut &
captiuet eū sub lege peccati, id est sub semetipsa.
Cū em̄ dicit, Quę est in membris meis: hāc ostēdit
eandē esse de qua superius ait, Video aliā legē in
mēbris meis. Hoc aūt totū ideo dicit̃, ut demōstre Rom. 7
tur homini captiuo nō esse pręsumēdū de uiribus
suis. Vnde Iudęos arguebat tanq̃ de operib. legis
superbe gloriātes, cū traherētur cōcupiscentia ad
quicquid illicitū est, cū lex de qua gloriabant̃, di-
cat, Non cōcupisces. Humiliter ergo dicendū est
homini uicto, dānato, captiuo, et nec saltē accepta
lege uictori, sed potius pręuaricatori humiliter ex
clamādum est, Miser ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Gratia dei ꝑ Iesum Chri
stum dñm nostrū. Hoc em̄ restat in ista mortali ui-
B ta libero arbitrio, non ut impleat homo iustitiā cū
uoluerit, sed ut se supplici pietate conuertat ad eū
cuius dono eā possit implere. In hac ergo tota quā
tractauimus apostolici cōtextione sermonis, quis
quis putat sensisse Apostolū ꝙ mala sit lex, quo-
niā dicit, Lex subintrauit, ut abundaret delictū, Et
ministratio mortis in literis figurata lapideis: Et,
uirtus peccati lex: Et, mortui estis legi per corpus 1 Cor. 15
Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit:
Et, passiōes peccatorū quę per legē sunt, operabā
tur in mēbris nostris, ut fructū ferrēt morti: Nunc
uero & euacuati sumus à lege mortis, in qua deti-
nebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus &
nō in uetustate literę: Et alia si qua huiusmodi A-
postolū dixisse inuenimus, attēdat ideo esse ista di
cta, quia lex auget cōcupiscētiā ex prohibitione,
C & reū obligat ex præuaricatione, iubēdo quæ im-
plere homines in infirmitate nō possunt, nisi se ad
dei gratiā pietate cōuertāt. Et ideo sub illa esse di-
cunt quib. dominatur. Eis aūt dominat̃ quos pu-
nit. Punit aūt præuaricatores omnes. Porrò qui ac
ceperunt legē, præuaricāt eā, nisi per gratiā conse
quātur posse quod iubet. Ita fit, ut non dominetur
eis qui iā sub gratia sunt, implētibus eā per gratiā,
qui erāt sub eius timore dānati. Nam si illa quæ di-
cta sunt mouēt, ut putet̃ Apostolus legē reprehē-
dere, quid agimus ex eo quod dicit, Condelector
enim legi dei secūdū interiorē hominē, hoc enim
dicēs, legē utiq; laudat. Quod cū illi audiūt, respō-
dent, hoc loco Apostolū de alia lege dicere, id est,
lege Christi, nō de illa quæ data est Iudæis. Quæri
mus ergo ab eis, de qua lege dicat, Lex aūt subin-
D trauit ut abūdaret delictū? Respōdent, de illa pro-
culdubio, quā Iudæi acceperūt. Vide ergo utrū ip-
sa sit de qua dicit̃. Occasione accepta peccatū per
mandatū, operatū est in me omnē cōcupiscentiā.
Quid est enim aliud, operatū est in me omnē con
cupiscētiā: q̃ id quod ibi est, Vt abūdaret delictū?
Vide quoq; utrū cōsonet etiā illa sentētia, Vt fiat
supra modū peccator aut peccatū per mandatū:
hoc est enim, Vt fiat supra modum peccatū, quod
est, Vt abūdaret peccatū. Si igit̃ ostēderimus bo-
nū esse mādatū, unde occasione accepta peccatū
operatū est omnē cōcupiscētiā ut fieret supra mo-
dū: simul ostēdemus bonā esse legē quæ subintra-

uit ut abūdaret delictū: id est, ut operaret̄ peccatū
omnē cōcupiscētiā, & fieret supra modū. Audiāt A
ergo eūdē Apostolū dicētē, Quid ergo dicemus?
Rom. 7 Lex peccatū est? Absit. Hoc, inquiūt, de lege Chri
sti dictū est: hoc est, de lege gratiæ. Respōdeāt ita-
que de qua intelligāt illud q̄d sequit̄, Sed ego pec
catū nō cognoui, nisi p legē. Nā cōcupiscētiā ne-
sciebā, nisi lex diceret, Nō cōcupisces. Occasione
aūt accepta, peccatū per mādatū operatū est in me
omnē cōcupiscētiā. Ecce uerborū ipsa cōtextio sa
tis indicat de qua lege dixerit, Lex peccatum est?
Absit: de illa scilicet, per cuius mādatū occasio fuit
peccato, ut operaret̄ omnē cōcupiscentiā. De illa
ergo quę subintrauit ut abūdaret delictū, quā pu-
tāt illi malā. Sed quid apertius q̄ id q̄d paulopost
ait, Itaq; lex quidē sancta & mandatū sanctū & iu-
stū & bonū? Hoc rursus dicunt nō de illa lege quę B
Iudæis data est, sed de Euāgelio dictum est. Mani-
chæorū est em̄ tam ineffabiliter cæca ista peruer-
sitas: Nō em̄ attendunt q̄d apertissimū & manife-
stissimū sequit̄: Quod ergo bonū est, mihi factum
est mors? Absit. Sed peccatū, ut appareat peccatū
per bonū mihi operatū est mortē, ut fiat supra mo
dum peccator aut peccatū per mandatū. Hoc est
per mandatū sanctū & iustū & bonū, quod tamen
subintrauit ut abundaret peccatū: hoc est, ut fieret
supra modū peccatū. Cur ergo ministratio mortis
dicitur, si bona est lex? Quia peccatū ut appareat
peccatū, per bonū mihi operatū est mortem, Nec
mireris cū de ipsa prædicatiōe Euangelij dictū sit,
2 Cor. 2 Christi odor bonus sumus deo, in ijs qui salui fiūt,
& in ijs qui pereūt. Alijs quidē odor uitę in uitam,
alijs aūt odor mortis in mortē. Ad Iudæos em̄ di- C
cta est lex ministratio mortis, ad quos & in lapide
scripta est ad eorū duritiā figurandā, nō ad eos qui
legē per charitatē implent. Plenitudo enim legis,
charitas. Ipsa em̄ lex quæ in literis est figurata lapi
deis, dicit: Nō adulterabis, non homicidiū facies,
nō furaberis, nō cōcupisces, &c. Quam legē dicit
Rom. 13 Apostolus impleri per Charitatē, ita loquēs, Qui
enim diligit ꝓximū, legē impleuit. Nam nō adul-
terabis, non homicidiū facies, nō furaberis, nō cō-
cupisces: & si qd̄ est aliud mandatū, in hoc sermōe
recapitulat̄, Diliges proximū tuū, tanq̄ teipsum:
1 Cor. 15 quia & hoc in eadē lege scriptū est. Cur uirtus pec
cati lex, si lex bona est? Quia peccatū per bonū o-
peratū est mortē, ut fiat supra modū, hoc est maio
Rom. 7 res uires ex præuaricatione cōcipiat. Cur mortui D
sumus legi p corpus Christi, si bona est lex? Quia
mortui sumus legi dānanti, liberati ab eo affectu
quem lex punit & dānat. Vsitatius em̄ uocat̄ lex,
quando minatur, & terret & uindicat. Itaq; idem
pręceptū timētibus lex est, amātibus gratia est. In
Ioan. 1 de est illud in Euāgelio, Lex per Moysen data est,
gratia & ueritas per Iesum Christū facta est. Eadē
quippe lex quæ per Moysen data est, ut formida-
retur, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est,
ut impleret̄. Sic ergo dictū est, Mortui estis legi:
ac si diceret̄, Mortui estis supplicio legis per cor-
pus Christi, per quod sunt delicta donata, quæ le-
gitimo supplicio constringebant. Cur passiones

peccatorū quæ per legē sunt, operabant̄ in mem-
A bris nostris ut fructificarēt morti, si lex bona est?
Quia illas hic uoluit intelligi peccatorū passiōes,
de quibus iam sæpe dictū est: augmētū cōcupiscē-
tiæ, de prohibitione: & reatū pœnæ, de præuarica
tione: hoc est, quia per bonū operatū est mortē, ut
fiat supra modū peccator, aut peccatū per manda
tum. Cur liberati sumus à lege mortis, in qua deti-
nebamur, ita ut seruiamus in nouitate spūs & non
in uetustate literę, si lex bona est? Q̄m lex litera est
eis qui non eam implent per spūm charitatis, quò
pertinet testamentū nouū, Itaq; mortui peccato li
berantur à litera, qua detinent̄ rei qui nō implent
quod scriptum est. Lex em̄ quid aliud q̄ sola litera
est eis qui eam legere nouerūt, & implere nō pos
sunt? Nō em̄ ignoratur ab eis quibus cōscripta est,
sed quoniā intantū nota est, inquantū scripta legi-
B tur, nō in quantū dilecta perficit̄, nihil est aliud ta
libus nisi litera, quę litera nō est adiutrix legentiū,
sed testis peccantiū. Ab eius ergo dānatione libe-
rantur, qui per spūm innouant̄, ut iam non sint ob
ligati literæ ad pœnam, sed intellectui per iustitiā
copulati. Inde est & illud, Litera occidit, spūs autē
uiuificat. Lex em̄ tantūmodo lecta & nō intelle- 2 Cor. 3
cta uel non impleta, utiq; occidit, tunc em̄ appel-
latur litera. Spiritus aūt uiuificat, quia plenitudo
legis est charitas, quę fusa est in cordib. nostris per
spūm sanctū, qui datus est nobis. Sed iam ut ar- Quæstio II
bitror tēpus est ad aliā trāsire quęstionē, quā sic ꝓ
posuisti, ut ab eo quod scriptū est. Nō solū aūt illa,
sed & Rebecca ex uno cōcubitu habens Isaac pa- Rom. 9
tris nostri: Cum em̄ nōdū nati essent, neq; aliquid
C egissent bonū aut malū: usq; ad id q̄d scriptum est,
Nisi dn̄s Sabaoth reliquisset nobis semē, sicut So- Esa. 1
doma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuis-
semus: tota ipsa cōtextio differat̄, & profecto est
latebrosior. Sed certe qualem te erga me noui iu-
bere mihi ut aperirē, ista nō possem, nisi à dn̄o de-
precareris ut possem. Quo adiutorio fidētior fa-
ctus, aggredior. Et primo intētionē Apostoli quæ
per totam epistolam uiget, tenebo quā consulam.
Hæc est autē, ut de operum meritis nemo glorie-
tur de quibus audebant Israelitæ gloriari, ꝙ datæ
sibi legi seruissent, & ex hoc Euangelicā gratiam
tanq̄ debitam meritis suis percepissent, quia legi
seruiebant: unde nolebant eandē gratiā dari gen-
tibus tanq̄ indignis, nisi Iudaica sacramenta susci
D perent. Quæ orta quæstio, in Apostolorū actibus Act. 15
soluitur: Nō em̄ intelligebant, quia eo ipso ꝙ gra-
tia est Euāgelica, operibus nō debetur: Alioquin
gratia iam non est gratia. Et multis locis hoc sæpe
testatur, fidei gratiam præponens operibus, nō ut
opera extinguat, sed ut ostendat nō esse opera prę
cedentia gratiā, sed consequentia: ut scilicet non se
quis arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene
operatus est, sed bene operari non posse, nisi per
fidem perceperit gratiam. Incipit autē homo per-
cipere gratiam, ex quo incipit deo credere, uel in-
terna uel externa admonitione motus ad fidem.
Sed interest quibus articulis tēporū uel celebra-
tione sacramētorū gratia plenior & euidentior in

fundaŕ. Nõ eñ catechumeni nõ credunt, aut uero
Cornelius nõ credebat deo cũ eleemosynis et ora
tionibus dignũ se præberet cui angelus mittereŕ:
sed nullo modo ista operareŕ, nisi ante credidisset:
nullo modo aũt credidisset, nisi uel secretis p uisa
mẽtis aut spũs, uel manifestioribus p sensus corpo
ris admonitiõib. uocareŕ. Sed in qbusdã tanta est
gratia fidei, quãta nõ sufficit ad obtinẽdũ regnum
cœlorũ, sicut in catechumenis, sicut in Cornelio
anteq̃ sacramẽtorũ participatione incorporareŕ
ecclesiæ. In quibusdã uero tãta est ut iam corpori
Christi & sancto dei tẽplo deputenŕ. Tẽplũ enim
1 Cor. 3 dei sanctũ est, inquit Apostolus, quod estis uos.
Ioan. 3 Et ipse dñs, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spi
ritusancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ. Fiunt er-
go inchoationes quædã fidei, cõceptionib. simi-
les, nõ tamẽ solũ concipi, sed etiã nasci opus est, ut
ad uitã perueniatur æternã. Nihil horũ tamẽ sine
gratia misericordiæ dei, quia & opera si qua sunt
bona, cõsequũtur ut dictum est, illã gratiã, nõ præ
cedũt. Quãrem persuadere Apost. uolens, quia
Ephes. 2 sicut alio loco dicit, Gratia enim dei salui facti su-
mus, & nõ ex nobis, sed dei donũ est, nõ ex operi-
bus ne forte quis extollaŕ: de his qui nondũ nati
erãt, documentũ dedit. Nemo eñ posset dicere, q
operibus pmeruerat deũ Iacob nõdũ natus, ut di-
Gen. 25 uinitus diceretŕ, Et maior seruiet minori. Ergo nõ
solum, inquit, Isaac promissus est, cum dictum est:
Gal. 4 Ad hoc tẽpus ueniã, & erit Saræ filius: q utiq; nul-
lis operib. promeruerat deũ ut nasciturus promit
tereŕ, ut in Isaac uocaretur semẽ Abrahæ: id est illi
pertinerẽt ad sortem sanctorũ quæ in Christo est,
qui se intelligerent filios pmissionis, nõ superbiẽ
tes de meritis suis, sed gratiæ uocatiõis deputãtes
q cohæredes essent Christi, Cũ enim promissum
est ut essent, nihil utiq; meruerãt qui nõdum erãt:
Rom. 9 Sed & Rebecca ex uno cõcubitu habẽs Isaac pa-
tris nostri. Vigilãtissime ait, Ex uno cõcubitu: ge
mini eñ concepti erãt, ne uel paternis meritis tri-
buereŕ, si quisquã forte diceret, ideo talis natus est
filius, quia pater ita erat affectus illo tempore quo
eũ seuit in utero matris: aut ita erat mater affecta
cum eũ cõcepit. Simul eñ ambos uno tẽpore ille
seuit, eodẽ tẽpore illa cõcepit. Ad hoc cõmendã-
dũ ait, Ex uno cõcubitu: ut nec astrologis daret
locũ, uel eis potius quos genethliacos appellaue-
runt, qui de natalib. nascentiũ mores & euẽta cõ-
iectant. Quid enim dicãt, cur una cõceptione sub
uno utiq; tẽporis puncto, eadẽ dispositiõe cœli &
syderũ, ut diuersa singulis annotari omnino non
posset: tãta in illis geminis diuersitas fuerit, pror-
sus nõ inueniũt: & facile animaduertũr si uolũt, re
spõsa illa quæ miseris uẽditant, nullius artis expo-
sitione sed fortuita suspitiõe proferri. Sed ut de re
quæ agitur potius loquamur, ad frãgẽdã atq; deij-
ciendã superbiã hominũ ingratorũ gratiæ dei, &
audentiũ gloriari de meritis suis ista cõmemoran-
tur. Cũ enim nõdũ nati fuissent, neq; aliquid egis-
sent bonũ aut malũ, nõ ex operibus, sed ex uocan
te dictũ est ei, quia maior seruiet minori. Vocãtis
est ergo gratia, percipiẽtis uero gratiã cõsequẽter

sunt opera bona, nõ quæ gratiã pariant, sed quæ
A gratia parianŕ. Nõ enim ut ferueat calefacit ignis,
sed quia feruet. Nec ideo bene currit rota ut rotũ-
da sit, sed quia rotunda est: sic nemo propterea be
ne operaŕ ut accipiat gratiã sed qa accepit: Quõ
enim potest iuste uiuere qui nõ fuerit iustificatus?
Quõ sancte uiuere, qui nõ fuerit sãctificatus? Vel
omnino uiuere, qui non fuerit uiuificatus? Iustifi-
cat aũt gratia, ut iustificatus possit uiuere iuste. Pri
ma est igitur gratia, secunda opera bona, sicut alio
loco dicit, Ei aũt qui operatur, merces non impu- Rom. 4
tatur secundũ gratiam, sed secundũ debitũ: sicut il
la immortalitas post opera bona, si tamen uel ipsa
ex debito poscitur, Sicut idem ait, Bonũ certamẽ 2 Tim. 4
certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, de cæte
to superest mihi corona iustitiæ quam reddet mi-
B hi dñs in illa die iustus iudex. Forte eñ quia dixit,
reddet: iam fit ex debito: cũ uero ascẽdẽs in altum
captiuauit captiuitatẽ, non reddidit sed dedit do- Ephes. 4
na hominibus. Vnde eñ ipse Apostolus tanquã
debitum reddi sibi præsumeret, nisi prius indebi-
tam gratiã percepisset, qua iustificatus bonũ ago-
nem certaret? Fuit eñ blasphemus & persecutor
& iniuriosus, sed misericordiã consecutus est, ut i- 1 Tim. 1
pse testatur: credens utiq; in eum qui iustificat, nõ
pium sed impiũ, ut iustificãdo piũ faciat, Nõ ex o-
peribus, inquit, sed ex uocante dictũ est ei, Quia
maior seruiet minori. Ad hoc ptinet quod ait, Cũ
enim necdũ nati fuissent, neq; aliquid egissent bo
num aut malum, ut posset dici, Non ex operibus,
sed ex uocãte. Vnde occurrit animo quærere, cur
dixerit, Vt secundũ electionẽ propositũ dei mane Rom. 9
C ret? Quõ est enim iusta, aut qualiscunq; omnino
electio, ubi nulla distantia est? Si eñ nullo merito
electus est Iacob nondũ natus & nihil operatus,
nec omnino eligi potuit nulla existente differen-
tia qua eligereŕ. Item si nullo merito improbatus
est Esau, quia & ipse nõdũ natus & nihil operatus
erat, cum diceretur, Et maior seruiet minori: quõ
eius improbatio iusta dici potest? Qua ergo discre
tione, quo æquitatis examine quod sequitur intel
ligimus, Iacob dilexi, Esau aũt odio habui? Quod Malach. 1
quidẽ scriptũ est in Propheta, qui longe posterior
prophetauit q̃ illi nati & mortui sunt: sed tamen il
la sententia uidetur cõmemorata qua dictũ est, Et
D maior seruiet minori: antequã nati & aliquid ope
rati essent. Vnde igitur ista electio, uel qualis ele-
ctio si nõdũ natis, nondũq; aliquid operatis nulla
sunt momẽta meritorũ? An forte sunt aliqua natu
rarum? Quis hoc intelligat, ex uno patre, & ex u-
na matre, & ex uno cõcubitu, & ex uno creatore?
An quẽadmodũ ex eadẽ terra idẽ creator produ-
xit diuersa animãtiũ atq; gignentiũ genera, ita ex
eodẽ hominũ coniugio atq; cõplexu produxit in
geminis diuersam prolẽ, unã quam diligeret, alte-
rã quã odisset? Nulla ergo electio est anteq̃ esset
quod eligereŕ. Si enim bonus factus est Iacob ut
placeret, unde placuit anteq̃ fieret, ut bonus fie-
ret? Non itaq; electus est ut fieret bonus, sed bo- 1 Retract. ca. 22. & sent.
nus factus eligi potuit. An ideo secundũ electio- dist. 41. cap.
nẽ, quia omniũ deus præscius etiã futurã uitã uidit opinatu
in

in Iacob nondũ nato, ut q̃uis nõ ex operibus suis
iustificari quisq̃ mereat̃, quãdoquidẽ bene opera
ri nisi iustificatus nõ potest, tamen quia ex fide iu-
stificat gẽtes deus, nec credit aliquis nisi libera uo
luntate, hãc ipsam fidei uolũtatẽ futurã preuidens
deus, etiã nondũ natũ præscientia qua iustificaret
elegerit. Si igit̃ electio per præscientiã, præsciuit
aũt deus fidẽ Iacob, unde probas quia iã nõ ex o-
peribus elegit eũ, sed si propterea quia nõdũ nati
erant, & nõdũ aliqd egerant bonum seu malũ, ita
etiã nondũ crediderat aliquis eorũ? Sed sicut præ
scientia uidit crediturũ, ita præsciẽtia uidere pote
rat operaturũ: ut quõ dicitur electus propter fidẽ
futurã quam præsciebat deus, sic alius possit dice-
re, propter futura opera potius electũ, quæ nihilo
minus pręsciebat deus. Qua propter unde ostẽdit
Apostolus, nõ ex operibus dictũ esse, Maior serui
et minori: sed si quoniã nondũ nati erant, non solũ
non ex operibus, sed nec ex fide dictũ est, quia u-
trunq̃ deerat nondũ natis? Nõ igitur ex præscien
tia uoluit intelligi factã electionẽ minoris ut ma-
ior ei seruiret. Volens enĩ ostẽdere nõ ex operib.
factam, propterea intulit dicẽs: Cũ enim nondum
nati fuissent, neq̃ aliquid egissent bonũ seu malũ.
Alioquin poterat ei dici, sed iã sciebat deus, quis
quid esset acturus. Quãobrẽ unde illa electio fa-
cta sit queritur, quia si nõ ex operibus quę nõ erãt
in nondũ natis, nec ex fide quia nec ipsa erat, un-
de igitur? An dicẽdũ est q̃ nulla electio fuerit, nõ
existente aliqua diuersitate in utero matris uel fi-
dei uel operũ, uel quorumlibet omino meritorũ?
Rom.9 Sed dictum est, Vt secũdum electionẽ propositũ
dei maneret. Et ideo quærimus, quia dictũ est: nisi
forte sic est distinguẽda sententia, non ut intelliga-
mus tanq̃ ideo nõ ex operibus, sed ex uocãte di-
ctum sit, Maior seruiet minori: ut secundũ electio
nem propositũ dei maneret: sed ita potius, ut hoc
de nondũ natis & nondũ aliquid operatis exẽplũ
datũ accipiatur, ne aliqua electio hic possit intelli
gi. Cũ enim nondũ nati essent, neq̃ aliquid egis-
sent, siue bonũ siue malũ, ut secundũ electionem
propositũ dei maneret: id est neq̃ aliquid egissent
bonũ aut malũ, ut propter ipsam actionẽ electio
aliqua fieret eius qui bene egerat. Cũ ergo nulla
esset electio bene agẽtis, secundũ quam maneret
propositũ dei, nõ ex operibus sed ex uocãte: id est
ex eo qui uocando ad fidẽ gratia iustificat impiũ,
dictum est ei, quia maior seruiet minori. Nõ ergo
secũdũ electionẽ propositũ dei manet, sed ex pro
posito electio: id est non quia inuenit deus opera
bona in hominibus quæ eligat, ideo manet pro-
positum iustificationis ipsius: sed quia illud ma-
net ut iustificet credentes, ideo inuenit opera quę
iam eligat ad regnum cœlorum. Nam nisi esset
Rom.8 electio: nõ essent electi, nec recte diceretur, Quis
accusabit aduersus electos dei? Non tamẽ electio
præcedit iustificationẽ, sed electionẽ iustificatio.
Nemo enim eligit̃ nisi iam distãs ab illo qui reijci
Eph.1 tur. Vnde quod dictum est, Quia elegit nos deus
ante mũdi cõstitutionẽ: nõ uideo quomodo sit di
ctum, nisi præsciẽtia, Hic aũt quod ait, Nõ ex ope

ribus sed ex uocante dictum est ei, quia maior ser
A uiet minori: nõ electione meritorũ quę post iusti-
ficationẽ gratiæ proueniũt, sed liberalitate dono-
rum dei uoluit intelligi, ne quis de operib. extolla
tur. Gratia enim dei salui facti sumus: & hoc non Eph.2
ex nobis, sed dei donum est: nõ ex operib. ne for-
te quis extollat̃. Quærit̃ aũt, utrũ uel fides mereat̃
hominis iustificationem, an uero nec fidei merita
præcedant misericordiã dei, sed & fides ipsa inter
dona gratiæ numeret̃: quia & hoc loco cũ dixis-
set: Nõ ex operibus: nõ ait, sed ex fide dictũ est ei,
quia maior seruiet minori: Ait aũt, sed ex uocãte.
Nemo enim credit qui non uocatur: Misericors
aũt deus uocat, nullis hoc uel fidei meritis largiẽs,
quia merita fidei sequunt̃ uocationem potius q̃
præcedant. Quomodo enim credent ei quem nõ
B audierunt? Et quomodo audient sine prædicãte?
Nisi ergo uocãdo præcedat misericordia dei, nec
credere quisq̃ potest, ut ex hoc incipiat iustificari
& accipiat facultatem bene operandi. Ergo ante
omne meritũ est gratia: Etenim Christus pro im-
pijs mortuus est. Ex uocãte igitur minor accepit,
non ex ullis meritis operũ suorũ, ut maior ei serui-
ret: ut etiã quod scriptum est, Iacob dilexi, ex uo-
cante sit deo, nõ ex operante Iacob. Quid deinde
Esau q̃ seruit minori, & q̃ scriptum est, Esau autẽ Malach.1
odio habui: quib. malis suis hoc meruit, cũ & ipse
nondũ natus fuisset, neq̃ aliquid egisset boni aut
mali quãdo dictum est: Et maior seruiet minori?
An forte quemadmodũ illud de Iacob nullis me-
ritis bonę actionis dictũ est, ita Esau nullis meritis
C malæ actionis odiosus? Si enim quia præsciebat
deus futura eius opera mala, propterea eũ prædes-
stinauit ut seruiret minori, propterea prædestina-
uit & Iacob ut ei maior seruiret, quia futura eius
bona opera pręsciebat, & falsum est iam quod ait:
Non ex operib. Si aũt uerum est, q̃ non ex operi-
bus, & inde hoc probat, quia de nondũ natis nõ-
dumq̃ aliquid operatis hoc dictum est: unde nec
ex fide, quæ in nõdum natis similiter nondũ erat,
quo merito Esau odio haberetur anteq̃ nasceret̃.
Quòd enim fecit deus ea quæ diligeret, nulla quę
stio est. Si aũt dicamus eum fecisse quę odisset, ab-
surdum est, occurrente alia scriptura & dicente,
Neq̃ enim odio habens aliquid cõstituisses, & ni Sap.11
hil odisti horum quę fecisti. Quo enim merito sol
D factus est sol, aut quid offendit luna ut tanto illo
esset inferior, uel quid promeruit ut syderibus cę-
teris tanto clarior crearetur? Sed hæc omnia bo-
na creata sunt quæq̃ in genere suo. Nõ enim dice
ret deus, Solem dilexi, lunã aũt odio habui: aut, lu
nam dilexi, stellas aũt odio habui: sicut dixit, Ia-
cob dilexi, Esau autem odio habui: sed illa omnia
dilexit: quãuis excellentiæ diuersis gradibus ordi
nata, quoniam uidit deus quia bona sunt, cum di-
cto eius sunt instituta: ut autem odisset Esau, nisi
iniustitiæ merito iniustum est. Quod si concedi-
mus, incipit & Iacob iustitiæ merito diligi. Quod
si uerum est, falsum est, quòd nõ ex operibus. An
forte ex iustitia fidei? Quid ergo te adiuuat? Cum
enim nondũ nati fuissent, quãdoquidem in non-

dũ nato nec iuſtitia fidei poterat eſſe? Vidit itaq;
Apoſtolus quid ex his uerbis poſſet animo audiẽ- A
tis uel legentis occurrere, ſtatimq; ſubiecit, Quid
ergo dicemus? Nũquid iniquitas eſt apud deum?
Abſit. Et quaſi docens quõ abſit. Moyſi eñ dicit,
Exod.33 inquit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordi
am præſtabo cui miſertus fuero. Quib. uerbis ſol-
uit quæſtionẽ, an potius arctius colligauit? Idip-
ſum eſt eñ quod maxime mouet: ſi miſeretur cui
miſertus erit, & miſericordiã præſtabit cui miſeri-
cors fuerit, cur hæc miſericordia defuit Eſau, ut eti
am ipſe per illam eſſet bonus, quẽadmodũ per illã
Rom.9 bonus factus eſt Iacob? An ideo dictũ eſt, Miſere-
bor, cui miſertus ero, & miſericordiã prꝫſtabo, cui
miſericors fuero, quia cui miſertus erit deus ut eũ
uocet, miſericors miſerebitur eius ut credat: & cui B
miſericors fuerit ut credat, miſericordiã præſtabit,
hoc eſt faciet eum miſericordẽ ut etiã bene opere
tur? Vnde admonemur, nec ipſis operibus miſe-
ricordiæ quenquam oportere gloriari & extolli,
ꝙ eis quaſi ſuis deum promeruerit: quandoquidẽ
ut haberet ipſam miſericordiã ille præſtitit qui mi
ſericordiam prꝫſtabit cui miſericors fuerit. Quòd
ſi eam credendo ſe meruiſſe quis iactitat, nouerit
eum ſibi præſtitiſſe ut crederet, qui miſeret̃ inſpi-
rando fidẽ, cuius miſertus eſt, ut adhuc infideli uo
cationẽ impertiret. Iam eñ diſcernit̃ fidelis ab im
1 Cor.4 pio, Quid enim habes, inquit, quod nõ accepiſti?
Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis?
Recte quidem hoc, Sed cur hæc miſericordia ſub
tracta eſt ab Eſau ut nõ ſic uocaretur, ut & uocato C
inſpiraretur fides, & credẽs miſericors fieret ut be
ne operaret̃? An forte quia noluit? Si ergo Iacob
ideo credidit quia uoluit, non ei deus donauit fi-
dem, ſed eam ſibijpſe uolendo præſtitit, & habuit
aliquid quod non accepit. An quia nemo poteſt
credere niſi uelit, nemo uelle niſi uocet̃, nemo aũt
ſibi poteſt præſtare ut uocetur, uocãdo deus præ-
ſtat & fidem: quia ſine uocatione non poteſt quiſ-
quã credere, q̃uis nullus credat inuitus. Quõ eñ
credent ei quẽ non audierunt? Aut quomodo au
dient ſine prædicante? Nemo itaq; credit non uo-
catus, ſed non omnis credit uocatus. Multi enim
ſunt uocati, pauci uero electi. Vtiq; ij qui uocantẽ
non contempſerunt, ſed credendo ſecuti ſunt, uo-
lentes aũt ſine dubio crediderunt. Quid eſt ergo
quod ſequitur, Igit̃ non uolentis neq; currẽtis ſed
miſerẽtis eſt dei? An quia nec uelle poſſumus niſi D
uocati, & nihil ualet uelle noſtrũ, niſi ut perficia-
mus adiuuet deus? Opus eſt ergo uelle & curre-
re. Nõ enim fruſtra diceret̃, Et in terra pax homi-
nibus bonæ uoluntatis. Et ſic currite ut cõprehen
datis. Nõ tamen uolentis neq; currentis, ſed miſe-
rentis eſt dei, ut quod uolumus adipiſcamur, &
quò uolumus perueniamus. Noluit ergo Eſau &
nõ cucurrit, ſed etſi uoluiſſet & cucurriſſet, dei ad
iutorio perueniſſet, qui ei etiã uelle & currere uocã-
do præſtaret, niſi uocatione contempta reprobus
fieret. Aliter enim deus præſtat ut uelimus, aliter
præſtat quod uoluerimus. Vt uelimus eñ & ſuũ
eſſe uoluit & noſtrũ, ſuũ uocãdo, noſtrũ ſequẽdo,

Quod aũt uoluerimus ſolus prꝫſtat: id eſt poſſe be
ne agere, & ſemper beate uiuere. Verũtamẽ Eſau
nõdũ natus, nihil horũ poſſet uelle ſeu nolle, Cur
ergo in utero poſitus improbatus eſt? Reditur eñ
ad illas difficultates, nõ ſolum ſua obſcuritate, ſed
etiam noſtra tam multa repetitione moleſtiores.
Cur eñ eſt improbatus Eſau nõdũ natus, qui nec
credere poterat uocãti, nec cõtemnere uocationẽ
nec boni uel mali aliquid operari? Si præſcientia
dei futuræ malæ uoluntatis eius, cur nõ & Iacob
præſcientia dei approbatus eſt futuræ bonæ uo-
luntatis eius? Quod ſi ſemel conceſſeris, potuiſſe
quenquam uel approbari uel improbari ex eo q̃d
nondum in illo erat, ſed quia deus futurũ eſſe præ
ſciebat, cõficitur cum potuiſſe etiã ex operib. ap-
probari, quæ in illo deus futura eſſe præſciebat,
quãuis nondũ eſſet aliquid operatus: & omnino
te nihil adiuuabit ꝙ nondũ nati erãt, cum dictum
eſſet, Et maior ſeruiet minori: ut hinc oſtẽdas non
ex operib. dictũ, quia nondũ quiſquã erat aliquid
operatus. Illa etiã uerba ſi diligẽter attendas, Igit̃
non eſt uolẽtis neq; currẽtis, ſed miſerẽtis eſt dei:
non hoc Apoſtolus propterea tantũ dixiſſe uide-
bitur ꝙ adiutorio dei ad id q̃d uolumus peruenia
mus, ſed etiã ex illa intentione qua & alio loco di
cit, Cũ timore & tremore ueſtrã ipſorũ ſalutẽ ope Philip.2
ramini, Deus eñ eſt qui operat̃ in uobis, & uelle
& operari pro bona uoluntate. Vbi ſatis oſtendit
etiã ipſam bonã uoluntatẽ in nobis operante deo
fieri. Nam ſi propterea ſolũ dictũ eſt, Non uolen- Rom.9
tis neq; currẽtis, ſed miſerentis eſt dei: quia uolun 2 ſen.diſt.26 c. uoluntatem
tas hominis ſola non ſufficit ut iuſte recteq; uiua-
mus, niſi adiuuemur miſericordia dei: poteſt &
hoc modo dici, Igitur nõ miſerentis eſt dei, ſed uo
lentis eſt hominis: quia miſericordia dei ſola non
ſufficit, niſi cõſenſus noſtræ uolũtatis addatur. At
illud manifeſtũ eſt, fruſtra nos uelle, niſi deus miſe
reatur. Illud aũt neſcio quõ dicat̃, fruſtra deum mi
ſereri niſi nos uelimus. Si enim deus miſeretur, eti
am uolumus: ad eandem quippe miſericordiã per
tinet ut uelimus. Deus enim eſt qui operat̃ in no-
bis & uelle & operari pro bona uoluntate. Nam ſi
quæramus, utrũ dei donũ ſit uolũtas bona, mirũ ſi
negare quiſquã audeat. At eñ q̃a nõ prꝫcedit uo-
luntas bona uocationẽ, ſed uocatio bonã uolunta
tem, propterea uocãti deo recte tribuit̃ ꝙ bene uo
lumus, nobis uero tribui non poteſt q̃d uocamur.
Nõ igitur ideo dictũ eſt putandũ, nõ uolẽtis neq;
currẽtis, ſed miſerentis eſt dei, quia niſi eius adiu-
torio nõ poſſumus adipiſci q̃d uolumus, ſed ideo
potius, quia niſi eius uocatione nõ uolumus. Sed
ſi uocatio iſta ita eſt effectrix bonæ uoluntatis, ut
omnis eã uocatus ſequatur, quõ uerũ erit, Multi Matth.22
uocati, pauci electi? Quod ſi uerum eſt, & nõ con
ſequẽter uocationi uocatus obtẽperat, atq; ut ob-
temperet in eius eſt poſitũ uoluntate, recte etiam
dici poteſt, Igitur non miſerentis dei ſed uolentis
atq; currẽtis eſt hominis: quia miſericordia uocã-
tis non ſufficit, niſi uocati obedientia cõſequatur.
An forte illi qui hoc modo uocati nõ cõſentiunt,
poſſent alio modo uocati accommodare fidei
uolunta-

uolũtatẽ, Vt & illud uerũ sit, Multi uocati, pauci
electi: ut ꝗuis multi uno modo uocati sint, tamẽ A
quia non oẽs uno modo affecti sunt, illi soli sequã
tur uocationẽ, qui ei capiendæ reperiunt idonei:
& illud nõ minus uerũ sit, Igitur nõ uolentis neq;
currẽtis sed miserẽtis est dei, qui hoc modo uoca-
uit, quõ aptũ erat eis qui secuti sunt uocationem?
Ad alios aũt uocatio quidẽ peruenit, sed quia ta-
lis fuit qua moueri nõ possent, ut eam capere apti
essent, uocati quidẽ dici potuerũt sed nõ electi: &
non iam similiter uerũ est, Igiẽ non miserentis dei,
sed uolentis atq; currentis est hominis: q̃m nõ po-
test effectus misericordiæ dei esse in hominis po-
testate, ut frustra ille misereatur si homo nolit: q̃a
si uellet etiã ipsorũ misereri, posset ita uocare, quõ
illis aptum esset, ut & mouerenẽ & intelligerẽt &
Mat. 20 sequerentur. Verum est ergo, Multi uocati, pauci
uero electi. Illi em̃ electi qui cõgruenter uocati: il-
li aũt qui non cõgruebant neq; contẽperabantur
uocationi, nõ electi quia non secuti, quãuis uoca-
ti. Itẽ uerum est, Non uolentis neq; currẽtis, sed mi
serẽtis est dei: quia etiã si multos uocet, eorũ tamẽ
miseretur quos ita uocat quõ eis uocari aptum est
ut sequantur. Falsum est aũt si quis dicit, Igitur nõ
miserentis dei, sed uolentis atq; currẽtis est homi
nis: quia nullius deus frustra miseretur, Cuius aũt
miseretur, sic eum uocat quõ scit ei congruere, ut
uocantem non respuat. Hic dicet aliquis, Cur er-
go Esau non sic est uocatus ut uellet obedire? Vi-
demus enim alios aliter ĳsdem rebus demonstra-
tis uel significatis ad credẽdũ moueri, Sicut exem
Luc. 2 pli gratia, Simeon ad dominũ nostrũ Iesum Chri-
stum adhuc infantem paruulum credidit, spiritu ei
Ioan. 1 reuelante cognoscẽs. Nathanael ad unam senten-
tiam quã ab illo audiuit, Prius ꝙ̃ te Philippus uo-
caret, cum esses sub arbore fici uidi te, respondit,
Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Quod tanto
post quia cõfessus est Petrus meruit audire, ꝙ bea
tus esset, & ꝙ ei darentur claues regni cœlorum.
Ioan. 2 Miraculo facto in Chana Galilææ, quod initium si
gnorum Iesu Ioannes Euangelista cõmemorat, a-
qua in uinũ cõuersa, crediderunt in eum discipuli
eius: multos loquẽdo incitauit ad fidem, multi nec
suscitatis mortuis crediderũt: de cruce atq; morte
eius cõterriti etiã discipuli titubarunt, & tamen la
tro tunc credidit, cum eum non præstantiorẽ uide
ret in operibus, sed cõsortio crucis æqualẽ. Vnus
etiã de numero discipulorũ post eius resurrectio-
Ioan. 20 nẽ, non tam uiuentibus mẽbris ꝙ̃ recentibus cica
tricibus credidit. Multi ex eorũ numero à quibus
crucifixus est, qui uidẽtes eum miracula facientẽ
cõtempserãt, discipulis eũ prædicãtibus & in no-
mine eius talia faciẽtibus crediderunt. Cum ergo
alius sic, alius aũt sic moueatur ad fidem, eademq;
res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta
nõ moueat, aliumq; moueat, aliũ nõ moueat, quis
audeat dicere defuisse deo modũ uocãdi, quo etiã
Esau ad eã fidem mentẽ applicaret uoluntatemq;
cõiungeret, in qua Iacob iustificatus est? Quod si
tanta quoq; potest esse obstinatio uolũtatis, ut cõ
tra omnes modos uocationis obdurescat mentis
auersio, quæritur etiã utrũ de diuina pœna sit ipsa
A duritia? Cũ enim deus deserit, nõ sic uocãdo, quõ
ad fidem moueri potest, quis etiã dicat modũ, quo
ei persuaderetur ut crederet, etiã omnipotẽti de-
fuisse? Sed quid hoc quærimus, cum ipse subiũgat
Apostolus: Dicit enim scriptura Pharaoni, quia Exod. 9
ad hoc te excitaui, ut ostendã in te potentiã meã, Rom. 9
& ut annuncietur nomen meũ in uniuersa terra?
Hoc aũt subiecit Apostolus documentũ, quo p-
baret quod supra dixerat: Igitur nõ uolentis neq;
currẽtis sed miserentis dei. Tanq; enim ei diceret:
Vnde hoc doces? Dicit em̃ scriptura, inquit, Pha-
raoni, quia ad hoc te excitaui ut ostendã in te po-
tentiam meã, & ut annuncietur nomen meum in
uniuersa terra. Vtiq; hic ostendit ꝙ non uolentis
B neq; currentis sed miserẽtis est dei: cõcluditq; ita,
Ergo cuius uult miseretur, et quẽ uult obdurat: cũ
superius nõ utrunq; dictũ sit. Neq; em̃ quõ dictũ
est, Nõ nolẽtis neq; currẽtis, sed miserẽtis est dei:
sic etiã dictũ est: Nõ uolentis neq; contemnentis,
sed obdurãtis est dei. Vnde datẽ intelligi q̃d infra
utrũq; posuit: Ergo cuius uult misereẽ, & quẽ uult
obdurat, ita sentẽtiæ superiori posse cõgruere, ut
obduratio dei sit nolle misereri: ut nõ ab illo irro-
geẽ aliquid quo sit homo deterior, sed tantũ quo
sit melior nõ erogeẽ. Quod si fit ulla distinctione 1 sent. dist.
meritorũ, quis nõ erumpat in eã uocẽ quã sibi ipse 41 cap. 1
obiecit Apostolus? Dicis itaq; mihi, quid adhuc Rom. 9
conqueriẽ: Nã uolũtati eius quis resistit? Conque-
C riẽ em̃ deus sæpe de hominib. sicut per innumera-
biles apparet scripturarũ locos, ꝙ nolint credere
& recte uiuere. Vnde fideles & faciẽtes uolunta-
tem dei, cõuersari dicuntur sine querela, ꝙ de illis
non queraẽ scriptura. Sed quid cõqueritur ait: Nã
uolũtati eius quis resistit, quãdo cuius uult misere
tur, & quẽ uult obdurat? Et tamẽ intueamur supe
riora, & inde nostrã quantum ipse dominus adiu-
uat, sententiam dirigamus. Ait enim pauloante:
Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est apud
deũ? Absit. Sit igitur hoc fixum atq; immobile in
mẽte sobria pietate atq; stabili fide, ꝙ nulla est ini- Conclusio quæstionis
quitas apud deũ: atq; ita tenacissime firmissimeq;
credaẽ, idipsum ꝙ deus cuius uult misereẽ, & quẽ
uult obdurat: hoc est cuius uult miseretur, & quẽ
D uult obdurat: hoc est cuius uult misereẽ, & cuius
uult nõ miseretur, esse alicuius occultæ, atq; ab hu
mano modulo inuestigabilis æquitatis, quæ & in
ipsis reb. humanis terrenisq; contractib. animad-
uertẽda est, In quibus nisi supernæ iustitiæ quædã
impressa uestigia teneremus, nunq; in ipsum cubi
le ac penetrale sanctissimũ atq; castissimũ spirita-
liũ præceptorũ, nostræ infirmitatis susciperet atq;
inhiaret intẽtio. Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã, Matt. 5
quoniã ipsi saturabunẽ. In ista igitur siccitate uitæ
conditionisq; mortalis, nisi aspergeretur desuper
uelut tenuissima quædam aura iustitiæ, citius aref-
ceremus ꝙ̃ sitiremus. Quapropter cũ dando & ac
cipiendo inter se hominũ societas cõnectaẽ, den-
tur aũt & accipianẽ debita uel non debita quis nõ
uideat iniquitatis argui neminem posse, qui quod
sibi debeẽ, exegerit: nec eũ certe, q quod ei debe-

tur, donare uoluerit? Hoc autē nō est in eorū qui debitores sunt, sed in eius cui debet arbitrio. Hæc imago, uel ut supra dixi uestigiū, negotijs hominū de fastigio summo æquitatis impressum est. Sunt igitur oēs homines, quādoquidē ut Apost. ait, In Adam oēs moriūt, à quo in uniuersum genus humanū origo ducit offensiōis dei, una quædā massa peccati, supplicium debēs diuinæ summæq; iustitię, quod siue exigat, siue donetur, nulla est iniquitas. A quibus aūt exigendū, & quibus donandum sit, superbe iudicāt debitores. Quēadmodū conducti ad illā uineā iniuste indignati sunt, cū tātundē alijs donaret, quantū illis redderet. Itaq; huius impudentiā quæstiōis ita retundit Apost. Homo tu quis es, qui respondeas deo? Sic em respōder deo cum ei hoc displicet quod de peccatorib. cōqueritur deus: quasi quenq; deus peccare cogat, si tantūmodo quibusdā peccantib. misericordiā iustificationis suæ nō largiat, & ob hoc dicat obdurare peccantes quosdā, quia nō eorū miseret, non quia impellit, ut peccent: eorū aūt non miseretur, quibus misericordiā non esse præbendā, equitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima iudicat. Inscrutabilia em sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ipsius. Conqueritur aūt iuste de peccatoribus, tanquam de his quos peccare ipse nō cogit, Simul etiā ut hi quorū miseretur, hāc quoq; habeant uocationē, ut dum cōqueritur deus de peccatoribus, cōpungant corde, atq; ad eius gratiam conuertantur. Iuste ergo cōqueritur & misericorditer. Sed si hoc mouet, q; uoluntati eius nullus resistit, quia cui uult, subuenit, & quem uult, deserit: cum & ille cui subuenit, & ille quē deserit ex eadē massa sint peccatorū, & q̄uis debeat uterq; supplicium, ab uno tamē exigat, alteri donetur, Si hoc ergo mouet, Homo tu quis es, qui respōdeas deo? Arbitror em sub eadē significatione positū, quod dictū est, homo, sub qua & illud dicit, Nonne homines estis, & secundū hominē ambulatis? Ibi em carnales & animales notantur hoc nomine, quib. dicitur, Non potui loqui uob is quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, Et illud, Nondū em poteratis, sed neq; adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales. Et illud, Animalis aūt homo non percipit quæ sunt spiritus dei. His ergo dicitur, Homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmētum ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut nō habet potestatē figulus luti, ex eadē cōspersione facere aliud quidē uas in honorem, aliud in cōtumeliam? Eo ipso fortasse satis ostendit se homini carnali loqui, quoniā hoc limus ipse significat unde primus homo formatus est, Et quia omnes ut iam cōmemoraui, secundū eundē Apostolū in Adam moriunt, unā dicit esse cōspersionē omniū. Et q̄uis aliud uas fiat in honorē, aliud in cōtumeliam, tamē & illud quod fit in honorē, necesse est ut carnale esse incipiat, atq; inde in spiritale cōsurgat ętatem. Quandoquidem iam in honorē facti erant: & in Christo iam nati erāt. Sed tamē q̄m paruulos adhuc alloquit, etiā ipsos carnales appellat, dicēs, Nō potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escā. Neq; em poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc em estis carnales. Quāuis ergo carnales eos esse dicat, tamen etiā in Christo natos, & in illo paruulos, & lacte potandos. Et quod adiūgit, Nec adhuc quidē potestis: ostēdit proficiētes futurū esse ut possint, quia iam in eis spiritaliter renatis, gratia fuerat inchoata. Ergo iā uasa erāt in honorē facta, quib. adhuc tamen recte diceret, Homo tu q̄s es, qui respōdeas deo? Etsi talib. recte dicit, multo rectius eis qui uel nōdū ita regenerati sunt, uel etiā in cōtumeliā facti. Illud tantūmodo incōcussa fide teneat, q; si sit iniquitas apud deū: qui siue donet, siue exigat debitum, nec ille à quo exigit, recte potest de iniquitate eius cōqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari. Et ille em nisi quod debet, nō reddit: & ille nō habet: nisi quod accepit. Sed enitendum est hoc loco si dñs adiuuet uidere, quēadmodū & illud uerum sit quod scriptum sit, Nihil odisti eorū quæ fecisti: Et illud, Iacob dilexi, Esau aūt odio habui. Si em propterea Esau odio habuit, quia uas factū erat in cōtumeliā, & aliud uas in honorē, aliud in cōtumeliā idem figulus facit, quō nihil odisti horum quæ fecisti? Ecce enim odit Esau quod uas ipse fecit in contumeliā. Qui nodus ita soluit, ut intelligamus omnium creaturarū esse artificem deum, Omnis aūt creatura dei bona est, & omnis homo inquantū homo est, creatura est, nō inquantum peccator est. Est ergo creator deus, & corporis & animi humani, Neutrum horū malū & neutrum odit deus. Nihil em odit eorū quæ fecit. Est aūt animus præstantior corpore, deus uero & animo & corpore, utriusq; effector & cōditor, nec odit in homine, nisi peccatū. Est aūt peccatū hominis, inordinatio atq; peruersitas, id est à præstātiore cōditore auersio, & ad condita inferiora cōuersio. Nō igit odit deus Esau hominē, sed odit deus Esau peccatorem. Sicut dicitur de domino, In sua propria uenit, & sui eum nō receperunt. Quibus item ipse dicit, Vos propterea non auditis, quia non estis ex deo. Quō sui, quō nō ex deo? Nisi qa illud dictum est de hominibus, quos ipse dñs fecerat, illud de peccatoribus quos ipse dñs arguebat: ijdem tamē ipsi & homines & peccatores, sed homines de conditione, peccatores propria uoluntate. Quur ergo Iacob dilexit, nunquid peccator erat? Sed dilexit in eo non culpam quam delebat, sed gratiam quam donabat. Nam & Christus pro impijs mortuus est, non tamē ut impij mortui permanerent, sed ut iustificati ab impietate cōuerterētur, credētes in eū qui iustificat impiū. Odit em deus impietatē. Itaq; in alijs eā perimit per dānationem, in alijs adimit per iustificationem, quemadmodum ipse iudicat esse faciendum illis iudicijs inscrutabilibus. Et q; ex numero impiorum, quos non iustificat, facit uasa in contumeliam, non hoc in eis odit quod facit: quippe inquantum impij sunt, execrabiles sunt, inquantū aūt uasa fiunt, ad aliquem usum fiunt ut per eorū ordinatas poenas, uasa quæ fiunt in honorem, proficiant. Non itaq; odit

Marginalia: 1 Cor. 15; 1 sen. dist. 4 c. hic tamen; Rom. 9; 1 sen. dist. 4 cū prædestinatio; Rom. 11; 1 Cor. 3; 1 Cor. 15; A; B; C; D; Sap. 11; Malach. 1; Peccatum; Ioan. 1; Ioan. 8

odit deus, nec inquantū homines sunt, nec inquā
tū uasa sunt: id est, nec q̄d in eis fecit creando, nec
quod in eis facit ordinādo: Nihil enim odit eorū
quæ fecit. Sed tamē q̄d uasa eos facit perditionis,
ad usum correctiōis aliorū facit. Odit eñ in eis im
pietatē, quā ipse nō fecit: Sicut enim iudex in ho-
mine odit furtū, sed nō odit quod daẽ ad metallū,
illud enim fur, hoc iudex facit, ita deus ꝙ ex con-
spersione impiorū facit uasa perditionis, non odit
q̄d facit, id est, opus ordinationis suę, in pœna de-
bita pereuntiū, in qua occasionē salutis illi quorū
Exod.9 misereẽ inueniant. Sic Pharaoni dictū est, Ad hoc
te excitaui, ut ostendā in te potentiā meā, ut annū
cietur nomē meū in uniuersa terra. Hæc demon-
stratio potētiæ dei, & annūciatio nominis eius in
uniuersa terra, ꝓdest eis ut timeāt, ut uias suas cor
rigant, quibus uocatio talis cōgruit: Sic cōsequen B
Rom.9 ter dicit: Si aūt uolens deus ostēdere irā, & demō-
strare potentiā suam, attulit in multa patientia ua-
sa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: subaudi-
tur, Tu quis es qui respondeas deo? Vt recurrēte
sentētia ad uerba superiora, iste sit sensus: Si uolēs
deus ostendere irā, attulit uasa iræ, tu quis es qui
respōdeas deo? Nō aūt solum uolēs ostēdere irā,
& demōstrare potentiā suā, attulit in multa patiē-
tia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem: sed
etiā quod sequiẽ: Vt notas faceret diuitias gloriæ
suæ in uasa misericordię. Quid enim prodest uasis
perfectis in perditionē, quod ea patienter deus su
stinet, ut ordinanter disperdat, utaturq; illis ad in-
strumētum salutis aliorū, quorū misereẽ? Sed illis
utiq; prodest, ad quorū salutem istis sic utitur: ut C
Psal.57 scriptū est, Iustus manus lauet in sanguine pecca-
toris: id est, mundetur ab operibus malis per timo
rem dei, cum uidet supplicia peccatorū. Quod er-
go uolens deus ostendere irā attulit uasa irę, ualet
ad utilem alijs præstandū timorē, & ut notas face-
ret diuitias gloriæ suæ, in uasa misericordiæ, quæ
præparauit in gloriam. Etenim obduratio illa im-
piorū utrunq; demōstrat: & quid timendum sit, ut
quisq; pie conuertaẽ ad deū: & quantæ agēdę sint
gratiæ misericordiæ dei, qui in aliorū pœna quid
alijs donet ostēdit. Si aūt illa quā de alijs exigit nō
est iusta pœna, nihil donat alijs à quib. eam nō exi
git. Quia uero illa iusta est: & nulla est iniquitas a-
pud uindicantē deū, quis sufficiat agere gratias ei D
qui hoc remittit, q̄d si uellet exigere, nemo se re-
cte diceret nō debere. Quos & uocauit nos, inq̄t,
nō solū ex Iudæis, sed etiā ex gentibus: id est, uasa
misericordiæ quæ pręparauit in gloriā. Non enim
omnes Iudęos, sed ex Iudæis, nec omnes omnino
homines gentiū, sed ex gētibus. Vna est enim ex
Adā massa peccatorū & impiorū, in qua & Iudæi
& gētes remota gratia dei ad unā pertinēt cōsper
sionē. Si enim figulus luti ex eadē cōspersione fa-
cit aliud uas in honorē, aliud uas in cōtumeliam:
manifestū est aūt quod ex Iudæis sunt alia uasa in
honorē, alia in cōtumeliam, sicut ex gentibus: se-
quitur ut ad unā cōspersionē omnes pertinere in-
telligantur. Deinde incipit reddere attestationes
Prophetæ, singulis generib. cōuerso ordine. Prius

eñ dixit cōuersos ex Iudæis, posterius ex gentib.
A Prius aūt reddit testimoniū ꝓ gentib. deinde pro
Iudæis. Etenim sicut Osee dicit: Vocabo nō ple- Osee.2
bem meā, plebē meā, & nō dilectā meā, dilectam
meā: et erit in loco ubi dictū est, nō populus meus
uos, ibi uocabunẽ filij dei uiui: de gētib. intelligiẽ
dictū, quia nō habebāt destinatū unū sacrificiorū
locū, sicut Iudæi in Hierusalem. Missi sunt aūt ad
gentes Apostoli, ut in loco suo quiq; crederēt, &
ubicunq; credidissent, ibi sacrificiū laudis offerrēt
quib. dedit potestatē filios dei fieri. Esaias, aūt in-
quit, clamat pro Israel: Ne rursus omnes Israelitæ
in perditionē isse credanẽ, docet & inde facta alia
uasa in honorē, alia in cōtumeliā: Si fuerit, inquit, Esa.10
numerus filiorū Israel quasi arena maris, reliquiæ
saluæ fiēt. Cętera ergo turba, uasa perfecta ad per-
B ditionē. Verbū enim cōsummans & breuians, in-
quit, faciet dn̄s super terrā: id est, ut cōpendio fidei
per gratiā saluos faciat credētes, nō per innumera
biles obseruationes, quib. illa multitudo seruiliter
onerata premebaẽ. Per gratiā quippe nobis uer-
bum cōsummans & breuians fecit super terrā, di-
cens, Iugū meū lene est, & sarcina mea suauis est.
Quod & paulopost hic diciẽ, Propè est uerbū in Matth.11
ore tuo & in corde tuo: hoc est uerbū fidei quod Rom.10
prædicamus, quia si cōfitearis in ore tuo, quia dn̄s
est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illū
suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde eñ creditur
ad iustitiam, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Hoc est
uerbū cōsummans & breuians quod fecit deus su
per terrā, qua cōsummatione atq; breuitate, latro
C iustificatus est, qui defixis in cruce omnib. mēbris
& habēs libera hęc duo, corde credidit ad iustitiā,
ore confessus est ad salutē, statimq; audire meruit:
Hodie mecū eris in paradiso. Cōsequerenẽ enim Luc.23
bona opera eius, si percepta gratia diu inter homi
nes uiueret. Sed tamen nō ea præcesserāt, ut ean-
dem gratiā mereretẽ, ex latrocinio fixus in cruce,
ex cruce in paradisum trāslatus. Et sicut prædixit,
inquit, Esaias: Nisi dn̄s sabaoth reliquisset nobis Esa.1
semē, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomor
ra similes fuissemus. Quod hic ait, Reliquisset no
bis semen: hoc ibi, Reliquiæ saluæ fiēt. Cæteri aūt
tanq; perditionis uasa debito supplicio perierūt.
Et ut nō om̄es perissent sicut Sodoma & Gomor
ra, non meritū eorū fecit, sed gratia dei relinquētis
D semen, unde alia messis in toto orbe consurgeret.
Hoc & paulopost, Sic ergo, inquit, & in hoc tem- Rom.11
pore reliquiæ ꝑ electionē gratiæ saluæ factæ sunt.
Si aūt gratia, iam non ex operib. alioquin gratia iā
nō est gratia: Quid ergo? Quod quærebat Israel,
hoc nō est cōsecutus, electio aūt cōsecuta est, cæ-
teri uero excæcati sunt. Consecuta sunt uasa mise-
ricordiæ, excæcata sunt uasa iræ: ex eadem tamen
cōspersione, sicut in plenitudine gentiū. Est locus
quidā scripturæ ad rem de qua nunc agimus, ma-
xime necessarius, eadē quæ tractata sunt, mira cō-
testatione confirmans, in eo libro qui ab alijs Ie-
sus Sirach, ab alijs Ecclesiasticus dicitur, in quo Eccli.33
ita scriptum est. Et omnes homines de solo & ex
terra unde Adā creatus est: In multitudine disci-

plinę dñs separauit eos & immutauit uias eorum. Et ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex his sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit: & cōuertit illos ad dissensionē illorū, quasi lutū figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere: Omnes uiæ eius secundū dispositionē eius, sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundū iudiciū suū. Contrariū malo bonū est, & cōtra mortem uita est, sic & contra uirū iustum peccator. Et sic intuere oīa opera altissimi. Duo contra duo, unum cōtra unū. Primo hic cōmendata est disciplina dei: In multitudine, inquit, disciplinæ deus separauit eos: unde, nisi à beatitudine paradisi? Et immutauit uias eorū, ut iam tanq̃ mortales uiuerent. Tunc facta est una massa omniū, ueniens de traduce peccati & pœna mortalitatis, q̃uis deo formante & creāte quæ bona sunt in omnibus. Est enim species & cōpago corporis in tanta membrorū cōcordia, ut inde Apostolus ad charitatem obtinendā similitudinem duceret in omnibus. Est etiā spiritus uitalis terrena membra uiuificans, omnisq; natura hominis, dominatu animæ & famulatu corporis cōditione mirabili tēperata: sed concupiscentia carnalis de peccati pœna iam regnās, uniuersum genus humanū tanq̃ totā & unam consperſionem originali reatu in omnia permanante cōfuderat. Et tamen sequiť, Ex ipsis benedixit, & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit et humiliauit
Rom. 9 & cōuertit illos in dissensionē ipsorū. Tanq̃ Apostolo dicente: An nō habet potestatē figulus luti ex eadē consperſione facere aliud uas in honorē, aliud in contumeliā? Ideoq; illud quod contexit, nec ab ea similitudine uacat: Quasi lutum, inquit, figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere: omnes uiæ eius secundū dispositionē eius, sic homo in manu illius qui se fecit. Sed quia dicit Apostolus: Nunquid iniquitas apud deū. Vide & hic quid adiungat, Reddet illi, inquit, secundum iudicium suū. Sed cū damnatis iusta tribuunť supplicia, tamen quia hoc & ipsum in usum cōuertitur, quo illi proficiant quibus prębeť misericordia: attende reliqua: Contrariū, inquit, malo bonum est, & contra mortē uita: sic & contra uirū iustū peccator: & sic intuere omnia opera altissimi, duo cōtra duo, unū contra unū: Vtiq; ut ex deteriorū cōparatione emineant proficiantq; meliora, quę tanq̃ per gratiā meliora sunt. Tanq̃ diceret: Reliquiæ saluæ fient: Sequitur & dicit ex persona reliquiarum: Et ego nouissimus uigilaui, & quasi qui racematur post uindemiatores. Et unde ꝓbat, quia nō ex meritis suis, sed ex misericordia dei? In benedictione, inquit, dei & ipse speraui, & quasi qui uindemiat, repleui torcular. Quãuis em̃ nouissimus uigilauerit, tamen quia erunt, ut dictū est, nouissimi primi, in benedictione dñi sperās, ex reliquijs Israel racematus populus impleuit torcular ex ubertate uindemiæ, quæ toto orbe terrarum prouenit. Nulla igitur intentio teneť Apostoli, & omnium iustificatorū per quos nobis intellectus gratiæ demōstratus est, nisi ut qui gloriatur, in domino glorieť. Quis enim discutiat opera domini, ex

A eadē cōsperſione unum damnantis, alterū iustificantis? Liberum uolūtatis arbitriū plurimū ualet: imò uero est quidē, sed in uenūdatis sub peccato quid ualet? Caro, inquit, cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus aūt aduersus carnē, ut nō ea quæ uultis faciatis. Præcipitur ut recte uiuamus: hac utiq; mercede proposita, ut in æternū beate uiuere mereamur. Sed quis potest recte uiuere & bene operari, nisi iustificatus ex fide? Præcipitur ut credamus, ut dono accepto spiritussancti per dilectionē bene operari possimus. Sed quis potest credere, nisi aliqua uocatione, hoc est, aliqua rerū testificatione tāgatur? Quis habet in potestate tali uiso attingi mentem suā, quo eius uoluntas moueatur
B ad fidē? Quis aūt animo amplectitur aliquid q̃ eū nō delectat? Aut quis habet potestatem ut uel occurrat quod eū delectare possit, uel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectāt quib. proficiamus ad deū, inspiratur hoc & præbetur gratia dei, nō nutu nostro & industria aut operum meritis cōparatur: quia ut sit nutus uolūtatis, ut sit industria studij, ut sint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur: propterea petere iubemur ut accipiamus, & quærere ut inueniamus, & pulsare ut aperiať nobis. Nōnne aliquādo ipsa oratio nostra sic tepida est, uel potius frigida, & penè nulla, imò omnino interdū ita nulla, ut neq; hoc in nobis cum dolore aduertamus, quia si uel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud ostenditur no
C bis, nisi quia & petere & quærere & pulsare ille cōcedit, qui ut hæc faciamus iubet. Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserētis est dei: quādoquidem nec uelle nec currere nisi eo mouēte atq; excitante poterimus. Quòd si electio hic fuit aliqua, ut sic intelligamus quod dictū est, Reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factę sunt: nō ut iustificatorum electio fiāt ad uitā æternā, sed ut eligātur qui iustificenť: certe ita occulta est hæc electio, ut in eadem cōsperſione nobis prorsus apparere nō possit. Aut si apparet quibusdā, ego in hac re infirmitatē meā fateor. Nō enim habeo quod intuear in eligendis hominib. ad gratiā salutarē, si ad examē huius electionis aliqua cogitatiōe permittor, nisi uel magis ingeniū, uel minora peccata, uel utrūq;, addamus etiā si placet honestas utilesq; do-
D ctrinas. Quisquis ergo fuerit q̃ minimis peccatis irretitus atq; maculatus: Nā nullis quis potest? & acer ingenio, & liberalib. artibus expolitus, eligēdus uidetur ad gratiā. Sed cū hoc statuero, ita me ridebit ille qui infirma mundi elegit ut confundat fortia, & stulta mūdi, ut cōfundat sapiētes, ut eum intuēs & pudore correctus, ego irrideā multos & prę quibusdā peccatorib. castiores, & prę quibusdam piscatorib. oratores. Nōnne aduertimus multos fideles nostros ambulātes uiā dei, ex nulla parte ingenio cōparari, nō dicā quorundā hæreticorum, sed etiā minorū? Itē nō uidemus quosdā homines utriusq; sexus in cōiugali castitate uiuentes sine querela, & tamen uel hæreticos uel paganos, uel etiā in uera fide & uera ecclesia sic tepidos

Rom. 7
Gal. 5
Rom. 9
Rom. 11

dos, ut eos miremur meretricū & histrionū subito cōuersorum, nō solū patientia & temperantia, sed etiā fide, spe, charitate, superari? Restat ergo ut uoluntates eligant, sed uoluntas ipsa nisi aliquid occurrerit quod delectet atq; inuitet animū, moueri nullo modo potest. Hoc aūt ut occurrat, nō est in
Act. 9 hominis potestate. Quid uolebat Saulus nisi ut inuaderet & traheret, uinciret & necaret Christianos? Quàm rabida uolūtas, q̃ furiosa, q̃ cæca, quę tamē una desuper uoce ꝓstratus, occurrente utiq; tali uiso, quo mēs illa & uolūtas refracta sæuitia retorqueretur & corrigeret ad fidem, repēte ex Euangelij mirabili persecutore mirabilior prædicator effectus est. Et tamē quid dicemus? Nunquid iniquitas est apud deū? exigentē à quo placet, donantem cui placet: qui nequaq; exigit indebitum, nequaq; donat alienū. Nūquid iniquitas est apud deū? Absit. Quare tamen & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis es? debitum si nō reddis, habes quod gratuleris: si reddis, nō habes quod queraris. Credamus tantū & si capere nō ualemus: quoniā qui uniuersam scripturā & spiritalē & corporalē fecit & cōdidit, oīa in numero et pōdere & mēsura disponit, sed inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Dicamus hallelu ia, & collaudemus cāticum, & nō dicamus, quid hoc? ut quid hoc? Omnia ēm in tēpore suo creata sunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI AD SIMPLICIANVM MEdiolanensis ecclesiæ Episcopum, de solutione quarundam quæstionum ex libris Regum, Liber secundus.

SATIS de Apostolo me ad ꝓposita respōdisse existimo, nunc ad ea quæ de libris Regnorum requisisti aliud uolumē aggrediar, quæ sicut multa & ꝓpe omnia ueterū librorū, figuratiora sunt, & mysteriorum uelaminibus inuoluta. Quāuis enim ex eo quod trāsierimus ad Christū, auferat uelamē, tamen uidemus nūc in ęnigmate, tūc aūt facie ad faciē. Velamen quippe omnimodo intercludit aspectū, ænigma uero tanq; per spe-
1 Cor. 13 culum, sicut idē Apostolus ait: Videmus nūc per speculū & in ęnigmate: nec euidentissimā detegit speciē, nec prorsus obtegit ueritatē. Aggrediar ergo & ista, duce domino, tuis potius subleuatus orationibus q̃ iussionib. aggrauatus. Præsertim quia ex epistola tua hoc te intellexi quærere, quid hæc in prophetia significent: In quo reuera obtemperarem nisi mihi esset difficillimum: quia & de tota eorundē cōtextione librorū ducēda est intētio, & si esset prōptior intellectus, magnitudo tamē operis impediret: quæ si subeunda est, ꝓlixius ociū tēpusq; flagitat: sed nūc ipsas rerū ꝓprietates gestarum, quæ his uerbis quorū à te facta cōmemoratio significant, quō intelligerē nosse dignatus es
Quæstio I & meis literis aperiri. Et primū quidē quod de
1 Reg. cap. 10 & 16 primo Regnorū libro iussisti ut exponerem quō dictū sit, Et insiluit spiritus domini in Saul: cū alibi dicat: Et insiluit spiritus dñi malus in Saul. Ita enim scriptū est: Et factum est cum cōuerteret humerum suū ut iret à Samuel, cōuertit deus in Saul cor aliud, & uenerunt omnia signa illa die: & uenit inde in collē, et ecce chorus prophetarū in obuiam illi, & insiluit in illū spiritus domini, & ꝓphetauit in medio eorū. Prædixerat enim hæc illi Samuel cum eū iussus unxisset. Et hoc quidem non puto habere aliquid quæstionis. Spiritus ēm ubi
Ioan. 3 uult spirat: & spiritū ꝓphetiæ, nullarū animarū potest maculare cōtactus: Attingit enim ubiq; propter suam munditiā. Afficit enim omnes, nō eodē modo, sed alios per informationē spiritus eorundem hominū, ubi rerū demonstrantur imagines: alios per fructum mentis ad intelligentiam: alios utroq; inspiratione: alios etiam nescientes. Per informationem spiritus duob. modis. Aut per somnium, sicut nō solū pleriq; sancti, sed & Pharao & Nabuchodonosor: uterq; uidit quod nemo eorū intelligere ualebat, sed tamen uterq; uidere poterat. Aut per demonstrationē in ecstasi, quod nonnulli Latini stuporem interpretant, mirū si ꝓprie, sed uicine tamē, cū sit mentis alienatio à sensibus corporis, ut spiritus hominis diuino spiritu assumptus capiendis atq; intuēdis imaginib. uacet, sicut Danieli demonstratū est quod non intelligebat,
Act. 10 & Petro illud uas submissum de cœlo quatuor lin teis: nam & ipse quid illa demonstratio figuraret postea cognouit. Per fructū aūt mentis ad intelligentiā uno modo, cū hæc ipsa quæ demonstrātur imaginib. quid significent & quo pertineāt reuelant, quę certior ꝓphetia est: nam magis ipsam uocat Apostolus prophetiā, sicut Ioseph meruit intelligere, quod Pharao non nisi uidere, & Daniel exponit regi, quod ille cernit & nescit. Cum uero ita mēs afficitur, ut nō rerū imagines cōiecturali examinatiōe intelligat, sed res ipsas intueat, sicut intelligit sapiētia & iustitia omnisq; incōmutabilis & diuina species, ad prophetiā de qua nūc agimus nō pertinet. Vtroq; aūt munere ꝓphetię donantur hi, qui & rerū imagines in spiritu uidēt, & quid ualeāt simul intelligunt: aut certe manifestis locutionib. in ipsa demonstratione informant, sicut in Apocalypsi quædā exponunt. Nescientes aūt afficit prophetiæ spiritus, sicut Caiphas cū esset pontifex prophetauit de domino, q̃ expediret
Ioan. 11 unū mori pro tota gente, cū aliud in uerbis quę dicebat attenderet, quæ nō se à seipso dicere nesciebat. Abūdant in sanctis libris exempla: & res tuæ prudētiæ notissimas loquor. Nō enim ista discis à me, sed in eis me percōtando ꝓbas, & cognoscere cupiens proficientē, & corrigere paratus errantem. Hoc aūt uerbo quod positū est: Et insiluit in eū spiritus: tanq; ex abdito diuinitatis secreto repentinus significat afflatus. Horū igitur modorū quo nam potius affectū esse intelligamus Saul, satis apparet ex eo q̃d ibi scriptū est, Cōuertit deus in Saul cor aliud: Sic enim aliā cordis affectionē significat, quia cōuertendo fecit deus ut imaginū significantium & præfigurantium capax fieret, ad propheticam diuinationem. Tātum autem distat inter prophetiam prophetarum, sicut Esaias, sicut

Hieremias

Hieremias, & cæteri huiusmodi fuerũt, atq; istam
trãsitoriã quæ in Saul apparuit, quãtũ distat inter
loquelã humanã quam loquunť homines, et cum
eadẽ loquela humana ꝓpter necessariũ prodigiũ
Num.22 asina locuta est, in qua sedebat Balaã ꝓpheta: ac-
cepit em̃ hoc ad tẽpus illud illud iumentũ, ut deus
quod statuerat demõstraret, non ut habitu perpe-
tuo inter homines bestia loquereť. Aut si hoc exẽ
plum maiore differentia remotũ est, multo minus
mirandũ est homini reprobo datã fuisse ad momẽ
tũ tẽporis, affectu transitorio prophetiã, quãdo il-
le dederat qui & asinã cũ uoluit loqui fecit. Magis
em̃ distat pecus ab homine, q̃ homo reprobus ab
electis, sed tamẽ ab hominib. Nõ em̃ si quisq; dixe
rit aliquid q̃d ad sapientiã pertinet, cõtinuo sapiẽs
existimãdus est: sicut nec quisq; si aliquãdo ꝓphe
tauerit iam inter ꝓphetas numerabiť: cum & dñs
in Euãgelio dicat quosdã cum gaudio uerbũ exci
pere & radicis altitudinẽ nõ habere, sed esse tẽpo
rales. Ideoq; sicut consequens indicat lectio, factũ
1 Reg.10 est in parabolã: Et Saul inter ꝓphetas. Hoc igitur
mirari desinamus, cũ in hominib. apparet diuini-
tus aliquid, quorũ uel meritũ uel habitũ excedit,
cũ forte uult deus cuiusdã significationis gratia ta
le aliquid demõstrari. Si aũt hoc mouet q́ postea
Saul malo spiritu inuadẽte præfocabať, qui prius
ꝓphetię spiritũ acceperat, neq; hoc mirandũ est. Il
lud em̃ factũ est ex dispẽsatione aliquid significan
di, hoc ex merito uindicãdi. Nec mouere nos de-
bent hæc alternãtia in animo humano, hoc est, in
creatura mutabili: præsertim eo tẽpore quo caro
corruptibilis mortalisq; portať. Aut nõ uidemus
in ipso Petro, ut indicat Euangeliũ, extitisse tãtam
Matth.16 cõfessionẽ ut audire meruerit: Beatus es Simõ bar
iona, quia nõ reuelauit tibi caro & sanguis, sed pa
ter meus qui in cœlis est: Et paulopost tam carna-
liter de dñi passione sensisse, ut statim audiret: Va
de post me Satana, scãdalũ mihi es: nõ enim sapis
quæ dei sunt, sed quæ hominũ. Et fortasse aliquan
to interius intelligẽtib. tantũ ualet ad uisa illa men
tis hæc differẽtia, qua Petrus primo intellexit deo
patre reuelãte, q̃d filius dei esset Christus, & post-
ea ne moreretur extimuit: quantũ ualet ad inuesti-
ganda uisa, quæ in spiritu hominis alienata mente
imaginarie fiũt, reuelatio ꝓphetiæ, qua primo af-
flatus est Saul, & cõmixtio spiritus mali quo post-
ea premebať. Iam uero illud q́ etiã malus appella
Psal.23 tus est spiritus dñi, sic intelligiť, quõ dictũ est, Do
mini est terra: tanq; creatura, & in eius posita po-
testate. Aut si ꝓpterea nõ cõgruit hoc locutionis
exemplũ, quia terra nõ est mala, omnis enim crea
tura dei bona est: illud congruat, q́ ipse Saul iã re-
prob. & sceleratus atq; ingratus sancto Dauid, ꝑse
cutor etiã eius, cũ sæuissimæ inuidiæ facib. agitare
tur, tamẽ adhuc Christus dñi dicebať, sicut eũ ap-
pellauit ipse Dauid cum uindicauit extinctũ. Sed
magis arbitror, malignũ spiritũ à quo ipse uexaba
tur Saul, ideo dictũ spiritũ dñi, q́ occulto domini
2.sent.dis.44 cap. sed pluribus. iudicio Saulẽ uexabat. Vtiť enim deus ministris
etiã spiritib. malis ad uindictã malorũ uel ad bono
rum ꝓbationẽ, alio modo ad illã rem, alio ad istã.

Quãuis em̃ inde sit quisq; malignus spiritus, quia
A mala uolũtate nocere appetit, tñ nocẽdi potesta-
tẽ nõ accipit nisi ab illo sub quo sunt omnia, certis 2 retr. cap.1
& iustis meritorũ gradib. ordinata: quia sicut non
est mala uoluntas à deo, sic non est potestas nisi à
deo. Quãq; em̃ sit in cuiusq; potestate quid uelit,
nõ est tñ in cuiusq; potestate quid possit uel face-
re cuiq; uel à quoquã pati. Nã & ipse filius unicus
dei passurus ad tẽpus humiliter, homini superbe
loquẽti & dicẽti, q̃d potestatẽ haberet occidendi
eũ uel dimittẽdi. Nõ haberes, inquit, in me pote- Ioan.19
statẽ, nisi data tibi esset desuper. Diabolus etiã uo
lẽs nocere iusto uiro Iob, nocẽdi quidẽ uoluntate
diabolus erat, sed tñ à dño deo potestatẽ perebat
dicẽs: Mitte manũ & tãge carnẽ eius: q̃uis hoc es- Iob 2
set si permittereť ipse facturus, ipsam etiã permis-
B sionẽ petebat hoc modo, & manũ dñi appellabat
permissam à dño manũ suã, id est, ipsam potestatẽ
quã uolebat accipere. Cui cõgruit illud in Euãge
lio q̃d dñs discipulis suis ait, Hac nocte postulauit Luc.22
satanas uexare uos sicut triticum. Dictus est ergo
spiritus dei malus, hoc est, minister dei ad faciẽdũ
malũ in Saul, quod eũ pati iudex omnipotentissi
mus iudicabat: quoniã spiritus ille q̃a malus erat,
nõ erat dei: creatura uero qua cõditus erat, & po-
testas quã nõ sua sed dñi omniũ æquitate accepe-
rat, dei erat. Verba etiã ipsa scripturarum ita se ha
bẽt, Et perrexit, inquit, Samuel & abijt in Rama-
tha, & spiritus dñi recessit à Saul, & apprehendit
eũ spũs malignus à dño & suffocabat eũ. Et dixe-
rũt pueri Saul: Spũs dñi malignus suffocat te. Hoc
C igiť à pueris eius quõ sit dictũ, Spiritus dñi mali-
gnus: superiora uerba indicant narrãtis scripturæ
& dicẽtis: Spiritus malignus à dño. Secũdũ enim
hoc inquit, à dño: quia per seipsum uelle nocere
habebat, id est, cõprehẽdere Saul posse nõ habe-
bat, nisi summa iustitia sineret. Si em̃ iuste uindicat
deus, quẽadmodũ ipse dicit Apostolus, cũ tradit Rom.1
homines in cõcupiscẽtias cordis eorũ, nõ mirũ si
nihilominus iuste uindicãs tradit eos etiã in cõcu
piscẽtias aliorũ nocere uolentiũ, sua semper incõ-
mutabili æquitate seruata. Animaduertendũ sanè
cũ additamento dici, spũs dei malus. Cũ aũt tantũ-
modo diciť, spiritus dei: etiã si non addať, bonus:
ex hoc intelligiť bonus. Vnde apparet bonũ spiri
D tum secundũ substantiã, malũ aũt secũdũ ministe-
riũ dici spiritũ dei. Quãq; quæri adhuc possit, utrũ
cum spiritus dei diciť, et ex hoc ipso iam & si nihil
addať intelligiť bonus, ille intelligať qui est in tri
nitate cõsubstantialis patri & filio spũssanctus, de
quo diciť: Vbi aũt spũs dñi, ibi libertas. Et iterum: 2 Corint.3
Nobis aũt reuelauit deus per spiritũ suũ. Et illud, 1.Cor.2
Sic & quæ dei sunt nemo scit nisi spũs dei. Et mul
tis locis hoc modo diciť spiritus dei, & intelligiť
spiritussanctus, etiã si non addatur, quoniã ea quę
circũstant, satis indicãt de quo dicať, ita ut aliquã-
do nec dei addatur & intelligatur tamen ille spiri
tus dei principaliter sanctus. Nã quem alium cõ-
memorat ubi dicit. Ipse spiritus testimoniũ dat spi Rom.8
ritui nostro quia sumus filij dei: Et ipse spiritus ad-
iuuat infirmitatem nostrã. Et hęc omnia operatur
unus

unus atque idē spiritus, diuidēs singulis prout uult.
1 Cor. 12 Et diuisiones donationū sunt, idē aūt spiritus. His A enim omnib. sententijs, nec dei nec sanctus est additū, & tñ ipse intelligiť. Sed nescio utrū manifesto aliquo exēplo probari possit, alicubi spiritum dei dictū sine aliquo additamēto, ubi spiritus ille sanctus nō significeť, sed aliquis quiuis bonus, creatus tamē & cōditus. Quæ proferunť enim dubia sunt, & indigēt elariore documento, sicut illud quod
Gen. 1 scriptū est: Spiritus dei ferebať super aquas. Nā & ibi spiritūsanctū accipere quid impediat nō inuenio. Cum enim aquarū nomine illa materies insinuareť informis quæ de nihilo facta est, unde omnia fierēt, quid ꝓhibet intelligere spiritūsanctum cōditoris quod superferebať huic materiæ, nō locorū gradib. interuallisque spatiorū, quod nequaquā B de ulla re incorporea rectè diciť, sed excellēntia & eminētia dominantis super omnia uoluntaris, ut omnia cōderenť: præsertim cū ea locutio, sicut illarum scripturarū mos est, etiā propheticū quoddā sonet mysteriū, quo futuri populi præfiguraretur baptismatis ex aqua & spiritusancto nasciturí. Non ergo cogit quod dictū est, Et spiritus dei ferebatur super aquas: illū intelligere spiritum, sicut nōnulli intelligūt, quo mundi moles uniuersa ista corporea uelut animať, ad ministeriū quorūque gignentiū & in sua specie continendarū corporaliū creaturarū. Creatura est enim quicquid est tale. Illud etiā quod scriptū est: Quoniā spiritus dñi re-
Sap. 1 pleuit orbē terrarū: non desunt qui eundē spiritū uelint accipere, inuisibilē scilicet creaturā cuncta uisibilia uniuersali quadā cōspiratione uegetantē atque cōtinentē. Sed neque hic uideo quid impediat intelligere spiritumsanctū, cum ipse deus dicat a-
Hier. 23 pud prophetā: Cœlū & terrā ego impleo. Non sine suo spiritusancto implet deus cœlū & terram. Quid ergo mirū si de spiritusancto eius dictū est: Repleuit orbem terrarū? Aliter enim replet san-
Act. 6 ctificādo, sicut de Stephano diciť: Repletus est spiritusancto: & de cæteris talib. Aliter aūt replet sanctificante gratia, sicut quosdā sanctos: Aliter attestante atque ordināte præsentia, sicut omnia. Quāobrem nescio utrū certo aliquo documēto scripturarū possit ostēdi, cū sine ullo additamēto dicitur, spiritus dei uel spiritus domini, aliquid aliud significari quàm spiritumsanctū. Sed & si est forte aliquid quod impræsentiarū nō occurrat, illud certe arbitror nō temere dici: quotiēs in sanctis eloquijs cōmemorať spiritus dei, neque additť aliquid, siue ille patri & filio cōsubstātialis spiritussanctus, siue aliqua creatura inuisibilis intelligať, malū tamē non posse intelligi nisi addatur etiā malus. Malo enim quia bene utiť deus ad ministeriū iudicij sui, appellatur etiā ipse spiritus dei, ad uindictā malorū & disciplinā & probationē bonorū. Nec illud mouere tam nos debet quod postea scriptū est, eundē Saulē spiritu dei super se facto ꝓphetasse, quoniā post bonū spiritum spiritus malus, & rursum, post malū bonus. Hoc enim fit non mutabilitate spiritussancti qui est incōmutabilis cum patre & filio, sed mutabilitate animi humani, deo cuncta distribuente, siue malis ꝓ merito dānationis uel emendationis, siue bonis pro largitate gratiæ suæ. Quāquā uideri possit etiā idē fuisse dei spiritus semper in Saul: malus aūt illi, quod eius sanctitatis capax nō esset. Sed non rectè hoc uideť. Tutior est enim ille sensus & uerior, ut pro mutabilitate affectionis humanæ spiritus dei bonus bene afficiat uel ad prophetiā uel ad opus quodlibet aliud in munere diuino, afficiat aūt malus male: qui ꝓpter ministerium diuinæ æquitatis omnia distribuētis & omnib. recte utentis diciť & ipse spiritus dei, præsertim quia dictū est: Recessit ab eo spiritus dei, et apprehendit eū spiritus malignus à domino. Nullo enim pacto potest idē uideri recessisse et apprehēdisse. Porrò aūt in nonnullis exemplarib. & eis maxime quæ de lingua Hebræa ad uerbū uidenť expressa, inueniť spiritus dei, sine additamēto positus, & intelligiť malus ex eo quòd arripiebat Saul, & reficiebat eū Dauid tangendo citharā. Manife- 1 Reg. 16 stum est tamen, ideo nō additū malus, quia paulo superius iam dictū erat, & de uicinitate scripturæ subaudiri intelligi poterat. Ita enim in huiusmodi exemplarib. legit: Igiť quādocunque spiritus dñi arripiebat Saul, tollebat Dauid citharā & percutiebat manu sua, & refocillabať Saul & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Siue ergo quod hic nō est dictū, spiritus dei: sed tantūmodo, spiritus malus: quod ibi minus dictū erat, tāquā redditū apparet: siue quia superius ita positū erat, C Et dixerunt serui Saul ad eū: Ecce spiritus dei malus exagitat te: iubeat dñs noster, & serui tui qui coram te sunt quærāt hominē scientē psallere cithara, ut quādo arripuerit te spiritus dei malus psallat manu sua & leuius feras: nō opus erat cū rursum diceretur quādocunque spiritus dei arripiebat Saul, addere malū, quia notū erat de quo nunc diceret. Verūtamen illa quæstio maior est & nō trāsitoria animi intentione rimāda, quòd eū Saul persequereť Dauid innocētē, plenus inuidia & liuore uesanus factus est super eū spiritus dei & ambulabat ingrediens & ꝓphetabat. Nō enim potest hic nisi spiritus bonus intelligi, per quē sancti prophetæ futurarū rerū imagines & uisa cernebāt, nō ex eo tantū quia dictū est: Et ꝓphetabāt: nā in exemplarib. quæ sunt ex Hebræo, hoc quoque inueniť de spiritu D malo dictū ita: Post diē aūt alterū inuasit spiritus dei malus Saul et ꝓphetabat in medio domus suæ. 1 Reg. 18 Et in alijs diuinarū scripturarū locis sæpe inueniť, quod prophetia nō tantū bona, sed etiā mala dicatur: & ꝓphetæ dicti sunt Baalim, & exprobratum est quibusdā quia ꝓphetabant in Baal. Non ergo necesse est intelligi ꝓpterea bonū spiritum qui factus est super Saul postea, quia dictū est: Et ambulabat ingrediēs & ꝓphetabat. Sed quia sine additamēto positū est: Factus est spiritus dei super eū. Non enim sicut in illo loco dictū erat supra: Spiritus dei malus: ut ex hoc posset etiā in cōsequētib. subaudiri: quinimo superiora magis attestanť illū spiritū dei bonū fuisse & uere ꝓpheticū. Dauid enim erat cū Samuele, & misit Saul nūcios qui apprehēderēt Dauid. Quoniā aūt Samuel erat inter pro-

prophetas & cœtũ prophetarũ qui illo tẽpore ꝓ-
phetabãt, nuncij qui missi sunt accepto eodẽ spiri
tu prophetauerũt, missisq; alijs hoc cõtigit, et ter-
tijs nihilominus: postea cum & ipse Saul uenisset,
factus est etiã super eũ spũs dei & prophetabat
& ipse, & ambulabat ingrediẽs & ꝓphetabat: Cũ
eñ dicitur: Et factus est super ipsos spiritus dei &
ꝓpherabant, & idẽ utiq; erat spiritus qui erat in ꝓ-
phetis inter quos & Samuel inuẽtus est, & ex hoc
utiq; necesse est intelligi illũ bonum spiritũ. Atq;
ideo quæstio diligenter discutiẽda est, quomodo
& illi qui missi essent ad tenẽdum hominem & ad
necẽ adducẽdũ tali spiritu affici meruerũt, & Saul
ipse qui miserat ueniẽs & ipse sanguinẽ innocen-
tem quærẽs effundere, accipere meruit illũ spiritũ
& ꝓphetare. Hic nimirũ occurrit illud quod Apo
stolus Paulus apertissime exponit supereminen-
tem uiã demonstrans: Si linguis hominũ loquar,
1 Cor.13 inquit, & angelorũ, charitatem aũt nõ habeam, fa
ctus sum uelut æramentũ sonans aut cymbalũ tin
niens. Et si habuero prophetiã omnẽ & sciero om
nia sacramẽta & omnẽ scientiã, & habuero omnẽ
fidẽ, ita ut montes transferã, charitatẽ aũt non ha-
beam, nihil sum. Et si distribuero omnem subst an
tiam meã, & si tradidero corpus meũ ita ut ardeã,
charitatẽ aũt non habeã, nihil mihi prodest. Quo
in loco manifestum est eum munera illa cõmemo
rasse, quæ spiritussancti diuisionib. danẽ sicut supe
rius dicit: Vnicuiq; autẽ datur manifestatio spiri-
1 Cor.12 tus ad utilitatẽ: alij quidem per spiritũ daẽ sermo
sapientiæ: alij sermo sciẽtiæ, secũdũ eundẽ spiritũ:
alteri aũt fides in eodẽ spiritu: alij donatio curatio
nũ in uno spiritu: alij operatiões uirtutũ: alij ꝓphe
tia, alij dijudicatio spirituũ, alteri genera linguarũ.
Omnia aũt hæc operaẽ unus atq; idẽ spiritus diui-
dens propria unicuiq; prout uult. Satis ergo appa
ret inter dona sanctispiritus esse prophetiã, quam
tamẽ si quis habeat, & charitatẽ non habeat, nihil
est. Ex quo intelligiẽ fieri posse, ut quidã etiã indi
gni uita æterna regnoq; cœlorũ, aspergaẽ tamẽ
quibusdã spiritussancti munerib. nõ habẽtes cha-
ritatẽ, sine qua illa munera nõ nihil sunt, sed nihil
eis ꝓsunt. Prophetia quippe sine charitate, sicut iã
demonstratũ est, nõ perducit ad regnum dei: cha-
ritas uero sine ꝓphetia utiq; perducit ad regnum
dei: Cũ enim loquens de mẽbris Christi, ait, Nun-
quid omnes Apostoli? Nũquid oẽs Prophetæ?
indubitãter ostendit etiã eum qui prophetiã non
habet posse in mẽbris Christi numerari. Vbi quẽ
locũ haberet, si charitate sine qua homo nihil est
non haberet? Nullo aũt modo ita diceret, quãdo
de mẽbris ageret quibus Christi corpus impletur:
Nunquid omnes habẽt charitatẽ: quemadmodũ
dixit, Nunquid omnes Apostoli? Nũquid omnes
Prophetæ? Nũquid omnes uirtutes? Nũquid om
nes dona habent curationũ? Et cætera huiusmo-
di Sed dicit aliquis, posse quidẽ fieri ut ꝓphetiam
quisq; nõ habeat, & tamẽ habeat charitatem, atq;
ideo Christo annumeratus inhæreat: sed fieri non
posse, ut prophetiã habeat, & nõ habeat charita-
tem: nihil enim est homo habẽs prophetiam sine
charitate. Ita fortasse quẽadmodũ possumus dice
A re, nihil esse hominẽ habentẽ animã sine mẽte: nõ
quia possit inueniri homo qui mentẽ non habeat
habẽs animã, sed quia nihil esset si inueniri posset.
Sic etiã dici potest, si corpus figurã habeat, colo-
rem nõ habeat, uideri nõ potest: non quia sit cor-
pus cui desit color, sed qa si esset cerni non posset.
Ita fortasse dictũ est, q̃d si quis habeat prophetiã,
& charitatẽ nõ habeat, nihil est: nõ quia potest in
quoq; ꝓphetia esse sine charitate, sed quia si esset,
ꝓdesse nõ posset. Opus est igitur ad soluendã istã
quæstionẽ, ut ostẽdamus aliquẽ reprobũ hoc do-
nũ habuisse ꝓphetiæ: quod si aliũ neminẽ inueni-
remus, hoc iste ipse Saul satis ostẽderet. Sed tamẽ
ille etiã Balaam reprobus apparet: nõ enim eũ ta-
B cet scriptura diuino iudicio esse damnatũ: et tamẽ
prophetiã habebat: & quia charitas dei deerat, in-
erat uolũtas maledicendi populo Israelitico, quã
hostis precio cõparauerat, qui eum ad maledicen
dũ mercede cõduxerat, dono tamẽ illo ꝓphetãdi
quo aspergebaẽ benedicebat inuitus. Nec uerba
illa parũ attestantur huic sentẽtiæ quæ in Euãge-
lio scripta sunt, multos dicturos in illa die, Dñe Mat.7
dñe corã te manducauimus & bibimus, & in no-
mine tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo uirtu-
tes multas fecimus: quib. tamen dicturus est: Nõ
noui uos, recedite à me operarij iniquitatis. Non
enim eos mẽtiẽtes putabimus ista dicturos in illo
iudicio, ubi nullus erit fallẽdi locus, aut ullã uocẽ
taliũ legimus dicentiũ, dileximus te. Poterũt ergo
C dicere, In nomine tuo ꝓphetauimus, cum sint im-
probi & reprobi: nõ aũt poterũt dicere, dilectio-
nẽ quã mãdasti tenuimus. Nã si dicent, non eis re-
spõdebiẽ: Nõ noui uos. In hoc eñ cognosceẽ, in- Ioan.13
quit, qa discipuli mei estis, si uos inuicẽ diligatis.
Exẽplũ utiq; huius Saul, resistit superbis nõnullis
hæreticis: qui uel aliquid boni de munerib. sancti-
spiritus negãt posse dari eis qui ad sanctorũ sortes
nõ pertinent: cũ eis dicimus, habere illos posse sa-
cramentũ baptismi, quod cũ ad Ecclesiã catholi-
cam ueniũt, nõ est in eis ullo modo uiolandũ, aut
quasi nõ habeant tradendũ: sed tamẽ eos nõ ideo
saluti debere cõfidere, quia non improbamus q̃d
illos accepisse concedimus, sed oportere cogno-
scere unitatis societatẽ uinculo charitatis ineun-
dam: sine qua omnino qcquid habere potuerint,
D q̃uis per se sanctũ ac uenerandũ, ipsi tamen nihil
sunt, tãto indigniores effecti uitæ æternę pręmio,
quãto illis donis nõ bene usi sunt quæ in hac uita
quæ trãsitoria est acceperũt: Nõ aũt bene utiẽ, nisi
charitas, & charitas omnia tolerat, atq; ideo non
scindit unitatẽ cuius ipsa est fortissimũ uinculum.
Nõ enim & seruus ille nõ accepit talentũ, aut ali-
quid aliud intelligiẽ talentũ q̃ munus aliquod di-
uinum: sed qui habet dabiẽ ei, qui aũt nõ habet, &
quod habet auferẽ ab eo: quod nõ habet auferri
nõ potest, sed aliud nõ habet ut merito auferatur
quod habet. Nõ habet charitatẽ utendi, ut aufera
tur quicquid aliud habet quod sine charitate non
prodest. Non igiẽ mirũ est, regẽ Saul & eo tempo
re quo primũ unctus est accepisse spiritũ prophe-
tandi

tandi, & postea cū esset propter inobedientiam re
probatus, recedēte ab eo spiritu dñi, arreptum esse
maligno spiritu à dño: qui etiā ipse spiritus domi-
ni appellatus est propter ministeriū, quia omnib.
etiā spiritib. malis bene utit̃ dominus, uel ad dam-
nationē quorūdā, uel ad emēdationē, uel ad pba-
1 Reg. 26 tionē: & quāuis nō sit malignitas à dño, nō est ta-
men potestas nisi à deo. Dictū est etiā, Sopor dñi
occupauerat milites eiusdē Saul, cū Dauid hastā
& cyphum abstulisset à capite dormiētis: nō quia
tūc sopor in domino erat ut ipse dormiret, sed qa
ille sopor qui tūc homines apprehēderat nutu dei
erat infusus, ne Dauid & seruorū eius in eo loco
pręsentia sentiret̃. Neq; illud mirū est rursum eun
dem Saul accepisse spiritū pphetię cū persequere
tur iustū, & eū cōprehēsurus et necaturus uenisset
in locū ubi erat cōgregatio prophetarū. Sic enim
satis mōstratū est, neminē de tali munere iā securū
esse debere, tanquā sit acceptissimus deo, si nō ha-
beat charitatē: quādoquidē illud donū & Sauli da
ri potuit propter arcanū quidē alicuius sacramen
ti, sed tamē dari potuit reprobato, inuido & ingra
to & reddēti mala pro bonis, & ne post ipsam qui
dem acceptionē spiritus correcto in melius atque
mutato. Age iam uideamus quō dictū sit Pœni
1 Reg. 15 tet me quod cōstituerim regem Saul. Quæris em̃,
nō utiq; in taliū uerborū intellectu rudis, sed rudi-
menta explorans mea paterno studio & benigna
cura, quō pœniteat aliquid dñm, in quo sit omnis
pręsciētia. Ego uero cū hoc de deo dicit̃, indignū
aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignū inueniret̃
quod de illo diceret̃. Cū uero uerba om̃ia quibus
humana colloquia cōferunt̃ illius sempiterna uir
tus & diuinitas mirabiliter atq; incūctanter exce-
dat, quicquid de illo humanitus dicit̃ quod etiam
hominib. aspnabile uideat̃, ipsa humana admone
tur infirmitas, etiā illa quę cōgruēter in scripturis
sanctis de deo dicta existimat, humanæ capacitati
aptiora esse q̃ diuinæ sublimitati, ac p hoc etiā ip-
sa transcendenda esse saniore intellectu, sicut ista
qualicunq; trāscēsa sunt. Quis est em̃ hominum,
cui nō occurrat in deo cūcta præsciēte, pœnitētiā
esse nō posse? Et certe tamen hęc duo uerba sunt,
pœnitētia & pręsciētia, quorū quia unum cōgrue
credimus in deo, id est, præsciētia, negamus in eo
esse pœnitētiā. Cū uero alius liquidiore cōsidera-
tione ista ptractans, quęsierit quēadmodū uel ipsa
pręsciētia deo cōgruat, & inuenerit huius etiā uer
bi notionē illius ineffabili diuinitate lōge lateq; su
perari, nō miret̃ utrūq; de illo, ppter homines dici
potuisse, de quo utrūq; propter ipsum incōgrue di
ceret̃. Quid est præsciētia, nisi sciētia futurorum?
Quid aūt futurū est deo, qui omnia supgredit̃ tē-
pora? Si em̃ in sciētia res ipsas habet, nō sunt ei fu-
turę sed pręsentes, ac per hoc nō iam præscientia,
sed tantū sciētia dici potest: Si autē sicut in ordine
temporaliū creaturarū, ita & apud eū nondū sunt
quæ futura sunt, sed ea pręuenit sciendo, Bis ergo
ea sentit, uno quidē modo secundū futurorū præ-
scientiā, altero uero modo secundū pręsentiū sciē
tiam. Aliquid ergo tēporaliter accedit sciētiæ dei,

quod absurdissimū atq; falsissimū est. Nec em̃ po-
A test quæ uentura prænoscit nosse cū uenerint, nisi
his innotescāt, & prenoscēdo antequā sint, & co-
gnoscēdo cū iam sunt. Ita fit ut, quod lōge à uerita
te seclusum est, tēporaliter aliquid accedat sciētiæ
dei, cū tēporalia quæ pręsciunt̃ etiā præsentia sen
tiunt̃, quæ nō sentiebant̃ anteq̃ fierēt, sed tantum
modo præsciebant̃. Si uero etiam cū uenerint quę
pręsciebant̃ esse futura, nihil noui accedit scientię
dei, sed manebit illa pręsciētia sicut erat etiā prius-
quā uenirēt quę pręsciebant̃, quō iam pręscienria
dicet̃, quādo nō est rerū futurarū? Iam em̃ presen-
tia sunt quę futura cernebat, & paulopost erūt prę
terita, Pręteritarū aūt rerū sicut præsentium nullo
modo potest dici pręsciētia. Reditur ergo ad id ut
fiat rebus iam præsentib. sciētia, quæ eisdem rebus
B futuris erat pręsciētia: & cum ea quæ præscientia
erat prius, postea scientia fiat in deo, admittat mu
tabilitatē & tēporalis sit, cū dei qui uere summeq;
est, nec ulla ex parte sit mutabilis, nec ullo motu
notio tēporalis. Placet ergo ut non dicamus præ-
scientiā dei, sed tantūmodo scientiā: quæramus &
hoc quō, Nō enim scientiā solemus dicere in no-
bis, nisi cū sensa & intellecta memoria retinemus:
id est, cū meminimus aliquid sensisse nos uel intel
lexisse, ut id cum uolumus recolamus. Quod si ita
in deo est, ut possit pprie dici, intelligit & intelle-
xit, sentit & sensit: admittit tēpus, & subrepit nihi-
lominus illa mutabilitas quæ lōge à dei substātia
remouēda est: & tamē & scit deus & præscit deus
C ineffabili modo, sic eū et pœnitet ineffabili modo.
Cum em̃ sciētia dei lōge distet ab humana sciētia,
ita ut irridēda sit cōparatio, utraq; tamē sciētia uo
cat̃: & hęc quidē humana talis est, ut dicat de illa
Apostolus, etiā scientia destruet̃: quod nullo mo-
do recte de sciētia dei dici potest. Sic & ira homi-
nis turbida est & nō sine cruciatu animi: ira uero Ioan. 3
dei de qua dicit̃ in Euāgelio, Sed ira dei manet su Rom. 1
per eū, Et Apostolus, Reuelabitur enim ira dei de
cœlo sup omnē impietatē: illo in trāquillitate iugi
ter manēte, in creatura subdita exercet admirabi-
li æquitate uindictā. Misericordia quoq; hominis
habet nōnullā cordis miseriā, unde etiā in Latina
lingua nomē accepit. Nā inde est etiā, quod nō so-
lum gaudere cū gaudentibus, sed etiā flere cū flen Rom. 12
tib. hortat̃ Apostolus, Quis aūt sano capite dixe-
D rit ulla miseria tangi deū, quē tamen ubiq; scriptu-
ra multæ misericordiæ esse testatur? Ita & zelū hu
manū nō sine peste liuoris intelligimus: zelantem
uero deū non ita, sed eodē uerbo, nō eodē modo.
Longū est percurrere cętera, & sunt innumerabi-
lia, quibus ostendit̃ multa diuina ijsdē nominibus
appellari quibus humana, cū incōparabili diuersi
tate seiūcta sint: nec tamen frustra eadē sunt rebus
utrisq; indita uocabula, nisi quia hęc cognita quæ
in q̃tidiana cōsuetudine uersant̃, & experimentis
usitatioribus innotescunt, nonnullam ad intelli-
gēda illa sublimia præbent uiam. Cū em̃ desero de
humana sciētia mutabilitatē, & trāsitus q̃sdā à co-
gitatione incogitationē, cum recolimus ut cerna-
mus animo quod in contuitu eius pauloante non

erat,atq; ita de parte in partē crebris recordationi
bus trāsilimus:unde etiā ex parte dicit esse Apo-
stolus nostrā sciētiā,Cū ergo hęc cūcta detraxero
et reliquero solā uiuacitatē certę atq; incōcussę ue
ritatis una atq; ęterna cōtēplatiōe cūcta collustrā-
tis:imo nō reliquero,nō em̄ habet hoc hūana sciē
tia,sed pro uirib.cogitauero:insinuaẗ mihi utcūq;
sciētia dei:quod tn̄ nomē ex eo quod sciēdo aliqd
nō latet hominē,potuit eē̄ rei utriq; cōmune: quā
quā et in ipsis hominibus solet discerni à sapientia
sciētia,ut etiā Apostolus dicit,Alij quidē per spiri
1 Cor.12 tum daẗ sermo sapiētię,alij sermo sciētiæ secūdum
eundē spiritū.In deo aūt nimirū nō sunt hæc duo,
sed unū:& in hominib.quidē hæc ita discerni pro
babiliter solēt,ut sapiēria ptineat ad intellectū ęter
norū,sciētia uero ad ea quæ sensib.corporis expe-
rimur.Sed licet alius aliā differentiā pferat, nisi ta
men diuersa essent,nō sic ab Apostolo distingue-
renẗ.Quod sanè si ita est,ut nomen scientię rebus
quas p sensum corporis expimur deputatū sit,nul
la est omino sciētia dei.Non enim deus p seipsum
ex corpore & anima cōstat,sicut homo.Sed meli-
us diciẗ aliā esse scientiā dei,& non eiusdē generis
cuius ista est quæ hominū diciẗ: sicut etiā idipsum
quod deus diciẗ,lōge aliud est q̄ quēadmodū di
ctū est,quia stetit in synagoga deorum. Tamen ad
nō latere quoquo modo ptinet cōmunicatio ipsa
uocabuli.Sic etiā de ira hominis detraho turbulē
tum motū,ut remaneat uindictæ uigor,atq; ita ut
cunq; assurgo in notitiā illius quę appellaẗ ira dei.
Itē de misericordia si auferas cōpassionem,cū eius
quē miserearis participatus es miseriæ, ut rema-
neat trāquilla bonitas subueniēdi & à miseria libe
rādi,insinuaẗ diuinæ misericordiæ qualiscunq; co
gnitio.Zelū quoq; dei nō repudiemus & asperne
mur, cū scriptū inuenimus:sed auferamus de hu-
mano zelo pallidā tabē doloris,& morbidam per
turbationem animi:remaneatq; illud solū iudiciū,
quo corruptio castitatis impunita esse nō siniẗ, &
assurgimus ut incipiamus aliquo modo capere ze
lum dei.Quapropter cū legimus etiā dn̄m dicen-
1 Reg.15 tem,Pœnitet me:cōsideremus quid id esse soleat.
In hominib.opus pœnitēdi est, cū pculdubio re-
periẗ uolūtas mutādi:sed in homine cū dolore ani
mi est:reprehendit em̄ in se quod temere fecit.Au
feramus ergo ista quæ de humana infirmitate atq;
ignorātia ueniūt,& remaneat solū uelle, ut nō ita
sit aliquid quēadmodū erat,sic potest aliquantulū
intimari mēti nostrę, qua regula intelligaẗ quod
pœniret deū.Cū em̄ pœnitere diciẗ, uult non esse
aliquid sicut fecerat ut esset: sed tamē & eū ita es-
ser,ita esse debebat:& cū ita esse iam nō siniẗ, iam
nō debet ita esse,ppetuo quodā & trāquillo æqui
tatis iudicio,quo deus cūcta mutabilia incōmuta
bili uoluntate disponit.Sed quoniā pręscientiā &
scientiā cū laude solemus dicere in hominib. irāq;
ipsam solet humanū genus in magnis potestatib.
timere potius q̄ reprehēdere,cōgruēter putamus
talia dici de deo. Qui aūt zelat, & quē aliquid pœ
niter,quoniā uel culpari solet uel in se culpā corri
gere:atq; ideo cū reprehensione ista dici de homi-
nibus,propterea mouet cū legimus esse aliquid in
A deo eiusmodi.Sed illa scriptura omnib.consulens
ppterea magis & ista ponit,ne illa quę placent sic
intelliganẗ in deo,quō cōsueuerūt in hominib.in
telligi.Per hęc em̄ quę displicent cū ea non audea
mus sic intelligere in deo ut inueniunẗ in homine
discimus etiā illa sic quærere quę apta esse atq; cō-
ueniētia putabamus.Nā si propterea non est illud
de deo dicēdū,quia in homine displicet, nō dica-
mus incōmutabilē deū,qa de hominib.cū reprehē
sione dictū est:nō em̄ est illi cōmutatio. Itē quędā
in homine sunt laudabilia,in deo aūt esse nō pos-
sunt,sicut pudor,q̄d ętatū uiridiorū magnū est or-
namētū:sicut timor dei nō est tātū in ueteribus li-
bris laudatus,sed Apostolus etiā dicit, Perficiētes 2.Cor.7
sanctificationē in timore dei:qui utiq; in deo nul-
B lus est.Sicut ergo quædā laudabilia hominū non
recte dicunẗ in deo:sic quædam culpabilia homi
nū recte intelligunẗ in deo:nō ita ut in hominibus
sed uocabulis tantūmodo cōmunibus, longe alia
ratiōe & modo.Nā paulopost idē Samuel cui di-
xerat dominus,Pœniret me quod cōstituerim re-
gem Saul,ipsi Sauli ait de deo.Quoniā non est si-
cut homo ut pœniteat eū:ubi uidelicet satis osten 1 Reg.15
dit etiā cum deus dicit,Pœnitet me: non humano
more accipiendū esse,sicut iam quantū ualuimus
disputauimus. Itē quæris, utrū spiritus immun- Quęstio III
dus qui erat in pythonissa, potuerit agere ut Sa- 1 Reg.28
muel à Saule uidereẗ & loquereẗ cū eo. Sed mul-
to maioris miraculi est,q̄ ipse satanas princeps o-
mniū immūdorū spirituū potuit loqui cum deo,et
C petere ad tētandū Iob iustissimū uirū,qui etiā ten Iob 1
tādos Apostolos pețijt.Aut si hoc nō ideo habet
difficilē quæstionē,quia p quā uoluerit creaturā,
cui uoluerit creaturæ ubiq; pręsens ueritas loquiẗ
nec ppterea magni meriti est cui loquiẗ deus, In-
terest em̄ quid loquaẗ,quia et imperator cū multis
innocētib.nō loquiẗ,quibus prouidētissime cōsu
lit ad salutē: & cū multis nocentib. loquiẗ, quos iu
bet interfici.Si ergo hinc propterea nulla quęstio
est,nulla sit quæstio,quomodo etiā immūdus spi-
ritus cū anima sancti uiri loqui potuerit. Omnib.
enim sanctis, deus creator & sanctificator longe
utiq; maior est: Quod si hoc mouet,q̄ licuerit ma-
ligno spiritui excitare animā iusti,& tanquā de ab
ditis mortuorū receptaculis reuocare,nonne ma-
D gis mirandū est,q̄ satanas ipsum dominum assum
psit et cōstituit super pinnaculū templi? Quolibet
em̄ modo fecerit,ille etiā modus quo Samueli fa-
ctū est ut excitareẗ,similiter latet. Nisi forte quis
dixerit,faciliorē diabolo fuisse licentiam ad dn̄m
uiuū unde uoluit assumendū,& ubi uoluit consti-
tuendū,q̄ ad Samuelis defuncti spiritū à suis sedi-
bus excitādū.Quod si illud in Euāgelio nos ideo
nō perturbat,quia dn̄s uoluit atq; pmisit,nulla di-
minutiōe suę potestatis & diuinitatis id fieri: sicut
ab ipsis Iudæis,quanquā puersis atq; immūdis &
facta diaboli facientibus,& teneri se & uinciri &
illudi et crucifigi atq; interfici passus est:nō est ab
surdum credere ex aliqua dispēsatione diuinæ uo-
luntatis permissum fuisse, ut nō inuitus nec domi
nante

nāte aut ſubiugāte magica potētia, ſed uolēs atq;
obtēperās occultę diſpēſationi dei, quæ & pytho
niſſam illam & Saulem latebat, cōſentiret ſpiritus
Prophetę ſancti ſe oſtēdi aſpectibus regis, diuina
eū ſententia percuſſurus. Cur em̄ anima boni ho-
minis, à malis uiuis euocata ſi uenerit, amittere ui-
deatur dignitatem ſuam, cum & uiui plerunq; bo-
ni uocati ad malos ueniant & agant cum eis quod
officiū poſtulat æquitatis, ſeruato atq; inconcuſſo
decore uirtutis ſuæ, & illorū uitijs pro rerū pręſen
tium uel uſu nel neceſſitate tractatis? Quanquam
in hoc facto poteſt eſſe alius facilior intellectus &
expeditior exitus, ut non uere ſpiritum Samuelis
excitatū à requie ſua credamus, ſed aliquod phan
taſma, & imaginariā illuſionē diaboli machinatio
nibus factam, quā propterea ſcriptura nomine Sa
B muelis appellat, quia ſolent imagines rerū earum
nominib. appellari quarum imagines ſunt. Sicut
omnia quæ pinguntur atq; fingunť ex aliqua par-
te materiæ, metalli aut ligni, uel cuiuſcūq; rei aptę
ad opera huiuſmodi, quęq; etiā uidenť in ſomnis,
& omnes ferè imagines, earum rerum quarū ima-
gines ſunt appellari nominibus ſolent. Quis eſt e-
nim qui hominē pictū dubitet uocare hominem,
quādoquidē & ſingulorū quorunq; picturam cū
aſpicimus, propria quæq; nomina incūctanter ad
hibemus, uelut cū intuentes tabulam aut parietē,
dicimus: Ille Cicero eſt, ille Saluſtius, ille Achil-
les, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cū
aliud nihil ſint q̄ pictæ imagines. Vnde cherubin
cum ſint cœleſtes poteſtates, fictæ tamē ex metal
lo, quod imperauit deus, ſuper arcā teſtamēti, ma-
C gnę rei ſignificādæ gratia, nō aliud q̄ cherubin il-
læ quoq; effigies uocitanť. Itē ſi quis uidet ſomni-
um, nō dicit, Vidi imaginē Auguſtini aut Simpli-
ciani, ſed uidi Auguſtinū aut Simplicianū, cum eo
tempore quo tale aliquid uidit nos ignoraremus.
Vſq; adeo manifeſtū eſt, non ipſos homines, ſed
Gene. 41 imagines eorū uideri. Et Pharao ſpicas ſe dixit ui-
diſſe in ſomnis & boues, nō ſpicarū aut boum ima
gines. Si igiť liquido cōſtat nominibus earū rerū
quarū imagines ſunt eaſdē imagines appellari, nō
mirū eſt quod ſcriptura dicit Samuelē uiſum, etiā
ſi forte imago Samuelis uiſa apparuit, machina-
mento eius qui trāſfigurat ſe uelut in angelum lu-
cis, & miniſtros ſuos uelut miniſtros iuſtitiæ. Iam
uero ſi illud mouet, quō à maligno ſpiritu Sauli
uera prędicta ſunt: poteſt & illud mirū uideri, quō
D dæmones agnouerint Chriſtū quem Iudæi non a-
gnoſcebāt. Cū enim uult deus etiā per infimos et
infernos ſpiritus aliquē uera agnoſcere, tempora
lia dūtaxat atq; ad iſtam mortalitatem pertinētia,
facile eſt & nō incongruū: ut omnipotēs & iuſtus
ad eorū pœnā quibus iſta predicuntur, ut malum
quod eis impēdet antequā ueniat prænoſcēdo pa
tiantur, occulto apparatu myſteriorū ſuorū etiam
ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat,
ut quod audiunt ab angelis prænuncient homini
bus. Tantū autē audiunt, quantū omniū dominus
atq; moderator uel iubet uel ſinit. Vnde etiā ſpiri-
Act. 16 tus Pythonicus in actibus Apoſtolorū atteſtatur

Paulo Apoſtolo, & Euāgeliſta eſſe conať. Miſcēt
A tamē iſti fallacias ſuas, & uerū quod noſſe potue-
rint, nō docēdi magis q̄ decipiendi fine prænun-
ciāt. Et forte hoc eſt quod cū illa imago Samuelis
Saulē prædiceret moriturū, dixit etiā ſecū futurū.
quod utiq; falſum eſt. Magno quippe interuallo
poſt mortē ſeparari bonos à malis in Euāgelio le-
gimus, cū dn̄s inter ſuperbum illum diuitē, cū iam Luce 16
apud inferos tormenta patereť, & illū qui ad eius
ianuā ulceroſus iacebat, iam in requie conſtitutū,
magnū chaos interiectū eſſe teſteť. Aut ſi ꝑpterea
Samuel Sauli dixit, Mecū eris: ut non ad æqualita
tē felicitatis, ſed ad parē cōditionē mortis referať,
quod uterq; homo fuerit, & uterq; mori potuerit,
iamq; mortuus mortē uiuo pręnūciabat: Perſpicit
quantū opinor prudentia tua, ſecundū utrunq; in
B tellectū habete exitū illam lectionē, quę nō ſit cō
tra fidē: niſi forte profundiore & ꝑplexiore inqui-
ſiuone, quæ uel uiriū mearū uel temporis excedit
anguſtias, inueniať ad liquidum, uel poſſe, uel nō
poſſe animā humanā cum ex hac uita migrauerit
magicis carminib. euocatā uiuorū apparete con-
ſpectibus, etiā corporis liniamenta geſtantē, ut nō
ſolū uideri ualeat, ſed & agnoſci. Et ſi poteſt, utrū
etiam iuſti anima, nō quidē cogať magicis ſacris,
ſed digneť oſtendi occultiorib. imperijs ſummæ
legis obtemperās: ut ſi fieri nō poſſe claruerit, nō
uterq; ſenſus in huius ſcripturę tractatione atq; ex
poſitione admittať, ſed illo excluſo, imaginaria ſi
mulatio Samuelis diabolico ritu facta intelligať.
Sed quoniā ſiue illud fieri poſſit ſiue nō poſſit, ta-
men fallacia ſatanæ atq; imaginū ſimulandarū cal
C lida operatio, decipiēdis humanis ſenſib. multifor
mis inuigilat, pedetentim quidē inquiſitionib. dili
gentioribus pręſcribamus: ſed tamē potius exiſti-
memus tale aliquid factū maligno pythoniſſæ il-
lius miniſterio, quādiu nobis aliquid amplius ex-
cogitare atq; explicare nō dať. Quod aūt quæris, Quaest. IIII
quid ſit quod ſcriptū ſit, Intrauit rex Dauid & ſe- 2 Reg. 7
dit ante dn̄m: quid aliud intelligendū eſt, niſi quia
ſedit in cōſpectu dn̄i: ſiue ubi erat arca teſtamenti
per quā ſacratior & cōmēdatior quędā præſentia
domini accipi poteſt: ſiue oraturus ſedit, quod nō
fit recte niſi in cōſpectu dei, hoc eſt, in intimo cor
dis? Poteſt em̄ ſic accipi quod dictū eſt, Ante do-
minū: ut nullus eſſet hominū qui audiret orātem.
Siue ergo propter arcam teſtamenti, ſiue propter
ſecretū locū ſemotū ab arbitris, ſiue ꝑpter intimū
D cordis ubi erat orantis affectus, conuenienter di-
ctū eſt, Sedit ante dn̄m. Niſi forte quod ſedēs ora-
uit, hoc mouet, cum & ſanctus Helias hoc fecerit,
quādo pluuiā orādo impetrauit. Quibus admone 3 Reg. 17
mur exemplis, nō eſſe præſcriptū quō corpus con
ſtituať ad orandum, dummō animus deo præſens
peragat intētionem ſuā. Nam & ſtantes oramus,
ſicut ſcriptū eſt, Publicanus aūt de longinquo ſta- Luc. 18
bat, Et fixis genibus, ſicut in Actibus Apoſtolorū Act. 7
legimus, Et ſedentes: ſicut ecce Dauid & Helias.
niſi aūt iacentes oraremus, nō ſcriptū eſſet in Pſal-
mis, Lauabo per ſingulas noctes lectum meū, la- Pſal. 6
chrymis meis ſtratum meum rigabo. Cum enim

quisque orationē quærit, collocat mēbra sicut ei occurrerit, accōmodata pro tēpore positi corporis A ad mouendū animū. Cū autē nō quærit, sed infert appetitus orandi: hoc est cū aliquid repente uenit in mentē quo supplicandi moueat affectus gemitib. inenarrabilibus, quocūque modo inuenerit hominē, nō est utique differenda oratio, ut quæramus quo sedeamus aut ubi stemus aut ubi prosternamur. Gignit em̄ sibi mentis intentio solicitudinē, & sæpe etiā obliuiscit se uel ad quā cœli partē, uel in qua positione corporis mēbra illud tēpus inuenerit. In uerbis aūt beati Heliæ quibus ait, O domine testis huius uiduę, cū qua ego inhibito apud ipsam, tu male fecisti ut occideres filiū eius: nihil moueret si uera pronūciatio seruaret. Vox est em̄ non credentis quod tam male faceret dñs cum ea uidua, quæ tam pie Prophetā susceperat, eo præsertim tēpore quo ibi erat, cui protulerat totum uictum suū tam exiguū in tam magna & summa inopia. Ita ergo dictū est, ac si diceret, O dñe testis huius uiduę cū qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti ut occideres filiū eius: ut intelligat quod utique dñs testis cordis illius mulieris, uidebat quā ta esset pietas, unde etiā Heliam ipse ad eam miserat, nō malefaciēdi causa mortificauerit filiū eius sed exhibēdi miraculi ad gloriā nominis sui, quo tantū prophetā & tunc uiuentibus & posteris cōmendaret, Sicut dicit dñs, non ad mortē mortuū fuisse Lazarū, sed ut glorificaret deus in filio suo, Et ideo cōsequentia probāt, & ipsa etiam fiducia qua eredidit Helias, non ad hoc illud cōtigisse ut acerbo luctu hospita eius affligeretur, sed potius ad hoc factum esse, ut deus magnificentius ostēderet uiduæ, qualem dei famulum suscepisset. Sequitur scriptura & dicit, Et insufflauit puero ter, & inuocauit dominū & dixit, Domine deus meus reuertat nunc anima pueri huius in eum. Et factum est sic. Hęc ergo deprecatio qua petijt Helias tam breuiter & tam fideliter, ut resurgat puer, satis indicat quo affectu dicta sunt superiora. Et ipsa mulier ostēdit ad hoc mortificatū filiū suum fuisse, ad quod Helias factum esse præsumpserat, cū illa uerba non confirmando sed renuendo enūciauerat. Cum enim uiuum recepisset filium suum, ait, Ecce nūc cognoui, quoniā homo dei es tu, & uerbū domini in ore tuo certissimum. Multa sunt autem in scripturis quæ nisi illo modo pronuncient, in cōtrariam sententiā recidant: sicuti est. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, Si quasi cōfirmans respondeas, uides quanta peruersitas oriat. Sic ergo pronunciandū est, ac si dicat, Deus ne qui iustificat? ut subaudiatur, non utique. Ac per hoc apertam puto esse illam Heliæ sententiam, quam non seruata pronunciatio faciebat obscuram. De spiritu mēdacij per quem deceptus est Achab, hoc intelligamus, quod iam superius aperte tractatum arbitror: deum scilicet omnipotentē & iustum distributorem pœnarum præmiorumque pro meritis, non solum bonis & sanctis ministris uti ad opera cōgrua, sed etiā malis ad opera digna: cum illi pro sua peruersitate nocere appetāt, sinant aūt tantū quantū ille iudicat, qui omnia in mensura & pondere & numero disponit. Dixit autē hoc Micheas propheta quomodo sibi fuerit B demōstratū. Occulta enim res & nimis secreta ita demonstratur prophetis, sicut potest capere sensus humanus, cum etiā rerum imaginibus in reuelationib. tanquā uerbis instruitur. Nam quomodo deus hæc agat ubique præsens & ubique totus ac semp præsens: & quomodo eius simplicem & incōmutabilem æternamque ueritatem cōsulant sancti angeli omnesque ab eodē creati sublimes & dissimi spiritus, atque id quod in eo sempiterne iustū uident, pro cōgruentia rerum inferiorum temporaliter peragant: quomodo etiam lapsi spiritus, qui in ueritate non steterūt, propter immūdiciam & infirmitatem concupiscentiarū & pœnarū suarum, nō ualentes præsentem intrinsecus contueri C & cōsulere ueritatem, signa forinsecus per creaturam expectent, eisque moueant siue ad faciendum aliquid siue ad nō faciendū: quoue modo cogant æterna lege qua uniuersitas regitur uincti atque cōstricti, uel sinente deo operari, uel cedere iubēti et cōpellenti, arduum & explicare longissimum est. Vereor autem ne ista quæ sunt a me dicta, & non satisfecerint expectationi, & tædio fuerint grauitati tuæ: quandoquidem cum tu ex omnib. quæ interrogasti unū à me libellū mitti uelles, ego duos libros eosdēque lōgissimos, misi, & fortasse quæstionib. tuis nequaquā diligēter expediteque respondi. Quam obrē preces tuas pro erratis meis multas et assiduas peto fieri: sententiam uero de hoc opere tuam breuissimā, sed grauissimam flagito, & dum sit uerissima, seuerissimam non recuso.

Quæstio V
3 Reg. 17
Rom. 8
3 Reg. 22

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE VIII DVLCITII QVAESTIONIBVS LIBER

Præfatio

QVANTVM mihi uidetur dilectissime fili Dulciti, nō tardaui respōdere interrogationib. tuis. Per Pascha quippe hoc āno q̄ Dñicus eius fuit tertio Calēdas Aprilis, à Carthagine mihi missas literas tuę dilectionis accepi. Post eos aūt dies sanctos confestim Carthaginē sum pfectus. In qua ciuitate nihil me dictare pmisit occupationū quę ibi nō pōt deesse nimia multitudo. Sed posteaquam inde regressus sum, pactis apud nostros qndecim diebus, qui me post absentiā diuturnā curare alia compulerūt (nā post tres mēses redire pmissus fū) rescribere ista nō distuli, et abs te missis q̄stiōibus, quæ à me p diuersa opuscula mea iam fuerāt ptractata, ex eisdē opusculis reddere, uel solutionē uel certe disceptationem

nem meam. Deniq; illud tantũmodo ubi quæris
quare dixerit dominus nimirum præscius futuro
rum. Elegi Dauid secundũ cor meum, quũ ille ta-
lia & tanta cõmiserit, ubi tractauerim, & quomo-
do id exposuerim, nõ potui reperire, & utrũ sit in
aliquo libro meo uel Epistola nescio. Ac per hoc
quoniam mihi de hoc intulisti nouę disputationis
necessitatem, in hac mea rescriptione id ultimum
feci, prius uolens ea ponere, quę habebam in aliјs
meis uoluminib. præparata: ut nec studio tuæ san-
ctitatis deessem, quod mihi est gratissimũ, nec alio
Quæstio 1 modo eadẽ dicere cogerer, quod mihi esset labo-
riosissimũ, nec te aliquo amplius adiuuaret. Pri-
ma itaq; propositio tua est, utrũ aliquãdo qui sunt
post baptismũ peccatores, exeant de gehẽna. Ali-
quantorũ nãq; super hoc, inquis, diuersa sententia
est, respondentium, sicut est iustorum præmiũ, ita
peccatorũ finem non habere tormenta. Asseuera
re etenim cupiunt tam perpetim uindictã mane-
re ꝙ premium. Quibus cõtra præscribit Euangeli
Matth. 5 ca illa sentẽtia quæ ait, Non inde exies donec red-
das nouissimũ quadrantem. Super est ergo ut hoc
reddito possit exire. Credimus hoc etiã Apostoli
1 Cor. 3. definitione scribentis. Ipse aũt saluus erit, sic tamẽ
quasi per ignẽ, Sed quoniã alibi legimus inquis,
Matt. 1 Et non cognouit eam donec peperit: quod ita in-
terpretari non possumus, idcirco de hoc cupimus
fieri certiores. Hucusq; est propositio tua. Cui re-
Cap. 14 spondeo ex libro meo qui inscribit̃, de fide & ope
ribus, ubi de hac re ita locutus sum: Iacobus autem
intantũ uehementer infestus est eis qui sapiũt fidẽ
sine operibus ualere ad salutem, ut illos etiam dæ
monib. compararet dicens, Tu credis quoniã unus
Iaco. 2 est deus: bene facis, & dæmones credunt & cõtre
miscunt. Quid breuius, uerius uehemẽtiusq; dici
potuit, cum in Euangelio legamus hoc dixisse de
monia, quum Christum filium dei confiterent̃, &
ab illo corriperent̃, quod in Petri confessione lau
datum est? Quid ꝓderit, ait Iacobus, fratres mei,
si fidem dicat se quis habere, opera autem non ha-
bet. Nũquid poterit fides saluare eum? Dicit etiã,
Quia fides sine operibus mortua est. Quousq; er-
go falluntur, qui de fide mortua sibi uitam perpe-
tuam pollicent̃. Quapropter diligẽter oportet at
tendere quomodo accipienda sit Pauli illa senten
tia, plane ad intelligendũ difficilis, quum ait, Fun-
1 Cor. 3 damentũ autẽ aliud nemo potest ponere, præter
id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Si quis
autẽ superædificat super fundamentũ hoc aurum,
argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipu-
lam, uniuscuiusq; opus manifestabitur. Dies enim
declarabit, quia in igne reuelabit̃, & uniuscuiusq;
opus quale sit ignis probabit, Si cuius opus per-
manserit, quod superædificauit, mercedem acci-
piet. Si cuius autem opus arserit, damnum patie-
tur: ipse aũt saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem.
Quam quidam sententiã ita intelligẽdam putant,
ut illi uideantur ędificare super hoc fundamentũ,
aurum, argentum & lapides preciosos, qui fidei
quæ in Christo est bona opera adiјciũt: illi aũt fœ-
num, ligna, stipulam, qui cum eandem fidem ha-

beant, male operantur. Vnde arbitrant̃ per quas-
A dam pœnas ignis eos posse purgari ad salutẽ per-
cipiendam merito fundamẽti. Hoc si ita est, fatea-
mur istos laudabili charitate conari, ut omnes in-
discrete admittant̃ ad baptismum, non solũ adul-
teri & adulteræ contra sententiã domini falsas nu
ptias prætendentes, uerum etiam publicæ meretri
ces in turpissima professione perseuerantes, quas
certe nulla etiam negligentissima Ecclesia consue
uit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione li
beratas. Sed ista ratiõe cur nõ omnimodo admit-
tantur, omnino non uideo. Quis enim non malit
eas posito fundamẽto, licet ligna, fœnum & stipu
lam congerant, aliquanto certe diuturniore igne
purgari, ꝙ in æternum perire? Sed falsa erunt illa
quæ obscuritatẽ ambiguitatẽq; non habent. Si ha
B beam omnem fidem, ita ut montes transferã, cha- 1 Cor. 13
ritatem autem nõ habeam, nihil sum. Et quid pro- Iaco. 2
derit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, ope
ra aũt nõ habeat, nũquid poterit fides saluare eũ?
Falsum erit & illud, Nolite errare, neq; fornicato- 1 Cor. 6
res, neq; idolis seruiẽtes, neq; fures, neq; auari, ne-
que adulteri, neq; molles, neq; masculorum cõcu
bitores, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces
regnum dei possidebunt. Falsum est & illud, Ma- Gal. 5
nifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes,
immundiciæ, impudicitia, luxuria, idolorum ser-
uitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmula-
tiones, animositates, dissensiões, hæreses, inuidiæ,
ebrietates, comessationes, & his similia, quę prędi
C co uobis sicut predixi, quoniam qui talia agũt, re-
gnum dei nõ possidebunt. Falsa erunt hæc, Si eñi
tantũmodo credant & baptizent̃, quãuis in ma-
lis talibus perseuerent, salui erunt per ignem, atq;
ideo in Christo baptizati etiam qui talia agũt, re-
gnum dei possidebunt. Frustra autẽ dicit̃, Et hæc 1 Cor. 6
quidẽ fuistis, sed abluti estis, quãdo & abluti hæc
sunt. Inaniter etiam illud à Petro dictũ uidebitur,
Sic & uos simili forma baptisma saluos fecit, non 1 Petri 3
carnis depositio sordiũ, sed consciẽtiæ bonæ inter
rogatio: siquidẽ & habẽtes pessimas conscientias
omnium flagitiorum & scelerũ plenas, nec eorũ
malorum pœnitentia mutatas, tamẽ baptisma sal
uos facit: propter fundamẽtum enim quod in eo-
dem baptismate ponit̃, licet per ignẽ, salui erũt. Il-
lud quoq; nõ uideo cur dominus dixerit. Si uis ue
D nire ad uitam serua mandata, & cõmemorauit ea Matth. 19
quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his nõ ser
uatis ad uitam ueniri potest per solam fidem, quæ
sine operibus mortua est. Illud deinde quõ uerum
erit quod eis quos ad sinistrã positurus est, dicet,
Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Matth. 25
angelis eius? Quos nõ increpabit quia in eum nõ
crediderũt: sed quia bona opera non fecerunt. Nã
profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operi
bus mortua est, uitam promittat æternã, propter-
ea omnes gentes segregaturũ se dixit, quæ permi-
xtæ eisdem pascuis utebantur, ut appareat eos il-
li dicturos, Domine quando te uidimus illa et illa
patientẽ, & non ministrauimus tibi, qui in eũ cre-
diderãt, sed bona operari nõ curauerãt, tanquam,

de ipsa fide mortua ad uitam perueniret æternã. An forte ibunt in ignem æternũ qui opera misericordiæ non fecerunt, & non ibunt qui aliena rapuerunt, uel corrumpendo in se templũ dei, in se ipsos immisericordes fuerunt, quasi opera misericordię prosint aliquid sine dilectione, dicẽte Apostolo, Si distribuã omnia mea pauperibus, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest: aut diligat quisquam proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui enim diligit iniquitatẽ, odit animã suã. Neq; illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt dicentes, ignem ęternũ dictum, non ipsam pœnã æternam. Per ignem quippe qui æternus erit, transituros arbitrant eos qui bus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutẽ: ut uidelicet ipse ignis æternus sit, combustio uero eorũ, hoc est operatio ignis, non sit in eis æterna: cum & hoc præuidens dominus sentẽtiam suã ita cõcluserit dicens, Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternã. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, & eos in illam ituros ueritas dixit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit, Si ergo hæc omnia & cætera quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ulla ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erũt, poterit uerus esse ille intellectus de lignis, fœno & stipula, q; hi salui erunt per ignẽ, qui solã in Christo fidem tenẽtes bona opera neglexerũt. Si aũt ista & uera et clara sunt, proculdubio in illa Apostoli sentẽtia alius requirẽdus est intellectus, atq; in his deputãda est, quæ Petrus dicit eẽ in scriptis eius quædam difficilia intellectu: quæ nõ debent homines peruertere ad propriũ suum interitum, ut cõtra euidẽtissima testimonia scripturarũ securos faciant de percipiẽda salute nequissimos, nequitię suæ pertinacissime cohærẽtes, nec emendando aut pœnitendo mutatos. Hic à me fortasse quęrat de ipsa Pauli Apostoli sententia, quid ego sentiã, & quonam modo intelligẽdam putem. Fateor malle me hinc audire intelligẽtiores atq; doctiores, qui sic eã exponãt, ut illa omnia uera & inconcussa pmaneãt quę supra cõmemoraui, & quæ cũq; alia nõ cõmemoraui: quibus apertissime scriptura testat, nihil prodesse fidem nisi eã quã definiuit Apostolus, id est, quę per dilectionem operat: sine operibus aũt saluare non posse, neq; præter ignẽ, neq; per ignem, quia si per ignem saluat, ipsa utiq; saluat. Absolute aũt dictũ est et aperte, Quid pdest si dicat quis se fidem habere, opera autẽ nõ habeat, nũquid poterit fides saluare eum? Dicam tamen & breuissime potero etiam ipse, quid sentiam de illa sententia Pauli Apostoli ad intelligendum difficili, dũmodo illud quod ad meam pfessionem attinet præcipue teneat, quod de hac me malle dixi audire meliores. Fũdamẽtum Christus est in structura architecti sapiẽtis: hoc expositiõe nõ indiget: Aperte enim dictũ est, Fundamentum enim aliud nemo põt ponere præter id quod positum est quod est Christus Iesus. Si aũt Christus, pculdubio fides Christi. Per fidẽ quippe habitat Christus in cordib. nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porrò si fides Christi, illa utiq; quã definiuit Apostolus, quæ per dilectionẽ operat. Non enim fides illa dæmonũ, cum & ipsi credant & cõtremiscant, & filiũ dei cõfiteanť Iesum, potest accipi in fundamentũ. Quare, nisi quia nõ est fides quæ per dilectionẽ operatur, sed quæ exprimitur per timorem? Fides itaq; Christi fides gratiæ Christianę, id est ea fides quæ per dilectionẽ operatur, posita in fundamẽto, neminem perire pmittit. Sed quid sit ædificare super hoc fundamentũ, aurum, argentũ, lapides preciosos: & lignum, fœnũ, & stipulam: si subtilius disserere coner, uereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio: enitar tamẽ, quã tum dñs adiuuat, & breuiter & quantũ potero dilucide expedire quod sentio. Ecce ille, qui quæsiuit à magistro bono, quid boni faceret, ut haberet uitã æternã: & audiuit, si ad uitã uenire uellet, seruãda sibi esse mandata. Dictũ est ei. Non occides, Nõ mœchaberis, Nõ furtũ facies, Non falsum testimoniũ dices, Honora patrẽ tuum & matrẽ tuã, Et diliges proximũ tuum tanquã teipsum: Hæc faciens in fide Christi, teneret pculdubio fidẽ quæ per dilectionẽ operatur. Neq; enim diligeret proximũ tanquã seipsum, nisi recepta dilectione dei, sine qua nõ diligeret seipsum. Porrò si faceret etiã quod dñs addidit, dicẽs, Si uis perfectus esse: uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me: ædificaret super illud fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides preciosos: non enim cogitaret, nisi quomodo placeret deo. Et hæ cogitationes sunt, quantũ ęstimo, aurũ, argentũ, lapides preciosi. Porrò si circa diuitias suas carnali quodã teneret affectu, quanuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq; moliretur, aut earũ minuendarũ uel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiumúe laberetur: alioquin iam se isto modo ab illius fundamẽti stabilitate subtraheret, sed propter carnalem, ut dixi, quẽ in eis habebat affectum, quo talibus bonis sine dolore carere nõ posset, ędificaret super fundamentũ illud lignũ, fœnũ, stipulam: maxime si & uxorem sic haberet, ut etiam pter ipsam cogitaret ea quæ sunt mũdi: quomodo placeret uxori. Hæc igit quoniã affectu dilecta carnali, non sine dolore amittunť, propterea qui sic ea habent, ut habeant in fundamento fidẽ, quæ per dilectionẽ operat, nec huic ista ulla ratione uel cupiditate preponant, in eorũ amissiõe passi detrimentũ, per ignem quendã doloris perueniũt ad salutem. A quo dolore atq; detrimẽto tanto est quisq; securior, quãto ea uel minus amauerit, uel tanquã nõ habẽs habuerit. Qui uero pter illa, uel tenẽda, uel adipiscẽda, homicidiũ, adulteriũ, fornicationẽ, idololatriã, & similia quęq; cõmiserit, nõ propter fundamentũ per ignẽ saluabiť, sed amisso fundamento, ęterno igne torquebiť. Quamobrẽ & illud quod dicũt ueluti probare cupiẽtes, quãtũ ualeat sola fides, ubi Apostolus dicit, Quod si infidelis discedit, discedat: nõ est eñ seruituti subiectus frater uel soror in huiusmodi: id est ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima

legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquat, si cũ uiro Christiano, propter hoc qa Christianus est, permanere noluerit, nõ attẽdũt eo modo illã rectissime dimitti, si uiro suo dicat, Nõ ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cõgeras: aut nisi solita lenocinia, quib. nostrã domũ transigebas, etiã Christianus exerceas: aut si quid aliud uel facinorosum uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinẽ explebat, uel facilẽ uictum habebat, uel etiã incedebat ornatior. Tunc eñ ille cui hoc dicit, si ueraciter egit poenitentiã ab operib. mortuis, quando accessit ad baptismũ, habetq; in fundamẽto fidẽ quæ p dilectionẽ operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, q̃ carnis luxuriæ, & mẽbrũ quod eũ scandalizat, fortiter amputat. Quemcunq; aũt in hac direptione dolorẽ cordis propter carnalẽ affectũ cõiugis sustinebit, hoc est detrimẽtũ quod patietur, hic est ignis per quẽ foeno ardente ipse saluabitur. B Si aũt iam sic habebat uxorẽ tanquã non habens, nõ propter cõcupiscentiã, sed propter misericordiam, ne forte eam saluã faceret, reddens potius q̃ exigẽs debitũ cõiugale, profecto nec dolebit carnaliter, cum ab illo tale connubiũ separabitur: neq; enim in ea cogitabat, nisi quæ sunt dei, quomodo placeret deo. Ac per hoc in quantũ aurum, argentum, & lapides preciosos illis cogitationib. super ædificabat, in tantũ nullum detrimentũ patietur, in tantũ eius structura, quæ nõ erat foenea, nullo incendio cremabitur. Siue ergo in hac tantũ uita ista homines patiuntur, siue etiã post hanc uitam talia quædã iudicia subsequuntur, non abhorret, quantũ arbitror, à ratione ueritatis iste intellectus huius sententiæ: ueruntamẽ etiã si est alius, qui mihi non occurrit, potius eligendus, istũ q̃ diu tenemus, nõ cogimur dicere iniustis, nõ subditis, sceleslis, contaminatis, patricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorũ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundũ Euangeliũ gloriæ beati dei: si tantũmodo in Christum credatis, & sacramentũ baptismi eius accipiatis, etiã si uitã istã pessimã non mutaueritis, salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia domi-
Matth. 15 nus quod petebat ei dedit, cum ante dixisset: Nõ est bonum tollere panem filiorũ, & mittere canibus: quia ille cordis inspector mutatã uidit, quando laudauit: & ideo non ait: O canis, magna est fides tua: sed, O mulier, magna est fides tua. Mutauit uocabulũ, quia mutatũ uidit affectũ, atq; illam correptionẽ ad fructum peruenisse cognouit. Miror aũt si laudaret in ea fidem sine operibus, id est, fidem non talem quæ per dilectionẽ posset operari: fidem mortuã, & quod Iacobus dicere minime dubitauit, fidem non Christianorũ, sed dæmonũ. Postremo si istam Chananæam nolunt intelligere mutasse perditos mores, quãdo eam Christus cõtemnẽdo & corripiẽdo redarguit: quoscũq; inuenerint tantũmodo credere, uitã uero inquinatissimam, nec saltẽ occultare, sed etiã libere profiteri, ac nolle mutare: sanent filios eorũ si possunt, sicut

A sanata est filia Chananææ mulieris: nõ tamen eos faciant membra Christi, cum ipsi esse nõ desinant mẽbra meretricis. Itẽ in eo libro cui titulus est De fide, spe, & charitate, quem scripsi ad filiũ meum, fratrem tuum Laurentiũ, ista de hac re uerba mea sunt: Creduntur, inquam, à quibusdã, etiã hi qui nomen Christi nõ relinquũt, & eius lauacro in ecclesia baptizantur, nec ab ea ullo schismate uel hæresi præciduntur, in quãtislibet sceleribus uiuant, quæ nec diluãt poenitendo, nec eleemosynis redimãt, sed in eis usq; ad huius uitæ ultimũ diem pertinacissime perseuerent, salui futuri per ignẽ: licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, nõ tamẽ æterno igne puniti. Sed qui hoc credũt, et tamẽ catholici sunt, humana quadã beneuolentia mihi falli uidentur: nam scriptura diuina aliud cõsulta respõdet. Librũ aũt de hac quæstione conscripsi, cuius titulus est De fide & operibus: ubi secundũ scripturas sanctas, quantum deo adiuuãte potui, demõstraui eam fidẽ saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus apostolus dicẽs: In Christo enim Iesu neq; circuncisio quicquã ualet, neq; præputiũ, sed fides quæ per dilectionẽ operatur. Nam fides quæ per dilectionem nõ operatur, proculdubio secundũ apostolum Iacobum, mortua est in semetipsa. Qui rursus ait: Si fidem dicat se quis habere, opera aũt non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Porrò aũt si homo sceleratus propter fidem solam per ignem saluabitur, & sic est accipiendũ quod ait beatus Paulus apostolus: Ipse aũt saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ: poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus: Falsum erit & illud quod idem ipse Paulus dixit: Nolite, inqt, errare: neq; fornicarores, neq; idolis seruiẽtes, neque adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; maledici, neq; ebriosi, neq; rapaces regnũ dei possidebũt. Si eñ etiam in istis perseuerantes criminibus, tamẽ propter fidem Christi salui erũt, quõ in regno dei nõ erunt? Sed quia hæc apostolic[illegible] manifestissima & apertissima testimonia falsa esse nõ possunt, illud quod obscure dictum est de his qui ædificant super fundamentũ, quod est Christus, non aurũ, nõ argentũ, nõ lapides preciosos, sed ligna, foenum, stipulam: de his enim dictũ est, q̃ per ignem salui erunt, quoniã fundamẽti merito nõ peribunt: sic intelligendũ est, ut his manifestis non inueniatur contrariũ esse. Ligna quippe & foenum & stipula nõ absurde accipi possunt rerũ seculariũ, quamuis licite concessarũ, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in fundamento locũ habet, id est, ut ei nihil anteponatur, & malit homo, qui tali dolore uritur, rebus quas ita diligit, magis carere q̃ Christo, per ignem fit saluus. Si autem res huiusmodi temporales ac seculares tempore tentationis maluerit tenere q̃ Christum, eũ in fundamento non habuit: quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio non sit aliquid prius fundamento. Ignis enim, de quo eo loco loquutus est apostolus

Gal. 5 · Iac. 2 · 1 Cor. 3 · C · 1 Corint. 6 · 1 Cor. 3 · D

Paulus, talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant: id est, & qui ædificat super hoc fundamẽtũ, aurũ, argentũ, lapides preciosos: & qui ædificat lignum, fœnũ, stipulam. Cum enim hoc dixisset, adiunxit, Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permãserit, quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus aũt exustum fuerit, damna patiet: ipse aũt saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Non ergo unius eorũ, sed utriusq; opus ignis probabit. Est quidẽ ignis tẽtatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulatiõis. Iste ignis in hac interim uita facit q̃d Apostolus dixit, si accidat duobus fidelibus: uni scilicet cogitanti quæ dei sunt, quõ placeat deo: hoc est, ædificãti super Christum fundamentũ, aurũ, argentũ, lapides preciosos: alteri aũt cogitanti ea quę mũdi sunt, quomodo placeat uxori: id est, ædificãti super idem fundamentũ, ligna, fœnum, stipulã: illius enim opus non exuritur, quia nõ ea dilexit, quorũ amissione crucietur. Exuritur autẽ opus huius, quoniam sine dolore nõ pereunt quę cũ amore possessa sunt. Sed quoniã alterutra conditione proposita, eis potius carere malit, q̃ Christo, nec timore amittẽdi talia deserit Christũ, quã uis doleat dum amittit, saluus est quidẽ, sic tamen quasi per ignẽ: quia urit eum rerum dolor, quas dilexerat, amissarũ, sed nõ subuertit neq; consumit, fundamẽti stabilitate atq; incorruptione munitũ. Tale aliquid etiã post hanc uitam fieri incredibile nõ est, & utrũ ita sit, quæri potest. Et aut inueniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatoriũ, quãto magis minus' ue bona pereuntia dilexerũt: tanto tardius citius q̃ saluari: non tamen tales, de quibus dictum est, q; regnũ dei non possidebunt, nisi cõuenienter pœnitẽtib. eadem crimina remittanť. Conuenienter aũt dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantũ tribuit scriptura diuina, ut earum tantũmodo fructum se imputaturum prænunciet dominus dextris, & earum tantũmodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ dei: illis autem, Ite in ignem æternũ. Hæc de duob. opusculis meis satis puto quæstioni tuæ fuisse respõsũ. De illa uero sententia dñi, Nõ exies inde donec reddas nouissimũ quadrantẽ: respondere mihi necesse non fuit, cũ iam tu ipse quæstionem similẽ ex Euangelij lectione solueris, ubi scriptum est, Nõ cognouit eam donec peperit. Sanẽ ut non te cęlem de hac re cogitationẽ meam, uellem, si fieri posset, imò uero uolo, si fieri potest, in hac quæstione ueritate superari. Illud enim quod dicitur quandoq;, & si plurimi tẽporis, eos qui in catholica cõmunione moriunť, q̃uis usq; in finẽ uitæ huius flagitiosissime & sceleratissime uixerint, de pœnis ultricib. exituros, familiarius meũ tãgit affectũ, quem habemus circa eos, qui nobiscũ corporis & sanguinis Christi sacramẽta communicãt: quãuis eorũ mores perditos oderimus, quos disciplina ecclesiastica emendare nõ possumus, aut à mensa dominica separare: sed à ueritate uinci uolo, quæ sacris literis apertissime non resistit. Non eñ quę resistit, dicẽda est ulla ratione ueritas, uel putãda. Sed interim donec audiamus tale aliquid aut legamus, auscultemus ei qui dicit, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, &c. regnũ dei possidebũt, quia si talia sunt, quæ contradicũt, ut horum uerborum Apostolicorum manifestationem in alios sensus ducere ne queant, profecto aduersus ea nos instruxit, & paratos esse uoluit idẽ apostolus dicẽs, Hoc aũt scitote intelligẽtes, quoniã omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorũ seruitus, nõ habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanib. uerbis. Cum ergo audierimus quosdã fornicatores, & immundos, & auaros per ignẽ saluari, ut habeãt hæreditatẽ in regno Christi & dei, nõ obsurdescamus cõtra istũ reclamantẽ & dicentẽ, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus nõ habet hæreditatem in regno Christi & dei: & ne acquiescamus illius uerbis cõtinuo sub ijcientem. Nemo uos seducat inanibus uerbis.

Vtrũ oblatio quæ fit pro quiescẽtibus, aliquid eorum conferat animabus, cum euidenter nostris aut subleuemur actibus, aut grauemur: cum siquidem legamus, q; in inferno nemo possit iam confiteri. Ad quod multi dicunt, quod si aliquis beneficij in hoc locus possit esse post mortẽ, quanto magis sibi anima ferret ipsa refrigeria, sua per se illic confitendo peccata, q̃ in eorũ refrigeriũ ab alijs oblatio procuratur. Dixi aliquid de hac re in eo libro, quẽ nuper ad sanctum Paulinũ Nolanũ episcopum scripsi, cũ me consuluisset: Vtrũ sepultura, quę fit in memorijs martyrũ, prosit aliqd spiritib. mortuorũ. Inde est hoc quod his ad te literis insero. Diu, inquã, sanctitatis tuæ coepiscope uenerande Pauline scriptorũ debitor fui, ex quo mihi scripsisti p̃ homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærẽs à me, utrum prosit cuiq; post mortem, q; corpus eius apud sancti alicuius memoriã sepeliať. Hoc enim abs te uidua memorata petierat, p̃ defuncto in eis partib. filio suo, & rescripseras cõsolans eã, idq; etiã nũcians de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, quod materno & pio affectu desiderauit, esse completũ, ut scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneret. Qua occasione factũ est, ut per eosdẽ perlatores literarũ tuarũ ingereres huiuscemodi quæstionẽ: atq; ut responderem quid mihi exinde uidereť exposcẽs, nec tacens ipse quid sentias: nã dicis uideri tibi, non esse inanes motus animorũ religiosorũ atq; fidelium pro suis ita curantiũ. Adiũgis etiã uacare nõ posse q; uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit: ut hinc & illud conijci possit, homini prodesse post mortẽ, si fide suorũ humãdo eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiã isto modo quæsita sanctorũ. Sed cũ hæc ita sint, quomodo huic opinioni contrariũ nõ sit, quod ait Apostolus: Omnes eñ astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonũ, siue malum: nõ te satis uidere significas. Hæc quippe Apostolica sen-

sententia ante mortē admonet fieri, quod possit prodesse post mortē: nō tūc quādo iā recipiendū est, quod quisq; gesserit ante mortē. Verū hæc ita soluitur quęstio, quoniā quodam uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore uiuit, ut aliquid adiuuent ista defunctos: ac per hoc secundū ea quæ per corpus gesserūt, eis quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint, adiuuātur. Sunt enim quos omnino nihil adiuuāt ista: siue pro eis fiant quorū tam mala sunt merita, ut neq; talib. digni sint adiuuari: siue pro eis quorum tam bona sunt, ut talib. nō indigeāt adiumētis. Genere igitur uitæ quod gessit quisq; per corpus, efficit ut prosint uel non prosint, quæcūq; pro illo pie fiunt, cum reliquerit corpus: nā meritū per quod ista prosint, si nullum comparatū est in hac uita, frustra quærit post hāc uitā. Ita fit ut neq; inaniter ecclesia, uel suorū cura pro defunctis, quod potuerit religionis impēdat, & tamē ferat unusquisq; secundum ea quæ gessit per corpus, siue bonū, siue malum, reddente dño unicuiq; secundū opera eius. Vt enim hoc quod impēditur possit ei prodesse post corpus, in ea uita est acquisitū, quā gessit in corpore.

In Enchiridio cap. 109 Dixi etiā tale aliquid ad Laurentium, quod ita se habet: Tempus autem, inquā, quod inter hominis mortem & ultimā resurrectionē positum est, animas abditis receptaculis cōtinet, sicut unaquęq; digna est uel requie uel erumna, pro eo quod sortita est in carne dum uiueret.

4 sent. distin. 45. c. neq; negandum Neq; negandum est defunctorū animas pietate suorū uiuentiū releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cū uiuerent, ut hęc sibi postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam uiuēdi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortē: nec tam malus, ut ei nō prosint ista post mortē. Est uero talis in bono, ut hæc non requirat: est & rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cū hæc uita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritū comparatur, quo post hanc uitā possit releuari quispiā, uel grauari. Nemo autem se speret, quod hic neglexit, cū obierit, apud deum promereri. Non igitur ista quæ p defunctis commendandis frequentat ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictū est,

2. Cor. 5 Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonū siue malum: quia etiam hoc meritum sibi quisq; cū in corpore uiueret comparauit, ut ei possent ista prodesse: nō enim omnibus prosunt. Et quare nō omnib. prosunt, nisi ppter differentiā uitæ, quā quisq; gessit in corpore? Cū ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcunq; eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnib. offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro nō ualde malis propitiationes sunt, pro ualde malis etiā, si nulla sunt adiumenta mortuorū, qualescunq; uiuorū consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio: aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Quæst. III Tertia tua quæstio est, Vtrū statim in aduentu domini credēdum sit futurū esse iudicium, an spatio interposito temporis? In cuius diebus aduētus, quoniam legimus, inquis, q qui supererūt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum dño futuri sunt: nosse desidero, utrū mox iudicium comitetur aduentū: & ij qui rapientur in nubes, an soluantur in mortē? nisi forte ad uicem mortis ipsam immutationē debeamus accipere. 1 Thess. 4

Huic interrogationi tuæ, qua quæris, utrum in aduentu domini mox credendū sit futurū esse iudicium, puto q sufficiat fides symboli, qua confitemur Christū à patris dextera esse uenturum ad uiuos & mortuos iudicādos. Cū ergo ipsa sit ei causa ueniędi, quid aliud acturus est mox ut uenerit, nisi propter quod ueniet? De illis aūt qui rapientur in nubibus, in quadā epistola, quam scripsi ad filiū meū nomine mercatorē, quæ incipit, Proculdubio notissimū uobis, cū me cōsuluisset de quibusdam quęstionibus Pelagianorum, qui negant mortem esse peccato retributā, quatenus disputauerim, in subditis lege. Non est inter epistolas

Illi autē, inquā, de quibus dixit Apostolus, cum loqueretur de resurrectione mortuorum, Et nos uiuētes qui reliqui sumus simul cū illis rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & ita semper cum domino erimus: afferūt quidem aliquid quæstionis, sed propter seipsos, nō propter istos: nam & si non sunt etiā ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino nō uideo, cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus, Enoch scilicet & Helia. Sed reuera quantum ad uerba beati Apostoli pertinet, uidetur asserere quosdā in fine seculi aduenięte domino, cū futura est resurrectio mortuorum, nō esse morituros, sed uiuos repertos, in illam immortalitatem, quæ sanctis etiā cæteris datur, repēte mutandos, & simul cum illis rapiendos, sicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi uisum est, quotiens de his uerbis uolui cogitare. Sed uellem hinc potius audire doctiores: ne illis etiam qui putāt aliquos morte nō præcedente uiuificatos, ad uitam transituros perpetuam, dicere inueniatur Apostolus, Stulte tu quod seminas, nō uiuificatur, nisi prius moriatur. 1 Cor. 15

Nam & illud quod in plerisq; codicibus legitur, Omnes resurgemus, unde fieri poterit, nisi omēs moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et quod nonnulli codices habent, omnes dormiemus: mulro facilius & apertius id cogit intelligi: & si quid aliud tale in sanctis libris inuenitur ad id uidet impellere, ut nullos hominū existimemus immortalitatem, nisi mors præcesserit, adepturos. Proinde ubi dixit Apostolus, Et nos uiuētes qui reliqui sumus, in aduentu domini nō pręueniemus eos qui ante dormierūt: ipse em̄ dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descēdet de cœlo, & mortui in Christo resurgēt primi: deinde nos uiuētes, qui reliqui sumus, simul cū illis rapiemur in nubib. obuiā Christo in aera, et ita semper cum dño erimus. 1. Thess. 4

Vellem de his uerbis, ut dixi, audire doctiores: & si mihi potuerint hæc ita exponi, ut in eis possit intelligi, omēs homines q uiuūt uel post nos uicturi sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquādo aliter sensi.

Neq;

Neq; enim debemus esse indociles doctores, &
certe melius homo corrigitur prauus, q̃ frāgitur A
durus: cum ijs quæ descripsimus, ita nostra uel a-
liorum exerceatur uel erudiatur infirmitas, ut ta-
men in eis nulla uelut canonica cōstituatur auto-
ritas. Si aũt in his uerbis Apostoli nullus alius sen
sus poterit reperiri, & hoc eũ intelligi uoluisse cla
ruerit, quod uidentur ipsa uerba clamare: id est, q
futuri sint in fine seculi, & secūdo aduētu dñi, qui
nō expolient corpore, sed superinduant immor-
talitate, ut absorbeatur mortale à uita: huic senten
tiæ proculdubio conueniet, quod in regula fidei
cōfitemur, uenturũ dñm, iudicaturũ uiuos & mor
tuos: ut non hic intelligamus uiuos iustos, mor-
tuos aũt iniustos, quãuis iudicandi sint & iusti &
iniusti: sed uiuos, quos nondũ exijsse, mortuos aũt B
quos iam exijsse de corporibus, aduentus eius in-
ueniet. Quæ si ita esse constiterit, illa uerba excu-
1 Cor. 15 tienda erunt, quomodo sic accipiamus, Tu quod
seminas nō uiuificat, nisi prius moriatur: & illud,
Omnes resurgemus: siue, Omnes dormiemus: ut
nō aduersent huic sententiæ, qua quidã credunt
etiã cum suis corporib. in æternũ nō gustata mor-
te uicturi. Sed utrũlibet horũ ueracior & perspica
cior intellectus inueniatur, quid ad causam perti-
nebit istorũ, siue omnes debita morte plectantur,
siue aliquib. ab hac exceptis cōditione parcatur:
cũ tamen cōstet nō solũ mortē animæ, uerũ etiam
corporis secuturã non fuisse, si peccatũ nō præcess
sisset: & gratiæ mirabiliore uirtute iustos à morte
ad æternã beatitudinē reuiuiscere, q̃ in mortis ex
periennã nō uenire. Hæc propter illos, de quibus C
mihi scripsisti, satis dicta sint: q̃uis eos iam nō exi
stimem dicere, etiã si non peccasset Adã, fuisse uel
corpore moriturũ. Cæterum quod attinet ad quæ
stionem resurrectionis, propter illos qui credunt
nō esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immor
talitatē sine morte media trãsituri, inquisitio dili-
gentior adhibenda est, & si quid hinc absolutũ ac
definitũ disputatione rationabili atq; perfecta uel
audisti, uel legisti, uel etiã ipse adhuc audire, aut le
gere, aut excogitare potueris, peto mihi mittere
nō graueris. Ego enim, quod cōfitendũ est chari-
tati tuæ, plus amo discere q̃ docere: nã hoc admo
Iac. 1 nemur etiã dicēte apostolo Iacobo, Sit aũt omnis
homo uelox ad audiendum, tardus aũt ad loquen
dum. Vt ergo discamus, inuitare nos debet suaui- D
tas ueritatis: ut aut ē doceamus, cogere necessitas
charitatis: ubi potius orandũ est, ut trāseat ista ne-
cessitas, qua hominem docet aliquid homo, & si-
mus omes docibiles dei: q̃uis & hoc simus, cũ ea
quæ ad uerã pietatē pertinent, discimus, etiã quan
1 Cor. 3 do illa docere uidet homo: quia neq; qui plantat,
est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat
deus. Cũ itaq; si deus incrementũ nō daret, nō es-
sent Apostoli plātatores & rigatores: quanto ma-
gis ego uel tu uel quilibet huius tēporis homines
Quæst. IIII quando nobis uidemur esse doctores? Quarta
Psal. 111 tua quæstio est, quare dixerit Dauid, Potēs in ter-
ra erit semē eius, generatio rectorũ benedicetur.
Cum sciamus iustorũ filios & fuisse & esse maledi

ctos: et iniustorũ, et fuisse et esse benedictos. Huic
quæstioni de psalmi ipsius expositione respōdeo,
quē cum in populo tractarē dixi. Beatus enim uir
qui timet dñm, in mādatis eius uolet nimis. Vide-
rit deus, qui solus & ueraciter & misericorditer iu
dicat, quantũ iste proficiat in mandatis eius: quo-
niã tentatio est uita humana super terrã, sicut san- Iob. 7
ctus Iob dicit. Et iterũ scriptũ est, Quoniã corpus Sap. 9
quod corrumpit, aggrauat animã: & deprimit ter
rena inhabitatio sensum multa cogitantē. Qui au
tem iudicat nos, dñs est. Nec ante tempus iudica- 1 Cor. 4
re debemus, donec ueniat dñs, & illuminet abscō
dita tenebrarũ, et manifestet cogitationes cordis,
& tunc laus erit unicuiq; à deo. Viderit ergo ille
quantum quisq; proficiat, in mandatis eius tamen
uolet nimis, qui pacē illius coædificatiōis adama-
uerit: nec iã desperare debet, quoniam in mādatis
eius uolet nimis, & pax in terra hominibus bonæ
uoluntatis. Vnde potens in terra erit semen eius.
Et semen futuræ messis, opera esse misericordiæ,
Apostolus testis est q dicit: Bonũ aũt faciētes nō Gal. 6
deficiamus. Tempore eñ proprio metemus non
deficiētes. Et iterũ, Hoc aũt, inquit, qui parce semi 2 Corin. 9
nat, parce & metet. Quid aũt fratres potentius, q̃
ut regnũ cœlorũ non solum Zachæus emat dimi-
dio rerum suarũ, sed & uidua duobus minutis: &
tantundē ibi uterq; possideat? Quid potentius, q̃
ut idem regnũ & thesauris diuitis, & calice aquæ
frigidæ pauperis ualeat. Sunt autē qui ista faciunt
dum terrena conquirunt, aut hic mercedē speran
tes à domino, aut hominibus placere cupientes.
Sed generatio rectorum benedicet: id est, opera
eorũ quorũ bonus deus Israel, qui recto sunt cor-
de. Rectum aũt cor est, nō resistere patri emēdan
ti, & credere pollicēti, nō eorũ quibus cōmouen-
tur pedes, & effundunt gressus atq; labũtur, sicut
in alio psalmo canitur, dum zelant in peccatorib.
pacem peccatorũ uidentes, & putant perire ope-
ra sua, quia non eis merces reddit peritura. At iste
uir qui timet dñm, & in templum sanctũ dei con-
uersione recti cordis aptatur, nec gloriã hominũ
quærit, nec terrenas diuitias concupiscit, & tamē
gloria & diuitiæ in domo eius. Domus enim eius
cor eius est, ubi deo habitāte opulentius habitat,
cum spe uitæ æternę, q̃ hominibus habitãtibus in
marmoratis laqueatisq; tectis, cũ timore mortis
æternæ. Huius enim iustitia manet in seculũ secu-
li. Ipsa eius gloria, ipsa diuitię. Illius aũt purpura &
byssus & epulæ splendidæ, & cũ præsto sunt, tran
seunt, & cum ad finem uenerint, aquæ guttã ex di
gito stillantē desiderans, ardens lingua clamabit.
Hæc sunt quæ in dicto psalmo exposuisse me me
mini, & ad quęstiōis tuę quarto loco ꝓpositę solu
tionē satis esse nunc existimo. Quinto aũt loco id
posuisti, unde post oĩa disputaturũ me esse ꝓmi
si. Sexta tua ꝓpositio est, Vtrũ iuxta historiã li- Quæst. VI
bri Regnorũ, Pythonissa ipsum ꝓphetã Samuelē 1 Reg. 28
de inferno euocauerit? Hoc à me beatę memoriæ
Simplicianus Mediolaneñ. episcopus aliquando
quæsiuit. Quid ergo ei respōderim, subditũ lege.
Itē quæris, inquã, utrũ spiritus immundus qui erat
in

in Pythonissa, potuerit agere, ut Samuel à Saule uideret, & loqueret cum eo? Sed multo maioris miraculi est, quod ipse satanas princeps omnium immundorum spirituum potuit loqui cum deo, & petere tentandum Iob iustissimum uirum, qui etiam Apostolos tentandos petijt. Aut si hoc ideo non habet difficilem quæstionem, quia per quam uoluerit creaturam, cui uoluerit creaturæ ubique præsens ueritas loquitur, nec propterea magni meriti est cui loquitur deus, Interest enim quid ipse loquatur, quia & imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissime consulit ad salutem, & cum multis nocentib. loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus, cum anima sancti uiri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis deus creator & sanctificator longe utique maior est. Quod si hoc mouet, quod licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorum receptaculis euocare: nonne magis mirandum est, quod satanas ipsum dominum assumpsit, & constituit super pinnam templi? Quolibet enim modo id fecerit, ille etiam modus quo Samueli factum est ut excitaretur, similiter latet. Nisi forte quis dixerit, faciliorem diabolo fuisse licentiam ad dominum uiuum unde uoluit assumendum & ubi uoluit constituendum, quam ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum. Quod si illud in Euangelio nos ideo non perturbat, quia dominus uoluit atque permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudæis quanquam peruersis atque immundis, & facta diaboli facientibus, & teneri se, & uinciri, & illudi, & crucifigi, atque interfici passus est: non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinæ uoluntatis permissum fuisse, ut non inuitus, nec dominante aut subiugante magica potentia, sed uolens atque obtemperans occultæ dispensationi dei, quæ Pythonissam illam & Saulem latebat, consentiret spiritus prophetæ sancti se ostendi aspectib. regis, diuina eum sententia percussurus. Cur enim anima boni hominis à malis uiuis euocata si uenerit, amittere uideatur dignitatem suam, cum & uiui plerunque boni uocati ad malos ueniant, & agant cum eis quod officium postulat æquitatis, seruato atque incocusso decore uirtutis suæ, & illorum uitijs pro rerum præsentium, uel usu, uel necessitate tractatis? Quanquam in hoc facto potest esse alius facilior exitus, & expeditior intellectus, ut non uere spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationib. factam: quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, uel cuiusque rei aptæ ad opera huiusmodi: quæ etiam uidentur in somnis, & omnes fere imagines earum rerum, quarum imagines sunt, appellari solent nominibus. Quis enim est qui hominem pictum dubitet uocare hominem, quandoquidem & singulorum quorumque picturam cum aspicimus, propria quæ nomina incunctanter adhibemus: uelut cum intuentes tabulam aut parietem, dicimus, Ille Cicero est, ille Salustius, ille Achilles, ille Hector: hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil sint quam pictæ imagines? Vnde cherubin cum sint cœlestes uirtutes, fictæ tamen ex metallo, quod imperauit deus, super arcam testamenti magnæ rei significandæ gratia, non aliud quam cherubin illa quoque figmenta uocitantur. Item quisquis uidit somnium, non dicit, Vidi imaginem Augustini, aut Simpliciani: sed uidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore quo tale aliquid uidit nos ignoraremus: usque adeo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et Pharao spicas se dixit uidisse in somnis, & boues, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdem imagines appellari: non mirum est quod scriptura dicit Samuelem uisum, etiam si forte imago Samuelis apparuit machinamento eius qui transfigurat se uelut angelum lucis, & ministros suos uelut ministros iustitiæ. Iam uero si illud mouet, quomodo & à maligno spiritu Sauli uera prædicta sint, potest illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerint Christum, quem Iudæi non agnoscebant. Cum enim uult deus etiam per infimos infernosque spiritus aliquem uera cognoscere, temporalia duntaxat, atque ad istam mortalitatem pertinentia: facile est & non incongruum, ut omnipotens & iustus ad eorum pœnam quibus ista prædicuntur, ut malum quod eis impendet antequam ueniat prænoscendo patiantur, occulto apparatu mysteriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab angelis, prænuncient hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium dominus atque moderator uel iubet uel sinit: unde etiam spiritus Pythonicus in Actibus Apostolorum attestatur Paulo Apostolo, & Euangelista esse conatur. Miscent tamen isti fallacias, & uerum quod nosse potuerint, non docendi magis quam decipiendi fine prænunciant. Et forte hoc est, quod cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum, quod utique falsum est. Magno quippe interuallo post mortem separari bonos à malis in Euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur. Aut si propterea Samuel Sauli dixit, Mecum eris: ut non ad æqualitatem felicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, eo quod uterque homo fuerit, & uterque mori potuerit, iam quoque mortuus, mortem uiuo prænunciabat. Perspicit, quantum opinor, prudentia tua, secundum utrunque intellectum habere exitum illam lectionem, qui non sit contra fidem: nisi forte profundiore & perplexiore inquisitione, quæ uel uirium mearum, uel temporis excedit angustias, inueniatur ad liquidum uel posse uel non posse animam humanam, cum ex hac uita migrauerit, magicis carminib. euocatam, uiuorum apparere conspectibus, etiam corporis lineamenta gestantem, ut non solum uideri ualeat, sed

&agnosci. Et si potest, utrum etiã iusti anima, nõ
quidem cogat̃ magicis sacris, sed dignetur osten- A
di occultioribus mysterijs summæ legis obtempe
rans: ut si fieri nõ posse claruerit, nõ uterq; sensus
in huius scripturæ tractatione atq; expositiõe ad-
mittat̃, sed illo excluso imaginaria similitudo Sa-
muelis diabolico ritu facta intelligat̃. Sed quoniã
siue illud fieri possit, siue nõ possit, tamen fallacia
satanæ atq; imaginũ simulandarũ callida operatio
decipiendis humanis sensibus multiformis inuigi
lat: hæc diximus pedetentim quidẽ, ne inquisitio
nibus diligẽtioribus præscribamus, sed tñ potius
existimemus tale aliquid factũ à maligno spiritu
Pythonissæ illius ministerio, q̃ diu nobis aliquid
amplius excogitare atq; explicare nõ datur. Hæc
sunt quæ tunc de Pythonissa & Samuele scripsi.

Quæst. VII Septima tua propositio est, Qualiter satisfacien B
Gen. 20 dũ sit eis, qui dicũt Sarã stuprũ non effugisse, cũ di
cãt Abimelech ab eius cõuẽtione somnio esse re-
uocatũ, & immissum in eius copulã Pharaonem.
Non uideo cur ad hoc credendũ scriptura nos co
Gen. 12 gat. Accepit enim eã quidẽ uxorẽ, cõtinuoq; dita
tus est Abrahã multis Ægyptiorũ munerib. pro-
pter illã: sed nõ scriptũ est q̃ cũ ea Pharao dormie
rit, eiq; permixtus sit, quoniã deus eum multis ma
gnisq; cladibus affligendo id facere nõ permisit.
Nõ em̃ placitę regibus ad coniugiũ fœminę mox .
etiã carne copulabant̃. Sed sicut legimus in libro
Hester 2 qui prænotat̃ Hester, per aliquot menses imò per
totũ annũ, unguẽtis, pigmẽtis & aromatib. accu-
rabant̃ earũ corpora, priusquã corpori regio mi- C
scerentur. Hoc ergo spatio facta sunt illa quæ scri
pta sunt donec Pharao cõtritus & exterritus, ma-
Gen. 20 rito restituisset uxorẽ. Abimelech aũt quoniã so- .
mnio est ab eius cõmixtione prohibitus, ideoq;
Sarã nouisse stuprũ contendũt: putãt utiq; regẽ ut
somniaret, nõ nisi post eius cõcubitũ dormire po
tuisse. Quasi uero ut omittã tempus q̃ accurabant̃
ut supra dixi ad uoluptatẽ regiã corpora fœmina-
rum, non potuerit deus prius q̃ conuenirent eum
mergere in somnio, & admonere per somniũ. Di- .
cam quod factũ est in Mauritania Sitifensi. Neq;
enim deus sanctorũ, nõ ipse est etiã deus? Viduã
in proposito continẽtiæ cõstitutã Celcithius qui
dã catechumenus iuuenis rapuit, ut haberet uxo-
rem. Anteq̃ concũberet pressus somno, & terri- D
tus somnio, Sitifensi episcopo eandẽ uehemẽtissi
me requirenti, reuocauit intactã. Viuũt adhuc de
quibus loquor. Ille baptizatus, & ipso in se facto
miraculo conuersus ad dñm, ad episcopatũ mira-
bili probitate peruenit, illa in sancta uiduitate per
Lib. 22. c. 33 sistit. Quid aũt dixerim cõtra Faustũ Manichæũ,
cum calumniaret̃ patriarchæ Abrahæ, scilicet q̃
uxorẽ suam duob. regibus ad concubitũ uẽditas-
set, indignãsq; subieci, Quod aũt iustũ & fidelem
uirũ matrimonij sui infamosissimũ nundinatorẽ
appellans, auaritiæ ac uẽtris causa duob. regibus,
Gen. 12 Abimelech ac Pharaoni diuersis temporib. Sarã
coniugem suã sororẽ mentitũ, quia erat pulcherri
ma in concubitũ asserit uẽditasse, nõ ore ueridico
à turpitudine separat honestatẽ, sed ore maledico
totũ uertit in crimen. Hoc enim Abrahæ factũ le-
nocinio simile uidetur, sed nõ ualentibus ex illius
æternæ legis lumine à peccatis recte facta discer-
nere: quibus et constãtia, pertinacia uideri potest,
& uirtus fiduciæ, uitiũ putat̃ audaciæ, & quæcũq;
similiter obijciunt̃ quasi nõ recte agentib. à nõ re
cte cernẽtibus. Neq; enim Abrahã flagitio cõsen .
sit uxoris, eiusq; uẽdidit adulteriũ: sed sicut illa fa-
mulam suã nõ libidini mariti permisit, sed officio
generandi ultro obtulit, nequaq̃ turbato ordine
naturali, ubi eius potestas erat iubens potius obe
dienti, q̃ cedens concupiscẽti: sic & ipse coniugẽ
castã, & casto corde sibi cohærentẽ, de cuius ani-
mo ubi pudicitiæ uirtus habitat, nullo modo du-
bitabat, tacuit uxorẽ, dixit sororẽ: ne se occiso ab
alienigenis atq; impijs captiua possideret̃, certus
B de deo suo q̃ nihil eã turpe ac flagitiosum perpeti
sineret. Nec eũ fides aut spes fefellit. Namq; Pha-
rao territus monstris, multisq; propter eam malis
afflictus, ubi eius esse uxorẽ diuinitus didicit, illæ
sam cũ honore restituit. Abimelech autẽ somnio
cõmonitus & edoctus, similiter fecit. Nouissi- Quæst. VIII
me exponendũ poscis de spiritu dei qui superfere
batur super aquã. Quidã enim asseuerant, inquis,
spiritũ sanctum, alij mundanũ spiritũ dicũt, dicen-
tes, quia non potuit historiographus cũ creaturis
. enumerare creatorẽ, nec huic locũ aliquẽ deputa
re, qui ubiq; sit totus, cũ patre uidelicet atq; filio.
Quid ergo istorũ senserim, ex primo libro eorum
quos de Genesi duodecim, sicut potui, non secun
dum allegorias, sed secundũ rerũ gestarũ fidẽ scri-
C psi, & in hoc opusculũ transtuli. Inest, inquã, deo ,
benignitas summa & sancta & iusta: & quidã non
. ex indigẽtia, sed ex beneficentia ueniens amor in
opera sua. Propterea prius q̃ scriberet̃ dixit deus,
Fiat lux, præcessit scriptura dicens, Et spiritus dei Gen. 1
superferebatur super aquã: quia siue aquæ nomi-
ne appellare uoluit totã corporalem materiã, ut
eo modo insinuaret, unde facta & formata sint o-
mnia quæ in suis generib. iam dignoscere possu-
. mus: appellãs aquã, quia ex humida natura uide- .
mus omia in terra per species uarias formari atq;
cõcrescere: siue spiritalẽ uitã quandã ante formã
cõuersionis, quasi fluitantẽ, superferebatur utiq;
spiritus dei: quia subiacebat scilicet bonæ uolũta-
ti creatoris, quicquid illud erat, quod formandũ
D perficiendũq; inchoauerat: ut dicente deo in uer-
bo suo, Fiat lux, in bona uoluntate, hoc est, in be-
neplacito eius, pro modo sui generis maneret q̃d
factum est. Et ideo rectũ est quod placuerit deo,
scriptura dicẽte, Et facta est lux. Et uidit deus lucẽ
quia bona est. Vt quẽadmodũ in ipso exordio in .
choatæ creaturæ, quæ ex cœli & terræ nomine,
propter hoc quod de illa perficiendũ erat, cõme-
morata est, trinitas insinuat̃ creatoris: nam dicẽte
scriptura, In principio fecit deus cœlũ & terram,
intelligimus patrẽ in dei nomine, & filiũ in princi
pij nomine, qui non patris, sed per seipsum creatę
primitus, ac potissimũ spiritalis creaturæ, & cõse-
quenter etiã uniuersæ creaturæ principiũ est. Di-
cente aũt scriptura, Spiritus dei superferebat̃ sup
aquam

aquã, cõpletam cõmemoratione͂ trinitatis agnoscimus: Ita & in cõuersione atq; perfectione creaturæ, ut rerũ species digerant͂, eadem trinitas insinuat͂: uerbũ dei scilicet, & uerbi generator, cũ dicitur, Dixit deus: & sancta bonitas, in qua deo placet quicquid ei ꝓ suę naturę modulo perfectũ placet, cũ dicitur: Vidit deus quia bonum est. Sed cur cõmemorata prius, quãuis imperfecta creatura, postea cõmemorat͂ spiritus dei, prius dicente scriptura: Terra aũt erat inuisibilis & incomposita, & tenebrę erant super abyssum: ac deinde inferente: Et spiritus dei superferebatur super aquam? An quoniã egenus atq; indigus ãmor ita diligit, ut rebus quas diligit subijciat: propterea cũ memoraretur spiritus dei in quo sancta eius beneuolentia dilectioq; intelligit͂, superferri dictus est: ne faciẽdo opera sua, per indigentię necessitate͂ potius, q̃ per abundantiã beneficẽtiæ deus amare putaret͂?

1 Cor. 12 Ephes. 3 — Cuius rei memor Apostolus dicturus de charitate, supereminente͂ uiã demõstraturũ se ait. Et alio loco: Supereminente͂, inquit, scientiæ charitatem Christi. Cũ ergo sic oporteret insinuare spiritũ dei ut superferri diceretur, cõmodius factũ est, ut prius insinuaretur aliquid inchoatũ, cui superferri diceretur: nõ enim loco, sed omnia superãte ac præcellente potẽtia.

Quæstio V — Iam nũc illud quod reddendũ distuleram, paulisper intẽde. Quæris enim quare dixerit dominus nimirũ præscius futurorũ: Elegi Dauid secundũ cor meũ, cum talia tantaq; ipse homo cõmiserit. Quod quide͂, si de ipso Dauid, qui reprobato Saule & extincto fuit rex Israel, dictũ intelligamus: magis quia deus præscius futurorũ est, præuidit in eo tantã pietate͂, tamq; uerace͂ pœnitentiã, ut esset in eorũ numero, de quibus ipse dicit: Beati quorũ remissę sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatũ. (Psal. 31) Cum ergo præsciret eum deus peccaturũ, & peccata sua pia humilitate & syncera pœnitentia deleturum, cur non diceret, Inueni Dauid secundũ cor meũ: cui nõ erat imputaturus peccatũ tam multa bona facienti, & cum tãta pietate uiuẽti, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium cõtriti spiritus offerenti? Propter hęc omnia uerissime dictum est, Inueni Dauid secũdum cor meũ (Psal. 89): quia licet secundũ cor dei nõ esset ꝙ ille peccauit: tame͂ secundũ cor dei fuit, ꝙ ꝓ peccatis suis cõgrua pœnitẽtia satisfecit? Hoc solũ ergo in illo secundũ cor dei nõ fuit, quod illi deus nõ imputauit. Hoc itaq; ablato, id est, nõ imputato, quid remansit, nisi unde uerissime diceret͂, Inueni Dauid secundũ cor meũ? Si aũt hoc prophetice dictũ de Christo uelimus accipere, nullus nodus quæstionis occurret, nisi forte ut quęratur à nobis, quomõ Christũ recte isto nomine uocare potuerit. Sed respõdemus propter semen Dauid, ex quo carnem Christus assumpsit, nec sine exẽplo ratione͂ huius in Christo nominis reddimus. Inuenimus quippe apertissime Iesum Christum apud prophetã Ezechiele͂ Dauid esse appellatũ (Christus Dauid appellatus est.), ubi legit͂ ex persona dei patris: Et suscitabo super pecora mea pastore͂ unũ qui pascat ea, seruũ meũ Dauid, & ipse pascet (Ezech. 34)

ea, & ipse erit his in pastore͂: Ego aũt dominus ero eis in deũ, & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ, ego dñs locutus sum. Et alio loco, Et rex inquit, unus erit omnib. imperãs, & nõ erunt ultra (Ezech. 37) duæ gentes, nec diuident͂ amplius in duo regna, neq; polluẽtur ultra in idolis suis, & abominationibus suis, & in cunctis iniquitatib. suis: & saluos eos faciã de uniuersis sedib. suis in quibus peccauerunt, & mũdabo eos. Et erunt mihi populus, & ero eis deus, & seruus meus Dauid rex super eos & pastor unus erit omniũ eorũ. Osee quoq; Propheta, cũ prænunciaret tẽpus Iudæorũ, quale nũc habẽt, & in Christũ eos postea credituros, eũdem Christũ Dauid nomine prophetauit, dicẽs (Osee 3), Quoniã diebus multis sedebũt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationib. Sic nũc esse Iudæos ambigit nemo. Sed quod ait apostolus Paulus gentibus lo (Rom. 11) quẽs: Sicut enim uos aliquãdo nõ credidistis deo nunc aũt misericordiã cõsecuti estis propter incredulitate͂ illorũ: ita & isti nũc nõ crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiã cõsequantur. Hoc Propheta iste tãto ante prædicẽs, secutus adiunxit, Et postea reuertent͂ filij Israel, & inquirent dominũ deum suum, & Dauid regem suũ, & stupescent in domino, & in bonis ipsius in nouissimis diebus. Ecce & hic per Dauid nomen ꝓphetatus est Christus, quoniã quãdo ista prophetabãtur, ille Dauid rex Israel iam olim ante dormierat: dñs aũt Iesus ex eius semine fuerat in carne uenturus, ꝓpter quod ꝓphetico loquendi modo appellabatur Dauid. Videt͂ aũt Apostolus hoc testimonium ita posuisse in Actibus apostolorũ, ut nõ nisi de illo rege Dauid qui Sauli successit possit intelligi: Nã inter cætera: Exinde, inquit, postulauerũt (Act. 13) rege͂, & dedit illis deus Saul filiũ Cis, uirũ de tribu Beniamin annis xl. Et amoto illo suscitauit illis Dauid rege͂, cui et testimoniũ perhibẽs dixit, Inueni Dauid filiũ Iesse, uirũ secũdum cor meũ qui faciet omẽs uolũtates meas. Sed quãdo secutus adiũxit & dicit: Huius deus ex semine, secundũ promissionem, adduxit Israel saluatore͂ Iesum: altius significauit in domino Iesu potius esse intelligendum illud testimoniũ, qui uere facit omnes uoluntates dei patris, q̃ in illo rege Dauid, qui licet secundũ superiorem disputatione͂ remissis peccatis ꝓpter ipsam quoq; piã pœnitentiã non immerito dici possit inuẽtus secundũ cor dei, tamen omnes uolũtates dei quomõ fecit? Qui cũ excellẽtissime laudaret͂, quando eius tẽpora & facta enarrantur: notatus est tame͂ ꝙ nõ destruxit excelsa, ubi sacrificabat populus dei cõtra præceptum dei, qui tantũmodo in tabernaculo testimonij sibi sacrificari iusserat: quãuis etiã in eisde͂ excelsis eide͂ sacrificaretur deo: Quæ postmodum excelsa ex ipsius Dauid semine propagatus rex Ezechias, cũ testimonio magnæ suę laudis euertit. Sicut potui respõdi inquisitionib. tuis. Si q̃d de istis reb. inuenisti melius, siue inuenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim, q̃d et supra de me cõmemoraui, magis amo discere q̃ docere.

Qui uersati sunt in operibus Augustini, uel non moniti sentient hoc uolumen à studioso collectum ex uarijs locis, quæ studio commonstrauimus & alia quædam esse congesta. Quòd si opus est Augustini, qui fit ut præfatio sit percon-
A tantis Orosij nomen posterior aliquis affinxit, hoc argumento, quòd stilus præfationis cum opere reliquo non congruit. Quin ut prologi stilus dissidet ab Orosiana phrasi, ita reliquus sermo non conuenit Augustino, nisi quum ipsius uerba recitantur. Ad hæc uoces quędam admixtę, nullatenus, & ecce, & potentialiter, aliaq; consimiles indicāt recentiorem quempiam admouisse manum. Nec tamen tota collectio uidetur unius hominis: nam quęst. XXVI addita est appendix, cum insulsa pręfatiuncula: Libens adesto, & te totum ad audiendū prępara, cuiusmodi uoces aliquot & ita initio interiecit. Deniq; posteriores quęstiones prioribus sunt aliquanto frigidiores. Non damno studiū illius, qui quæ in Augustini libris & subtiliter & prolixe disputata fuerant contraxit in compēdium: uerum ad hunc modum in immensum crescunt uolumina. Hoc ita lectorem monitum esse uolui, ut si meum iudicium non probat, fruatur suo.

SEXAGINTAQVINQVE QVAESTIONVM
DIALOGVS SVB TITVLO OROSII PERCONTANTIS, & Augustini respondentis.

LICET multi & ꝓbatissimi uiri diuerso quidē stilo, sed nō diuersa fide innumerabilia opuscula ediderint, ita ut difficile sit eorū oīa legere, ea tamē quę leguntᷓ, ꝓpter eloquij uenustatē, & difficillimas quęstionū perplexitates minime intelliguntᷓ: Reuera enim, dum nituntᷓ propter altitudinē scripturæ diuinæ occultā uiā carpere, paruitati nostræ ambiguitatē non minimā reliquerūt. Sunt etiā planè spiritales uiri, qui eorū assequuntᷓ eloquiū, & penetrāt intellectū. Quorum nos dū cōcupiscentijs satisfacimus, præclare eorū sciētiæ nō æquamur, ut eas sicut illi intelligere ualeamus. Quapropter quæso te, ut percōtanti mihi respōdeas, & quæ obscuritatē faciūt, elucidare di-
Orosij quæstio gneris. In primis igitur quæro abs te, utrū deus Trinitas sit, & quib. testimonijs approbes, nosse
Augustini responsio desidero. Principiū Geneseos euidēter ostēdit. Ait enim, In principio fecit deus cœlum & terrā.
Gen. 1 Quid aūt principiū intelligendū putabimus, nisi filiū? Ipse enim de seipso interrogātib. Iudæis quis
Ioan. 8 esset, respōdit: Principiū qui & loquor uobis. Ergo principiū filius. Per filiū fecit deus cœlū & ter-
Ioan. 1 rā: Omnia ꝑ ipsum facta sunt: sicut Euāgelista Ioānes narrat: & sine ipso factū est nihil. Proculdubio in dei nomine pater, in principij nomine filius intelligēdus est. Profecto cū dixisset, In principio fecit deus cœlū & terrā: secutus adiunxit: Et spiritus dei ferebatᷓ super aquas: qui tertia est in Trinitate persona. Igitᷓ si Trinitas non esset, nunq; dominus
Mat. 28 noster Iesus Christus diceret discipulis suis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti: nec baptizato domino in Iordane à
Matt. 3 Ioāne, uox de cœlo dixisset: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: nec spiritussanctus in colūbæ specie descēdisse super eū, & mansisse diceretur. Miror infelicē Sabellianorū hæresin, hoc est Patripassianorū, q; sic cæci sunt mēte, ut tā præclara, tā aperta testimonia nō attendant. Ipsi nāq; asserūt unā esse personā, id est, ipsum filiū esse qui pater est, & ipsum spiritūsanctū. Sed nos cæcitatē ipsorū relinquēres, tres personas secūdū scripturas sanctas intelligamus, id est, aliū esse patrē qui genuit, aliū filiū qui genitus est à patre, aliū spiritūsanctum: nō aliud, quia substātia unū sunt. Personas distinguimus, nō deitatē separamus. Igitur filius dei natura est filius, nō adoptiōe. Sic em̄
Psal. 109 scriptū est, Ex utero, inquit, ante luciferum genui te. Non q; deus pater uterum habeat sicut nos, aut corporeus esse credēdus sit: sed per uterū substantiam intelligi uoluit, de qua natus est filius. Quod est pater, hoc genuit: deus deū, lux lucē. Igitᷓ sicut
B homo hominē, & canis canem gignit. Nunq; aūt uisum est ut homo genuerit canē. Ac ꝑ hoc nō de nihilo, neq; de aliqua alia substantia, sed de seipso
filiū genuit. De personarū distinctione, uel de Quæstio II
genitu filij ꝑsona satisfactū mihi esse arbitror: Nūc quæro à te q̄d credas de spiritusancto, utrū & ipse
ingenitus sit, an genitus. Spiritūsanctum neq; Responsio
ingenitū, neq; genitū fides certa declarat. Quia si dixerimus ingenitū, duos patres affirmare uidebimur. Si aūt genitū, tunc duos filios credere culpabimur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est nec genitus, sed ab utroq; procedēs: id est, à patre & filio. Et ut hæc testimonijs approbē, ipsum dn̄m nostrū Iesum Christum discipulos suos audi
C docentē: Cum aūt uenerit, inquit, paracletus quē Ioan. 15
ego mittā uobis à patre spiritū ueritatis qui à patre ꝓcedit, ille testimoniū ꝑhibebit de me. Et rursum ipse dominus noster Iesus Christus, post resurrectionē suā, ut ostenderet à se procedere spiritūsanctum sicut à patre, insufflans in discipulos suos
ait, Accipite spiritūsanctū. Item, Ego mittam pro- Ioan. 20
missum patris mei in uos. Vnus ergo spiritus est Luc. 24
patris & filij, unus amborū spiritus. Igitur q; patris sit spiritus, ipse dominus & saluator noster Iesus
Christus discipulis suis, ait: Nō enim uos estis qui Matt. 10
loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitᷓ in uobis. Et q; idem, & filij sit spiritus. Paulus aposto
lus testis est: Si quis aūt, inquit, spiritū Christi non Rom. 8
babet, hic non est eius. De singulis personis, q; Quæstio III
alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, uel
D q; filius sit genitus, & spiritussanctus ꝓcedens, secundū scripturas sanctas aduertimus: Nunc uero illud scire cupio, si deus sit filius aut spiritussanctus, uel utrū una sit substantia uel essentia, quam
Græci ὁμοούσιον uocant. Intende animo, & uere Responsio
quæ te mouēt libētius demōstrabo. Beatus Paulus apostolus, q; filius sit deus, ad Romanos scri-
bēs de Israelitis: Quorū patres, inquit, ex quibus Rom. 9
est Christus secūdum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Et iterū in Euāgelio se-
cundū Ioannē, Vt cognoscāt, inquit, te solū uerū Ioan. 17
deū, & quē misisti Iesum Christū. Ordo est uerborum, Vt cognoscāt te, & quem misisti Iesum Christum solū uerū deum. Et rursus alia scriptura dicit,

Vt

1 Ioan. 5 Vt ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto: ipſe eſt ue
rus deus & uita æterna. Et ut æqualitatẽ ſuã oſten
Ioan. 10 dat, ait ipſe dñs, Ego & pater unũ ſumus. Vnum
Ioan. 5 ſunt, ſcilicet natura, non perſona. Et iterum, Pro-
pterea, inquit, quærebant Iudæi Ieſum interficere,
quia nõ ſolum ſoluebat ſabbatũ, ſed & patrẽ ſuũ
dicebat deũ, æqualẽ ſe faciẽs deo. Et rurſum bea-
Philip. 2 tus apoſtolus Paulus, Qui cum in forma dei eſſet,
nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Non
enim poterat eſſe rapina, ubi æqualis erat natura,
quæ nõ erat uſurpata, ſed nata: Nõ rapuit, quia ha
buit: & multa innumerabilia, quæ ad momentum
nõ occurrũt. Spiritũ uero ſanctum uerũ deũ actus
Apoſtolorũ apertiſſime edocent. Anania, inquit
Act. 5 Petrus, cur tentauit ſatanas cor tuũ mentiri te ſpi-
rituiſancto? Et infra. Nõ es hominib. mẽtitus, ſed
Ioan. 4 deo. Et in Euãgelio ſecũdum Ioannem, Deus, in-
1 Cor. 7 quit, ſpiritus eſt. Paulus apoſtolus ad Corinthios
ſcribens, Neſcitis, inquit, quia corpora ueſtra tem
plum ſunt ſpiritusſancti qui in uobis eſt, quem ha
betis à deo, & nõ eſtis ueſtri: Empti enim eſtis pre
cio magno: glorificate ergo & portate deũ in cor
pore ueſtro. Pater inquã eſt deus, filius deus, ſpiri-
tusſanctus deus: Nõ tres dij, ſed unus eſt deus: Nã
ſi pater maior, filius minor, ſpiritusſanctus pluſq;
minor, quod hęretica prauitas aſſerit, iam nõ erit
unus deus, ſed tres dij, quod nefas eſt credere. Et
Deut. 6 ualde redarguit illos diuina ſcriptura. Audi Iſrael,
inquit, dominus deus tuus, deus unus eſt: Ac per
hoc ſicut nõ dicimus tres deos, nec tres eſſentias,
ita nec tres ſapiẽtias, nec tres ſpiritus. Nã interro-
gati de ſingulis pſonis: Si pater ſit ſapiẽtia uel ſpi-
ritusſanctus: reſpondemus, Pater ſapientia, & fi-
lius ſapiẽtia, & ſpiritusſanctus ſapiẽtia: Nõ tres ſa-
piẽtiæ, nec tres ſpiritus, ſed una ſapientia eſt & u-
nus ſpiritus, ſicut eſt una ſubſtantia, aut una eſſen-
tia, quia hoc eſt illi eſſe ꝗd ſapientẽ eſſe uel ſpiritũ
Quæſtio IIII eſſe. Et ſi æquales ſunt pater & filius, quõ ipſe fi
Ioan. 14 & 6 lius dicit. Pater maior me eſt. Et, Nõ ueni uolun-
Matt. 26 tatẽ meã facere, ſed uolũtatẽ eius qui me miſit. Et
Ioan. 7 iterũ, Pater ſi fieri poteſt trãſeat à me calix iſte. Et,
Reſponſio Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui me miſit?

Iſta omnia & alia quæ à te nõ ſunt dicta, ſecun-
dum formã ſerui quã aſſumpſit dicta ſunt. Igit̃ cũ
primus homo conditus eſſet à deo, & libero arbi-
trio muneratus, præceptumq; ei poſitũ eſſet, ſi cu-
ſtodiſſet quæ ei deus pręceperat, morte nõ corpo
ris, neq; animæ mulctaretur. Sed ille inobediens
mãdato dei, atq; elatus ſuperbia, ſuaſioni ſerpẽtis
obediẽs, dei præcepta cõtempſit. Et hęc cauſa ex-
titit, ut mortis periculũ incurreret, & ab illo uno
homine omnis humana natura uitioſa atq; pecca-
Rom. 5 to obnoxia mortalis exiſteret. apoſtolus Paulus,
Per unũ hominẽ, inquit, peccatũ intrauit in mun-
dum, & per peccatũ mors, et ita in omes homines
mors pertrãſijt, in quo omnes peccauerunt. Quia
ſicut per unũ hominẽ omnes homines in cõdem-
1 Cor. 15 nationẽ, ita & per unius iuſtitiã omnes homines
in iuſtificationẽ uitæ. Et iterum, Primus homo de
terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis.
Hic, inquã, homo cœleſtis eſt. Cœleſtẽ itaq; dico,
quia nõ ex humano conceptus eſt ſemine, ſed de

Maria uirgine pro noſtra ſalute aſſumptus à filio
A dei: ſicut Euãgeliſta Ioãnes teſtat̃: Et uerbum, in- Ioan. 1
quit, caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Et uerbũ
caro factũ eſt, nõ carne mutatũ, ut nõ deſiſteret eſ
ſe ꝗd erat, ſed cœperit eſſe quod non erat. Aſſum-
pſit enim carnẽ, nõ ſe cõuertit in carnem. Carnem
iſtã à parte totũ hominem intelligimus: id eſt, car-
nem & animã rationalẽ. Et ſicut primus homo &
carne & anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit
ut per mediatorẽ dei & hominũ, hominem Ieſum
Chriſtũ & carne & anima uiuificaretur. Ergo ut
ſupra diximus, ſecundũ aſſumptã hominis formã
dictum eſt, Pater maior me eſt. Video te dũ de Quæſt. V
uno filio dei inquirimus, duos introducere uoluiſ
B ſe, ut dicas filium dei, & filiũ hominis. Nõ ſunt Reſponſio
duo filij, ſed unus eſt filius. Quia ille qui erat dei fi
lius, factus eſt filius hominis in unitate perſonæ.
Quia ſicut anima & caro unus eſt homo, ita uer-
bũ & homo unus eſt Chriſtus. Duas ſubſtãtias: id
eſt, duas naturas accipimus in uno filio dei, unam
diuinitatis, & alterã humanitatis, non duas perſo-
nas: igit̃ ſi dixerimus duas eſſe perſonas, introdu-
cemus eſſe duos filios, & iam nõ eſſet trinitas, ſed
quaternitas. Profecto eñ per illud quod deus eſt,
æqualis ſemper patri, ubiq; præſens eſt, & in cœlo
totus, & in terra totus, & nullo cõtẽtus loco. Per
id quod homo, & paſſus, & mortuus, & reſurre-
xit, & aſcendit in cœlũ, ſedetq; ad dexterã dei pa-
tris: & ſic ueniet ad iudicandũ uiuos & mortuos,
quẽadmodũ uiſus eſt ire in cœlũ, in eadem forma
C carnis atq; ſubſtantia, cui profecto immortalitatẽ
dedit, naturã nõ abſtulit. Cum una ſit ſubſtãtia Quæſt. VI
patris & filij & ſpiritusſancti, quõ filius ſine patre
& ſpirituſancto ſuſcepit carnem? Neq; perſona Reſponſio
patris, neq; ſpiritusſancti, ſed ſola filij perſona ſuſ-
cepit carnem: Et ut hoc intelligas, cõparationib.
utar, ut ex creatura intelligas creatorem. Certe in
anima eſt ratio, & cum unũ ſint, aliud anima agit,
aliud ratio. Anima uiuimus, ratione ſapimus. Ita
pater & filius & ſpiritusſanctus cũ ſint una ſubſtã-
tia, tota trinitas operata eſt hominẽ, quẽ non tota
trinitas aſſumpſit, ſed ſola filij perſona. Volun- Quæſt. VII
tate genuit pater filiũ, an neceſſitate? Nec uo- Reſponſio
luntate, nec neceſſitate: quia neceſſitas in deo nõ
eſt: præire aũt uoluntas ſapientiã nõ poteſt, quod
eſt filius: igitur prius eſt rationabiliter ſapere ꝙ ra
D tionabiliter uelle. Nã quidam noſter cũ eũ interro
gaſſet hæreticus, utrũ uolens, an nolens genuerit
pater filium: laudabiliter reſpondiſſe fertur, Dic,
inquit, & tu hæretice, Deus pater neceſſitate eſt
deus, an uolũtate? Quòd ſi dixiſſet, neceſſitate: ſe-
quebatur illũ grãdis abſurditas. Si aũt, uoluntate:
reſpõdebatur illi, Ergo uolũtate eſt deus, nõ natu
ra: & ita in laqueũ quẽ uolebat ponere, ipſe inci-
dit: & uidens ſe cõuictum, obmutuit. Quomo- Quæſt. VIII
do illud intelligendũ eſt quod legitur, Sicut pater Ioan. 5
uitã habet in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere ui
tam in ſemetipſo? Scimus filium dei à ſemetip- Reſponſio
ſo non eſſe, ſed à patre genitũ eſſe, patrem uero à
nullo genitũ eſſe, à nullo uitã accepiſſe. Dedit pa-
ter filio uitã gignendo, non ꝙ prius fuerit filius ſi-
ne uita, & poſtea acceperit uitã, ſicut nos qui per

peccatū amisimus uitā, & per gratiā saluatoris recepimus: ideo dicitur, accepit uitā: quia non est à A seipso genitus, nō enim existēdo dedit, sed gignēdo. Quæst.IX Quoniā & ratione & testimonijs persuasisti mihi de subiectione filij, q nō sit secundū substantiā minor, sed secundū formā serui quā assumpsit: ideo quæro, quid de missione spiritussancti sentias, nunquid & ipse hominē assumpsit, ut missus esse dicatur? Responsio Sicut nec secundū substantiam dicit, seu missus, seu minor filius, ita nec spiritussanctus. Postremo sicut ille ꝓpter hominē minor aut missus, ita iste ꝓpter columbā uel ignem missus dicitur: scilicet quia nō in ea substātia quæ est æqualis patri apparuit, sed ut dictū est, per subiectā creaturā. Nō enim sicut filius hominē assumpsit, ut sic in æternū permaneat, sic spiritussanctus colūbam uel ignē: sed factæ sunt illæ uisiōes de creatura inferiore, ad manifestandū spiritumsanctū, quæ esse B postea destiterūt. Nunc enim illa incōprehensibilis immutabilisq diuinitas, quę est trinitas deus ab oculis carnalib. uideri potest, nisi ut dictū est, per subiectā creaturā. Quæst.X Filius aūt dei quomodo sit de patre natus, spiritus uero sanctus ab utroq procedēs declarasti. Ideoq quæro quid distat inter natiuitatem filij, & processionē spiritussancti? Responsio Filius aūt solius est patris, nō spiritussancti. Amborum, inquā, spiritus: id est, patris & filij. Quòd si spiritussanctus filius esse diceretur: Nullus aūt filius est nisi duorū, patris & matris, quod absit ut inter deū patrē & filiū tale qd suspicemur: qa nec filius hominis simul ex patre ꝓcedit & ex matre, qa cū ꝓcedit ex patre, non tunc ꝓcedit ex matre C & cum procedit ex matre in hac luce, nō tunc ꝓcedit ex patre. Spiritus uero sanctus non de patre ꝓcedit in filiū, & de filio ꝓcedit ad sanctificādam creaturā, sed simul de utroq procedit. Quæst.XI Quomodo intelligendū est illud, quod Ioannes Euangelista de spiritusancto dicit, q nō loquetur à semetipso. Ioan.16 Sic enim ait: Nō enim loquetur à semetipso, Responsio sed quęcunq audiet, loquetur. Non loquetur à semetipso, quia nō est à semetipso. Pater enī à nullo est natus, filius à patre est genitus, spiritussanctus à patre & filio procedens. Ideo non loquet à semetipso, quæcunq aūt audiet, loquetur: Audire enim esse est, esse aūt à se nō est sed à patre, ideo quæcūq audiet loquetur. Quæstio XII Quid est quod dicit apostolus Paulus ad Romanos scribens, Nā quid oremus, inquit, sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis gemitib. inenarrabilib. Rom.8 Qui aūt scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia D secundū deū postulat pro sanctis? Responsio Modus iste locutionis frequenter in scripturis sanctis inuenitur, sicut dicit dominus ad Abrahā: Nunc cognoui quod timeas deū: hoc est, cognoscere te feci: Si Gen.22 cut dicit Apostolus, Nūc cognoscitis deum, imò nunc cogniti estis à deo. Gal.4 Cui enim semper omnia in præsentia sunt, & futura iam facta sunt. Quomodo nunc dicimur cogniti à deo, nisi faciēte deo ut cognoscamus deū? Sic & hic scribitur spiritussanctus gemere pro nobis: id est, gementes nos facere. Infundit enim nobis charitatē in deū & proximum: Sicut dicit lætus dies, q lætos facit: aut tristis, q tristes facit: aut læta epistola, q lætos facit: Ita & hic gemere dicitur spiritussanctus, eo q nos gementes facit. Quæst.XIII Cum Iudæi signum peterent à domino & saluatore nostro, respondit illis. Generatio hæc adultera signū quærit, & signū non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ: Matth.12 Sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & filius hominis in corde terræ tribus dieb. & tribus noctibus. Approba ergo quomodo in inferno fuerit tribus diebus, & tribus noctibus, cū feria sexta quæ est in parasceue, hora nona emiserit spiritū, & prima sabbati ante lucē quæ est dominica, resurrexit: Ecce nō sunt tres dies pleni, nec tres noctes. Responsio Antiqui patres nostri hoc senserunt, ut prima dies quæ est parasceue à parte ultima, & ultima quæ est dominica à parte prima debeat cōputari, & ita denominando à parte totum, tres dies fuerunt, ultima pars feriæ sextæ, totū sabbatum, & prima pars dominicæ cū suis noctibus. Quæst.XIIII Cum repromittat dominus noster Iesus Christus sanctis suis, q in resurrectione fulgeant sicut sol, quare ipse dominus in resurrectione sua sic nō fulsit? Responsio Clarificata carne uniq resurrexit, sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia nō possent oculis suis talē claritatē perspicere. Si enim anteq moreret pro nobis & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli sui eū uidere nō potuerūt, sed præ timore in terrā ceciderunt, quanto magis clarificata carne domini eam uidere nō potuerūt. Quæst.XV Marcus Euāgelista narrat dominū hora tertia crucifixū, Ioannes autē sexta, cui potius credendū est ex his duobus? Responsio Marc.15 Ioan.19 Et ille uerū dixit, & ille similiter. Nam hora tertia clamauerūt Pilato Iudæi, Crucifige, crucifige eū. Milites aūt hora sexta crucifixerūt eum. Igitur quod illi lingua, hoc isti manib. effecerunt. Ne autem uiderent Iudæi non crucifigere dominū, ideo Euangelista posuit hora tertia crucifixū dominū, quia nō tantū illi crucifixerūt qui ministeriū impleuerunt, sed & illi qui clamauerūt. In eis enim cōpletum est quod ait Psalmographus, Filij hominum, Psal.56 dentes eorū, arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Vides qualem gladiū habuerūt, unde hora tertia dominum occiderūt. Quæst.XVI Cum deus omnia bona creauerit, nihilq sit quod non à b illo cōditum sit, unde malū? Responsio Malum natura nō est, sed priuatio boni hoc nomē accepit. Deniq bonum potest esse sine malo, sed malū nō potest esse sine bono, nec aliquid potest esse malū ubi nō fuerit bonū. Ac per hoc dicimus et angelū bonum, & angelū malū, & hominē bonū, & hominem malū: sed bonū q angelus, malū q uitiosus: bonū q homo, malum q uitiosus. Ideoq quādo dicimus bonum, naturā laudamus: quādo dicimus malū, non naturā, sed uitiū, quod est bonæ naturæ reprehendimus. Quæst.XVII Omes angeli ęquales an inęquales creati sunt? Et si æquales, cur non omnes firmi & stabiles fuerūt? Si uero inęquales, quo merito alij præscientiæ suæ stabilitatem accipere meruerunt, & alij futurū suæ ruinæ casum minime præuidere potuerunt? Responsio Omnes quidem angeli ęquales creati sunt: Sed cadentib. illis per superbiā, cęteri domino

no pia obediētia cohæſerunt, accipientes certam
ſcientiã ſuæ ſtabilitatis, quã illi nunq̄ habuerunt:
Et ſic ſunt gratia dei in omnib. circūdati, ut nunq̄
poſſint cadere à beata uita, qua fruunt̃ dño cohæ-
q. XVIII rentes. Quomodo intelligēdū eſt q̄d dicit deus
Gen.1 in Geneſi: Faciamus hominē ad imaginē & ſimi-
Reſponſio litudinem noſtrã? In mēte eſt ratio & intelligē-
tia: Ipſa itaq; mens quãdo cogitat ea quæ ſunt ęter
na: tunc uere imago dei dicēda eſt: Et cogitando
1 Cor.11 æterna uir eſt: ſicut ait Paulus apoſtolus: Vir non
debet uelare caput ſuū, cum ſit imago gloriæ dei:
Quãtoq; ſe magis extēderit in id quod ęternū eſt,
tanto magis inde format̃ ad imaginē dei: Et ideo
nō eſt cohibēda, ut inde ſe cōtineat ac temperet.
Quãdo uero ea agit & cogitat quę ſunt tēporalia,
mulier appellat̃: tunc nō eſt dicēda imago dei, &
ꝓpterea debet uelare caput ſuū, ne nimiū ſit eius
ad inferiora progreſſio, et cū licita agit, illicita cō-
q. XIX cupiſcat. Primus homo an mortalis factus eſt,
Reſponſio an immortalis? Et mortalis ſecundū aliã, & im-
mortalis ſecundū aliam cauſam. Tale itaq; corpus
habebat primus homo, quale & nos, ſed ſine pec-
cato. Nō enim habebat legē in mēbris ſuis repu-
gnantē legi mentis ſuæ, ſed utiq; promeruit poſt
præuaricationē. Igit̃ animale corpus habuit Adã,
ſed ut non ſeneſceret nec deficeret per illius ligni
uirtutē qua ſuſtentabat̃, quod in paradiſo uitæ no
men acceperat. Quapropter ſi dei præcepta ſer-
uaſſet, obedientiæ merito in illud corpus ſpiritale
quale ſanctis in reſurrectione promittit̃, perman-
ſiſſet, poſt modū cōmutandū? Ac per hoc poterat
nō mori, ſi dei præceptis pia obedientia cohæſiſ-
ſet. Nō enim & ſic factus fuerat, ut nō poſſet mori
ſicut cęterę naturę quę omnino mori nō poſſunt,
ſed ita ut obedientia immortalē, inobediētia mor
q. XX talem faceret. Quid eſt hoc quod dicit apoſto-
lus Paulus, Caro & ſanguis regnū dei nō poſſide-
Reſponſio bunt? Ex hoc teſtimonio multi minus intelli-
gentes, ac per hoc hæretice aſſerunt hominē non
poſſe in eadē qua defunctus eſt carne reſurgere:
ſed tollētes uerã carnem naturæ ſuæ, quale eſt cor
pus quod nunc habet, corpus aereū quod nunq̄
habuit, homini poſt reſurrectionem attribuunt.
Quod ualde abſurdū conſiderantib. ipſam ſenten
1 Cor.15 tiam approbat̃: Caro & ſanguis, inquit, regnū dei
nō poſſidebunt. Et hoc idē Paulus apoſtolus ex-
ponens, quodãmodo ſubſecutus, adiunxit, Neq;
corruptio incorruptionē poſſidebit. Quibus ſcri
Iſa.22 bit Apoſtolus? Nempe his qui dicebant: Mandu-
cemus & bibamus, cras enim moriemur. Hos re-
darguens beatus Paulus apoſtolus, carnē & ſan-
guinē appellat: hoc eſt opera carnis & ſanguinis,
nō poſſe adipiſci regnū dei. Nã ſi propria hic ſub-
ſtãtia carnis accipiēda eſt quid dicent de his quib.
Rom.8 ſcribit idē Apoſtolus: Vos aūt in carne non eſtis,
ſed in ſpiritu? Numquidnã Romani carnē nō ha-
bebant, quibus Apoſtolus ſcribebat? Sed in car-
ne, inquit, nō eſtis: id eſt nō eſtis carnales, nō faci-
tis opera carnis, quæ inimica ſunt deo, quæ legi
dei non ſubijciunt̃. Qui aūt in carne ſunt, inquit,
deo placere nō poſſunt. Ecce qualis caro regnum

dei nō poſſidebit. Nã q; homo in eadem qua mo-
A ritur carne reſurgat, dñs noſter Ieſus Chriſtus poſt
reſurrectionē ſuã dubitãtibus diſcipulis, & putan
tibus ſe ſpiritū uidere, reſpōdit: Palpate & uidete, Lucæ24
quia ſpiritus carnē & oſſa nō habet, ſicut me uide
tis habere. Ac per hoc credimus hominē nō tantū
cū carne & oſſibus, ſed etiã cū ſanguine, & quic-
quid ad naturã eius pertinet reſurgere, & ſine ulla
corruptiōe eſſe illic, ubi ſemper eſt æterna uita &
æterna felicitas, cōtemplando trinitatē deū. Igitur
ſicut iuſti cum ſua carne ad æternam fœlicitatē, ita
impij ad æternã reſurgent miſeriã. Geneſis prin q. XXI
cipium habet: In principio fecit deus cœlū & ter-
ram: An igit̃ angeli poſtmodū facti ſunt, cū dicat̃,
q; primo omniū fecit deus cœlū & terrã? Quan Reſponſio
do facta ſunt ſimul ſydera, ait ſcriptura, laudaue-
B runt me omnes angeli mei uoce magna. Quarto
enim die facta ſunt ſydera, et iam angeli erãt. Neq;
enim die tertio, neq; ſecūdo facti ſunt. In his enim
apparet quæ facta ſunt. Tertio enim die arida, ſci-
licet terra ab aquis diſcreta eſt. Secūdo enim factū
eſt firmamentū, ubi ſol & luna diſcurrunt & ſyde-
ra. Porrò primus dies ipſe eſt angelica natura, quę
primo cœli nomine nūcupata eſt. Vnde euidēter
oſtendit̃ primo die ſpiritalē factam, id eſt angeli-
cã naturã, & ſic hoc cœlū quod oculis cernimus:
Nã quod ait: In principio fecit deus cœlū & terrã:
non eſt primo omniū, ſicut ais: ſed in principio, id
eſt in filio, imò per filiū fecit deus omnem ſpirita-
lem corporalemq; creaturã, quæ & cœli & terræ
nomine appellata eſt. Nã q; ipſe ſit principiū, de ſe
C interrogantib. Iudæis quis eſſet, reſpōdit, Princi- Ioan.8
pium qui & loquor uobis: Primo igitur uoluit cœ
lum & terrã uelut quandã ſpiritalē corporalemq;
materiã dicere, & ſic quēadmodum ſingillatim fa
cta ſunt, ordinē texere. Quod enim dixit cœlum,
hoc mihi uidet̃ dixiſſe aquarū abyſſum tenebro-
ſam antea, quodãmodo fluitantē uitã, niſi conuer
tatur ad creatorē, & fiat lux, & cōtempletur trini-
tatē deū eſſe in deo. Neq; enim ita dicimus, ut iſta
materies præcedat formã ſuã, ſicut præcedit lignū
arcã, ſed ſicut præcedit uox uerbū: Nō enim tem-
pore, ſed origine. Igitur prima creatura lux nō eſt
iſta quæ quarta die facta eſt, ſed ſpiritalis, id eſt an
gelica natura. Cum dicit̃: Spiritus dei ferebatur q. XXII
ſuper aquas: localiter ferebat̃, ſicut ſol & luna &
D alia ſydera, an aliter? Spirituſſanctus deus eſt: Reſponſio
Quare nō continet̃ loco aut diſtendit̃: Neq; tem-
porum motionib. ſubiacet, ſed eſt ubiq; præſens
& totus: Cū modo ſanè nominauit creaturã, cui ſu
perferri diceret̃ ſpirituſſanctus, non localiter, ſed
potētialiter dicit̃. Nō ex indigētia deus fecit ope-
ra ſua, ſed ex beneficētia, neq; horū indiget quæ
fecit. Indigus quippe atq; egenus amor ſubiacet
reb. quas diligit: Ipſe aūt egenus nō eſt, nec ſubia-
cet reb. quas diligit: Et ideo dictū eſt ſuperferri crea
turę ſpiritūſanctū, quia nō ex indigētia, nec egēti,
ſed benefico amore operatus eſt ipſam creaturã.
Cum dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: in die
dixit, an ante omnem diē? Si in die dixit, tēpora-
liter dixit: Si temporaliter dixit, per aliquam crea

Responsio turam dixit, Igitur nõ est prima creatura lux. Nec
in die dixit, nec tẽporaliter dixit, quia ante omnẽ
profecto creaturã uerbum suũ genuit, & per uer-
bum omnẽ creaturã creauit. Dictio itaq; dei, uer-
bũ dei est. Sed diuina scriptura paruulis cõgruẽs,
& quodãmodo eos lactans ut proficiãt & cibum
spiritalem capiãt, uoluit semper per omnem crea-
turæ formationẽ dictionẽ dei nuncupare: Vt uer-
bi gratia, si requiramus: Quomodo facta est lux?
Audies, In uerbo dei erat ut fieret. Quomodo fa-
ctum cœlum? In uerbo dei erat ut fieret. Et cætera
per ordinẽ si requiras quomodo facta sint, In uer-
bo dei erant ut fierent. Hoc est enim: Dixit deus,
fiat lux. Neq; enim corporalib. modis loquitur di
uina natura, nec quoties dicitur, dixit, toties uer-
ba formauit. Vnũ enim uerbũ genuit coæternũ &
cõsubstantiale sibi, in quo omnia ineffabiliter &
q. XXIIII intẽporaliter dixit. Si subito deus uidit lucem q
esset bona, an ante nesciuit, et uisio ei cõtulit scien
Responsio tiam? Omne opus pręcedit uolũtas nostra dum
cogitamus quid operari debeamus. Nemo enim
ignorans aliquid facit, dũ cogitat qualiter fiãt quę
faciẽda cogitando disposuit. Et cũ hoc in hominẽ
cadere nõ possit, ut aliquid ignorãs faciat, quan-
to magis in deum, qui omnia æterno & stabili suo
cõsilio, quæ uoluit fieri fecit, nec aliter facta, aliter
facienda esse uidit. Eo itaq; modo uidit facta, quo
q. XXV uiderat faciẽda. Et diuisit, inquit scriptura, lucẽ
à tenebris. Omne enim quod diuiditur, etiã esse po-
test. Sicut ergo essentia lucis, ita est & essentia te-
nebrarũ: Et cur nõ dixit scriptura: Vidit deus te- C
nebras q essent bonæ, sicut de luce dictum est?
Responsio Deus bona & incõmutabili uoluntate creauit
omnes angelos bonos. Et quia ex his quosdã per
superbiã præsciebat casuros per incõmutabilita-
tem præscientiæ suæ, diuisit inter bonos & malos.
Malos igitur appellãs tenebras: bonos appellãs lu-
cem: de bonis dicẽs: Vidit deus quia boni sunt, de
malis nullatenus hoc dixit, ne peccata quę sunt te
q. XXVI nebræ, approbare uideretur. Primũ diẽ spiritalẽ
astruis esse creaturã, & quõ habuit uesperã & ma
Responsio ne? Omnis creatura anteq̃ tẽpore suo fieret, in
ipso dei uerbo prius erat ab angelis cognoscẽda,
& sic suo tẽpore faciẽda. Quapropter ipsa creatu-
ræ cognitio in semetipsa uespera, in deo erat ma-
ne: quia plus uidetur ipsa creatura in deo q̃ in seip-
sa uideatur. Creatura plus scilicet uidetur in arte qua D
facta est, q̃ ipsa in seipsa quæ facta est. Propterea
Ioan. 1 enim ait Euãgelista Ioãnes: Quod factũ est, in ip-
so uita erat: Omnia ergo quæ facta sunt, & uitã nõ
habẽt, in ipso uerbo dei uita sunt, in seipsis uita nõ
sunt. Cœlũ, terra, lapis, uitã nõ habẽt, & tamen in
deo uita sunt. Viuũt igitur in deo sine initio, utiq;
incõmutabiliter omes rationales creaturæ, ac per
hoc plus uidentur ab angelis sanctis in uerbo dei
ubi sunt uita, q̃ in seipsis, quia scientia angelorum
in cõparatione dei quodãmodo uespera est. Sit er
go in cognitione spirituũ dies primus, in cogni-
tione firmamẽti secũdus, in cognitione discretio-
nis terræ ac maris tertius, in cognitione solis ac lu
nę & stellarũ quartus, in cognitiõe reptiliũ & uo-
A latiliũ quintus, in cognitione iumentorũ & ferarũ
uel hominis sextus. Neq; enim diei unius, quẽ intelli
gimus naturã spiritaliũ creaturarũ, id est angelica
rũ, sexies facta cognitio sex dies fecit, propter sena-
rij numeri perfectionẽ. Sed de numeri senarij perfe-
ctione aliquid tibi ex scripturis sanctis colligã. Li
bens adesto, & te totũ ad audiendũ prępara. Vnũ Appendix
in numero diuidi nõ potest, ab ipso enim surgit om-
nis numerus: Ergo duo diuidi possunt: Sed pars
eorũ unũ est. Igitur diuisio duorũ in bis unũ est: diui
sio triũ in ter unũ est. Quid autem aliud hic numerus
ostẽdit, nisi trinitatẽ quæ deus est? Quæ q̃uis tres
sint personæ, unũ creduntur in unitate naturæ. Qua
ternarius duas partes habet: Nã quarta eius unũ,
media eius duo: Vnum uidelicet & duo tria sunt:
B Ecce partes suas, nec ultra excrescit, nec cõplet, et
ideo imperfectus est numerus. Quinarius autem ha-
bet nisi unũ, quod est quinta eius. Senarius ergo nu-
merus perfectus est, quia partib. suis cõplet: habet
enim unũ, quod est sexta pars eius: duo quę sunt tertia,
tria quæ sunt media: Vnũ ergo & duo & tria, sex
faciũt. Ideoq; propter huius numeri perfectionem,
sex dieb. operatus est omnẽ creaturam. Tres ergo
hæ partes senarij numeri, demõstrant nobis trini-
tatem deũ, in trinitate numeri mẽsuræ & põderis
fecisse omnẽ creaturã. Plurimũ ualere senarij nu-
meri perfectionẽ, in scripturis sanctis frequenter
reperimus, præsertim in morte dñi simpla, & in re
surrectione eius simpla, & in morte nostra dupla,
& in resurrectiõe nostra dupla. Mors itaq; dñi no
C stri Iesu Christi, nõ fuit in anima, sed in carne sola:
Mors uero nostra non solũ in carne, sed & in ani-
ma: In anima propter peccatũ, in carne propter pœnã
peccati. Ille uero quia peccatũ non habuit, in ani-
ma nõ est mortuus, nisi tantũ in carne, & hoc pro-
pter similitudinẽ carnis peccati, quã de Adam tra
xit. Igitur simpla eius mors profuit duplæ nostræ, &
simpla eius resurrectio, duplæ nostræ resurrectio-
ni profuit. Est etenim mors carnis eius & resurrectio
eius, mors carnis nostræ, & resurrectio eius, &
mors animæ nostræ & resurrectio eius: Mors autem
carnis eius & resurrectio eius, duas mortes no-
stras, & duas resurrectiones nostras significat: Vn
de si addas ad unã mortẽ dñi & unã resurrectionẽ
eius, quæ duo faciũt, quatuor, hoc est duas mortes
& duas resurrectiones nostras, sex fiũt. Ideoq; sim
D plum dñi bis & duplũ nostrum bis, tria bis sunt, &
tria bis secundũ q supra diximus, partes sunt un-
de senarius numerus est. Nã & trigintasex horæ,
quib. dñs fuit in inferno, huic simplo & duplo cõ-
gruunt. Duodecim ergo horæ fuerũt diurnę, & ui
ginti quatuor nocturnæ. Itẽ xxiiij. ad duplã mor-
tem nostrã concinunt, & illæ duodecim horæ ad
mortẽ domini simplã. Reuera enim & natiuitas
eius senariũ numerũ habet. Quadraginta enim &
sex annis ædificatum esse templum asserũt Iudæi
in Euãgelio, quod intelligitur de corpore domini.
Quadraginta & sex anni pro diebus positi sunt:
Quadraginta & sex dieb. dicũt infantẽ formari in
utero, & subinde usq; in diẽ parturitiõis augmen-
tari. Quadragiessexies quippe seni, fiunt ducenti
septuagin-

ſeptuaginta ſex, qui faciũt mẽſes nouẽ & dies ſex. Cõputa ergo ab octauo calendas Aprilis quando paſſus eſt dñs, nam & tunc etiam creditˀ fuiſſe cõceptus, uſq; in diem octauũ calendas Ianuarij, & reperies dies ducentos ſeptuagintaſex, qui cõſtãt
Luc.13 per ſenariũ numerũ. Quid de illa muliere in Euangelio, quã decem & octo annis curuauerat ſatanas, quã ſanauit dñs, dicemus? quia & ipſi anni ſenariũ numerũ habẽt. Ter em̃ ſeni octodecim ſunt. Illa itaq; mulier intelligitur figurare genus huma-
Sex ætates mũdi. Eadẽ uerba referuntur in q.55 num, quod ſexta ætate ſeculi à captiuitate diaboli redẽptor noſter dñs Ieſus liberauit. Prima ætas eſt ab Adam uſq; ad Noe, Secunda ætas eſt à Noe uſq; ad Abraham, Tertia ab Abraham uſq; ad Dauid, Quarta à Dauid uſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis, Quinta à trãſmigratione Babylonis uſq; ad aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti. Sexta quæ nunc agitur, donec excelſus uenietˀ ad iudiciũ. Sexta igitˀ ætate ſeculi reformatˀ genus humanũ ad imaginẽ dei. Profecto em̃ anni decẽ & octo, non ſolum ſex ætates ſed etiã tria tẽpora euidenter demonſtrant. Vnum ſcilicet ante legem, alterũ ſub lege, tertiũ ſub gratia. Quinimo et ipſe annus ſenario numero cõtinetˀ, habet em̃ dies trecentos ſexagintaquinq;. Sexies aũt ſexageni, ſunt trecenti ſexaginta. Remanẽt, pfecto dies quinq; et quadrans. Quinq; aũt dies ſexies, ſunt mẽſis. Tamẽ etiã ſi illum quadrantẽ pro die ponas, à parte totũ, ſex faciunt. Ecce quantũ me dñs adiuuit, de ſenarij numeri perfectione, & ſi nõ quantũ uolui, tamẽ quantũ
q.XXVII potui reddidi rationẽ. Quõ aũt diuiſę dicuntur aquæ quæ erant ſub firmamento, ab illis quę erãt ſupra firmamentũ? Ordo em̃ elementorũ & pondus, nõ ſinunt ut ſit aquarum ſubſtantia ſupra cœlos: Aqua enim cedit terræ, & aer cedit aquæ, & ignis cedit aeri. Nullo modo enim poteſt fieri, ut ſecundum elementum quod eſt aqua, ſit ſupra quartum quod eſt ignis. Et quõ dictum eſt, Fiat firma-
Gen.1 mẽtũ in medio aquarũ, et diuidat aquas ab aquis?
Reſponſio Quæ & qualibet ſint aquæ illæ quas ſcriptura docet ſupra cœlos eſſe, eaſdem eſſe ibi minime dubitemus. Sicut enim nubes iſtæ, quæ utique aquæ ſunt, ferũtur ſupra aera, quod eſt tertiũ elementũ: ita fieri poſſe arbitror ut aquæ tenues atq; ſubtiles ferantur ſupra cœlũ. Nam ex hoc pondere elemẽtorum multi Philoſophi reſurrectionẽ carnis illudentes, non poſſe fieri inquiũt, ut homo qui utiq; ex terra factus eſt, ſit in cœlo. Sed hos ueritas conuincit, quæ facit multa animalia terrena in aere uolitare, & aquam eſſe ſupra aerem, & ignem utique quod eſt quartũ elementũ, eſſe in terra. Ergo dei
q.XXVIII potẽtia quæ hæc facere approbatur, facit ut & homo & aqua ſint ſupra cœlum. Et quia totam terram aqua tegebat, non erat locus ubi aquæ cõgre-
Gen.1 garentur, dum totam terram aqua tegebat. Quomodo ergo ſcriptura dicit, Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locũ unum, & appareat ari-
Reſponſio da? Totã terrã aqua tegebat ſicut rariſſima quædam nebula, quæ poſtea in unum redacta atq; collecta eſt, ut poſſet etiam terræ ſpecies apparere: & terra longe lateq; ſubſidens, potuit concauas partes præbere, quæ confluentes aquas ſuſciperent, ut arida appareret. Cũ deus omnia bona creauerit, dicẽte ſcriptura, Et ecce omnia quæ fecit deus, bona ualde: Cur rurſus dñs in Euãgelio dicit, Nemo bonus niſi ſolus deus? Quod homo ſit bonus, idem ipſe dñs in Euangelio dicit, Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Sed ut hoc diceret, Nemo bonus, niſi ſolus deus: illi ſcilicet reſpõdebat qui uitã æternã ab eo quærebat: Illi, qui tantũ hominẽ arbitrabatˀ, dicẽs, Magiſter bone. Ideoq; ſic reſpõdit, dicens, Quid me dicitis bonũ? Nemo bonus, niſi ſolus deus: id eſt, formã iſtam aſſumptam quã cernis, uidebunt boni et mali, pij & impij, non tamen erit eis in bonũ qui mala agunt. Ergo non me dicas ſecundũ hãc formã bonum, quã uidebunt & illi qui me pupugerunt. Eſt alia forma, quã non uidebunt impij, quã nõ uidebunt niſi ſoli iuſti, ſecundũ hanc formã bonus ſum eis, qui digni fuerint me uidere. Fõs, inquit ſancta ſcriptura, aſcendebat de terra, irrigans uniuerſam faciẽ terræ. Si uniuerſam terram irrigabat, ergo & montes irrigabat, quia & mõtes utiq; terra ſunt. Si uero et montes irrigabat, diluuiũ erat: Et ſi diluuiũ erat, quõ terra germinauerat herbã uirentem & facientẽ ſemen: Aut quõ habitabat homo in terra, ſi uniuerſam terrã aqua tegebat? Fons ibi ponitur ſingularis pro plurali numero, Hoc enim ſi ſolicite inquiramus, in ſcripturis ſanctis frequẽter reperiemus. Habes nempe in Pſalmo, Miſit in eos muſcam caninã & comedit eos, & ranã & exterminauit eos: Cũ utiq; nec una muſca, nec una rana fuerit. Et alibi in Pſalmo dixit, Et uenit locuſta: nõ ait locuſtæ, ſed locuſta. En habes ſingularem numerũ pro plurali. Secũdũ id quod ait nobiliſſimus quidã poetarũ, Vterũq; armato milite cõplent. Porrõ aũt propter unitatẽ naturæ dictũ eſt unus fons, ut oẽs intelligamus qui ſunt in terra, quia quodãmodo omnes ex unius abyſſi natura manant. Nam quod ait, Irrigabat uniuerſam faciẽ terræ, non totam terram rigabat, ſed partem. A toto enim partẽ ſignificauit, quemadmodum dicimus, Chriſtus mortuus eſt, Chriſtus reſurrexit. Quod non conceditur niſi ſecundum carnem.

Tulit ergo deus hominẽ, ait ſcriptura, & poſuit eũ in paradiſum uoluptatis, ut operaretˀ & cuſtodiret illum. Quid, rogo, operaretur & cuſtodiret, paradiſum ne an aliud? Iſta ſententia duplicem intelligentiã parit. Siue em̃ operaretˀ homo paradiſum, ut in paradiſo aliquid operaretˀ, nõ neceſſitate uictus, ſed ad delectationẽ operabatˀ: adhuc enim non peccauerat, nec ei terra ſpinas & tribulos germinauerat, ut in ſudore faciei ſuę ederet panẽ ſuũ. Hoc nẽpe meruit poſt peccatũ. Ante peccatum igitur nõ indigentia, nõ neceſſitate, ſed ſola ut diximus uoluptate operabatˀ paradiſum per agriculturã, & cuſtodiebat per diſciplinã. Nõ contra beſtias neq; contra animalia aliqua paradiſum cuſtodiebat, ſed ſic ſolum ne amitteret peccando, quem cuſtodire poterat obediẽdo. Siue ipſum hominem ponens deus in paradiſo ut operaretˀ & cuſtodiret: operaretˀ ſcilicet ut bonus eſſet, et cuſtodiret ut tutus foret. Quidlibet horum dicatˀ, ſiue homo paradiſum operaretˀ per agriculturã, & cuſto-

Margin notes (right column): q.XXIX; Marci 10; Reſponſio; Mat.19; q.XXX; Reſponſio; Pſal.77; Pſal.104; q.XXXI; Reſponſio

diret per disciplinam: siue ipsum hominē deus operaretur ut bonus esset, & custodiret ut tutus esset, quiduis horū intelligas, rationē utercꝫ intellectus non impedit.

q.xxxii Cum deus minetur homini mortem die quo cibum uetitū tetigerit, cur eo die mortuus non fuit? Sic enim scriptura dicit, In quacūcꝫ die comederis ex eo, morte morieris. (Gen.2)

Responsio Quatuor esse mortes scriptura sancta euidenter ostēdit. Prima mors est animæ, quæ suū deserit creatorē, cum enim deserit peccat. Sine, inquit dominus in Euāgelio, mortuos sepelire mortuos suos. (Matt.8) Ecce habes mortuos secundum animā, scilicet sepeliētes mortuos. Et quos sepeliunt? Secundū carnē mortuos. Hæc itacꝫ sententia duas mortes manifestissime docet, unā animæ, quā peccando incurrit, alterā corporis. Tertia aūt est solius animæ, quam dū ex hoc corpore exierit, patitur, secūdū illud quod in Euāgelio de diuite legimus, Pater Abrahā, inquit diues, mitte Lazarū ut digito suo refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flamma. (Lucæ 16) Quarta est mors, cum anima recipiet corpus, ut in ignē mittatur æternum: secundū illud quod dn̄s in Euāgelio de futuro iudicio ait, Ite in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. (Matth.25) Die itacꝫ quo peccauit Adam, in anima mortuus est. Sicut eñ corpus uiuit ex anima, ita anima ut beatius uiuat, uiuit ex deo. Ergo deserta anima Adę à deo, iure dicitur mortua prima morte, ex qua tres postea secutæ sunt mortes. Vt eñ hæ subsequerentur, primo præcessit desertio dei, secundū ꝗ eo die quo peccauit Adam mortuus est.

q.xxxiii Quō poterat timere mortē Adam quam nullatenus sciebat?

Responsio Sicut eñ nos scimus resurrectionē quā nuncꝫ experti sumus, nec uidimus, ita ille sciebat mortē. Scimus quocꝫ q̄d exiens anima à corpore suo faciat mortē, & dum reuersa fuerit, in corpe suo faciet resurrectionē. Ecce scimus resurrectionē quā nuncꝫ experti sumus: Sic & ille sciebat uticꝫ mortē, nō adhuc ꝑ experientiā, sed ꝑ scientiam: Sciebat quippe quid esset uiuere, et per priuationē uitæ sciebat uticꝫ mortē. Sicut scitur tenebræ per priuationē lucis, & sicut scitur silentium per priuationē uocis, & sicut scitur uacuū per priuationē corporis, ita sciebat mortē per priuationem uitæ.

q.xxxiiii Adduxit dn̄s cuncta ad Adam animalia & uolatilia, uidensꝗ ea, nomina imposuit. Et de muliere paulopost dicitur. Videns ergo mulier ꝙ bonū esset lignū ad uescendū &c. Ecce manifestissime scriptura ostendit amborū oculos apertos fuisse, Nec enim fas est dicere primos homines cæcos factos. Et cur post paululum post ligni uetiti tactum, eadem scriptura dicit, Aperti sunt oculi amborū? Nisi eñ oculos haberent apertos, nec ille animalibus nomina imponeret, nec illa uideret ligni pulchritudinē.

Responsio Hoc quippe uerum est, quia apertos oculos habebant, & tamē nisi ad aliquid clausi essent, nullatenus scriptura diceret, Aperti sunt oculi amborū, Aperti sunt, scilicet nō ob aliud nisi ad inuicē cōcupiscēdū, ut esset lex in mēbris, repugnans legi mentis: ut etiam in ipsis membris esset nō uoluntarius motus, iusta scilicet dei uindicta, ut homo qui noluit esse subiectus deo, nō haberet subditū corpus. Ergo in eo aperti sunt oculi amborū, ut mouerentur cōcupiscentiali-ter mēbra.

q.xxxv Cū audissent uocē Adam & Eua, ait scriptura, dn̄i dei deambulātis in paradiso, absconderūt se: Rogo quænā est ista deambulatio?

Responsio Absit ut deus ꝗ est trinitas, ex hoc ꝗ eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis esse credatur. Omne siquidē corpus locale est, & omne locale uticꝫ corpus est. Deus uero incorporea res est, nec temporaliter mouetur, nec loco cōtinetur, necꝫ de loco ad locū transfertur. Eius nācꝫ deambulatio intelligenda est per aliquā creaturā facta, quā creaturā hominē fuisse ex ipsius circūstātia scripturæ intellectum à maiorib. recolo.

q.xxxvi Cū deus unus sit, dicēte scriptura, Audi Israel, dn̄s deus tuus deus unus est, quō ipse dixit, Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est? Nobis eñ pluralitatē insinuat. (Deut.6)

Responsio Deus ꝗuis unus sit, tamē trinitas est, pater scilicet, & filius & spiritussanctus: Vnus ex nobis dictū est, nō ꝑpter pluralitatē deorū, sed propter pluralitatē personarum.

q.xxxvii Multa uticꝫ uidemus animalia ex corruptione corporū, maxime mortuorum nasci: Nunquid tūc creata sunt quando ipsa corpora?

Responsio Absit, ut tunc creata dicantur quando ipsa corpora, sed corporibus insita sunt quodāmodo, quæ sunt suo tēpore exorta. Sicut eñ semen cuiuslibet arboris habet quādā uim, ut cū obrutū fuerit in terra oriatur, & uirgultū producatur, deinde ramis nihilominus cōstipata dilatetur, & frondentib. de eisdē floribus decorata fructificet: Ita est & in corpore, ut ita dicā, quoddā seminariū, unde suo tēpore curante prouidēntia dei, aliqua genera animaliū oriantur.

q.xxxviii Cum deus dixerit: Germinet terra herbā uirentem, & afferentē semen & ligna fructifera: Ligna infructuosa, uel spinas uel tribulos quando fecit?

Responsio Simul omnia deus fecit, dicente scriptura: Qui uiuit in æternū, creauit omnia simul. (Eccli.18) Nullatenus igitur dicēda sunt infructuosa ligna, quæ aliquo modo hominib. afferūt adiumenta: Quia & reuera, si nō inuenimus in eis aliquid edēdū, inuenimus certe ad medicamētū, inuenimus ad adiutorium: Nam quantū utilitatis inueniatur in eis, tu ipse cōsidera. Proinde quia à fruendo dicitur fructus, & ab omni ligno possumus habere aliquod adiutoriū, iure nullum lignū dicimus infructuosum. Spinæ aūt & tribuli quāuis post peccatū homini nascantur ad laborem dicente scriptura: Terra spinas & tribulos pariet tibi: tamen nō est dicendū tunc ea aboriri ex terra, quia iam erant uticꝫ ad pastus pecorum uel uolatiliū facta, nō ad augēdā hominis pœnā producta.

q.xxxix Si omnia in numero & mēsura & pōdere deus disposuit, sicut sancta scriptura testatur, ipsum numerū & mēsurā & pōdus ubi disposuit? (Sap.11)

Responsio Numerus & mēsura & pōdus ipse deus est: Ipse est numerus sine numero, à quo est omnis numerus: Ipse est mensura sine mensura, à quo est omnis mensura: Ipse est pondus sine pondere, à quo est omne pondus. Omnia ergo in numero & mēsura & pondere disposuit, tanꝗ si diceret, omnia in se disposuit. Nō enim creaturā eam extra se, aut alicubi uidit, ut sicut homines, memoria retineat quæ faceret. Omnis eñ causa creaturæ, uolūtas est creatoris: Hoc ibi est uolūtas, quod natura: Sicut

Sicut tamē ęterna est natura, sic est æterna uoluntas. Nō enim accidit deo huiusmodi noua aliqua cogitatio ad formādas creaturas. Proinde omnia in se trinitas deus disposuit, quia in se cūcta habuit quæ facit. Intelligiť & aliter, Omnia in numero et pōdere disposuit: id est omia quę fecit, numerū & mēsurā pōdus habet. Nūquidnam sic adduxit deus ad Adam cūcta animātia terræ, & uniuersa uolatilia cœli, quō adducūt aucupes uel uenātes ad retia? An forsitan uox de nube facta est iussionis, quā intelligeret tanq̃ rationales animæ, & ea audita illi oēs obedirent? Nō hoc acceperunt animantia uel uolatilia cœli, ut sint ratiōis capacia, per quā obedire possint creatori suo: In suo tamē genere obtēperant deo, nō rationalis uoluntatis arbitrio, sed sicut mouet ille omnia tempōrib. opportunis, nō ipse tēporaliter motus. Mouet itaq; seipsum sine tempore & loco, mouet creatū spiritum sine loco tēporaliter, mouet creaturā corpoream tēporaliter & localiter. Præcedit igitur substātia quæ tēporaliter tantū mouet, illā quæ tēporaliter & localiter mouet. Præcedit itaq; substātia quæ nec tēporaliter nec localiter mouet, illā quæ tantū tēporaliter mouet. Ipse spūs cōditus mouet seipsum per tēpus sine loco, mouet corpus per tēpus & locū. Spiritus uero creator mouet seipsum sine tēpore & loco. Igiť spūs rationalis, qui est in hominibus, siue irrationalis, qui est in brutis, eius iussis moueť. Sed rationalis habet intelligentiam, per quā iudicare possit, utrū iussis consentiat, aut nō consentiat. Animalia uero reptilia aut uolatilia non acceperunt hoc iudiciū, pro suo tamē genere atq; natura ad iussa aliquo actu propellunt. Vnde angelica natura iussa dei perficiēs, mouet iussis omne genus animantiū, docens id quod nescit. Si etenim homines possunt nōnulla animaliū genera mansueta facere, ita ut quasdam uoluntates homi num facere uideant, quanto magis hoc angeli possunt. Quæ causa fecit, ut deus quem astruis moueri, nō moueať in tēpore, aut spiritus creatus qui mouet in tēpore, non moueatur etiā in loco?

Deus qui instituit tēpora, & est ante tēpora, nihil in eo est præteritū & futurū, nullū cōsiliū nouū nullaq; noua cogitatio: qa scilicet si noua, tūc etiā accidens: Si uero aliqd accidit deo, iā nō immutabilis deus est: Nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullū nouū cōsiliū, ideo nō moueť in tēpore. Igiť immutabilis deus est. Spūs uero cōditus, sicut est angelorū, quāq; sine tēpore cōtēplenť dei ęternitatē, ueritatē, charitatē, tamē quia ex tēpore in inferiorib. iussa dei perficiūt, iure credunť moueri in tēpore. Corpora uero sua in loco mouēť, dum descendunt de cœlo & ascēdunt in cœlum. Spiritus itaq; hominū mouetur in tēpore, reminiscēdo præterita, & futura expectādo, aliaq; noua discendo. Neq; em̄ cū recordor aliquā lectionē aut aliquā ciuitatē, sicut motus est spūs meus cogitādo, ut hęc recordareť ex tēpore, ita motus est et loco. Quod si loco moueretur, aut in cœlo aut in terra moueret, quia sine cœlo & terra nullus est locus. Vbi aūt fuit ipse spiritus, in cœlo an in terra, ut uideret ipsam lectionem uel ipsam ciuitatem? Ergo si in nullo loco uidit, ut rēcordareť, in seipso uidit. Et qa initiū habet etiā cogitatio, & oīne q̃d initiū habet etiā tēpus habet, igiť secundū supradictā rationē, spiritus creatus per tēpus moueri potest, nō per locū: Spiritus creator sine tēpore & loco: Corpus aūt & loco & tēpore. Cū requies nō sit nisi post laborē, cur deus requiescere dicit? An & ipse opere fatigatus est, ut requiescere dicať? Nō in aliqua creatura tanq̃ eius bono indigēs requieuit deus, sed in seipso. Deniq; nō in aliquo dierū, sed post sexti diei opera requieuisse legitur. Vnde liquido apparet, nullam creaturā deū per indigentiā, sed sola bonitate fecisse. Quod si in aliqua creatura requieuisset, aliquā creaturā indigēs fecisset. Ergo quia nullā creaturā per indigentiā fecit, ꝓinde in nulla creatura requieuit: Nā quod dicit scriptura, requieuisse deū in die septimo ab omnibus operibus quæ fecit: hoc intelligi posse arbitror, ꝙ nō in ipsum diē tanquā eius bono indigēs quo sit beatior requieuerit, sed ipsum diē septimū, id est angelicā naturā adduxisse ad requiem suā: ut uiderent scilicet in deo sicut omnē formādā creaturā, ita & illū uiderēt ꝙ nullā creaturā ꝓ indigētia, sed sola bonitate fecisset. Hoc em̄ arbitror posse intelligi requiē dei. Intelligiť etiā aliter requies dei, id est, cū nos post bona opa requiescere facit, secundū illū modū quo dixit deus ad Abraham, Nunc cognoui ꝙ timeas deū: Vbi intelligiť, cognoscere fecit. Ita & hic intelligiť requiescere deus, cum sanctis suis requiē præstat. Itē aliter requiescere diciť deus à cōdendis nouis creaturis, quia post æditionē sex dierū operū, nullā deinceps cōdidit de nouo creaturā: Nā quod ait, Pater meus usq; modo operať, & ego operor, non nouā creaturā condēs intelligiť, sed quā cōdidit administrās et cōseruās.

Quomodo loqui serpēs poterat in paradiso, cū fuisse appareat irrationale animal, cui loqui nō cōpetit? Serpēs ꝑ se loqui nō poterat, quia nō hoc à creatore accepat: Assumpsit em̄ in ministeriū illum diabolus, uiēs eo uelut organo, per q̃d articulatū sonū emitteret: Per illū nempe uerba faciebat & tamē hoc etiā ille nesciebat. Natura ergo rationis expers subdiť ratiōali creaturę, sed tamen non tantū quantū uult ex ea & in ea facit, sed quantū à creatore acceperit. Et si nō intelligūt serpētes, quō audiūt uerba Marsorū, ut ad incātationes eorū de speluncis exeāt suis? Licet intellectū nō habeāt, tamē sensu corporis nullatenus carēt: Habēt em̄ & uisum & auditū & odoratū & gustum & tactū. Et ideo quāuis audiāt uerba Marsorū, nequaquā tamē intelligūt, Nō em̄ obediūt intelligendo sed ut de antris ad uerba Marsorū exeāt, permittēte deo coguntť à diabolo. Vnde dat testimoniū de illo primo facto, quod primū hominem diabolus per serpentē decepit in paradiso. Nūquid quia opus erat Adæ, ut ei cōiunx fieret, aliter non poterat fieri, nisi ut dormiēti costa detraheretur, ex qua cōiunx ædificaretur. Poterat deus etiā aliter facere, sed ideo cōgruentius iudicauit ut sic faceret, unde aliquid significareť. Sicut em̄ dormiēti Adę costa detrahitur ut coniunx efficiatur, ita & Christo morienti de latere sanguis effunditur, ut ecclesia

Marginal notes: q. XL; Responsio; q. XLI; Responsio; A; B; C; D; q. XLII; Responsio; Ioan. 5; q. XLIII; Responsio; q. XLIIII; Responsio; q. XLV; Responsio

clesia cōstruatur. Cōmunicans nempe corpori &
sanguini Christi, efficitur ecclesia Christi cōiunx.
q.XLVI Quomodo intelligendū est quod dicit Adam,
Gen.2 Quamobrē relinquet homo patrē & matrem, &
adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una?
Responsio Beatus Apostolus Paulus hoc capitulum sibi
Eph.5 ponens exposuit, dicēs, Sacramētū hoc magnum
est: Ego autē dico in Christo et in Ecclesia. Sed quō
Christus reliquit patrē cōsubstantialē sibi? An ali-
cubi esse poterit sine filio: cum de ipso filio qui est
sapientia dicatur, quod attingat à fine usque ad finem for-
titer, & disponat omnia suauiter? Ergo si ibi est fi-
lius ubi & pater, nō potest esse pater sine filio, nec
filius sine patre: Quia scililet sicut inseparabiles
sunt in natura, ita & inseparabiles in personis. Sic
enim ipse filius de patre dicit in Euangelio, Qui me
Ioan.8 misit, mecū est. Quō ergo dereliquit patrē ut adhę-
reret uxori suæ: id est, ecclesiæ suæ: nisi illo modo
Philip.2 quo Apostolus dicit, Qui cū in forma dei esset, nō
rapinam arbitratus est esse æqualē deo, sed semet-
ipsum exinaniuit formā serui accipiēs? Ipsa ergo
formæ seruilis acceptio, est exinanitio, & ipsa exi-
nanitio quanquam nō sit diuinitatis abolitio aut natu
ræ amissio, tamen propter formā serui in qua dignosci
tur apparuisse, iure dicit Apost. patrem reliquisse.
Reliquit & matrē, scilicet synagogam, ueteri testa
mento carnaliter inhærentē, & adhæsit uxori suę,
id est ecclesiæ suæ sanctæ, ut pace noui testamenti
q.XLVII essenr duo in carne una. Cur Cain ex terræ fru-
ctib. munera reprobantur, et Abel de adipib. gregis
Responsio sui munera suscipiuntur? Cain typū gerebat Iudæ
orū, qui illa tēporalia sacramēta secundū uetus te-
stamentū exercebant. Horū enim sacrificia superue
niente testamēti noui fide, contempta & euacuata
sunt, & Christianorū sacrificia quæ ex innocentia
Christi innocētis agni cōstant, laudantur, quæ signi
ficabāt ipsius Abel ex ouibus munera. Munera le-
guntur Cain nō accipiuntur. Vnde etiā dicitur in Psal-
Psal.51 mo, Oblatiōes & holocausta noluisti &c. Quid
q.XLVIII significat quod Cain fratrē suū Abel in agro interfe-
Responsio cit? Iam superius diximus Cain significare Iu-
dæos qui Christum occiderūt. Occiditur itaque Abel
minor natu. Occiditur Christus caput populi mino
ris natu à populo Iudæorum maiore natu, Ille in
q.XLIX agro, iste in Caluarię loco. Quō intelligendum
est, quod sanguis Abel legitur de terra ad dnm clamas-
Responsio se? Sanguis Abel significat sanguinem Christi,
quo uniuersa ecclesia accepto dicit, Amen. Nam
qualē clamorē faciat uniuersa ecclesia dum potatur
sanguine Christi, & dicit Amē, tuipse si potes cōsi
dera. Iudæi ergo qui intelliguntur in persona Cain,
quoniā nō credentes in Christo, nō potantur san-
guine Christi, maledicti sunt super terram. Super
illam scilicet terram quæ aperuit os suum per con
fessionē, & bibit sanguinem fratris sui: id est Chri-
sti sui. Quē quia Iudæi non bibunt, ideo maledicti
q.L sunt. Quid significat quod Enoch septimus ab
Responsio Adā cū deo ambulauit, & nō apparuit? Enoch
septimus ab Adam transfertur ad deum, & septimo
requies promittitur sanctis, quia in sexta ætate secu
li reformantur in agnitionē dei, ut trāsferantur ad re-
q.LI quiem. Quid significat, quod Noe per aquā &

lignū liberatur? Aqua significat baptismum, & li- Responsio
A gnum crucē. Sicut Noe per aquā & lignū libera-
batur, ita & ecclesia baptismo & passionis Christi si
gnaculo liberatur. Quid significat quod arca de li- q.LII
gnis quadratis cōstructa erat intrinsecus, et extrin
secus bitumine liniebatur? Sicut arca de lignis Responsio
quadratis cōstruebatur, ita & ecclesia de sanctis cō-
struitur. Quadratum enim in quacunque parte posueris,
fortiter stat: & sancti in quibuslibet tētationib. sta
biles permanēt, non aduersitatibus, nō prosperi-
tatibus cedūt. Bitumē enim significat charitatē: per
quam sancti nec illis scādalis quæ fiunt ab his qui
intus sunt cedūt, nec illis quæ fiunt ab his qui fo-
ris sunt: & seruāt unitatē spūs in uinculo pacis, to
lerantes & malos Christianos qui sunt in ecclesia:
& hæreticos qui sunt foris & extra ecclesiā. Quid q.LIII
B significat, quod arca in longitudine habuit trecētos
cubitos, & in latitudine quinquaginta, & in altitu
dine triginta? Sancta ecclesia ut faciat mādata Responsio
dei, adiuuatur spiritu dei, dicēte Psalmographo, Vi
am mandatorū tuorū cucurri, cū dilatasti cor me-
um. Nisi dilatatū cor habuisset, uiā dni minime cu
currisset. Et unde dilatatur cor, nisi per charitatē spi-
ritalē? Hinc & beatus Paulus Apost. simili Psalmo
grapho uoce cōsentit, Os nostrum patet ad uos ò 2 Cor.6
Corinthij, cor nostrū dilatatū est. Vnde quęso dila
tatū est? Gratia, inquit, dei diffusa est in cordib. no
stris per spūmsanctū qui datus est nobis. Ergo ac-
cepto spiritusancto operatur ecclesia cū dilatatione
præcepta dei, quæ sine gratia spiritussancti nequa
quā poterit operari. Hūc enim spūm septiformē scri
C ptura sancta cōmemorat & cōmendat. Septies er-
go septē fiunt quadragintanouē, & addito uno ut
cōpleatur numerus, fiūt quinquaginta. Vnde &
dns ascendens in cœlū, quinquagesimo die misit
spiritūsanctū, ut corda credentiū dilataret. Trecen
ti uero cubiti significant decē præcepta legis, De-
cies autē triginta, fiūt trecēta, Sed hæc præcepta nō
possunt impleri nisi charitate faciēte, id est spiritu
sancto, qui significatur in latitudine quinquaginta
cubitorū. Idcirco arca utrūque numerū habet. Nā &
ipsa opera bona propter supernū finē facit ecclesia,
quod significāt triginta cubiti altitudinis. Re enim ue-
ra spiritus est altitudo nostra, ipse scilicet trecena-
rius doctrinā Euāgelicā cōsecrauit. Ipse est & su-
pernus finis, atque omni bono opere indubitanter
D ecclesiā replet. Quid significat, quod post dies se- q.LIIII
ptem ex quo ingressus est Noe in Arcā, pluit dns
super terrā quadraginta dieb. & quadraginta no-
ctibus? Quod post dies septem dns pluit super Responsio
terram, hoc significat quod omnes qui baptizan-
tur, in spem futuræ quietis, quæ septimo die signi-
ficata est, baptizantur. Et omnis reatus peccatorū
qui in decem legis præceptis admittitur per uni-
uersum orbem terrarum, qui quatuor partibus cō
tinetur: unde decē per quatuor ducta quadragin-
ta fiunt: siue ille reatus qui ad dies pertinet ex re-
rum prosperitate, siue qui ad noctes ex rerum ad-
uersitate contractus sit, sacramēto cœlestis baptis-
mi abluitur. Quid significat quod Noe sexcentorū q.LV
erat annorū, quādo diluuij aquę inūdauerūt super
terram? Sexcēti anni significant sex ætates mūdi.
Prima

Prima ętas est ab Adã usq; ad Noe. Secũda à Noe
usq; ad Abrahã. Tertia ab Abrahã usq; ad Dauid.
Quarta à Dauid usq; ad trãsmigrationẽ Babylõis.
Quinta à trãsmigratione Babylonis usq; ad aduẽ-
tum dñi nostri Iesu Christi. Sexta quæ nunc agiť.
Sexcẽtesimo anno uitæ Noe factũ est diluuiũ, ita
sexta ętate seculi reformať homo in agnitionẽ dei
q.LVI per baptismũ. Quid significat, ꝙ de omĩ genere
animaliũ atq; uolatiliũ, immũda bina inducunť in
Responsio arcã, & mũda septena? Immũda illos homines si
gnificãt, q ad schisma sũt faciles: mũda uero homi-
nes sanctos, qui spũm septiformẽ accipiẽtes ex fi-
de uiuũt. Hinc etiã quidã poeta ait, Numero deus
q.LVII impare gaudet. Quid significat, ꝙ oẽs mõtes ex-
Responsio celsos supercreuit aqua quindecim cubitis? Octo
& septẽ quindecim faciũt. Octo nẽpe significãt re
surrectionẽ, & septẽ quietẽ. Hoc itaq; mysteriũ re
surrectionis & quietis, supergressum est omnẽ sci
q.LVIII entiã superborũ sapiẽtiũ, qui nullatenus potuerũt
indagare sciẽtiã resurrectionis & quietis. Quare
cũ ingrederetť Noe in arcã, diciť ad eũ, Ingredere
tu & filij tui, uxor tua, et uxores filiorũ tuorum te-
cũ? Seorsum ergo ponunť uiri, & seorsum fœmi-
nę? Et cũ egrederetť de arca, diciť ad eũ, Egredere
tu & uxor tua, filij tui, & uxores filiorũ tuorũ: In in
Responsio gressione quidẽ separati, in egressione aũt cõiun-
cti dicunť. Horũ quippe ingressio istã uitã signi
ficat, ubi caro cõcupiscit aduersus spiritũ, spũs aũt
aduersus carnẽ, ut nõ quæcunq; uolumus illa facia
mus, nec quæcunq; nolumus illa nõ faciamus. E-
gressio aũt illam uitã significat, ubi caro iam nullã
habebit cõcupiscentiã aduersus spiritũ, ubi nihil
q.LIX erit ex nobis q̃d repugnet in nobis. Quid signi-
ficat, q̃d emissus coruus de arca, non est reuersus?
Responsio Coruus ut nõ reuerteretť, aut aquis interceptus
est, aut aliquo cadauere illectus insedit, Et signifi-
cat illos homines q carnalib. dediti rebus, dei præ
cepta contẽnunt, & nullatenus pœnitẽdo eccle-
siæ satisfaciũt, unde & p̱ mala op̱a recesserũt. Vel
certe si aquis ille coruus interceptus est, illos signi
ficat qui de ecclesia exeũt, & hęreticorũ baptismo
Ephe. 4 polluunť. Quãuis eñi unũ baptisma sit et hęretico
rũ, eorũ scilicet qui in nomine patris & filij & spiri
tussancti baptizanť, & ecclesię catholicę: tamẽ q a
foris & extra ecclesiã baptizanť, nõ sumũt baptis-
mũ ad salutẽ, sed ad perniciẽ, habẽtes quidẽ speci-
em pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegãtes. Et rursum,
2 Tim. 3 Animales, inquit, spiritũ dei nõ habẽtes Et idcir-
co eos ecclesia nõ rebaptizat, quia in nomine tri-
nitatis baptizati sunt, Ipsa est p̱fecto forma sacra-
mẽti, ideo dum reuersi fuerint, accipiũt uirtutẽ spi
ritussancti, quẽ ij qui extra ecclesiã baptizanť, nõ
q.LX dũ habẽt. Quid significat, quod Noe uir iustus
plantauit uineã, bibensq; uinum inebriatus est, &
Responsio nudatus in tabernaculo suo? Deus quodãmodo
plantauit gentẽ Iudæorũ, segregãdo eam a cũctis
gentibus, Vnde & circũcisionis signũ eis indidit,
legẽ dedit, sacrificia instituit, seipsum in carne uen
turũ in lege prædixit: sed cũ nõ crederẽt, in uineæ
suæ uino, id est malitia populi passus est, crucifi-
xus est, sputis illitus et illusus. Sed hoc passus est in
tabernaculo suo, id est in gente sua. Quid signi- q.LXI
A ficat, ꝙ Cham pater Chanaan, uidẽs uerẽda patris
sui, exiuit foras, et nũciauit fratrib. suis? In duob. Responsio
filijs maximo & minimo, duo populi significati
sunt, unam uestẽ à tergo portantes, sacramentũ sci
licet iam præteritæ atq; transactæ dominicæ passi
onis: nuditatẽ patris tegentes, neq; intuentes, qui
in Christi necẽ non consentiunt, & eũ honorant
uelamẽto, tanq; scientes unde sint nati. Medius fi-
lius, populus Iudæorũ, ideo medius quia nec pri-
matum Apostolorũ tenuit, nec ultimus in gentib.
credidit, nuditatẽ patris quia consensit in necem
Christi enũciauit fratribus suis. Per eũ quippe ma-
nifestum est & quodãmodo publicatũ, quod erat
prophetiæ secretũ. Ideoq; fit fratrũ suorum seruus.
Quid est enim adhuc hodie, quod gens ipsa scrini
B aria Christianorũ portãs, legẽ & prophetas ad te-
stimoniũ affert ecclesiæ, ut nos honoremus per sa
cramentũ, quod nunciant illi per literam? Quid q.LXII
significat quod dixit deus ad Abraham, Egredere Gen. 12
de terra tua & de cognatione tua, & de domo pa-
tris tui? Abraham personam Christi portabat. Responsio
Sicut eñi Abrahã terram & cognationẽ suam di-
misit, & domũ patris sui, & uenit in terram quam
ignorabat, ita & Christus dimisit gentẽ suã scilicet
Iudæorum, & uenit ad populum gentium, Hic &
alia explanatio hoc habet, Eximus de terra nostra
quando diuitias & mundi huius facultates cõtem
nimus. Et de cognatione nostra, id est de uitijs pri
oribus, quæ nobis à natiuitate nostra cohærentia
uelut affinitate quadam & cõsanguinitate cõiun-
C cta sunt, Et de domo patris nostri, id est omni me-
moria mundi huius, quæ oculorũ occurrit obtuti-
bus. Quot sunt genera uisionũ? Tria. Prima q.LXIII
uisio est corporalis, secũda spiritalis, tertia intelle- Responsio
ctualis. Corporalis ergo uisio est quæ fit per cor-
pus. Spiritalis, cũ imagines eorũ quæ uidimus, in
memoria cõdimus, Intellectualis nẽpe, cũ ea quæ
corporaliter uidimus, & imaginaliter in memoria
retinemus, intellectu discernimus, ꝙ illud sit cor-
pus, illud similitudo corporis, Hũc aũt intellectũ
bestiæ & pecora atq; uolatilia nullatenus habẽt.
Vidẽt & ipsa p̱ corpus, & eorũ quæ uidenť imagi
naliter species formať: unde & pecora pręsepia co
gnoscunt, & aues ad nidos suos redeũt. Sed nec se
ipsa intelligũt quæ sint, nec illa quæ oculis cernũt.
D Postremo corporalis uisio sine spiritali esse nõ po
test. Statim ergo ut auertimus oculos ab eis quæ
uidemus, imagines eorũ quę uidimus in memoria
retinemus, Spiritalis uero uisio sine corporali esse
põt, unde & absentes homines recordamur, & in
tenebris ea quæ uidimus imaginaliter cernimus.
Intellectualis nẽpe nec corporali indiget nec spi-
ritali. Per intellectũ nec corpus uidemus, nec ima
ginẽ corporis, Per hanc quippe uidetur iustitia,
charitas, ipse deus, ipsa mens hominis, quæ nullũ
corpus habet, nec ullã similitudinẽ corporis. Ob
id & raptus fuerat Apostolus Paulus in tertium 2 Cor. 12
cœlũ, id est ad intellectualẽ uisionẽ, ut deũ nõ per
corpus, nõ per similitudinẽ corporis, sed sicut est
ipsa ueritas cerneret. Tres ergo cœli, tria sunt ui-
sionum

sionum de quibus loquimur genera. Ad hoc profecto peruenerat Paulus, ut deum sic in ista uita uideret, sicut sancti post hanc uitā uidebūt.
q.LXIIII Quot genera sunt Apostolatus, Vel quale nomē sit Apostolus, uolo cognoscere.
Responsio Apostolus interpretatur missus. Apostolorum sunt genera quatuor, à deo non per hominem, à deo sed per hominē, per hominem tantū, & ex se. A deo etenim missus est Moyses. A deo & per hominem, sicut Iesus Naue. Per hominem tantum, sicut nostris temporibus multi fauore uulgi in sacerdotium subrogati sunt. Ex se aūt, sicut sunt ipsi pseudoprophetæ. Quō possumus scire qui mittatur à deo? q.LXV
Illum cognosce missum à deo, quem nō paucorum hominum laudatio uel potius adulatio eligit, sed illum quē & uita & mores optimi, & Apostolicorum actio commendat sacerdotum: uel etiam uniuersorum populorum iudicio comprobatur, qui non appetit pręesse, qui nec pecuniā dat ut Episcopatus honorē acquirat. Nam qui pręesse festinat, quidā patrū eleganter expressit dicēs, sciat se non esse Episcopum, qui præesse cupit, non prodesse. Responsio

CENSVRA IN OPVS SEQVENS.

Pium erat studium ueterum monachorum, qui ut iuxta Pauli doctrinam suis manibus pararent, unde non solum uiuerent ipsi, uerumetiam suppeditarent inopia necessariorum laboranti, & tamē à sordidis operis, quæ nonnunquā & quieti officiunt, & mundanis negocijs implicant, essent feriati, sacris libris describendis uacabant. Cæterū non queo satis demirari, quid illi cogitarint, qui studio dataq; opera sic, quæstus haud dubiè gratia, celebrium uirorum monumenta contaminarunt, & quo plus emolumenti adferret impostura, farragines ineptas iuxta & loquaces, magni gratiosiq; nominis fuco, simplicib. commendarunt. Et pbabile est eorundem opera, complures libros immortalitate dignos quos olim extitisse cōperimus, obrutos fuisse, ne quis illinc ipsorum audaciam deprehenderet. Hoc opus ut persuadeam August. non esse, non arbitror plurib. utendum argumentis. Cordatum lectorem admonuisse, abunde satis esse puto. Arguit hoc tota phrasis ab August. charactere prorsus abhorrens, nisi sicubi quędam August. uerba alicūde decerpta intertexuntur. Aliquoties, quandiu, abutitur pro donec: quasi dicas, Regnum Iudæorū mansit, quandiu uenit Christus: pro eo quod erat, usq; ad aduentum Christi. Tum, propter quod, frequenter usurpat pro, eò quod. Frequenter & ita loquitur, Quid est ut dominus nascitur ex matre tantū: ut, usurpans loco, quod. Quas sermonis formulas apud August. non comperies. Quæstione CVI. ponit hominem pro uiro, quemadmodū uulgus Italorum & Gallorum loquitur. Quin & in sententijs aliquot dissentit ab August. ueluti contendens Samuelem non fuisse colloquutū cū Saule, cum August. doceat hoc pulchre cōgruere sacris scripturis. Rursus de spiritu qui ferebatur super aquas, contendit non accipiendum de spiritusancto, quod August. asseuerat. In quæstione LVI. non semel asseuerat, Nathan fuisse filium Dauid, cū August. non uno in loco diuersum sentiat. Quæst. LIX. quod apud Ioannē dixit dominus, Spiritus ubi uult spirat, uult de uento accipi non de spiritusancto, cum August. aliter & interpretetur in cōmentarijs, & citet aliquoties. Quest. CVIII. multis conuitijs insectatur eos, qui uolunt Hebræos dictos ab Heber non ab Abrahā, cū August. lib. retracta. 2. cap. 16. & de Ciuitate dei, lib. 16. cap. 11. eam sequatur sententiam. Quædam aliter citat q̄ habentur in libris Ecclesiæ, uelut illud semel atq; iterum refert ex Apost. An ignoratis altitudinē satanæ? Item illud, Qui sumit indigne, gladium sibi acquirit. Rursus illud ex Luca, Nemo est qui relinquat domū aut uxorem, aut filios, aut agros, qui non recipiat septies tantum in hoc seculo: quum secus habeat & Gręcorū & Latinorū lectio. Ex his abunde liquet opus hoc non esse August. Superest ut doceā non unius esse hominis. Id ex eo colligitur, quod non modo multis locis eadem ijsdem uerbis iterat, sed etiā propositis titulis iterum tractat eandem quæst. ueluti XC. & XCVIII. nec sibi satis constans, quod & aliàs non raro facit. Veluti XCVI. dicit Græcis Pascha dici transitum. Ad quæst. XCVI. docet Pascha dictum à patiendo. Iam sunt quæstiones quæ habēt appendices assutas, uelut LXXXIIII. habet prolixum additamentū, qđ ad uerbum habetur in sentētijs uiginti una, quæ uersib. clauditur. Hic igitur resecuimus. Item XCV. repetit alio stylo quod dictum est, cum bella præfatiuncula, & ne legendi fastidium patiaris, aut quæstionis singula mēbra inspicere, curiose do cōpendium &c. Iam opus in tres partes erat distributum. Prima cōplectebatur quæst. XLVII. ex ueteri testamento sumptas, in quibus sunt multa digna cognitu. Secunda cōtinebat quæst. L. quæ uere quæstiones appellari possunt, proponunt enim nodum, & eum soluunt. Sed hic assuit nescio quis quædam quæ non habent rationem quæst. ueluti XCI. quærit, quō possit refelli Photinus, deinde quibus argumentis retundi possit impietas Arrij, atq; item de cæteris usq; ad tertiā partē, hoc est quæst. XCVIII. Hic iam confunduntur quæst. ex uetere nouoq; testamento, nec ita multæ sunt quę quęst. nomen merentur, nisi forte quest. est, Quō refelli possunt Nouatiani, quō Pagani, quō intelligendum est initium Geneseos de operib. sex dierum, quō intelligendus primus secundus & quartus Psalmus: eadem opera quæras licet, quō intelligendum est totum Psalterium & quō Euangelium secundum Matthęum, quō Esaias? Quis sobrius unquā proposuit tales quæstiones? Hic igitur miscet omnia, scribit cōmentarios, tractat uoluminis argumentū aduersus hæreticos, interdum concionatur, Audistis fratres chariss. per Iesum Christum dominū nostrū, disputat contra Mathematicos, quoq; altius ingreditur opus, hoc licentius ineptit. Quæst. CIX. multa garrit, ut ostendat Melchisedech non fuisse hominem. Quæst. CXXV. scurram agit. Memini, inquit, in quodā libello Eusebij quondā egregij in reliquis uiri legisse, quia nec spiritussanctus sciat mysterium natiuitatis domini &c. Nec nominat librum, nec indicat quis fuerit ille Eusebius, quum duos habeamus. Sunt tamen & in his quæ digna cognitu sunt, nimirum ex eruditorum libris collecta: quæ si commoda breuitate digessisset in ordinem, uel ipsorum uerbis unde hauserat uel suis, si tantū oratione ualuisset, non erat improbandus omnino labor: nunc adeo non indicat autores, ut etiam fallat lectorem ementito titulo: adeo non subuenit lectoris tędio, ut iteratione rerū, ut confusione materiarū, ut incondita muliebriq; loquacitate lectorem enecet. Prima pars uideri poterat hominis Græci, Latine loqui gestientis, Ea qm̄ placuit, ad quæstum additæ sunt cæteræ. Quō non perrumpis auri sacra fames, etiámne usq; ad charissimum ecclesiæ thesaurū, ueterum orthodoxorum monimenta? Quis erit finis uoluminum, si nobis permittimus hunc in modum eadem alijs atq; alijs titulis proponere, ut nunc sit quæstio, nunc sententia, nunc concio, nunc dogma, nunc disputatio, nunc liber. Satis opinor demonstratum est, hoc opus nulla ex parte Augustini esse, tum nec unius esse hominis: nisi forte uel Augustinum uel alium quenquam scriptorem tam stupidum esse credimus, ut eodem in opere toties repetat eadem, secum ipse pugnet, adeo nullum seruet ordinem, toties mutet stylum, nunc astrictus uerbis, nunc immodice garrulus, Vt omittam interim, quod huius operis prolixi nullam Augustinus mentionem facit in libris Retractationū, quum illic diligenter quæstionum libros recenseat. Addamus his quod opus nullam alioqui habet præfationem.

LIBER QVAESTIONVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

Quæst. 1

QVID sit deus. Deus hoc est q̃d nulla attingit opinio. Plus est enim q̃ quicquid dici poterit aut cogitari. Sed dicamus aliquid, quod licet impar sit, tamē ex aliqua conueniat ratione his quæ deo digna uidentur. Nam unaquæq; natura pro capacitate sui suspicat̄ de deo, ut quantū natura distat à natura, tantū distet sententia à sententia in iudicādo quid deus sit. Quia em̄ supra omnia est, necesse est ut omniū mētes excedat. Homines em̄ quātū possunt aciē mētis extendere, aspiciūt q̃d deus sit, opinione nō definitiōe. Angeli aūt qui superiores hominib. sunt, quia de deo aliquid sentiūt, nō est dubiū. Archāgeli uero eo ipso amplius: cherubim aūt & seraphim, quæ potentiæ iuxta deum esse dicunt̄, maiora de deo sentiūt, nō tamē cōprehendūt penitus quid deus

Matth. 11 sit. Quia nemo nouit patrē nisi filius, nec filiū qs nouit nisi pater. Igit̄ deus est, sicut hominib. uidetur, spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inæstimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis omnimodo, à quo omnia initiū consecuta sunt: uenerādus, diligendus, metuendus: extra quem nihil est, imò in quo sunt quæcunq; sunt sursum & deorsum, summa et ima: omnipotēs, omnitenens, uere in omnibus, diues, quia nihil est quod eius nō sit: bonus, iustus, misericors. Bonus, quia fecit existere quod non existerat. Iustus, quia quæcunq; fecit ut proficerēt, proprio libertatis arbitrio dimissa sunt: quia tamē nō tam perfecta sunt ut labi nō possint, seminaria his legis inesse decreuit, naturaliter addens auxilium manifestatæ legis, ut autoritas eius perfecta esset hominibus. Misericors uero, quia peccantib. non facile reddit, sed sustinet ut cōuersis ignoscat. Est etiā seuerus, ut terrore quę ab eo bene cōdita sunt conseruent̄, ne negligētia pareret uitę precipitiū. Et ne quod mirabilius est prætermittamus, tanta est eius clementia, ut cōtumelias passus ab his q̃s fecit sufferat, & prior uocet ad pacē. Nunquid nō maioris uirtutis hoc est, q̃ condidisse creaturā, in quo si pmaneret nimia bonitas eius, obesset creaturæ? Vnde aliquando diligi, aliquando timeri se uult, ne aberrantes ab eo depereant. Hinc est unde ne patientia eius nō utiq; ad damnū ipsius, sed ad nostrū omnino contemnenda putaret̄, ait: Ta-

Esaie 42 cui, nunquid semper tacebo? Itaq; deus bonus, & omnia quæ fecit bona sunt. Vnde ergo malū? Nihil est malū nisi præuaricatio boni dum incōcessa præsumunt̄, aut cōcessa inordinate fiunt: ut alibi mandatū, alibi peccatū fiat, ut quādo quod in uxore concessum est, fit in meretrice, & q̃d deo offerendū erat, offert̄ diabolo: & cū quis nō tulit suū, sed alienū, & cū præuaricatorē occidi liceat, occidit̄ innocēs. Nulla igit̄ natura probat̄ malū. Voluntas aūt est accidens naturæ cōcepta ex causis, quæ male mouet dum excedit modū ut illa gerat quæ naturæ suæ nō sunt. Causæ aūt præuaricationis oriunt̄ ex sensibus, quādo aliquid male uidemus aut audimus. Quē errorē hæc res facit, qa homo nō est deus, qui solus errare non potest. Natura igit̄ hominū proprio arbitrio remissa & dimissa est, ut possit facere quod uult: ut si bonū naturæ suæ exercitatio melioret, honorabilior sit: si aūt infirmet uigorē suū, contumelia dignus habeat̄ huiusmodi, facit enim quod cōtra se sit. Nō est minimum quod cōcessum est homini, ut cū recta sequitur, gaudeat in se, sed per id opere suo uidet se meliorē: aut certe imputet sibi, q cū potuit non dedit

B operā ut melioraret se bonis. Si aūt homo potestatis suę nō esset, subiectus fuerat necessitati, ut neq; boni operis haberet gloriā, neq; mali pœnam, sed fuisset unū ex pecoribus. Quoniā ergo ad utrunq; facti sumus possibiles, ut per negligentiam delinquamus, si quod bene audire & uidere debemus, male, id est extra normā & rationē audiamus: per uigilantiā aūt naturæ bonū custodiamus: & cauti esse semp nō possumus, quia sicut dixi ad utrūq; facti sumus possibiles. Si peccamus, nō iā condēnamur, nisi iterū delinquamus, iā quasi proditores. Qui em̄ semel peccauerit, separare se debet ne denuo peccet: ne par sit ei qui se uicerat, ut iterum si nō peccet iam superior habeat̄: quia qui semel elisus est, bis triūphabit. Hęc iustitiā est, ut qa collu-

C ctatio est in mūdo, qui propēsior ad peccandū est, in nō peccādo coronet̄. Nihil ergo in dei ope malum est. At si à quibusdā mala quędā dicant̄, ut uenenū, aut tenebræ, quia corpora nostra uim ueneni ferre nō possunt: malū dicāt etiā ignē aut aquā: & ferrū uel plumbū, quia multū ab auro distat, malum dicat̄. Ad comparationē enim lucis tenebras condemnāt, cū sciāt pro loco suo necessarias esse, sicut plumbū aut testam. Nam utiq; requiem dant post laborē. Igitur omnis qui colluctat̄ in mundo, sic eniti debet, ne in te aspera uictus abscedat, & fiat reus, uix aut tarde se separās, & forte inter hęc proueniat exitus, & exeat hinc cum peccato. Qui

D enim omni uirtute nitit̄, si elisus forte fuerit, quasi uir cadit: nec succenset ei quisq̃, sed hortatu quodam animū eius reparat. Videt em̄ eū propositū habuisse uincē di, & sperat talē posse proficere ad uictoriā, quem non sine fatigatione sui hostis elisit. Qui enim facile uincit̄, non habet animū resistendi: nec uincit̄, sed consentit. Hic acerbius peccat. Huiusmodi uix ad ueniā admittendus est, qui uotū habet delinquendi. Qui enim id meditat̄ ne peccet, etiā si peccauerit, nō aspere peccat. Quoniā diligentib. deū aliquādo minora peccata subrepunt. Quanto aūt minora sunt, tanto subtiliora, & dum contemnunt̄ non uitant̄. Maiora em̄ longe apparent. Ac per hoc qui in maioribus peccat,

uoluntatis eius est crimē. Sane quoniam superius
peccata ex sensibus ortū capere diximus, dū con- A
tra legis imperiū uel rationem aliquid aspicimus
aut audimus, id est si solē uidētes adorandū eū pu-
remus propter pulchritudinē eius, tūc male uide-
mus: quia ad iniuriā pertinet creatoris cōmunis,
ut q̄d illi soli debitū est, deputetur creaturæ: Quip
pe cum ab eo prohibitū sit per legē. Aut cum cor-
pora bene composita & decora uidemus, aut ali-
quid proximi si cōcupiscamus, aliter ea aspicimus
q̄ mandat lex: tunc facimus peccatū quod uocat̄
malum. Sed forte dicat̄, Nihil igit̄ formosum de-
buit fieri ne nos peccaremus, ut tutela nostra ex
aliorum deformitate constaret. Quod si esset, nec
ferrū esset, nec de eo fierēt homicidia. Neq; lucer-
na in usu esset, ne fures lumine eius ad effringen- B
dum uterent̄, ut quod magnopere omnibus utile
est, deesset propter quorundam uaniloquia. Cum
cōster nos semper omnia aspicere, nec tū semper
omnia cōcupiscere: quia nō illorū uitium, sed no-
strum est cum sumus negligentes, quod cōstat ex
interuallo creari quia non sumus q̄d deus. Sic aūt
male audimus, si audientes idola deos esse, cōsen-
tiamus, aut si turpia cantantibus, aurē accōmode
mus. Tunc aūt bene audimus, si audientes de deo
q̄ unus sit, oblectemur. Si quis aūt contra legē ali
quid audiens assentiat, peccat, & hoc est malū au-
11 dire. Cur deus mundū fecerit? Fecit quia est
opifex, aut negetur si non est. Sed esse, ipsa opera
manifestāt. Fecit ergo ut esset quod ante nō erat,
quia sine dubio melius est esse q̄ nō esse. Si dicat̄,
Nunquid inane fuit aliquid ubi faceret, aut quid C
prius erat ubi fecit? Hoc uas electionis apostolus
Paulus paucis absoluit. Ait enim cum de deo esset
Act.17 sermo: In ipso uiuimus et mouemur & sumus: hoc
est, omnia in deo, quia ubiq; est & ante omnia so-
lus ac æternus, inuisibilis omni creaturę. Et ne my
sterium prætermisisse uideamur, aut potius igno-
rasse cur mūdus factus sit, dicimus diaboli aposta-
siā multos angelos, id est spiritales potentias secū
in prȩuaricationē traxisse, dū uoluit sibi regnū im
pia prȩsumptione defendere: q̄d propheta Esaias
Esa.14 significat dicēs, Quō cecidisti de cœlo Lucifer, q
mane oriebaris: id est qui cæteris lucidior appare
bas? Erat eñ quasi princeps multorū, inter quos
clarior erat, & cum quorum societate ad impium
descendit certamen. Videns enim infra se multas D
spiritales potentias, quippe cū in paradiso dei prȩ
stantior esse cognitione mysterij cœlestis, ipsa ela
tione inflatus, uoluit dici deus: hac scilicet ratiōe
qua etiā in præsenti uita exemplū eius quosdā imi
tatos uidemus, qui contemplatione aggregatorū
circa se militū elati, satellitibus in hac re fomitem
cōspirationis præbentibus, imperiū sibi uendica-
re uoluerunt: hinc est unde deus ut eius præsum-
ptionē nō potestate sed ratiōe destrueret, materiā
cōdidit quæ esset rerū cōfusio, ex qua faceret mū-
dum. Distincta enim quæ simul confusa erāt, hūc
præstiterunt quē uidemus ornatū. Discretis enim
ab inuicē substantijs, facta compaginatione mun
dus uocat̄: quia unaquæq; res ab altera segregata
ad mundū apparuit: ut hic homo positus, creatus
ex supnis & infernis, id est ex cœlestibus & terre-
nis, unius dei dominiū, non tantū uoce, sed & ima
gine, qua unus ab uno deo factus est ex quo cæte
ri orirent̄, ostenderet. Ideo enim deus unus unum
fecit, ut doceret ab uno oīa esse, ac per hoc unū
esse deū, ut superior creatura ad confusionē suam
in homine disceret, qui de terra conditus est, ueri
tatē. Et ex eo diabolus inimicus extitit hominis.
Præuidit enim quia ad accusationē eius factus est
homo: unde subtilitate sua id egit, ut in eandem il
lum præuaricationē in quam ipse ruit, induceret,
ut accusatorē suū participē suæ damnationis effi-
ceret. Ex trāsgressione eñ diuinitatē illi spopon-
dit, ad quā ipse dū affectaret, ab ea deiectus est. Et
quia omnis natura à crimine libera est, ex accidēti
sunt nomina: ante eñ res, postea significatio: ac p
hoc satanas et diabolus ex actu eius cōposita sunt
nomina, ut sit nō naturę eius, sed uolūtatis eius si-
gnificatio. Itaq; ut propositū dei q̄d in causa creati
hominis decreuit maneret, & factum diaboli per
q̄d hominē circūuenit ad cumulū eius reatus pro-
ficeret, Christus de sacris sedibus etiā ad terras ue-
nire dignatus est: ut & hominē à transgressionis
sententia liberaret, & diaboli futurā perditionē,
ne quis factū eius imitaret̄, ostenderet. Propterea
dixit Ioānes apostolus: Ideo uenit filius dei, ut sol 1.Ioan.3
ueret opa diaboli. qui si natura malus esset, pœnā
ei pmittere, aut demētis erat aut iniqui. Quis eñ
arguat eū quē uidet nō aliter aliqd facere q̄ natu-
ra eius admittit? Si igni potest succēseri, quia urit,
aut aquæ, qa infrigidat, cū nō utiq; uolūtate hoc fa
ciat, sed natura? Vnde etiā diabolus si natura ma-
lus esset, uoluntatē nō haberet. Nec eñ posset di-
scernere, sed uno atq; eodē modo omnib. se quasi
cæcus ingereret. Porrò aūt iudicio quodā hoc a-
git: nā suā uoluntatē faciēnb. parcit, a quibusdam
neotericis dissimulat, ad dei auxiliū cōfugere uo-
lentib. offendicula, & impedimēta opponit, & ser
uis dei insidias tēdit, & prōptiorib. circa eius ob-
sequia magis infestus est. Vnde manifestū est, uo-
luntatē eius esse in crimine. Quāobrē Petrus apo
stolus ait, Sobrij estote & uigilate, qa aduersarius 1.Pet.5
uester diabolus tanq̄ leo rugiēs circumit, quærēs
quē deuoret. Gentiles nō quærit, Iud.eos nō quȩ-
rit, malæ uitæ & cōuersationis nō quærit, sed quæ
rit dei seruos & Christi famulos quos sibi scit ini-
micos, quia factū eius & præsumptionē eius con-
demnāt. Deniq; lege data, plus exarsit inuidia ad-
uersus eos qui sub lege erāt, sciēs legis documēta
unū deū tradere, & bonā cōuersationē hominib.
Igit̄ si hoc naturaliter putat̄ facere, reus constitui
nō potest, quia hoc facit q̄d naturæ suæ est & po-
test, & nō facit q̄d nō potest, quia naturæ suȩ non
est. Itaq; neq; laudādus, neq; cōdēnandus est. Lau
dandus nō est, quia obsunt quæ agit. Cōdemnan-
dus aūt nō est, quia nō uoluntate hoc facit, sed im
pulsu naturæ. Nā aliquos scimus subito dementes
factos, fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multos no
cuisse, quosdā etiā occidisse. Captos aūt industria
& iudicib. oblatos, minime reos factos, eo quod
non

nõ uolũtate,ſed impellẽte ui neſcio qua hæc geſſe
rint neſciẽtes. Quõ enim reus conſtitueretur qui ne
ſcit quid fecerat? Ita & diabolus ſi bonum neſcit,
quare condẽnandus cenſebitur, quoniã nõ facit q̃d
neſcit? Imò ſi poſſet fieri laudãdus erat, quia facit
quod nõ nouit. Nos aũt iure rei cõſtituimur, quia
illud nõ facimus quod ſcimus debere nos facere,
uel quia illud facimus q̃d ſcimus debere nos non
facere. Sed quia per omnẽ ſcripturæ cõſtitutionẽ
reũ diabolũ cõſtitui uidemus, et propterea gehen
nam illi paratã legimus, legib. illũ damnandũ ſci-
mus, quia cũ ſciret & poſſet facere bonũ, fecit ma-
lum. Nec eñ deus qui iuſtus eſt, dãnaret eũ quia
bonũ nõ fecerat quod neſcierat, et quia malũ fece
rat quod ſciuerat. Manifeſtatũ itaq; puto, nullã na
turã debere dici malũ, quia omne malum ſicut cla
ruit, ex uolũtate fit, quæ per ſenſus accidit naturæ.
iii Quid opus erat per Moyſen & non ante, exor
dium mũdi & ordinẽ creaturæ exponere? Prius
deſcribi nõ debuit, quia adhuc ex hac cauſa error
tantus nõ erat in hominibus. At ubi iam error cre
uerat generi humano, ita ut etiam filij Iſrael cõtra
hãc expoſitionẽ in Ægypto tradi audirẽt à philo
ſophis Ægyptiorũ, à quibus etiam Moyſes fuerat
inſtructus omnẽ peritiã Ægyptiacã, quæ Apim
quendã mundũ iſtũ aſſerit p malos angelos cõdi-
diſſe: hunc quoq; principẽ mũdi uideri, id eſt ſata
nam. Quã ſentenciã Marcion ſecutus, ruit in mor
tem. Nã & Manichęi ab eodẽ ſatana hominem di
cunt factũ, non mundũ iſtũ, ſtultiores cæteris. Cũ
enim mundũ cõſtet hominis cauſa fabricatũ, illi à
deo dicũt mundũ factũ, licet de alieno: hominẽ ue
ro ab aduerſario creatũ, ut in domo alterius alter
poſuerit dñm. Oportuit ergo Moyſen, ut errorẽ
iſtum proderet & auferret, manifeſtare mundi &
hominis fabricati deũ eſſe autorẽ. Accepta eñ au
toritate p ſigna & ꝓdigia quę fecit, docuit ſine du
bio id uerũ eſſe q̃d teſtibus ſuis tradebat. Quis eñ
non crederet ei, cuius tanta ſigna in rebus geſtis
exiſterẽt? Deniq; hinc eſt, unde qui cõtra diſcipli
nã hanc ſenniũt, errare noſcunt, quia nudis uerbis
aſſertionẽ ſuã allegare nituntur. Itaq; ut nihil deo co
æternũ eſſe doceret, ordinẽ ipſum creatarũ rerum
utile fuit exponi: ut dũ minora prius facta memo-
rat, poſtea aũt maiora, nihil horũ infectũ habeatur:
q̃a quæ tẽpora minora ſunt, uirtute maiora ſunt:
ut ſi illa pręſcribere de tẽpore ſe putẽt, ipſa infirmi
tate qua poſteriorib. ſubiecta ſunt, cõuincantur: aut
ſi hęc de uirtute pręſumẽdo primatũ ſibi uẽdicẽt,
poſterioritate ipſa humilientur, ut nihil horũ nõ ini
tio ſubiectũ uideatur. Ante quidẽ cœlũ factũ eſt &
terra, deinde lux, quę in officio diei eſt: poſt firma
mentũ quod appellatũ eſt cęlũ, & cõgregationes
aquarũ quas appellauit maria, ut appareret arida
terra in qua poſſit habitari. Terrã aũt quã poſt cœ
lum factam dicit, nõ terrã ſolam uult intelligi, ſed
materiam ſignificauit, id eſt omnia inferna quę in
mũdi omnẽ ſpeciẽ profecerũt. Cœlũ aũt non hoc
carnale, ſed illud ſupernũ q̃d ſpiritale eſt in princi-
pio factũ cõtendit. Vt cũ cœlũ primo dicit factũ,
deinde terrã, in cœlo omnia inuiſibilia, & in terra

omnia uiſibilia creata à deo ſignificaret. Totius eñ
A naturę ſumma et ima cõprehẽdit, ut quicquid me
diũ eſt, ꝓculdubio etiã factũ credatur. Luminaria ue
ro quæ ad gubernandũ mũdũ inſtituit, quarto die
aſſerit facta, ut quãto maiora ſunt uirtute, tãto in-
feriora ſint tempore. Hominẽ aũt ſexto die conſti
tuit, ut in domũ iã factã habitatorẽ introduceret.
Et ualde ſublimior eſt homo, quẽ utiq; ſexto die
factũ declaratũ eſt: quẽ idcirco ſublimiorem dixi,
q̃a interior eius natura inuiſibilis eſt, & intellectu
capax: ſed fortitudine maior eſt ſol, & lumine for-
tior luna eſt q̃ terra. Hinc, q̃d quibuſdã diſplicet,
dictũ eſt: Vidit deus lucẽ quia bona eſt: ut quia o-
mnia à malo facta dicebantur, bona credi non pote
rãt, Moyſes ut bona quæ facta ſunt probaret, ipſi
deo placita quæ fecit oſtendit, ut cui diſplicerent,
B reum faceret. Nam quõ poſſit neſcire lucẽ qui di-
xit, Fiat lux, & facta eſt lux? Aut quis facit q̃d ne-
ſcit? Facta aũt lux, & placuit ei qui fecit. Quis opi
fex in opere ſuo nõ lætetur? Sic dictũ eſt, Vidit de- Gen.1
us lucẽ quia bona eſt. Et denuo ſunt qui dicunt, q
mala eſt. Quid ſi ſine teſtimonio eſſet relictũ? Igitur
deſcripta mundi fabrica, è primi hominis origine
traducẽ renuit generis Seth, q reddit⁹ eſt ꝓ Abel,
& p ordinẽ uenit ad Abrahã patrẽ Iudæorũ: ut o-
ſtẽderet Abrahã huic deo credidiſſe, q opifex mũ
di eſt, & ipſum legem dediſſe, in qua futurus Chri
ſtus promiſſus eſt, qui liberaret genus humanũ de
dominio diaboli. Ex his rationabilis probatur fides
noſtra. Teſtimoniũ enim huic dat origo deſcripta
quia ab initio genus eſt Chriſtianorũ. Ex Seth eñ
C filio Adæ uenitur ad Enoch, ab Enoch ad Noe, ex
Noe ad Abrahã, ab Abrahã deſcenditur ad Dauid,
à Dauid ad Mariã, ex Maria de ſpiritu ſancto na-
ſcitur Chriſtus. Priores ergo omnes quotquot fi-
dem habuerũt unius dei, quã ſaluator prædicauit,
iure Chriſtiani dicẽdi ſunt. Ab initio eñ ſaluator
uẽturus ꝓmiſſus eſt. Vnde Ioãnes in Apocalypſi
ait: Agnus qui occiſus eſt à cõſtitutiõe mũdi. Itaq; Apoc.3
ſemper Chriſtiani fuerũt. Ii eñ omnes quos ſuprà
dixi à primo homine creato in mũdo, per quos tra
dux tenditur ad ſaluatorẽ, huius dei fidẽ habuerũt.
De quo Chriſtus locutus eſt dicẽs: Hæc eſt aũt ui- Ioan.17
ta æterna, ut cognoſcãt te ſolum & uerũ deum, &
quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Poteſt dici ecõtrario. Si
D ante & illi Chriſtiani fuerũt, quæ notitia per Chri
ſtum? Hunc intelligẽtiæ profectũ aduentus cõtu
lit Chriſti, quia prædicatio unius dei oſtendit my
ſteriũ, & quid cuiq; perſonæ cõpetat, demonſtra-
uit, & ad explendam legis iuſtitiam, addidit quæ
reſeruata erant. Quare deus legẽ non à primor iiii
dio dedit? Primũ lex formata in literis dari non
debuit, quia in natura ipſa quodammodo inſerta
eſt, & creatoris notitia ex traduce nõ latebat. Nã
q̃s neſciat quid bonæ uitæ cõueniat: aut ignoret,
quia quod ſibi fieri nõ uult, alij minime debeat fa
cere? At ubi naturalis lex euanuit, impreſſa cõſue
tudine delinquẽdi, tũc oportuit legẽ manifeſtari,
ut in Iudæis omnes audirent. Non q penitus obli
terata eſſet, ſed quia maxima eius autoritate care-
bãt. Idololatriæ ſtudebatur. Timor dei in terris non

erat,& fornicatio operabatur. Circa rem proximi
auida erat cõcupiſcẽtia. Dãda ergo lex erat,ut & A
quę ſciebanť autoritatẽ haberẽt,& quę latere cœ
perãt,manifeſtarenť. Nã inuenimus ante Moyſen
nõ ſolũ nõ latuiſſe, ſed etiã uindicata eſſe peccata.
Quamobrẽ & iuſti fuiſſe reperiunť multi, q ſcien
tes deũ uindicẽ,timebãt peccare. Quod cũ cœpiſ
ſet iam negligi,legẽ naturalẽ reuelari oportuit,ut
ſcirẽt cũcti aperta ratione dñm requiſiturũ actus
Gen.19 humanos. Quãuis per diluuiũ uindicatũ legať,&
in Sodomã & Gomorrã, ſed hæc uetuſtatis obli-
uio texerat. Vnde p Moyſen terroris cauſa ad di-
ſciplinã corrigendã, & fidem in deũ reformandã,
1 Tim.1 cõmemorata ſunt. Quare & Apoſtolus: Iuſtis,ait,
lex nõ eſt poſita,ſed iniuſtis, idola colentibus,for
nicatoribus,& talia. Nũc uideamus an conueniat
ijs qui dei iudiciũ audiẽtes rident futurũ: ſi prode B
rit,an oberit: ſi ueritate muniať, an careat ratione.
Lex quidẽ data eſt mũdo, ſed uidemus eam circa
multos ceſſare. Nõ ergo iuſtũ uideť, ut q hic pec-
cãt p potẽtiã,ſecuri ſint. Alij legib. illudũt, paupe
res deprimunť,iuſtis accuſatio cõponiť,bene agẽ
tes opprobrio ſunt,pij indigẽt, mali florẽt, iniqui
& corruptores in honore ſunt, auari & raptores
locupletanť, iudex uenalis eſt. Nónne iniquũ ui-
deť ſi cõditor rerũ nõ hęc requirat: ut qui hic iniu
ſte oppreſſi ſunt,releuenť: & qui bene uiuẽdo in-
diguerũt,remunerenť,et qui ꝓpter iuſtitiã oppro
brio erãt,honorenť: illi aũt qui per potentiã leges
contẽpſerũt,aut tergiuerſatiõe illuſerũt: iniquita-
tem ſectãtes,ſic glorioſi in his,ut ipſi iuſtitiæ inſul
tare uideanť, ut humiliati & cõfuſi tormẽtis ſubij C
cianť in conſpectu eorũ in quorũ malis & deſpe-
ctione gaudebant, ut ipſi de pœna illorũ læti deo
gratias referãt, apud quẽ ſolũ perſonarũ acceptio
cessat? Vt quid Abel ſacrificiũ acceptũ eſt,&
Cain refutatũ eſt? Ex uerbis hoc ipſius lectionis
poteſt colligi,quia nõ eſt literarũ arte uelata hiſto
ria. Nã Abel prudentẽ & deuotũ in eo ipſo ſermo
indicat ſcripturę, Cain uero negligentẽ & impro
uidũ,ac per hoc minus deuotũ. Abel ergo de pla-
cidis potiora elegit quæ deo offerret creatori, ut
de ijs utiq; quę creauerat præcipua illi offerret,ut
p hoc & dedicationẽ ſuã et meritũ eius ꝓbaret,ut
& ꝓpriã reuerentiã,& deũ autorẽ oſtẽderet. Hoc
Cain uelut ruſticus pręſentare nequiuit. Totũ eñ D
animũ terræ inſerẽs, mẽtis oculos ad cœlũ leuare
nõ potuit, ut quid creatore dignũ eſſet,aſpiceret,
qualiacũq; etiã deo obtulerit munera. Quæ cauſa
etiã in Iudæis obliquę mẽtis deprehẽdiť. Sępe eñ
reprehẽſi ſunt,cũ munera ſua improuide dei alta-
ri offerrent,quæ nec hominib. digna uiderenť, di
Malach.1 cẽte dño: Cæcas & luſcas offertis mihi,nõ hæc ſu-
ſcipiã de manib. ueſtris. Offer eã prępoſito aut du
ci tuo,ſi acceperit ea. Cũ cõſtet apud oẽs perſonæ
ſublimi maxima offerri debere munera. Ideóque
Cain munera refutata ſunt, dicente ei dño: Quid
cõtriſtatus es,& ut qd cõcidit uultus tuus? Nõne
ſi recte offeras, recte autem nõ diuidas, peccaſti?
Quieſce. Apud te cõuerſio eius, & tu dominabe-
ris eius. Vides ergo quia diuiſio incurrit peccatũ,

dũ nõ æſtimãs quid dignũ deo eſſet, potiora reſer
uauit ſuis uſibus. Itaq; nõ quia obtulit reprehẽſus
eſt,ſed quia indigna obtulit. Neq; ex eo damna-
tus eſt,ſed quia factũ noluit emẽdare cõmonitus.
Ad te eñ,ait, conuerſio eius, & tu dñaberis eius: Gen.4
hoc eſt,me nõ accipiente,ad tuũ dominiũ conuer
ſum eſt munus à te oblatũ,ut de cętero ſciret quid
faceret. Hinc inuidia exarſit ut occideret fratrem,
ut ab iniuſto occidereť homine, qui iuſtitiam pri
mus oſtenderat, & exemplũ malũ dareť homini-
bus. Sic eñ æmulatiõe zeli cæcatus eſt,ut nõ ſolũ
gratias nõ ageret,eo ꝙ reus factus non fuerat,ſed
nec didicerat quõ hoc emẽdaret, uerũ etiã adde-
ret aliud grauius per qd dãnari mereretť. Talis eſt
cauſa improuidi ac fratricidę Cain,qualis & illius
nequã ſerui,cui cũ ignotũ eſſet à dño, ingratus ef-
fectus exiẽs ſuffocabat cõſeruũ ſuũ,ut etiã de præ
terito ignoto ſibi facinore,& de impietate in con
ſeruũ ſuũ admiſſa inexcuſabilis dãnareť: & tamen
ad præſens nõ eſt damnatus Cain,ſed confuſus &
reus ſub terrore dimiſſus eſt ſup terrã,ut ſi pœnite
ret ignoſcereť ei. Deniq; timens ne aliquis eũ pro
hoc facto occideret, ait ad dñm: Maior cauſa eſt Gen.4
mea relinqui me,ſi eijcis me hodie,à facie tua,& à
facie terrę abſcondã me,& ero gemẽs & tremens
ſup terrã. Et erit,omnis qui inuenerit me, occidet
me. Territus itaq; Cain uerbis iuſti iudicis dei, ti-
met deſpici à dño, ita etiã ut à conſpectu hominũ
confugere ſe debere putet: Certus, quia qui irato
deo uiuit, etiã ab homine poſſit occidi. Sed quid
ei reſpõdet dñs? Nõ ſic, ingt: hoc eſt, nõ ad hoc te
remiſi cũ nõ merearis uiuere, ut ab aliquo occida
ris,ſed ut gemas & tremas, quaſi qui primus malũ
exemplũ dederis ſuper terrã, dũ laboribus tuis nõ
reſpõdet fructus ex humo. Itaq; omnis qui occide
rit,inquit,Cain,ſeptẽ uindictas exoluet. Hęc ſen-
tẽtia oſtẽdit iure dãnandũ Cain. Qñ eñ uidit legẽ
datã ſub tali cõminatione ne quis imitareť factũ
eius,plus cœpit timere,ſciẽs quid mali admiſerat.
Septẽ ergo uindictas ꝓmittit ſi qs ad hoc facinus
aſpiraſſet, ut uidẽs ex hoc opere Cain reũ factũ,&
cum adhuc legis manifeſtatio nõ erat, ſciret ſe ſe-
ptẽplici pœna mulctari ſi hoc nõ uitaret: ut legis
notitia ſex plagas adderet ſupra ꝙ meruerat Ca-
in, ut cũ plaga Cain ſeptẽ numerarenť uindictæ.
Hoc etiam numero remunerãdi ſunt qui relictis
oñib. dñm ſequunť,& in futuro uitã æternã habe
bũt. Hoc eſt ſignũ qd poſuit dñs in Cain, ne occi-
deret eũ omnis qui inueniſſet eũ. In parricida eñ
poſita lex eſt,ut ſi quis homicidiũ feciſſet, quia o-
mne parricidiũ homicidiũ eſt, ſepties reus eſſet ꝙ
fuerat Cain, ut hac ſeueritate perterriti cæteri, ab
hoc ſe facinore inhiberẽt. Vtrũ Lamech occide VI
rit Cain,ſicut putať? Fruſtra hoc putãt qui arbi
tranť ꝙ Lamech hoc dixerit de Cain: Occidi uirũ Gen.4
in liuore meo, & iuuenẽ in uulnere meo. Iam eñ
in quinta generatione natus erat Lamech à Cain,
id eſt, de Mathuſalẽ abnepote Cain. Hoc aũt idcir
co cõmemorat Lamech,ut oſtẽderet acrius aſtrin
gendũ eũ qui ſub manifeſta lege peccauerit. Ac p
hoc ſi poſt Cain in imitatorẽ eius ſepties uindica-
tum

tum eſt, quanto amplius in eū uindicandū eſt, quē
nec factū Cain er correptio, nec poſt in eū lata ſen
tentia terruit, ut à tam impio & crudeliſſimo faci-
nore uolūtatē auerteret. Poſt Cain ergo Lamech
hoc homicidiū ꝑpetrauit, qui ſine dubio iuxta ea
quæ ſuprà dicta ſūt, ſeptē uindictas exoluit: & q̄d
poſt Lamech ei qui hoc ſecutus fuiſſet eſſet futu-
rū, oſtēdit dicēs, De Lamech aūt ſeptuagieſſepti-
es. Vt quia malū opus pœnitētia nō ſubſequit̃, ſe-
Matth. 18 ptuagintaſeptē plagarū ictib. feriat̃. Vnde & ſal-
uator etiā ſeptuagicſſepties peccāti, cōuerſo tn̄ re
mitti præcepit. Sed ne puter̃ alius ante Lamech
homicidiū poſt Cain feciſſe, quia dixit, De Cain
uindicatū eſt, quaſi iam factū Lamech dicat de ſe:
quō aūt diceret q̄a uindicatū in eū erat, cū adhuc
recēs eſſet homicidiū quod confeſſus fuerat ſe fe-
ciſſe, cū cōſtet omne factū ſententiā ſecū habere?
Quādo em̄ alia ſpes non eſt, prætereꝙ quod exple
to operi dignū ſcit̃, futurū ꝓ facto haber̃. Deniqꝫ
dictum Adæ & Euæ eſt, Qua die māducaueritis,
morte moriemini: & utiqꝫ nō ſtatim mortui ſunt,
ſed poſt longū tēporis interuallū: ſed q̄a iā ſpē im
mortalitatis amiſerant, futura mors præſens dicta
eſt, q̄a hæc cœpit in ſpe haberi. Igit̃ cū Lamech iu
uenē ſe occidiſſe fatet̃, et Cain ſicut claruit, uſqꝫ ad
hoc tēpus ꝑuenire nō potuit, aut ſi ꝑuenit, q̄d im-
VII poſſibile uidet̃, ſenior fuit, eū nō occidit. Quæ
decē uerba in tabulis data ſint, aut ſingulæ tabulæ
quę & quot uerba habuerint? Decē ſentētias, de
cē uerba appellauit: quia et ſaluator ſenſum uerbū
ſignificauit, dicēs inter cætera ad Iudæos, Interro
go uos & ego unū uerbū, reſpōdete mihi, Baptiſ-
Matth. 21 mus Ioannis unde erat, è cœlo, an ex hominibus?
Marc. 11 Hūc ſenſū uerbū appellauit. Simili mō et in duab.
Lucæ 20 tabulis decē uerba ſcripta dicunt̃, quę decē ſenſus
ſunt. Deniqꝫ dicit: Non ſint tibi dij alij præter me:
primū uerbū hoc eſt. Et ſubiecit ſecūdū: Nō facies
Exod. 20 tibi ullā ſimilitudinē eorū quæ ſunt in cœlo ſurſū,
& in terra deorſū, neqꝫ in aqua quæ eſt ſub terra.
Deinde adiecit tertiū: Non ſumes nomē dei tui in
uanū. Nō em̄ mūdabit eū dn̄s q̄ ſumit nomē eius
in uanū: hoc eſt nō in mēdacio nomē dei tui aſſu-
mes ut ꝑiures ꝑ illud. Dehinc quarto loco dicit:
Sabbatū dn̄i dei tui ſeruabis, & nō facies in illo ul
lū opus ſeruile. Hæc quatuor uerba ſunt de decē,
Iſta ad deū ꝓprie ꝑtinēt. Hęc ſunt in prima tabula
ſcripta. Deinde in ſecūda tabula hæc cōtinēt̃. Pri-
mū uerbū eſt: Honora patrē tuū & matrē tuā. Se-
cūdū, Nō occides. Tertiū, Nō fornicaberis. Quar
tū, Nō furaberis. Quintū, Non falſū teſtimoniū di
ces. Sextū, Nō cōcupiſces quicꝙ ꝓximi tui. Hæc
in ſecūda tabula ſcripta probat apoſtolus Paulus
Ephes. 6 dicēs: Honora patrē & matrē, q̄d eſt mandatū pri
mū in promiſſione. Quō enim eſſet primū, niſi in
ſecūda tabula ab ipſo cœpiſſet? In ꝓmiſſione aūt
ideo dicit, quia ſtatim ſubiecit, Vt ſis lōgęuus ſuꝑ
terrā, & bene ſit tibi. Hæc eſt ꝓmiſſio facta ijs qui
mādata cuſtodiūt. Itaqꝫ habes er mādata diſtincta
& numerū eorū cōſummatū, & quę et quot ſingu
VIII lis tabulis ſcripta ſunt. Vt quid Moyſes deſcen
Exo. 33 dēs de mōte cū tabulis, uultū ſplendidū habuit &

intolerabilē? Accepta poteſtate in peccatores
A cū honorificētia deſcēdit de mōte, facie glorioſa.
Lex em̄ contra peccatores data eſt. Moyſes ergo
quia nō peccauerat, glorioſus apparuit, & intātū
ut à peccatorib. uideri nō poſſet. Oſtenſum em̄ in
eo eſt, quia peccarores gloriā dei nō merent̃ aſpi-
cere. Poſt ſimulachrū enim uituli fuſilis, & confra
ctionem tabularū in quibus lex data fuerat, rurſus
aſcēdit Moyſes in montē cū tabulis, in quibus ac-
cepta lege cū deſcēderet, glorioſa facta eſt facies
eius, ut non poſſent aſpicere filij Iſrael uultū eius,
neqꝫ Aaron, quia & ipſe peccauerat. Sed interpo
ſito uelamine loquebat̃ ad illos, ut tā diu indigni
eſſent gloria dei, ꝙ diu in peccatis uerſarent̃. Vn-
de dicit Apoſtolus: Cū cōuerſus fuerit ad deū, au- 2 Cor. 3
feret̃ uelamē, ut dono dei abluti, digni fierēt intē-
dere gloriā dei. In confractione em̄ tabularū quas
ante accepat, Iudæorū populū reprobū ſignifica-
B uit, eo ꝙ peccatis ſtudentes, ꝓmiſſione dei indi-
gni futuri erāt. Quod aūt reiterata lex eſt, alter po
pulus futurus ſignificatus eſt, cui ꝓficeret lex da-
ta in monte. Si omnia deus bona fecit & ualde IX
bona, ut quid dixit ad Noe de mūdis & immūdis
induc tecū in arcā, cū immundū bonū dici abſolu-
te nō poſſit? Per id quod multimodā rationē ha
bēt uerba, faciūt quæſtiones. Nā ſi ad hāc cauſam
de qua agit̃ referant̃, nulla erit quæſtio, quia ꝑ or-
dinē res ipſæ ſe produt. Nā aliquādo cōmune dici
mus quod indiuiſum eſt, aliquādo q̄d immūdum
eſt. Duobus em̄ modis appellat̃ cōmune. Deniqꝫ
Petrus apoſtolus: Cōmune, inquit, & immundū Act. 10
C nunꝙ intrauit in os meū. Et apoſtolus Paulus: O- Rom. 14
mne, inquit, quod non eſt ex fide, peccatū eſt. Et
alibi: Lex, ait, non eſt ex fide, & tn̄ nō eſt peccatū. Gal. 3
Vides ergo, q̄a unus atqꝫ idē ſermo nō eadē ſem-
per ſignificat. Ideo & cum dicit̃, immundū, cōſide
randū eſt ex qua cauſa dicat̃, quia aliquādo ad cō
parationē melioris immundū dicit̃, aliquando ad
opera ſordida refert̃, ut malū intelligat̃. Nulla igit̃
ſubſtātia malū, quia quæ per ſubſtantiā immunda
dicunt̃, ad comparationē pulcherrimarū rerū im-
mūda ſunt. Nā & canis immūdus dicit̃ ad ouē, &
plūbū ad cōparationē auri immūdū eſt, & coruus
ad pauū, & cū uniuſcuiuſqꝫ corporis mēbra ſint,
alia honeſta, alia inhoneſta uocant̃, cū ſciant̃ mala
nō eſſe. Itaqꝫ om̄ia in ſua natura bona ſunt, quia u-
D tilia. Cū deus dicat ad Abrahā de filijs Iſrael, ꝙ X
quarta ꝓgenie exituri eſſent de Ægypto, cur lex Gen. 15
dicit, Quinta progenie exierūt filij Iſrael de terra
Ægypti? Quantū ad uerba pertinet, uidet̃ eſſe
cōtrariū, ſi aūt ſenſus quærat̃, inueniet̃ eſſe nō diſ-
par. Sic em̄ lex loquit̃, ut à diligētibus & credulis
poſſit intelligi, ut ratio ueritatis nō incurioſis, ſed
ſolicitis ſe reuelet. Nā utiqꝫ deus dixit, quarta ꝓge
nie: & Moyſes ſcripſit, quinta progenie: quamuis
utrumqꝫ Moyſes retulerit, & fallere eū impoſſibi
le ſit in q̄ tāta uirtus operata ſit: ac per hoc inueſti-
gādus eſt ſenſus, quia non ocioſe aliquid agit, nec
improuide diuina loquit̃ ſcriptura. Itaqꝫ duæ par-
tes ſunt quas ſinguli memorarūt. Deus enim qua
tuor generatiōes ſignificauit quę natę ſunt in Æ-

gypto: Moyses aũt addẽs his unã, ex qua hæ ortũ
accepẽrunt, cũ intrassent in Ægyptũ: Quinta, in-
quit, generatione exierũt filij Israel. Generationẽ
enim quæ intrauit in Ægyptũ, & quatuor quæ il-
lic natæ sunt, simul cõplexus est. Nam ab Abrahã
usq; ad exitũ filiorũ Israel de Ægypto, generatio-
nes sunt octo. Ducẽtis em̃ quindecim annis à pro
missione facta Abrahæ, habitauerũt in Chanaan,
& ducentis quindecim in Ægypto. Hi sunt anni
q̃s comprehendit Apostolus ad Galatas dicens:
Galat.3 Post quadringẽtos & triginta annos facta est lex.
Igit̃ hę quatuor gñationes natæ sunt in Chanaan.
In Isaac una, altera in Iacob, tertia in Leui, quarta
in Gerson, & Caath, & Merari. Cũ intrassent aũt
filij Israel in Ægyptũ, Caath genuit Amram: Hæc
est prima generatio facta in Ægypto. Amram aũt
genuit Aarõ & Moysen & Mariã, quæ est secũda
generatio facta in Ægypto. Et Aarõ genuit Elea
zar & fratres eius, quæ est generatio tertia. Elea-
zar aũt genuit Phinees quarta gñatione. Hæ sunt
quatuor gñationes procreatæ in Ægypto. Vnde
Gen.15 ait dñs ad Abrahã: Peregrinũ erit semẽ tuũ & ser-
uitio opprimẽt eos, ego aũt liberabo eos, & quar-
ta generatione exiẽt inde. Vide si non apertũ est,
quia non aliquid aliud significauit deus, q̃ q̃d ge-
stũ est in Ægypto. Moyses aũt ut etiã illã genera-
tionẽ poneret, quæ cũ Iacob patre suo intrauit in
Ægyptũ, ex qua istę quatuor originẽ habẽt, dixit,
Quinta progenie exierũt filij Israel de terra Ægy-
XI pti. Si uiri iusti uolũtas bona est, quare Isaac nõ
Esau quẽ uoluit, sed Iacob benedixit quẽ noluit?
Iusti hominis quãtũ ad cõscientiã eius pertinet,
uolũtas bona est: quantũ aũt ad pręscientiã, immu
nis est ab aduersis. Deus enim solus est, qui de fu-
turis iudicat. Et p̃ hoc Isaac iustus quantũ ad præ-
sentẽ humanitatẽ dignũ est, maiorẽ filiũ suũ bene
dicendũ magis putabat. Sed deus qui occultorũ
cognitor est, minorẽ benedictionẽ mereri osten-
dit, ut in benedictiõe nõ hominis ostenderet esse
beneficiũ, sed dei, q̃a officij dignitas est nõ homi-
nis meritũ, quã dei sequit̃ benedictio. Deniq; di-
ctũ est à deo in Numeris ad Moysen & Aaron sa-
Num.6 cerdotes: Vos ponite nomẽ meũ sup̃ filios Israel,
ego dñs benedicã eos: ut gratiã traditio p̃ ministe
riũ ordinãtis trãsfundat hominibus, nec uoluntas
sacerdotis obesse aut ꝓdesse possit, sed meritũ be
nedictionẽ poscẽtis. Quãta aũt sit dignitas ordi-
nis sacerdotalis hinc aduertamus. Dictũ est em̃ de
nequissimo Caipha interfectore saluatoris inter
Ioan.11 cætera, Hoc aũt à semetipso non dixit: sed cũ esset
princeps sacerdotũ anni illius, ꝓphetauit. Per q̃d
ostendit̃ spiritũ gratiarũ nõ personã seq, aut digni
aut indigni, sed ordinationẽ traditionis: ut quãuis
aliquis boni meriti sit, non tñ possit benedicere,
nisi fuerit ordinatus ut officiũ ministerij exhibeat.
XII Dei aũt est effectũ tribuere benedictiõis. Quare
Abrahã fidei suę signũ, circũcisionis accepit sacra
mentũ? Si uelis aduertere, nõ incõgruũ uidebis
quod putas diuersum esse à ratione. Credẽs em̃ se
filiũ habiturũ in q̃ omnes gẽtes benedicerent̃, &
à quo sanctimoniũ exoriendum erat, illa in parte

signũ accepit, p̃ quã generatio fit filiorũ & cessat,
A ut sanctior sit. Sed si aliquib. deformatio uidet̃, ani
maduertãt Abrahã in eo gauisũ, & filios eius hoc
testimonio fuisse gloriosos. Nã Achior utiq; unus Iudith.13
ex principib. gentiliũ uidẽs tantã uirtutem esse in
deo Abrahę, ut Holofernẽ ducẽ exercitus Assyrio
rũ, cuius potentiã tota terra tremebat, proprio gla
dio manu fœminæ decollaret, spõte se circũcidit,
arbitratus ex eo ipso dignitatẽ sibi quęsitã. Nõne
præ se fert, si aliq̃s ꝓ nomine Christi oculũ aut ali-
q̃d membrũ amiserit? Nõne partẽ ipsam humanis
uulnibus ingerit, ut appareat gloriosius? Pro fide
em̃ aliq̃d ad tempus amittere, lucrũ est facere. Ita
et Abrahã fidei suę signũ accipiẽs, nõ deformatus
est, sed melioratus. Spiritaliter uero hoc significa-
B uit, q̃a nebula carnis circumcidi debebat à cordib.
hominũ per fidẽ Christi: quia carnalis error obsta
bat, caliginẽ præstãs hũanis cordib. ne cognosce-
rẽt creatorẽ. Abrahã aũt, quia & ꝓmissus est ex se
mine eius futurus Christus qui hãc caliginem ab-
stergeret, ideo circumcisus est, quia filiũ credidit se
habiturũ, qui errorẽ hũc amputaret. Iã uide si non
cõgrue illa in parte uel tale signũ accepit. Si iudi XIII
ciũ dei iustũ est, quare infantes in Sodomis simul
cũ parentib. cremati sunt? Vt nimis impiũ faci-
nus Sodomitarũ possit aduerti, peccatũ eorũ per-
uenit usq; ad necẽ filiorũ ipsorũ, ne de origine illo
rũ signũ aliq̃d remaneret. Nõnne ꝓuisum est illis
ne diu uiuẽtes excẽpla sequerent̃ patrũ? A gehẽna
em̃ liberi sunt, in aliena causa occisi. Parentes em̃
tã pro se q̃ ꝓ his rei sunt, q̃a ut eorũ opera oblite-
C rarent̃, omnis ꝓgenies ipsorũ erasa est. Nam sicut
bonis parentũ lęti sunt filij eorũ, q̃ cõmẽdent̃ pre
rogatiua eorũ: sic & de morte quę ꝓ malis illorũ
infert̃ queri nõ possũt, ut quẽadmodũ participes
in lucro sunt, sic sint & in dãno. Similiter & in Æ-
gypto ꝓ noxis patrũ plexi sunt filij, sed ut ad emẽ-
dationẽ eorũ ꝓficeret: ut q̃a ex alijs causis deũ cre
dere & uenerari, qui in Moyse erat, noluerũt, hac
plaga territi cõfiterent̃ cũ satisfactiõe, ne grauius
hũc iratũ sentirẽt. Hęc ergo mors filiorũ, crimẽ est
patrũ. Quoquo em̃ modo filij debitũ spiritũ reddi
derant, futuri accusatores parentũ, q̃a perfidiã suã
nec sanguine filiorũ uincere potuerũt. Non ergo
in futurũ, sed ad pręsens tẽpus mala parentũ filios
inuenerũt. Nec qualecũq; beneficiũ est, gloriosũ
D nõ esse, nec tñ reũ. Nã si quidã cũ precib. enitunt̃
in postremis positi, ad fidẽ ueri accedere, ut si non
coronã uel ueniã mereãt̃: quõ poterũt hinc aliq̃d
queri, cũ quib. ita actũ est, ut neq; esset unde igno-
sci sibi precarent̃, neq; sublimes haberent̃ qui mi-
nime laborauerãt? Cõfer nũc unius momẽti cruci
atũ ad multi tẽporis poenã. Arbitrare etiã multos
laborare, & quia p̃seuerare nõ possũt, nõ solũ effe
ctũ laboris amittere, sed & poena mulctari. Adde
etiã, quia difficile de malis nati, et inter neq̃ssimos
educati uel cõuersati, mentẽ suã temperãt ad disci
plinã dei sequendã. Vide ergo si non magis bene
actũ est cũ filijs perditorũ. Quid est ut deus qui XIIII
iustus prædicat̃, peccata patrũ filijs reddere ꝓmi-
serit in tertiã & quartã progeniẽ? Nihil iniuste.
deum

deū facere aut dicere, qui dubitat insanus est. Itaq; si uerba domini nō supprimanť, sed omnia quæ ad eandē quæstionē pertinēt proponātur, lucebit quod obscurū uidebatur, & piū ęstimabitur quod minime iustū putabatur. Qui enim uerba supprimit quæstionis, aut imperitus est, aut tergiuersator, qui calūniæ magis studeat q̃ doctrinæ. Porrò autē repromisit quidē dominus reddere se peccata patrū filijs, sed ijs qui oderunt eū: hoc est qui in paternis malis uersati seruiunt idolis, sicut & patres illorū. Ille em̄ inimicus dei est, qui honorē nominis eius uēdicat creaturæ. Sicut em̄ iustorū filij & ipsi iusti nobilitāt in se genus iustitiæ, dū & patrū & sua iustitia sublimātur: ita & nequissimorū, & ipsi filij nequissimi eremētum faciunt maliciæ, quia & malorū filij sunt, et nequitiā illorū exēplarunt ad perditionē multorū. Cū terrore ergo locutus uideť deus, sed uerū est, & hoc habet ratio. Quis enim malū & mali hominis filiū non duplici genere execeretur, quomodo bonū & boni filium duplici mercede censer honorandū: Idcirco autē in tertiā & quartā progeniē reddere se promisit, ut si post patrē malū filius non sequatur perfidiam patris, nepos autē aui in malis imitator existens, sciat se non immunē futurū à seueritate sententiæ: aut si & nepos forte non aui, sed patris secutus uestigia testamētū diligat dei, nō ignorer pronepos ad se usq; peruenire sententiā si æmulus sit proaui perfidiæ. Hac legis manifestatione deterreri uoluit deus impios patres, ut agnoscētes quantū mali pareret sectatio idololatriæ, uel affectu filiorū reuocarētur ad reuerentiā creatoris, aut filij timentes ne incurrerēt peccata patrū, dei legi obtēperarent. Illi aūt attendentes ad nequitiā, aliter hoc in-

Ezech. 18 terpretari cœperūt dicētes, Patres nostri manducauerūt uuam acerbā, & dentes filiorū obstupuerunt: ut securi de impunitate, eo q̃ filijs ipsorū redderentur peccata, illi tamen neq; spiritus neq; carnis haberent pietatē. Hinc dicitur eis, Nō morietur filius pro patre, neq; pater pro filio, sed anima quæ peccauit ipsa morietur: ut addiscerēt non impune sibi futurū, sed sic reddi peccata patrū filijs, ut quia impietatē parentū secuti mala quæ obliterranda erant exemplauerint, acerbius puniantur. Postquam ostendit deus quid mali pariat idololatria, addidit statim quæ bona diligētes se sequanť, dicēs, Et faciens misericordiā in milia milium ijs qui diligūt me, & custodiūt præcepta mea: ut bonum patris, nō usq; ad pronepotē, sed usq; ad milia miliū reddat, Vt puta si quis ex semine Dauid diligat dominū, quem cōstat utiq; porro ante mille annos fuisse: huic addiť misericordia dei, ut in necessitate duabus suffragātib. causis, misericordiā accipere mereať: quia & ipse dei cultor est, & ex eius semine est, qui amauerit deū. Et in hoc clemētia dei laudabilis est, ut odio habētib. se usq; in tertiā & quartā reddat progeniē, & nō in milia miliū ut si in quintā progeniē tractum fuerit malū, inde iterū caput habere incipiat, ut ex eo numeretur usq; ad tertiā & quartā progeniem. Sed dicet quis: autori magis amplius reddendū iustū uidetur, q̃ imitatori. In autorē cōgrue datur uindicta: filijs autē q̃ plus dicit reddi, pœna est patris. Et si causam quæras, accessu legis peccatores plus fiūt rei, sicut Lamech & post Lamech. Quibusdam tamē uidetur, sic reddita esse peccata patrū in filios, dum in captiuitatē ducti sunt causa patrū, & fuerunt ibi usq; ad quartā generationē. Quod si uerū est, nō solū odio habētibus se reddidit peccata patrum, sed & diligētib. nomen suū: quia & Daniel abductus est, & tres pueri, & Baruch, et Ezechiel, & Esdra ibi natus est. Liquido ergo apparet illud conuenire propositæ quæstioni, quod supra diximus.

XV Cum iustū lex prædicet, & hic uere iustus, qui plenā habet iustitiā, quomō contra Salomon, Noli, inquit, esse iustus multum? Nimia iustitia Eccl. 7 incurrit peccatū, tēperata uero iustitia facit perfectos. Nō enim sine malitia est, qui multum est iustus: quia peccantib. ad singula si respondeas, non deerit ubi pecces: deniq; dei tēperata iustitia est, Peccantib. enim aliquādo ignoscit, aliquādo irascitur, aliquādo reddit nō quantū digni sunt: sufferet enim eos ut sint qui proficiāt. Lex em̄ quia se ipsam mollire nō potest, à nobis mitiganda est, ut possit ꝓdesse sub se agentibus. Hic ergo iustus nō est multum, qui dei imitator est.

XVI Quare angelus qui uolebat in uia Moysen occidere circūcisione Exod. 4 infantis placatus est? Quod sine consilio Moyses fecerat, apparētia cōminātis angeli emēdauit, Deniq; uides fieri, quod per neglegētiā fuerat prætermissum, cessauit ab ira. Idcirco ergo sic infestū angelū in se uidit Moyses, & paratū ad uindictā, quia uiri sublimis culpa, graue peccatū est. Quanto em̄ persona eius supplicior est, tāto magis leue delictum eius. Quod ergo à summo uiro, utpote à ductore populi fit, acerbissimū est peccatū. Pergebat itaq; ad filios Israel, missus à deo Abrahæ, & signū iustitiæ Abrahæ nō ferebat, in quo gloriari sciebat Iudæos: ut aut ipse solicitator diceret, aut nō ab eodē deo missus, qui Abraham elegerat. In Madian enim habitās filios suos minime circūcidit: quos aut ducere secū ad Aegyptū non debuit, qui cęteros ibat inde educere: aut certe circūcisos assumere, ꝓpter quæ supra diximus. Sephora ergo uxor Moysi: quod cōpendio loquitur scriptura, nō ignorās qua causa uiro suo infestus angelus uidebatur, accipiens petrā, circūcidit filium suū, & recessit angelus. Ea enim ratione, mitigata est ira, qua fuerat accensa. Nam aliquādo compēdio loquitur scriptura, quæ subintelligi uult ex proposita ratione: sicut & illud quod saluator dicit inter cętera ad Iudęos, Quare & uos præteritis mandatum dei, ut traditionē uestrā statuatis? Nam dixit Matth. 15 dominus, Honora patrē tuū & matrē, & qui ma- Exod. 20 ledixerit patri aut matri morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunq; dixerit patri aut matri, omne munus quodcunq; fuerit ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrē aut matrem suā: Sine dubio per cōpendiū dixit saluator, ut subintelligantur sacerdotes Iudæorū, dum auaritiæ studerent, dei legem spreuisse. Impia enim conspiratione consiliū dederūt filijs, ut maledicentes patrem aut

aut matrē quodcunq; offerrent quasi donum deo,
per q̄d data sententia in maledictos solueref. Vn- A
de securi facti filij, contra dei præceptū contemne
bant parētes: ita & Moyses cū infestum sibi uide-
ret angelum intelligēs causam, quid fieri deberet
ostēdit uxori ut recederet ab eo angelus, qui eum
quærebat occidere. Hoc subintelligitur in hac cau
sa, sicut & illud quod supra diximus in sacerdotes.
XVII Quid est ut maledictos dicat lex, qui semen nō
reliquerint in Israel: per Esaiā autem nihil obesse
dicatur spadonibus, quia generare non possunt?
Quoniā aliter q̄ dictū erat, intelligi cœperat:
idcirco Esaias Propheta ostēdit postea, quo sensu
dictū esset. Cū enim boc ex causa offensi dei sentē
tiæ loco positū esset, quia deserētes deū in eo per-
cutiebātur, ne ducētes uxores semē relinquerent,
sic hoc arripuit error humanus, ut putarent reos B
esse apud deū, si qui aut uxores nollent, aut acci-
piētes, ut assolet, generare nō possent: quasi nihil
aliud q̄ semen quæreret deus, Sicut arguūtur per
Malachiā prophetam. Esaias ergo ut cōsolaretur
eos quos mala intelligētia cōtristauerat, docuit ni
hil obesse, si quis aut non posset habere filios, aut
nollet, dummodo legē dei seruaret. Maledictum
enim illis cōpetebat, qui cū possent ac uellēt, diui
no obstāte iudicio, steriles erāt, ne fructū haberēt
creationis dei, quem spernebāt. Vnde cū uiderēt
aut generare se nō posse, aut genitos minime pos-
sidere, cognoscerēt indignantis dei irā esse, & con
uersi satisfacerēt. Nam & sancti uiri cū cupidi es-
sent filiorū, & non id obtinerēt, æstimabant pecca
ta obstare & dolebāt, ignorātes dei esse prouiden C
1Reg.1 tiam, cui seruabantur. Deniq; ad dei procuratio-
Luca 1 nem, & Anna cōcepit, & peperit Samuelē, & Eli
sabeth Ioannē, & uxor Manue Sāpsonē. Spirita-
lis enim intelligētia in hac causa ista est, ut maledi
cti habeātur qui nō reliquerint semē, quod uideat
deū: id est qui nō habuerint, aut filium, aut seruū,
aut proximū, qui dei timorē doceat super terram.
XVIII Quare Saul peccans petit orari pro se ut igno-
sceretur sibi, & impetrare nō potuit: Dauid autē
peccans postulauit, & ueniam consecutus est?
Dei iudiciū retractari non cōuenit: nam huma-
na imbecillitas atq; imperitia, dei se debet iudicio
tradere, in quo nō sapit: ut ex sententia dei intelli-
gat ueritatem, & nihil aliud fieri debuisse, q̄ quod
uidet fecisse deum, quem scit acceptorē persona- D
rum non esse. Si enim Dauid precem suscepit, &
Saul refutauit, nihil aduersum sentiendum est deū
fecisse. Sciens enim qua mente uterq; locutus est,
eius petitionē accepit, quem uidit tribulato cor-
de ueniā postulare. Illum autē despexit, quia ani-
mā eius pœnitētiæ nō tetigerat dolor, Quia deus
cordis auditor est magis q̄ uocis. Hinc dictū est,
1.Reg.16 Homo uidet in facie, deus autē in corde. Ideo etiā
fallimur, quia simulatio in uerbis & uultu, circun-
uenit nos, In corde enim quid sit uidere nō possu
mus. Quāobrem dei iudicium sequi nos oportet,
qui secundū cor in quo uniuscuiusq; sententia est,
examinat singulos. Hoc etiam & saluatorē fecisse
inuenimus. Scribam enim se offerentem, non su-
scepit, sedentē autē Leui ad teloniū uocauit: quia Matth.9
uerba scribę nō secutū est cor, Leui aūt tacens hoc
in corde babebat, quod scriba in uerbis. Iesus au-
tem, qui iuxta quod scriptū est, sciebat quid esset
in bomine, Leui elegit. Propterea Dauid non aliū
pro se uoluit humiliari sicut Saul, sed ipse supplex
tribulato corde ueniā precabatur. Quærēdum
est, si Adam factus, corpus immortale babuit, an XIX
mortale? Deus hominē fecit, qui quandiu non
peccaret, immortalitate uigeret: ut ipse sibi autor
esset ad uitā, aut ad mortē: ut custodiēs se à pecca-
to, labore suo gauderet, & esse se immortalē, Ne-
gligēs uero factus ipse sibi imputaret, quia cœpe-
rat esse mortalis. Quādiu ēm in creatoris lege du-
rauit, dignus fuit edere de arbore uitæ, ut mori nō
posset. Nec ēm corpus tale erat quod dissolui im-
possibile uideretur: sed gustus arboris uitæ, cor-
ruptionē corporis inhibebat. Deniq; etiā post pec
catū potuit indissolubilis manere, si modo permis
sum esset illi edere de arbore uitæ. Nā quomodo
immortale corpus habebat, quod cibo sustentaba
tur? Immortalis enim nō eget cibo neq; potu. Ci-
bus enim uires præstabat, uitæ aūt arbor medici-
næ modo corruptionē omnē prohibebat. Sic ēm
homini erat quasi inexpugnabilis murus. Quid XX
est quod dicitur, Panem angelorū māducauit ho- Psal.78
mo cū angeli nō egeant cibo, quippe cū sint natu
ra simplices, & potētia spiritali uigentes? Panem
quem angelorū appellat, manna est. Manna autē
interpretaf, quid est hoc? Videntes aūt filij Israel, Exod.16
quasi semen coriādri cadere super terrā candidū:
dixerūt ad inuicē, Quid est hoc? quod in Hebræa
lingua diciť man bu? Hic ergo panis aut cibus, nō
mundi lege creatus est cōmixtione elementorū,
sed desuper uenir spiritali ratione prouisus. Nec
quidē in supernis babebatur, quia corporib. alen-
dis ad momentū dei uirtute creatus est. Ideo autē
angelorū panis dictus est, quia ea uirtute creatus
est, qua angelica natura subsistit & uiuit: Sine deo
enim nulla uita est. Per id q; de cœlo uenisse dici-
tur, angelorum dictus est panis. Vt enim quanta
et qualia beneficia dei circa bominem sunt memo
raret, sic locutus est, ut gratias referrēt agnoscen-
tes deo, qui tāta cura seruos suos gubernat, ut eis
hæc in carne adhuc positis, si necesse fuerit, exhi-
beat, per quę uiuūt angeli. Dixit Apostolus inter
cætera, Petra aūt erat Christus: ut quia Christi uir- 1.Cor.10
tute aqua fluxit de petra, petra appellatus sit Chri
stus, Simili modo, & quia māna potestate eius ue
nir de cœlo: manna, id est Christus, panis dicatur,
ut quod tūc factum est eius rei, quę nūc in ecclesia
offertur, figura fuisse existimeť, ut Christiani po-
puli, quos in angelis significauit scriptura, panem
manducarēt homines, id est Iudæi. Et quia maior
gratia est nūc, quàm in Prophetis, & libertas da-
ta per Christum: quia ubi spiritus domini, ibi & li
bertas: ad comparationē temporum & gratiarū,
Christiani angeli dicti sunt: quorum pane, qui
Christus est, satiati sunt Iudæi, quos bomines di-
xit, Horum enim magis Cbristus est, quib. & reue
latus est, & qui hoc nomine uocari censentur. Du
plici

plici ergo genere potest intelligi supradicta quæ
stio, ut & panis angelorū cœlestium dici possit & A
XXI Christianorū, secundū ea quæ dicta sunt. Quid
sit ad imaginē & similitudinē dei fecisse hominē,
& an mulier imago dei dicatur? Hoc est ad ima
ginē dei factum esse hominē, quia unus unū fecit:
ut sicut ab uno deo sunt omnia, ita et ab uno homi
ne omne genus humanū. Similitudo aūt hæc est:
ut quemadmodū de patre est filius, sic & de uiro
mulier, ut unius principij autoritas conseruetur.
Sed filius ineffabiliter & incōprehensibiliter na-
tus est de deo patre: mulier aūt corporaliter, sicut
legimus facta est de uiro, ut per eā natiuitas orire
tur. Filius uero dei ideo natus est, ut per ipsum fie-
ret creatura. In hoc ergo dissimile est. Nam & de
deo deus natus est, de uiro aūt fœmina: quia illic
simplicitas est, & nō potuit nisi simplex de simpli B
ci nasci, spiritus de spiritu, deus de deo. Igitur uir
imago dei est. Sic enim scriptū est, Fecit deus ho-
Gene.1 minē, ad imaginē dei fecit eū. Vnde & Apostolus
1 Cor. 11 Vir quidē, inquit, nō debet uelare caput, cum sit
imago & gloria dei, Mulier aūt, inquit, uelet ca-
put. Quare? Quia nō est imago dei. Vnde denuo
dicit Apostolus, Mulieri aūt docere non permitti
XXII tur, neq; dominari in uirū. Quid est, ut dicat Sa
Eccle.14 lomon, Iustifica animā tuā ante obitum tuū. Et in
Psal.143 Psalmo, Nō iustificabitur, ait, in cōspectu tuo om
nis uiuēs. Hic iustificat animā suam ante mor-
tē, qui spe uitæ futuræ cōsequitur fidē ne moriatur
impius, Sed Salomon de eo dicit qui sub lege ui-
uit & nō conuersat iuste. Huiusmodi ergo si corri C
gat animum ut iustitiæ uias ambulet, iustificat ani
mā suam ante mortē. Salomō enim propter iudi-
ciū futurū consiliū dedit, ne quis indiligēs circa se
in peccatis moriatur. Dauid uero de perfectione
iustitiæ locutus est, quia nemo iustificabitur apud
deū ut dignus promissione sit, nisi fuerit mortuus
cū iustitia. Quādiu enim uiuit, futurorū meritum
nō habet adhuc plenū. Vnde dicit saluator, Qui
Matt.24 perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. An
XXIII ex traduce sint animæ sicut & corpora? Inho-
nestū puto si dicātur animæ cū corporib. genera-
ri, ut anima nascatur ex anima, quod nec animæ
ipsi cōpetit: aut si certe singulæ cœlestes potesta-
tes factæ sunt, & ex ipsis cæteræ natæ sunt, potest
ex una Adæ anima credibile uideri cæteras nasci.
Sed nō cōuenit, quia soli deo hoc possibile fuit, ut D
simplex generaret, nec cæteris concederet. Quod
tam mysticū est in causa saluatoris, ut nō solū à so-
lis gentilib. uel Iudæis, uerūetiā ab ipsis qui Chri-
stianos se dicūt incredibile reputetur. Photiniani
enim & Ariani hāc fidē spernunt, nec credūt deū
generasse. Nam si eo tempore quo seminatur cor-
pus, etiā anima generatur ex anima, de Adam co-
stam sublatā legimus, non tamen animā natam ex
anima: sed si costa secū habuit animā, iam non na-
ta est, sed detracta in partē. Sed nec hoc scriptum
Zach.12 est. Propheta enim Zacharias inter cætera, Qui
plasmauit, inqt, animā hominis in eū. Nec Esaias
Esa.44 ab his dissentiēs ait, Sic dicit dominus deus qui fe
cit te & finxit te in utero. Si ergo in utero fingit;

iam formato corpori tribuit. Cū em̄ omnia mem
A bra implet corporis, figurata dicit in corpore. Vt
sicut aqua cū sit sine effigie, missa tamen in uas fi-
gurata uidetur: Ita & anima cū sit natura incorpo-
rea & simplex, quasi format in corpus, singula mē
bra uiuificās. Quod quidem Moyses manifestius
tradidit dicēs, Si quis percusserit mulierem in ute Exod.21
ro habentē, & abortiuerit: si formatum fuerit, det
animā pro anima: si aūt informatū fuerit, mulcte-
tur pecunia, ut probaret non esse animā ante for-
mā. Itaq; si iam formato corpori datur, non in con
ceptu corporis nascitur cū semine deriuata. Nam
si cū semine & anima existit ex anima, multæ ani-
mæ quotidie pereunt, cū semen fluxu quodā non
pficit natiuitati. Sed si propius respiciamus uide-
bimus quid sequi debeamus. Contēplemur factu
B ram Adæ. In Adam enim exemplū datū est, ut ex
eo intelligat, quia iā formatū corpus accepit ani-
mam. Nā potuerat animam limo terræ admiscere,
& sic formare corpus. Sed ratione informabatur,
quia primū oportebat domū compaginari, & sic
habitatorē induci. Anima certe quia spiritus est,
in sicco habitare nō potest, ideo in sanguine fert.
Cū ergo corporis liniamēta cōpacta non fuerint
ubi erat anima? An foris uagatur quādiu immitta
tur: cū ratio tradat sic dari eam ut animet corpus,
nō ut ociosa uagetur? Sed ex quo detur dicāt qui
aliud putant: ex mare, an ex fœmina? Si ex fœmi-
na, nō cōuenit, quia aliud in exēplo est. Proponūt
enim ex uiro cū costa datā & animā. Quod mul-
C tis rationib. infirmari docuimus. Vnde forte uidea
tur dari ex fœmina, maxime ꝓpter Saluatorē quē
scimus sine cōplexu carnis de spiritusancto natū
ex fœmina. Quod si arbitrant, plus dant fœminis:
autoritatē enim uiri immutant in fœminā. Cū em̄
tam corporis ꝙ animæ originē ex uiro dicāt, con
uertūt se ut id quod potius est, ex muliere dicant,
id est anima: quod uero minus, ex masculo: id est,
corpus: cū manifestum sit ordinē exēpli à deo tra-
diti immutari nō posse. Quid est, ut cum uir & XXIIII
mulier una sint caro, uir imago dei sit, & nō fœmi-
na? Vnius substātiæ quidē sunt uir & mulier, &
in anima, & in carne. Sed gradu maior est uir, quia
ex eo est fœmina, sicut dicit Apostolus, Caput mu Eph.5
lieris uir. Causa enim maiorē fecit uirū, nō substan 1 Cor.11
tia. Nam & in uno corpore maiora mēbra sunt &
D minora, nō natura, sed ordinatione. Vt quid Io XXV
seph post prophetiā adiurat filios Israel, ut cum à
deo liberarent, cineres eius de Aegypto transfer-
rēt? Non ociose istud mādasse Ioseph filijs Israel, Gen.50
in absoluto est: quia em̄ prophetare potuit, nō im
prouide locutus esse credendus est. Cū enim esset
in dei creatoris deuotione propēsior: sciēs aūt ab
Aegyptijs se coli causa administratiōis, qua in ma
gna egestate Aegyptū gubernauit, post exitū suū
errorē petiuit auferre: Certus uanitatē uulgi mor
tuos magis ut deos uenerari ꝙ uiuos, ne ei deferre-
ret debitus creatori honor. Hic ergo ostendit se li
berū fuisse à uana superstitione Aegyptiorū, quādo
ne ad dei iniuriā proficeret, cineres suos transferri
mandauit. Quod quidē & Apostolos inuenimus
secutos

secutos. Paulus enim & Barnabas cum sacrificari
sibi uelle uidissent: sciẽtes exosum deo, sciderunt
Act.14 uestimẽta sua dicentes. Quid facitis, & nos homi-
XXVI nes sumus uobis similes: & sic compescuerunt tur
bas. Requirendũ de Helisæo, an id quod dure
petisse ab Helia dictus est, consecutus sit. Cupi-
dus spiritu Helisæus faciendarũ uirtutũ, illectus
exẽplo magistri, accepta facultate poscẽdi quod-
cunq; uoluisset, auarus ad bonũ, dupliciter spiritũ
sibi inesse, q̃ in magistro erat postulauit. Cui ho-
4 Reg.2 mo dei Helias ait, Dure petisti. Auiditate eñ non
considerauit discipulũ nõ esse super magistrũ. He
lias tamẽ sciẽs illum nõ ambitione præsentis glo-
riæ hoc postulasse, respõdit, Attamẽ si uideris me
assumi abs te erit tibi sic. Sensus hic poi derandus
est. Subindignatus aũt cum dixisset, Dure petisti:
subiecit, Si uideris me tamen absumi, erit tibi sic.
Neq; negasse illi uisus fuerat, ostẽdit sic illi futurũ
sicut dignũ erat, non sicut ipse postulauerat. Mul-
ta eñ subintelligi uult scriptura, ut collectus sen-
sus ex uerbis, non sit rationi religionis aduersus.
Nam utiq; dura petitio, etiã merita debebat amit-
tere. Sed quia sic cupidus boni sic postulauit, deus
qui scit, quid unicuiq; dandũ sit doni, priuari illũ
nõ passus est meritis suis. Videamus itaq; si Heliæ
meritũ admitteret, ut Heliseus duplum donũ eius
mereretur accipere. Dictum nãq; est à spiritusan-
cto per Zachariã, cuius meriti futurus esset Ioan-
Lucæ 1 nes, Veniet, inquit, in spiritu & uirtute Heliæ. Pa-
rem ergo Ioannẽ Heliæ ostẽdit: & dominus dicit,
Matth.11 Nemo maior inter natos mulierũ propheta Ioan-
ne baptista. Non dixit, omnib. maior est: sed, ne-
mo illo maior est: hoc est, æqualẽ habet, maiorem
non habet. Helias ergo par illi est, nullo utiq; mi-
nor: quomodo Helisæus maior illo est, cũ Ioãnes
quo nemo maior est par Heliæ sit. Nã ueniens ad
aquarũ transitũ, non accepit honorẽ ab eis ut po-
tuisset trãsire, nisi nominasset deũ Heliæ: ut p hoc
dura petitio correpta uideret: dũ non nisi nomine
Heliæ auditus est, ne id quod dure petierat, acce-
pisse putaret quod nõ sufficeret pro tẽporis meri
XXVII to dispensatio spiritus concessa Heliæ. An Py-
1 Reg.28 thonissa Samuelem excitauerit, & ipse ab ea uisus
sit, & locutus sit ad Saul quæ historia refert in li-
bro Regnorũ. Indignũ facinus æstimo si secun-
dum uerba historiæ cõmendet assensus. Quomõ
enim fieri poterat, ut arte magica attraheretur uir,
& natiuitate sanctus, & uitæ operib. iustus? Aut
si non attractus est, consensit: quod utrũq; de uiro
iusto credere absurdum est. Si enim inuitus addu-
ctus est, nullũ suffragiũ habet iustitia. Si aũt uolun
tarius, amisit meritũ spiritale, quod positus in car-
ne quæsiuerat: quod ualde absurdũ est, quia hinc
qui iustus recedit, permanet iustus. Porrò autem
hoc est præstigiũ Satanæ, quo ut plurimos fallat,
etiã bonos in potestate se habere cõfingit. Quod
Apostolus inter cætera ait, Ipse Satanas transfigu
2 Cor.11 rat se in angelũ lucis. Vt enim errorem faceret in
quo & ipse gloriaret, in habitu uiri iusti & nomi-
ne se subornauit: ut nihil proficere spem quã præ
dicabãt dei cultoribus mentiret, quãdo hinc exe-
untes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc
A quosdã fallit, q de morte Saul & filiorũ eius non
sit mẽtitus: quasi magnũ sit diabolo, ante diẽ occa
sum corporis præuidere, cũ signa quædã soleant
apparere morituris: qppe à quib. dei ptectio amo
ta uidet: quãto magis diabolus quẽ angelica ma-
iestate sublimẽ prophetica oracula fuisse testãtur,
de cuius magnitudine Apostolus ait, An ignora-
tis altitudinẽ Satanæ? quid mirũ ergo si imminen
tem prope mortẽ potuit præuidere, cũ hoc sit un-
de fallit, & se in dei potestate uult adorari? Nã tan
ta hebetudine demens effectus est Saul, ut ad Py-
thonissam cõfugeret. Deprauatus eñ causa pec-
B cati, ad hæc se contulit quæ dãnauerat. Sed si quis
propter historiam, & ea quæ uerbis expressa sunt
putet nõ prætermittenda, ne ratio historiæ inanis
sit recte faciet quidẽ, si tamẽ minime istud ad ueri
rapiat rationem, sed ad uisum & intellectum. Saul
nãq; reprob. factus, nõ poterat bonũ intellectũ ha
bere. Historicus eñ mentẽ Saul & habitũ Samue
lis descripsit, ea quæ dicta & uisa sunt exprimens:
prætermittens si uera an falsa sint. Quid enim ait?
Audiens in quo habitu esset excitatus, intellexit, 1 Reg.28
inquit, hũc esse Samuelẽ. Quid intellexerit retu-
lit, & quia nõ bene intellexit, contra scripturã aliũ
adorauit q̃ deum, & putans Samuelem, adorauit
diabolũ, ut fructum fallaciæ suæ haberet Satanas.
Hoc enim nititur ut adoretur quasi deus. Si enim
uere Samuel illi apparuisset, nõ utiq; uir iustus per
misisset se adorari, qui prædicauerat deum solum
C adorandũ. Et quomõ homo dei, qui cum Abrahã
in refrigerio erat dicebat ad uirum pestilentiæ, di
gnum ardore gehẽnæ, Cras mecũ eris? His duo-
bus titulis subtilitatẽ fallaciæ suæ prodidit impro-
uidus Satanas, quia & adorari se permisit sub ha-
bitu & nomine Samuelis cõtra legẽ: & uirũ pec-
catis pressum, cũ magna distãtia peccatorum & iu
storum sit, cũ Samuele iustissimo futurũ mentitus
est. Verũ potest uideri si de Samuelis nomine ta-
ceatur, quia Saul cũ diabolo futurus erat. Ad eum
enim trãsmigrauit, quẽ adorauit. Semper eñ dia-
bolus sub uelamine latẽs, prodit se dum ea confin
git quæ abhorreant personis, per quas fallere niti-
tur. Quid cõtradicendũ ijs sit qui mundũ istum XXVIII
ab æterno naturaliter moueri inquiũt, neq; initio,
neq; abolitioni obnoxiũ. Mundum ab æterno
D cõstare, & nulli debere subiectionẽ, improbabile
& impossibile est, quẽ uidemus tanta diuersitate
extare corporũ: cum nihil diuinũ & æternum pos
sit esse nisi simplex in quo nulla diuersitas uideat,
sed sit unitas. Nam & uices ipsas temporũ non be-
ne seruat, ut nõ solũ in temporib. uarijs, sic & con-
trarijs cõstet substãtijs, sed & in ipsis uicibus tẽpo
rum: cũ res æterna diuersitatem abhorreat, & sit
nec tactu nec uisu capienda utpote incorporalis:
hic autem passioni obnoxius est, quia & aqua re-
pugnat igni, & ignis si ampliatus fuerit superat
aquã, & terra cum sit natura arida & frigida pati-
tur incendiũ, quasi res corporalis. Itaq; inconue-
niens est mundum æternum dicere, quem cum ui-
demus passioni subiectũ, & per secula senectute
deficere

deficere credimus, & finiri. Quid censet de homi-
ne qui mundū æternum putat? Certe homo cœpit
in mūdo: sine homine ergo cui proficiebat annua
fœcūditas mundi? ac sine aliqua prouidētia gene
rabat? Et quomō æternus corruptibilia & morta-
lia generabat, cū de æterno debeat æternū existe-
re? Et quod uisibile est & sentitur et tangit, qua au
dacia uocatur æternū? Et quod uicibus temporū
ministratur, ita ut ipsa tēpora aliquādo nō seruent
officia sua, quomodo appellatur æternum? Aeter
nitas enim non corrumpitur, nec immutatur.
XXIX Quare octauo die mandatum est circuncidi.
Gen. 17 Octauo die à natiuitate idcirco preceptū est cir
cūcidi, quia iuxta numerū & curricula dierū post
septē ipse rursum primus inuenitur quasi post sab
batū, ut iā nō octauus habeatur, sed primus. Quia
B em̄ salus futura per Christū in primo die erat præ-
destinata, qui dominicus ideo dicit, quia in eo re-
surrexit dominus, qui est post sabbatū, Propterea
salutis huius figura in circūcisiōe data est, ut quasi
renouatio futura in circūcisionis lege dinoscere-
tur. Et quia per fidē saluari haberēt homines, quæ
primo die resurrectiōis dñi firmata est: figura hu-
ius rei in circūcisione primo die data est, quæ etiā
esset signum fidei Abrahæ. Integra ergo causa est,
quia signū præteritæ fidei primo die signatę, figu-
ra fuit futuræ fidei ptimo die constabilitæ. In
XXX Prouerbijs, Iustus, ait, accusator est sui in primor
Prouerb. 18 dio sermonis: quomō iustus, si peccator? Omnis
ueritas iustitia est, qui enim cōfitetur quod est, iu
stus est, ueritatē enim loquit, Peccatores aūt uin-
dicātes sua delicta, iustificari non possunt. Vnde
C huiusmodi digne iustus dicit, qui pronūcians pec
catum suū, remitti sibi utiq; postulat, misericordiā
Esa. 43 dei implorans. Scit enim dictum in lege, Confite-
re peccata tua, ut iustificeris. Quid est autē in pri-
mordio sermonis cōfiteri, nisi nō coactum fateri,
sed uoluntariū? Quis enim etiā timens deum sine
peccato est, cum & in cogitatione admisceantur
delicta, & aliquotiens peccemus inuiti? Potest ta
men & de eo dici uel sentiri qui catechumenus di
cit, ut accedēs ad fidē iustificetur. Cum enim petit
immutari, se sine dubio peccatorē confitet ut iu-
stificetur. An cū muliere, natura serpens locu-
XXXI tus sit, an actu dictus serpēs diabolus eam seduxe
Gen. 3 rit. Quantū ad historiam pertinet, serpens natu
ra dictus est, quia sapientior esset cæteris bestijs
quas fecerat dominus deus super terrā. Deniq; et
D sententiā dominus in serpentem dedit. Nam quid
mirū si diabolus sapiētior erat bestijs, De quo di-
Vbi? cit Apostolus inter cætera, An ignoratis altitudi-
nem Satanæ? Vsq; adeo autē natura serpens fuit,
ut diceret illi, Supra pectus & uentrem tuū repes,
& terrā edes omnibus diebus uitæ tuæ. Hoc lōge
fuit à conditione satanæ, quia neq; corporeus est,
neq; mortalis. Et si propius aspiciatur, uidebit sen
tentia data nihil obfuisse serpenti, sed in eo in quo
factus est, iussus est permanere. Quia enim mini-
ster factus est satanæ ad hominē subiugandū, cui
om̄ia deus subiecerat: idcirco deus in ea subiectio
ne qua omnia homini subiecerat, repressit elatio

nē serpentis, quia cœperat minister esse superbiæ.
A Videbat enim homo factus sub serpente, per quē
accepto cōsilio legē datā cōtempsit. Quoniā aūt
serpētes prudētes sunt, cōfirmat in Euangelio do
minus dicēs, Estote astuti ut serpētes. Igitur quia Matth. 10
claruit uere serpentē locutū esse cū Eua: illud su-
perest ut discernatur, an potuerit tā prudēs esse et
astutus, ut dolo falleret eā. Si enim cæteris bestijs
prudētior erat, non tamen hominibus: quippe cū
nullū animal rationale sit nisi homo. Itaq; serpen-
tem subtilitatem istam cōposuisse impossibile est:
quāuis enim prudēs dicatur, sed non ultra naturā
suā. Nec enim deliberat aut excogitat, aut consi-
lium capit: idcirco diabolū fuisse qui per serpentē
mulierē circumuenit, dubium non est. Admiscēs
enim se serpenti, egit per illum quasi per organū,
ut nec mulier occulti diaboli intelligeret dolum,
sciēs prudentē esse serpētē. Ac p hoc corporaliter
data sentētia, spiritaliter in satanam cecidit, quia
sentētia reum tenet. Nō enim ab homine data sen
tentia est, ut innocentē forte perimeret per errorē
aut maleuolentiā: sed à deo qui falli utiq; non po-
test, ut sentētia eius eum solū teneat, qui reus est.
Quia enim cū sit inuisibilis satanas dolū corpora
liter egit, corporalis uidetur data sententia, ut illū
spiritaliter teneat, cuius factū elicuit dari senten-
tiā. Nam proiectus de sacratissimis cælorum sedi-
bus impudētissimus satanas in terrā uolutatur ge-
mēs semper. Sed forte dicat, In qua putas lingua
serpēs locutus est ad mulierē? Serpentis utiq; ore.
Si enim hodie non desunt qui latratus canum in-
telligant, & luporū ululatum, & barritum elephā
torū, & cantum gallorum: quare non magis rudis
adhuc mulier scire potuit & intelligere sibilū ser-
pentū, cum multos sciamus auiū uoces discerne-
re? Nam & constat diabolū eius lingua uti cuius
corpus intrauerit: nec aliter falleret mulierem. Ao
per hoc serpentis ore locutus est per sepentem.
Cum legamus apud Salomonē, Diues & pau- XXXII
per obuiauerūt sibi: fecit autem ambos dominus: Prouerb. 28
quomodo ergo personarū accepno non est apud
deum? Longe absit à fideliū mentibus hæc im-
pietatis assertio. Nam scriptura ne pauperem con
temnendū doceret, & diuitē honorificandū, osten
dit amborū opificem esse deū. Nō utiq; in pauper
tate & diuitijs, sed in eo quod sunt. Si enim facul-
tatibus ab inuicē discrepāt, non tamē naturæ sub-
stātia. Nec enim quia occasiones prouētus quos-
dam faciūt in mūdo, aut prosperos in diuitijs, aut
infaustos in paupertate, idcirco despiciendi sunt
quos deus nō illuminauit, aut suscipiēdi quib. ue-
ritas nō dedit testimoniū. Contēnēdi planè sunt,
sed corruptores morū & sacrilegi in lege dei: ho-
norādi uero diligentes deū & disciplinæ cultores.
Hi em̄ diuites apud deū habētur, qui bonæ cōuer
sationis sunt: & quāto in mūdo cōtemptibiliores
sunt, tanto magi honorificentiores sunt in cœlo.
Nā qui beneficiū tēporis habēt in ampliandis fa-
cultatibus, si recognoscāt, & dei intelligāt uolūta-
tem, qui terram omnibus dedit, & solem suū cun-
ctis oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit, Ini-
quitas

quitas autē temporis, aut fortuitæ occasionis, aut
indigētia quibusdā abnegat quæ deus omnib. de-
dit: ipsi ministrāt eis, ut perspiciētes dei uoluntatē,
nō solū in mūdo sed & in cœlo diuites sint, ne pau
ci tēporis diuitię excludāt æternas. Illi uero quos
paupertatis causa despiciēdos putāt, si futurū dei
iudiciū contēplētur, illic semper diuites erunt, ubi
diuites seculi egebūt, pœnitētes se pauperes non
XXXIII fuisse. Cum Salomon dicat, anni impiorū mi-
nuentur, quomodo ergo est ꝙ uideamus impios
aliquātos longæuos. Dignū erat quidē omnes
impios, non solū citius hac luce carere, uerū etiam
nec unius momēti tēporis uita frui, qui cōditoris
sui immemores, uitæ totius autoritatē imputant
creaturæ. Sed scriptura hos impios alloquitur qui
cū sub dei lege agerēt, propēsiores in idolis erant.
Peiores enim sunt cæteris impijs: scientes enim
deū & contemnētes eū, obtemperant seruis. Et ꝙ
de his dictum sit probat Apostolus dicens, Sci-
Rom. 3 mus autem quoniā quæcūq; lex loquitur, his qui
in lege sunt loquitur, gentiles autē non habentur
XXXIIII in numero uiuorū. Quomodo idem Salomon,
Deus, inquit, mortē nō fecit: cum alio loco dicat,
Sap. 1 Bona & mala, uita & mors, paupertas & hone-
Eccli. 11 stas à deo sunt. Nulli dubiū est bona omnia à deo
esse, mala aūt quæ dixit, nobis mala sunt, dum uin-
dicatur de nobis. Pœna enim quāuis iuste infera-
tur, patienti tamē mala uidetur. Nam & per Pro-
phetā ad peccatores loquitur deus dicēs, Faciam
uobis mala, id est, pœnis uos agam. Vita autē &
mors sic à deo est, quia legē dedit, quæ seruātibus
se uitā promittit, contemptoribus uero mortem,
sed illam quæ secunda dicitur. Dum enim unum-
quęq; adiudicat quid mereaī, ab ipso est, siue ab-
solutio ad uitā, siue reatus ad mortē. Non ergo in
uētor mortis est, sed iudex, quia mortis autor pec
catū est. Quomodo ergo deus poterat facere mor
tem qui nescit peccare? Sed cū peccatis retribuit,
ab ipso dicta est esse mors, cum non ex ipso sit, sed
ex hoc qui peccauit. Eadem ratione paupertas &
diuitiæ a deo sunt. Quidā enim habētes timorem
dei, luxuriā spernunt, uitam prodigam fugiunt, ab
egeno & paupere oculū non auertunt: huiusmo-
Prouerb. 13 di crementū faciūt bonorū. Scriptum est enim in
Prouerbijs, Paupertatē & ignobilitatē aufert di-
sciplina. At hi qui timorē dei non habent, solutius
uiuentes & egenū despiciētes, sicut scriptum est,
In inopia erunt, non solum negligentes & impro-
uidi circa se, uerumetiā contemptores datæ legis.
Hoc modo fecit deus pauperes ac diuites, Quia
dum offensio legis parit egestatem, à deo fieri di-
citur autore legis. Et cum aliqui terrore discipli
nam legis custodiunt, à deo autore legis diuites
XXXV fiunt. Qua ratione Dauid Saul, postquam deus
1 Reg. 26 ab eo recessit, Christum domini uocat, & defert
ei. Non nescius Dauid diuinam esse traditio-
nem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in ea-
dem adhuc traditione positū honorificat, ne deo
iniuriam facere uideretur, qui his ordinibus ho-
norem decreuit: Dei enim imaginem habet rex, si
cut & episcopus Christi. Quādiu ergo in ea tradi-
tione est, honorandus est, si nō propter se, uel pro
A pter ordinē. Vnde Apostolus inquit, potestatib. Rom. 13
sublimioribus subditi estote. Nō est potestas nisi
à deo. Quæ enim sunt à deo ordinatæ sunt. Hinc
est ut gentilem in potestate tamē positū honorifi
cemus, licet ipse indignus sit, qui dei ordinem te-
nens gratias agit diabolo, Potestas enim exigit,
quia meretur honorē. Nam ideo Pharaoni futuræ Gene. 41
famis somniū reuelatum est: & Nabuchodonosor Daniel. 3
alijs secū assistentibus solus filium dei uidit in ca-
mino ignis, nō utiq; merito suo, q in idolo se ado-
rari uoluit, sed merito ordinis regalis. Si anima XXXVI
quæ peccauerit, ipsa morietur, quid est ut Achar Iosue 2
filius Charmi peccauerit, & xxx. uiri occisi sunt in
causa eius? Alio sensu scriptura locuta est ꝙ pro-
positū est. Non enim de hac morte quæ cōmunis
B utiq; omnibus est dixit, sed de illa quæ appellatur
secūda. Hæc enim peccatores suscipit: illis autem
qui in pugna mortui sunt nō peccatū Achar red-
ditum est, sed obfuit illis ne in protectione diuina
adiuti inualescerēt hostibus. Nec enī causa Achar
infirmati sunt, sed dei auxilio minime muniti, ut
dū fortiter facere nequeūt, occiderētur. Nam pau-
ci fuerūt cōtra multos, unde & superati noscūtur.
Nulla ergo iniustitia in uoluntate dei est: in pote-
state enim habet si adiuuare uult, ut si affuerit, mi-
sericors sit, si noluerit iustus: nec enim in talibus
debitor est, ut teneatur obnoxius. Hinc est ꝙ Ie-
sus Naue cōtristatus scidit uestimenta sua, intelli-
gens nō sine causa deum auxiliū suum subtraxisse.
Quid est ut missa mors in Iacob uenerit in Isra- XXXVII
C el, cum Iacob ipse dictus sit Israel? Vnius populi
duo nomina posuit, ut ex nominib. merita eorum
possint intelligi. Nam utiq; qui Israel cognomina
tus est, prius Iacob dicebatur. Colluctans enim cū
saluatore, intellexit deū esse, quē specie corporis
uidebat: ideoq; appellatus est homo uidēs deum.
Populū ergo, quem Iacob nuncupat, hoc loco &
in hac causa carnalem significat, quomodo nomi
na quæ à parētib. imponuntur. Sed hi, id est Iudęi,
ꝓpter mala opera nō Israelitæ dicti sunt, quia uac
cis & lucis sacrificabant in Samaria, studio & im-
perio Hieroboā regis. Ille aūt populus, qui in Hie
rosolymis in tēplo domini hostias offerebat per sa
cerdotes dei, Israel appellatus est. Samaria ergo
propter impietatē suam tradita est captiuitati &
D morti: Hierosolyma autem reseruata est, propter
quod habuit reges diligentes deum. At ubi autē
& ipsa Hierusalem impietatē secuta est Samariæ,
sentētia illam cōprehendit data in Samariā. Ideo
ergo dictum est, Misit deus mortē in Iacob, id est,
in populum Samariæ, qui carnaliter conuersatus
est, sicut supra diximus. Et uenit in Israel, hoc est
in populum Hierusalem, quia idololatriam secu-
ta est, imitata Samariā: ut simili modo abducere-
tur in captiuitatē à Nabuchodonosor, sicut & Sa-
maria à Salmanasar rege Assyriorū. Hæc est aper-
ta sententia data malis, & inuenit bonos, dum de-
sierint esse iusti. Missa enim mors in Iacob, sicut
supra ostensum est, peruenit in Israel, non præter-
mittens Samariā. Sed dum causa, qua missa est in
Samariam

Samariã, inuenta est in Hierusalem, missa illuc ue-
nit in eum locum, quo eadem res erat: quia uindi-
cta causam sequitur, non discernens personam.
XXXVIII Si equus & mulus non habent intellectũ, quan
to magis terra res sine sensu? quid ergo est ut dica
tur terra benedicere dominum? Nõ est sic intel
ligendum ut sonant uerba: opus est enim, quod li-
cet mutum sit, clamare dicitur laudem creatoris:
hortatur eñ aspiciẽtes se, benedicere opificẽ: sicut
& omne uas bene compositum, laudat artificem.
Psal. 29 Quippe cum legatur in Psalmis, Nunquid confi-
tebitur tibi puluis, aut annũciabit ueritatẽ tuã? In
omni ergo insensata substantia, nõ uoluntas, quæ
utiq; nulla est, sed opera benedicunt autorẽ. Si au
tem spiritaliter uis hoc accipere, per terram homi
nem significatũ intellige, secũdũ dictum Prophe-
tæ, Memento, enim ait, domine, quoniã terra su-
mus: quem opera creaturæ in laudem conditoris
XXXIX sui prorumpere exhortantur. Quid est quod le
Eccls. 9 gitur in Salomõe, Spes est, inquit, in tenebris, Me
lior est canis uiuus leone mortuo? Tenebræ gẽ
tilitatem & ignorantiam significant. Spem ergo
maiorem in gentili populo esse, quàm in apostata
uult intelligi per id quod subiecit, dicens, Melior
est canis uiuus leone mortuo: quia sicut leo omni-
bus feris fortior est, ita Christianitas omnibus se-
ctis. Si quis ergo ab hac destiterit, amittit salutem:
ita ut deterior gẽtili sit. Potest enim fieri ut credat
gentilis, & acquirat salutem quam perdidit apo-
stata. At si non credat, adhuc peior est apostata:
quia deterius est amisisse salutem, q̃ non habuisse,
Matt. 15 Canem autẽ gentilem significatũ saluator osten-
dit dicens, Non licet accipere panem filiorum, &
XL mittere canibus. Quid est quod dicit Propheta,
Esa. 54 Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama
quæ non parturis: quia multi filij desertæ magis,
quàm eius quæ habet uirum? Quoniã filij Hie-
rusalem terrenæ apostatauerunt à deo, non po-
test hinc gaudium describi, sed mœror. Ad oppro
brium ergo huius Hierusalẽ Propheta illã superi-
orem Hierusalem lætari debere dicit, quam Apo-
stolus matrẽ nostrã appellat: quia sine gemitu &
doloribus multo plures filios habet, q̃ hæc quæ
cũ lachrymis generat carnaliter, Iudæos utiq;: il-
la autem Christianos per fidem spiritaliter. Quam
ideo desertam dicit, quia est uita, quã deseruit A-
dam primus, & secutus est mortẽ. Cũ regenerãtur
ergo homines, reuertũtur ad eam quã deseruerãt
Ioan. 14 uitam. Hæc uita Christus est, quia ipse dicit, Ego
Ioan. 5 sum uita. Est & deus pater uita, quia ait dominus,
Ioan. 16 Sicut habet pater uitã, ita dedit filio uitã. Sine du-
bio & spiritussanctus uita est, dicente dño, Quia
de meo, inquit, accipiet. De uita utiq; qui accipit,
uita est. Tres ergo sunt una uita, Hæc est uita, per
cuius fidẽ regeneramur. Ipsa est mater nostra, sicut
Gen. 3 in Genesi legimus: quia ipsa, id est uita, est mater
omniũ uiuorũ. Qui sunt qui uiuũt, nisi qui credũt?
XLI An spiritus qui super aquas ferebatur, spiritus
Gen. 1 sanctus intelligatur, quia dictum est, Spiritus dei
ferebatur super aquas. Si uidetur hic errasse in
ista sententia, non est accipiendũ quod dixit, Ideo

& à quibusdã spiritussanctus esse putaẽ, quia dei
A spiritus legitur esse: Inualida aũt & inanis assertio
est, nõ solũ enim ordo hoc nõ patitur, & ratio ab-
nuit, sed & uerba ipsa infirma probanẽ ad causam
istã astruẽdam. Nam his uerbis frequẽter aliud in-
uenimus significatũ in lege. Inter cętera aũt ait do
minus deus dicẽs: Non permanebit spiritus meus Gen. 6
in hominibus istis, quia sunt caro. Et in subiectis:
Sed deleã, inquit, omnia ab homine usq; ad pecus.
Propterea quia diluuiũ facturus erat super terrã,
nunquid spiritussanctus potest intelligi? Nonne
de animab. locutus est? Nã nõ solũ nostræ animæ
spiritus dicunẽ, sed & pecorũ, Sic enim scriptũ est:
Et mortua est omnis caro in aqua in qua erat spiri
tus uitæ. Et in Ezechiele propheta sic dictum est,
dum de reformatione hominum ꝓmittit deus di-
cens: Hæc dicit dominus deus ossibus istis. Exten Ezech. 37
B dam super uos cutem & dabo in uobis spiritum
meũ & uiuetis. Nunquid de sancto spiritu locutus
est & non de anima? Omnia quidẽ cœlestia spiri- Ioan. 4
tus sunt, sed differũt ab inuicẽ, & deus spiritus est,
sed lõge aliter. Omnis itaq; spiritus dei est, nõ ta- 2 Cor. 3
men deus est, nisi spiritus q̃ de ipso est. Cuius signi
ficatio hæc est ut sanctus dicaẽ: Nã & homines fi-
lij dei uocanẽ, & Christus dicię filius dei, sed inter
uallũ est, quia hic uerus est, illi adoptiui. Sic quoq;
& inter spiritũ dei diuersitas est: spiritus enim san-
ctus de deo est & consubstantialis ei, reliqui uero
spiritus dei esse dicunẽ, sed creatura sunt: Cum su-
per aquas spiritalẽ creaturam esse tradat ratio, &
quæ super se habeat potiorẽ creaturã alterã, quia
creatura à creatura differt in claritate: quicquid e- 1 Cor. 15
C nim prope sedem dei acceditur, clariora sunt mini
steria. Vnde dicit Raphael angelus inter cætera. Tob. 2
Ego sum, inquit, unus ex septẽ angelis sanctis, qui
astamus & cõuersamur ante maiestatẽ dei. Cur XLII
angelus missus loqui ad Mosen in igne & in rubo Exod. 3
apparuit in mõte? Deus excelsus est, dignũ er-
go fuit ut in alto appareret scilicet in loco qui uici
nus est cœlo. Et quia ignis semper superiora appe
tit sursum crescẽdo ad cœlũ, in eo debuit cœlorũ
dominus apparere, qui de humo ad superna con-
tendit. In rubo uero causa fecit ut appareret deli-
ctorũ, quia enim peccatorũ causa legẽ descẽderat
dare. Spinæ aũt in peccatis significanẽ, quia susti-
nui, inquit, ut faceret uuam, fecit aũt spinas. Et lex Esa. 5
statim uindicare nõ uenerat, sed prius ostendere,
D ideo ignis rubum non cõbussit: id est, data lex nõ
fecit reos de præterito peccatores. Nã & quia pec
cata nõ sunt de natura, sed ex accidẽti: rubi, id est
spinarũ materia nõ habet radicẽ spinis armatam.
Ratione ergo factum est, ut ita dominus appare-
ret Moysi. Cur Abrahã filium immolare prohi
bitus, Iepte filię sacrificium persoluit? Multum XLIII
interuallũ est inter causam Abrahæ & Iepte. Pri- Iudic. 11
mo quidem Abrahã legitime natus est, Iepte uero Gen. 22
spurius, erat enim filius meretricis. Deinde Abra-
ham cõuersationis optimæ, Iepte aũt princeps la-
tronum. Abraham uir iustus & in tentatione pro
batus, In Iepte autem nullum iustitiæ testimoniũ.
Abrahæ itaq; præceptũ est, ut filiũ suũ deo offer-

ret, ut ostēderetur hominibus quantū deo crederet Abraham, qui nec filium suum iubente eo dubitauit occidere. Qui enī contra mundi spem nasci eū potuit facere de sterili & anicula, nō fuit ambiguum, ꝗ cōtra mūdi rationē posset eum suscitare à mortuis. Hoc facto cumulatus est iustitia Abraham. Ostendit enī deus, quia nō sanguinē pueri poposcerat, sed ut famulus suus Abrahā hoc facto auctior fieret: diligētes enī se aliquid pati uult, ut iuste illos promouere uideatᷣ. Nā Iepte homo facinorosus & improuidus, stulta deuotione munus deo ꝓmisit dicēs, Quicquid mihi tedeūti à cæde occurrit ante ostia domus meæ, hoc offeram deo. Nunquid coactus deuouit, aut nūquid intellexit quō deberet uotum facere? Quid enim si canis illi aut asinus occurrisset, quod dñs offerri prohibuit, aut si filius alienus, aut si uxor, ut in dolore alieno exultās redderet uotum? Idcirco improuidę mēti quod in alienā perniciem deuouerat, in illum ipsum iudicio diuino retortū est, & usqueadeo insensatus fuit Iepte, ut nec postea stulte se deuouisse cognosceret, ut error eius qui ab ipso cœperat, per ipsum emēdaretur. Intelligere enim debuit deū nō tali sacrificio delectari, & rogare pro stultitia sua, & aliud offerre quod cōtra legē non esset: sed fidelem se præstitit factus patricida, cum cōstet fidem stultā non solū minime prodesse, sed obesse. In causa itaq; filiæ suæ ipse mactatus est, unde & deus à tali sacrificio dissimulauit. Si enī hoc prohibuisset, aliud offerre sibi illum uoluisse uideretur, cū sciret ut indignū non debere illū offerre. Filia aūt eius lucrum fecit, quia enim innocens in malis patris mortua est, pœna caruit inferi, quod diu forte uiuēdo adipisci nequisset. Vt autē triumphus uictoriæ Iepte prosequeretur, non meritum eius fecit, neq; populi: nec enī legitur supplices illos fuisse deo ut daret eis defensorē. Aut nunquid ipsum Iepte dominus misit, aut allocutus est? Sed quia Allophyli deos suos laudabāt, quasi qui subiectos illis fecerāt filios Israel, uituperantes deum Abrahæ, idcirco propter honorē nominis sui deus uindicauit in Allophylos, si non propter istos uel propter meritum Abrahæ & suū culmen. Aut

Iudic.14 nunquid quia spiritus dñi insiliit in Samsonē meretricantē, dignus dicitur cum hoc factū intelligatur ad Allophylorū perniciē?

XLIIII Quomodo ostendi posset ex Prophetarū testimonio iam in nouo Testamēto à gentibus recepto, promissionē quā deus Abrahæ fecerat per Christi aduentum esse

Esa.56 completam. Scriptū est in Esaia propheta, Domus mea domus orationis uocabitur omnib. gentibus. Sed forte dicant Iudæi domus dei, id est, synagoga omnibus patet. Nec renitimur, ita tamen ut, sicut semper, circūcisi applicentur ad legē. Lex eorum est qua iussi sunt more Abrahæ circūcidi. Nihil ergo nouū hoc exemplo Prophetæ poterit uideri, quia ex quacunq; gente quis ueniens non est prohibitus adiūgere se legi ab exordio Iudaismi. Nihil nouum a Propheta dictum poterit æstimari, imò superflue, si semper admissi sunt seruire gētiles deo Abrahæ, nec aliquādo prohibiti inueniuntur. Et uerū est, quia subiicientes se legi nunquam non suscepti probantur. Si igitur hæc ita sunt, superflue uidetᷣ admonuisse Propheta quod semel traditum custoditum est semper. Et an quis tam hebes poterit inueniri, qui dicat tātū Prophetam rem superfluā & inanē locutū, nescio: cui totum sit uel audire & nō prohibere. Nam cū Iudaicus utiq; populus propter peccata quæ in deū delinquebant, ab idolis suffragia requirentes, à Prophetis sæpe correpti, pœnitētiæ iter ingredi nollent, ut reuerterenᷣ ad deū, ad exprobrationē illorum domū suā deus apertutū se omnib. gentibus ad orandū significauit, ut abdicatis Iudęis, alios in loco illorum positurū se ostenderet. Nam si semper admissæ sunt gentes ad legē, sicut supra dictū est, qui hoc Propheta dicebat futurū, nisi quia aliud significauit ꝙ præceptum erat prius? Nō enim posset dicere de re quæ quotidie fiebat, quia futura erat. Vnde manifestū est istud ad necē proficere Iudæorū, quibus ostendit Propheta ꝙ alij his amotis uocādi essent ac recepturi donum gratiæ dei quod promissum fuerat Iudæis. Quid sit autē

promissum, Esaias propheta docet dicēs, Veniet Esa.59 ex Sion qui eripiet & auertet impietatē ab Iacob, & hoc illis à me dictum testamentū. Igitur hoc testamentum est abolitio peccatorum. Hoc est testamentū nouū quod promissum est per Hieremiam dicentē, Ecce ueniet dies, dicit dominus, et cōsum- Hier.31 mabo domui Israel & domui Iuda testamentū nouum, non secundū testamentū quod disposui patribus illorum in die qua apprehendi manū illorum ut educerē illos de terra Ægypti, quia ipsi nō permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dñs. Hęc est præuaricatio illorū quando simulachrum uituli fecerūt, tunc testamentū eius corruperunt. Vnde & tabulæ in quibus data lex fuerat, sub monte confractæ sunt, ex eo quòd grauiora præcepta meruerunt accipere. Sed quia clemens & misericors deus est, promisit per Prophetas se legem, ut aliud testamentū daret ꝗd differret ab eo quod dederat prius: ut non solum quod graue erat mutaret, sed & illa quæ in figura data erant: id est, sabbatū & circūcisio: ut quia diu pressi erant, per omnia releuati supplices deo gratias agerēt. Et quia in præuaricatione paterna durantes animos ab idolis auertere noluerūt gentes cum residuis qui fidē seruauerunt, testamēto frui quod futurū dixerat contestatur: ut duplici modo grauati excruciarētur perfidi Iudęi: & ad tempus enim grauati sunt præceptis, & in futurum cōguntur pœnas exoluēt, quia neq; in ueteri, neq; in nouo testamēto fideles inuēti sunt. Nouū ergo testamentum dare se dixit, ut cessaret uetus quod datū erat patribus. Ac per hoc qui in hoc testamēto seruit deo, neq; sabbatum, neq; neomenias, neq; circuncisionem custodit, neq; escarum discretiones, sed tantū dei habet timorem in fide: quia non ex lege iustificabitur, sed ex fide, dicente Abacuc propheta, Quia iustus ex fide uiuet. Et nō utique Abac.2 iam multis utatur præceptis ad deū promerendū, sed paucis, Esaia iterum de hoc sensu eadē dicēte,

Ait

Esa.10 Ait enim, Si fuerit numerus filiorũ Israel tãquam arena maris, reliquiæ eorum saluæ fient. Verbum enim consummans & breuians in æquitate, quia uerbum breuiatũ faciet dominus in uniuerso orbe. Reliquis qui in fide promissionis perseuerauerint, cæteris diffidentibus, breuiatũ legis uerbũ ostendit: hoc est, nouum testamentũ quod promisit. Quod nõ aliter testamentũ diceretur, nisi simili modo etiã hoc sanguinis testimonio firmaretur, sicut & testamentũ uetus, ut nomen unum sit utriusq; : sed in ueteri multa in nouo autem pauca sint præcepta, sicut promisit, Ut quia Abraham patrẽ multarũ gentium futurum dixerat, eodem modo iustificarentur & filij, sicut fuerat iustificatus & pater: ut cessantibus quæ post fidem Abrahæ cœperant, suscipientes fidẽ per quem iustificatus est idẽ Abrahã, filij essent Abrahæ, sicut dictum est à domino. Quod quidẽ nec mirũ nec inauditũ est, ut sine cura sabbati & circuncisioue & reliquis huiusmodi mandatis iustificẽtur homines. Nec enim p hoc placuit deo Enoch, ut trãsferret, neq; Noe hoc seruando in diluuio solus inuentus est iustus:

Rom.4 Gal.3 neq; ipse Abrahã postquã circuncisus est, iustificatus est, Credidit, inquit, Abrahã deo, et reputatum est ei ad iustitiam. Tunc circuncisus est, ut signum esset in eo, quia credidit cũ senior esset filium se habiturum. Non ergo circuncisio cõmendat Abraham, sed fides. Ideoq; credentibus sufficit fides ad iustificationẽ, ut filij sint Abrahæ in fide, nõ in circuncisione, quia his nõ est opus circũcisione. Nõ enim hoc creditur quod credidit Abraham. Iudæi autẽ idcirco iussi sunt circuncidi, ut fidei Abrahæ signũ haberent, nõ suæ fidei, sed ut filij eius secundum carnem scirentur: si aũt credant erũt filij eius & in iustificatione. Quid enim prodest dici filium potẽtis eũ qui impotẽs sit, nisi quia magis obest? Dedecus est enim, inclyti & gloriosi filiũ esse sine honore. Nam intantum circuncisio carnis nullius meriti est, ut uindicaturũ se dicat deus per Hieremiam

Hier.4 prophetã in omnes circuncisos præputio, si non fuerint circuncisi corde. Illis autem non indignatur qui circuncisi corde præputiati sunt carne, quia nemo sine cordis circũcisiõe placuit deo. Quicunq; ergo circũcisi sunt carne, genus significant Abrahæ iuxta carnẽ: nam qui circuncisi sunt corde, significant genus dei secundũ fidem, quia circuncisi omni mundano errore deum profitenẽ parentẽ. Quid ergo prodest carnis circuncisio, si cum fides defuerit in Iudæo, ad meritum Abrahæ peruenire non poterit? Aut quid obest præputiũ, cũ nemo nisi qui æmulus fuerit fidei Abrahę, peruenit ad iustitiam eius? Superflue igitur gloriantẽ de carnis circuncisione, cũ uideãt illam apud deũ meritũ non habere. Et si, sicut est ostẽsum, melius est fidem habere quàm circuncisionẽ, meliores sunt Gentiles Iudæis, quia isti fidem habent, Iudæi circuncisionẽ. Et quos putas magis agnoscat filios Abraham, qui iuxta carnẽ similes illi sunt, an qui in fide? Sed Abrahæ fides testimonium perhibet. Ac per hoc nõ in carne, sed in fide gloriaẽ. Ideoq; istos in filios suscepit, quos uidet imitatores esse

Aug.to.4

A gloriæ suæ. Quõ ẽm illos potest appellare filios, à quibus uidet abhorrere unde placuit deo & iustificatus est? Nõ ergo filios suos, sed inimicos poterit iudicare. Inuidi ẽm eius uidenẽ spernẽtes fidem per quã glorificatus est. Nec mirũ si Iudæi diffidentes, deprehendanẽ minime suscipientes nouũ testamentũ, cũ sciamus illos nec in ueteri fuisse fideles. Semper ẽm cõtra deũ rebelles & cõtumeliosi fuerũt, unde talia præcepta acceperũt per quæ cer uices illorũ quæ inflexibiles erãt premerenẽ. Nunquam ẽm bona de deo sperare uoluerũt, cuius tanta beneficia & uirtutes tam mirandas agnouerãt. Hinc est unde inter cætera dicit Ezechiel Propheta. Leuaui manũ meam in deserto inter eos, ut dispergerenẽ inter gẽtes, & disseminarenẽ in regionibus, eo q; iustificationes meas non fecerunt, & Ezech.20

B præcepta mea repulerunt. Et in subiectis, Ego dedi illis præcepta nõ bona, & iustificatiooes, in quibus nõ uiuent in eis. Ostendit qua causa data sint illis præcepta tãta & tã aspera, ut quia ingrati tantis bonis extiterũt, dictante iusticia, pręceptis seuerioribus premerenẽ. Idcirco nõ bona ea dixit, cũ iusta sint: quia nõ illis ad iustificationẽ proficiebãt sed ad exitiũ: & pœna licet digne illata, patiẽti tamen bona non est. Post hæc tamen, quia pius est deus nouũ testamentũ daturũ se promisit, in quo abbreuiatio facta legis, ut iustificaret credentes, sicut iustificatus est Abrahã: ut cessantibus neomenijs, & sabbato & circuncisione & cæteris præceptis, non quæ naturalis legis sunt: id est, homicidium, adulteriũ, & talia, ita iustificarenẽ ut Abrahã. Renouata enim fide Abrahæ, omnia uoluit cessa-

C re, ut tale tẽpus esset, quale fuerat quãdo credidit Abrahã. Sed forte dicãt Iudæi, Si ea quæ à Moyse data sunt, cessare dicta sunt per abbreuiationẽ legis, nunquid circũcisio à Moyse data est ut cesset? Ac per hoc signũ patris nostri habemus, quia sumus filij Abrahæ, quod propter testimoniũ generis cessare nõ debet. Tẽpore quidẽ suo seruãda fuit circũcisio: id est, antequã nouum testamẽtũ daretur, quod promissum erat. At ubi dei gratia præstante, onera legis cessare iussa sunt, quid opus est circuncidi? Idcirco aũt noua lex data est: id est, spiritalis, ut cessarẽt carnalia, et suscipiẽtes eam, signũ eius acciperẽt: ut sicut in ueteri testamento Abra

D hæ signũ habuerunt, ex quo cœpit testamentũ uetus: ita & in nouo signũ habeant saluatoris, qui noui testamẽti cõstitutor est. Quẽadmodũ enim ex Abraham Hebrei dicti sunt, sic et ex Christo Christiani dicunẽ. Quicũq; ergo adhuc Hebræi dicuntur, nouũ testamentũ quod promisit deus, nõ receperunt, beneficiũ & misericordiã dei in irritũ deducẽtes: qui populũ suũ iam nõ hominis nomine uolens censeri, sub filij sui nomine cõstituere illos dignatus est. Qua igitur audacia dicũt Iudæi non nostra nos lege uti, sed sua, cũ dicat Dauid, Cõfitebor tibi in gentibus: & iterum, Epulamini gentes cum populo eius? Et ad Hieremiam Prophetã dicit dominus, Priusquam te formarẽ in utero, noui te: & antequã exires de uulua, sanctificaui te: & prophetam in gentibus posui te. Iudaismus certe Psal.17 & 56 Hiere.1

H 2 proprias

propriās habet significatiões: aut eñ populus iste in Iacob significat, aut in Samaria, aut in Hierusalē, aut in Iudæa, aut in Israel. De gētib. aūt apertū est, q a aliter illos significat ꝙ sunt Iudęi, noster aūt Propheta est Hieremias. Quãuis eñ in omnibus Prophetis gētes participes doni sui ostenderit deus, ad Hieremiam tamē specialiter dicit, quia nobisillū dedit Prophetā. Hic eñ nouū testamentū futurū significauit, quod plus gentibus proficeret ꝙ Iudæis, quod nunc declaratū uidetur. Cū enim in uniuersa terra noui testamēti sit prædicatio: Iudaismus tam raro est, ut difficile Iudæus fidelis inueniatur, & omnes Ecclesiæ noui testamēti gentium nominētur: sicut dictum erat in Osee Propheta, Vocabo non plebē meam, plebē meā: & nō dilectam, dilectam. Repulsis ergo Iudæis, conuocat gētes ea misericordia & gratia, qua uocare dignatus est & Abraham. Nec enim Abraham uocatus non cognouit dominum: itaque qui dignatus est Abraham, ita & ipse dignatus est gētes. Cur ergo dicunt, Nostra est lex: cum manifestum sit, donū dei omnium esse uolentium? Cesset itaq; ista usurpationis temeritas, quia gratia dei communis est omnibus. Quo nanq; pudore negant Christū nostrum in lege promissum, cum uideantur omnia signa in eo, quæ lex futura prædixerat? Quia & secundum Abrahæ promissionē omnes gentes iustificantur, in eū credentes. Et secundum Esaiam Prophetā de uirgine natus est in Bethleē ex tribu Iuda, sicut fuit promissum ex semine Dauid: & iuxta quod Hieremias prophetauit, nouū testamentum, quod deus tūc promiserat futurū, prędicauit: & post omnia signa uirtutū ostensa, humiliauit se, secundū dicta Prophetarū, & omnia quæ prædicta sunt, passus, tertia die resurrexit, quēadmodū scriptum est in Propheta. Et si tempus promissionis requirāt, sicut in Daniele propheta ostensum est, inueniēt impletum tempus, quo natus & passus est Christus: quia à tēpore primi anni Darij regis Persarū usq; ad natiuitatē & passionē domini & excidium Hierusalē, quod factum est per Vespasianū imperij Romani principē, impletæ sunt hebdomadæ septuaginta, quæ sunt anni quadringenti nonaginta, qui cōputus per regna & p successores imperij manifestus est. Quomodo etiā à Tertulliano cōputatū inuenit in libro quē scripsit aduersus Iudæos, quod ne ad iniuriā eius proficeret, quia rectè cōputauit, prætermisimus. Et quis ambigat de hoc numero, cū trecenti circiter anni nūc sup hūc numerū inueniant? Impudentis ergo est post tantū superadditū numerū aduentui salua totis, dicere, Non uenit. Sub Apostolis enim, aut tēpore quo agebat dominus inter homines, se poterat occultare malitia cōtradicēs ueritati, ut cum oīa signa promissi Christi uideret in saluatore de tēpore tamē ambigere se diceret, ut perfidiam suā cęlaret. Post autē, cū super promissum numerū supercrescere multi anni cœperūt, quę impudētia est negare uenisse, quod etiā & signis & temporibus adimpletū scitur? Nā quādo aliquid plenum est, & nō superabūdat, potest cōtentiosus aliquis dicere, nō esse plenū: sed superabundātia claudit os cōtentioso: ita & Iudæi tēpore saluatoris potuerunt dicere, licet per fallaciā, nō bene cōputatum à Darij tempore usq; ad dominū Christū, ut ipse dicatur esse qui promissus est. Fallimur eñ in annis & in mēsibus & in diebus imperatorū, et ad liquidum non colligimus. Vbi aūt creuerint tēpora super numerū pręscriptū annorū, pmissi Christi, nulla potest prætendi excusatio, ut nō ipse esse Christus dicat, qui uenit, nisi, quod absit, mētitus dicatur esse qui pmisit. Quando eñ tēpus promissionis emēsum est, & negatur uenisse qui promissus est, quid aliud ꝙ mēdacij arguit qui promisit? Sed ueracē esse qui promisit, signa omnia docent, quę prædicta in Christo sunt, & reperta in Christo noscuntur. Iudæi aūt, dum emendare erubescunt, nō cogitāt futurū intelligi nō esse mendaciū.

XLV. Quō homo ad imaginē dei factus sit, & utrū ad dominationem, & an mulier quoq;? Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinē nostram. Hoc quibusdā ex alia parte lectionis intelligendū esse uidetur, ex hac uidelicet, in qua legimus dixisse deum, Venite descēdamus, & cōfundamus linguas eorū. Quia quantū in superficie uidetur, simile est: unius enim uox est, plurali numero loquentis: sed discrepat sensu, quia & dissimilis ratio est. Illic enim de creando homine dicit, quem ad imaginē & similitudinē suā deus uult creari. Illud aūt quod dicit, Venite descendamus & cōfundamus linguas eorū: ad hoc pertinet, ne se intelligerēt homines: unde ad angelos potest uideri locutus dominus, quasi imperator ad exercitū: cōmuniter enim dicit, quia facturus erat per illos, utpote creator illorū: ac per hoc, Cōfūdamus, inquit, linguas eorū. Nam cū dicit, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, non potest dici angelis locutus, quia nō potest dici una esse imago dei & angelorū, sicut Imperatorū & Comitū: quia quorum imago eadē est, non potest dissimilis esse nec dignitas, nec natura. Deniq; adiecit, Et fecit, inquit, deus hominē, ad imaginem dei fecit eum: ut deus dixerit, & deus fecerit, non alter deus aut differēs, sed idē deus. Quòd enim unus ad unum dixit, nō aliam naturam significauit, sed personā. Cum eñ deus unus sit, tres tamē personę sunt, & ideo unus est deus: quia siue in filio, siue in spūsancto dei unius substātia est: quia nō potest nō hoc esse, quod de ipso est, quod ipse est. Dei ergo patris persona est dicentis, Faciamus: Filij uero facientis hominē ad imaginē dei: siue ad patris, siue ad suam, nihil interest, quia utriusq; una imago est. Fecit aūt filius per spūmsanctum. Sicut enim pater per filium dicitur facere, ita & filius per spiritumsanctum, ipso dicente, Quia ego in spiritu dei ejicio dæmonia. Igitur una trium imago est, quia siue pater, siue filius, siue spiritus, unus est deus: ac per hoc unus factus est homo ad unius dei imaginē. In eo aūt imago dei est homo, ut sicut unus est deus in cœlis, ex quo omnia subsistūt spiritalia: ita unus esset in terris homo, ex quo cæteri haberent carnalem originem. Aliquibus tamen uidetur quia in dominatione

Marginal notes: Osee 2 (beside "gentium nominētur: sicut dictum erat in Osee"); Esa.7 (beside "in eū credentes. Et secundum Esaiam"); Gen.1 (beside "Faciamus, inquit"); Gen.11 (beside "Venite descēdamus"); Comes hic dignitatis nomen est (beside "sicut Imperatorū & Comitū"); Mat.12 (beside "Quia ego in spiritu dei ejicio dæmonia"). Section letters A, B, C, D stand between the columns.

tione, dei imago est factus homo: & quia dicit, Et dominetur piscium maris & uolatiliũ cœli & totius terræ: cum non solum uiro, sed & mulieri ista cernantur subiecta, quam constat dei imaginẽ nõ habere. Quod quidẽ duplici modo caret ratione: per hoc enim neq; ad filium dixisse deus asseritur, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã, sed ad dominationes cœlestes, quas Apostolus commemorat, si imaginem dei homo in dominatione habet: & mulieri datur, ut & ipsa imago dei sit, quod absurdum est. quomodo enim potest de muliere dici, quia imago dei est, quam constat dominio uiri subiectam, & nullã autoritatem habere? Nec docere enim potest, nec testis esse, neq; fidem dicere, neq; iudicare, quãto magis nõ potest imperare?

XLVI Vtrum Samuel fuerit de filijs Aaron, & utrum sacerdos fuisse existimandus sit?

Sũt quidã inter nos, qui partim negocijs secularib. occupati, partim minus studiosi circa scripturas sacras, errorem patiuntur, putãtes Samuelem sacerdotẽ fuisse: id est, ex Aaron habere originẽ: ex cuius progenie constituit dominus deus nasci, non fieri sacerdotes. Nec alicui præter filios eius concessum est, ut poneret in altare incensum. Ex quibus aliqui plus errantes, negant quidem Samuelẽ de genere fuisse Aaron: hoc est, nõ illum dicunt natum sacerdotẽ, & nihilominus sacerdotio illum asserunt functũ. Quibus prius respondendũ est, Peius ẽm est negare Samuelẽ natũ fuisse sacerdotẽ, & tamen asserere illum functũ esse sacerdotio, q̃ dicere sacerdotẽ illum fuisse ex filijs Aaron. Hic enim ignorantia est, illic stultitia. Cum enim dicunt, qui illum putant natum sacerdotem, ex filijs Aaron non esse, manifestũ habebunt nõ illum fuisse sacerdotẽ: ignari quia non licuit agere alicui sacerdotium, nisi ei qui esset ex semine Aaron. Cõpertũ enim habẽt, manifestũ enim est, q; Chore cum nõ esset ex filijs Aaron, & uoluisset super altare imponere incẽsum, hiatu terræ absumptus est cum socijs suis. Et Osias rex, cum nõ utiq; esset ex semine Aaron, sed ex tribu Iuda, & præsumpsisset agere sacerdotium, stans ante altare, percussus lepra in fronte est, & sic expirauit. Illi autẽ, qui dicunt Samuelem non natum esse sacerdotem, & nihilominus egisse illum asserunt sacerdotium, satis stultũ est q; dicunt: & stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi. Quanta enim hebetudine dicunt, ut sole apparente super terrã, dicãt, quia nox est. Cum enim legant, & non uno loco legant, hoc à deo esse decretum, ut nemo auderet sacerdotiũ agere præter Aaron & filios eius, obstinata mente cõtendunt, sacerdotem fuisse Samuelem: non enim intelligunt, quia si natus sacerdos non est Samuel, & sacerdotiũ egit, p̃sumptor dicitur: quia hoc deus statuit, ut nascerent, nõ fierẽt sacerdotes: & de Samuele hoc sentire puto tutum non esse. Quõ enim posset fieri, ut uir laudabilis, & dei testimonio cõmẽdatus hoc ageret, quod inconcessum sciebat? Cuius etiam præsumptionis uindictam pro certo habebat semel & iterum factam: neq; enim dei iudicio potuit ad hoc aspirare, quem immutabilẽ sciebat: à quo, si forte hoc audisset, tẽtari se potius credidisset, sciendo deum nullo modo sententiã suam posse rescindere: Posset enim magis sub dei apparẽtia et nomine id agi secum eredere, ut circũueniretur à parte aduersa, quàm iudicium suum deum posse mutare. Deniq; cum Balaã prohibitus fuisset à deo, ne iret ad Balach, & postea iterum requisisset, an iret, indignatus ei deus, ex ore asinæ corripuit eum: quia prohibentem angelũ uidẽs asina, cœptum iter implere nolebat. Balaã uero, prohibente deo ne iret, iterũ interrogãs, an ire illũ uellet, sic de deo quasi de homine iudicauit, qui per id quod impræscius est, uarius & mutabilis est. Sed Balaã nullo diuino testimonio cõmendatur: erat enim hariolus. Samuel autem uir deo charus, & iudiciorũ eius sciens fixã esse sentẽtiã, quomodo aliud fieri crederet, quàm sciebat à deo esse constitutũ? Sed Heli, inquiunt, mortuo, & filijs eius sacerdotibus, Samuel cœpit agere sacerdotium: quod nec lectio docet, nec ratio admittit. Hoc enim dicentes, nullum putãt tũc fuisse, qui ageret sacrificium siue sacerdotium, ut his trib. mortuis, nisi Samuel populi munera obtulisset, sacerdotiũ agi desijsset: quę asseueratio est dei inimica. His enim deus improuidus iudicatur quasi nescius cum id statuit, quod permanere non possit. Vt quid enim nullis alijs q̃ filijs Aaron sacerdotium agere usq; in seculum statuit, hoc est, usq; ad tempora aduentus Christi, si hoc deficere sciebat? Si autem nesciuit, quod absit, improuidus fuit: & ideo fieri potuit, ut nec Samuel fuerit illis deficientib. sacerdos. Si aũt prouidus & præscius deus est, permansit quod statuit: & si permansit quod statuit, Samuel non egit sacerdotiũ, qui dei nõ erat sacerdos. In ueteri enim lege nasci decreuit deus sacerdotes: in noua uero, fieri dominus iussit sacerdotes. Eligant nunc unum de duobus, aut natum probent Samuelem sacerdotem, aut factum. Sed consentiunt nõ illum natum esse sacerdotem, quia sciũt illum nõ esse ex filijs Aaron. Si ergo natus nõ est sacerdos Samuel, factus aũt nõ legitur, nec probatur, quia nec statuerat deus fieri sacerdotes, in absoluto est Samuelẽ minime fuisse sacerdotem. Sed cõtradictores clausis oculis, si sacerdos, inquiunt, non fuit, uicem tamen egit sacerdotis, quoniam legitur deo sacrificium obtulisse. Quis audeat negare quod scriptũ probatur: Obtulit enim deo sacrificiũ Samuel, sed nõ inde uicẽ sacerdotis egisse cognoscitur. Ipse enim semper dicitur offerre, cuius oblationes sunt, quas super altare imponit sacerdos, & Saul obtulit hoc utiq; genere: id est, per sacerdotẽ, sicut & nunc offertur: & Dauid obtulit, & Salomon obtulit, & cæteri similiter obtulerunt, nũquid omnes uicem sacerdotis egerũt? Quãuis enim proprio sacerdos fungatur officio, ille tamẽ offerre dicit, cuius nomine agit sacerdos: ipsi enim imputatur, cuius munera offerũtur. Et qui nõ fuit sacerdos, quomodo uicẽ agere poterat sacerdotis? Nũquid diaconus potest uicem gerere sacerdotis? Præfectus etenim potest agere uicẽ præfecti, & prætor prætoris: nõ tamen priua-

Marginal notes: A; Num. 22; B; Num. 16; 4 Reg. 15; C; D; 1 Reg. 7

priuatus potest agere uicē potestatis alicuius, quā
ro magis sacerdotis uicē agere nō potest, qui non
est sacerdos? Quo em̄ cōsilio ad hoc aspirare aude
at, q̄d sibi scit nō licere? Nā si sacerdos alicubi de-
sit, potest alterius loci sacerdos rogatus uenire, &
uicē eius agere, nō tamē propheta, q̄uis sanctæ ui
tæ sit, agere potest quod scit sibi minime esse con-
cessum. Aliud em̄ est bene uiuere, & aliud potesta
tē alicuius officij accipere. Sicut em̄ qui sacerdos
est, non ex eo uitā suam cōmendatā putare debet:
ita & qui sanctæ cōuersationis & uitę est, non iam
ex eo sibi sacerdotiū uendicare debebit. Quāuis
enim bonū sit sacerdotiū, tamē malū erit ei, cui cō
cessum nō est, & præsumit. Nā si respiciamus q̄d
scriptū est de sancto Samuele, uidebimus quale te
stimonium det ei scriptura, dicēs, Et innotuit, in-
1 Reg. 3 quit, omni populo, quoniā fidelis est Samuel pro
Psal. 9 pheta domino. Et in Psalmo, Fiāt, inquit, Moyses
& Aaron in sacerdotes eius, & Samuel inter eos
qui inuocant nomē eius. Quis nō aduertat ex hac
distinctione diuisas esse personas dignitatū causa,
ut Moyses & Aaron sacerdotalem dignitatē ade-
ptī noscantur, Samuel uero inter prophetas deo
dignus extitisse habeatr? Qui precib. deum inuo-
cabant ad protegendū populum suū, sicut legitur.
Intantū aūt sacerdotes minime defuisse probātur,
ut reuocata arca ab allophylis baiulis leuitis uiris
Bethsamitis, obtulerint deo sacrificia absente Sa-
muele. Rege aūt facto Saule, Achimaas erat pro-
nepos Heli sacerdotis, qui portabat Ephot. Sed
hinc, inquiūt, uidetur sacerdos fuisse Samuel, quia
uestitus erat Ephot. Quasi nō hodie diaconi Dal-
maticis induantur sicut Episcopi. Ephot aūt etiā
2 Reg. 3 Dauid legimus fuisse indutū, & duplicem Ephot.
Samuel autem adhuc puerulus, succinctus erat
Ephot: nunquid puerulus potuit deo munera po-
puli offerre? Vides ergo, quia Ephot unum quidē
nomen est, sed nō unam rem semper significat. Sa
cerdotes em̄ portabant, non uestiebantur Ephot:
Reges uero & Leuita Samuel induebanť Ephot.
Aliquando ergo uestis, aliquādo quasi armariolū,
quod portabāt sacerdotes ad interrogandū dn̄m,
significatur Ephot. Quantū apparet, probatū est
Samuelem non sacerdotē, sed Prophetam fuisse.
Nunc his respōdemus, qui ignorantes quia Samu
el nō est de filijs Aaron sacerdotis, æstimant illum
sacerdotē fuisse: nec em̄ fas erat, ut de origine Aa-
ron descendens, sacerdos non esset. Quos primū
uolo cognoscere, quia si sacerdos erat Samuel, si-
ne dubio & Helcana pater eius sacerdos fuit. Cō-
gruum quoq; fuerat, & filios eius sacerdotes fu-
isse: quos quia sacerdotes nō erāt, iudices illos cō
stituit filijs Israel, sicuti & idem ipse erat Samuel.
Sic enim legimus, quia iudicauit filios Israel. Hel-
cana autē pater Samuelis, propter quod sacerdos
nō erat, ascēdebat, inquit, in dieb. statutis de ciui-
tate sua Ramathaim adorare & sacrificare deo o-
1 Reg. 1 mnipotenti Sabaoth: & ibi erat Heli & duo filij
eius, Ophni & Phinees sacerdotes dn̄i. Quid tam
apertum, quia ueniebat Helcana offerre munera
sua ante dn̄m per sacerdotes tēpore competenti,
secundū q; statuerat Moyses, ut tribus tēporibus
A anni offerret munera & decimas suas, ubi fuisset
arca dn̄i & sacerdotes? quippe qui et duas uxores
habuit tēpore uno, quod illicitū est sacerdotibus:
erat enim Helcana ex Leuitis, sicut generationū
ordo se continet in libro Paralipomenon, Adhuc
enim Leuitæ nō erant habētes ordinē cōstitutum
ministerij circa sacerdotes & arcam dn̄i. Dauid e-
nim in regno suo disposuit uices sacerdotibus &
Leuitis, ut à xx. annis & supra, in lege aūt xxv. an-
nis & supra, inciperent exhibere seruitia domini-
cis cæremonijs: ut essent de filijs Aaron, id est de
Phinees & Thamar traduce classes sacerdotū ui-
gintiquatuor, quæ uices suas agerent certis tēpo-
ribus: Leuitæ aūt cōstituti sunt, qui erant taberna-
culi ianitores, & qui baiuli arcæ dn̄i, & qui excu-
bias seruarēt, & qui uasorū essent custodes, & qui
B promiscuas susciperent oblationes. Et uigintiqua
tuor classes institutæ sunt cantantiū & citharizan
tium & musicorū cæterorū, ita ut etiā hi, id est oēs
Leuitæ haberent tēporum uices: quia necesse erat
eos & ociū habere, ut & domorū suarum agerent
curam. Et non solum hæc proficiunt ad causam su
pradictam, quoniā Samuel nō fuit de filijs Aaron,
sed & illud quod dicit mater eius ad dn̄m, Quia si
mihi, inquit, dederis filium, cōmodo eum domi- 4 Reg. 1
no omnibus diebus uitæ suæ: non hoc diceret, si
natus esset sacerdos, oportebat enim illum seruire
altari: sed quia Leuita erat, & lex leuitis adhuc nō
erat posita, sed unusquisq; pro uoluntate sua age-
bat, ita ut oberrantes illicita præsumerent. Iona-
tha enim filius filij Moysi, cum inter Leuitas depu
C tatus esset, sacerdotium agere præsumpsit. At per
hoc legimus in libro Iudicū, Quia unusquisq;, in- Iudic. 17
quit, placita sibi faciebat, eo q; nō esset rex in Isra- 1 Reg. 1
el. Idcirco uouit Anna dicēs, Cōmodo eum domi
no: ne cū cæteris oberraret. Et ut plenius quæstio
discuti possit, etiā illud tractemus, quod dictum
est de Helcana, quia ueniebat ex diebus in dies of
ferre munera sua & decimas: quō decimas offere-
bat, qui nihil possidebat? Leuitę enim nō accepe-
runt agros, quia de decimis, quæ à plebe dabātur,
uictum quærebant. Sed potest fieri, & sic dať intel
ligi, quia potuit habere possessionem uxoris suæ
aut emptam: quia de alijs tribubus accipiebant u-
xores, non solum hi, sed & cæteri, ita ut & sacerdo
tes acciperent de alijs tribubus uxores, Nam Ioia
D de sacerdos magnus uxorem duxit de tribu Iuda
filiam regis Ioram. Quomodo hoc quod in E- XLVII
saia dicitur, Et apprehendent septem mulieres, & Esa. 4
cætera, septem Ecclesiæ catholicæ significentur?

Et apprehendent, inquit, septem mulieres u-
num hominem, dicentes, Panem nostrum man-
ducabimus, & uestimentis nostris operiemur: ue-
runtamen inuocetur super nos nomen tuū, aufer
opprobrium nostrū. In absoluto est, per septē mu-
lieres septē Ecclesias esse significatas: q̄uis enim
una sit, sed septiformis dicitur, ut corpus unum se-
ptemplici numero constet membrorū: non solum
autem nos, sed & superni ciues Ecclesiæ membra
sunt, cuius caput Christus est. Siue igitur una, siue
septem

septem dicantur Ecclesiæ,nõ discrepat:una enim dicit,quia unum habet caput, quod est Christus: A septem aũt ideo, quia sicut membra diuersa sunt: ita & potentiæ spiritales,inter quas & nos deputamur,diuersæ sunt uirtutes, propter quod & aereæ dicuntur.Idcirco enim diuersæ sunt, ut nõ omnia singulæ possint,sed simul omnes corpus sint Christi:quia ipse est caput corporis Ecclesię,ex quo totum corpus subsistit, id est ex quo omnia in cœlis & in terra habẽt originem.In hac ergo quæ in terris est Ecclesia,omnium Ecclesiarũ facta est mentio:quia cum huic sacramentũ creatoris prædicatur,etiam cœlestibus huiusmodi intimatur doctrina.Inferioribus enim cũ insinuat,necesse est ut audiãt & superni.Vnde Apostolus,Mihi inquit, minimo omnium sanctorum data est hæc gratia, inter gentes euãgelizare incõprehensibiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio ministerij absconditi à seculis in deo, qui uniuersa creauit,ut innotesceret principib.& potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapiẽtia dei.Per hãc ergo Ecclesiã superni docentur, quia ueritas, ait,de terra orta est. Vt enim mentio superiorum fiat,hic septẽ Ecclesiæ nũcupantur in una plebe,quas septẽ Ecclesias supplices propheta inducit saluatori facto homini.Intellexerũt enim ad hoc natum esse Christũ, ut auferret opprobrium, primum quidem sub lege sua agẽtium, deinde cæterorum.Habebant autem in memoria, scriptum esse: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob.Hæ ergo septẽ Ecclesiæ apprehenderunt hominem unum:id est,natum Christũ dicentes.Panem nostrum manducabimus, & uestimentis nostris operiemur. Veruntamen inuocet nomen tuum super nos, aufer opprobriũ nostrũ. Quid est hoc quod precantur? Si enim pane proprio utũtur, & uestimentis suis induunt:id est,& uiuunt,& nudæ non sunt,quid eis deest? Si enim panis ad uitã significatur, & uestitus ad dei indutionem,quia qui sine deo est,nudus dicitur: Vnde de Apostolus,Qui in Christo,ait, baptizati estis, Christum induistis,Et iterum: Si expoliati,inquit, non nudi inueniamur:Quid est quod poscunt ut auferatur ab eis opprobrium: nisi quia hic populus significat in septem Ecclesiarum numero, qui sub lege agens Christum expectabat promissum ad abolenda peccata? Ideo dicunt, panem nostrũ manducabimus:hoc est,uerbis legis quæ unũ tradunt deum pascemur:quia non in pane tãtum uiuit homo,sed in omni uerbo dei.Et uestimẽtis nostris operiemur:id est,creatoris nostri nomine cẽsebimur: quia hoc unusquisq; indutus dicit quod est, & profitetur. Deniq; senatores uel officiales ex uestibus intelliguntur quid sint.Sed quia hæc satis non faciunt ad deum promerendũ, hoc etiã statuit,ut per sacramentũ cognitionis unius dei, hæres esse incipiat homo regni cœlorum.Per fidem enim peccatis ablutus,& à morte secũda, quæ ex sentẽtia data in Adam, homines apud inferos detinebat,alienus,nullo detinente,pergit in Paradisum dei patris, in quo dixit latroni dominus, q̃d secum esset futurus. Quãuis enim populus supradictus,qui per septẽ Ecclesias significatus est, sub dei lege esset,& deuotione tam proprij q̃ paterni delicti,quia omnes,inquit,peccauerunt,& egent gloria dei:Idcirco orãt supra memoratæ Ecclesiæ ut auferatur opprobriũ earũ inuocatione nominis Christi:quia qui signũ eius habent quo uicit mortem,ab inimico teneri nõ possunt.Et non solũ istę Ecclesiæ Christi nomen super se inuocari precantur,sed & supernę spiritales in cœlestibus degentes.Quanq; enim spiritales sint & cœlestes potentiæ,opprobrio tamen subiacerẽt,si à creatore suo fuerint alienæ,& nec mẽbra erunt corporis, quæ caput suũ nõ cognoscẽtes oberrant.Et quia aliud nõ est quod explanauimus,in subiectis propheta testat dicens: In illa aũt die illuminabit dominus in cõsilio super terram. Et adiecit: Quoniã abluet dominus,inquit, sordes filiorũ & filiarum, & sanguinẽ purgabit de medio eorũ.Quid tam euidẽs, quia in illo die in quo promissum dei adimpletũ est,& fidei sacramentum declaratum est hominibus,illuminati sunt,ut per creatoris cognitionem purificati qui rei fuerant mortis,fieret ęternę uitæ hæredes? Promiscue igitur ꝓpheta locutus est, ut oẽs dono dei indigere significaret, ut siue peccatores siue iusti,dei misericordiã expectasse noscerentur:Peccatores ꝓpter delicta propria,ut de faucib.mortis eriperent:Iusti uero paterno absoluti peccato,deleta sentẽtia data in Adã, per quã cuncti tenebant à morte,libertate accepta dei regnum intrarent,facti iam nõ serui,sed filij dei.

Ephes.3 · Psal.84 · Gal.3 · 2 Cor.5 · Rom.3 · Esa.40 · B · C

QVAESTIONVM SECVNDA pars ex nouo Testamento.

DEVS certe perfectus est & nullius egẽs,quid ergo opus fuit Christo saluatore ut nasceretur de deo, & filiũ haberet deus per quẽ oĩa faceret? XLVIII

Cũ ea quæ nõ erant, deus uoluisset existere,& maiestatis suæ minime hoc condignum opus sciret,prius de se, cum sit natura simplex et incorporeus filium generauit, qui nihil ab eo distaret,ut magnitudini suæ congruus responderet effectus. Quid enĩ ultra posset facere, q̃ ut ex se alterũ qui perfectus est, generaret? Hoc ergo perfectũ opus est,quo nihil possit uideri præstantius.Cętera enim omnia minora sunt:quanto enim excellentior his omnibus Christus est, tãto magis creatio illorũ inferior est generatione eius. Est & aliud:deus enim,ex quo sunt omnia, uolẽs cõdere creaturam, uerbum prius quod in mysterio apud se habebat,generauit:hoc est,fecit existere. Quod uerbũ idcirco filiũ nuncupauit, ut ostenderet de se illũ extitisse,& esse sibi consubstantiuũ ut lex, qua filij de parentibus sunt, hoc credibile faceret, per quod manifestaret creaturę mysteriũ, quod latuit in eo ex æterno. Cur saluator cum sanctus natus sit, & Christus dominus in ipsa natiuitate appellatus, baptizatus est, cum baptisma purificationis causa sit, & peccati? Verum & manifestum est, creatorem non eguisse baptismo XLIX

mo,quia Chriſtus nõ factus,ſed natus eſt,dicente
Luc.2 angelo paſtoribus:Ecce natus eſt uobis hodie ſal A
uator,qui eſt Chriſtus dñs.Deniq; ſciens Ioannes
ſanctitatẽ eius,ꝓhibuit eum à baptiſmo : ſaluator
uero inſtitit fieri oportere,nõ utiq; propter pecca
tum ſuũ,ſed propter implendã iuſtitiam.Dignum
enim erat,ut ipſe exẽplo eſſet futuris filijs dei, qui
per baptiſmum filios dei fieri docebat:& qui cre-
dentibus ſpiritumſanctũ à deo dari promittebat:
debuit iſtud in ſemetipſo uiſibiliter demonſtrare,
quo cõperto credentes inuiſibiliter ſe poſſe ſpiri-
tumſanctũ babere ſperarẽt: nam ſaluator utiq;,cũ
de ſpiritu ſancto naſceretur,purificatũ corpus ha-
buit.Vnctio em̃ carni eius ſpiritaliter in utero uir
ginis data eſt. Spiritus em̃ ſanctus purificauit q̃d
de Maria uirgine in corpus ſaluatoris profecit: &
hæc eſt unctio carnis corporis ſaluatoris,quare & B
natus Chriſtus eſt appellatus.Quod enim per olei
unctionẽ præſtabat deus miniſterio prophetarũ,
ijs qui in reges ungebanẽ,hoc præſtitit ſpirituſſan
ctus bomini Chriſto,addita expiatione: quia an-
teriores Chriſti ſolã poteſtatẽ imperij accipiebãt
per unctionẽ:ſaluator aũt & poteſtatẽ accepit bo
mo natus,& purificatus eſt natus:incõgruũ enim
erat,ut dei filius in corpore peccatis ſubdito homi
nis uice naſcereẽ,cũ utiq; ubi apparet deus, ſancti
ficet:quanto magis q; corpus ſuũ dignatus eſt ap-
pellare.Hominis ergo cauſam ſuſcipiẽs & per re-
generationem filios dei fieri docẽs, baptizari de-
buit,ut in ſe hoc oſtẽderet ratũ.Facile em̃ probatũ
habeẽ & ſuadeẽ q̃d diciẽ,ſi à magiſtro fieri uideaẽ:
ſic utiq; & uirtutũ inſignia oportuit fieri, ut iam fi C
lius dei apparẽs,per myſteriũ regenerationis me-
delam daret corporis paſſionib.ut exẽplo eſſet fu
turis fratrib.quia per regenerationẽ accepit unuſ-
L quiſq; poteſtatẽ uirtutis. Si ideo ſaluator bapti-
zatus eſt,ut exẽplo eſſet:quare circũciſus,cęteros
ꝓhibuit circũcidi? Circũciſio præteriti tempo-
ris mandatũ eſt, quã uſq; ad Chriſtũ oportuit ha-
bere autoritatẽ, ut tandiu curreret quandiu Chri-
ſtus naſcereẽ ꝓmiſſus Abrahę,ut de cętero ceſſa-
ret circũciſio ꝓmiſſiõe impleta.In figura em̃ Chri
Gen.22 ſti Iſaac ꝓmiſſus eſt:Dixit enim ei deus:In ſemine
tuo benedicenẽ omnes gẽtes : quod eſt Chriſtus.
Fides enim,quã Abrabam acceperat,reſtaurata à
Chriſto eſt,ut in ſemine Abrahæ, q̃d eſt Chriſtus,
omnes gentes benedicerenẽ , ſicut ꝓmiſſum fue- D
rat Abrahæ.Circũciſio itaq; ſignũ fuit ꝓmiſſi filij
dei,id eſt Chriſti:quo nato ceſſare oportuit ſignũ
ꝓmiſſionis:ita tamen,ut ipſe ꝓmiſſus adueniens,
ſignũ patris acciperet,ut ſcireẽ is eſſe,qui ꝓmiſſus
fuerat,omnes gẽtes iuſtificare per fidẽ in circũci-
ſione cordis. Quia enim patri Abrahæ carnaliter
naſcentis filij ſignaculum circũciſionis corporale
fuit,ita & eorũ,qui ſpiritaliter naſcunẽ, ſpiritale ſi
gnũ eſt circũciſio cordis:ideoq; recte poſt Chriſtũ
LI nõ adhuc oportuit carnaliter circũcidi. Quõ in
telligaẽ,q̃d dicenti Mariæ ad angelũ:Et unde boc
ſciã,quia uirum non cognoſco? reſpõdit Gabriel
Luc.1 angelus:Spirituſſanctus ſupetueniet in te, & ſpi-
ritus altiſſimi obũbrabit tibi. Ambigẽti Mariæ

de cõceptu,poſſibilitatẽ angelus prædicat,dicẽs,
A Spirituſſanctus ſuperueniet in te: boc eſt ne dubi
tes,quia uirũ neſcis:q̃d enim dixi,quia concipies,
ſpirituſſanctus ſuperueniẽs in te,operabiẽ ut cõci
pias ſine uiro,& uirtus altiſſimi,inquit, obumbra
bit tibi. Altiſſimi uirtus ſine dubio Chriſtus eſt:
hoc enim ad ipſius perſonã pertinet.Superueniẽs
ergo ſpirituſſanctus in uirginẽ, ſanctificauit eam
opere ſuo efficiens corpus ſanctũ ex ea,in quo uir
tus,quæ diciẽ dei filius,naſcereẽ:cuius obũbratio
in uirginẽ,hoc eſt ut de immẽſitate diuinitatis ali-
quid eſſet in utero uirginis, quantũ poſſet capere
natura bumana, quod quaſi ex ſplẽdore obũbra-
tio dicereẽ,uirtus dei eſſet, qui dei uirtus necnon
& deus:Nihil em̃ de deo eſt,q̃d nõ dicaẽ deus.Nã
hoc corporeũ eſt,ut ſit in carne aliquid & caro di
B ci nõ poſſit,ut pili,& oſſa,& nerui,& cætera. Si LII
de ſpiritu ſancto natus eſt Chriſtus,ſi effectu eius
ex Maria caro factus,cur dictũ eſt:Sapientia, quæ Prouerb.9
utiq; Chriſtus eſt,ędificauit ſibi domum. Quę-
ſtio iſta,gemina ratione poteſt intelligi. Primum
enim domus Chriſti Eccleſia eſt, quam ædificauit
ſibi ſanguine ſuo.Deinde etiã poteſt & corpus e-
ius dici domus ipſius,ſicut dicitur & templũ eius.
Si enim propter babitationẽ diciẽ templũ dei, nõ
abſurde dicetur & domus , ſicut legimus in lege.
Sed ſi effectu ſpirituſſancti factũ eſt corpus, & do
mũ poſſe dici arbitramur,quare ad perſonã Chri-
ſti relatũ eſt? Quoniã factum filij , factũ patris eſt,
quia utriuſq; una uirtus eſt.Simili modo etiã factũ
ſpirituſſancti,factũ filij dei eſt,ꝓpter naturæ & uo
C lũtatis unitatẽ. Siue em̃ pater faciat,ſiue filius,ſiue
ſpirituſſanctus,trinitas eſt quæ operatur:& quic-
quid tres fecerint,dei unius eſt operatio. Si om- LIII
nia ratione facta ſunt,quid eſt ut octauo calendas
Ianuarias Saluator natus dicaẽ? Nemo ſic pote
rit hebetari,ut neget omnia facere deũ cũ ratione.
Ideo ergo Chriſtus deſcendens de ſaeris ſedib.ad
ſalutẽ mundo tribuendã , ut etiã mundum ipſum
& tempora à ſe inſtituta doceret , tũc naſci homo
uoluit,ad diminutionẽ humani generis augmen-
tandam in deum,quando ex magna diminutione
lux quę dies eſt,crementũ incipit accipere:ut tem
pus natiuitatis eius ratione cõgruat doctrinę diui
næ , quæ ex umbra mortis bomines cœpit multi-
plicare ad uitam. Si ex ſemine Dauid Chriſtus LIIII
D filius dei factus eſt ſecundum carnem,hoc eſt,na-
tus iam filius dei , & in utroq; quia ſanctus natus
eſt,quõ ergo poſtq; baptizatus eſt, dictũ ei à do-
mino deo eſt: Tu es filius meus , ego hodie genui Pſal.2
te? Chriſtus dei filius ex æterno eſt ſecundũ ſpi
ritum ſanctitatis:Iuxta carnẽ uero ex ſemine Da-
uid natus eſt filius deo, ut in utroq; nõ factus deo
filius habeatur,ſed natus.Illud aũt quod in baptiſ-
mo audit,myſterij,nõ ſua cauſa eſt:Nam hoc om-
nib.audit qui baptizanẽ.Ipſe aũt demonſtraẽ tan-
tũmodo,ut ex hoc appareat in homine uirtutibus
deus:Cæteri uero firmãtur,quia ex hoc incipiunt
eſſe filij dei cum ſanctũ accipiũt ſpiritum. Quãuis
enim ſanctum natum ſit corpus domini, nõ tamẽ
ſacramẽto regenerationis firmatus fuerat homo
Chri-

Christus esse filius dei, nisi spiritūsanctū accepis-
set, iuxta decretū renascibilitatis donū. Nam & Iu
A dæi filij dei dicti sunt in deuotione, nō in sacramē
to quod nūc operaꝛ, ut accepta remissione pecca
totum superueniēte sancto spiritu dicanꝛ filij dei.
Saluator ergo & natus est secūdū carnē filius dei,
& post in mysterio firmatus. Nec eñ poterat, q̄d
de sancto spiritu natū est, non de deo nasci, sed ut
propositū mysterij impleretꝛ, superueniēte spiritu
LV nō diminutū est, sed auctū. Quid causæ fuit ut il
lo tēpore crucifigi se permitteret dn̄s, quo octauo
calēdas Aprilis, Pascha acturi erāt Iudęi? Oñia (Quo tempore mundus initium cœperit.)
proprijs locis & tēporib. egit Saluator: Vt enim
omnia se uolūtate patris recte cōdidisse doceret,
B tūc uoluit passione sua mundū redimere & refor-
mare, quando eum & creauerat, id est, in æquino-
ctio, unde mūdus initiū cœpit, & dies super noctē
increscere. In regno itaq; agens Romano, nō nisi
octauo calendas Aprilis pati debuit, quādo ęqui-
noctium habēt Romani. Tūc enim utiq; primum
hæc pars mūdi illuminata est, & ex eo dies cœpit
crementū accipere. Ideoq; & passione Saluatoris
à morte liberara & à tenebris ad lucem prrducta
est. Nulla itaq; uituperatio autoris poterit uideri,
quādo lapsam creaturā tūc reformauit quando &
fecerat. Nec eñ reprehēdi poterit rei lapsæ ininū
creationis, cū ad id redeat instauratio Paschæ. Ea-
dem enim die uoluit esse renouatiōis gaudiū, quo
LVI fuerat & dedicatiōis. Quare in Matthæo pater
Matt. 1 Ioseph Iacob scribitꝛ, & in Luca Heli, ut aut duos
Luc. 3 patres habere imperite desctiptus sit, aut certe q̄
C uere pater eius sit nesciatꝛ? Nō est ambiguū pa-
trē Ioseph Iacob fuisse. Ordo eñ à Dauid per Sa-
lomonē tramitē suū tenens, recto cursu peruenit
ad Iacob, cuius filius est Ioseph: Heli autem filius
Mathat, à Dauid per Nathā filiū eiusdem Dauid, (Nathan filius Dauid)
ordinē tenet, usq; ad tēpus quo Saluator aduenit:
unde singuli Euāgelistæ à Dauid singulorū fratrū
generationū ordinē ꝓsecuti, quasi furcā fecerunt,
ut Matthæus à Dauid per Salomonē descēderet
ad Ioseph: Lucas uero ab Heli, qui tēpore fuit Sal
uatoris, ascēdit per traducē Nathan filij Dauid: &
utriusq;, id est Heli & Ioseph iunxit tribū, osten-
dens unius generis esse utrūq;: ut cū Heli sociat Io
seph, nō discrepare eos in generatione, sed fratres
ostendat: ac per hoc nō solū ipsius Ioseph filiū es-
D se saluatorē, sed & Heli: ipsa eñ ratiōe, qua ipsius
Ioseph filius dicitꝛ Saluator, ipsa est & Heli filius,
& cæterorū omniū, qui de eadem tribu sunt. Hinc
Rom. 9 est q̄d dicit Apostolus: Quorū patres, & ex quib.
Christus secundū carnē. Diuino etenim nutu per-
motus Lucas est, ut ab Heli per traducem Nathā
ascenderet ad Dauid, & per Tharam patrem eius
ascenderet ad Sem filiū Noe, & adhuc super dilu-
uium perueniret ad Seth filiū Adæ, qui redditus
erat pro Abel: & eadem tatione faceret filiū Adæ
Saluatorē, qua dicebatꝛ filius esse Ioseph & Heli.
Super Adā aūt transcendens, assignaret ante om-
nem carnē Christū filium dei esse. Illud quod qui-
busdam uideꝛ, quia Heli acceperat uxorē Iacob;
quō lex mandauit, ut si quis mortuus fuisset sine

filijs, acciperet frater aut propinquus uxorē eius,
& resuscitaret semen fratris sui: & ita factū, ut Heli
generaret Ioseph, Iacob cuius uxorē acceperat: &
per hoc iūgi generationē, ut nō immerito Ioseph
patrē habere Heli dicatꝛ: Hoc nec ꝓbabile est, nec
ad ullam rem ꝓficit. Illud aūt quod supra dictū est
per generationem iūgit duos fratres filios unius,
& Christum ostendit filiū dei esse ante omnem ge
nerationē. Euangelista enim cū referret, dicēs: Et Luc. 3
ipse Iesus erat incipiēs ferè annorū triginta, filius
sicut putabatur Ioseph, qui fuit Heli, id est, Iesus fi
lius æstimabatur Ioseph: & non solū Ioseph erat fi
lius, sed & Heli: non quia Ioseph filium dicit He-
li, sed eodem genere, quo Ioseph uocabatur filius
esse Iesus, ita erat etiā filius Heli, propter quod fra
trum filij erant Ioseph et Heli, id est Salomonis &
Nathan filiorū Dauid, ut per Dauid ascendens ad
Abrahā & Noe & Seth, & ad ipsum Adam, & su-
per Adā, doceat esse Christū filiū dei. Cū enim di-
cit: Qui fuit filius Seth, qui fuit filius Adæ, qui fuit
filius dei: Christum utiq; ita dicit Adę filium, sicut
dicebatꝛ filius Ioseph. Ait enim Maria ad eum: Fili Luc. 2
q̄d fecisti nobis sic? Ecce ego & pater tuus mœ-
sti & tristes quærebamus te. Super Adam aūt iun
xit Christum patri deo, ut qui horū, id est ab Adā
usq; ad Ioseph & Heli filius dicebatur, ante istos
omnes dei uerus filius intelligeretꝛ ad confusionē
Photini, qui Christum nō nisi ex Maria, nec ante
fuisse contendit. Quorum enim non erat, filius di
cebatꝛ: & dei, cuius filius uerus erat, negabatur. Si
enim quod improbabile est, & ad nullā rem profi
cit, Ioseph Heli filius dicatꝛ, secundū quod supradi
ximus, non dixisse uidebitur de Christo, quia fuit
filius dei, sed de Adam. Per ordinē enim singulo-
rum filios patres subijciēdo, uenit ad Enos, cuius
patrem dicit Seth: patrem autē Seth dicit Adam,
Adæ uero patrem dicit deum: & nescio quæ utili-
tas sit sic asseuerare. Si aūt per ordinem, sicut dixi-
mus, singuli patres Christi dicantur, sicut & filius
dicebatur Ioseph: quia dictū est: Quorū patres, &
ex quibus Christus secundū carnem, ipso ordine
legitur filius esse Seth, & filius Adæ. Et super hos
omnes assignatur filius dei, ut ante ipsos dicatꝛ es-
se, quorū filius nuncupatur. Quid est hoc, ut cū LVII
in Malachia propheta scriptū sit: Ecce mitto an- Malach. 3
gelum meū ante faciem tuam, qui præparet uiam
tuā ante te. Marcus hoc Euangelista in Esaia pro-
pheta scriptū asserit. Non potuit latere Marcū,
quid scriberet: nec enim expers erat lectionis, qui
ab infantia diuinis literis imbutus & exercitatus
erat in lege, maxime cum Apostolos sit secutus.
Sciens aūt omnia ad autorem referenda dicta, hęc
ad Esaiam reuocauit, qui sensum istum prior inti-
mauerat dicēs: Vox clamantis in deserto, parate Esa. 40
uiam domino, rectas facite semitas dei nostri. De
niq; post uerba Malachiæ statim subiecit Euange
lista dicens: Vox clamantis in deserto: ut iūgeret
uerba utriusq; prophetæ ad unum sensum perti-
nentia sub prioris prophetæ persona. Qua ra- LVIII
tione negat se Ioannes Christū scisse ante baptis- Matth. 3
mum, cū uenienti ei ad baptismum dicat, Ego à te
debeo

debeo baptizari, & tu uenis ad me: quō ignorabat
eū quem prohibuit humilians se ei? Tanta san- A
ctitate præditus est etiam ab ipsis cunabulis Ioan
nes, ut nec falli nec fallere credatᷣ, nec dominū suū
qui eum in utero per spiritumsanctū illuminaue-
rat nescire: ac per hoc uerū est, quia & descenden-
te in eum spiritu agnouit eum, & priusq̃ ad baptis
mum ueniret, nō ignorauit eum. Sciebat enim eū,
sed an ipse esset qui donum dei olim patrib. repro
missum ministraturus esset nesciebat: hoc est q̃d
tūc se didicisse ꝓfiterᷣ, cū uidit in eū spiritū descen-
Ioan. 1 disse. Sic eñ se à deo instructū dicit Ioānes, Super
quē, ait, uideris spiritū descendentem & manētem
super eū, ipse est q baptizat in spiritusancto. Hoc
Rom. 15 etiā Apostolus cōtestatᷣ: Dico enim, inquit, Chri-
stum ministrū fuisse circūcisionis propter uerita- B
tem dei, ad cōfirmandas promissiones patrū. Hoc
est in quo nesciebat dñm Ioannes: quāuis eñ ma-
gnificentiā eius nō ignoraret, hoc tamē latuit eū,
LIX qa p ipsum fides Abrahæ implenda erat. Si ba-
ptisma cœleste mysteriū est, cur Nicodemo cū de
Ioan. 3 baptismo dubitāti loquitᷣ dñs: Si terrestria, inquit,
dixi uobis & nō creditis, quō si dixero uobis cœ-
lestia credetis? Qui baptismū putat carnali ratiōe
cōsistere, hic nō est spiritalis: nec donū cœleste po
terit cōsequi, qui se per aquā nō per fidē immuta-
ri credat. Aqua enim cernitᷣ, sed qui nō uidetᷣ spiri
tus operatᷣ, ut fides in eo sit. Quia sicut sordes cor-
poreas aqua, ita spiritus animā abluit à peccatis:
ut quō uisibilia uisibilib. ita & spiritalibus prosit
spiritus, ac per hoc spiritalis ratio uertitᷣ in baptis- C
mo. Plus enim est ibi quod auditᷣ, q̃ quod uidetur.
Cum hinc ergo Nicodemus carnali instructus ra
tione dubitaret, saluator ut eū ad fidem attraheret
exēplo usus est cōgruo, ut ad rem inuisibilē firmā
dam uisibile daret exemplū, quod solo auditu cō-
sistit, nō uisu, & nō negatᷣ: & est tamen terrenum,
quia mundi rem operatᷣ. Ait ergo dñs ad Nicode-
Ioan. 3 mum suadēdo illi: Spiritus ubi uult spirat, & uocē
eius audis, & nescis unde ueniat uel quo eat. Sic
est omnis qui renascitᷣ ex aqua & spiritusancto: ut
quō uox uenientis spiritus, id est, uēti, auditur qui-
dem, nō aūt uidetᷣ, sicut dictū est: sic & ratio baptis
mi auditᷣ q̃ dicatᷣ, tamē quō per spiritum fit nō ui-
detur: auditᷣ tamen, cum quid futurū est ab eo qui
uerba insinuat, prædicatur, ut fieri credatur quod
auditur, nō tamen ratio facti reddatur. Cum autē D
nec per exemplū Nicodemus duceretur ad fidem
tūc audiuit à saluatore, Si terrestria, inquit, dixi uo
bis et nō creditis, quō si dixero uobis cœlestia, cre
detis? Ista uerba terrena dixit, quæ ad exemplum
ꝓtulit: hoc est, si per rationē terrenā, inquit, exēpli
dati, spiritus, id est, uenti, non creditis posse fieri,
quia quō fiat, nō uidetᷣ: quō fieri poterat, ut si darē
cœlestia exēpla quæ utiq; nescitis, crederetis? Po-
test enim homini suaderi quod nescit, per id quod
scit, ut puta deus dicit de Christo, quod filius eius
sit uerus, quod quō sit, cōprehendi nō potest. Per
id aūt quod scimus secundū carnem quō sint filij,
credimus ideo deū dixisse Christus filius meus est
uerus, ut de semetipso illum esse significaret. Hoc
modo & saluator rem quæ nec uerbis nec animo
A explicari potest, per id quod sensibile est & aurib.
auditᷣ, uoluit cōmendare: hoc est, per exemplū spi
ritus qui est uētus, quē & sensibilitas capit & auris
audit, sed unde ueniat nescit, factū spiritussancti,
quod capi non potest, uoluit facere credibile. Sed
& in Actib. Apostolorū eodē modo legitur: Et fa Act. 2
ctus est, inquit, subito de cœlo sonus, tanq̃ adue-
niētis spiritus ualidi, & repleuit totā domū: & cæ-
tera. Ecce aperte exēplo uenti spiritumsanctū insi
nuat ita de cœlo aduenisse & sonuisse, quēadmo-
dū ualidus uētus super terrā. Nā & Hieremias uē-
tum spiritū uocat dicēs: Ventus spirat in omni re-
gione. Qui ꝓpterea quod in hoc mūdo est, & per
diuersa circūfertur loca, unde ueniat, uel quo eat,
B nescimus. Spiritus aūt sanctus de cœlo uenit: si-
cut legimus, ut credētes illuminet. Quō ergo qui-
busdā uidetᷣ de spiritusancto saluatorē dixisse, Spi
ritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis
unde ueniat, uel quò eat? cū constet exēpli causa
locutū hoc saluatorē. Deniq; subiecit: Sic est, in-
quit, omis qui renatus fuerit ex aqua & spiritusan
cto. Quid tam apertū, quia spiritū uentū significa
uit? Sed ideo putāt nō uentū significatū, quia ait,
Vbi uult spirat: quasi nō omnis creatura, lege sibi
posita, remissa sit arbitrio ꝓprio. Et nos eñ imus,
& facimus q̃d uolumus, agētes sub lege, quare &
rationē præstabimus. Aut possibile putatᷣ, & nec
stultū uidetᷣ, ut effectū uolēs sanctispiritus insinua
re, illū ipsum daret exēplū: igitᷣ omni genere quæ-
C stionē solutā arbitror. Si lex & ꝓphetæ usq; ad LX
Ioannē, quō saluator ad sacerdotes mittit offerri Matt. 8
munera ꝓ emūdatione lepræ? Hoc quidē non
fuit temporis, sed ad cōdemnationem factum est
Iudæorum: ut cum ueritatis culmē meliorati tem-
poris nō intelligerent ad lucrū salutis suæ factum,
inclinaret se ueritas ad accusationem eorū. Cum
enim uelut legis inimicum haberent saluatorem,
quia misericordiæ causa ab onere illos legis uole-
bat liberare, sicut prædictū erat ab Hieremia pro-
pheta, ait enim inter cætera: Et dabo illis testamē- Hiere. 31
tum nouū, non quale dedi patrib. eorū: tunc salua
tor, ne inimicus, sicut putabant, appareret, noua
prædicans, eū qui mundatus fuerat à lepra, ad sa-
cerdotes misit offerre munera ꝓ emūdatione sua,
sicut præceperat Moyses: & ut ad accusationē eo-
D rum hoc ꝓficere testaretᷣ, in testimoniū, inquit, il-
lis: ut iudicio hæc res cōtra illos testis esset, qui sal
uatorem inimicū legis dicebant. Hoc secutus est
& Apostolus Paulus cū enim prædicaret iam nō
oportere circūcidi, ipse Timotheū circūcidit pro-
pter scandalū Iudæorū: maluit eñ rem superfluā
facere, q̃ tumultū excitari à falsis fratribus: quod
quidem errori profecit Iudæorū. Satis enim eis fa
ctum est ad horā, per quod in perpetuū errarent.
Quid est ut Iudæis discipulos accusantibus, eo XLI
quod sabbatū uiolarent, spicas manibus cōfrican
tes & comedentes, saluator exemplū Dauid pro-
ferret, quia māducauit panes, quos nō licebat mā
ducare nisi solis sacerdotib. per quod nō uidētur
excusari: sed simul cū Dauid rei fieri, quippe cum
nec

nec sabbatis fecerit hoc Dauid? Saluator hypocrisim Iudæorũ multis uult exẽplis arguere, maiora ostẽdens admissa in lege, & nullũ ausum fuisse accusare: ut nõ solum semel & iterũ sabbatũ in lege uiolatũ mõstraret, uerũetiam sacerdotalẽ panẽ ipso sacerdote cõcedente præsumptum illicite: & quod maius est, à sublimi autoritate legis suæ uiris. Primus enim Iesus Naue diuino præcepto sabbatũ non seruauit, quo facto, muri Hiericho ultrò ceciderũt. Quantũ profuit sabbatũ nõ custodisse, sed fidẽ: Et Machabæi, cũ prius cæsi fuissent, sabbatis dimicauerũt, & de hostib. triũphauerunt: & sacerdotes ut dominicis cæremonijs inseruirẽt, in tẽplo sabbatũ cõtemnebãt. Dauid aũt iam unctus in regẽ, postq̃ dei uirtute interfectũ armis expoliauit Allophylũ, in itinere positus, necessitatẽ famis passus, à sacerdote panẽ accepit, quẽ non illi

1 Reg 21 licebat mãducare: sed excepta necessitate nõ licebat: licitũ aũt erat, si necessitas exegisset. Denique sacerdos uidẽs necessitatẽ, non negauit, & Dauid à deo electus, sine cũctatione accepit: talis causa est & sabbati. Quare & circũcidit in sabbato non prohibetur: hæc enim quæ periculosa nõ sunt, sic seruãda mãdata sunt, ut nõ obsint, si ex necessitate fuerint admissa: quia nõ ad salutẽ, sed ad reuerẽtiam mãdata sunt: illud aũt quod omnino nõ licet, semper nõ licet: nec aliqua necessitate mitigaẽ, ut admissum non obsit: est ẽm semper illicitũ, q̃d legib. quia criminosum est, prohibetur. Superiora aũt illa, quæ diximus aliquãdo licere, talia sunt, qualia te iunia legitima, quæ in necessitate soluta, rẽo faciũt reos, si stomachi fuerit causa aut infirmitatis lebriũ. Hæc igiẽ sciẽtes, dolose Iudæi discipulos accusabãt, quasi sabbatũ uiolaret, sicut supra dictum est. Saluator aũt noluit illis de tẽpore impletæ legis prædicare, ne plus ad insaniã prosilirent: sed de præterito, unde sabbatũ uindicandũ magis putabant, calũniosos illos ostẽdit: & nõ solũ in sabbati causa, sed etiã in sacerdotali pane cõfusi sunt, sicut

LXII supra ostẽsum est. Quid est ut occisis filijs Liæ, q

Matth.2 erãt ex tribu Iuda, Rachel filios suos plãgere dicatur? Quantũ ad historiam pertinet, Rachel filij sunt trib. Beniamin. Porrò olim pro maleficijs proprijs, operibus scilicet Sodomitarũ, & stupro q̃d

Iudic.19 in cõcubinã uiri Leuitæ gesserant, à reliquis tribubus extincti & erasi sunt: Quãobrem cõsolationẽ recipere uelle negaẽ, sciens nullam spem corũ qui perisse noscunẽ: Filij aũt Liæ in primæuis annis, in saluatoris causa occisi sunt: Vnde eorum causæ planctũ nõ uult ascribi, quia & innocentes occiũ sunt, & propter deũ à quo sine dubio mercedis gratia æterna uita donati sunt. Quapropter plãctum Rachel filijs dicit cõpetere, qui & in præsenti & in futuro erasi sunt. Illi aũt carnaliter plancti, spiritaliter cõsolati sunt: Filij autem Rachel carnaliter conuersati flãmis spiritalibus consumenẽ. Idcirco aũt Liæ filijs occisis adimpletũ planctũ Rachelis

Matt.2 Euangelista testaẽ, quia tunc plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causa uidit occisos, ut æternæ uitæ hæredes existerent: Cum enim aliquid aduersum aduenit, ex felicitate alterius, infausta sua miserius luget. Qua ratiõe Ma LXIII

A gi Chaldæi per stellæ apparentiã Christũ regẽ Iudæorũ natũ intellexerũt, cũ stella indice tẽporalis rex soleat designari. Hi magi Chaldæi nõ maleuolẽtia astrorũ cursum, sed rerũ curiositate speculabanẽ. Sicut enim daẽ intelligi, traditionẽ Balaã sequebanẽ. Qui cũ accersitus esset à Balach ad maledicẽdum populum dei, diuino nutu benedicere cœpit. Ex huius ergo relatione cõpertum habebant, futurũ dei prouidentia ex Iacob qui regnaret. Hinc enim, quod nõ est occultũ, prophetauit di Num.24

cens: Orietur stella ex Iacob, &c. Istam ergo traditionem magi secuti, uidẽtes stellam extra ordinẽ mũdi, hanc esse intellexerũt quã Balaã futurã indicem regis Iudæorũ prophetauerat. Quod quidẽ factum cõtra inimicos religionis est. Inde enim te

B stimoniũ accepit unde solet improbari, Astrologi enim inimici sunt ueritatis. Quomodo probatur LXIIII post tres dies & noctes resurrexisse saluatorẽ ex mortuis. In hac causa si numerũ dierum ac noctium per ordinem requiris, effectũ intelligentiæ nõ habebis, quia & Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, et tamẽ nõ integer numerus inuenitur: Quãdo enim per diem ascendit & per diẽ descendit, omnẽ utique numerũ nõ impleuit: sed quia ubi dies est cõputatur nox, & ubi nox est, cõputatur & dies, ut à parte ad totũ quadraginta dies & quadraginta noctes dicãtur. Ita est quod dixit saluator: Sicut fuit Ionas in uẽtre Luc.11

ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Et quia tres noctes sunt,

C tres accipiũtur & dies. Est enim nox ne nouũ aut cõtra ratiõnẽ forte uideaẽ, ut cum nox ex die penè deaenam ante lucẽ factam, ex qua appellatus est dies, q̃ uesperũ quod sequitur nox institutũ, minime dubitaẽ, quod passio dominica à nocte sumere asseueratur initiũ non absurdũ est. Nam sicut lux, id est dies, imago uitæ est, ita nox similitudo mortis est, id est, tenebræ: sicut in scripturis euidẽter ostẽduntur filij lucis & ecõtra tenebrarũ. Nec mirũ si cũ ubique dies nocti & lumẽ tenebris, hic solũ quæ sunt sequẽtia anteriorib. præponanẽ: uel quod in tali causa rerũ ordo confunditur & mutaẽ ut ante signauimus. Nã mortis nox magis q̃ dies esse uidetur: Ideo etenim à nocte initium sumitur, quia nõ aliter principi tenebrarũ nisi per noctẽ potuit

D subintrari, id est non potuit uinci: Et ut aliquatenus dñs lucis, id est æternæ uitæ, princi pi tenebrarũ siue mortis subiectus esset ad tẽpus: quatenus & præteritos & post futuros à morte liberaret. Nã nõ esset mors penitus euacuata, nec unq̃ tenebrarum caligo discussa, si dominũ non uidisset subintrantem: Etenim tanta luce secretũ mortis in quo dominabaẽ euanuit, nec penitus uinci potest, nisi qui uel per sua uel in suis capitur. Rectè ergo in tali negocio tãtũmodo nox obtinet principatũ, ita ut amitteret potestatẽ: & ut Iudæi nõ credentes in perpetua nocte remanerẽt, nec autor dies tãti sceleris, imò sacrilegij, sed nox fieret, præcedenti noctis cõtra crũ feriem subdiẽ dies, sicut deus & dominus omniũ rerum principi nephariæ mortis, ut

omnes

omes à mortis laqueis explicaret. Quod si cui ad-
huc forte uidet esse cõtrariũ, diligẽter aduertat ne A
incipiat illud durius æstimare, q̃ deus se personã
induẽs serui, nõ dicam hominis, mortem deleuit.
Quid ergò hic & ordinẽ quęris, ubi omnia uideas
esse cõtraria? Quæ est em̃ lux quæ fuit in tenebris,
Ioan.1 & tenebrę eã nõ cõprehenderũt? Dñs lucis qui et
cõprehẽsus est. Qui em̃ scit se adhoc cõprehẽdi ut
feriat, tẽpus illud in mortẽ cõputat. Est & dies se-
quẽs qua auditus & crucifixus est. Est & nox quæ
cœpit in subbatũ, est & ipsum sabbatũ. Est etiã ue
sper post sabbatum, Hoc est quod Iudęis à Moyse
pręceptũ est in figura, ut uespere intrarẽt in sabba
tum, in quo dñs resurrexit: qui cõplectit diem do
minicũ, quia nox nõ computat sine die, neq; dies B
sine nocte. Hac ratione post tres dies & post tres
noctes dñs resurrexit. Si uno ore & rõe Euan-
LXV gelistę locuti sunt, quõ factũ est ut tribus dicenti-
bus, id est Matthæo, Luca, & Ioãne, quia sexta ho
ra crucifixus est dñs, Marcus è diuerso tertia ho-
ra crucifixũ dicat Saluatorẽ [Obscuris uera in-
uoluere nõ est bonũ. Nam tres Euangelistę unum
sensum habuerũt, Marcus aũt rem quæ ab illis prę
termissa fuerat, uoluit intimare, sciens necessariã.
Nec enim falli posset qui autorũ exẽpla secutus,
ea quæ scripsit magna deuotione & industria didi
cit, & nec sine sancto spiritu fecit. Quid ergo ex
hoc ostẽdere uoluit, debet absolui. Contuendum
itaq; est, quia nõ à Pilato, sed à Iudęis Saluator cru
cifixus est. Quãtũ em̃ ad leges Romanas ptinuit,
innocentẽ pronũciauit Saluatorẽ. Ait em̃ Pilatus C
Iudæis, Ego nullã inuenio causam in eo Et dicẽti-
Ioan.19 bus illis. Crucifige eũ: respõdit, Quid enim mali
fecit? Deniq; psistens & uolens educere eũ de ma
nib. eorũ calumniã passus est, dicẽnb. eis, Si hũc di
mittis, nõ es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se
regẽ facit, cõtradicit Cæsari. Sic factũ est ut trade-
ret eũ iudicio illorũ. Sententiã ergo uõ dedit Pila
tus, sed Iudæi. Deniq; pręmoniti sunt, inqt, à prin-
cipibus sacerdotũ, ut dicerẽt crucifigat. Hãc sen-
tẽtiã tertia hora datã uult intelligi in qua assiduis
uocib. perdurãtes cũ interuallo horarũ fere trium,
quibus itum & reditũ est ab Herode, crucifixerũt
Saluatorẽ. Omis em̃ qui addicit morti, ex eo iam
mortuus cõputat quo sentẽtiam excepit. Manife
stauit igit Marcus, quia nõ in iudicis sentẽtia Sal- D
uator crucifixus est. Difficile est em̃ innocentẽ ꝓ-
bare eũ qui sentẽtia iudicis punit, Discordare er-
go se passus est in uerbo, ut doceret tertia hora cœ
ptum esse quod sexta hora impletũ est, nõ legibus
LXVI sed psistente maleuolentia Iudæorũ. Quõ Mar
cus Euangelista dęmonia cognouisse ait & ꝓfessa
esse Iesum, ecõtra aũt Apostolus, principes & po-
testates huius seculi neget cognouisse diuinitatẽ
Marc.1 dñi Iesu. Dicit em̃ inter cætera Marcus, Sciebãt
1 Cor.2 eũ ipsum esse. Apostolus uero, Quẽ nemo, inquit,
principũ huius seculi cognouit: si enim cognouis-
sent, nunquã dñm maiestatis crucifixissent. Si dæ-
monia sciebãt, quõ principes ignorabãt? Quibus-
dam uidet principes huius seculi maiores Iudæo-
rũ significasse, quasi iuxta illud quod Petrus Apo
stolus dicit: Scitis em̃, inquit, fratres, quia per igno Act.3
rantiã gessistis hoc malũ, sicut & principes uestri.
Ergo Iudæorũ erãt principes, nõ tamẽ huius secu
li principes erãt: Vndè ait, uestri: nõ seculi: quippe
cũ dixerint regẽ se habere Cęsarẽ sub cuius fuerãt
redacti potestate. Sunt autẽ isti hi principes quos
alio loco significauit Apostolus dicẽs: Nõ est no-
bis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed ad
uersus principes & potestates huius mũdi, aduer-
sus tenebrarũ harũ rectores. Recte ergò quęrit: Si
em̃ isti nõ cognouerũt Iesum, quõ poterat fieri ut
dęmonia agnoscerent eum. Sed aliud est quod co
gnouisse in Christo dæmones dicit, & aliud quod
huius seculi principes negat cognouisse. Nam dæ
monia sciebãt ipsumquidẽ esse qui per legẽ fuerat
ꝓmissus: omnia em̃ signa uidebãt in eo quæ dixe-
rãt futura esse ꝓphetæ, ut quod ex semine Dauid
de uirgine uẽturus esset redẽptor Israel: mysteriũ
aũt diuinitatis eius ignorabant, sicut & principes
eorũ. Deniq; quęrit, quamuis captiose, diabolus à
Saluatore dicẽs: Si tu es filius dei &c. Vidẽs enim Matt.4
aliquãdo diuinã uirtutẽ, aliquando hominis infir
mitatẽ, ambigẽs quid uerũ esset, torquebat. Con-
cordant ergo scripturæ secũdum ea quæ reuelata
sunt: Impossibile est em̃ discordare unius spiritus
uiros. Quid est quod in cruce positus Saluator LXVII
ait, Pater, ignosce illis, nõ enim sciunt quid faciũt: Luc.23
si enim nesciũt quid est quod ignoscit, maxime cũ
dicat rex Abimelech ad deũ: Nũquid gentẽ igno- Gen.20
rãtẽ perdes? Nõ omnis ignorãs immunis à pœ-
na est: ille aũt ignorãs potest excusari à pœna, qui
à quo disceret nõ inuenit. Istis aũt hoc ignosci pe-
tit, qui habẽtes à quo discerẽt, operã nõ dederũt.
Huiusmodi nõ licet ignorare: Accipient ergo ue
niam, si cõuertant. Cũ utiq; orandũ pro inimi- LXVIII
cis dñs docuerit, quid est quod in Apocalypsi, cõ
tra hos animæ occisorũ ulcisci se petũt, à deo po-
stulantes uindictã. Sic enim animę occisorũ cla
mant uindicari se postulantes, sicut sanguis Abel
clamauit de terra. Causæ ergo sunt quę clamare di
cunt, cum loqui nõ possint. Sanguis enim effusus
quid aliud q̃ iudicari se postulat, clamãs nõ uoce,
sed ratione? Nã & opus opificẽ laudare dicit per
hoc ipsum quod uidẽtẽ se oblectat. Nõ em̃ tã im-
patiẽtes sunt sancti, ut urgeãt iam fieri quod sciũt
tempore præfinito futurũ, quod nec anticipari po
test, nec differri. Sed hoc dicto ostendere uoluit,
uindicaturũ deũ sanguinẽ sanctorũ suorũ: ne quia
tam patiẽs nunc uidet, inultũ putaret impiũ bellũ
quod cõtra sanctos gerit: ut & terrorem incutiat
persequentib. dei seruos, & exhortaret pro se pa-
tientes. Releuat em̃ anima patiẽtis quãdo uindi-
cari se audit à potẽte. Præ se em̃ spem fert si mortẽ
suã audiat iudici displicere: tũc em̃ pro certo habet
innocẽtem se esse. Et deus quidẽ misericors & pa
tiẽs est, sed moderate: Expectat enim ut impij cre
dant, & peccatores se emendẽt: si quo minus, ple-
ctant, quia dei longã patientiã cõtempserũt. Cu-
ius rei exẽplũ etiã tẽpore misericordiæ prædicare
ostẽdit, ne nõ patiens, sed insensibilis, & quẽ neq;
dolor alicuius, neq; pietas cõmoueret, uideretur.
Hinc

Esa. 42 Hinc est unde ait per Prophetam, Tacui, nunquid
Lucæ 18 semp tacebo? Et dñs, Nũquid nõ faciet dominus
uindictã seruorũ suorũ clamantiũ ad se die ac no-
cte? Sic utiq; clamant sicur supra diximus: Si quis
ergo Christianus ad tempus uindicet, nõ acerbe,
neq; cũ sanguine, nõ peccat: melius tamen fecerit,
LXIX si dimiserit iudici deo. Si iam prædicante Ioan-
ne, aut saluatore, lex cessauit, quomodo saluator
Matth. 5 ait, Nõ ueni soluere legem aut prophetas, sed ad-
implere. Si enim prophetia est, quomodo nõ solu
ta est quæ agẽdi amisit autoritatẽ? Omnia quæ
de Christo dicta sunt, adimpleta sunt: & ipse domi
nus sic adimpleuit legem & prophetas cum om-
nia quęcũq; de se scripta sunt, fecit, nec dissoluit a-
liquid, sed cõfirmauit. Lex enim & Prophetę usq;
ad ipsum. Prophetæ enim de ipso locuti sunt, ideo
ultra illum quæ ab his de hoc, id est de Christo di-
cta sunt, tendi nõ possunt, neq; post ipsum aliquid
huiusmodi prophetę reperire potuerũt: quia neq;
habent de quo dicant, & de quo dicebaĩ iam ue-
nit. Omnia etenim suis uoluminib. cõplexi sunt,
& incarnationem & conuersationẽ, & passionẽ,
& resurrectionẽ, & diuinitatis manifestationẽ, &
futurũ eius iudiciũ reuelauerunt, ac p hoc cessaue
runt prophetæ impleto opere dispensationis. Lex
autẽ duplici modo cessauit. Nec quidẽ tota: Nã &
id quod cessauit poterit permanere, si seruet̃ con-
ditio: Aliud enim cessauit in sentẽtia, aliud in ipsa
lege. Prædicante Ioanne baptismũ pœnitentiæ in
remissionẽ peccatorũ, cessauit sentẽtia legis quæ
reos tenebat peccatores: cessauerũt etiã onera le-
gis, quæ ad duritiã cordis Iudaici fuerant data in
escis, neomenijs, sabbatis, & cæteris. Misericordia
enim adueniente, cessauit uindicta. Sed onera le-
Rom. 10 gis in perpetuũ cessauerũt, Sententia uero his ces-
sat & abolet̃, qui permãsere in beneficio consecu-
to. His autẽ qui redeũt ad hominẽ ueterẽ, refricat̃
legis autoritas, quia immemores beneficiorum re
deunt sub sentẽtiã legis. Circũcisio uero & sabba-
tum usq; ad illud tẽpus ualuit quo nouæ legis præ
dicaret̃ mandatũ: sic enim data sunt, ut adueniẽte
lege fidei cessarẽt. Vnde dicit Apostolus, Finis le
gis Christus. Nam & Daniel hoc significat, cũ &
de aduẽtu domini et tẽporib. hebdomadũ prophe
tat, quia & chrisma & iudiciũ & sacrificium & ipsa
ciuitas cessatura erãt. Spiritali enim adueniẽte le-
ge, necesse erat cessare carnalia. Tũc enim ex par-
te corporis seruiebat̃ deo, nũc ex parte animę. Pri
dem uisibiliter scilicet tũc, modo inuisibiliter: Tũc
in carne, nũc in animo, quia deo utiq; qui spiritus
est, in spiritu seruiendũ est. Nõ ergo soluta lex est,
quia cessauit, sed successum illi est impleto tẽpore.
Nec eñ administratio eius accusat̃ in iudicium, si
peccatorib. indulgẽtia dat̃, cũ hinc magis recte da
ta & iuste pbet̃, quia quibus dominabat̃, peccato
res fuisse nõ negant̃, quia iustis, inquit, lex non est
posita. Nõ ergo quia misericordia præferẽda est,
cõtemnenda putet̃ iustitia: cuius reuerẽtia si non
esset, ipsa misericordia fructũ nõ haberet. Nisi aũt
hanc seruauerint post acceptam misericordiã, ni-
hil illis pderit indulgentia. Nam dixit lex, Nõ fa-
cies tibi idolum, neq; adoraueris quæ in cœlo sur-
A sum sunt, & quæ in terra deorsum: & non peiera-
bis: & honora patrẽ & matrẽ: & non occides, neq;
fornicaberis, neq; furtũ facies: nõ dices falsum te-
stimoniũ, neq; concupisces quicquã proximi tui.
Nunquid hæc cessasse dicẽda sunt? Absit. Sine his
eñ quis poterit uel in hac uita idoneus iudicari?
Ac per hoc cætera cessauerũt quæ supra diximus,
neomeniæ, sabbata, lex escarũ, sacrificia, circunci-
sio &c. Hinc est unde dicit Apostolus inter alia,
Principes nõ sunt timori opi bono, sed malo. Vis Rom. 13
aũt nõ timere potestatẽ, fac bonũ, & habebis lau-
dem ex illa. Hæc seruata bonos faciunt, nõ tamen
B perfectos. Vnde saluator, Nisi abũdauerit, inquit, Matth. 5
iustitia uestra plusquã scribarũ & pharisæorũ, non
intrabitis in regnum cœlorum. Addens enim istis
potiora saluator, nõ soluit utiq; legẽ, sed adimple-
uit. Sensus enim legis ad salutẽ hominis pertinet,
ut puta, oculum pro oculo, dentẽ pro dente: ut ti
mens ne pateret̃ quod alijs facere prohibitus est,
cohiberet se à nequitia. Saluator autem superiorẽ
in hunc sensum addens iustitiã: Ego autẽ, inquit,
dico uobis, Nõ resistere malo, sed si quis te pcusse
rit in dexterã maxillam tuam, præbe illi & sinistrã:
ut dum uicem nõ reddit malo, perfectus sit. Red-
dere enim uicem iustitia est, sed nõ plena: si uero
dissimulet ab iniuria, plena iustitia est & abundãs.
Retribuere enim gaudet ad tẽpus, remittere autẽ
in futurũ præstat lætitiam. Sic enim adimpleuit le
gem saluator, dum quos illam iustitiam docuit, hic
C iustiores effecit, quia illa non potuit. Quamobrẽ
gaudiũ legis est, quia discipuli eius peritiores effe-
cti sunt. Destruxisset planè legẽ, si impune pecca-
re docuisset. Porrò aũt suspendit sententiã, ut hic
qui male facit, habeat spatiũ pœnitẽdi: si quo mi-
nus, redit in illũ sentẽtia cumulata, quia nõ cogno
uit ad hoc se remissum ut emendaret se. Cũ do- LXX
minus certe inimicos nos diabolo fieri præcepe- Matth. 5
rit, quid ergo est ut in Euãgelio dicat, Esto consen
tiens aduersario tuo cito? Quis est hominis aduer
sarius, nisi diabolus? Nulli dubium est diabolũ
esse hominis inimicũ, maxime fidelis, uehemẽtio-
ra enim tela sua cõtra dei seruos exacuit. Sicut er-
go iste bonorũ inimicus est, ita & lex malis aduer
sa est. Quis eñ cõtemnẽti se non aduerset̃? Domi
nus ergo peccatorẽ alloquit̃ ut cõsentiat mãdatis
D quæ illũ inobedientẽ cõdemnãt, ut subijciat se uo
luntati eorũ, & fiat ex inimico amicus: quia & con
temptor legis inimicus est eius, uoluntati eñ eius
resistit: Ideoq; hortat̃ dñs peccatorẽ, ut bene agen
do recõciliet sibi legẽ, ne in die iudicij accuset eũ
apud iudicẽ, & condemnatus pœnas det forete le
gis: Omni etenim, inquit, qui male uult agere, di-
sciplina dñica inimica uidet̃: cui nisi consenserit,
mittet̃ in gehennã, diabolo, qui uere inimicus hu
mani generis est, pręparatam. Quid est q Iacob LXXI
appellatus est homo uidens deum, & Moyses ui-
dit deũ facie ad faciem, necnõ & Esaias, Vidi ait,
deũ sabaoth oculis meis: Cõtra autẽ Ioãnes Euan
gelista, Deũ, inqt, nemo uidit unquã? Hoc quan
tum uidet̃ cõtrariũ est, quantũ ad fidem uero per-

tinet, deũ omnino nemo uidit unquã, neq; patrẽ,
neq; filiũ. Quod enim uisus dicit, ad intelligentiã A
refert, uisus est enim uelut in imagine. Veluti nos
cũ imperatores nesciamus, uidemus eos in figura,
non in ueritate: Ita & deus uisus est, ut intelligere
tur deus esse qui apparebat ꝑ rationẽ, nõ per sub-
stantiã, quia in natura sua deus uideri nõ potest. Et
ut uerius propositæ quæstionis secreta pãdamus,
sensum Euãgelistæ explicare nitamur. Ioãnes eñ
occultũ aliquid prodere uoluit, quod sciuit ad sa-
lutarẽ doctrinã pertinere: idcirco, Deum, inquit,
nemo uidit unquã, nisi unigenitus filius qui est in
sinu patris ipse enarrauit. Animaduertamus sen-
sum Euãgelistæ, ut eñ uerũ esse, quia nemo uidit
deũ unq̃, ostẽderet, filiũ hoc enarrasse docet: quẽ
falli utiq; impossibile est, quia in sinu patris est. Si-
nus aũt patris quid est, nisi affectus in charitate ue B
ri patris per naturæ unitatẽ in filiũ? Quamobrem
nemo uidit deũ, nisi unicus filius: hoc Ioannes A-
postolus filiũ dei audiuit dicentẽ inter alia, Nõ q̃a
patrẽ uidit quisquã, nisi qui est à deo, hic uidit pa-
trem. Vt ergo ad condẽnationẽ proficeret Iudæo
rũ, qui Christũ dei filiũ audire nolebant uel crede
re, ostẽdit Euangelista hunc esse Christũ qui patri
bus apparuisset in deũ: illum autem qui pater est,
nunquã uideri nisi à filio. Quando enim deũ patrẽ
negat uisum, & deũ apparuisse patribus profitet,
manifestare se uult dei filius, quia ipse semꝑ in deũ
uisus à patrib. est. Vnde inter cætera dicit Iudæis
Ioan. 5 de patre, Neq; uocẽ eius audistis aliquãdo, neq; fi
gurã eius uidistis. Ecce nõ est contrariũ, & uisum,
LXXII & inuisum esse deũ. Quãdo legit in Apocalypsi C
Apoc. 10 Ioãnis, Vade, inquit, & accipe librũ de manu an-
geli & deuora illum & amaricabit uentrẽ tuũ, sed
in ore tuo erit dulcis sicut mel: Quis iste liber est
qui amarũ facit uentrẽ cũ sit dulcis? Omnia di-
uina uolumina amara sunt, sed ꝑfidis atq; carnali-
bus: Idololatris enim insuaue est cũ audiũt unum
deũ prędicari in Christo: Et Photinus simul ꝑtime
scit horrore correptus: Erubescit etiam Sabellius
audiẽs patrẽ esse qui filius dici nõ possit, quia ab
ipso sunt om̃ia: filiũ aũt idcirco filiũ appellari, quia
nõ utiq; pater ipse est, sed de patre, nec à quo, sed
per quẽ sunt omnia. Confutat & Arrius cum legit
Christũ uerũ esse filiũ dei: sine dubio enim uerus
dici non posset, nisi proprie esset de deo. Conuin-
citur & Marcion addiscẽs, quia uerbũ caro factũ D
est, qui putat Christo carnẽ negandã. Arguit etiã
improbus Manichęus, uidens scriptũ ab Euãgeli-
sta, quia Saluator nõ solũ pręsentia sui nuptiarum
uota decorauit, uerũ etiã poculis honestauit, qui
nuptiarũ aditus intercludit & ꝓmiscue conuenire
hortat. Hæc cõtinent in libro quẽ accepit Apo-
stolus deuorandũ. Hic liber Euãgelium ꝗđ Ioan-
nẽ intitulat, q̃d non solũ male sentientib. amarum
est, uerũ etiam indisciplinatis, qui nolũt corripi ut
in peius proficiãt. Ista reuelatio eo tempore facta
est quo Apostolus Ioannes in insula erat Pathmo
relegatus à Domitiano impatore fidei causa. Tũc
fuit in spiritu ut posset uidere cœlestia, et dum hęc
ei ostẽdunt quę futura sunt causa impietatis & stu

pri & cæterorũ, datus est illi liber qui dulcis quidẽ Matth. 9
erat in ore, sed amarũ faceret uentrẽ: ut ex ĳs qui
uident unius corpus eẽ hominis, istis dulcis esset
qui propter quod integræ professionis sunt in ore
significati sunt: hoc eñ dulce in ore est, quod unũ
est: Illis aũt qui hęretica prauitate carnaliter uiuũt
uel sentiũt, propter quod in uẽtre significati sunt,
amarus: Accusabit eñ eos in die iudicĳ dei. Post
reuelationẽ ergo Euangeliũ iussus est scribere, ꝓ-
pter hęc quæ supra diximus, Et Ezechieli prophe Ezech. 3
tæ similiter dictũ est, ut acciperet librum qui esset
dulcis in ore eius, qñ perfidiã populi missus est in
crepare. Quid est q̃ Simeon dicit ad Mariã ma LXXIII
trem dñi, inter cætera, Hic positus est in ruinam & Luce 2
in resurrectionẽ multorũ in Israel, & tuam, inquit,
ipsius animã pertrãsibit gladius, ut reuelent mul-
B torũ cordiũ cogitatiões? Simeon uir sanctus, &
diuinis oraculis cõmendatus per spiritũsanctũ lo-
cutus est quid futurũ esset hominib. ex causa Chri
sti, ut ruina his esset, qui cũ sibi uiderent stare per
obseruantiã & peritiã legis, diffidentia tamẽ ope-
rum Christi caderent, desolati à ꝓmissione patrũ.
Illis aũt qui nullius ꝓpè dignitatis essent in lege,
credẽtibus uero in Christũ, resurrectio in Israel: ut
digni deo fierẽt qui prius indigni & inutiles erãt,
& reprobarent qui aliquid esse putabant. Hoc est
quod alio loco dicit dñs, In iudicium ego ueni in Ioan. 9
hunc mundũ, ut qui nõ uidẽt, uideãt: & qui uidẽt,
cæci fiãt. Deniq; nõ legis doctores, nõ Pharisęi, nõ
Scribę secuti sunt Christũ, sed piscatores homines
imperiti & rusticani. Hinc est unde dicit dñs, Pa- Matt. 11
C ter gratias ago tibi, quia abscondisti hęc à sapiẽti
bus et prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Q̃d aũt
adiecit, dicẽs, Et tuã ipsius animam pertrãsibit gla
dius, ut reuelent multorũ cordiũ cogitatiões: hoc
utiq; significauit, quia etiã Maria, per quã gestum
est mysteriũ incarnatiõis Saluatoris, in morte dñi
dubitaret, ita tamẽ ut resurrectione, honore & uir
tute firmaret: omnes stupore quodã in morte dñi
dubitarẽt, nõ tamẽ in dubitatiõe manerẽt. Sic eñ
animã pertrãsit gladius, si dubitatio non ꝑmaneat
in cogitatione, sed pellatur supueniente reformã-
te se pristina uirtute. Quis enim nõ ambigeret ui-
dẽs eũ qui se filiũ dei dicebat sic humiliatũ, ut usq;
ad mortẽ descẽderet? Et quia, ut dixi, omnis ambi
guitas in resurrectiõe dñi recessura erat, ꝑtransire
D dixit gladiũ, nõ supercadere, aut cõtingere trãsfec-
tem membrũ aliquod, Vt sicut gladius missus ꝑ-
transiens iuxta hominẽ, timorẽ facit, & tamẽ non
percutit: ita et dubitatio mœstitiã faceret, nõ tamẽ
occideret: quia non sedit in anima, sed pertransiit,
quasi per umbrã cõtingens corda discipulorum.
Deniq; Cleopas, & alius discipulus Emaus eũtes Luc. 23
in uia tristes, dixerũt inter cætera ipsi dño, nescien
tes quia dñs est: Nos putabamus, quia ipse erat qui
incipiebat liberare Israel. Dubitauerũt, sed statim
agnito dño, trãsiuit dubitatio. Sicut dictũ est & de
Ioseph, quia ferrũ pertrãsiuit animã eius. In carce-
re enim innocens diu positus, de dei iudicio circa
se quod dubitauerit, nõ est mirũ: Sed quia plus de
deo sperabat, non pertrãsiit in ambiguitate, In eo
enim

enim quis iudicaṫ, in quo propēsior est. Apocaly
psis Ioānis hoc sancit, Dicit enim: Dubijs & infi-
Apoc.21 delib. pars erit in stagno ignis & sulphuris. Ideo
quia nō permanet in dubitatione, eripiṫ à morte:
hoc est mortē euadere, quia dubitare de deo, uel
de Christo mors est, Ac ꝑ hoc ꝙ desinit dubitare,
LXXIIII euadit mortē. Quid sibi uult ut Esaias Prophe-
Esa.53 ta dicat de Christo, Qui peccatū nō fecit, cōtra au
2 Cor.5 tem Apostolus, Eū qui peccatū, inquit, nesciebat,
ꝓ nobis peccatū fecit. Quantū ad sensum perti
net, quæstiones diuersæ sunt, sed uerba similia, ex
parte quidē similia, ex parte uero discrepātia, fecit
enim, & nō fecit, cōtrariū est: nesciebat & nō fecit
simile est. Propheta ergo ex ꝑsona Christi locutus
est, quia peccatū nō fecit, nec dolus inuētus est in
ore eius: Apostolus uero loquiṫ de ꝑsona dei pa-
tris, qui eū, id est Christū qui peccatū nesciebat, ꝓ
nobis peccatū fecit. Quod duplici modo intelli-
gendū est, Primū enim fecit illū peccatū, dū incar-
nari illū uoluit, ut quē sors nō tangebat, de pecca-
trice carne corpus acciperet, per ꝙd dicitur factus
peccatū. Deinde dum offert eū pro peccatis, fecit
illū peccatū: Hostia enim in lege ꝓ peccatis obla
ta, peccatū nuncupabaṫ. Nō ergo Christus pecca
tum fecit, sicut dicit Propheta, sed à patre ipse pec
catū factus est, sicut ostēsum est. Offerre aūt Chri
stum ꝓ nobis quid est, nisi dare potestatē uolenti
eū occidere? Quod idcirco cōcessum est, quia pro
futurū erat, ut esset causa descēdēdi ad inferos, ut
spoliaret tartarū animabus. Superabundans enim
& inauditū peccatū est, occidisse eū qui non solū
nullo genere peccauerat, sed & multis uitā dona-
uerat. Hoc peccato reus factus diabolus, cōtradi-
Galat.3 cēdi audaciā perdidit. Nā simile aliud ad Galatas
in Epistola legiṫ: inter cætera enim, Factus, inquit
pro nobis maledictū. A quo factus, nisi à patre? Iu
dicio enim dei crux Christi maledictū est Iudæo-
rū, peccatū enim illorum exclamat mors Saluato-
ris. Crucifigi ergo se permisit, ut passio eius ꝓfice-
ret nobis, ut hinc cū signo eius exeūtes, à secunda
morte minime teneremur. Metuit em̄ mors etiā
LXXV seruos eius à quo uicta est. Cur Saluator pro se
Matt.17 tantū & Petro didrachma soluit, nō etiā pro cæte
ris Apostolis: quippe cū om̄es eū relictis facultati
bus omnib. subsecuti sint, pro omnib. soluere de-
buisse uideṫ. Didrachma capitū uel tributi exa-
ctio intelligiṫ, nō prædiorū, quod nūc pannosum
aurū appellaṫ, quia & pauperes exiguṫ: nec em̄
Saluator aliquid possidebat in mundo, cū sit dn̄s
mūdi. Mortuus enim alienis impendijs sepeliṫ, &
nos à quib. mūdus extraneus est, facultates auge-
re cupimus, ut moriētes mundū à nobis inuasum,
nō tantū uoce, sed & literis cōtestemur, ut ꝓfessio
ne nostra ab eo cuius mundus est, cōdemnemur.
Luc.14 Hinc dn̄s qui nō, inqt, reliquerit om̄ia, & secutus
me fuerit, nō potest meus esse discipulus. Quicūq;
ergo sic habet facultates suas, ut spē in illis nō ha-
beat, paratus aūt sit ꝓ fide illas abijcere, uiā ambu-
lat qua itur ad Christū dn̄m nostrū. Didrachma er
go ab his exigēda erat ꝗ aliquid negocij gerebāt,
aut artib. operā dabāt. Saluator aūt, quia nihil ho-

rū curabat, neq; discipuli eius, exigēda ab eo utiq;
A nō erat: sed quia inimicus diabolus semper in insi
dijs erat, occasionē quærēs si posset inclinare Sal-
uatorē, exactorū didrachmæ animos occupauit,
ut eius facerēt uolūtatē: ut accedētes ad Petrū qui
primus inter Apostolos erat, solui debere ab eorū
magistro dicerēt didrachmā, qui ab eis onerib. li-
beri erāt: Nihil em̄ agebāt in mūdo quod esset mū
di: Vt quia nō erat unde solueret, aut his scandalo
esset, aut certe humilitate suffragij quæreret à quo
solueret. Tunc dn̄s ut improuidū diabolū aduer-
sus semetipsum semꝑ machinari ostēderet, ad ma
re ire Petrū apostolū iubet, & capti piscis os aperi
re, & illic inuenire nūmū exactioni debitū: quo so
luto, nō solū scādalū nō esset exactorib. neq; incli-
nareṫ requisito auxilio ad soluēdū, uerūetiā signū
B uirtutis maximę demonstraret, per quod captos à
diabolo ad se traheret, ut argumento & astutia sua
diabolus torquereṫ. Dicūt ergo exactores didra-
chmæ ad Petrū apostolū, Magister uester non sol Matth.17
uit didrachma &c. Quo dicto, magistrū ut ꝓ om-
nib. discipulis solueret, conuenerūt. Saluator autē
cū pro se & Petro dari iubet, pro omnib. exoluisse
uideṫ: quia sicut in Saluatore erāt oēs causæ magi
sterij: ita & post Saluatorē in Petro om̄es cōtinen
tur: Ipsum em̄ constituit esse caput eorū, ut pastor
esset gregis dn̄ici. Nā inter cętera dicit discipulis,
Vigilate & orate, ne intretis in tentationē. Et Pe- Matth.26
tro dicit, Ecce satanas expostulauit, ut uos uētilet
sicut triticū: Ego aūt rogaui pro te, ut nō deficiat fi Luc.22
C des tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres
tuos. Quid ambigiṫ? Pro Petro rogabat, & pro Ia
cobo & Ioāne nō rogabat, ut cæteros taceā? Ma-
nifestū est in Petro om̄es cōtineri, rogās enim pro
Petro, pro omnib. rogasse dinosciṫ: Semper em̄ in
prępositο populus aut corripiṫ, aut laudaṫ. Quia
& alio loco dicit, Ego ꝓ his rogo quos mihi dedi- Ioan.17
sti pater, & uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecū.
Quid est ꝙd Ioānes in Euāgelio, Lex ait, ꝑ Moy
sen data est, gratia & ueritas per Iesum Christū fa- LXXVI
cta est: ergo gratia & ueritas ante nō fuit. Quō er- Ioan.1
go lex à deo data dicitur, in qua ueritas non fuit?
Nō sic passim prætereundū est, sed cōsiderādū est
quid sit, Lex per Moysen data est. Per Moysen em̄
lex data manifesta habet præcepta, sed scripsit &
historiā, quæ & ipsa lex appellaṫ. Et uideamus ꝙd
D in præceptis eius, nō erit forte uerum, quod diciṫ,
Nō occides, nō fornicaberis, nō furtū facies: Ta- Exod.20
lia sunt et cętera, nā historia eius, quia ante aduētū
Christi ueritas nō erat, hoc manifestū est: Etenim
quę sub uelamine erant quid significarent incertū
erat: Cū aūt per Christū manifestareṫ, cuius perso-
na sit quæ dicit in Genesi, Faciamus hominē ad i- Gen.1
maginē & ad similitudinē nostrā, & qui est ꝗ fecit,
& qui fuerit qui in rubo à Patriarchis uisus fuit,
& qui in petra operatus sit, qui dedit aquas in de-
serto, quia petra, inquit, erat Christus, sic fuit ueri-
tas per Christū, qn̄ ea quæ latebant, aut in dubiū
ueniebāt, quid significarent à Christo ostēsum est:
Nam inter cætera dn̄s ait, De me scripsit Moyses.
Hoc prius latuit, error em̄ erat. Putabaṫ em̄ deus

pater, qui erat filius: & qui æstimabaẽ angelus, co-
gnitus est esse dei filius: & promissio facta fuerat A.
Abrahæ, quæ quãdiu non reddebaẽ, in ambiguo
erat, cum aũt ueniẽte Christo reddita est, facta est
ueritas: quãdo & quod promissum est redditũ, &
cœpit sciri ꝗd erat ꝓmissum. Promittẽtis enim fi-
LXXVII des tũc uera probaẽ, cũ exoluit ꝓmissum. Quid
est quod inter cætera dicit Marcus Euãgelista de
Marci 7 Christo, Intrãs in domum uoluit neminẽ scire, &
nõ potuit latere: si ergo uoluit & nõ potuit, infir-
mata uoluntas eius uideẽ. Impossibile prorsus
est ut Saluatoris uoluntas nõ impleaẽ, nec potest
uelle ꝗd scit fieri nõ debere: Idcirco quod factum
est: hoc uoluisse dicẽdus est, Nã uolũtas eius nũꝗ
extra naturã eius est. Sicut ergo natura eius in re-
prehẽsionẽ nõ cadit, ita nec uolũtas. Nã quod pro
ponit, factũ legiẽ in finibus Tyri: tunc intrauit in B
domũ & neminẽ uoluit scire: Nũc requiritur quõ
uel quare neminẽ uoluit scire. Animaduertendũ
est enim, quia istud in finib. gestũ est gentiliũ, qui
bus adhuc tẽpus prædicãdi nõ erat. Deniq; mittẽs
Matt. 10 discipulos suos præcepit, dicẽs, In uiã gẽtiũ ne ab-
ieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieri
tis, sed ite potius ad oues quæ perierunt domus Is-
rael. Idcirco noluit se prodi, ꝙ esset in domo, requi
ri aũt se nõ noluit, sed libẽter accepit. Quãuis eñ
tẽpus nõ esset prædicãdi gẽtilibus, ultro tamẽ ue-
niẽtes ad fidẽ nõ suscipere, inuidiæ erat. Sic factũ
est, ut dũ Saluator à discipulis proditus non esset,
ab alijs tamẽ qui eũ ingredientẽ domũ uiderant,
proditus sit: & cœpit sciri ꝙ esset in domo, ut in-
trarẽt ad illũ qui uellẽt consequi beneficia. A suis C
ergo noluit prædicari, ꝙ esset in domo: Requiri e-
nim se uoluit, & ita factũ est: Nõ eñ latuit ab alijs
demõstratus ꝙ esset in domo. Deniq; mulier Cha
Matth. 15 nanæa audiẽs de illo, intrauit ad eũ, deptecans ut
expelleret dæmoniũ à filia eius: quæ nisi prius sub
iecisset se deo Iudęorũ, beneficiũ cõsecuta non es-
set. Impleta ergo uolũtas Saluatoris est secundum
quæ explanauimus: ea enim quæ cõpendio breui
tatis studẽs Euãgelista cõplexus est, discutientes
LXXVIII inuenimus quod latebat. Cũ legatur in Euãge-
Ioan. 7 lio Ioãnis ꝙ cũ negasset se Saluator ascendere ad
diẽ festũ, ascẽdit, hoc incõstãtis esse uideẽ. Sem-
per breuiata propositione sensum occultas: Nam
hoc quod in quæstionẽ uocas tũc factũ est, quãdo
in Galilęa positus ꝓpter tumultũ Iudęorum, fratri D
bus suis adhuc nõ credẽtib. sibi, cõpellebaẽ ascen-
dere in Iudæã, quia futurus erat dies festus Iudæo-
rum, ut seditionẽ patereẽ. Ipse aũt respõdit eis, di-
cẽs: Vos ascẽdite ad diẽ festũ istum, quia mundus
uos non odit, me aũt odit quia arguo opera eius.
Ego nõ ascẽdo ad diẽ festũ hunc, quia tẽpus meũ
nondũ impletũ est. Tũc fratres eius ascẽderunt ad
diẽ festũ, ipse uero mãsit in Galilęa. Post aũt & ip-
se ascẽdit ad diẽ festũ. Quid uidetur cõtrariũ, quã-
do nõ tũc ascẽdit quãdo negauit, sed ascẽdit post-
ea? Et ascẽdit nõ quasi ad diem festũ, sed quasi ad
litẽ: Illi enim oẽs læti ascẽderũt, quasi ad perfruẽ
das delicias diei festi. Certũ est ergo, quia nõ ascẽ-
dit ad diẽ festũ Saluator. Is aũt ille fuit dies festus,

quo passione sua redemit mundum. Deniq; dicit,
Nũc clarificatus est filius hominis, & deus clarifi- Ioan. 13
catus in eo. Hic dies festus eius est, in quo uicit
mortem. Si proprio arbitrio uiuimus, quare Sal- LXXIX
uator dixit, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit Ioan. 6
me traxerit eũ: Et cõsentiẽs his Apostolus, Neq; Rom. 9
uolẽtis, inquit, neq; currẽtis, sed miserẽtis dei est:
& cuius uult misereẽ, et quẽ uult indurat. Quomõ
uolũtatis arbitriũ liberũ est, quando alterius nutu
aut ad bonũ duciẽ, aut ad malũ? Aliter causa se
habet ꝙ̃ ꝓposita est. Nõ enim hic quęstiõis huius
sensus est quẽ obtẽdis. Nã nullo genere ex his li-
beri arbitrij poterit causa turbari, quia si penitus
sensum dictorũ aduertas, scies hinc magis arbitrij
liberi firmari sentẽtiã. Hæc enim cõtra maleuolos
Iudęos prolata sunt. Cũ enim dolo simulatiõis or-
tæ ex inuidia, Ioseph patrẽ proprium & filios eius
fratres assererẽt saluatoris, ne dei esse filius crede-
reẽ, tũc saluator ait, Nemo uenit ad me, nisi pater
qui misit me, attraxerit eũ. Quomõ aũt pater attra
hebat ad filiũ, nisi per opera quæ faciebat per illũ?
Sic enim dicit, Pater manẽs in me, ipse operaẽ: ut Ioan. 14
opera hæc attraherẽt ad fidẽ Christi. Virtutes eñ
quas faciebat saluator, ipsę suadebãt deũ esse pa-
trẽ Christi: ut qui aliũ patrẽ habere illũ diceret, nõ
attrahereẽ à deo ad Christũ. Ideo ergo deus ope-
ratur per Christũ, ut uerbis eius fides cõmendare-
tur, quib. dicebat se filiũ dei. Hęc est attractio no-
stra, nõ uiolẽtia, sed testimoniũ dei in Christo, cui
qui credidit attractus diciẽ ab eo ad Christum. Ne
mo enim saluatori credit, nisi qui patrẽ illius pro-
priũ dicit deũ. Nã Apostolus nõ ut arbitriũ pulsa-
ret hæc fatus est, quæ in quæstionẽ redegisti: sed ut
iudiciũ dei retractari ꝓhiberet, hęc dicit iustũ præ
dicãs deũ, scit enim cuius debeat misereri. Cordis
enim inspector prouidet postulãtis mentẽ an me
reatur accipere. Deniq; dicit per Prophetã, Plebs Esa. 29
hęc labijs me honorat, cor aũt eorũ lõge est à me.
Nam simulatoris animũ iustũ est ut obduret. Qui
enim nõ per errorẽ, uerũ uocat falsum, sed per ma
leuolentiã: aut intelligens bonum, finxit se nescire
quod bonũ est, ut cõuertat illud in malũ: hoc utiq;
debet illi præstari ut uere non intelligat bonũ, ne
saluetur, quod nõ uult. Nec enim iustũ est, ut inui-
tus saluetur, qui nõ per ignorantiã salutẽ spernit,
sed per malitiã uel inuidiã. His igitur confirmatur
magis liberũ arbitriũ ꝙ̃ destruitur, ut unicuiq; pro
uoto suo respõdeatur. Cum certe aut filius dei LXXX
quisq; sit aut diaboli: semper ergo filius est, sed ali
quãdo dei, aliquãdo uero diaboli: quid ergo nasci
mur requirendũ est? Dominus cũ filij Israel sæ-
pe delinquerẽt educti de Aegypto, iratus senten-
tiã dedit, dicẽs, nullũ illorũ intraturũ in terrã pro-
missiõis excepto Caleph & Iosue filio Naue, qui
prius Auses dicebatur. Eos aũt qui nati fuerant in
deserto, ipsos dixit intraturos, eo ꝙ nescirent bo-
nũ aut malũ. Nescire aũt bonũ aut malũ, simplici-
tas quædã est naturalis, quæ neq; ad bonũ neq; ad
malũ erudita est. Hæc est ignorantia sine malitia,
sine sensu enim nascimur: sed natura nostra hoc
bonũ habet, ꝙ capax est ediscere ueritatem: filius
autem

autem diaboli eſt qui natus malis rebus imbuitur,
ut his ſtudeat quæ inimica ſunt creatori, multos
aſſerẽs deos, & his immolandũ quaſi mũdi recto-
ribus. Hic ſi reſipiſcat, & iuxta naturã ſuã ſentiat,
ad creatorẽ ſe conferens, filius dei erit: ac per hoc
neq; filij dei ſunt qui naſcuntur, neq; filij diaboli.
Ioan. 8 Quid enim dicit Saluator Iudæis, Vos de patre
diabolo eſtis, & cõcupiſcẽtias patris ueſtri uultis
facere. Vides ergo operibus & confeſſione filios
creari diabolo: hos aũt eſſe filios dei, qui confiden
tes propriũ eſſe deũ patrẽ Chriſti, recte uerſantur.
Sic enim deus inſtituit genus noſtrũ, ut ſine ſenſu
naſcamur, poſſibilitatẽ tamẽ habeamus diſcendi,
ſiue bona ſiue mala: ut ipſi nobis aut mala acquira
mus, aut bõa: ut lętemur in nobis cũ recte agentes
remuneramur, aut ipſi nobis imputemus ſi praua
LXXXI ſequẽtes condẽnemur. Cũ Apoſtolus dicat, Nos
natura Iudæi, de Iudæis ergo naſci Iudæos oſten-
dit: non de Proſelytis dico, quos cõſtat fieri Iudæ-
os. Deniq; q in eremo nati ſunt, nõ ſunt circuncisi,
Gal. 2 & tamẽ Iudæi erãt: Nõ ergo circuncisio Iudæũ fa-
cit, ſed natiuitas ſub dei creatoris deuotiõe proge
nita: Si ergo de Iudæis Iudæi naſcunť, quare non
etiã de Chriſtianis Chriſtiani: nam & de paganis
pagani naſcunť? Nõ omne quod naſcitur, hoc
eſt unde naſcitur. Nam & aurũ de terra naſcitur, &
nõ tamen terra eſt: & gẽmę & alia multa: & de li-
gno eſca naſciť, & de ouo pullus. De paganis aũt
ut pagani naſcãtur hęc facit cauſa: quia enim om-
nis paganus in ignorantia eſt, & qui naſciť ex eo
ſine ſenſu eſt, ambo ignorãtes ſunt. Sed hoc inte-
reſt inter utrũq;, quia qui generat, ſine dubio blaſ-
phemus eſt, ac per hoc filius diaboli eſt: natus aũt
infans neſcit blaſphemare, ſicut neſcit benedice-
re, paganus tamẽ eſt, quia ſine ſenſu eſt. De Iudæo
aũt idcirco Iudęus naſciť, quia ſub creatoris deuo
tione generať. Sicut dixit Adã de Cain, Procrea-
ui hominẽ per deum, Sicut enim pagani indeuoti
creatori, dęmonijs gratias agunt in omnib. quę a-
gunt: ita & Iudæi deo creatori ſupplices, imperfe-
cte laudant eũ in omni actu ſuo, in eo deſpiciendi
quia nõ cognoſcũt Chriſtũ, per quem ſunt omnia.
Hoc etiam modo de Iudæo Iudæus naſcitur. Non
enim ſicut quibuſdã uidetur, quia circũciſio facit
Iudæũ. Circũciſio enim ſignũ Iudaiſmi eſt, non Iu-
daiſmus: quia nõ Abrahæ circuncisio iuſtitia eſt,
ſed ſignũ iuſtitiæ, ut nati ex Abrahã ſignum habe
rent, per quod probarenť filij eſſe Abrahę. Quip-
pe cũ ex Iuda Machabęo hoc nomine ſint appel-
lati, ut non ſolũ ex Iuda, ſed & cæteri ex omnib. fi-
lijs Iacob Iudæi uocarẽtur, propterea q Iudas dux
fuerit eis, Ideoq; nati Iudæi ſignũ accipiunt, ut qui
ſunt intelligãtur. De Chriſtiano aũt ideo nõ naſci
tur Chriſtianus, quia ipſe q generat, nõ natus, ſed
factus eſt Chriſtianus: Quãobrẽ & iſte qui naſci-
tur, fieri oportet ut ſit: Nec enim per ſubſtãtiã na-
ſcitur, ſed per fidẽ quę iam natis accedit. Ignoran-
tia enim eũ carne naſcitur, fides aũt poſt ea ſpirita-
li ratione inſeritur. Sed dicitur econtra, Si factus
utiq; eſt qui generat, hoc iã debet generare quod
ipſe eſt, ut accepta dignitas traducẽ faceret: Nam
ſenatores generãt ſenatores. Sed ſenatorũ digni-
tas non habet apud deum meritũ. Neq; ipſa natu-
A ra, hoc eſt ſubſtãtia cõſequitur beneficiũ, ſed in ſo
la fama & ſermone dignitas uertitur: Ac per hoc
currit quidẽ ſermo per traducem carnis, ſed nihil
aliud præſtat q̃ opinionem dignitatis: Sicut & hi
qui cõſules ſunt aut ſtatuis honeſtãtur, gaudẽt in
uano: Chriſtiani autẽ cum fiunt, ipſi naturæ acce-
dit dignitas, ut eſſentia ipſa hominis æternum ha-
beat incorruptibilitatis beneficiũ, ut nõ opinio ſo
la, ſed & res ſit in effectu apud deũ. Tale eſt iſtud,
ut quis diſertus pauper in laude ſit & egeat pane,
aut reliquis neceſſarijs. Hæc enim uera laus eſt, ſi
ſic illi proficiat quæſita dignitas, ut nullius egeat:
B dum hoc naturę eius pręſtatur, ut per ſeipſa uiuat,
& bene uiuat nullo requiſito ſuffragio: hoc eſt ue
re diuitem fieri & glorioſum. Paganos elemen LXXXII
tis eſſe ſubiectos nulli dubium eſt, & quid eſt er-
go quod Apoſtolus dicit, Eramus & nos ſub ele- Gal. 4
mẽtis huius mundi ſeruiẽtes: Si itaq; & Iudæi ele-
mentis erant ſeruiẽtes, quid differebãt à paganis?
Manifeſtũ eſt adiectione, aut diminutione, ſi-
ue immutatione unius ſyllabæ ſenſum peruerti.
Idcirco paganos elementa colere omnibus cogni
tum eſt: Iudæos autẽ non elemẽtis, ſed ſub elemen
tis deo ſeruiſſe: propter neomenias & ſabbata, &
circuncisionem, & cætera talia, hæc enim carnalia
ſunt, Quicquid enim uiſibile eſt, carnale eſt, & de
elemẽtis eſt: ſed quia ex præcepto dei erat, deo ſer
uiebatur: ut ex uiſibilib. ad inuiſibilia ueniret, &
ex hac cauſa profectus fieret ad maiora capienda,
ut in his meditati digni fierent promiſſis ſpiritali-
C bus. Ex ea igiť parte quã ſupra dixi, ſub elementis
ſeruiebãt Iudæi: ex alia parte legẽ habebãt ſpirita-
lem, quæ & peccare prohibet, & exhortať ad dile
ctionẽ domini dei, qui uẽturus eis fuerat promiſ-
ſus ad remittenda peccata. Si per Chriſtũ ſalus LXXXIII
& uera & perfecta cognitio, cur nõ ante uenit ut
& anteriores noſtri qui in ignorãtia fuerunt addi-
ſcerẽt ueritatem? Deniq; poſt aduentum Chriſti
multi ſaluati ſunt, magis q̃ prius. Vnde etſi ante
ueniſſet, multo plures ſaluati fuiſſent. Si ergo ita
eſt, reprehẽſibile uideť nulli miſericordiã facienti
calumniã fieri oportere. In poteſtate enim dantis
eſt, quãdo uel quantũ uelit miſereri. Exhortandus
eſt enim huiuſmodi & precibus prouocãdus, non
cõtentione à bono opere reuocãdus: & forte non
D contradiceret, ſed pro hac miſericordia uices illi
aliqua redderet. An quis medicũ arguet qui me-
dicamẽta ſua & officiũ ſuum gratis impendet: aut
accuſabitur tarditas eius ab eis à quib. non eſt re-
quiſitus? Hęc quidẽ diximus ſecũdũ rationem, ſed
Saluatoris bonitas iſta nõ curat propter imbecil-
litatẽ humanã: ſuã enim ſequitur naturã ad facien
dã miſericordiã. Idcirco tũc uenit quando debuit
uenire, uolũtatis ſuę rationẽ ſecutus, nõ meritorũ
noſtrorũ. Nam ſi merita perpẽdas, uenire non de
buit. Venit ergo quando & ſubueniri debere ſci-
uit, & gratũ futurũ beneficiũ. Si aũt ei cui neceſſi-
tas imminet ante ſubueniať, erit quidẽ gratũ, non
tamẽ ualde poterit ſcire quid ſibi pręſtitum eſt. Si
aũt in ipſa neceſſitate poſito auxilium ferat, ſciet
quale beneficiũ cõſecutus ſit. De tribulatione enĩ

ereptus, maiores gratias referet. Quomõ si esuriẽti offeras panem, si aũt offeras cum non esurit non A utiq; tã gratũ erit. Idcirco recte factũ est ut nõ ante ueniret dominus. Primum enim dimisit genus hominũ uti uolũtate sua, nõ sine testimonio sui, quia ex ipsa mũdi fabrica per annua munera, quæ elemẽtorũ ministerio humanis usib. exhiberi decreuit, intelligi & timeri diuinitatẽ suã uoluit: Quippe cũ etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch & Noe notitia eius esset in terris: Sed cũ languore quodã humani generis abolescere cœpisset cognitio dei inter homines, & mores immutarent̃, eligere dignatus est Abrahã, in quo forma esset renouatæ notitiæ dei & morũ. Et cũ adhuc reuerentia segnior esset, postea p Moysen legem literis dedit, quę neq; abolesceret, et magis metũ incuteret: Maior eñ timor est, ubi autoritas manifesta est. Et B quia acceptã legem gentes spreuerũt, nõ se subijciẽtes ei, neq; ij q acceperũt seruauerũt eã, motus dñs misericordia, misit filiũ suũ, qui se p illis offerens, mortẽ destruẽs, data omnib. remissione peccatorũ, deo patri illos iustificatos offerret. Nõ eñ posset descẽdi ad inferos, nisi per mortem. Nec ordo eñ nec ratio poscebat, eũ qui mortuus nõ fuisset, intrare ianuas tartari. Nónne si quis uult in terra sua barbaros decipere, immutat se in habitu illorũ, ut putet̃ unus ex his, & sic explorat quomõ illos subuertat? Ita factũ est & de diabolo: quoniã malo more hominẽ subuerterat, ut in morte nõ remaneret, inuentũ est remediũ quomodo quos male tenebat amitteret & subintraret̃ ei: & quẽ putabat se uelut hominẽ occidisse, reperiret illũ apud C inferos deũ. Quo facto, reus inuentus omes quos tenebat amisit, & de cętero aperta est ad cœlũ uia. Ecce quantũ profuit aduẽtus Saluatoris, ut scientes homines de quo periculo liberati sunt, sine cessatiõe gratias illi referãt. Sed forte ecõtra dicatur: Si multi ante legem & post legẽ peccatis pressi totos se carni dederunt, & digni fuerũt in tartaro remanere, sine dubio fuerũt qui deuotione et creatoris reuerẽtia uitã suam naturæ lege frenarũt: Nunquid nõ etiã hi detẽti sunt apud inferos, exuti hac uita? Si aũt ante uenisset post mortẽ Adę, liberato Adã qui prior peccauerat, cæteris ad cœlũ aperiret uiã, ut quia bene uixerant, agnito creatore defuncti reciperent̃ in cœlũ. Damnũ ergo est, qa nõ ante uenit Christus? Dãnũ esse manifestũ est, sed D quære, iustum, an iniustũ sit. Solent eñ dãna iusta esse, de quibus queri nõ liceat. Nũquid fur deprehensus & iuxta legẽ in quadruplũ condemnatus, ausus est queri? Ac per hoc damnum quod genus hominũ passum est, iuste factũ est, unde & permissum est. Quare & Saluator inter ipsa primordia uenire nõ debuit. Cũ enim diabolus superbiret, homo factus à deo positus est illi inimicus, ut auxilio dei munitus quia impar erat, resisteret ei acceptomãdato. Diabolus aũt solita subtilitate simulauit se ignorare qd pręceptũ esset à deo, & inuenit Euã instabilẽ: postea autẽ promittẽs illi, q si interdictũ contigissent præstaret illis diuinitatẽ, circunuenit eos. Tunc diabolus superato homine triũphauit: hic uictus genus suũ subiecit peccato. Quãobrem iniustũ erat uictori uiolenter auferre spolia, quia deus quod facit, iuste facit. Præterea cum acerbe peccauerit homo assentiẽs ei cõtra mandatũ creatoris, fieri se deum, idololatria admisit per quod in deũ peccauerat: ideoq; nõ illi statim debuit subueniri, quippe cũ pœnituerit. Nec grata ei fuisset misericordia si nõ sciuisset quid mereretur. Quãquã enim omnia possit deus, illud facit qd cõuenit rationi ut irreprehẽsibilis perseueret.

LXXXIII Quare Lunæ cursus in ratiõe Paschæ custodiẽtes, Paganos reprehẽdimus, quia dies lunares & motum custodiunt.

Absit à Christianis ut sydera uenerari dicãtur quib. indulta est spiritalis cultura, ut despiciẽtes quę uidẽt, ijs quæ inuisibilia & sup cœlestia sunt, copulentur, & hæc omnia transcendãt futuri cũ angelis dei. Nã & syderũ cultores aut cum ipsis erũt, aut infra ipsa. Quomodo enim fieri potest, ut aliquis super hæc sit quæ colit? Pagani itaq; non cõputũ lunæ obseruãt, sed lunã ipsam uelut deam uenerãtur. Et effectus curriculorũ eius apprehendisse se arbitrãtes, quid certis dieb. agẽdũ, quidúe cauendũ sit, decernũt, imperio eius quasi uitam & cõuersationẽ suã ordine quodã subijciẽtes: quos quia extra dei ordinationem hæc ausi sunt usurpare, falli frequenter deprehendimus. Hęc enim luminaria in signa temporũ deus cõstituit. Vnde & nos numerũ lunę custodimus, nõ illã ipsam excolimus, ut à quartadecima luna, quæ nobis secundũ legẽ prima est, rationẽ Paschę obseruemus. Omnia enim plena deus instituit, ideoq; à quarta decima usq; ad uigesimãprimã his septem diebus Pascha nobis celebrare cõcessum est ut de his septem aliqui dies à parasceue usq; ad resurrectionem domini cõcludantur, Vt neq; tertiadecima in passione sit, neq; quartadecima in resurrectiõe, aut quintadecima, Ne ante primam secundum nos lunam, passio Christi sit, neque resurrectio eius non primo die quo cœptus mũdus est. Omnia enim mundi tempora unius hebdomadæ curriculis numerantur, quia his deus mundi mẽbra & ornamenta cõposuit. Sex enim diebus mundum aptauit, & septima cessauit quã sabbatũ appellauit. His enim septẽ diebus totius mũdi ratio & numerus continetur. Semper enim in se redeuntes, multiplicant numerũ temporũ, Post sabbatũ enim à primo die repetit semper usq; ad diẽ septimũ, id est sabbatũ. Vt resurrectio domini primo die inchoati mundi facta discatur: qui dies dominicus dicitur. Ipsum enim fecit dominus unũ cũ uespere, & in septenariũ numerũ euolutus incipit iterũ, ut sit post hebdomadã primus. Quod ita decretum ab initio est propter sacramẽtũ incarnatiõis domini, & passionis & resurrectionis. In corpore enim dñi totus propè mũdus resurrexit, & instauratus est. Absolutũ est nõ nos lunã colere, sed numerũ qui p lunę cursum institutus est custodire. Diabolus aũt qui est Satanas, ut fallaciæ suæ autoritatem aliquã possit adhibere, & mẽdacia sua cõmẽtitia ueritate colorare, primo mẽse quo sacramẽta dñica scit celebrãda, qa nõ mediocris potẽtiæ est, Paganis quæ obseruarẽt instituit mysteria, ut animas eorũ duab. ex causis in errore detineret: ut qa præuenit ueritatem

tem fallacia, melius quiddã fallacia uidereť, quasi
antiquitate præiudicãs ueritati. Et quia in primo
mẽse, in quo æquinoctiũ habent Romani sicut &
nos, ea ipsa obseruatio ab his custodiť, ita ut etiã
per sanguinẽ dicant expiationẽ fieri, sicut & nos
per crucẽ: hac uersutia paganos detinet in errore,
ut putet ueritatẽ nostram imitationẽ potius uide-
ri q̃ ueritatem, quasi per æmulationẽ superstitio-
ne quadam inuentam. Nec enim uerum potest, in
quiunt, æstimari quod postea est inuentum. Sed
quia apud nos ꝓ certo ueritas est, & ab initio hæc
est, uirtutũ atq; prodigiorum signa perhibẽt testi-
moniũ, ut teste uirtute, diaboli improbitas inno-
tescat. Quoniã ẽm sola est quæ facile suadeat, hæc
contra uersutiã & præuentũ diaboli posita est, ut
simulationẽ eius reuelet. Nemo ẽm etiã inimico-
rum negare audeat illic esse ueritatem, ubi ueritas
LXXXV apparet. Quid est ut cũ constet à Dauid usq; ad
transmigrationẽ Babylonis decẽ & septẽ esse ge-
nerationes, Euangelista quatuordecim dicat, præ
termissis Ochozia, q post Iorã est filiũ Iosaphat,
& Ioas filio Ochoziæ, & Amasia filio Ioas? Ni
hil Euangelistã q̃ sensum legis secutũ credibile ui
deri debet. Ideoq; nõ immerito hi ab Euangelista
sublati sunt de nũero cęterorũ. Sic enim horũ cõ-
tinuauit impietas, ut malignũ eorũ nullũ interual
lũ haberet. A Iorã aũt cœptũ malignũ sic perãbu-
lauit usq; ad Oziam filiũ Amaziæ, ut nullius late-
ris esset suffragiũ, q̃ experte merito patris aliquis
horũ remaneret in numero regũ. Nam Ioram ma-
ligne agens merito Iosaphat remissus in numero
est, & Ozias merito Ioathã reseruatus in numero
est. Illorũ aũt trium continuata malignitas in deũ
est. Salomon quoq; merito patris remissus in re-
gno est: & Roboã filius Salomonis maligne agẽs
merito Asa relictus est in numero regũ. Illi autem
tres in medio malorũ cõclusi sunt maligne agen-
tes, ideo erasi sunt. Peius enim à perditione gene-
ris exemplũ est, quando se iugiter malignitas pan
dit, propterea ꝙ ex traduce eorũ non est Ioseph,
prætermissi sunt. Ab Abraham enim horũ gene-
rationẽ secutus est Euangelista, ex quib. originẽ
trahit Ioseph, cui despõsata est Maria, quæ genuit
LXXXVI Christum. Quid est quod probet Mariã matrẽ
Lucæ 1 domini ex tribu & semine esse Dauid? Idonei
testis proferemus sermonẽ. Dicit enim ad Mariã
inter cætera, Et dabit illi dominus sedẽ Dauid pa
tris sui, & regnabit in domo Iacob in æternũ, &
regni eius nõ erit finis. Quomodo diceret ab ido
neo teste pater eius Dauid: si nõ esset Maria ex se-
LXXXVII mine Dauid? Si unus est deus, cur in tribus spes
salutis est, & nõ in duobus aut quatuor, aut certe
in ipso uno, & quare nõ est ab initio trinitas prędi
cata? Nihil pene nouũ effectũ est, sic enim trini
tas prædicať, ut unus deus credať. Non ergo addi
tum est aliquid, sed sacramentũ dei unius reuela-
tum. Inter ipsa aũt primordia manifestari nõ opor
tuit, quia prius prædicandũ, & postea id quod prę
dicatum est reuelandũ: ut scias patrem esse, à quo
cuncta sunt: filium uero dici, per quẽ sunt omnia:
spiritum aũt sanctum appellari, per quem omnia
quæ à patre quidẽ, sed per filium sunt, regeneran-
tur ad fidẽ dei unius. Hi ergo tres sunt quidẽ, sed
A una diuinitas. Ratio igiť facit ut tres sint, non plu
res aut infra. Omnis enim numerus usq; ad nouẽ
peruenit, quia tres dum inuicẽ in se sunt, faciũt nu
mero nouẽ, quia in uno tres sunt, & tres sunt unũ.
Qui enim uidet unũ, uidet tres, dum nihil differt
alter ab altero. Tres ergo unũ, & ter tres unũ. Hæc
enim in nono numero perfectio est, quantũ ad nu
merũ pertinet, quia de uno sunt om̃ia. Addito ẽm
uno, ex quo uel in quo tres qui numerãtur nouẽ,
fiunt decẽ uel uiginti. Semper tamẽ usq; ad nouẽ
uenitur & unus additur, quia nouem unũ sunt, ut
plena perfectio sit unitatis. Si maior gratia & LXXXVIII
manifestatior intelligẽtia in nouo est q̃ in uetere Esaiæ 5
testamẽto, quare Esaias propheta sedentẽ in thro
no maiestatis uidit deũ sabaoth, qui est Christus,
B iuxta interpretationẽ Ioannis Euangelistę? Dixit
enim inter cætera: Hæc locutus est Esaias quãdo Ioan. 12
uidit maiestatẽ eius, & locutus est de eo. In nouo
aũt Stephanus primus martyr stantẽ se uidisse di- Act. 7
cit Iesum à dextris dei. Quid est istud ut hic subie-
ctus uideatur post triumphos, & illic quasi domi-
nus anteq̃ uinceret? Prout causa erat, fecisse ita
& dominus se ostendit. Prophetæ enim uisus est
quasi rex corripiens plebẽ: & hoc se ostẽdit quod
erat, hoc est sedentẽ. In pace enim erat causa diui-
nitatis eius. Stephano aũt ut stans appareret, fecit
calumnia Iudęorũ. In Stephano aũt saluatoris cau
sa uim patiebať. Ideo sedente iudice deo, stans ap
paruit, quasi qui causam diceret: & quia bona cau
sa eius est, ad dexterã iudicis erat. Omnis qui cau-
C sam dicit, stet necesse est. Quomodo accipien- LXXXIX
dũ est q̃d saluator inter cætera dicit de spiritu san- Ioan. 16
cto, ꝙ ueniẽs, inq̃t, ille arguet mundũ de peccato,
& de iustitia, & de iudicio. De peccato quidẽ, q̃a
nõ crediderũt in me. De iustitia uero, quia eo ad
patrẽ, & iã non uidebitis me. De iudicio aũt, quia
princeps huius mũdi iudicatus est? Causam qui
dem uideť dixisse arguẽdi mũdi, sed indiget expla
natione. Cũ saluatori nõ crederẽt Iudæi neq; mun
danæ potestates, quia nõ solũ hominibus se mani
festari uoluit, sed & principib. & potestatib. in cœ
lestib. sicut docet Apostolus in Epistola ad Ephe Ephes. 3
sios, post passionẽ suã uera se locutũ spiritum san-
ctũ probaturũ ostẽdit. Et hoc est arguere mundũ,
ostendere illi uera esse quæ credere noluit. Crede
D re ẽm noluit à deo uenisse saluatorẽ. Saluator aũt
seruata iustitia non trepidauit reuerti ad eũ qui se
miserat: & per id q̃d regressus est, probauit se inde
uenisse. Quia nemo, inquit, ascẽdit ad deũ, nisi q Ioan. 3
descendit à deo. Videntes ergo potestates ascen-
dere eũ, cõfusę sunt, uidentes uerũ esse quod uelut
falsum spreuerãt. Itaq; ista iustitia arguit eos, qua
iustũ probatũ est, quia regressus est unde uenerat.
Sic aũt arguit eos de peccato, ꝙ non solum crede
re ei noluerũt, sed & occiderũt eũ. De iudicio ue-
ro sic eos corripuit, dum ostendit principẽ mun-
di reum factũ & comprehensum ab eo, cuius fidei
non cõmunicarunt. Videntes enim animas de in
feris ire in cœlos, cognouerunt adiudicatum esse
principem huius mũdi, ut reus factus in causa sal-
uatoris quæ tenebat iure amitteret. Hæc quidem

ascendēte saluatore uisa sunt: sed superueniēte in discipulos spiritu sancto, palā aperteq; manifestata sunt. Vera eñ correptio tunc fuit, qñ post passionē resurrectionēq; ad testimoniū saluatoris publice à perfidis uidebant̄ resurgētes mortui, claudi currētes, leprosi mundati, paralytici cōfirmati, cæci aspicere, surdi audire, muti eloqui, dæmoniaci purgari, infirmi recuperata sanitate gratias agere. Hoc modo spiritus sanctus arguit mundū, quia in nomine saluatoris, qui reprobatus est à mūdo,
XC omniū curationū uirtutes operatus est. Si diabolus ipse est satanas, quid est ut inter cætera dicat
Ioan. 8 ad Iudæos saluator, Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri uultis facere: ille homicida fuit ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas nō est in eo. Cum loquit̄ mendaciū, ex suis proprijs loquit̄, qa mendax est sicut & pater eius.

Diabolus nō speciale nomē est, sed cōmune cū cæteris. In quocūq; eñ opera diaboli fuerint inuēta, sine dubio diabolus appellādus est. Operis eñ nomē est, nō naturę. Itaq; hoc in loco patrē Iudęorum Cain significat, cuius imitatores uolētes esse Iudæi, saluatorē peremerūt. Hinc dicit eū, quia se parricidio maculauit, & reū fecit mortis, in ueritate nō stetisse: ab ipso aūt forma data est fratricidij. Istū ipsum dicit, cum loquit̄ mendaciū de suis proprijs loqui, ut ostēderet unumquēq; nō nisi, ꝑ pria uoluntate peccare. Sed quia imitator diaboli est, adiecit, Mendax est sicut & pater eius. Hic eñ ut primū hominē morte condemnaret, simulauit se nescisse qd præceptū fuisset ei à deo. Sic & Cain interrogatus, finxit se nescire ubi esset frater suus Abel quē occiderat. Hoc ergo in loco diabolum Cain esse dixit: patrē aūt eius diabolū, cuius opera secutus est. Diaboli enim filius, diabolus est. Sed diabolus ille qui est satanas, patrem in malicia sua nullū habet. Ipse enim sibi in malo autor est. Prior enim ipse peccauit, ac per hoc quicunq; imitati illum fuerint, filij eius dicent̄, & ille pater eorū. Etenim nos in fide patrē Abrahā habemus, qa prior ipse credidit deo: ac ꝑ hoc nomine eius cēsemur.
XCI Fideles eñ dicimur sicut & ille. Quærendum quomodo contradicendū sit argumētis Photini, dicētis Christū ante Mariā non esse. A Ioanne prius quæramus Baptista, quem ipse saluator testem suum esse professus est. Ait enim inter cætera
Ioan. 3 de domino, Qui desursum uenit, super oēs est: qui autem de terra est, de terra loquitur. Qui uero de cœlo uenit, quod uidit & audiuit, testificatur: & testimonium eius nemo accipit. Ecce Ioannes omnes secū pariter ad comparationē domini terrestres appellauit: quia illum de cœlis testatur uenisse, cæteros uero omnes de terra esse, hoc est de inferioribus. Et ipse dñs inter cætera eadē loquit̄
Ioan. 6 dicens, Non enim descendi de cœlo ut facerē uoluntatem meā, sed uoluntatē eius qui misit me patris. Et iterū dominus inter alia hoc sensu loquitur
Ioan. 16 dicens, Et nunc dico uobis, quia ego rogabo patrē. Ipse enim pater diligit uos, quia uos me diligitis, & credītis quia à deo exiui. Exiui enim à patre & ueni in hunc mundū: iterū relinquo mundū, & uado ad patrē. Vidētes discipuli manifeste illū locutū esse, dicūt ei: Ecce nunc palā loqueris, & pro
A uerbiū nullū dicis. Nunc scimus qm̄ scis omnia, et non opus tibi est ut quis te interroget. In hoc credimus qm̄ à deo existi. Hæc interpretatione non indigēt. Quippe cum ista summa sit religionis nostræ, ut Christū ante carnē in cœlis cum deo fuisse credamus, ut filium apud patrē. Nam si propter istam conuersationē & cœlestē doctrinā de cœlo & à deo se dixit exisse & uenisse in mundū, eadem debuerant dicere de se omnes prophetæ & apostoli. Et quia dixit, Iterū relinquo mundū, & uado ad patrē: hoc forte dicatur significasse, quia doctrina quæ uenerat à deo, relicto mundo ad deum est regressā. Aliud enim quod dicant non habent. Si enim de cœlo uenisse, & à deo exisse, & uenisse in hūc mundū, ad uirtutis & doctrinæ pertinet cau-
B sam, non ad saluatoris personā, cū dicit: Iterū relinquo mundū, & uado ad patrē: illo utiq; redit unde uenerat: sed uidimus post abscessum dñi, & uirtutem fuisse in mundo & doctrinā. Vides ergo non de uirtute dictū esse à dño & doctrina, sed specialiter de se dñm locutum. Quod si uirtutis quæ in Christo operata est, dicis esse uerba, hæc ipsa uirtus deū patrē suū appellat. Ecce incurris quod timesquia si uirtus dei filius dei est, ipsa utiq; uirtus dei est, de qua dicit Apostolus: Christū dei uirtu- 1 Cor. 1
tem & dei sapientiā: hæc exiuit à deo, & iterū ad eū regressa est. Itaq; hæc ipsa uirtus quæ Christus est, in spiritu dei dæmonia se testat̄ ejicere, qui spiritus per apostolos operatus est, ut scias spiritum sanctū per quem dñs operatus est, post abscessum
C domini hic in mūdo per apostolos operatū: ut plenius appareat dñm de sua persona locutū, quia relicto mundo regressus est ad deū. Aut si putas uirtutem hanc nō esse Christum: duæ erūt uirtutes & duo filij dei, & ubi est illud quod legitur, Vnige- Ioan. 1
nitus filius dei qui est in sinu patris? Et iterum, Sic Ioan. 3
enim, inquit, dilexit deus mundū hunc, ut filium suum unicū daret pro eo. Animaduertis iā uirtutē dei, quæ corporaliter operata est in mūdo, ipsam unā esse quæ & dei uirtus dicat̄ & filius. Et uideamus quid crediderint, aut cui apostoli audientes à dño, Ecce iterū relinquo mundū, & uado ad patrem. Responderunt ei, Ecce nūc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis. Nunc scimus quia no-
D sti oīa; & nō opus est tibi ut qs te interroget. In hoc credimus, quoniā à deo existi. Nūc uideamus si de uirtutib. ambigerēt discipuli, utrū à deo exisset, cū uidissent Lazarū iam fœtidū quarta die resuscitatū, cæco à natiuitate oculos reformatos, tactu fimbriæ mulierē à profluuio liberatā, aquę naturam mutatā in uinū. Aut de persona dñi nemo plane dubitauit, uel de uirtutibus: quippe cū dicerent illum, alij esse Heliam, alij Hieremiā, aut unū ex prophetis. Nam cū lapidare uellent illū Iudæi, respondit eis Iesus: Multa opera bona ostendi uo- Ioan. 10
bis à patre meo, propter quod eorū opus lapidatis me? Dixerunt ei Iudæi, Nos de bono opere nō te lapidamus, sed propter blasphemiam: & quia cum sis homo, facis te deum. Si ergo Iudæi q; dei opera essent non ambigebant, apostoli ambigebant? Quoniā ergo omnis dubitatio de saluatoris

ris persona erat: res enim inaudita, & quæ in sen-
sum humanũ nõ ruerat, stuporẽ hominibus facie-
bat, cum audiebant dicentẽ illum se à deo exisse,
& propriũ sibi patrem esse deum: idcirco discipu-
li satis sibi esse factum confitentes manifestatione
uerborũ dñi, dixerunt ad eum: Nunc scimus quo-
niam nosti omnia, & non est opus ut quis te inter
roget. In hoc credimus, quoniã à deo existi. Si em̃
nõ uere à deo exiuit, fides apostolorũ exinanitur,
sed nõ potest, quia à saluatore probata est. Respõ-
dit enim eis, Modo creditis: id est, tanta signa ui-
dentes non credebatis. Itaq; probatũ est apostolis
Christum à deo exisse & uenisse, ut per hanc exi-
tionẽ filium istum dei credere nõ esset ambiguũ.
Si enim nemo uidit deũ nisi qui est à deo, hic uidit
deum: & si nemo nouit patrem nisi filius, hoc est
uere apud deum patrem fuisse, & ab eo exisse, &
uenisse. Nemo enim alius poterat à deo exire, nisi
hic qui in principio erat apud deum, quia & nec
quisquã alius sciebat aut uiderat deũ. Ideo nõ in-
credibile nobis est, uerũ filiũ hunc dei credere. Si-
cut dicit Ioãnes in epistola prima: Et sumus, inqt,
in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus,
Rom.8 & uita æterna. Et Apostolus, Qui ꝓprio, inquit,
Ioan.5 filio non pepercit. Et Euangelista: Quia propriũ,
ait, sibi patrem dicebat deum. Si uerus ergo filius
dei est Christus, quomodo homo tantum est? Ve
rus enim filius nõ diceretur, nisi proprie ab eo es-
set genitus. Aut dicat Photinus, Quare uerus fi-
lius dei creditur, si nõ est uerus? Aut quid opus e-
rat hũc credere filiũ dei, si unus esset de cęteris san
ctis, qui filij dei digni sunt appellari? Aut nũquid
aliqua indignitas in hoc est, ꝑ quã filius dei sicut
cæteri sunt, credi nõ posset: & idcirco dicit̃, ut hic
de quo incredulũ uidetur, credatur filius esse dei?
Si enim potior cæteris est, quid opus est ut dicat̃,
crede Christum filiũ dei esse, si unus esset de cæte-
ris, nisi quia ut aliter de hoc credat̃? Vnde & uni-
cus dicitur, quod non præcipit̃ de cæteris: ut quia
multi sunt qui filij dei sanctitatis causa appellant̃,
hic solus uerus filius dei credatur, unde & unicus
dicit̃. Nam quis sanctorũ ausus fuerit filium dei se
dicere, nõ dicã & unicũ, nisi saluator conscius na-
tiuitatis suæ à deo profectę? Quomodo autem pa
teretur se adorari, si nesciret se de deo, cũ scriptum
Deut.6 sit, Dominũ deũ tuũ adorabis, & ipsi soli seruies?
Quippe cũ Ioannẽ angelus corripuit, eo ꝙ adora
Apoc.22 re se uellet, dicens ei: Ne feceris, quia conseruus
tuus sum, deum adora. Et cũ soli deo seruiendum
Rom.14 scriptura testetur, Apostolus tamẽ, Qui seruit, in-
quit, Christo, placet deo. Quare? Quia unũ sunt
deus & Christus, pater et filius. Apostolus se Chri
1 Corint.7 sti seruũ fatet̃, & dicit Corinthijs: Nolite fieri serui
Gal.1 hominum. Et ad Galatas: Paulus apostolus, nõ ab
hominibus, neq; per hominẽ, sed per Iesum Chri-
stum & deũ patrẽ, qui suscitauit eũ à mortuis: ostẽ
dit aperte Christũ deũ esse & hominẽ, ut Aposto
latũ suũ nõ ab homine esse, sed à Christo, iuxta q̃d
deus est, & à patre deo esse demonstraret. Deniq;
in subiectis ait: Neq; em̃ ego ab homine accepi il
lud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

Quid tã apertũ? dei enim doctrinã non per homi
A nem dicit se esse assecutũ, sed ab ipso deo edoctũ.
Nam nos dei doctrinã ꝑ homines accepimus: ıras
autem electionis nihil se probat ab apostolis asse
cutũ, hoc est ab hominibus. Nã si quia dei doctri-
na est, ideo nõ per hominẽ discit̃, quam laudẽ suã
testatur Apostolus, si sic didicit sicut cæteri Apo-
stoli? Vt quid dicit, Neq; ego ab homine accepi il
lud, neq; doctus sum, sed per reuelationem Iesu
Christi? Quis ambigat hoc loco Christũ deũ signi
ficatũ? Sed quid mirũ, cũ inter cætera dicat ad Ro Rom.9
manos, Quorũ patres, ex quib. Christus secundũ
carnẽ, qui est super omnia deus, benedictus in se-
cula. Quid est, & ex quib. Christus secũdũ carnẽ?
Non em̃ hoc diceret, nisi esset & secundũ deum,
& secundũ carnẽ ex patribus, secundũ diuinitatẽ
uerò ex deo Christus sit super om̃ia deus. Sed for
te ad patris personã pertinere dicatur: sed hoc lo-
B co nulla est paterni nominis mentio. Ideoq; si de
Christo dictũ negatur, persona cui cõpetat detur.
Quare aũt Christo non cõperat, cuius nomini cœ
lestia, terrestria, & inferna genu flectũt: hoc est, su
per omnia esse deũ. Præter hæc em̃ alia nulla sunt.
Dicat nũc Photinus, si hęc homini genu flectunt:
aut si deus potẽtias illas cœlestes & sanctos ange
los ut hominẽ adorẽt, decreuit. Sed absit, quia de-
us nihil stultũ decreuit, maxime cũ non liceat nisi
deũ adorari, quãto magis in cœlis. Rex em̃ adora
tur in terris quasi uicarius dei. Christus autẽ post
hãc uicariã, impleta dispensatione adorat̃ in cœ-
lis & in terra. Legimus namq;, quia uerbũ caro fa
C ctum est: hoc est, ministro spiritu sancto incarna-
tum esse ex Maria, hoc uerbũ in principio apud
deũ fuisse, & deũ esse, hoc quoq; filiũ dei appella-
ri. Quõ ergo nõ ante Mariã est quod in principio
erat, & deus erat? Etiam si obcæcatus deũ hic esse
negas, uerbum tamen nõ negas: neq; ignoras hoc
uerbũ filiũ dei appellari, & hoc apud deũ fuisse in
principio. Qua ergo ratione post Mariã dicis es-
se, quod in principio legis fuisse? In Apocalypsi Apoc.19
enim legimus de Christo, & nomen eius est, uer-
bum dei. Quod uerbum multas habet interpreta-
tiones. Nam nihil de deo est quod nõ deus dicat̃,
sed propter autoritatem unius dei, quod de ipso
natũ est, uerbũ appellauit: ut hac ratiõe ducti, qua
scimus uerba nostra nõ nisi ex nobis esse, Christũ
D de deo esse crederemus. Nec aliter quidem opor-
tuit dici ut de ipso esse crederemus, & nõ extra eũ
crederet̃. Nam & simili modo & uirtus & sapien-
tia dei uocatur, ut eadem ratione de ipso intelliga
tur. Si enim dixisset deus & deus: non illum de se
esse significauerat, sed duos fecerat deos, quod u-
nitati aduersum est. Hæc ratio in diuinis libris est,
ut significatus deus Christus, modũ non excedat
dei unius. Quàm aũt illud tuũ stultũ est Photine,
quod sic distinguis in capite Euangelij Ioannis,
ne uerbum deus dicatur. Sic enim legis, In princi- Ioan.1
pio erat uerbũ, & uerbum erat apud deũ, & deus
erat: uerbũ hoc in principio erat apud deũ. Quid
sibi uult hæc distinctio? quẽ indicat sensum? quã
significat pietatis rationem, nisi solam aduersus
dei

dei filium inimicitiam? Quæ enim significatio est pronunciantis, & uerbũ erat apud deum, & deus erat? Hæc ergo legis uestræ sapientia est ut doceat, quia est deus? Quæ lingua est, & quæ gẽs, quæ terra, quæ secta, quæ neget deum esse? Et ut quid

Ioan.1 insinuet dicit: Et uerbũ erat apud deum. Aut uerbũ hoc quid uult intelligi, nisi rationẽ eius ostendat? Non enim propter deum Euangeliũ legitur siue scribit, de quo nemo dubitat, sed propter uerbũ de quo quæstiones fiunt. Mysteriũ ẽm dei est, quod ideo creditur, quia nõ est omnibus manifestũ: ideoq; scriptura cõtendit docere quid sit uerbũ dicẽs: Et uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deũ. Istud & rationi conuenit, & pronũciatio integra est. Ostendit enim quia uerbũ hoc quod in principio apud deũ erat, & deus erat: in sacramẽto mysterij æterni dei q̃d ignotũ erat à seculis & generationibus, deus uerbũ apud deum patrẽ fuisse credat. Et quia carnalib. in dubiũ uenit, qui uolunt scripturã pro sensus sui loqui capacitate, fides posita est, quæ sensũ scripturæ secuta præmiũ mereat. Salomoni cum sapientiã à deo postulasset, responsum à dño est:

3.Reg.3 Ecce dedi tibi, inquit, cor sapiẽs & prudẽs, quale nõ fuit ante te, & post te nõ exurget uir similis tibi. Quid dicemus: uerũ est quod promisit deus? Imò uerũ est. Nemo ergo hominũ similis erit Salomoni. Et quid uidebit de Christo, qui inter cætera, Regina, inquit, Austri uenit ab ultimis terræ

Matt.12 audire sapientiã Salomonis? & ecce plus Salomone hic. Nũc elige cui credas Photine, deo an Christo, patri an filio? Si patri credis, arguis filiũ: si filio credis, accusas patrẽ. Si enim homo tantũ est Christus, frustra se præposuit Salomoni cõtra promissum dei: si autem intelligitur esse & deus, digne se antepoluit Salomoni, & p̃missum incõtaminatũ est dei, quia non exurrexit homo similis Salomoni. Christus enim idcirco se potiorẽ ostendit, quia deus est. O dementiã Photini, qui Christum ante Mariã fateri non uult, quẽ uoce sua audit testantẽ quòd ante Abrahã sit. Cũ enim de tẽpore agerent

Ioan.8 cum eo Iudæi dicentes, Quinquaginta annos nõ dum habes, & Abrahã uidisti? Respõdit eis, Amẽ dico uobis, anteqũ Abraham fieret ego sum, nõ dixit, melior sum: sed ad interrogata respõdit, quia ante erat q̃ putabant Iudæi. Maledictum planè legis Photinus euadere nõ potest, quia spem suam habet in Christo, quem tantũ hominẽ dicit, cum

Hier.17 legat, Maledictus homo qui spem habet in homine. Apostolus autem sciens Christum deum, ideo

1.Cor.15 & in præsenti & in futuro spem esse in eo ait: Si in hac tantum uita, inquit, sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnib. hominibus. Nõ ergo homo tantum est, in quo spem habere docemur, qa uana spes in homine est. Hæc dixim⁹ pauca de multis: sufficeret enim, si bonæ mentis esset, Photino hoc solum quod postremum posuimus.

XCII Quomodo intelligat quod dicit saluator, Pa-

Ioan.14 cem do uobis, pacem meam relinquo uobis: nõ sicut hic mundus dat, ego do uobis. Qui pacẽ suscipit saluatoris, inimicitiam contrahet mũdi. Nisi ẽm discordauerit cũ diabolo, pacẽ nõ habebit cũ Christo. Nemo ẽm potest duobus dominis seruire. Hic ergo à mũdo discordat, qui legẽ dei fideliter seruat, Christi pace munitus, omniũ aduersariorũ comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicũ? Aliter tñ mundus pacem dat, q̃ se saluator dare promisit. Mundus ẽm aut metu dat pacẽ, aut prece. Saluator uero cum sit fortissimus omniũ, nullum utiq; metuens, non rogatus dat pacẽ. Saluatoris ergo hęc pax est, quę idcirco datur, ut munimentũ sit cõtra hostes. Pax quidem uno nomine appellat, sed longo interuallo discernit, dei & mũdi. Hæc ẽm fragilis est, illa fortis: hęc carnea, illa spiritalis: hęc terrena, illa cœlestis: hæc de necessitate est, illa de uolũtate. Christus enim nullius egens, pacem offert inualidis & inermibus, dñs seruis, bonus malis, deus hominibus. Rectè ergo ait, Non sicut hic mũdus dat, ego Ioan.14
do uobis: hoc enim dicẽs, intelligi uoluit clementiã bonæ uoluntatis suæ. Cũ ẽm omnis idcirco det pacem ut proficiat sibi: hic, id est, saluator ad hoc dat, ut prosit non sibi, sed eis quibus dat. Aliter ergo mundus dat pacem, q̃ dedit saluator. Et mundi pax nõ docet bonã uitam, nõ suadet ad patientiam, nõ prouocat ad iustitiã, non hortat ad misericordiã, non promittit æternã uitam. Quicunq; ẽm acceperit pacẽ Christi, alienus erit à uitijs huius mũdi, quæ militãt aduersus animã. Quæren XCIII
dum an spiritũ sanctũ habuerint apostoli tempore illo quo fuerunt in terra cũ domino: quia inter Ioan.7
multa dicit Euãgelista: Spiritus nondũ erat datus, quia Iesus nondũ fuerat glorificatus. Et in alio loco, Si diligitis me, ait, præcepta mea seruate, & e- Ioan.14
go rogabo patrẽ, & alium paracletũ dabit uobis, ut uobiscũ sit in æternũ, spiritũ ueritatis, quẽ mundus nõ potest accipere, quia nõ uidit nec cognoscit eũ: uos uidetis eũ & cognoscitis, qa apud uos manet, & uobiscũ est. Quid est hoc? negat datum spiritũ ante passionem: rogaturũ aũt se promittit patrem ut mittat eum. Item subiecit, quia cũ ipsis erat, & manebat apud eos. Post resurrectionẽ aũt legitur insflasse & dixisse eis, Accipite spiritũ sanctum. In pentecoste aũt descendisse legitur spiritus sanctus in apostolos. Tantas uideo in hac causa perturbationes, ut quid tenendum sit nesciam. In his omnib. quæ proposita sunt non una est causa. Breuiter ẽm singularũ causarũ significatæ sunt formæ, quia unus quidem est spiritus, sed dona habet multa. Cũ ergo legit spiritus sanctus, intelligi debet & eius officiũ in quo sit significatus. Nã & cũ in eis erat & uenturus erat, nõ est falsum. Sed si non istud ad personã trahas, sed ad naturã. Alterũ ẽm uenturũ à patre promisit Christus, ut quia indifferẽs est eorũ diuinitas, in præsentia Christi nõ putetur absens spiritus sanctus, & in aduẽtu & in apparẽtia spiritus sancti pręsens ęstimet Christus. Ideo cum uenturũ eum promittit, dicit: Vos uide- Ioan.14
tis eũ, quia apud uos manet & uobiscũ est. Vt securi essent apostoli, quia post ascensionẽ domini non minorẽ aut degenerẽ ad tuitionem habituri essent pastorẽ aut regem. Nam nõ est dubiũ non

datum

datum esse credentibus spiritũ, nisi sicut Euange-
lista testatur, postquã deuicta morte resurgẽs cla-
Hic uetera uariant usq; in finẽ quæstionis cuius lectionis tenorem subijcie mus tificatus est dñs. † Ipsius enim triumphantis dñi
uerba sunt & dicentis: Quia Ioannes quidem ba-
ptizauit aqua, uos aũt baptizabimini spiritu san-
cto, quẽ accepturi estis non post multos hos dies:
hoc tempore q̃ ascendere ad patrẽ disposuit inter
fatus uidetur. Illud autem q̧ insufflasse in discipu-
los dñs legitur post dies paucos resurrectiõis suæ
Ioan. 20 & dixisse: Accipite spiritum sanctum, ecclesiasti-
ca potestas collata intelligitur esse. Quia eñ om-
nia in traditione dominica per spiritum sanctum
agunt̃, idcirco cum regula eis & forma tradit̃ hu-
ius disciplinæ, dicit̃ eis: Accipite spiritũ sanctũ. Et
quia uere ad ius ecclesiasticũ pertinet, statim sub-
iecit dicẽs: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur:
& cuius remiseritis, remittẽtur ei. Inspiratio ergo
hæc, gratia quædã est quæ per traditionẽ infundi
tur ordinatis, per quã cõmendatiores habeantur.
1. Tim. 4 Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli, in-
quit, negligere gratiã quę est in te, quæ data est ti-
bi per impositionẽ manuum presbyteri. Semel er
go fieri oportuit, ut de cætero traditio ista nõ sine
dono spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in
saluatore forma data est uisibiliter, ut post baptis-
mũ spiritus sanctus credentib. de cætero inuisibi-
liter dari nõ ambigeret̃: Ita & in supradicta causa
forma data est in principio, ut ex eo traditioni ec-
clesiasticę spiritus sanctus infusus credatur. Vt au
tem Apostoli pręsente domino uirtutes facerent,
potestas data est sicut & prius prophetis. Triũ er-
go officiorũ formę doni spiritus sancti in Aposto
lis sunt ostensæ. Quarũ prima est hæc quæ ad ius
ecclesiasticũ pertinet in regenerandis uel cæteris
officijs. Secũda quę in pentecoste data est, quę est
generalis. Non solũ enim in Apostolos, uerũ etiã
in omnes decidit spiritus sanctus credẽtes. Tertia
forma est, quę solis Apostolis cõcessa est in signis
ac uirtutib. faciẽdis, usq; dum fidei semina iaceren
tur ad crementũ. Semina enim fidei sunt uirtutes
per Apostolos factæ. Ipsi eñ antistites positi sunt
huius ueritatis, quæ per signa & prodigia nõ irra-
tionabilẽ esse fidem nostrã testarẽtur. Nulla enim
probatio maior est ueritatis quàm uirtus. Hæc est
enim quę omnem terrenã philosophiam accusat,
quia semper solis uerbis studuit, non habuit testi-
moniũ uirtutis, quę stabile esse quod uerbis astru-
ctum erat, demõstraret. Igitur spiritus sanctus ge-
neraliter semel datur omnibus credentibus, per
quem filij dei esse probentur dum manet in eis. In
signis uero & prodigijs faciẽdis nõ manet in ho-
mine, sed uocatus aduenit aut suggerit necessaria
& recedit. Similiter & in traditione uel ordinatio
ne deforis gratiam præstat, tuitionẽ etiã deferens
XCIIII deuotis fidei. Quærendum est, si Iudas Scario-
tes proditor domini, ante passionem saluatoris la
queo uitam finiuit? Tradito saluatore, & illuce
scente parasceue, omnes principes sacerdotum et
scribæ & seniores conuenerunt in domũ Caiphæ
pontificis, quo perducendum sciebãt esse Iesum,
ut audirent eum. Hoc Matthęus & Marcus Euan
gelistæ testãtur, & nullum ex his ante perfectum
A impium opus à domo pręsidis abscessisse, quippe
cum omnis instantia eorũ & deuotio ad agẽdum
pascha mors esset saluatoris. Occupatis ergo eis
ad necem dñi à mane usq; ad horam nonam, quo-
modo Iudas eis retulisse precium sanguinis quod
acceperat ante crucem domini probat̃, & dixisse
illis in templo, Peccaui, q̧ tradiderim sanguinem
iustum: cum constet utiq; omnes principes & se-
niores ante passionem dñi non fuisse in templo.
Quippe cum etiam in cruce posito insultarent ei.
Non enim inde potest probari, quia ante passio-
nem relatũ est, cum sint multa quę cum ante facta
probent̃, nouissima ordinant̃. Et iterũ quando lo
cus admittit, ut quod post factũ est, ante ponatur.
Nam manifestum est utiq; quinquagesimum psal
mum anteriorẽ esse q̃ tertium. Sic ergo aliquãdo
euenit ut anticipentur quæ posteriora sunt. Vn-
B de & Maria quæ post resurrectionẽ fratris sui La-
zari, ante sex dies paschæ in cœna unguento pe-
des dñi unxisse probet̃: ꝓpter significationẽ eius
anticipatũ est ab Euangelista dicẽte inter cætera,
Maria aũt erat, inquit, quæ unxit dñm unguento.
Hoc refert antequam Lazarus moreretur: quod
nisi postea factũ inueniremus, nesciremus q̃ tem-
pore factũ esset. Sed ne forte post nonã horam fa-
ctum sit, ut uidens impius & crudelissimus Iudas
occisum saluatorẽ, & ob hoc uelũ templi scissum,
terrã tremuisse, saxa fissa, elemẽta contrita: ipso
metu correptus, doluerit, nõ nescius iustum se tra
didisse, in cuius passione sic indignatus sit iudex
C deus. Sed & post horã nonam occupati erãt, sicut
æstimo, seniores & principes sacerdotũ. Vespere
eñ eadẽ die pascha acturi erant, sabbato aũt num
mos portare nõ licebat secundũ legẽ, ac per hoc
improbabile est apud me, quo die, imò quo tẽpo
re laqueo uitam finierit Iudas Scariotes. Vnde XCV
orta sit obseruatio pentecostes uel qua ratione?
Non est ambiguũ cuncta religionis nostræ uero
testimonio roborari, & legis ueteris prærogatiua
signari. Omnia eñ præterita legis ueteris, in figu-
ra fidei nostrę futuræ gesta & designata noscunt̃,
ut uerũ nos tenere non ambigeremus, quando ea
quę nũc & audimus & credimus ante secula præ-
destinata uidemus, nõ solũ uocib. uerũ etiã signo-
rum uirtutib. cõmendata. Sed nunc illud est, si eo-
D dẽ modo ut designata sunt à nobis intelligant̃, ut
dies pẽtecostes, unde & qua ratiõe tractus sit con
grue dignoscamus. Scripturæ enim dominicę sen
sus suos solicitis & deuotis aperiũt, negligẽtibus
claudũt. Nec eñ par erat ut res quæ meritis ac di-
gnis reseruatæ sunt, passim ab omnib. uiderent̃.
Pẽtecoste ergo, q quinquagesimus à pascha com
putatur dies: hãc habet rationẽ, ut sicut post heb-
domadã dominicus dies primus est, in quo adim-
pletũ est paschæ mysteriũ in redemptionẽ salutis
humanæ, quia semper post curricula dierũ septẽ,
ad primũ reuerti necesse est, ut ostendatur ętatem
mũdi septenario numero consũmati, & ad requiẽ
peruenire. Ita & post hebdomadas septẽ, primus
dies est pentecoste. Deniq; nunquã alio die q̃ die
domi-

dominico Pentecoste est, ut totū quod ad salutē humanā proficit, dominico die & inchoatū & ad A impletum noscat. Dominico enim die factus est mūdus, & post lapsum rursus dominico die reformatus, cuius reformationis figura data est primū in circūcisione, in qua futurę fidei signū fuit. Post hebdomadā enim qui octauus dictus est, primus est in mysterio. Hæc est enim dies quam fecit dñs. Vnū eum diem fecit, ex quo cæteri curricula sortirentur. Ac per hoc ipso die resurrexit quem fecit, & secundū numerū supradictæ rationis, ipso die & in mōte Sina legē dedit per famulū suum Moysen: ut sicut agnus figura passionis domini fuit in sacramentum paschæ, ita & legislatio Euāgelicæ prædicationis: quia eodem die, id est Pentecostes lex data est, quo & spiritus sanctus decidit in discipulos, ut autoritatē caperēt, ac scirēt Euangelicū B ius prædicare. Quod factū duplici testimonio cōfirmatur, quia & prædestinatū ostendit, & manifesta spiritus sancti infusione diuinū & supercoeleste probatur ad legis nostræ testimoniū perhibendum. Cum enim incognitis sibi imperiti diuersis linguis magnalia dei loquūtur, diuinitus se inspiratos ostendūt. Filijs ergo Israel tertio die mensis tertij data est lex p̄ Moysen, sicut in libro Exodi

Exod.19 continet, qui dies à quartadecima mensis primi, quo die factum est pascha in Ægypto, quinquagesimus est, hoc est pentecoste. Vnde factū est, ut ad legē fidei prædicandā in pētecoste spiritus sanctus descēderet in apostolos, ut gesta ueterū, futurorū imagines haberent ad securitatē fidei nostræ: C quia falsum uideri nō potest quod ab initio prędicatū est. Ideo remissionis & reformationis tēpus in quinquagesimo psalmo describit, ut eadē, pudētia quinquagesimi diei, quę & primi est, scirēt.

Exod.16 Hinc factū est ut & māna primo die, qui est dominicus, è coelo daretur populo Iudęorum: quod ita esse sex dierū continuatio probat quibus collegerūt, & septimo die, id est sabbato quieuerūt. Manna aūt typus est escæ spiritalis, quæ resurrectionis domini ueritas facta est in eucharistiæ mysterio. Omnia itaq; gesta sunt, ut ad causam primæ resurrectionis incolumia reuertant, & non glorieē satanas, sed hebescat, qui homine falsa spe deiecit, ne in hoc maneret quod factum est per Christum

Hactenus uetera dñm. †Nūc superest ut probemus, si ita intelligēda sunt quę diximus, ut supra memorauimus. Mē D

Exod.12 sis primus quo pascha quartadecima die celebratum est in Ægypto, hæc dies quarta feria fuit. Vnde & lex quarta feria data est. Quod hinc datur intelligi, quia quintodecimo die mensis secūdi profectionis filiorū Israel sabbatū uidetur fuisse: idcirco non in die grex illis missus est coturnicum: sed

Exod.16 uespere. Mane aūt manna pluit de coelo, id est die dominico, qui primus post hebdomadā in repetitione inuenit. Deniq; sex diebus continuis manna collegerūt, septimo aūt die, qui est sabbatum, quieuerūt. Ab hoc ergo die usq; ad tertij mēsis diē tertiū quo lex data est, quære, & inuenies quartā feriā fuisse quando lex data est. Sunt eñ à quintodecimo die mēsis secūdi, quādo sabbatū fuit, usq;

ad tertiū diem mensis tertij, quo lex data est, dies A decē & nouē. Tene ergo hos decē & nouē, & redi supra quintūdecimū diē secūdi mensis q̃ sabbatum fuit, qui à primo computat quartusdecimus: & perueni usq; ad diē primū secūdi mensis, & habebis alios quatuordecim, q̃s superiunge ad decē & nouem supra memoratos, & inuenies primum diem mensis secundi sabbatum fuisse. Superadde adhuc ad caput primi mēsis dies septē & decem, quia primi mensis tredecim dies retrahendi sunt, qui ante pascha fuerunt. Quartadecima enim die primi mensis pascha factū est. Retractis ergo tredecim, & additis septē & decē, inuenies quartadecima mensis primi quartā feriā fuisse. Et ne legēdi fastidiū patiaris, aut quæstionis singula membra curiose inspicere, do compendiū, ut & de numero Videtur esse parum

B dierū quot à pascha usq; ad datā legē sunt, certus sis, & ab ipso facilius discas, quota feria factum est pascha. Tertio die post secundū mensem lex data est. Sunt ergo mēses duo & dies tres. Retrahe ergo de his tredecim dies qui ante pascha fuerunt, & reliqui erunt dies quinquaginta. Quoniam aūt quarta feria data est lex, hinc facile uidetur: manna prima feria datū est, quia cōtinuis sex dieb. collegerūt, quę prima feria sextodecimo die fuit mēsis secūdi. Ab hac itaq; prima feria usq; ad octauūdecimū diem quo lex data est, quartam feriā inuenies. A feria uero quarta, siue ante, siue retro computes in quinquagesimū diē, quarta feria est. Idcirco quia quarta feria pascha egerūt in Ægypto Iudęi, & quarta feria legem acceperunt. Quinta aūt C feria profecti sunt de Ægypto. Igitur dedicatio legis est pentecoste. Quærendū si pascha transitus interpreteē, sicut Græcis uidetur? XCVI Apostolus falli non potuit quia ait: Pascha nostrū immolatus est Christus. Quod non suū utiq;, sed legis est 1 Cor.5 uerbū, dicente Moyse: Et erit cū dicent uobis filij uestri, quæ est deseruitio hæc? Et dicetis, Immolatio hæc pascha dñi est. Quid amplius est necessarium ad testimoniū? Lex loquit, Apostolus pbat: hoc superest ut cōtradictor abijciat ut peruicax. Manifestū est enim transitū post pascha fuisse. De sanguine eñ immolati agni super postes ostij & super limē posuerūt, ut trāsiens nocte angelus nō percuteret domū in qua signū sanguinis esset. Sāguis igit salutē præstitit, nō transitus: quia ut trāsitus non noceret, obstitit sanguis. Qua ratione XCVII responderi possit Arij impietati simpliciter ex lege? Si rationi fides cōmodetur, ipsa nominū ratio patris & filij ostēderet unitatē. Si quæris quomodo? Non enim uerus dei filius diceret, nisi extitisset de substātia dei patris. Nec enim pateretur ueritas & iustitia dei uerū dicere filium, si de ipso non esset. Non est enim uerus dei filius, si de ipso nō est. Sed scriptura dicit, uerus est: ergo de ipso est. Qui enim negat de deo natum Christum, scripturæ calumniā facit, quæ ideo illum dicit uerum dei filiū, ut significet de deo hunc natū. Si eñ non est de deo, & uerus filius dei dicitur, fallax est scriptura. Quod si scriptura nō fallit, qui Christū non fatetur extitisse ex deo, & scripturam euacuat, & Christum

Christũ negat uerũ filiũ dei. Nõ enim uolũtas uerum filiũ facit, sed natiuitas. Sed potẽtiæ, inquiũt, dei hoc subest, ut falsa faciat uera. Imo potẽtia dei hæc est, unde & omni laude dignus est, quia uerũ apud illũ uerũ est, & falsum falsum est. Nam istud mendacis est, ut falsum dicat uerum, quod deo nõ cõpetit: Nam omnia quidem potest deus, sed non facit, nisi quod conueniat ueritati eius ac iustitiæ: Manifestũ igitur est idcirco uerum dici filium dei Christũ, ut proprius, id est, de substãtia eius natus intelligatur. Vnde inquit Apostolus. Qui proprio filio suo non pepercit. Et in alia epistola: Qui cũ in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem deo. Si ergo non rapinam arbitratus est, dicens se parem deo, uerum se filiũ dei demonstrauit: Deo enim par esse nõ poterat, nisi esset de ipso. Pares enim hi sunt, qui aut ambo ueri sunt, aut ambo falsi. Nec enim parilitatẽ recipit cœptũ & æternũ aut unitatẽ. Vnum enim se esse dicẽdo Christus cum patre, parem se deo facit. Nõ solum enim, inquit, soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suum dicebat deum, æqualẽ se faciens deo, hoc est, parẽ. Nónne manifestũ est æqualitatẽ hanc de proprietate natiuitatis descendere? propriũ enim se, id est uerum dicens dei filium, æqualẽ se faciebat deo. Hinc est unde dicit: Qui uidet me, uidet & patrẽ meum. Per illud enim quòd cõsubstantij sunt, qui unum uidet, ambos uidet. Sicut enim habet pater uitã in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso: hoc est, æqualẽ sibi genuit filium pater: Et omnia quę patris sunt, filij sunt: & quæ sunt filij patris sunt, et nemo potest quicq̃ rapere de manu patris neq; de manu filij. Et subiecit. Ego & pater unũ sumus. Et uerba quæ, inquit, loquor uobis, à meipso nõ loquor: pater aũt manens in me ipse loquitur, & opera quæ facio, ipse facit. Credite mihi quia ego in patre & pater in me est, alioquin uel propter opera ipsa credite. Quia enim generatio à semetipsa non est, sed ab eo qui genuit, idcirco quicquid facit, factũ dicit patris: ut per hęc omnia illud firmetur, quia ideo uerus dicit filius dei Christus, ut de ipso natus crederetur, ne & substãtia eius extra unius dei naturã existimaretur. Humilitas ergo eius maxima exaltatio est: Cum enim uidetur se subijcere dicẽs. Verba quæ loquor uobis, à meipso nõ loquor: pater enim manens in me, ipse loquitur, & opera quę ego facio, ipse facit: probat se originẽ à deo habere & uirtutẽ eius se esse ostendit, dum nõ quod est, à semetipso esse dicit, sed ab ipso. Per hoc enim cõmendatur Christus, nõ inclinatur. Qui enim à se loquit, uerus filius nõ est. Vides ergo quia Arriani inde male intelligunt Christum, unde bene intelligendus est: & inde illũ improbant & falsum dicũt, unde uerus dei esse filius approbatur: Nã clarificandũ se à patre postulat, et clarificare se patrem quoniã petit, ꝓmittit, & ubi se humiliare uidetur, exaltat. Pater enim cum testimoniũ dat filio suo, laudẽ suam testatur, Filius uero cum prædicat patrẽ, gloriam suam manifestat. Magnificentia enim & nobilitas patris, generositas est ueri filij. Ideo quicquid patris dicit esse, est

Rom. 8
Philip. 2
Hic uariant uetera usq; in finem
Ioan. 5
Ioan. 14

A & filij sine dubio: & quod filij dicit esse, est & patris. Nam qui spiritus dicit dei, idẽ spiritus dicitur & Christi. Ecclesia dicit dei, dicit & Christi. Adoratur deus, adorat & Christus. Seruit deo, seruitur & Christo. Sancti dicunt sacerdotes dei, dicuntur & sacerdotes Christi. Templũ ciuitatis sanctæ dicitur dei, similiter & Christi. Lumine dei illustrari dicit ciuitas sancta, eodẽ modo & Christi. Sedes dei est, necnõ & Christi. Iudex deus est, est et Christus: Quia Esaias Propheta in throno maiestatis Christũ uidet sedẽtẽ dominũ sabaoth, quod Arriani non negant. De deo patre legitur, quòd rex regum sit & dominus dominorũ: eadẽ & de Christo filio dei uero. Sic ubiq; diuinitate exęquant, pater & filius, ut unius dei modũ nõ egrediatur numerus personarũ. Inter patrem aũt & filium nihil interest nisi hoc solũ, quia pater ingenitus est, filius

B uero genitus: id est, pater à nullo est, filius aũt de patre, quod quidẽ sublime est in filio. Hinc enim addiscitur nobilitas eius æternitatis, & quia uerus filius est ueri patris. Vnde est enim illud quod legitur in Genesi dicente deo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Itaq; si imago eorum & similitudo una est, quũ nõ unũ sunt & natura: In spiritalibus enim ubi utiq; nõ sunt figurę, simile nõ erit aliquid nisi per substantiam, ut ubi duorũ imago una est, quomodo nõ eorũ una erit substãtia? Idcirco enim imaginẽ eorũ & similitudinem unã esse legimus, ut eorum unum nihil differre ab altero crederemus: hoc est, uerũ dei filium esse Christũ, quia nõ est dispar à generãte natiuitas. Deniq; Iudæi intelligẽtes, quia proprium

C sibi patrem dicebat deũ: dicũt ad Pilatũ: Nos legẽ habemus, & secundũ legẽ debet mori, quia filium dei se fecit. Iudęi intellexerũt & Christiani se dicũt nõ intelligere, qui nõ credebant, intelligebant, & qui se dicũt credere, faciũt ne intelligant. Vel hoc saltẽ admitterent, quod Propheta Esaias, ut Christum nõ à semetipso quidẽ, sed de deo deũ esse significaret, inter cętera ait: Post te sequent alligati uinculis, & adorabũt te, & te deprecabunt, quoniam in te est deus, & nõ est deus preter te: Tu ẽm es deus, & nesciebamus, deus Israel saluator. Quãtum ad bonã mentẽ pertinet, hæc manifesta sunt. His ẽm & pater in filio esse probat: & filius deus

D eiusdẽ substantiæ cuius pater est significat. In quo ẽm deus est, & præter ipsum deus non est, & ipse deus est, quid aliud poterit dici, q̃ hoc quod pater est deus, et nec differre in aliquo. Hoc est ẽm duos esse unũ: In ipso enim deus est, quia q̃uis deus sit, nõ tamẽ ex se deus est: Est enim à patre, quia filius est. Præter ipsum aũt non est deus, quia unicus patris filius est. Ipse aũt est deus, quia una atq; eadem substantia dei & Christi est. Nihil igitur ambiguitatis relinquitur, ut patris & filij una esse credatur substantia: Verus enim filius & ueri patris est. Tale enim etiã illud Hieremię Prophetę est, dicit ẽm inter alia. Hic deus noster, & non æstimabitur alter ad eum: hic adinuenit omnem uiam sciẽtiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto sibi. Post hæc in terris uisus est, & inter homines conuersatus

Esa. 6
1 Tim. 5
Apoc. 16
Gen. 1
Ioan. 19
Esa. 45
Baruch 3

uersatus est. Nunquid de degenere potest dici, ad quẽ alius nõ potest æstimari: aut alius deus quàm pater est poterit dici, ut deo proficias ad iniuriam patris? Si enim æstimari ad eũ alter deus nõ potest, & absque deo patre est: uidete an debeat dici id quod sequitur, periculosum est enim. Maior ẽm patre dicetur. Putantes enim se deo patri deferre, si ab eo filiũ segregẽt, derogãt ei: ut quẽ minorẽ uolunt facere, impia obcæcati mẽte, præponãt eũ illi cuius autoritati inclinandum hunc putãt. Scriptura aũt ut nihil filium à patre differre doceret, differret autem si nõ esset uerus, alium nullũ dicit æstimandũ ad eum, quia nulla alia substãtia poterit similis reperiri substãtiæ dei, quæ est & Christi. Aliter siquidem Christũ de deo esse docere nõ poterat, quàm ut nullum diceret alium æstimandũ ad eum: Sciens enim deo patri nullo modo dici posse subiectum filiũ eius, ut hinc parẽ esse ostenderet: Nõ æstimabitur, inquit, alter ad eum: quia patri deo, quoniã deus est, æqualis est, uerus enim eius filius est. Igitur Propheta ait: Hic est deus: nõ, Hic est deus Israel. Si hic est, ipse est deus unus. De isto ẽm dicit scriptura: Audi Israel, dominus deus tuus deus unus est: & certe non est hic pater, sed & filius eius. Vides ergo nõ præiudicare uni deo personam filij, si & ipse unus deus dicatur: Quippe cũ hoc scriptura testetur. Vnde hoc, nisi quia unũ sunt pater & filius, quia nõ personis significatur unitas, sed natura: non substantia duo sunt, sed unum, nec duo diuinitate, sed unus deus, ut siue loquatur pater siue loquatur filius, unus deus locutus dicatur. Nã si ipse dominus inter cætera de mare & fœmina: Iam nõ sunt, inquit duo, sed una caro: quanto magis pater & filius nõ duo dij sint, sed una substantia. Vt aũt duo dicantur pater & filius, causa est natiuitatis. Ne autẽ iterũ duo dij sint, causa est unitas diuinitatis. Qua tamen hebetudine Christum creatũ, id est factum, prędicant, cũ legatur nihil deũ sine Christo fecisse? Si ergo sine illo nihil factũ est, nõ erit ipse factura. Si enim factura est, factũ est aliquid sine ipso. Sed absit, quia nihil sine illo. Natus ẽm de deo non esse cœpit, sed semper extitit. Natiuitas enim nihil est aliud quàm exitio. Exitio autem manifestatio est. Itaque non factus, sed editus est. Vt ẽm Christus de essentia dei exijsse uel processisse significaretur, exitio eius natiuitas appellata est: ut quia non dispar est à genitore natiuitas, consubstantiuus esse deo Christus nõ ambigeretur, & mens illa quæ ait, Erat quando non erat, dãnaretur: quia non potest aliquando nõ fuisse, qui ut apud deũ semper fuisse significaretur, de deo legitur processisse. Nemo enim de deo processit ubi nõ fuit. Solent quippe Arriani sic interpretari de filio dei dicentes, Ideo uerus dei filius Christus dicitur, quia sic illum fecit ut uerus sit: quasi sit aliquid falsum quod faciat deus uerum. Et illa omnia quæ supra diximus de unitate patris & filij, quid erat, cum sic roborata sint & firmata: si hic aliter sentiendũ putauit: multa poterunt diuinis solidata oraculis unius cõuelli degeneris testimonio. Amputandum est tamẽ, ne sibi uel de eo ipso blandiatur iniquitas. Igitur sic

Deut. 6

Gen. 2

A inquit, illum fecit ut uerus sit, ut uolũtas cesserit pro natiuitate, & factura pro generatione. Tantũ ẽm dandum est, inquiũt, potentiæ dei, ut possit facere quæ nõ sunt, tanquàm quæ sunt. Quoniam ergo hac astutiæ calliditate nituntur cõtra filium dei, ex ijs ipsis de quibus præsumunt, quia in reliquis sunt conuicti, respondendum est eis, ut in tota summa cõuicti appareant. Propositio enim hæc quãtum ad sensum pertinet, nullius momẽti est: quantum aũt ad uerba, caliginem facit ne cito appareat. Sic est enim ac si Ægyptius positus in obscuro, quia causa mala bono sensu defendi nõ potest. Ad impietatem ergo defendendã sacrilegis uerbis utuntur. Si itaque hæc potentia dei ut uerũ faceret Christum esse filium sibi, cum de ipso nõ esset natus: ergo talem illum fecit qualis ipse est, ut hoc præstite B rit factura, quod datura erat generatio. Si ergo nihil interesse dicitis inter deum & Christum, poterit forte dubitari, quia non hoc malitiose à uobis asseritur, ut quod in uoce dicitur, hoc sit & in sensu: Vt quia uerus dicitur filius, uerus sentiatur per id quod unius substantiæ est cum patre, licet non per generationẽ, sed per facturã, quia totũ potest deus, sicut dicitis, ut factũ sic sit quasi infectum. Si aũt rationis lineã sequentes nõ posse dicitis quod initio continetur, æquale esse & cõsubstantiuum cum eo quod æternũ est, reuelatis dolũ malitię uestræ: quia ut sensum uerbi elidatis, falsa uoce Christum uerum esse filiũ dei dicitis, negantes ei quia æqualis est deo patri. Nõ enim uerus est si inæqualis. Nunquid poterit uerus dici filius, si non uerus C dicatur & pater? Si enim uerus est filius, erit uerus & pater, quam ueritatem æqualitas facit. Quòd si dispares sunt, neuter eorũ uerus est. Sed quoniam scripturarũ testimoniũ irritũ fieri non potest, quo Christus uerus dei filius approbatur, de deo patre natus credendus est, quia ut ueritas hęc firmaretur, & par deo & æqualis legitur. At tu qui potẽtiam dei inæstimabilem prædicas, ais, Deus generare non potest, quia simplex natura est: Per quod etiã ipsi deo patri cõtumeliam facis: Mendacem enim illum dicis, ut filiũ quem ille suum & uerũ asserit, deneges: & tuam hypocrisim detegas, quia falso potentẽ deum prædicas. Si enim potẽtiam dei in id quod uerum ex falso factũ asseris, prædicas, ut quod uere uerũ est illudas, quanto magis hoc am- D plecti deberes, si bonæ mentis esses, per quod uerum quod dicitur, uerũ probatur, & testimonium quod deus pater de filio suo dedit, uerũ firmaret. Nam dominus ait, Apud deum aũt, inquit, omnia possibilia: ut quicquid hominibus impossibile uidetur, deo possibile sit. Nam si ratio carnis respicitur, nec uirgo peperit, nec Ionas in uẽtre ceti uixit, nec mortui resurgent, nec deus filium genuit, quia simplex natura non potest generare, quia nihil sine cõmixtione generatur in hoc mũdo. Hæc omnia aut simul credẽda sunt, aut simul refellẽda. Si enim ratio mũdi tenẽda est, in his omnibus debet autoritatem habere. Quòd si aliqua ratio spiritalium est, carnalis dicendus est, qui mundi ratione infectus, negat aliter quid fieri quàm nouit. Aliud

Matt. 19

Ione 2

liud iterũ aſſolent ſua tergiuerſatione proponere.
Aiunt enim: Vtrum uoluntate pater genuit filiũ,
an non? Vt cum audiunt utiq; quòd uolũtate, ſta-
tim ut inimici dei filij reſpondeant: Ergo uolũtas
ante filium eſt, ut ex hoc non æternus appareat,
quòd nõ utiq; per natiuitatem initium acceperit,
ſed extiterit. Et tamen ſi hoc putant, non ſolũ ante
filium erit uolũtas, ſed & ante patrem, quia cauſa
generationis pater & filius eſt. Infidelitas carna-
les ſenſus ſequitur in omnib. Sic enim inducit cau
ſam dei quaſi hominis, ut ante deliberauerit & ex
cogitauerit ut generaret, quaſi infirmitati ſubie-
ctus: cum in deo neq; generatio ſine uolũtate fue-
rit, neq; uoluntas ſine generatione. Ipſa eñ uolun
tas, generatio eſt. Nã utiq; cõmune dictũ eſt: Fecit
deus, fecit homo, ſed aliter facit deus, aliter facit
homo, ita & in cæteris cauſis: Sic enim de deo di-
cendum eſt, ut dignũ eſt ei. Solent enim etiam ipſi
de deo patre aliam facere quæſtionẽ, dicẽtes: Ac-
ceſſit illi ut generaret, aut eius naturæ eſt, ut ſem-
per generet. Quod ideo aſſerunt, ut & deum men
dacem aſſerant, qui ſe Chriſtũ generaſſe teſtatur,
& Chriſtũ non uerũ, ſed adoptiuũ faciant. Si enim
generauit, inquiunt, ſemper debet generare: ut
quia non ſemper generat, nec Chriſtum genuiſſe
credatur: quaſi mundũ negetur feciſſe, quia alios
nõ facit. Quæ irreuerẽtia, quæ indiſciplinatio eſt,
legem deo ponere, ut ſi genuit, aut multos genue
rit, aut unũ generare nõ potuerit, nec ipſi domino
credẽtes, qui ſe unicũ dei filiũ proteſtatus eſt. Poſt
hæc quæ ſupra oſtenſa ſunt æqualia patri & filio,
uideamus an in his cõcordãt quę de ſpirituſancto
ſcripta ſunt, ut trinitas quã in ſalutari profeſſione
retinemus, nõ recipiat diſcrepantiã naturæ, quo-
modo nõ habet fidei diuerſitatem. Quanq; enim
ſalus ſine aliquo ex his nõ ſit, una eorũ tamẽ uidet
poteſtas quæ in ſe credentib. dat ſalutem. Quoniã
ad teſtimonium filij uerba patris protulimus, nũc
ad teſtimonium ſpirituſſancti, uerbis utamur filij,
quibus nõ differre à ſe ſpiritũſanctum proteſtatur
ut cum filio pater, & filius ſpirituiſancto teſtis eſt,
unius eſſe naturæ trinitas intelligatur. Dicit ergo
Ioan.14 inter cætera dominus: Rogabo patrem, & aliũ pa
racletum dabit uobis, ut uobiſcum ſit in ęternum,
ſpiritũ ueritatis. Cum aliũ paracletũ mittendum di
cit, ſe utiq; paracletum probat. Nam & legitur in
Ioan.2 epiſtola Ioannis. Dicit enim: Habemus aduocatũ
apud patrem Ieſum Chriſtum, qui exorat pro pec
Ioan.14 catis noſtris. Et iterũ dicit dominus: Ego ſum ue-
ritas. Ecce aperta unitas ſpirituſſancti & filij dei.
Quæ enim de ſe loquit̃ filius, eadẽ loquitur & de
ſpirituſancto. Nunc ſubijciẽda ſunt quæ in huiuſ-
modi ſenſum ordinat ſcriptura. Legit̃ in Eſaia, q
dominũ ſabaoth uiderit in throno maieſtatis ſe-
Eſa.6 dentem, quẽ Ioãnes Euãgeliſta Chriſtũ eſſe intel-
Ioan.11 lexit dicens inter alia, Hæc dixit Eſaias quãdo ui-
dit maieſtatẽ eius, & locutus eſt de eo. Hũc Apo-
ſtolus ſanctũ dicit eſſe ſpiritũ: Ait enim in nouiſſi
Act.28 ma parte Actuũ Apoſtolorum: Bene locutus eſt
ſpirituſſanctus ad patres ueſtros dicens, Aure au-
dietis & non intelligetis: & cætera. Hæc uerba à

dño ſabaoth dicta ſunt. Hic eſt unus deus qui ſiue
A pater intelligat̃, ſiue filius, ſiue ſpirituſſanctus, nõ
eſt cõtrarium: quia una eorũ diuinitas & una po-
teſtas eſt. Nã ſi in unius præfecti prętorio ꝓgram-
mate, etiã cæteri præfecti iubere dicũtur, propter
autoritatẽ unius poteſtatis: quãto magis in unius
dei imperio, ſi locutus unus è tribus fuerit, non in-
cõgrue dicentur tres locuti. Eſt enim eorũ natura
& uolũtas una. Solẽt iterũ præiudicare ſpirituiſan
cto, q ideo degener intelligat̃, quia in ordine ter-
tius ponit̃, cum tanta ſimplicitas ſit in ſcripturis di
uinis, ut aliquãdo inuenias tertium primum poſi-
tum: Vt enim cauſa ſe tulerit, ſic & ponũtur. Nul-
lius enim iniuria eſt, quia una eorũ diuinitas eſt.
B Deniq; legimus in Eſaia dicẽte domino: Ego ſum Eſa.48
primus, & ego in æternũ: & manus mea fundauit
terrã: & dextera mea ſolidauit cœlum. Et in ſubie
ctis: Ego locutus ſum, ego uocaui, ego adduxi eũ,
& proſperũ iter eius feci: accedite ad me & audi-
te hæc, Nõ in occulto ab initio locutus ſum. Cum
fierent, illic erã, & nunc dñs miſit me & ſpiritus e-
ius. Quem uis eſſe qui fundauit terrã? Ipſe enim di
cit ſe miſſum eſſe: Nũquid patrem? abſit. Filius er-
go eſt qui ſe miſſum dicit à deo & ſpirituſancto.
Ecce paria ſunt inter filiũ & ſpiritum ſanctũ. Sicut
eñ à patre & filio miſſus legit̃ ſpirituſſanctus: ita
& à deo & ſpirituſancto miſſus eſt Chriſtus. Hoc
eñ ſolius patris peculiare eſt, ne miſſus dicat̃. Ac-
cipe dicta Apoſtoli, qui alio ordine cõplectit̃ tri-
nitatẽ. Dicit eñ inter cætera in epiſtola ad Theſſa
C lonicenſes ſecũda: Dominus dirigat corda ueſtra
in charitate dei & in patientia Chriſti. Quẽ putas 2 Theſſ. 3
dicit dñm, niſi ſpiritumſanctũ? Et quid mirũ, cum
quẽ in throno maieſtatis ſedentem Eſaias uiderit,
hic ipſum dicat ſpiritũſanctum dñm ſabaoth, ſicut
ſupra oſtendimus. Et Ioannes Apoſtolus deũ in-
telligi in ſpirituſancto ſignificat, inter cætera di-
cens: In hoc cognouimus quia deus in nobis ma- 1 Ioan.4
net, de ſpirituſancto quẽ dedit nobis. Si ergo per
ſpiritum ſuũ ipſe in nobis manet, non ambigit̃ de
deo eſſe ſpiritũſanctũ. Et nec dubiũ eſt, quia quod
de deo eſt, deus eſt. Hinc eſt unde Apoſtolus di-
xit, Nemo ſcit quæ ſunt in deo, niſi ſpiritus dei. 1 Cor.2
Quõ poteſt ſcire quæ in deo ſunt, niſi ſit eiuſdem
diuinitatis? Inferior enim natura non poteſt ſcire
quid ſit in potẽtiore: quanto magis creatura quid
D in cõditore ſuo eſſet, ſcire nõ poterat. Et ad Corin
thios in epiſtola prima, pręterito ordine qui in tra 1 Cor.12
ditione fidei eſt, à ſpirituſancto incipit gratiarũ &
myſteriorum memorare operationes: & ſubiũgit
dñm Ieſum: & tertiũ ponit deum, quem & in ſpiri
tuſancto & in dño dicit operari: ſicut ait & domi-
nus, Pater manens in me, ipſe operatur. Per id eñ Ioan.14
quòd de deo patre eſt & ſpirituſſanctus & Chri-
ſtus, operatio eorũ opus eſt dei. Deniq; ſpiritum-
ſanctum idẽ dicit & deũ, propter unitatẽ naturæ.
Cũ ergo hoc loco idem deũ qui eſt et dominus, di
cat operari omnia in omnib. inferius ſic cõcludit 1 Cor.12
dicens: Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem
ſpiritus, diuidẽs unicuiq; prout uult. Quid tam a-
pertũm tres unius eſſe operationis: quia operãte

uno, operari dicuntur tres: Quare, nisi quia unius sunt diuinitatis? Nã non est ambiguũ donum gratiarũ proprie spiritũsanctum operari. Sed ut deũ & dominũ & spiritumsanctũ unum esse propter naturæ indifferentiã doceret, opus spiritussancti trium esse opus ostendit. Et ut manifestaret quia solius, quantũ ad personã pertinet, spiritussancti opus est: Hæc autẽ omnia, inquit, operatur unus atq; idem spiritus, diuidens unicuiq; prout uult. Ideo, prout uult, quia uoluntas eius, uoluntas est dei. Nõ enim dicit, prout uult deus, sed prout uult spiritus. Creatura enim cogit se ut dei faciat uoluntatẽ: Spiritus aũt sanctus naturaliter hoc uult: Vt aũt aperte luceat, quia omnia spiritussanctus operatur, dicit dominus inter cetera: Si enim ego in digito dei eijcio dæmonia &c. Digitũ dei appellat spiritumsanctũ, ut probet illũ de deo esse. Deniq; Iudęos qui eum in Beelzebub principe dęmoniorum eijcere dæmonia dicebant, in spiritumsanctũ blasphemasse testatus est. Moyses quoq; quia per spiritumsanctũ signa faciebat, cõfitentur magi dicentes: Digitus dei est hic. Nam in actib. Apostolorum legimus. Deseruientib. aũt eis & ieiunãtibus domino, dixit spiritussanctus, Segregate mihi Barnabã & Saulum ad opus ad quod uocaui eos. Ecce seruitur domino, & hoc spiritussanctus sibi uendicat. Vnde manifeste apparet hunc esse dominum sicut & deum patrem. Et Saulũ Christus de cœlo uocauit, & misit prædicare: Et hoc simili modo sibi uendicat spiritussanctus dicẽdo, ad opus ad quod uocaui eos: Nã nemo ignorat Episcopos saluatorem Ecclesijs instituisse. Ipse enim priusq; in cœlos ascenderet, imponẽs manũ Apostolis ordinauit eos Episcopos. Hoc Apostolus spiritui sancto deputat cũ dicit: Attẽdite uobis & omni gregi, in quo uos spiritussanctus posuit Episcopos regere ecclesiã domini Iesu. Et inter cætera dicit Petrus ad Ananiã: Anania cur repleuit satanas cor tuũ ut mẽtireris spiritui sancto? Et infra: Nõ es enim, inquit, hominib. sed deo mẽtitus. Apertum est spiritũsanctũ dictum deũ, cui mentitus Ananias, deo mentitus dicitur. Quod si spiritumsanctũ minime uoluisset deum intelligere, dixisset, nõ es mentitus hominib. sed spiritui sancto, utneq; deum hunc neq; hominem significaret. Et quid mirum? Apostolus enim aliquando templũ dei hominem appellat, aliquando uero templum spiritussancti, propterea quia unum sunt natura. Si enim deus minime intelligeretur spiritussanctus, qua audacia diceret infra: Templum dei sanctum est, quod estis uos: quoniã unus deus in omnibus scripturis prędicatur: mysterium aũt eius in trinitate adoratur. Idcirco sic ait scriptura, ut sub unius dei professione ea quæ de ipso sunt, id est filius & spiritussanctus eius, in eodẽ honore intelligantur, in quo deus est: Quia ideo sacramentũ reuelatum est dei, ut gloria eius in trinitate significaretur. Quãobrem nõ plena autoritate deus uocatur quod de deo est, ne alterũ absq; eo qui unus est facere credat. Sed intellectũ dat ut credamus ea ratiõe in trinitate creaturæ salutẽ cõsistere, quia una

Lucæ 11

Exod. 8

Act. 13

Act. 20

Act. 5

A est eorum diuinitas: Neq; enim possent simul iũgi & in ordine poni creator & creaturę, dominus & serui, æternitas & quę sub initio sunt: quippe cum sine uno eorum, salus nulli sit. Ad iniuriã enim uocatur omne quod deus est, siue filius, siue spiritussanctus, si extra unius dei honorẽ deputeṫ & gloriam. Scripturæ igiṫ ostendunt Christũ deũ, ostendunt spiritũsanctum deum, ut uidentes sciãt quid sic ostendiṫ. Tale est si quis gemmã ostẽdat, nõ clamans quia gemma est: nunquid quia ille non clamat, nõ erit gemma quæ uidetur? Ita & scripturæ ostendũt per ea quæ supra tractata sunt, quid credere debeamus intra unius dei fidem sensum nostrum concludentes mysterio trinitatis.

B

QVAESTIONES EX utroq; mixtim.

Quomodo in Euangelio Ioannis diabolus dicatur habere patrem, sicut supra secunda parte quæst. nonagesima disquisitum est. XCVIII

A AVDISTIS quę cõtestetur sacrosanctum Euangelium, dicente domino ad Iudæos: Vos de patre diabolo nati estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas non est in illo. Cum loquitur mendacium, ex suis proprijs loquitur, quia mendax est sicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolũ apostasiæ suæ autorem non habere. Ipse enim totius erroris est princeps: Qui uidens à deo factum se non mediocris potentiæ, ausus est præsumere diuinitatem, ut quia cæteros uidit inferiores, seipsum præferret ut deũ. Deniq; nomina quibus appellatur diabolus & Satanas, ab actu eius cõposita sunt, nõ ex natura. Omne enim malum opere probatur, ut nõ substantia in crimine sit, sed uoluntas cõcepta ex causis. Dũ enim se uidit potiorem cæteris, inflatus est ad exercẽdum dominationẽ. Quomodo ergo patrem habere dicitur, qui autor sceleris eius habeatur? Aut unde probatur ab initio homicida fuisse? Sed scriptura illum qui eius fuerit imitator, nomine eius appellat: Vt quia ab opere nomẽ accepit, omnis qui malum opus fecerit, non immerito diabolus nominetur. Saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius æmulus, dũ inuidit fratri, homicidium perpetrauit, exemplũ relinquens crudelitatis parricidij. Sicut & diabolus dum inuidit homini facto ad imaginem dei, malignitatem operis sui cumulauit, typum præbens erroris. Hinc itaq; extitit etiã mendax Cain, dicente sibi deo: Vbi est Abel frater tuus? Qui patris sui imbutus malitia, in mendacium prorumpens: Nescio, inquit, ut cui uitam extorserat, ubi esset nescire se simularet, sic furore cæcatus ut deo sic responderet quasi homini, quem putaret se posse celare. Igitur huiusmodi imitatores facti Iudæi, etiam ipsum dominum occiderũt. Cain potius fratricidã patrẽ uolentes habere q̃ deũ, ut totius sanguinis effusi rei fierent. Autorẽ enim uitæ perimentes, totius sceleris principes extiterũt, ita ut huic malo etiã filios suos obligarẽt dicẽtes, Sanguis

Ioan. 8

C

D

Gen. 4

Matth. 27

guis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Vt em̃
Pilato ſuaderent, nihil mali eſſe quod petebãt, in A
filios retorqueri dixerũt ſi eſſet iniuſtũ: quia ut fu-
rori ſuo ſatisfacerent, nec filijs quidẽ ſuis parcere
uoluerũt. Nã quia diabolus non natura malus eſt,
hinc facilius diſcit̃, quia pœna non promitteret̃ ei
qui nõ fecerat quod neſcierat: Iniquũ eſt enim pu
nire eũ qui non facit aliud ꝙ quod ſuæ eſt naturæ.
Et magis iſtud malũ eſt, ſi hoc exigas ab aliquo ꝙ
ſcias illũ nõ poſſe: Quãobrem iuſte plectẽdus eſt,
quẽ cum cõſtet ſcire ac facere poſſe bonũ, agit ma
lũ. Hoc etiam ex uerbis ſaluatoris poterit aduerti,
Ait em̃ ſicut ſupra memoratũ eſt: Pater ueſter ho-
micida fuit ab initio, & in ueritate nõ ſtetit. Igit̃ ſi
per naturã mendax eſt, quomodo dicit̃ in ueritate
nõ ſtetiſſe? Hic em̃ in ueritate nõ ſtat, qui in uerita B
te nõ permanet. Conſtat ergo diabolũ in ueritate
fuiſſe, ſed nõ perſeueraſſe. Deniq; legimus in Pro
Hier. 23 pheta ſic dicẽrem dominũ. Si ſtetiſſent, inquit, in
ſubſtãtia mea: id eſt, in lege mea. Et Apoſtolus ad
1. 5 Galatas. State, inquit, & nolite iterũ ſeruitutis iu-
go cohiberi. Quid tã apertũ? Hic em̃ mãdat ut de
cætero permaneãt in mãdatis eius. Quod ſi diabo
lus ſeruaſſet, ſteterat in ſubſtãtia & in lege dei. Fũ-
damentũ eſt em̃ lex ſeruãtib. eã. Quomodo ergo
quibuſdã uidet̃, diabolũ aut malũ a deo factũ, aut
propriã habere originẽ, id eſt ex nullo ortũ, quod
utrunq; deo uidet̃ cõtrariũ? Qui em̃ ad hoc illũ di
cit factũ ut eſſet malus, imperfectę putat deũ eſſe
bonitatis, quia perfecte bonus nõ facit malũ. Qui
uero originis eius deũ autorẽ eſſe non credit, eius C
dñium deo abnegat. Per hoc em̃ cũ oĩa dei ſint,
aliquid eſſe arbitrat̃ ꝗd minime ad deũ pertineat:
quos oportet pœnas perpeti, cũ uiderint cuncta à
XCIX deo iudicari per Chriſtũ. Quid ſit illud Apoſto
1 Cor. 10 li: Tẽtatio uos nõ apprehẽdat niſi humana? Nõ
Incipit con-cionari ſine prouidẽtia, ut arbitror, magiſter gentiũ Apo-
ſtolus, nõ ut tẽtatio nos apprehẽdat exoptat, ſed
ut humana dũtaxat, quia diuina tentatio perniciẽ
parit: Hac em̃ Iudæi apprehẽſi à ſerpentibus perie
rũt. Agẽtes enim ſub dei lege, de prouidẽtia eius
dubitabant: ac per hoc ne diuina nos, ſed humana
tentatio apprehẽdat, hortat̃. Hic enim tẽtari adeo
dicitur, qui ſub nomine eius agẽs, ab idolis ſperat
ſalutẽ: quia non habet deũ probatũ: Omne em̃ ꝗd
probatũ nõ eſt, tentatur, & in dubiũ uenit. Ac per
hoc diuina tẽtatio mortalis eſt, humana uero ten D
tatio ſalutaris eſt: quia ſicut de deo dubitare perni
cioſum eſt, ita de homine deſperare ꝑpter dei le-
gem ſaluberrimũ eſt. Quãobrem ꝓuidenter Apo
ſtolus, Tẽtatio, inquit, uos nõ apprehẽdat niſi hu-
mana: ut ꝑpter dei legẽ ab hominib. tẽtati, fortes
inueniamur, dubitantib. de nobis hominib. carna
lib. deo aũt ꝓbati ſimus, quia qui probati deo nõ
ſunt, tentant̃ ut emendent̃. Duplex ergo tentatio
eſt, aliquãdo em̃ quaſi fideles, aliquãdo quaſi diffi
dẽtes tẽtamur, ut fideliũ tẽtatio humana ſit: ꝑpter
fidẽ em̃ ab hominib. tribulamur: Tentãt em̃ nos ſi
poſſint abducere à fide. Propter diffidẽtiã aũt tẽ-
tant̃, ut anguſtiati pœnitẽtes redeãt in uiã, ſicut fa
ctũ eſt etiã Iudæis: cũ enim diffiderẽt de ꝓuidẽtia

dei, tẽtati ſunt à ſerpẽtib. ut dolore correpti emen
darẽtur. Deus enim ſic tẽtat, ut corrigat huiuſmo-
di homines. Eſt & alia tẽtatio qua tentatus eſt A-
braham & Iob, necnõ & Tobias famuli dei: ut A-
braham per tribulationẽ oblati unici & dilectiſſi-
mi filij uberiorẽ fructũ iuſtitiæ haberet ad æternã
gloriã. Iob aũt amiſſione totius ſubſtãtiæ augmen
taret̃ diuitijs locupletatus in cœlis & in terra. To-
bias uero cæcitatem luminũ paſſus ſic prouectior
exstitit, ut ad præſens glorioſus fieret receptis ocu
lis, & in futurũ ſeruaret̃ ei claritas perpetua, quia
ad hoc probant̃ iuſti, ut ꝓficiant. Ideoq; in tẽtatio
ne robuſto animo eſſe debemus, ſciẽtes non ad di
minutionẽ noſtrã hoc ꝓficere, ſed augmẽtũ, ſi mo
do æquo animo toleremus per Chriſtũ. Quo- C
modo in Euãgelio Matthęi dictũ ſit. Cõfiteor tibi Matth. 11
pater domine cœli &c. Audiſtis fratres chariſſi
mi quid conteſtet̃ Euangeliũ dicente dño: Confi
teor tibi domine cœli & terræ, qui abſcõdiſti hæc
à ſapiẽtib. & prudẽtib. & reuelaſti ea paruulis. Ita
pater, quoniã ſic fuit placitũ ante te. Igit̃ ſi dictorũ
ſenſum inſpiciamus, uidebimus ea quæ ad exhor-
tationem credentiũ à domino dicta ſunt, eorũ qui
propterea quòd mundanam ſapientiam ſpernũt,
paruuli uident̃ ſapientib. mũdi, qui nullo teſtimo
nio cõmendari ſapientes uolunt dici. Idcirco indi
gnũ uiſum eſt deo his oſtẽdere ueritatẽ: humilib.
aũt qui nihil de ſe præſumẽtes diuinæ ſe uoluntati
inclinant, ęquitate cogẽte ſalutaria reuelãda ſunt.
Hic em̃ prudens deo eſt & ſalutis ſuæ memor, qui
C ſciẽtiæ ſuæ anteponit dei legẽ, quã utiq; uidet nõ
uerborũ ſtrepitu fulciri, ſed rerũ uirtutib. Et ſine
dubio hic ſtultus & uanus eſt, qui huic rei ſe com-
mendat quæ nulla muniť prærogatiua ſignorum.
Vnde nõ literatis ſeculi regnũ deus promiſit, ſed
fidelib. neq; ſcrutatorib. ſyderũ æternitatẽ pollice
tur, ſed recte agentib. nõ dialecticis, qui fraude &
minutis quibuſdã ratiũculis uerũ excudere nitun
tur, gloriã dat, ſed bonæ uolũtatis hominib. qui ac
curati magis uita ſunt ꝙ ſermone. Iſtos em̃ repro-
bat deus, qui oratione clari ſermonis magis uti uo
lunt ꝙ bonis actib. Nã & gloriã dei in ſe uult con-
uertere, qui rem dei uerbis exornare ſe putat. Res
em̃ ipſæ per ſe placere debẽt, ut nõ ſermo, ſed ſen-
ſus laudet̃. Si em̃ ſenſus autor eſt literæ, & uerba
ꝑpter res ſignificãdas inuenta ſunt, cur nõ magis
D res ipſæ puro ſenſu ꝓmendę ſunt, ut fœlicius men
tem incitent ad ſalutem? Ideoq; piſcatores elegit
dominus noſter Apoſtolos, homines ſimplices &
ſine literis, qui ſine aliqua uerſutia fidẽ ſeruando,
& bene uiuẽdo, dei in ſe oſtenderẽt ueritatẽ. Vn- 1 Cor. 2
de & Apoſtolus Paulus: Et ego ueniẽs, inquit, ad
uos fratres, nõ ueni in ſublimitate ſermonis aut ſa
pientiæ. Et inter cætera. Quia non ait in ſermone
eſt regnũ dei, ſed in uirtute: ut quia uerba cõtradi-
ctioni obnoxia ſunt, dei legi uirtus teſtis exiſteret
cui omnis cedit ſermonũ ſublimitas. Itaq; hæc id-
circo præmiſſa ſunt fratres chariſſimi, ut conſule-
ret̃ ſimplicioribus ne forte indignos ſe putarẽt gra-
tia dei, quia minime ſunt literis forenſibus erudi-
ti, cum magis ad laudẽ proficiat ſimplicitas eorũ:

quoniã quod prudentes mũdi nõ uident superbia
literarũ, hoc reddũt nõ uerbis, sed cõsilio pruden- A
tes: Sciunt enim in bonis operib. requiescere deũ
& fidem quærere, nõ cultum sermonem: Legunt
Esa. 66 enim dicentẽ dominũ, In quo requiescam, nisi in
humili & mansueto & tremẽte uerba mea? Quã-
obrem ut digni efficiamur ad præmissa pręmia, ea
quæ à domino iubentur facere debemus, securi
quia hos diligit dominus qui uerba eius custo-
Ioan. 14 diunt. Sic enim dicit discipulis suis: Si diligitis me,
præcepta mea seruate: ut in his domino seruiẽtes
regni eius hæredes esse possimus per Iesum Chri
CI stum. Quomodo cõtra Leuitas Romanos dis-
ceptandum sit, qui contendunt Leuitas sacerdo-
tibus, & diaconos presbyteris coęquare. Dum
iussis charitatis parere uolumus, in uituperationẽ
forte cademus, qui de re quæ nulli aliquãdo in du B
bium uenit, scribimus: quia cũ amicitiã offendere
nolumus, studiũ quod ad aliquam rem occultam
reuelandã proficere debuit, intricamus: quamuis
propter nimiam stultitiã cuiusdã hoc asseuerãtis,
quod in subiectis pandemus, istud nobis iniunxe
rit charitas memorata, ne cũ nemo diu ad hoc res-
ponderit, in peius proficeret, ut diu in uano exer-
citatus emendari non possit. Hoc enim charitatis
studium est, quæ non quærit quæ sua sunt. Quidã
igitur qui nomen habet Falcidij, duce stultitia &
ciuitatis Romanæ iactãtia, Leuitas sacerdotib. &
diaconos presbyteris coęquare cõtendit: non[que] di-
cam præferre, quia stultius est, & forte incredibile
uidetur, & nos nõ emendatores, sed calũniatores
habeamur. Qua igitur lege quáue consuetudine,
quonã exemplo hoc aggredi audeat, nullũ scire C
arbitror, ut istos quibus cõsessus in ecclesia datus
est, minime ijs coæquet qui propter quòd Antisti
tes dei sunt, in domo dei & in honore Christi cum
dignitate consistunt: Quę audacia est presbyteris
ministros ipsorum pares facere? Quæ temeritatis
præsumptio, sacerdotibus baiulos tabernaculi &
omniũ uasorũ eius & lignorũ cõcisores & porti-
tores aquæ cõferre? Hoc eñ officiũ fuit Leuitarũ.
Tale est, si præfectis officiales, dñis serui æquenẽ.
Hoc enim scriptũ est dicẽte domino ad Moysen:
Num. 8 Accipe tribũ Leui de medio filiorum Israel & sta-
tue illos ante Aaron sacerdotem & deseruient ei.
Quid hoc exẽplo apertius, quod etiã nũc in eccle
sia custoditur. Quanq̃ Romanæ ecclesiæ diaconi D
modico inuerecundiores uideanẽ, sedendi tamen
dignitatem in ecclesia nõ præsumunt. Vt aũt noti
omnia ministeria obsequiorũ per ordinem agãt,
E multitudo facit clericorũ. Nam utiq; & altare por
tarent & uasa eius, & aquã in manus funderẽt sa-
cerdoti, sicut uidemus per omẽs ecclesias, & sicut
cõstitutum est à domino per Moysen: nũquid aut
4 Reg. 3 meliores Helisæo sunt, quia aquã fundebat in ma
nus Helię: Sic aũt diaconos aduersus presbyteros
descendit, quasi ex presbyteris diaconi, & non ex
diaconis presbyteri ordinenẽ. Sed quia Romanę
ecclesiæ ministri sunt, idcirco honorabiliores pu-
tanẽ q̃ apud cæteras ecclesias, ꝓpter magnificen-
tiam urbis Romanæ, quæ caput esse uideẽ omniũ
ciuitatũ. Si itaq; sic est, hoc debent & sacerdotib.
A suis uẽdicare: quia si ij qui inferiores sunt, crescũt
ꝓpter magnificẽtiã ciuitatis, quãto magis qui po
tiores sublimãdi sunt. Quicq̃d eñ officialib. præ-
statur, augmẽtũ fit potestati. Sicut bonor serui ad
laudem proficit domini: quanq̃ apud iustum iudi
cem deũ unicuiq; hic honor maneat qui decretus
est singulis ecclesiarũ officijs, ut qui diaconus est
diaconi honorẽ per omnes Ecclesias habeat. Nõ
enim qualiscunq; honor est antistiti dei seruire in
ecclesia duntaxat, sed sacerdos totius honoris ec-
clesiastici dignus habeaẽ. Maior enim ordo intra
se & apud se habet & minorẽ, presbyter enim &
diaconi agit officiũ & exorcistæ & lectoris. Pres-
byterum aũt intelligi Episcopum, probat Paulus
Apostolus, quãdo Timotheum quem ordinauit 1 Tim. 3
B presbyterum, instruit qualẽ debeat creare Episco
pum. Quid est enim Episcopus, nisi primus pres-
byter, hoc est summus sacerdos? Deniq; nõ aliter
q̃ cõpresbyteros hic uocat & cõsacerdotes suos.
Nũquid & ministros cõdiaconos suos dicit Epi-
scopus? Nõ utiq;, q̃a multo inferiores sunt. Et tur-
pe est iudicem dicere primiceriũ: Nam in Alexan
dria & per totã Ægyptum si desit Episcopus, con
secrat presbyter. Quanta aũt sit dignitas ordinis
sacerdotalis, causa ostendit Caiphæ, qui cum esset
homo pessimus, prophetauit. Quare? Quia prin-
ceps, inquit, erat sacerdotũ. Et iterum multum di- Ioan. 11
stare inter diaconũ & sacerdotem liber approbat
quem dicimus actus Apostolorũ. Cũ enim ex Sa- Act. 8
maria credidissent Philippo pręd icãti diacono ab
Apostolis ordinato, miserunt, inquit, ad Petrũ &
C Ioannẽ ut uenirent & ijs qui crederent darent spi
ritumsanctũ per manus impositionem. Sed inscij
credo scripturarum aut immemores legis hęc de-
fendunt: Recordari ergo debet qui ista putat asse
rẽda, quid Leuitis acciderit cũ taliter saperẽt. Cũ
eñ nihil inter sacerdotes & Leuitas interesse pręs-
umerẽt, deo iudice hiatu terræ absorpti sunt Cho
re & cõsentientes ei, & ducẽtos quinquaginta ui-
ros torrẽs ignis simul cõsumpsit: Et Ozias rex cũ 4 Reg. 15
opus sacerdotale præsumeret, lepra perfusus est,
ut hoc utiq; exẽplo cęteri territi nõ audeant quod
sibi cõcessum nõ est pręsumere. Nunc enim uide-
mus diaconos temere quod sacerdotum est agere
per cõuiuia, & in oratione id uelle, ut respondeaẽ
D illis, cũ istud solis liceat sacerdotib. Diaconi ergo Diaconi officium
ordo est, accipere à sacerdote, & sic dare plebi. Vi
des quid pariat uana præsumptio. Immemores e-
nim elatione mentis, eo q̃ uideãt Romanæ Eccle
siæ se esse ministros, nõ cõsiderant quid illis à deo
decretũ sit, & quid debeant custodire: sed tollunt
hæc de memoria assiduæ stationes domesticæ &
officialitas, quæ per suggestiões malas seu bonas
nũc plurimũ põt. Aut timeẽ eñ ne male suggerãt,
aut emunẽ ut præstent. Hi sunt qui faciũt eos ordi
nis sui nõ cõsiderare rationẽ. Dũ enim per adula-
tionẽ obsequunẽ illis illicite, pręcipites illos faci-
unt, ut plus sibi putẽt licere: quippe cũ uideant nõ
sic deferri sacerdotib. ac ꝑ hoc anteferri se putant.
Sed testimonio, inquit, diacõi fit presbyter, quasi
istud

istud ad prærogatiuā pertincat magnitudinis. Legimus em ad plebē dixisse Petrum apostolū, Eligi Act.6 te, inquit, ex uobis quos cōstituamus deseruire mi nistris Ecclesiæ, Nolo dicere, mensis. Ecce laicorū testimonio ereati sunt diaconi. Et Apostolus eum qui ordinādus dicit Episcopus, etiā testimonium 1Tim.3 uult habere gentiliū. Sic em ait, Oportet em hunc & testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt. Omniū ergo est testimoniū dare, & nō tamē oēs hoc honore digni sunt. Iudicare em oēs possunt, & nō tamen omnes possunt esse quod iudicāt. Potest enim pictor iudicari bonus, & præferri alteri ab illo qui pingere nesciebat: & choraula melior alio choraula approbari, ab eo qui alterius est artis, Ita & testis potest esse creādi presbyteri qui inferior ordine est. Et iterū quo inflent & putent sibi multū deberi à nobis, Perducunt em, inquiunt, B qui ordinādi sunt, ut dū lateri illorū septi sunt, honore digni uideant. Fateor facti eorū esse, sed qua si officialis. Ab Episcopo em mittitur ut obsequium præbeat ordinādo. Nam & imperator ut imperator apparcat, ordinat obsequio militari, non tamen melior nec par est exercitus imperatori. Nā & Aman cū esset clarus in honore militari, à rege missus est ut Mardocheo in obsequiū iret, ut quātum dignus esset Mardocheus ex huiusmodi obsequijs nosceret. Ita & diaconi creādis presbyteris in obsequiū mittunt, ut dignos eos fieri sacerdotes oēs intelligant. Exceptis em sacerdotibus, quibus obsequiū debēt omnib. præponunt diaconi.

CII Quomodo contra Nouatianos cōtendendum sit, qui pœnitentiā salutarē negant. Dicūt Luc.9 discipuli sui ad Iesum, Domine uis ut dicamus, descendat ignis de cœlo & consumat eos sicut fecit Helias: Et respondit illis dūs dicēs, Nescitis cuius spiritus estis, Filius enim hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Cū dignū utiq; esset uindicare in Samaritanos nō excipientes eum, dūs tamen qui ad misericordiā dandam aduenit, sententiam amouit, ut de cætero corrigentes emēdaren 4Reg.2 tur. Et Propheta Helisæus indignatus pueris qui ei cōtumeliam faciebant, deo iudice uindicauit in eos, ut eo loco ab ursis comederētur ubi sylua esse negatur. Dominus aūt oblatæ sibi meretrici pepercit, ei uidelicet quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudæorum dixerunt, ut quia pia prędicatio inceperat, non condemnandum, sed ignoscendum doceret. Nam per Moysen data est lex, quia iustum fuit uindictam in primordijs suis cum seueritate exerceri, quia & in illum qui sabbatis exijt ligna colligere funebriter uindicauit: & in filium Ægyptiæ qui blasphemauerat in deum, similiter ultionē dedit: & in causa fusilis uituli percussit filios Israel. Vnaquæq; ergo lex inter ipsa primordia sensum suū plenum ostendit, ut uetus lex, quia ad uindicandū prōptior erat, inter initia sua asperior uideretur, ut metu incusso diligētes & solicitos faceret adiutores suos. Noua ergo, pptere a, φ pia & ad misericordiā facilis est, primordia sua mitissima & clementissima demonstrauit, ut ipsa oblectatione ac dilectiōe oēs ad indulgentiā prouocaret, Postea aūt & illa quæ asperior uisa A est propter fragilitatē humani generis, non solum rigorē suū molliuit, sed & humanā & piam se præstitit, & hæc quæ clemēs uisa est propter fragilitatē humani generis aliquādo uindicauit. Ananias Act.5 enim cū Saphira uxore sua diuinitus cæsi sunt, Et Elimas magus incredulus & dei legi repugnans, dūi iudicio & uirtute cæcatus est, Et Herodes rex propterea φ honorē nō dedit deo cœli, ab angelo dei percussus scatēs uermibus expirauit. Ne quia misericordia prædicatur, inultū omnino putarent homines & impune peccare, timorē posuit, ostendens ad hoc dari ueniā delictorū, ut quasi ex mortuis uiuificati postea abstinerēt se à cōtrarijs, ut id elaboretur, ne quis hinc cū crimine exeat, quia ad iudicium uenietur. Hæc enim unicuiq; sententia imputatur in qua defungit. Qm igitur noua lex plenitudinē habet misericordię, ne cōtemptui duceretur ab amatoribus peccatorū, in supradictos uindicauit. Vetus uero lex quanquā ad uindictā data sit, quibusdam tamē ignouit, ne omnino crudelis diceretur: sed in plures uindicauit, quia sensus eius ad ulciscendum promptus est. Sine dubio ergo maior gratia nouæ legis est φ fuit ueteris. Si ergo maior gratia est, quō negatur hoc præstare posse quod præstitit illa quæ minorē gratiā habuit? Erat enim propensior in seueritatē. Itaq; si ista pœnitentibus ignouisse probatur, qui fieri potest ut ista quæ clemens est, non recipiat pœnitentes? Nam & Iudæi filij dei appellati sunt, qui per Moysen in nube & in mari baptizati, apostoli Pauli au 1Cor.10 C toritate leguntur: legē enim accepturi proculdubio purificati noscuntur, ut de cætero acceptæ legis redderent rationē, ut si quid peccarēt per pœnitentiā se reformarēt, dicēte dño per Esaiam prophetam, Pœnitentiā agite qui erratis & conuertimini. Sed forte econtrario dicitur, pœnitētia quidem prædicata est, nō tamen remissio. Si ergo pœnitentia à deo prædicata est, fructus erit agennb. pœnitentiā. Nec em superuacue hoc dūs cōmone ret. Porrò aūt sciens dūs cōuersis dari debere peccatorum remissionē, hoc præcepit: quippe cū dixerit, Nolo mortem peccatoris, tātum ut conuer- Ezech.18 tatur & uiuat. Itaq; & est fructus pœnitentiæ, sicut claruit, conuersis ad deum. Exclusa est ergo Nouatiani impie cōposita assertio, qua uerborum domi D ni sensum inuertit dicēs: Ait dominus, Qui me negauerit, & ego negabo ipsum: ut si aliquis Christianus quacunq; ex causa negauerit, iam redire non possit, aut certe reuertens, minime recipiatur. Et ubi erit demandata pœnitentia? cum salua tor post datam hanc sententiā negantem apostolum Petrū nō negauerit. Quare? Quia pœnitentia subsequente erratū suum amarissime fleuit, sciens utiq; cōuersis ignosci & reformari eos per pœnitentiā. Sed Nouatianus fingit agendā pœnitentiam. Quia enim aperte nō audet negare pœnitēntiam dandam, astrictus lege, subtiliter hāc frustra re contendit. Quando enim dicit, quia qui negauerit, nullo modo ueniam habebit, sed negabitur & ipse in conspectu angelorū dei, quomodo non

cum dolo agendā pœnitentiā profitetur? Hinc au
tem manifeste fraus eius apparet, cum subiungit
Matt.12 dicens, Quicūq; peccauerit in spiritūsanctū, non
remittetur ei, neq; hic neq; in futurū. Quāuis alia
causa sit qua peccatū est in spūmsanctū, & alia ne-
gare dn̄m Iesum, Nouatianus tamē ut huic pecca-
to ueniā deneget, unū sensum uult esse, & negan-
tis dn̄m, & peccantis in spiritūsanctū, ut hac tergi
uersatione fructū amputet pœnitētiæ. Si em̄ idem
est negare dn̄m quod peccasse in spūm sanctū, nul
la uenia speranda est negantibus, neq; fructus ali-
quis pœnitētię, quia hoc peccatū, neq; hic, neq; in
futuro remitti dominica oracula ꝓmiserunt. Hinc
ergo apparet Nouatianū cum dolo dicere agen-
dam pœnitentiā. Vt quid enim pœniteret, si deli-
ctum aboleri negatur? Pœnitentię enim gemitus,
fletus & lamentatio hoc acquirit, ut & ueniā me-
2 Reg.12 reatur & reformationē. Deniq; Dauid pœnitens
& confitens peccatū suum & ueniā meruit, & ad
pristinum statum redditus est, quia & rex perman
sit, & postea prophetauit. Quod liquido probař:
in quinquagesimo enim Psalmo pœnituit, & po-
stea persecutionē à filio suo passus prophetauit.
Tertius em̄ Psalmus iuxta historiā post quinqua-
gesimū est. Sed forte regi ignosci oportuit, humili
bus aūt ignosci non debet, cū magis potentiorib.
difficilius ignoscendū uideatur, Deus enim perso
nam hominis nō accipit, Quanto enim quis subli
mior, tanto magis, licet leue peccatum eius, graue
est crimen. Sicut enim humilitas in potente subli-
mis & magnifica est, ita & culpa eius pro crimine
habenda est. Exceptis enim peccatis quæ constat
omnibus esse illicita, non omnia licent potentib.
quæ sunt concessa humilibus. Dignitatis em̄ ho-
mini negociari deforme est, & popinā ingredi no
tabile est. Senatorib. quoq; fœnus diffamia est. Si
ergo in his leuibus inuenti notandi sunt, tanto ma
gis rei constituēdi sunt si peccauerint. Per hoc er-
go apparet Dauid grauissime peccasse, & quidē
duplici modo: cōuersus tamē & homicidij & adul
terij ueniā cōsecurus est, & quod est amplius, de-
flens reformatus est. Cū enim à Propheta Nathan
argueretur, peccatū cœlare nō ausus est, sed con-
2 Reg.12 fessus est dicēs, Peccaui domino. Tunc respondit
Propheta & dixit, Abstulit dn̄s peccatū tuum, &
non morieris, quoniā pœnituisti. Et quia inueniř
postea prophetasse, dubiū nō est hunc reformatū.
Nam & Achab correptus à Propheta ꝓpter mor
tem Nabuthe ibat plorans, & conscidit uestimen
ta sua, & precinxit se cilicio, & factum est uerbum
domini in manu serui eius Heliæ de Achab, & di-
3 Reg.21 xit dominus. Audisti quoniam motus est Achab
à facie mea, non inducam ei mala in diebus eius.
Et Niniuitis peccata deflentibus, imminēte mor-
te reparata est uita, Ecce quantus profectus est
pœnitentiæ. Sed forte dicatur econtra, Concessa
quidem est, sed nō de crimine idololatriæ: quam-
uis enim hæc grauia sint, maius est tamen crimen
idololatriæ. Recte tamē explosa est nō ex modica
parte Nouatiani assertio, qua duo crimina grauia
cōcessa pœnitentiæ uidētur, Quia si fornicationi
ignosci nō debet, sicut Nouatiano uidetur, quan-
to magis homicidio, aut adulterio? Sed hinc uani
tas eius apparet, quādo hæc quæ grauia sunt con-
cessa probanř: quāobrē nūc, an idololatris cōcedi
posse promiserit deus, requirēdū est. Omne enim
quod iure hic cōcessum nō fuerit, nec in futurum
poterit cōcedi. Hic enim sicut dixit dominus, aut Matth.18
ligantur, aut soluūtur peccata, in futuro aūt nihil
aliud erit, nisi remuneratio aut condēnatio. Om-
nis enim qui hic iure reprobatur, non poterit eli-
gi, aut dignus in futurū iudicari. Audiamus igitur
quæ dicat dominus de idololatris ad Hieremiam
Prophetam, Vade & dic, inquit, reuertere ad me Hier.3
cōmorans Israel, dicit dominus, & non firmabo
faciē meā in uos, quia misericors ego sum dicit do
minus, & nō irascar uobis in æuū, uerūtamen co-
gnosce delictū tuū: Impie egisti & posuisti uias tu
as in alienos subtus omne lignū nemorosum: Ec-
ce quid promittit eis qui post lapsum ad se cōuer-
tūtur, ut post apostasiam regressis remittat pecca-
ta: Et iterū dicit deus per Hieremiā: Delicati mei Baruch 4
ambulauerunt uias asperas, ducti sunt ut grex di-
reptus ab inimicis. Constantes estote filij, & pro-
clamate, ad deū erit uestra in abductione memo-
ria. Nam sicut fuit mens uestra ut erraretis à deo,
duplicabitis decies tantū cōuersi quærentes eum.
Qui enim induxit in uos mala, inducet in uos ęter
nam iocūditatem cum salute uestra. O clementia
dei, quemadmodū lapsos prouocat ut se erigant,
quō hortař ut post errorem idolorū reuertanř ad
eum: quasi pater beneuolus filijs suis iocunditatē
perennē promittit salutis, si se corrigant. Itē apud
eundē inter cætera: Et restituā illos in terrā istam Hier.24
& reædificabo eos & non destituā, & replantabo
eos & nō reuellā: Vt quia cōminatus dixerat, Sa-
crificās dijs, eradicabitur: ne peccantes in deū de-
sperarēt de se, ꝙ iam quia sacrificauerā. idolis era-
dicati, replantari nō possent, hortetur eos, quia si
pœniteant poterunt ad statū suum pristinū refor-
mari. Sententia enim tūc manet si nō emendetur
delictū. Deniq; Niniuitis prædicatū est, quia post Ionæ 3
triduum euerteretur ciuitas eorū. Quare post tri-
duum, nisi ut aut pœniterent & auferretur senten
tia, aut in eo permanētes iustius deperirent? Hoc
est quod dixit per Prophetam, Nolo mortem mo Ezech.18
rientis, tātum ut reuertatur & uiuat. Ita factum est
ut morituris peccatorū causa Niniuitis, ignosce-
retur pœnitentia subsequēte. Vt quid enim centū
annis sub Noe arcam inuenimus fabricatā, nisi ut
uidentes & audiētes quid immineret, emēdarent
se? Neminē enim deus uult perire. Hinc est unde
in Salomone legimus: Quoniā, inquit, altissimus Eccli.12
misertus est pœnitentibus. Et iterū: Misereris om Sap.11
nium quia omnia potes, & dissimulas peccata ho
minum propter pœnitentiā. Hoc sensu & domi-
nus dolens super perfidiā Iudæorū, ait, Hierusalē Mat.23
Hierusalem quæ interficis Prophetas, & lapidas
missos ad te, quoties uolui cōgregare filios tuos,
quemadmodū gallina congregat pullos suos sub
alis suis, & noluisti. Igitur semper dominus per
totam legem peccatores ad se conuerti hortatur,
nolens

nolens opus suū perditioni esse obnoxiū, cū nec alia causa lex esset, q̄ ut ex errore homines cōuertant ad ueritatē, Ita tamē, ut in nouo testamēto auctor legis clemētior uideaē, quia tēpore quo sacramentū filij sui dñi nostri manifestare dignatus est, largior & uberior in misericordia esse uoluit, ut plus gratiæ prædicante filio esset q̄ fuerat prædicantibus seruis. Nec immerito, Sic enim fuit dignum ut maiora dona per filiū q̄ per famulos largireē. Deniq̨ ad se cōuersis credentib. oīa simul peccātibus cōcedit, nulla interueniēte lamētatio-
Rom.11 ne pœnitētiæ. Vnde dicit Paulus Apost. Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio dei. Post aūt si peccauerint, per pœnitentiā poterūt mereri ueniam. Et qa post acceptā gratuitā misericordiā peccauerunt, nō iam gratis, sed interueniēte gemitu & fletu possint ad indulgentiā peruenire, Impossibile est eīn homini ut nō peccet. Vnde Ioānes A-
1 Ioan.1 postolus, Si dixerimus, inquit, quia peccatū nō habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est. Si cōfitemur peccata nostra, fidelis & iustus est ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniustitia, Sicut Dauid meruit ueniā & reformationē cum cōfitereē peccatū. Certe Christianis loquitur Ioānes apostolus. Ait eīn in subiectis, Filioli mei hæc scribo uobis ut nō peccetis: Et si qs
1 Ioan.2 peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christum. Hoc dicit, ut si post baptismum peccauerimus, aduocatū supplices deprecemur ut exoret pro nobis patrē. Si enim apud ueteres nostros pœnitentia habuit locū, quō fieri potest ut hoc tēpore locum non habeat quando maior clementia prædicationis est: & qui inimicis misertus est uocando illos ad gratiā, amicis factis nō miserebitur cum mercede? Tribulatio enim cordis, merces est pœnitētis. Si lapsis pœnitētibus, qui ante lapsum amici fuerant, non ignosceretur, q̄d dictū est Nouatiani si esset uerū, dolerent homines ex inimicis factos se amicos, Aut qualis ēstimandus erat ille si inimicis non pœnitentib. misericordiā daret, amicis uero & pœnitentib. non daret? Præterea cum sciat dñs diabolum aduersus amicos & seruos dei plus se extollere & sęuire, Vnde dicit Petrus apo-
1 Petri 5 stolus, Vigilate & sobrij estote, quia aduersarius uester diabolus fremēs sicut leo circumit quærēs quem deuoret, Quoniā ergo nouit dñs aduersarium nos habere horrendum & ualidum, si uicti ab ab eo fuerimus, uult nos ad auxiliū suum confugere, dolens elisos nos, ut uirtute eius reparati fortiter repugnemus. Sicut enim nisi breuiati fuerint dies illi quos dicit dñs, nulla fiet salua caro: ita & si negetur hominibus pœnitētia, nemo poterit sal-
Prouerb.20 uus fieri. Si eīn nemo, inquit, gloriabiē mundū se
Ioan.25 habere cor: Et alibi, Nemo, ait, sine sorde, nec infans unius diei: quis poterit euadere si pœnitētia
Luc.15 denegeē? Et ubi est quod dicit dñs, quia gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitētiā agente? Sed si maiora crimina, inquit, ignosci non debēt, fornicatio & idololatria, ubi est dictū domini cum, quo omnia peccata, & blasphemias ꝓmittit remitti hominibus, spiritus aūt sancti blasphemia non remittetur hominibus? Omnia enim peccata
A remitti, excepto uno. Nunc elige Nouatiane de quibus uis dictū. De adhuc nō credētibus, aut de iā credētibus? Si de credētibus, quō dat remissionē peccatorū: cum cōstet oēs anteq̄ credant in deum peccasse & in spiritūsanctū? Nā nonnulli gesta dominica magicas artes appellāt, opus sancti spiritus dæmonijs assignātes. Si aūt de credentib. uis, dictū exclusa est asseueratio tua, qa oīa peccata remittenē ei, & qui dixerit, inquit uerbū contra filium hominis, remitteē ei. Ergo siue in deum siue in Christū peccetur, remitteē hominibus. Omnia eīn peccata cōplexus est, præter in spiritūsanctum. Itaq̨ non hoc peccatū uult intelligi, quod peccatur in deum, hoc esse & in spiritūsanctū: si enim hoc esset, nō utiq̨ istud exciperet. Qm̄ ergo
B aliud peccatū significat, cū blasphematur in spiritumsanctū: ad personam enim pertinet hoc dictū, non ad naturā spiritussancti, siue iam credentibus per pœnitentiā, siue futuris credētibus per baptismum, omnia remittētur peccata. Quòd aūt in spiritumsanctū peccauerunt Iudæi, alia causa est, & quæ ad tēpus illud pertinuit, Vnde nō illis hoc remitti, nec hic, neq̨ in futurū ostendit. Nō enim errore peccauerunt in spiritūsanctū, sed maleuolentia. Scientes eīn prudentesq̨ opera quæ uiderunt in gestis saluatoris, dei esse, ut populum à fide eius auerterent, hæc simulabant esse principis dæmo-
niorū. Hinc est unde dicit eis dñs, Vos habetis cla- Luc.11
uem scientiæ, & nec uos intratis, nec alios sinitis intrare. Hæc ergo sententia cōtra maleuolos prolata est, quibus remediū inueniri non potest ut sal-
C uentur. Nihil est enim hoc crimine grauius, fingit enim falsum esse, q̨ scit esse uerū. Iudæi eīn qui sub dei lege esse uidebātur, quibusq̨ facta promissio Christi est, uidētes magnalia, & intelligentes hoc esse quod promiserat deus, inuidia cæcati sunt ut hoc esse negarent, & nō solū negarent, sed & persequerenē usq̨ ad mortē. Non ergo dignū est, istis peccatū hoc unquā debere remitti, qui consciētia sua teste, deo cui se deuotos dicebāt, ausi sunt repugnare. Vt aūt in deū uel in Christum peccetur, diuersę sunt causæ. Aut enim aliquis dū felicitati alterius inuidet, dolore humilitatis suæ insurgit in creatorē: aut aliquid repentinū passus quod sit aduersum, in iracundiam excitatus, in parentē iniuriosus existit. Christi aūt incarnatio etiam ad iniuri-
D am prouocat. Dum enim ignorant homines sacramentum incarnati Christi, blasphemant, indignū ducentes si filius dei qui incorporalis & simplicis naturæ est, hominum more natus dicaē, Blasphemant ergo qui ignorāt mysterium. Quamobrem cōuersis his porrigenda est manus, quia sic contra uerū existunt, dum pro uero se facere arbitrantur. Tortus huiusmodi & exungulatus hoc uerū esse dicit quod persequebaē. Supramemorati aūt Iudęi aliud senserunt & aliud egerunt, qui sine iudice & carnifice cōsciētia sua teste semper torquentur. Qui enim per errorē inimicus existit uero, cū cōuersus fuerit, gaudet cognouisse se ueritatē: maleuolus autē non habet quod emēdet: si enim con

uerteris

uerterit se, incipiet uerũ dicere quod prius falsum
esse nõ nesciebat. Spiritui aũt sancto ut fiat iniuria A
causa nulla extitit: officiũ ẽm eius offensionẽ non
parit, quia in uirtute signorũ & prodigiorũ appa-
ret. Quis ẽm insibilare cõtra eũ audeat, uidẽs mor
tuos excitatos? Aut quis irascatur ei cuius effe-
ctu uideat currẽtes paralyticos, cæcũ lumen acci-
pere, surdum audire? Aut quõ non amabit eum,
quẽ uideat spũs immundos eijcere, leprosos mun
dare, & simul oẽs infirmitates curare? Huic Iudæi
maluerunt iniuriã facere, opus eius dicentes opus
esse dæmoniorũ, dũmodo inuidiam atq; odiũ con
tra saluatorẽ exercẽtes explerẽt: idcirco neq; hic
neq; in futurũ hoc peccatũ remitti eis ostẽdit. Sed
Nouatianus maiora, inquit, crimina nominatim
non remitti probant̃, id est idololatria & fornica-
tio post lauacrũ, Idcirco ẽm in baptismo ait, simul
omnia remittunt̃ peccata, ut de cætero si quid gra B
ue cõmiserint, nullo modo ueniam consequant̃:
quia post acceptũ spiritũsanctũ, quod contra spi-
ritumsanctũ est admitti nõ debet. Quis neget pec
cari nunq; debere, si esset possibile? Porrò autem
sciens deus fragile genus humanũ, semper reme-
dijs salutarib. prosecutus est eos, ut post peccata
haberẽt quõ se repararẽt. Si aũt spũs datus prohi-
bet peccantibus dari pœnitentiã, nulla prouiden-
tia est in nouo testamento, & melius uidebitur ue
teribus prouisum, quib. medicina ista minime est
denegata. Et quõ maior gratia est in nouo q̃ in ue
teri? Nam hoc inimici est, qui sciẽs hominib. aliter
prouideri non posse ut perueniant ad salutẽ q̃ in-
teruentu pœnitentiæ spiritũsanctũ dari, cui si iniu
ria facta fuerit metu aliquo, aut per aliquẽ errorẽ,
iam satisfactio locum nõ habeat reformãdi homi
nem. Hoc est occasionem quęsisse perdẽdi homi- C
Luc. 9 nes non saluandi. Sed absit, quia dñs ait, Filius ho-
minis non uenit animas perdere, sed saluare. Nam
si nobis peccata quæ in nos peccamus inuicem, si
Matt. 18 conuertamur, septuagiessepties remitti à nobis al
terutrum præcepit deus, quanto magis ipse si in il
lum peccetur ignoscit cõuersis? Omnẽ enim pec
catorẽ cõuerti uult, Vnde Apostolus, fornicarijs
1 Cor. 12 & immundis remissum probat dicẽs, Ne forte ue
niens lugeam multos ex his qui ante peccauerũt
& nõ egerunt pœnitẽtiã super immundicia & for
nicatione quã gesserũt. Probat quosdã egisse pœ-
nitentiã, de quibus nõ dolet, sed gaudet. Aliquos
aũt significat nõ egisse fornicatiõis suæ pœnitenti D
am, propter quod & lugere se eos dicit, non perti-
nẽtes ad uitã, quia nõ egerũt pœnitentiã. Si enim
huiusmodi criminis in hac uita semper agẽda pœ-
nitentia esset, non diceret lugere se eos, quia non
egerunt, sed quia nõ agũt. Scientes aũt hæc, incipi
ent peragere pœnitentiã, quia nõ egerunt. Hoc e-
nim uolebat ut ueniens ad eos pacẽ haberet cum
cõmunione eorũ. Ecce probatum est, fornicarijs
post actam pœnitentiã cõmunicandum esse. Non
enim potest illis cõmunicari quandiu agunt. Tũc
autẽ cõmunicandum est cum desinunt agere iudi
cio ecclesiæ. Nunc superest uidere an specialiter
idololatris posse remitti ꝓbemus. Legimus ẽm in

Apocalypsi beati Ioãnis apostoli pœnitẽtiã super
A idololatriã prædicari. Cõmonẽtur ẽm Episcopi,
quos angelos uocat, id est nũcios, sicut & b. Pau-
lus apostol. ait, Sicut angelũ dei accepistis me, ut Gal. 4
peccantib. dent pœnitẽtiã, nec eos patiant̃ mini-
me cõmoneri q scãdala faciũt in ecclesia, cũ sint &
ipsi de ecclesia. Dicit ergo: & angelo Pergami Ec Apoc. 2
clesię scribe, Hæc dicit, qui haber gladiũ ex utraq;
parte acutũ, Scio ubi habitas, ubi sedes est satanæ:
Et tenes nomẽ meũ, & nõ negasti fidẽ meã, in die-
bus quibus Antipas testis meus fidelissimus occi
sus est apud uos ubi satanas habitat: sed habeo ad-
uersus te pauca, quia habes illic tenẽtes doctrinã
Balaã qui docebat Balac mittere scandalũ sub o- Num. 24
culis filiorũ Israel, mãducare delibata & fornicari:
ita & tu habes tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ, Simi
liter age pœnitentiã. Hãc dicit esse doctrinã Nico
laitarũ quæ fuit in Balaã, id est idololatriã & forni
B cationẽ, de qua iubet agi pœnitentiã. Et quia ho-
minibus ecclesię loquit̃, ostẽdit dicens, Hæc dicit
spiritus ecclesiis. Quis aũt fructus est pœnitentiæ
ita significat, Vincẽti, inquit, dabo mãducare man
na q̃d est absconditũ, ut per pœnitentiã quisquis
uincat peccata. Quid est ẽm pœnitere, nisi dolere
præterita, & de cętero tẽperare ab his quæ admise
rat? Et angelo Thiatyræ Ecclesię scribe, Hęc dicit
filius dei qui habet oculos sicut flãmam ignis, &
pedes eius similes æramento Tyrino, Scio opera
tua & dilectionẽ & fidẽ & ministeriũ & patientiã
& opera tua nouissima meliora prioribus, Sed ha
beo aduersum te, q͛ sinis mulierẽ Iezabel, quæ se
dicit Propheram & docet & seducet seruos meos
fornicari & mãducare immolata idolis: & dedi ei
tẽpus ad pœnitẽdũ, & noluit agere pœnitẽtiã de
C fornicatione sua. Ecce mittã illã in lectũ, & adulte
ros eius cum illa in tribulatiõe magna, nisi egerint
pœnitentiã factorũ suorũ, & natos eius occidam
morte: & scient omnes ecclesię, quia ego sum qui
scrutor renes & corda, & dabo unicuiq; uestrũ se-
cundum opera sua. Vobis aũt dico & cæteris qui
Thiatyræ estis, qui hanc doctrinã non habetis, &
ignoratis altitudinẽ satanæ, sicut dicunt, non mit-
to in uos aliud pondus, Verũ tenete quod habetis
donec ueniã, Vincenti aũt & seruanti opera mea
usq; in finem, dabo ei potestatẽ super gentes. Sub
una epistola data ad ecclesiã Thiatyrã, duplicem
Nouatianæ hęresis cõfundit & explodit errorem:
D & pœnitẽtib. ẽm idololatriæ causa fructũ promit-
tit, & in una ecclesia malos nõ cõtaminare bonos
ostendit, cum unius utiq; essent cõmunionis: nec
enim extra ecclesiã positis scribebat dicens, Qui
habet aures, inquit, audiat quod dicit spiritus Ec-
clesiis. Simili erenim modo apostolus Paulus, Sci Rom. 3
mus enim, inquit, quia quæcunq; lex loquitur, his
qui sub lege sunt loquitur. Et alio loco, Quid ẽm, 1. Cor. 5
inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnius
ergo ecclesiæ homines, partim ad pœnitentiam
prouocat, partim collaudat dicens, Vobis au- Apoc. 2
tem dico cæteris qui Thiatyræ estis, quicunq; non
habetis doctrinam istam, id est, idololatrię, tenere
quod habetis donec ueniam; hoc est perseuerate
usq;

usq; ad finē, quia qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Similiter & qui perseuerauerit in malo, dānabit̄. Ac per hoc sicut iustitia iusti nō liberabit eū in die qua errauerit, sic & iniquitas iniusti nō nocebit ei cū cōuerterit se. Ideo dixit, Sacrificans dijs eradicabit̄: Si aūt cōuerterit, uita uiuet. Si
Matth.10 cut est & illud quod ait dñs, Qui me negauerit, ne gabo eū. Si aūt cōuerterit se, nō poterit negari ab
Psal.142 eo quē cōfitet̄. Hinc est ut diceret in Psalmo, Non iustificabit̄ in cōspectu tuo omnis homo uiuens. Hæc em̄ sententia imputatur homini in qua morit̄ tur, Nā quia in ecclesia mali cū bonis futuri essent usq; ad iudiciū dei, ipse deus significauit, dicēs, Si-
Matth.13 mile est regnū cœlorū reti misso in mare, quod ex omni genere piscium collegit. Cum aūt uenissent ad littus, bonos segregauerunt in uasa sua, malos aūt foras miserunt: Sic erit in cōsummatione secu-
Mat.22 li, exibunt angeli & segregabunt de regno dei omnia scādala, & eos qui iniquitatē faciunt. Hæc causa significat̄ etiā in illo qui inter discūbentes inuētus est non habēs uestimentū nuptiale, quem solum proiectū de cœtu ostendit, quia crimen indignitatis eius nō polluit cæteros: & quia hæc indignitas eius designata est, eo q̧ uestimentum nō habuerit nuptiale, manifestus fuit cæteris. Videbant em̄ eum inter se aliud esse uestitū. Hinc
2 Tim.2 est unde Paulus Apostolus, In magna aūt, inquit, domo, non solum sunt uasa aurea & argētea, sed & lignea & fictilia. Istud propter Hymeneum & Philetū posuit, qui cū essent ex Ecclesia, peruerse de resurrectione sentiebāt: sicut aliqui de Corinthiorum ecclesia resurrectionē negabant. Sed hāc domū magnā Nouatianus mundū significat intelligendū, non Ecclesiā, ne in una ecclesia malos cū bonis, mundos cum immundis cogatur asserere. Quod facile puto conuelli. In una em̄ domo oēs sub uno sunt nomine: q̄uis enim moribus diuersi sunt, uno tamē domini sui nomine cēsent̄ & professione. Mundus aūt hic diuersæ professionis cōtinet homines, ita ut dispares profiteant̄ se habere & deos & dominos. Vides ergo non hoc potuisse dici de mundo, sed de Ecclesia, in qua sub uno degentes nomine, diuersi sunt actu. Quod quidem Nouatianum non ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suæ iustas querimonias nō habebat, ne aperte erubesceret, argumenta quædam sibi conflauit per malam legis interpretationē, quibus excusare niteretur & tegere liuoris sui inuidā uoluntatē. Deniq; respondet ad hęc quæ diximus dicēs, Nec ego renuo agēdam pœnitentiā admissæ idololatriæ, sed ego remittere nō audeo, quia crimen hoc ab eo remittēdum est in quem admissum est, Hæc autem cum dolo respōdet. Interpretationib. em̄ suis detegitur, quib. fraus eius apparet. Quan-
Matth.10 do em̄ dicit, scriptū est, Qui me negauerit, & ego negabo eū: & mentiri nō potest cuius uerba sunt: pœnitentiā quam agēndam dicit, inanē & infructuosam ostēdit. Si enim sententia data est, & non fallit qui dedit, quid excruciare compellis hominē lamentationib. & gemitibus, qui huius rei effectum, aut denegas, aut scire te minime profiteris?

Om̄is em̄ qui consiliū alicui dat, ad hoc utiq; dat,
A ut quid ex eo proficere possit prædicet. Sed quia tu Nouatiane dolose hoc profiteris, ad illudendas mentes hominū agendā pœnitentiā dicis. Sciens enim aperte hoc negari nō posse, subtiliter facis, quia nō uoce, sed effectu pœnitentiā amputas. Omnem certē qui idolis sacrificauerit, in spūm sanctum dicis peccare, cui neq; hic, neq; in futurum peccatū hoc remitti per legis uerba cōtēdis. Quo modo ergo huius delicti agendā pœnitentiā dicis, nisi quia fallis, sicut supra ostendi? Sed soles alio dolo fraudē hanc uelle cōtegere, dicēs eodem sensu etiā Petrū apostolū dixisse Simoni, Age pœ- Act.8
nitentiā ab hac malitia tua, si forte remittat̄ tibi. Sed cōtuens apostolus Petrus ueterē & uenenatā malitiam hominis & peramarā, idcirco dubiū de-
B dit responsum. Quis em̄ mortaliū sic peccauit, ut donum dei pecunia uellet mercari? Maleuolētiæ ergo respōsum istud datū est, nō errori. Hæc est enim quæ remediū nō habet, quia nec error est, nec per quā excuset̄ necessitas, ut possit per fletum ad ueniā peruenire. Si in tali itaq; causa aliqui fuerint inuēti, hoc audiāt q̄d audiuit & Simon. Nam ideo dubie respōdit ei apost. Petrus dicens: In felle em̄ amaritudinis & in obligatione iniquitatis uideo te esse. Si ergo in tā graui causa, & quæ sine remedio uideat̄, dubie responsum est, ambiguū nō est, eis qui errore aut necessitate aliqua in deū peccāt posse remitti si congruam pœnitentiā agant. Hoc enim cōcessum est iuri ecclesiastico ab autore, ut & pœnitentiā det & post pœnitentiā recipiat. Et adhuc est aliquid quod deprehendit Nouatianus,
C Cur, inquit, corpus domini tradunt eis quos nouerunt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si aūt accusati fuerint & manifestati, potuerunt abijci. Nam quis iudex accusantis sumat personā? Nam si ipse dominus Iudam Ioan.13
passus est quem sciebat furem esse & ea quæ mittebantur exportare, nec eum qui accusatus non est, abiecit: hoc exemplo uti oportet, ut eum abijcere non liceat qui publice detectus non fuerit. Nam nec iusto uiro cōpetit aliquē accusare. Vnde Mat- Matt.1
thæus, Ioseph cū esset, inquit, homo iustus & nollet eam traducere, uoluit eam occulte dimittere. Iudas ergo cum esset inter discipulos, contagione
D sua non eos maculauit, dissentientes utiq; à furtis eius, & eucharistiā inter eos accipiens nō polluit innocentes. Nec dominus ei quem latronem sciebat corpus suum denegabat, quia secundū Apostolum, Qui indigne sumit, gladiū sibi sumit. Vn- 1 Cor.11
de nec ab oculis eius se auertit. Peccatores etenim eos polluunt qui consentiunt malis eorum. Vnde dictū est, Videbas furem & cōcurrebas cū Psal.49
eo. Hinc est unde Apostolus plebē Corinthiorū 1 Cor.5
arguit, propterea q̧ illū qui publice uxorē patris habebat, non corriperent aut euitarēt, ut se emendaret, dicēs, Nescitis quia modicū fermentū totā massam corrūpit? Cum enim nō esset dux aliquis aut præpositus ecclesiæ, plebis erat corripere eum quē uidebāt tā turpiter & obscœne inter eos conuersari. Ac per hoc quasi cōsentiētes eos crimini

eius Apostolus arguit. Nec enim in hac re accusatore opus, aut testibus. Publice enim nouercã suã loco uxoris habebat. Itaq; quantum ad causam nostram pertinet exposuimus rationem, nõ alios criminantes, sed nos defendentes. Nouatiani aũt obtestor cõsciẽtiã qui nos semper accusat, si sanctos scit esse omnes quos secũ habet. Intantũ aũt irascitur nobis, ut & Christianos nos neget, cũ sciat nos ea fide initiatos de qua ipse præsumit. Christianũ certe professio facit & uita, Si ergo uides hominẽ ea profiteri quæ tu, & non dissimilem esse in uita, quare negas esse eũ quod tu es? Certe qui dicit do-
1 Cor.12 minũ Iesum, in spiritusancto dicit, uerum enim dicit, Omnis eñ ueritas de deo est, Cur non assentis uera dicẽti, sed negas fatenti? Deinde contradicis non ratione sed furore, Nũquid non inimicus dei uideris, qui uera de dño deo profitenti resistis? Nunquid paganus, audiẽs aliquẽ idola dicentem esse deos, negat paganũ esse? Cur tu negas Christianũ quem audis uerba integræ fidei profitentẽ,
Rom.10 cum legas, Corde creditur ad iustitiã, ore aũt confessio fit ad salutẽ? At tu ut inimicus, quod per iracundiam non uides, deo repugnas, negãs hoc con-
Lucæ 12 fitentẽ habere salutẽ, cũ dñs dicat, Quicũq; me cõfessus fuerit, & ego eũ. Nũquid ait, si Nouatianus me fuerit cõfessus: sed tu hoc sic astruis, ut tibi hoc defendere uidearis, ut is saluetur qui non Christianus tantũ, sed qui fuerit & Nouatianus. Sed si in Christo facta cõfessio dat salutem, ubicunq; apud quoscunq; integra fuerit hæc confessio, habet salutem. Itaq; si confessionis huius traditio corrupta est apud nos, aut sensus immutatus, recte accusas. Si enim hæc manet in nobis sicut & in re, nos negando, & te negare uideris. Sed fidei ministros accusas, Fac uerum esse, quis probare non possis, Qui tamẽ ab his audierunt, uerum est quod audierunt, an falsum? Nec enim si uitiosus uerũ dixerit, non erit uerum, quia à uitioso dictũ est, cũ alia causa sit cõuersatiõis & alia professionis. Nónne persecutor odio Christiani nominis professionẽ persequitur, non conuersationẽ? Primo in illo sciens hoc proficere religiõi, cũ cõfitemur esse nos Christianos, sacrilegus cõfitẽtib. nobis credit quod nõ uult audire, quia odit, Tu autẽ cum eiusdem professionis sis & signaculi, nõ credis cõfitẽtibus nobis quæ ipse confiteris. Si aliter nos renatos scires quàm tu renatus es, recte non crederes hoc nos esse quod tu es. Vt quid à sacrilego persecutionem patior, si nõ hoc sum quod tu es? Nam si hoc de me profiterer quod tu de me dicis, persecutionem non paterer. Ac postremũ mihi credendum est de me, non tibi, Meã enim professionẽ quærit iudex, non tuã de me. Quid ergo me cõfitentem tu negas, cum uerũ sit, in hac causa nõ alienũ testimoniũ, sed meã professionẽ requiri, aut pro me, aut cõtra me. Nolebã pro nomine torquere te cõtra me, ut appareret si uera confitentẽ & tu negares contra me, aut cui crederet, Dolo eñ hoc proponis, ut iustam causam uidearis habere schismatis. Nam nõ ignoras in hac re meam de me testificationẽ requiri, non alienam, & hoc uerũ haberi, quod ego fuero cõfessus, non quod alter negaue-
A rit. Manifestũ est utiq; liberos esse eos, qui amore Christi nõ disquitẽtes hominũ actus, ad fidẽ eius consequendam cõcurrunt: hoc eorum probantes quod sibi utile norũt, id est ut traditionẽ fidei, quę de Christo est, cõsequantur. Nã qui præter mysterium aliquid aliud in hac re putat homini necessarium, traditioni facit iniuriã: Minus eñ sentit de gratia dei. Quãdo enim nisi meritũ hominis affuerit, negat donũ dei ꝓficere posse deuoto sibi, aut potiorẽ, aut parẽ facit hominẽ ipsi traditioni, cum lõge sit meritum hominis ab hoc officio. Sicut de
hac eadẽ re dicit apostolus Paulus, Ego plantaui, 1 Cor.3
Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit. Itaq; nec qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed q incrementũ dat deus. Quõ in hac re aliquid de ho-
B mine sperandũ est, cũ uera data sint quæ tradant? Videamus itaq; quid ꝓderit si boni meriti fuerit, aut quid oberit si mali fuerit meriti. Accedẽs uerba dei audire desiderat, quib. fidẽ cõmendans salutẽ se credit accipere. Quid facit in hac re, si bonæ aut malæ uitæ sit qui uerba solẽnia tradit, cum fides deuota quæraſ percipientis, ut ea quæ audit toto animo credat? Nunquid si malæ uitæ sit qui tradit, impedimẽtũ faciet percipiẽti, ut nõ credat quæ audit credẽda, ut peccatũ eius intret in cor eius ne credat: aut deus qui iustus est despicere habet deuotũ sibi ꝓpter peccatũ eius, quẽ ipse patiẽ esse in ordine? Nec homo sic iudicat, quem cõstat falli frequẽter, aut esse gratiosum: si ita esset, & homo causam suam ageret, nónne diceret deo: Quis
C sit iste cuius causa me despicis, nescio: Ego ad eũ tui causa accessi, quia tuus dicebaſ antistes: te quęsiui, te desideraui, tibi credidi, de homine nihil speraui. Quare ergo mala eius mihi obsint, quẽ nescirẽ nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent ꝓficere, iustum uidereſ forte ut & mala eius obessent mihi. Sed sicut bona eius si dubie credidissem, nihil proderãt mihi, ita & mala eius nihil obesse mihi debẽt bene credẽti. Ego enim uerbis eius fidẽ dedi, quæ à te data dicunſ. Quicũq; te inspirãte loquũtur, de te ꝓmittũt: huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei quę ex te est, me copulaui. Secũdum hæc integra est causa credẽtis. Aduocatorum enim more accepi antistites. Nũquid si malæ uitæ sit aduocatus, cõtra susceptũ eius pronuncia-
D bitur? hoc est officiũ aduocati, ut secundũ iuris ordinẽ, suscepti sui causam peroret. Nũquid poterit uita eius, si turpis est, obesse causæ suscepti? Persõna enim aduocati nec obesse nec prodesse poterit qualis enim fuerit causa, sic & respondebiſ ei. Sic sunt & qui uolũt Christiani fieri, accedunt antistitem, dicunt ei uota sua. Ille facit uerba iuris Ecclesiastici: si uera uota sunt, suscipiuntur à iudice: in quo ille aut obesse poterit, aut ꝓdesse? quippe cũ nec causam suscepti sui norit. Deo enim iudici soli cognitũ est, quis, qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio: iudicis autẽ, aut suscipere, aut renuere causam suscepti. Ipse eñ
inuenitur dixisse: Filia fides tua te saluã fecit. Vi- Matth.9
des itaq; nullius adiutorio, sed unũquenq; fide sua saluari

saluari. Hoc eñ deus decreuit fidei, ut si non dubi
tet, omne quod uoluerit cõsequat̃. Tu tamen non
ut amicus, sed quasi inimicus Christi, populũ sub
tuo nomine cõgregasti, ut non sint Christiani nisi
fuerint & Nouatiani, cũ Apostolus cõdemnet, si
1 Cor. 3 quis dicat se Paulianũ, aut alterius alicuius: sed tu
potiorẽ te iudicãs, super Christi nomẽ tuũ posui-
sti, quasi ille nõ sufficeret ad ꝓtuẽdã Ecclesiam suã.
CIII Quomodo in Leuitico dñs sacrificia & libami-
Leuit. 1 na offerenda præcepit, quæ alibi respuit? Cum
constet in Leuitico de sacrificijs offerendis domi-
num mãdasse patribus, ut offerrẽt libamina uel sa-
crificia, siue holocausta, Deniq; sic dicit per Hiere
Hiere. 7 miam prophetã, Hæc dicit dominus, Holocausta
uestra cõgregate cum sacrificijs uestris, & mandu
cate carnes, q̃a non sum locutus ad patres uestros
neq; mandaui illis qua die eduxi illos de terra Æ-
gypti. De holocaustis & sacrificijs, si penitus ad-
uertas, nõ est de hac re facere quæstionẽ: nec men
titum dominũ aut immutatũ putes, ut mandaret,
& postea denegaret. De huiusmodi eñ sacrificijs
& libaminib. seu holocaustis nihil inuenit̃ mãdas-
Duo genera se, de quibus nunc se locutũ testatur. Duo etenim
sacrificiorum genera sacrificiorũ aduerte, unum quod per sin-
gula genera offerri mandatũ est, & aliud quod uo
luntariũ dictũ est. Illud ergo quod per diuersa ge-
nera, siue pro peccatis, siue ꝓ primogenitis offer-
ri præceptũ est. quid & quale & quõ offerendum
esset, mandatũ est. Sacrificiũ aũt uoluntarium non
utiq; mandatum est, quia arbitrio remissum est: ut
si aliquis uoluisset offerre, q̃d illi uisum fuisset of-
ferret: uoluntaria eñ erant hæc sacrificia. Et quia
negligenter & improuide hæc offerebant, nõ de-
liberantes, quia qui offerret potẽtiori, munera ele
cta offerret: idcirco dicitur eis, Non mandaui uo-
bis de his: sed si uultis, debetis quæ digna sunt of-
ferre. Sic etenim inuenitur & Cain peccasse, cum
non considerat deo hæc deberi offerri, quæ potio
ra sunt. Cum enim ad propitiandũ deum hęc offer
re se dicerẽt, in eo ipso prouocabant deum ad in-
dignationẽ, ut in id quod dicerent se bene facere,
peccarẽt offerẽtes deo holocausta indigna. Vnde
Malach. 1 dicit in Malachia ꝓpheta, Si adducatis ad uictimã
cæcum aut claudum aut ægrum, non est bonum.
Offer aũt ea duci aut præposito tuo, si suscipiet te,
dicit dñs omnipotens. Hinc est ut per Esaiam de
Esa. 1 eadem re queratur deus, dicens, Quo mihi oues
holocausti tui? Neque in sacrificijs tuis honorasti
me. Non enim ad hoc te feci, ut laborares in thure
aut ut mercareris mihi argento incensum, nec adi
pem sacrificiorum tuorum concupiui: in peccatis
autem tuis & iniquitatibus astitisti mihi. Manife-
stum est itaq; ortas esse querelas: quia cum uolun
taria sacrificia offerrent, non in his deum honora
bant, offerentes indigna, cum hæc utiq; nõ essent
necessitatis. Si enim mãdata fuissent, necessitate
uidebantur qualiacũq; offerre. Quando autem ar
bitrio suo hæc offerebant, talia debebant offerre,
ex quibus exequiũ in se dei ostenderent. Sed quia
animus illorũ cupiditate idolorũ errabat, inconsi-
derate hæc agebãt. Igit̃ duplici genere exprobran
tur, quia & inique agentes, deo audebant offerre:
A & quæ indigna erant, offerebant: Cũ iniqui actus
nõ sacrificijs redimant̃, sed lamentatione & mise-
ricordia. Vnde dicit Dauid cum peccasset, Si uo-
luisses, sacrificia dedissem: utiq; holocaustis nõ de Psal. 50
lectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus, &
cor contritũ & humiliatũ deus nõ spernit. Deniq;
dicit Samuel ad Saul, qui cũ contempsisset pręce-
ptum domini, sacrificio deũ putabat posse placa-
ri. Non enim, inquit, uult deus sacrificiũ magis, q̃ 1 Reg. 15
audiri uocem suã. Et scriptura dicit: Misericordiã
uolo plus q̃ sacrificiũ. Iudæi cum iniusti essent & Osee 6
immisericordes, oblationibus propicium deũ fie-
ri arbitrabant̃: sicut & nunc quidã spernẽtes iusti-
tiam, oblationibus laudari se putãt. Bona est ergo
oblatio, si seruet̃ iustitia, & nõ negligatur miseri-
B cordia: quia quod nobis petimus, & alijs præstare
debemus. Si in Euãgelio Lucæ dominus nun- CIIII
ciãs bellum Iudaicum aduersum se futurum dixit Luc. 22
discipulis suis, ut gladios sibi pararẽt: quõ postq̃
inceptum esset bellum duce Scariothe, & uidens
Petrus Apostolus insurgẽtes hostes, protulit gla-
dium, & amputauit auriculam serui sacerdotũ, do
minus idem uetuit? Sciens dominus bellum Iu
daicum aduersus se futurum, dixit discipulis suis
ut gladios sibi pararent: quo facto, cum cœptum
esset bellum duce Iuda Scariothe, uidens Petrus
Apostolus insurgentes hostes, protulit gladium,
& amputauit auriculã serui sacerdotum. Tũc do-
minus iussit Petro, ut reconderet gladiũ in thecã
suam. Omnis enim, inquit, qui accipit gladiũ, gla- Matt. 26
dio peribit. Vt quid parari iussit, qui ꝓhibuit per-
C cutere: reum etiam mortis designãs eum, qui per-
cussit gladio, cum non utiq; iniuste uideatur Apo
stolus percussisse? Quantum enim pertinet ad Pe
trum, percussit eum quem contra se armatũ uide-
bat. Resistere enim debuit ingratis seruis, et ad do
minum necandum armatis. Si singula mẽbra in-
spicias caute, cuius uis patefieri rationẽ, inuenies
& alia quæ requires his dictis. Quid enim opus e-
rat, ut hic qui spiritali fretus erat uirtute, gladios
iuberet parari carnales: & qui prius iussit, in uia
nec peram ferri, nec pecuniã, nec uirgam, nunc iu
beret haberi, quæ prius prohibuit. Incipiamus er-
go cur gladios iusserit parari, & occidi prohibue-
D rit, explanare. Nõ solum enim inimicorũ, uerum-
etiam ipsorũ discipulorũ suorũ causa, ad superuen
turũ bellũ arma procurari pręcepit. Noua enim et
mirabilis res futura erat, ut is qui noua & inaudi-
ta signa faciebat, sic subito humiliaret̃, ut & uerbe
ribus subijceretur & morti. Ne ergo uelut impræ-
scius hæc pati uideret̃, & à quo forte uirtus reces-
sisset, hæc omnia sic prædixit, ut non dubitaret de
his, sed præscius cõtra hæc se pararet: & quia uolũ
tate humiliatus est, nõ resistere acrius inimicis iu-
beret: in tantũ seipsum esse qui fuerat ostendẽs, ut
iam detentus, aurẽ, quæ abscisa fuerat, restitueret,
ut quod gladio operante deciderat, redderet: non
quasi carnalis utiq; medicus, sed quasi corporum
conditor opus suum truncatũ refinxit. Nec enim
possunt medici abscisa corporis membra repara-

re. Vt aūt dei uirtus in illo nō diminuta, sed ita ut fuerat inesse uideret, & illud firmaret q̄d dixerat, A
Ioan.10 Potestatē habeo ponēdi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam: hac ergo causa gladios parari, nō tamen occidi iussit. Nūc illud ostēdere superest, quare cōtuens factū Apostoli Petri, eū
Matth.26 qui gladio usus fuerit, gladio dixit perire, cum nō iniuste percussisse uideat. Nam sic ut significatur
Luc.22 in Luca, ipso dn̄o permittente percussit, & sic pro hibitus hęc audiuit. Ideo etenim permissum est, ut & uindicare se posse uideret, sed nolle: et ut uirtus ostēderet in eo manere, in quo fuerat, ut in utroq; uindicare se posse non ambigeretur: inimici uero pro certo haberent datā sibi ab eo potestatem, ut hoc facerent. Nō em̄ uictus apparebat, sed tradēs se uoluntati eorū. Quare ergo sentētia data est, ut qui gladium accipit, gladio pereat: nisi quod nulli licet, excepto iudice, quenquā gladio occidere? B Apostolo aūt Petro usq; ad hoc permissum est, ut dolorē faceret, non quod occideret. Ob hoc enim audiuit, ne iterum percuteret. Didicit prӕterea, quia Christianis iam factis occidere non licet. In misericordia enim positis, lege iuris mundo credi ti uti non licet aspere. Illud aūt quod ante cuntib. in uia discipulis, mandasse uidet, ut nihil tollerent in uia, pacis est causa, & gratia uirtutū, & affabilitas doctrinӕ. Quid enim opus erat tollere aliquid in uia, quibus signorum causa omnia offerenda erant? At ubi tempus, quo se pati permisit, aduenit, propter quod rixa magis quam bellum imminebat, armatos iubet esse discipulos: nō ut repugnaret qui pati uolebat, sed, ut dixi, ut prӕiudicium se huius rei, & in potestate habere passionē suam osten deret: humiliaret autem se humanӕ salutis causa, quod suo loco dicet. Quō prophetia quadret C
CV
Luca 21 cum Euāgelio, de obscuratione Solis & quibusdā alijs. Cum in primo aduentu domini prӕdictū sit, quia contenebraretur Sol in passione eius, eadem hora qua factū probatur, id est meridie. Sic
Amos 8 enim scriptum est in Amos propheta, Et erit in illa die, dicit dominus, occidet Sol in meridie, & cō tenebrescet super terrā dies lucis. Illo ergo die à sexta hora contenebratus est Sol usq; ad horam nonam, & ita completa est prophetia supradicti Prophetӕ. Imago huius rei, quӕ futura est in aduentu domini secundo, in passione domini est ostensa: quia in fine, cum cœperit dn̄s aduenire ut iudicet mundum, soluentur luminaria ab officio suo, di- D
Mat.24 cente dn̄o, In illis diebus Sol cōtenebrabit, & Luna non dabit lumen suum. Quod quidem & Iohel propheta non prӕtermisit, ut cum à multis significatur, sine dubio impleri credatur. Ita enim dixit,
Iohelis 2 Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam ueniat dies domini magnus & manifestus. Hoc quantum apparet, secundo aduētui magis congruit: tunc enim omnibus sic aperte mani
Apoc.1 festabitur, dicente scriptura, Tunc uidebit illum omnis oculus, & plangent se super illum omnes tribus terrӕ, & qui illum crucifixerunt. Itaque si in utroq; aduentu hoc continetur, quia Sol conte nebrabitur illis diebus, qui dies ille, quo ampliari

Solem & Lunā cecinit scriptura. Ait em̄ inter cӕ- A tera Esaias, dicēs: Erit q; super omnē montē excel- Esa.30
sum, & in omni loco excelso aqua perambulās in die illa, cum perierint multi, & cum ceciderint tur res: & erit lumen Lunӕ, & lumen Solis: & lux Solis erit septies tantū in die, cū sanabit cōtritionem populi sui: & cętera. Qui dies potest intelligi, quo promisit se dn̄s sanare cōtritionē populi sui. Hunc opinor esse diem, quē pater Ioannis Zacharias ostendit dicens, Benedictus dn̄s deus Israel, quia ui Luca 1
sitauit & fecit redemptionē plebis suӕ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorum prophetarū suorum, qui a seculo sunt. Et liberauit nos de inimicis nostris, & de manu omniū qui oderūt nos, Ad faciendā misericordiā cū patrib. nostris. Et Simeon Actuum
inter cӕtera, Hic positus est, inquit, in ruinā, & in Luc.2
resurrectionē multorū in Israel. Hӕc ruina est Scri B barū & Pharisӕorū & principū Iudęorū, quos pro pheta significauit per turres. His ergo per incredu litatē ruentibus, alij surrexerunt credendo, qui pri us uidebant infirmi, & ӕgri per negligentiā. Vnde Saluator in iudicio, ait, ego ueni in hunc mun- Ioan.9
dum, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cӕci fiant: ut qui per legis culturam & peritiam lumi na uidentur, per incredulitatē cӕcarentur: cӕci uero, id est imperiti uel publicani uiderent, dum cre Esa.53
derent, Quorū infirmitates propheta Saluatorē portaturū prӕdixit. Itaq; hoc tēpore Saluatoris factum est, sicut legitur in Euangelio, quia ipse infir mitates nostras accepit, & uulnera nostra curauit. Quӕ quidem omnia in passione Saluatoris consummata et adimpleta sunt: sic enim salus humani generis, tam apud superos q̄ apud inferos & re- C dempta est & firmata, quia prophetia Zacharię supradicti utrunq; cōprehendit. Et hic enim apud superos liberati sunt à cōtritione inimicorū interuentu misericordiӕ: & illic apud inferos, cum ere pti sunt de tartaro. Cuncti enim qui sperauerunt in promissum Christum, expectabant aduentum eius, ut deuicta morte liberarētur de inferno. Vnde dixit, Ad faciendam misericordiam cum patri- Luc.1
bus nostris. Si quis aūt salutem hanc et in secundo aduentu contineri intelligat, in utroq; tamen aduentu, maxime in secundo, Sol conuertetur in tenebras, & Luna nō dabit fulgorem suum, quomodo ergo augebit Solem & Lunam die, quo uisita- D bit dominus populum suum, aduertemus, quādo utroq; in tempore, quo cœpta liberatio populi & adimpleta est, Solem & Lunam non minui, sed cō tenebrari legamus: nisi planē Solem & Lunā sanctis comparatos intelligamus: sicut in alio loco legimus sanctos luminaribus adӕquatos, & Paulo Apostolo prędicante, quia inter hos homines san cti & in hoc mundo uelut luminaria uideantur. Et in Euāgelio, Tunc iusti, inquit, fulgebunt sicut Matth.13
Sol. Dominus enim opera iusta lumen appellat, Sic enim ait, Luceat lumē uestrum coram homini Matth.5
bus, ut uidentes opera uestra bona, magnificent patrem uestrū qui est in cœlis. Hi ergo, qui omnibus suis relictis, dominū sequunē iustitiӕ & sancti

tatis

tatis causa, Soli & Lunæ cōparantur septies hono
Luc.18 rati, sicut dicit dominus, Nemo est qui relinquat
domū, aut uxorem, aut filios, aut agros, qui nō re-
cipiet septies tantū in hoc seculo. Qui ergo ad prę
sens septies honorant̃, potest intelligi, quia etiam
in futuro septem partibus clariores cæteris futuri
credant̃, ut resurrectio eorum soli cōparetur ac lu
næ, cæterorū uero sicut stellæ sint. Claritas ergo
sanctorū, quæ hic septies honorat̃, in resurrectio-
ne aliud septies cōsequit̃, ut qui hic claritatē lunæ
habet, in futuro solis accipiat claritatē: & qui hic
soli cōparatur, septies tantū futurus credatur acci-
pere. Propheta ergo Esaias solis & lunæ compara
tione sanctorū merita augeri prædixit: nec imme-
rito: si enim ipse dominus sol iustitię dictus est, san
cti autē similes ei erunt, Ioanne apostolo dicente,
1 Ioan.3 Cū enim apparuerit, inquit, similes ei erimus: con
uenienter sanctos in sole esse significatos, septem
tamen partibus maiorem solem q̃ lunam prophe
ta supradictus ostendit. Quādo enim lunam sicut
lumen solis futuram ostendit, solem autem septies
tantum, ad modum utiq; solis septies lunam auge-
ri significat, ut talis sit tūc luna, qualis nūc est sol:
quanuis sanctorū ratio hic uertatur, sub hac tamē
causa luminariū ex parte prodidit quātitatem, ut
post crementū solis & lunæ tantū iterū maior sit,
quantū est sol: & quantū in pręsenti distat sanctus
à sancto, tātum distet in futuro post remuneratio-
CVI nem. Quō intelligenda sunt quæ habent̃ in Ge
Gene.1 nesi, pręcipue de opere sex dierū? In principio fe
cit deus cœlum & terram, Si cœlū in principio fe-
cit, & terrā, Cœlum aūt firmamētū est, sicut in sub-
iectis apparet: non est uerum, quia prior lux facta
est, & sic firmamentum: aliud enim cœlum signifi
care non poterat, quia facturam mundi describit,
deo operāte perfectam. Propterea enim, quod di-
uersis opinionib. homines fallebant̃ in causa mun
di, Moyses deo se inspirante ostendit quæ esset ra
tio mundi. Quibusdam enim uidebatur initiū nō
habere, alijs initiū quidem habere, sed ab angelis
quibusdam fabricatū esse, Nonnullis uero factus
similiter, sed à spiritu quodam, qui est & deus po-
testatis aduersæ, Pauci aūt de origine ueritatis tra
ducem sequentes, deū opificē eius asserebant. Ho
rum ergo causa diuersitatis, qui falsa opinione tra
hebant̃, coactus est Moyses quæ esset causa huius
uera ostēdere, ne filij Israel erepti de potestate Æ-
gyptiorū, à falsa tamen intelligentia eorū liberati
nō essent, Ipsi eñ inter cæteros magni erroris stu-
dium sequebant̃: hi enim antiquitus præ cæteris
uanæ philosophiæ operā dabant. Deniq; Moyses
per id, quod à filia Pharaonis adoptatus uidebat̃,
eruditus est omni sapientia Ægyptiorum. Quid
est ergo quod dicit, In principio fecit deus cœlum
& terram: si enim firmamentū significat secūdum
quod supra ostendimus, uideamus quid dicat. Ar
bitramur, quia Moyses ut omnem errorem infe-
rioris creaturę auferret, impensarum facti mundi
in principio substantias ipsas, ex quibus mundus
constat, factas esse significauit: quia si hoc tacuis-
set, coæternæ fore putarent̃ esse substātiæ deo iu-

gabiles ęstimatæ: ut qui huius rei testimoniū reci-
A pit, ambigere nō possit factū esse mundū, quando
substantias, quæ ad impensas mūdi profecerunt,
initio subiectas fatetur. Igit̃ in principio fecit deus
cœlum & terrā, id est, supernā & infernam substā-
tiam. Superna est, qua constat cœlum: inferna aūt
concretio est quædam feculenta, quæ profecit in-
aridam quæ dicitur terra, & tenebras. Vnde dicit
in Esaia propheta, Ego deus, qui feci lucē, et crea Esa.45
ui tenebras. His ergo creatis, fecit simul substanti-
am: hoc est aquā, tenebras, & terrā ante tempora:
tempora enim sub firmamento sunt. Firmamentū
enim, sicut quibusdā uidet̃, glacies est aquarū. Et
ideo firmamentū dicitur, quia concretis diuinitus
aquis firmatum est, quod ab occulēdo uel cœlan-
do appellatū est cœlū. Itaq; propterea quod aqua
maius sit elementum, prior est significata: & quia
B pars eius profecit in camerā mundi. Terra aūt pa-
uimētum. Quæ quidem & Dauid à spiritusancto
creata fatetur. Ait enim, Et aquæ quę super cœlos Psal.148
sunt, laudent nomen domini, Quia ipse dixit, & fa
cta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Post hæc er
go elementa ante cōpaginationē mundi fecit de-
us lucem, ut opera eius in lucem procederēt, quæ
lux modo disposita, cursum diei expleuit. Facta
est nox iuxta diei modum, quæ similiter impleto
modo spatij, illuminata est aduentu luminis matu
tini: & sic impletus est primus dies, cum cœpit se-
cundus: nox enim diei deputata est, ut simul dicā-
tur unus dies: propterea enim, quod subiectę sunt
tenebræ lumini, autoritate carent, nec possunt nu
merum facere. Triginta etenim dies una luna ap-
C pellant̃, cum secum habeant noctes. Itaq; lucis mi
nisteriū, quo spatiū cōsumit sibi decretū, dies nun
cupatur. Tenebrarū aūt substantia antequā illumi
netur, nox appellat̃. Spatium aūt illud, quod inter
occasum & ortum est, nox est: nō enim tenebrę fa
ciunt noctem, sicut & lux diem, quia tenebræ ma-
nent in sua natura. Lucis aūt accessus facit diē, &
discessus noctem: non immerito ergo subiecta est
nox diei. Luce ergo facta, et cursum duodecim ho
rarum impleto, totidēq; & noctis spatio peracto,
æquinoctiū fuit in primo die: & exinde cœpit di-
es increscere super noctē tribus scilicet mensibus,
qui sunt tēpus Veris: ex eo deinde augmento suo
minuitur dies alijs mensibus tribus, qui sunt tem-
pus ęstatis. Et iterum fit æquinoctium, ita ut ex eo
D nox increscat supra diē alijs mensibus tribus, qui
sunt tēpus autūni. Et incipit iterū nox de magnitu
dine sua, qua supergredit̃ diem, minorari usq; ad
finem quarti temporis, quod est hyems: & fit ęqui
noctium primi temporis, quando deus mundum
creauit, qui dies intelligit̃ esse undecima calendas
Aprilis, quando primus dies Paschæ est, id est pri- Quo die creauerit deus mundum
mus dies primi mensis. In lege enim mandatū est,
ut undecima die primi mensis uespere prępara- Leuit.23
rent se ad Pascha faciēdum quartadecima mensis
die, id est, ab undecimo. Iam enim uesper decimi
diei in undecimum lucet, ut ab undecimo calen-
das Aprilis initiū esset primi mensis. In principio
etenim facta luna fuit quartadecima, quia omnia

plena sunt facta:adde triduũ à decimo uespere, &
hi sunt tres dies ante luminaria quæ fuerunt,ut un A
decimo calendas Aprilis factus sit mundus: quia
numerus lunæ ab undecimo uenit ad tertiũdeci-
mũ, cui Paschæ primus mensis integer est attribu-
tus,ut in Pascha die solenni neq; extra undecimũ
cal.April. sit, neq; extra lunã quartãdecimã, quia
undecima mũdus factus est,quartadecima aũt lu-
na maiori lumine clarior factus est.Inter principiũ
ergo & claritatẽ, qua illuminatus est mundus,sal-
uator noster & passus est & resurrexit: quia quar-
tadecima luna passus est,primo die resurrexit: qui
ideo dominicus dicitˀ, quia ipsum dominus fecit,
qui mutiplicatos mẽses fecit, & tẽpora, & annos.
Vt autẽ uno atq; eodẽ modo minime celebretur,
cursus facit lunæ in decremẽtis & cremẽtis. Ter-
ra autem erat inuisibilis & incõposita, Manifestũ B
est quia terra, postquã facta est, inuisibilis erat &
incõposita:tegebatur enim aquis,ideo erat inuisi-
bilis:incomposita autẽ ideo,quia cum esset fluxa,
non erat apta ad culturã. Et tenebræ erãt super a-
byssum. Tenebras dicit fuisse sup abyssum:id est,
Gen.1 super immensam ex omni parte aquã. Et spiritus
dei superferebatˀ super aquã.Hãc aquã quasi sum-
mitatẽ significat, super quã spiritus dei quia super
ferebatur,ostendit, ut tenebras super infinitã pro-
funditatẽ fuisse significet. Spiritum autem dei su-
per aquas,quia ubi spiritus dei erat, obscuritas nõ
erat: quantũ eñ poterat illuminabat aquã, Abys-
sum autẽ, id est immensam profunditatẽ illumina
re non poterat:hoc est superiores aquas illumina-
bat, & subter erant tenebræ,& super abyssum. Id- C
circo aũt hunc dei spiritũ dicit, non quia sanctum
hunc intelligi uult spiritũ, sed eum super creaturã
hylicam spiritaliter uult intelligi: totum autẽ dei
esse significans, dei hunc, qui super aquas fereba-
tur,spiritũ uocat, ut prauam asseuerationẽ cõuel-
lat, qua quidam utũtur, dicẽtes aliquid esse quod
non sit dei:nam nec ordinis,nec rationis est, ut su
per aquas spiritussanctus fuisse dicatˀ, quia super
omnem creaturã est. Quod enim de deo est,super
omes potestates & principatus, & similiter super
omnes potentias spiritales est. Nõ moueat autem
mentẽ alicuius, quia dei spiritus dicitˀ, cum cõstat
Gen.6 omnia dei esse. Ait enim deus inter cætera factu-
rus diluuiũ,Non permanebit spiritus meus in ho-
minibus istis,quia sunt caro.Et in Ezechiele inter D
Ezech.37 alia, Hæc dicit dominus ossibus istis, Extendam
super uos cutem, & dabo spiritũ meum in uos, &
uiuetis,Nunquid hæc ad officiũ spiritussancti per
tinent,& nõ ad animam? Spiritus ergo hic dei est
quidem, sicut cætera, hylicarũ tamen moderatus
est substantiarũ: ipsius enim ordo est bis præesse.
Luce ergo facta, & cursu diei moderato, & pera-
cto secũdo die, fecit firmamentũ, id est cœlum, ut
lux in terra firmamenti moderaretˀ diem, ut esset
quasi lucerna in domo. Hoc inquam firmamentũ
factũ est ex supradicta aquæ substãtia.Nunc enim
compaginatˀ in specie mũdus, ut de confusione re
rum discretis substantijs,singulæ partes aptarentˀ,
quæ ad membra mundi proficerẽt. Substãtiæ eñ
quas primũ factas esse diximus,impẽsę sunt mun-
do.Et ideo mũdus dicitur,quia res ab inuicẽ sepa-
ratæ quæ erãt cõfusæ,& in speciẽ productæ, mun
dum fecerunt uocari, cuius in fabricã profecerũt.
Firmamẽtũ ergo, id est cœlũ factum est in medio
aquarũ,ut diuideret inter aquã, quæ erat supra fir-
mamentũ, & inter aquã, quæ erat sub firmamẽto:
ut dei uirtute in medio aquarum cõsisteret firma-
mentũ, sub se & intra se & supra se & circa se ha-
bens aquã:ut esset cõcauum de foris, & intra mu-
nitũ,ne aquæ siue interiores siue exteriores pene-
trarẽt concauũ eius, ut esset quasi domus munita
atq; firmata, ut securi essent habitantes in ea. Ter-
tio die iussit congregari aquã quæ erat sub cœlo,
hoc est intra capacitatẽ firmamẽti,in cõgregatio-
nem unã,ut appareret arida,quę est terra, & factũ
est sic:Exhausta enim latitudine terræ factum esse
uelut alueũ, in quo demergeretˀ omnis aqua, quæ
erat intra firmamentũ,& apparuit arida.Receden
te enim aqua, necesse erat terrã apparere uisibilẽ,
quę prius erat inuisibilis.Tunc arida appellata est
terra, & cõgregationes aquarum maria. Et iussit
producere terrã herbã pabuli, & ligna fructifera
ad semen super terrã. Quarto item die iussit deus
fieri luminaria in firmamẽto cœli, ut luceãt super
terram: luminare maius, in inchoationem diei:
& luminare minus, in incboationem noctis, &
stellas.Hæc ad conceptũ & natiuitatẽ & ad nutri-
menta pertinẽt eorũ,quę gignuntur in mundo,&
ad signa tẽporum certis curriculis necessaria, nec
non & ad ornatũ totius mundi. Sicut enim ad or-
namentum domus pertinet,si camera eius habeat
auro distincta laquearia, ita & mũdo ornatũ præ-
stant stellæ diuersa luce fulgẽtes. Luci itaq; quæ fa
cta est, prior est additus splẽdor solis, ita ut conne
xa sint hæc & indiuidua. Nocti autẽ, quæ erat te-
nebrosa, datũ est luminare: & quia quartadecima
fuit luna quãdo facta est, sit, ait, luminare minus,
in inchoationẽ noctis: facta etenim, tota nocte lu
xit.A parte ergo ad totum dictũ est,ad inchoatio-
nem noctis:quia nõ semper uespere lucet. Lumi-
nare autẽ maius, quod solẽ dicimus, manet in ini-
tio diei, quia simul cum luce priore concretus est.
Tribus ergo dieb. sine luminaribus his fuit mun-
dus: nõ enim erãt adhuc quibus proficerent offi-
cia eorũ. At ubi autẽ produxit terra herbam pabu
li,& ligna fructifera, necessaria fuerũt quæ enutri
rent uel conseruarent quæ erãt producta. Quia er
go generatio omnis horũ interuẽtu perficitur, nõ
oportuit prius hæc fieri eorũ effectu quæ produ-
cta de terra sunt, ne per hoc orta putarẽtur: sed il-
la ante facere,ut sic hæc sine his facta esse non am-
bigantur. Quinta deinde die, aquas iussit produ-
cere reptilia animarũ uiuarũ, & uolatilia uolantia
super terram secundũ firmamẽtũ cœli, & factum
est sic. Et inter cætera, Et uidit, inquit, deus quia
bona sunt, & dixit. Crescite & multiplicamini.
Ideo autem adiecit, & uidit deus quia bona sunt,
quia à quibusdã dicũtur mala esse, ut uel sic erube
scant. Quando enim deo & cõditori suo placent,
nulli utiq; debẽt displicere. Nam solẽt dicere stul-

ti

ti, Ideo, inquiũt, uidit, & placuerũt ei, quia ante ne
sciebat. O hebetes, quō nesciuit? Quicqd uoluit,
productũ est. An quis uult quod nescit? Et qui po
test facere, potest dici, quia nescit quod faciat? Et
quod amplius est, nō ipse fecit, sed iussit ut fierẽt:
& qui iussit, nō est huiusmodi uirtutis ut faceret?
Sed quia huic omnia possibilia sunt, iubente hoc
quæ nō poterat, cœpit esse, ut ad huius laudẽ pro-
ficeret. Duplex ergo uirtus est, ut insensibilẽ iube
ret sensibilia ꝓducere. Sexto uero die præcepit, ut
produceret terra animã uiuentẽ, quadrupedia, &
bestias terræ, & factũ est sic, & ꝓducta sunt. Et ui-
dit deus, quia bona sunt, & ualde bona, quia oĩa
necessaria sunt. Supradicta ergo die dixit deus,
Gen.1 Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ no-
stram, & habeat, inquit, potestatẽ super oĩa quæ
facta sunt super terrã. Primum quidem fecit deus
substãtias, ex quibus mundum cōpaginaret, quo
cōpacto, & omnib. ornatibus decorato, & neces-
sarijs honestato, post hoc hominẽ fecit, qui fruere
tur eo, & omnib. quæ in illo sunt. Nam cũ omnia
super terrã ex aquis & terra produci iussisset, ho-
minẽ tamen ut faceret, limũ terræ manibus appre
hendisse describit, ut multum differre hominẽ ab
his quæ fecerat edoceret. Ad honorẽ enim homi-
nis pertinere uult, quãdo eum dei manibus factũ
describit, & factũ ad imaginẽ & similitudinẽ dei,
id est, patris & filij. Quid sit autẽ ad imaginẽ & si-
militudinem dei, quãuis alibi dixerimus, hic tamẽ
locus & causa postulat ut iterũ dicamus. Patris e-
nim ad filiũ uerba sunt dicentis, Faciamus homi-
nem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã: quãquam
in opere utriusq; intelligaẽ persona, dicẽtis & ob-
audiẽtis. Hæc ergo imago dei est in homine, ut u-
nus factus sit quasi dominus, ex quo cæteri oriren
tur, habens imperium dei quasi uicarius eius, quia
oĩs rex dei habet imaginẽ. Ideoq; mulier non est
facta ad dei imaginẽ. Sic etenim dicit, Et fecit de-
us hominẽ, ad imaginẽ dei fecit eum. Hinc est un-
1 Cor.11 de Apostolus, Vir quidẽ, ait, nō debet uelare ca-
put suum, quia imago & gloria dei est: Mulier aũt
ideo uelat, quia non est gloria aut imago dei. Simi
litudo aũt dei hæc est in homine, ut sicut ex patre
filius, sic ex homine mulier. In hoc planè dispar,
quia hæc facta, ille uero natus est. Quibusdã tamẽ
uidetur oĩa simul deũ fecisse. Si eñ uerbo, inqui
unt, fecit, quare non omnia simul fecisse dicatur?
Nam hic hominũ mos est, ut per partes fecisse di-
caẽ. Ad potentiam ergo dei magis facere uideẽ si
uno die omnia ab eo facta dicanẽ. Porrò autẽ ma-
gnã ꝓuidentiã in hoc opere & ordine cōtuemur.
Nam potuit utiq; simul facere cũcta, sed ratio mul
tiformis prohibuit, & sepositis his omnibus, scri-
pturæ diuinæ fides adhibẽda est, quæ dicit, Quia
in sex, inquit, diebus fecit dominus deus tuus cœ-
lum & terrã, mare & oĩa quæ in eis sunt. Primo
enim in loco sic debuerũt fieri, ut sentirẽt ac scirẽt
quia facta sunt: quando eñ non se omnia simul ui
derũt, sed unũ hodie, cras alterũ, cognouerũt ini-
tio se cōtineri, & nullo modo posse æternitatẽ sus-
picari, ubi se partibus inuicẽ recognoscũt. Nam si

omnia simul extitissent, nō esset eis sensus infirmi
A taris, sed putarent se nō cœpisse. Quæ enim uerbo
dei subito simul existũt, nō se fieri sentiunt, nisi a-
liud ante se, aliud post se uidẽdo. Et ne forte illud
quod primũ factũ est putet se infectũ, maiora post
se facta cernẽdo, hoc credit de se quod uidit in al-
tero potiore. Deniq; lumẽ quod dies appellatur,
ante se habet cœlũ & terrã: id est, aquam & aridã.
Cum aũt ipsa aqua & arida & tenebræ cōfusa fa-
cta, æternitatem sibi uendicare nō poterant, quia
nihil horũ statũ & proprietatẽ sibi ausum est uen-
dicare. Sol iterũ & luna cum sint clarissima, ante
se habẽt multa. Ita ergo factũ est, ut potiora poste
riora, anteriora aũt inferiora cũ se uident, nihil ho
rum sibi uẽdicet æternitatem. Prętereaq; sex dieb.
B opus cōsummatũ, totius mũdi ætatẽ in se cōtinet,
ut sex dierũ opera, sex miliũ annorũ haberẽt figu-
ram: quia quod unoquoq; seculo futurũ erat, sex
dierum per ordinẽ operibus cōtineẽ: utpote quia
priorib. seculis tanta cognitio dei in terris nō erat
futura, sine splẽdore anteriores dies uidentur. Vt
aũt ante hominem pecora fierẽt, quia ueteres no-
stri inculti & agrestes pecorum more uicturi erãt:
sextò autem die homo fieret, hæc res fecit, quia in
sexto millenario annorũ aduentus Christi homi-
nem fecit, ne morti esset obnoxius. Vt aũt imago
dei esset homo, quia dono dei coimaginari habe-
ret filio dei, dicente Ioanne apostolo: Scimus, aũt, 1 Ioan.3
inquit, quia cum apparuerit similes ei erimus. Et
C uas electionis: coimaginati, ait, filio dei. Arbor au Rom.8
tem uitæ quæ posita est in paradiso, imago fuit fu-
turæ gratiæ dei, quæ est corpus domini, quod qui
edit, uiuet in æternum. Nam arbor sciẽtiæ boni &
mali significat quod lex data est per Moysen, quę
cum cognitũ fecisset peccatũ quod prius latebat,
dedit scientiã boni & mali: Ostẽdit enim quid es-
set bonũ quidúe malum. Illud uero, quod septimo
die requieuit ab operibus suis, hoc significat, quia
impleto sexto millenario annorũ, in septimo mil-
lenario requiescet, cessante iã mundo ab omni o-
pere seculari. Hęc diximus pauca de multis, ut uiã
pãderemus intelligẽdi secũdũ ea quæ supra osten
dimus.

De ordine diei & noctis, utra sit prior. CVII

Quantũ ad mundi rationem pertinet, tenebras Gen.1
D ante legimus q̃ lucem: Ea enim quæ ad mundi fa-
bricam profecerunt quæq; simul facta uidenẽ, lu-
mine priuata fuisse cōsideranẽ, id est, aqua, terra,
tenebrę: ex quibus compaginatus est mundus, si-
cut continet in sapientia quæ dicitẽ Salomonis, ex Sap.11
materia inuisa, hoc est tenebrosa. Et tenebras eñ
& aquã factam sacra uolumina ipsius domini uo-
ce testantur per Esaiam prophetam, Ego, inquit, Esa.45
deus feci lucẽ, & creaui tenebras. Similiter & per
Dauid, & aquas factas, & terram firmatam super Psal.32
aquas spiritussanctus ostendit. Quod cōuenit &
Euãgelicæ autoritati & Apostolicæ traditioni, in
quibus omnia facta legũtur: & ut nihil exciperet,
siue quæ in cœlis sunt, ait, siue quæ in terris. In hac
ergo parte, quæ ad terras pertinet, ante tenebras
legimus q̃ lucem: hoc aũt est quantũ ad ordinem
lectionis pertinet, nō quantum ad dignitatẽ: nam

utiq; multo melior lux q̃ tenebræ: in mundi tamẽ ratione lux accepit nomẽ ut appelletur dies, & tenebræ nox: sed hac scilicet ratione, quia dum illuminanť tenebræ & præterit lux, illud tẽpus, quãdiu recedat lux, diciť nox: & illud tempus quo illuminanť tenebræ, appellatur dies. Nox ergo cum dicitur, speratur futurus dies: & cum dies dicitur, speratur futura nox. Cum uero officia hęc cessauerint, transeunte mundo, tenebræ tantum dicẽtur, & lumen. Non enim potest dici nox, cum perpetuo sint tenebræ: neq; dies, cum occidere cessauerit lumen. Vbi æternitas est, cessent hæc nomina, quia cum mundo cœperũt. Deniq; anteq̃ lux fieret, quæ appellata est dies, nõ nox legiť fuisse, sed tenebræ: quæ postquã illuminatæ sunt, & pręterijt lux, uesperæ appellatæ sunt & nox. Igitur quantũ apparet, subiecta est nox diei. Nõ enim quia ante B tenebræ leguntur q̃ lux, idcirco anteponendæ debent uideri: quia & cœlũ ante solem est, & tamen claritate maior est sol: & terra ante hominẽ & pecora & cætera animantia, & tamen subiecta sunt homini, non ergo idcirco nox pręferri debet diei: quia ante leguntur & tenebræ, cũ appareat & dignitate lumẽ tenebris, & tẽpore diẽ nocti anteponi. Sicut enim supra ostẽsum est, cum essent tenebræ, facta est lux, Et appellauit deus lucẽ diem, & tenebras appellauit noctẽ, & factum est uespere & mane dies unus. Nã nisi dies fuisset, nec nox esset: tenebræ enim erant, quæ cũ illuminatæ sunt, & pręterijt dies cursu suo pacto, factus est uesper. Et cũ post uesperũ illuxisset, factus est dies primus, noctẽ trãsacta, ut diẽ sequereť nox. Hoc & dignũ est & ratione cõmẽdatũ, ut inferior natura per omia C subiecta sit potiori. Quõ ergo nox ante diem dicitur, cuius nomen post diem legisť Non eñ appellata fuisset nox, neq; uesper, nisi facta lux diẽ egisset: quo trãsacto, factus est uesper, qui est nox: dies utiq; factus est uesper, ut scias noctẽ partem esse diei. Tunc enim cõsummať dies, cũ transit & nox: deniq; sic dicimus, annus dies habet trecẽtos sexagintaquinq;, non utiq; sine noctibus: cũ enim dies dicimus: ibidem cõputamus & noctes. Sub autoritate eñ diei significamus & noctẽ: nam & si nox pręcedit diem, sub uocabulo noctis cõputaretur & dies: quis etem hominũ dicat, post quinq; noctes uidebo te, & nõ post quinq; dies? Nec legisse nos D meminimus alicubi noctem ante diem significatam. Nam fuit, inquit, Moyses in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et in Psal- Psal. 120 mo, Sol, inquit, nõ uret te per diem, neq; luna per noctẽ. Et ut ipsis de primordijs demus exemplũ: Gen. 1 Fiant, inquit, luminaria in firmamento cœli, & luceant super terrã: luminare maius, in inchoationẽ diei: et luminare minus, in inchoationẽ noctis: sed luna nõ potest præponi soli, sicut nec nox diei: sed sed sicut luna sub sole est, ita nox sub die. Et in Euangelio habemus sub autoritate & numero dierum significatas & noctes. Ait inter cætera domi- Lucæ 9 nus, Sunt hic quidã circunstantium, qui nõ gustabunt mortem, donec uideant filiũ hominis in regno suo. Et subiecit, Factũ est post dies octo &c.

Nunquid nõ in hoc numero cõtinenť & noctes? A Et alio loco, Hæc, inquit, in Bethania gesta sunt Ioan. 1 trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Postera die uidit Iesum uenientẽ: Nunquid dixit, Postera noctẽ? Iterum sequiť, Sequẽti die uoluit proficisci in Galilæã. Et in subiectis, Et die tertio nu- Ioan. 2 ptiæ factæ sunt in Chana Galilæę. Ecce ubiq; dies in autoritate probať, noctem habens subiectã. Si enim noctis nomine cõtineretur, præiret nox diẽ: nam quia Romani regnũ habent, Hispani & Galli & Aphri, & cæteri subiecti eis, sub eorũ nomine Romani uocanť: ita & nox, quia subiecta est diei, sub eius nomine contineť. Sed inde quidã falluntur, quia Iudæi in sabbatũ uespere iubenť intrare, non considerantes cur ita mãdatum sit, Nam utiq; pridie necesse habent emere escas & præparare in sabbatum, & lotum ire, Nunquid possunt hæc noctẽ facere, ut otto die intrarent in sabbatũ? Dominus certe uespere resurrexit, & diei deputatur, In die eñ resurrectio celebratur qui dies dominicus appellať. Sic enim legis, Hæc dies quam fecit dominus: non tamen nox dominica, quia principatum dies habet. Siue enim præterito die siue futuro, semper nox subiecta est, quia & ordine inferior est & natura, Dicẽte Apostolo, Filij diei estis et 1 Thess. 5 luminis, nõ noctis neq; tenebrarũ. Et si de cõsulibus conijciamus, uidebimus illũ primũ nominari qui primo eligiť. Deniq; solet dici, cum illo quis erit cõsul? Si ergo & nox ante diem esset, prior nominareť, Nam usq; adeo à die incipit numerus, ut puta si dicamus, cras vi. calẽ. est, à mane utiq; est usq; dũ ueniať ad aliud mane, ut trãsacto die & noctẽ cõputeť, Nam & luna utiq; in initio mane facta est quartadecima: facta enim lucere debuit tota nocte, & in aliud mane cœpit quintadecima. Quid ergo ambigiť, ut non à die principia teneantur? Propter quorundã cõtentiones de re manifesta coacti sumus latius loqui, cum ipsa se lectio explanet, in qua dies ante noctẽ aperta ratione significať. Hæc omnia supra memorata secundũ mũdi originẽ diximus, Verũ si altius loqui uelimus, intellectũ nostrũ spiritali erigẽtes uigore, incõgruẽ deprehendimus tenebras ante lucem creatas asserere. Si eñ lux cœlestis naturæ est, & tenebræ terrenæ, ineptum utiq; est post tenebras lucẽ factam putare, quia Moyses lucem quidem factã, sed in qua nunc mundus est parte, nõ quia tũc creata est dicit, quia omnia spiritalia ante creata sunt quàm carnalia, ut lux quæ in supernis erat fieret in subiectis ut lampas in domo. Qua autẽ ratione ante lucem tenebræ dicunť, cum semper post lucem uideantur? Deniq; cœlestia & spiritalia lumen natura esse credũtur, terrena & carnalia tenebræ, ut tenebrarum nulla potẽtia luminis subsistere uideatur, quia omne primum summitatis est, Nam si requiramus, in ipso sole tenebras deprehendimus. Quando enim iuxta illum fueris, tam clarissimus uidetur ut prospici non possit. Si uero interuallo, clarissimus quidẽ sed ut possit aspici. Si autem longe, minus clarus, quãto longius tanto minus clarus. Vnde defectus quidam apparet qui tenebras nunciat

nunciat,& ita peruenit,ut tenebræ ex lumine ortum capere uideant.Itaq; qui fecit lucē hoc modo creauit & tenebras,quomodo faciens aquā simul creauit & terrā,ut sicut firmū aquę terra est,ita tenebræ defectus luminis.Deus aūt solus est qui defectum nō patitur,qui cū ubiq; sit,imò omnia intra se habeat, tam præclarus est ut à nullo uideat, nisi se uoluerit tēperare. Denique saluator cū esset in corpore & nō esset clausus, minime uidebatur nisi uoluisset. Nā utiq; quod in mōte transfiguratus est,& in claritate magna apparuit, hoc ueluti latebat in corpore, quod cū uoluit manifestauit. Quomodo ergo latebat qui clausus non erat? Nā si cum corpore clausis ostijs intrauit ad discipulos quemadmodū diuinitas eius nō omnia penetrat? Hoc est claudi nō potest,quia defectū nō patitur. Cum ergo nusq; desit deus, illic tamē dicitur esse ubi apparet & uult uideri. Cū ergo omnia in deo

Act.17 sint,quia excedit cūcta,dicente Apostolo:In ipso enim uiuimus,mouemur & sumus: ipse tamen in nullo est nisi in quo uoluerit:Ministerio eīm quodam in omnibus est,& prouidentia quadā in quo

CVIII uult apparet. De lingua Hebraica unde nomē accepit, an ab Heber,an ab Abraham? Omne quod à deo est,rationabile est, & unicuiq; rei exordiū causa dat quæ sit origo ipsius,ut nō absurde nominari aut subsistere uideat, sed ut nūcupationem ostēderet,quę caput intelligit esse ipsius nominis.Igit ratio hominis est,qua constat, Constat aūt ex quatuor elementis, scilicet terra,acre,aqua & igne, deo autore duntaxat quintus est animus quasi auriga,ut concretū & figuratū corpus agat, & quasi imperator ipsius, Et ab humo initiū sumpsimus, & eius nomine nuncupamur. Homines enim uocamur propter humū, unde pater noster forinsecus originem habet. Igitur causa & ratio facit,ut ex nomine alicuius cęteri subsistētes sub eodem nomine appellent,ipsum significantes in se. Quamobrē uideamus si congruit,sicut quidā putant,ex Heber dictos Hebræos:uidet enim quantum ad nomē pertinet, inde huius nominis origo descēdere: anterior est etenim Heber quàm Abrahā. Quod si esset uerū,deberēt hi, qui de tribu Heber sunt,post ipsum eodem nomine nūcupari:ab Heber enim septima generatione natus est Abrahā. Si ergo super Abrahā uel ipse Abraham Hebręus dictus est,sine dubio Hebræi ab Heber nūcupantur:si aūt non legitur super Abraham dictos Hebræos,sed post Abraham, nō iam utiq; ex Heber sed ab Abraham dicuntur Hebræi:quippe cū filij Abraham primo hoc nomine appellati noscant. In Genesi enim Ioseph & fratres eius Hebręi sunt appellati.Scientes autem Abraham fuisse, qui de Syria descendisset in Chanaan, & multiplicatus fuisset,fidei causa omnibus copijs refertus, rex & Propheta appellatus,& pater multarū gentiū,qui cum trecentis decem & octo uiris uernaculis suis quinq; reges cōfoderit:quia nō in angulo hæc gesta & dicta sunt ut laterent,eos qui ex semine eius erant,Hebræos nuncupauerunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abrahā, ut caput fieret his qui ex eo traducem habēt.Dei enim iudicio princeps &

A origo positus est in terra Chanaan, ut ex eo geniti,alterius essent & professionis & cōuersationis, quàm fuerat ipse priusquam descēderet in terram Chanaan.Innouatus enim ipse, nouū cōstitueret populū in dei deuotione. Hinc est unde Apostolus Paulus Hebræum se ex Hebræis fatetur: hoc Philip.3 enim dignitatis uidebat esse cognomen. Testimonium eius & nobilitas generis erat, ut ex nomine eius cognominarentur,qui multis modis deo placuerat,quiq; eis erat origo:Abijciatur,si non conuenit rationi:spernatur,si dispar est:conuellatur,si alienum est à meritis Abrahæ: & nos refellamur quasi adulatores eius. Quæ est hæc inimicitia aduersus Abraham:quæ æmulatio, qua ei obtrectāt

B inimici:& qui sunt hi, nisi qui filij eius dicuntur? Quid est in quo displicet Abraham,ut gloria hæc aliena ab eo putetur? Et quid est quod placeat in Heber, ut primatum istū habere dicatur? Cuius si cōuersatio posset inquiri, inueniretur forte idola coluisse:sicut Thare & Nachor,& pater Nachor, quos cōstat nō longe ab eo fuisse,sicut testatur Ie- Iosu.24 sus Naue,qui idola coluerunt, Aut certe qui ex diuerso sunt, ostendant qua ratione uendicandū est hoc Heber, ne forte à nobis supprimatur meritū eius,sed nullum est,quia cōmunes sunt nobis scripturæ, & quid unicuiq; debeat,in propatulo est. Si enim ex solo nomine putant hoc debere defendi,infirmum & improbabile est: Tūc etenim rite nomini eius uendicaret, si causæ aliquæ testes exi

C sterent,quę hoc cōfirmarent:possent enim aliqui eiusdē nominis rem sibi nō suā uendicare. Ideoq; hoc est uerū,quod nō solo nomine, sed & perspicua ratione firmatur:nam quoniā dignatione dei factū est, ut in Abraham uiuificaretur genus humanum,& forma fieret salutaris hominibus, nulli est ambiguū idcirco in ipso reparatū esse, quod fuerat amissum uitio fragilitatis humanæ. Hic eīm imago quædam positus est, ut ad eius similitudinem genus hominū reuerteretur ad deum, ut & dei culturā,& sermonem qui datus prius fuerat in usum hominū,recuperaret hominibus:quia sicut in principio in Adā dei fuit imago, ut cognitio eius esset in terris, ita pōst ruinas humani generis, & obliuionē ueri dei,in Abraham reformatū est, ut ab ipso fides in deum cœpta, iterū germinaret

D in fructum. Vnde nō est absurdum, ut ex nomine eius, plebs ab eo cœpta uocabulū sortiretur. Sed ne forte propter nomen Heber scrupulū patiant; quia magis cū Hebræis Heber sonat nomen,quia Hebræi dicunt,nō Abrahæi:recognoscāt iterum quia Hebræi, nō Heberæi dicuntur. Heber enim dictus est,nō Hebrer aut Hebre. Si ergo hinc impugnandū putant, patiantur quod faciunt, & neuter nostrum habebit ex hac parte uictoriā, nisi is, qui per ordinē reddita ratione ostēdit uerum esse quod asserit:qui eīm in una re par est, perdidisse dicendus est, si in altera inæqualis fuerit inuentus: nam propter sonū immutata est litera, ut Hebræi pro Hebraei dicerentur,quia melius sonat. Quoniam & ex Iuda non Iudai dicuntur, sed Iudæi.

instantũ dei autoritati credendũ, ut etiã si quæ irrationabilia uidentur, præcipiat aut promittat, non A ambigat: quia magis persona eius respicienda est quàm uerba, ut quod in uerbis infirmum aut impossibile uidetur, persona eius cõfirmet, & faciat uideri possibile. Deus est enim qui promittit, de quo credendũ est, quia potest quod hominib. impossibile uidetur. Quæ enim offensio potest iudicari, cũ plus de deo opinatur, quàm de se sentit humanitas? Propter quod datũ sibi à deo Abraham filiũ eodem iubente occidere illũ nõ ambigit, nec tempus differt: nec admiratur ad dei uoluntatẽ, ut filiũ quem magnopere beneficij & admirationis dederat gratia, hunc iuberet occidi: certus dei uoluntatẽ non debere ab homine retractari, neq; iussionem aut factũ dei sine prouidentia esse. Quod ut omni deuotione festinãter impleret, matri eius cõiugi suæ nõ indicat: nõ ignarus fragiliores esse circa filios fœminas, & posse huic deuotioni lachrymarũ miseratione impedimẽtum afferre: nec non & ipsum puetũ latet usq; ad horam necis, ut iussioni dei toto mẽtis obsequio obediret: nõ parricidium hoc deputãs, sed holocaustũ, quod iusto iudice autore fiebat. Quæ ergo his maiora posset gerere Melchisedech, quibus præcederet Abraham, quem sicut uidemus, in nullo cõstat inobedientem fuisse? Moyses etenim, cui legitur facie ad faciem dominus esse locutus, missus ad gentem & Iona 1 ad fratres suos, ire nolebat. Ionas Propheta præceptum sibi ut Niniuitis prædicaret, irrupit, ut ad alium locũ pergeret, quò missus nõ fuerat. Iob planè egregius in omnibus, tamẽ motus amissione fi Iob 1 liorum, uestimenta scidit sua, & totondit comã capitis sui: Abraham aũt nec contristatus legitur de morte charissimi filij, & quẽ iussus fuerat ipse occidere, nec alicubi deo sibi iubente legitur trepidasse. Igitur per hæc apparet Melchisedech ultra hominem esse, quia nõ erat unde melior esset quàm Abraham, nisi sola præcedat illum natura. Natura enim impassibilis, beatitudinẽ per substantiã habet: humana aũt necessitas beatitudinem acquirit per gesta. Quia enim perfectionem diuinitatis nõ habet, per exercitiũ & colluctationem proficit ut melior fiat, cũ plus uincit quàm uincitur. Si enim sic ageret, cũ plus uincit quàm uincitur. Si enim sic ageret, quod impossibile est, ut nunq; peccaret melior deo fieret. Quod absit, quia natura quæ po D test peccare sicut & non peccare, si semper uinceret, illi naturæ præponẽda erat, quæ ideo nõ peccat quia impassibilis est. Non enim magnũ uidetur nõ peccare, quia non potest: magnificũ aũt, si cum posset peccare, non peccaret. Hoc ergo interest inter substãtiã dei & hominis, quia dei substãtia beata semper est securitate inuincibilis æternitatis suæ, hominis aũt substãtialiter beata fit per laborem. Et alia necesse est beatitudo sit impassibilis, alia illius qui tribulationibus conficitur, ut possit aliquando gaudere. Beatitudo enim impassibilis in eo est semper ut beata sit, passibilis autẽ post magna exitia gaudet euasisse mortem. Cõtristatur ergo ut possit gaudere, nec perpetuo securus passibilitate naturæ. Impassibilis autem, semper beatus est, quia neq; nouit tristitiã, neq; suspicatur posse se contristari. Nam & natura hominũ, quãuis per laborem beatitudinem cõsequitur, nõ erit tamẽ intacta, neq; deerunt ei cicatrices. Quomodo enim fieri potest, ut sæpe congressa & aliquoties uicta non sit uulnerata? Impassibilis autẽ semper intacta, illæsa, inuiolabilis manet. Igit nõ minimus diceret Abraham ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech q; Abrahã. Nã hæc quæ diximus, ingenij esse forte uident: Si autem legem respiciamus, plurima adhuc & potiora dicent. Hic eñ Mlechisedech rex Salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahę régresso à cę Heb. 7 de regũ, qui & benedixit eum, primũ quidẽ interpretat rex iustitię, deinde rex Salem, quod est rex B pacis, sine patre, sine matre & sine genealogia, neq; initiũ dierũ, nec finem uitæ habẽs, similatus aũt filio dei manet sacerdos in perpetuũ. Et ut hęc locis quibus significauerat cõmendaret deo, adiecit: Videtis, ait, quantus sit hic cui decimas dedit Abrahã de primitiuis princeps patrũ. Vt eñ qua potẽtia & quãta Melchisedech sit, ostẽdat, laudat Abrahã, dicens: Quia princeps patrũ est, hoc est, cæteris omnibus melior Abrahã, sed minimus ad Melchisedech. Nõnne manifestũ est hũc hominẽ nõ esse, sed meliorẽ? Quid est enim quod dicit de eo, quia rex pacis est, & rex iustitię? Propius accedite & uidete. De longe eñ solẽ uidentes lucernã putatis, & argẽtũ aspiciẽtes, æstimatis stannũ. Potest aliquis hominum dici rex pacis atq; iustitiæ? C Pax enim hominib. prædicat, similiter & iustitia. Hic aũt ideo rex pacis & iustitiæ dicitur, ut ab eo iustitia & pax originẽ habere noscat. Nõ enim super ipsum esse dici potest quod ab ipso regit: Nã homines iustitia magistra & pace, erudiuntur ad deum promerendũ. Hæc ergo quæ hominũ magistra est, Melchisedech habet regem. Quãtũ ergo melior est homine Melchisedech, quãdo gubernatrix hominũ sub ipso est, hoc est regẽ esse regũ. Itaq; cũ rex iustitiæ & pacis dicit, autor eorũ esse significat: ut quomodo dominus Iesus autor uitæ est, ita & Melchisedech autor iustitiæ sit & pacis: Quia qui per Christũ uiuũt, hi dispensante iustitia & pace regunt. Cordib. enim seruorũ dei iustitiã infundit & pacẽ, ad exornandã disciplinã domini cam. Scriptũ legimus in Psalmo octogesimoquarto: Quia iustitia & pax cõplexæ sunt se, & ueritas Psal. 84 de terra orta est. Et ut de qua iustitia diceret, ostenderet, ait: Quia iustitia de cœlo prospexit. Hoc de tẽpore saluatoris scriptura ostẽdit, quo iustitia dei data est mũdo per Christũ, in cognitione mysterij dei unius quod ante ,pmiserat. Iustũ est enim scire creaturã ueritatẽ creatoris sui: quæ iustitia manifestata in terris, sublata discordia quę de iniustitia fuerat generata incogniti dei, pacificos fecit discordes, dum diuersos dudũ, in una fide constituit: Sic se cõplexę sunt iustitia & pax & ueritas unius. De terra orta est magistra iustitia: Incarnatio eñ Christi ostendit, quæ esset de ipso deo ueritas cognoscẽda. Igitur hæc certe iustitia dei est, similiter & pax, dicẽte Apostolo: Ipse aũt deus pacis con-

Rom. 16 terar satan. Quomodo hoc possit discernere, non aduerto, ut cũ deus pacis, pater sit domini nostri Iesu Christi, necnõ & ipse Christus: dicit enĩ, Pacẽ
Ioan. 14 meam do uobis: de Melchisedech dicaꝛ: quia rex iustitię & pacis est: Qua ratione secernaꝛ, nõ intelligo. Puto enĩ nihil differre quantũ ad rẽ pertinet: regẽ pacis à deo pacis. Quia enim in mũdo quisq; deus dici nõ debuit, ut uni soli ex quo sunt omnia, reseruareꝛ hoc tantũ nomẽ, regẽ qui imaginẽ eius haberet, instituit, qui excepto dei nomine omnẽ potestatẽ eius haberet: Sed quia terrenus est, hominũ rex est, nõ tamen pacis & iustitiæ: Quia etiã ipse ducẽ habet iustitiã, quã nõ illi licet cõtẽnere. Iustitia enĩ deus illi est: Res enim dei est iustitia, & qui præuaricaꝛ eam, reus fit dei iudicio. Melchisedech aũt sicut datur intelligi, nõ more hominum rex appellatur, quia sub se habet iustitiã quæ regibus dominaꝛ. Nemo etenim potest habere sub se iustitiam, nisi eius naturæ sit ut peccare nõ possit. Sub ipso aũt esse ideo dicitur, quia ab eo inuenta est modo legis, per quã gubernentur qui possunt peccare. Igiꝛ rex iustitiæ moderator est uerborũ à se inuẽtorũ, quibus bene beateq; & uiui possit & credi. Diu multumq; laboramus, & adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturam, quæ & ipsa diu pulsat & clamitat, ut pressos graui somno excitet ad intellectũ, nõ noctis, sed diei. Dicit ergo, quia sine patre, sine matre, sine genealogia est Melchisedech. Et ne aliter intelligereꝛ q̃ dignũ est, adiecit, Nec initiũ dierum, nec finẽ uitæ habẽs. Per q̃d ostẽdit neq; natũ neq; mortuũ esse Melchisedech. Quid ad hęc tã manifesta humana argumentaꝛ subtilitas: Quę est tam uersuta ingenij calliditas, quæ audet resistere manifestis, ut nõ sensum capiat ex lectiõe, sed sensum tribuat lectioni: Vis inferꝛ scripturis dominicis, ita ut etiã hos inimicos sentiat, qui autoritati eius se inclinare uidenꝛ. Dicũt enĩ quidã nõ ita de Melchisedech debere credi, ut relatũ est scripturis, ac per hoc ad sensum suũ scripturas cõuertũt. Quib. melius esset apertè nõ recipere scripturas, q̃ dolose agere cõtra illas, ut sub nomine pacis paretur bellũ, & sub tegmine amicitiæ lateat hostis. Dicũt ergo nõ ad generositatẽ pertinere Melchisedech, sed ad humilitatẽ generis eiusdem, quia sine patre & matre legiꝛ fuisse. Hoc enim ideo aiunt sic scriptum esse, ut ostendereꝛ ex alienigenis fuisse, non ex tribu qua ortus est Abrahã, quia genus eius nõ inueniꝛ in lege. Vnde & adiecit, inquiunt, & sine genealogia, ut intelligereꝛ penitus origo eius in lege descripta nõ esse, ut ex parentibus qualibuscunq; per seipsum uir bonus factus credaꝛ. Porrò aũt iam tãta est scriptura, ut omnia per ordinẽ digesta causæ necessaria ponat. Primũ enĩ dicit sine patre, sine matre: uideamus si cæterorũ matres significanꝛ in lege, quę fuerit uxor Nachor auia Abrahæ, mater Thare: non legitur quæ fuerit mater Abrahæ, ut de cæteris taceã. Nunquid hi sine matribus fuisse dicendi sunt: Si dixisset sine patre: sine fuerat color, quia omnium qui fuerunt, patres habenꝛ in lege. Addit, & sine genealogia. Si ideo hæc dixit, ut ostẽderet generationem eius in lege nõ esse, suffecerat dixisse, sine patre: quia illius patrem nemo nouit. Multo magis iterum ad manifestationẽ dicit, Neq; initiũ dierũ, neq; finẽ uitæ habens. Dic quisquis es uiolentus, quomodo istud interpretaris: Quid est initium dierum nõ habere neq; finẽ uitæ: Suffecerat certe dixisse, generationem eius in lege scriptam non esse, ac per hoc origo eius ex allophylis est credẽda. Potest dici trãslatum hunc sicut Enoch, ideo non mortuum esse. Esto. Quid est initiũ dierũ uitę non habere: Fortè dicas, quia dies natalis eius scriptus nõ est. Cuius enim scriptus est in lege: & hæc ratio est, ut cuius natalis dies scriptus nõ est, initiũ dierũ uitæ negetur habere. Potuit ergo & de cæteris idem dici. Et si ut homo translatus fuisset, non tamen sine uitæ erat fine, quia quicquid sub spe mortis est, finem habet. Desine quisquis cõtentioni studes, expedit enim ueris uinci, q̃ uincere uera per falsa. Perdere est enim, nõ uincere, quia si in homine perdere uideretur ueritas, apud deũ tamen uincit, quia ratio eius inuincibilis est. Itaq; animus à lege uinci debet, ut hoc sentiat quod à lege significatur, non ut ipse legi sensum det suo arbitrio, ut legẽ se uiolenter legi exhibeat. Et audi Zorobabel, quia super omnia, ait, uincit ueritas. Iam Melchisedech futurum mysteriũ incarnationis & passionis domini 3 Esd. 3
ostẽdit, dum Abrahæ primũ, quasi patri fidelium tradidit Eucharistiã & corporis & sanguinis domini, ut præfigurareꝛ in patre, quæ in filijs futura erat ueritas. Qui si homo putatur & sacerdos, eo more quo fuit Aaron, aut nunc sunt, ostendaꝛ aut legaꝛ locus habitationis eius. Aut si fuit tẽplũ aliquod aut synagoga in qua cõgregabat populum, & offerebat eorũ sacrificia, uel qui populus cõueniebat ad illũ: Si enim sacerdos in terris erat, sine dubio habuit populũ, & ante Abraham utiq;, uel tẽpore eius erat populus qui seruiret deo. Et quõ Abraham quasi caput factus est fidei, ut ex eo populus haberet notitiã dei: Similiter enim si Melchisedech erat qui doceret unius dei timorem in terris, frustra electus est Abraham, ut ex eo plebs dei nuncuparetur. Potuerant enim inter eos esse, qui conueniebant ad Melchisedech. Et ubi est illud quod legiꝛ in cãtico Deuteronomij. Quia cũ Deuter. 32
diuideret, inquit, altissimus gẽtes, queãdmodum separauit filios Adę, statuit fines gentiũ, secũdum numerũ angelorũ dei. Et facta est pars domini populus eius Iacob. Igiꝛ si in mundo plebs nõ erat dei, exceptis filijs Abrahæ, qua ratione alia plebs putatur fuisse, quæ ex doctrina descenderat Melchisedech, negãte Propheta: Quãdo enim nominat omnes gentes quæ in mundo sunt, & nõ dicit populũ dei esse, nisi filios Abrahæ, quid superest nisi ut exceptis his negeꝛ cæteros dei habuisse notitiã, quia notus in Iudæa deus: Melchisedech aũt sacerdos dei summi, ad benedicendum Abraham apparuit ad pręsagiũ futurorũ sanctorũ. Quia benedictio dãda erat in futurũ plebi dei per antistitẽ ferè dei, quẽ dicimus sacerdotẽ. Hic ergo Melchisedech præcursor apparuit sacrati futuri filij dei,

quia præcedit ad obſequium qui ordine ſequens.
Nō ergo admirāda ſunt quæ diximus de Melchi-
ſedech, quādo ſcriptura ad confuſionē obſtrepen
tium plus addat & dicat. Poſt omnia ēm laude di-
gna, ut confundat maleuolos ait: Similatus aūt fi-
lio dei manet ſacerdos in perpetuum. Iam uide, de
quo male ſentire cōtendis, & ſi hūc nō uereris, uel
Chriſtū metue, cui ſimilis ſcripturæ autoritate re-
fertur. Per ordinē enim paulatim ad naturale eius
meritū uenit, ut ſi quos dicta ſuperiora mouerent,
quibus rex iuſtitiæ & pacis ſignificatus eſt, & q̄a
in carne uiſus neq; patrē neq; matrem habuit: hoc
eſt, ingenitus apparuit, neq; ortum, neq; occaſum
habēs, ex ijs quæ ultima ſubiecit, ſuperiora credi-
bilia demōſtraret. Quis ēm audeat dicere niſi ue-
ſanus, hæc omnia quæ ſublimia dicta ſunt, incon-
grua eſſe illi qui dei filio ſimilis deſignatus eſt, ma
nēs ſacerdos in perpetuū? Similis aūt dei filio non
poteſt eſſe, niſi ſit eiuſdē naturæ. Et quid incredi-
bile uidet̃, ſi Melchiſedech ut homo apparuit, cū
intelligat̃ tertia eſſe perſona? Si ēm Chriſtus qui
ſecūda perſona eſt, frequēter uiſus eſt in habitu ho
minis, quid ambigitur de ijs quę dicta ſunt? Legi-
Pſal.109 mus etēm in Pſalmo: Quia tu es, inquit, ſacerdos
in æternū, ſecūdū ordinē Melchiſedech. Hoc ne-
mo noſtrū dubitat ad Chriſti pertinere perſonam,
quia eodē genere ſacerdos eſt Chriſtus in æternū
quo & Melchiſedech. Sed ſummus ſacerdos Chri
ſtus eſt, Melchiſedech ſecundus. Nam ſi homo eſt
Melchiſedech, quō cōuenit ut ſecundū ordinem
eius Chriſtus ſacerdos ſit in æternū? Iam ambo ſi-
miles eſſe legunt̃, & unius eſſe diſpēſationis, quia
unius ſunt & naturæ. Quoniam aūt omnimodo
unius dei autoritas cōſeruanda eſt, idcirco & ter-
tia perſona ſubijcit̃ paterno nomini. Chriſtus aūt
uicarius patris eſt & antiſtes, ac per hoc dicit̃ & ſa
cerdos. Similiter & ſpiritusſanctus quaſi antiſtes
ſacerdos appellatus eſt excelſi dei, non ſummus,
ſicut noſtri in oblatione præſumunt. Quia quāuis
unius ſit ſubſtantiæ Chriſtus & ſpiritusſanctus, u-
niuſcuiuſq; tamē ordo obſeruādus eſt. Sacerdotes
igitur uel legati ideo dicunt̃, quia illum in ſe oſten
dūt cuius legati ſunt, ſunt etenim eius imago. Ac
per hoc Chriſtus & ſpiritusſanctus naturaliter ha
bētes dei imaginē, ſacerdotes eius dicunt̃. In ipſis
uidet̃ deus, ſicut dicit dominus: Qui me uidet, ui-
det & patrē. Et ſi in geſtis dei uiſus eſt dominus,
geſta aūt ſpiritusſancti ſunt opera, ſignificāte do-
mino: Quia ego in ſpiritu dei eijcio dæmonia, &
cx in ſpiritusſancto uiſus eſt deus. De Pſalmo pri-
mo, quō exponendū & intelligendū eſt illud: Bea
tus uir qui in uia peccatorum nō ſtetit: & reliqua.
Pſal.1 Beatus uir qui in uia peccatorū nō ſtetit. Si aūt
ſteterit, non iā beatus, ſed reus dignus plagis: Ad
emēdationē ēm aliquā uidet̃ habere ſpē, quia nō
impius, ſed peccator eſt. Si aūt unus fuerit qui nō
abijt in cōſilio impiorū, & in uia peccatorū nō ſte
tit, duplici genere beatus eſt. Nec enim poteſt eſ-
ſe beatus, ſi in cōſilio peccatorum nō eat, & in uia
peccatorū ſtet, quia ſi nō perditioni, pœnæ tamen
obnoxius eſt. Dehinc adiecit: Et in cathedra peſti

lentię nō ſedit. Hanc dicit beatitudinem eſſe, quæ
A his trib. gradibus cōſtat, & triplici ratione munit̃,
id eſt, ut neq; in conſilio impiorū eatur, neq; in uia
peccatorū ſtetur, neq; in cathedra peſtilētiæ ſedea
tur. Sed cū duo genera tantū habeant̃, impiorū &
peccatorū, in cōprehenſione eorū quæ ſupra me-
morata ſunt, hoc tertiū cui generi aſſcribi uoluit,
quod adiecit, dicēs, Et in cathedra peſtilētiæ nō ſe
dit: impiorúmne, an peccatorū? Sed uideamus q̄d
ſit in cathedra peſtilentiæ ſedere, & tunc cui gene
ri hoc aſſeribat intelligemus. Hanc dicimus cathe
dram peſtilētiæ, quæ extra dei ordinationē eſt, ad
hoc utiq; inuēta, ut iniqua inde exeāt iudicia: Pro
pterea peſtilētiæ cathedra dicta eſt, quia eſt corru
ptio quę parit mortē, ſicut et iniquitas dānationē.
B Nō eſt ergo à deo quæ eſt cathedra mortis: Nam
Moyſes accepit cathedrā uitæ. Ad hoc enim data
eſt, ut autoritas in ea ſit iuſti iudicis uel creatoris
dei. Vnde dicit dominus: Super cathedrā Moyſi Matth.23
ſederūt Scribæ & Phariſæi. Et Apoſtolus, Nō eſt, Rom.13
inquit, poteſtas niſi à deo: Quæ ēm ſunt, à deo or-
dinata ſunt. Vnde dicit ad principē plebis: Tu q̄-
dem ſedes iudicās ſecūdū legē, & cōtra legē iubes
me percuti. Quod dixit, ſecūdū legē: iuſtā & ſalu-
tarem cathedræ autoritatem ſignificauit. Illud aūt
quod ait, Cōtra legē iubes me percuti: illū ipſum
iniuſtū iudicē oſtēdit, ut in dei cathedra ſedēs iudi
caret iniuſte. Hinc eſt unde & Daniel, Dei eſt, ait, Dan.4
regnū, & cui uult dabit illud. Sicut ēm terreni im-
peratoris autoritas ſic currit per omnes, ut in om-
C nibus eius ſit reuerētia: ita deus inſtituit, ut ab ip-
ſo rege dei autoritas incipiat, & currat per cun-
ctos: Quāuis frequēter mūdus hoc nō intelligat,
& alijs ſe ſubijciat in poteſtate poſitis q̄ debet, ta-
men inſtitutio eſt ut unus ſit qui timeat̃. Vbi ergo
hæc inſtitutio nō eſt, ibi cathedra peſtilentiæ repe
rit̃. Nuſquā unius dei autoritas abnuit̃, niſi apud
deos qui multorū deorū prędicant meritū & reue
rētiā. Hi ergo ſunt qui in cathedra peſtilētię ſedēt,
quia quod pōtifices eorū prædicāt, mors eſt. Hoc
enim debēt, ut cultores unius dei quaſi ſtulti et ini
mici, aut opprobrio ſint, aut de hac uita tollantur.
Hæc ipſa materia impietatis eſt, quæ etiā in cæte-
ras partes extendit̃, per quas impietatis ſuæ leges
oſtēdat: Nā iuſſu Iezabel antiſtites iniquitatis in 3 Reg.21
cathedra peſtilētiæ ſederūt, qui aduerſus innocen
D tem Naboth, cū iudices nō eſſent, praua meditan
tes, ſubordinatis falſis teſtibus, mortis tulerūt ſen-
tentiā. Vnde & in alio Pſalmo dicit, Et cū impijs Pſal.25
nō ſedebo. Hoc ēm iudiciū eius eſt, cuius & cathe
dra peſtilētiæ. Itaq; ſi in dei cathedra ſedētes, inno
cētes opprimāt, iniuſtū erit iudiciū, non cathedra.
Vbi ēm cathedra peſtilētiæ eſt, nō poteſt iudiciū
nō eſſe iniquū: q̄uis quædā ſibi applicēt uelut ue-
lamina quib. impietatē cōtegant, ut uidētes fallan
tur. Nō poteſt enim ſola impietas ꝓponi, quia nō
inuenit emptorē: & ubi lex diaboli eſt, ſi ipſe no-
minet̃, horret̃. Sed ſicut mel ueneno admiſcet̃ per
quod lateat, ita & legi diaboli quædā iuſta admi-
ſcent, & nomē applicāt ueritatis: ſed uniuſcuiuſq;
ſenſus eſt iudicādus, quia ideo aliquando aliquid
uerum

uerū ostēdit, ut fallat, ut cū maligna prædicat, bona putent. Quoniā cathedrā pestilētiæ nō esse de A dei ordinatione asseuerauimus, etiā eorū qui extra Ecclesiā uel cōtra Ecclesiā sedes sibi instituerunt, cathedrā pestilentię dicimus. Qui enim incōcessa præsumit, reus est, quanto magis si & corrūpat traditionē eius cuius sedē usurpat? Nā & ordinē ab apostolo Petro cœptū, & usq; ad hoc tempus per traducē succedētiū episcoporū seruatū perturbāt, ordinē sibi sine origine uēdicātes, hoc est corpus sine capite profitētes, unde cōgruit etiā eorū sedē cathedrā pestilētiæ apparere. Nec eīn ideo impune erit, quia sub dei nomine hoc agunt. Cōstat eīn suas illos causas sub dei nomine agere. Nō eīn zelo dei hoc agūt, sed sibi locum uolētes defendere: B Num.16 Cum sciamus Chore & ducētos quinquaginta uiros per præsumptionē deo offerentes, hiatu terræ absorptos esse, & Oziam regē cū deo illicite obtu 4 Reg.15 lisset, lepra in frōte percussum. Quoniā claruit cathedrā pestilētiæ ad impietatē supradictā pertinere, reliqua psequamur. Adiecit enim, Sed in lege dñi fuit uolūtas eius. Eius uoluntatē in lege dñi dicit esse, qui spretis impijs, & desertis peccatoribus abnuens pestilentiæ cathedrā, uoluntatē suam in dei lege statuit. Quāobrē beatū hūc dixit. Et sequitur, Et in lege eius meditabit die & nocte. Manifestū est, quia liber ab omnib. illecebris, & immunis ab ijs quę dei legi aduersa sunt, nihil aliud q̃ in dei lege exercitiū facit, sacramētis filij dei cōfirmatus, in die bonis operib. insistit, & nocte orationibus. Hic est enim de quo dicit in cāticis cāticorū, C Cant.5 quia dormit, & cor eius uigilat. Vnde ait: Et erit tanq; lignū quod plātatū est iuxta decursus aquarū. Quis ambigit eū qui in lege dei meditat, spem habere ad prēmiū capiēdū? Quia sicut lignū iuxta aquā plantatū sterile esse nō potest, ita & qui frequēti usu legi dei studet, nō potest eius operis minime habere effectū. Et adiecit: Quod fructū suū dabit in tēpore suo. Omnis plantatio bene gubernata fructū dat tēpore cōpetēti: Sic & hic qui legi dei obtemperat, fructū habebit tēpore præfinito. Tūc enim huius deuotionis mercedē accipiet, cū cœperit dñs Iesus Christus sedere ad iudicandum uiuos et mortuos. Dehinc subiecit: Et folium eius nō defluet. Manifestū est in arbore cuius folia nō decidūt, uitā significasse. Humore eīn decurrentis D aquæ uegetatū lignū, folia cōtinet sua. Nam & do- Luc.23 minus Iesus, si in humido ait ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? In ligno humido uitā significauit et fructū. Sicut lignū ergo auxilio decurrētis aquę siccitatē nō sentit, ita & hic qui legi dei studet, accedēte tētatione, pręsidio dei tutus nō amittit sed Act.14 acquirit salutē, dicēte Apostolo: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū dei. Et sequit: Et omnia quæcunq; fecerit prosperabunt. Apertū est quod dicit, quia qui legi dei fidē seruat cupidus mādatorū eius, fœlix fit in omnibus suis factis: sicut & Ioseph, qui propterea q̃ timorē dei præsenti uitæ præposuit, omnia quæ agebat prospera faciebat deus in manib. eius. Et subiecit, Nō sic impij, nō sic. Iteratio sermonis, nō aliter omnino futurū significat quæ promittit: quia impijs nihil prosperū erit in futuro, sed omnia aduersa usq; ad interitum eorum. Vnde ait, Sed tanq; puluis, quem proijcit uentus à facie terræ. Eodē modo dicit impios interire sicut puluerē quē spiritus proijcit à facie terræ ut pereat: Sublatus enim à substantia sua, per aerē dispersus paulatim deperit: Ita & impij, ministris angelis profecti à facie autoris dei sine quo nō potest uiui, interibūt. Et sequit, Ideo nō resurgent impij in iudicio. Dignū est quod dicit: Vt quid enim in iudicio resurgant, qui nullum negociū dei credi sibi maluerunt cuius redderent rationē? Spernentes enim dei legem & negātes, nō est unde præstent rationē, ut in iudicio interrogati iuxta legem sibi creditā pręstent causas. Arrogantes ergo & rebelles in deū inuenti, ad hoc resurgunt, ut uideant uerū esse quod credere noluerunt, ut pereant, quia deū mēdacem iudicauerūt. Et adiecit, Neq; peccatores in cōsilio iustorum. In hoc Psalmo, Psalmista triū hominū genera significat, impiorū, peccatorū, et iustorū, quo ordine cœptus est error. Sed impij ab his alieni sunt, qa sub dei decreto, sicut dixi, uiuere noluerūt. Peccatores aūt sub dei lege agētes ante tribunal Christi ostendi sunt, segregari à iustis, ut acceptæ legis pręstent rationē mādatorū, in quib. operā nō dederūt ut plus haberēt laudis q̃ uituperationis. Iusti uero ualde propensiores in exercitio implendæ legis inuenti, remunerādi sunt. Et subiecit: Quoniam scit dominus uiam iustorū. Hos scire dicitur deus, qui memores præceptorū eius bonis operib. insistunt, ut iusti habiti coronent. His aūt qui immemores eius circa curā animæ negligentes sunt, sic dicet, Recedite à me, nescio uos operarij iniquita Luc.13 tis. Et sequit: Et iter impiorū peribit. Vnde Psalmus cœptus est, et terminatus, ut causa impiorum tractata, nulli alij q̃ perditioni docerent obnoxij. Sicut eīn dixi, idcirco dicit deus scire uiā iustorū, quia in lege eius ambulant, iter aūt impiorū, quia extra legē dei est, peribit: quia omnes uię impiorū tenebrosæ, sicut dicit Salomon, piorū aūt clarissi- Prouerb.4 mę duce Christo domino nostro. De Psalmo ui- CXI cesimotertio, quid significationis mysticę habeat etiā titulus eius. Titulus Psalmi rationē eius insinuat, de Christi enim domini nostri sacramento locuturus, dominicū diem signauit, dicens: Huic Dauid prima sabbati. Cū eīn dicit, huic Dauid: ad eū pertinet cuius hic Dauid haber imaginem, de quo dicit Propheta: Et puer meus Dauid pascet il Ezech.37 los. Prima aūt sabbati, prima feria est. Post sabbatū enim primus dies dominicus est, affirmāte Euāgelio & dicente: Prima aūt sabbati uenit Maria Ma- Mat.28 gdalene & altera Maria ad sepulchrū &c. In dominico aūt die Saluatoris sacramentum significauit. Sed ut per rationē ordinis Psalmus exponeretur, à persona dei patris initiū fecit, ut diuinitatis sacramentum nō sine ordine manifestaret hominibus. Qui eīn causam aliquā insinuare uult, nisi eius caput & originē teneat, nō poterit proprietatē eius ostēdere, neq; quę sit eius ueritas edocere. Itaq; sic orsus est Propheta & ait, Domini est terra & plenitudo

nitudo eius. Fidem rerũ tenuit dicẽs, Domini est terra & plenitudo eius. Autoritatẽ enim ueterum sanctorũ secutus est, qui terrã & ea quæ sunt in ea ad dñm deum pertinere dixerũt. Et adiecit, Orbis terrarũ & oẽs qui habitant in eo. Ne forte minus aliquid significasse putaret, quia dixerat, Domini est terra & plenitudo eius: sensum suũ aperuit dicens, Orbis terrarũ & uniuersi qui habitant in eo: ut doceret omnẽ omnino terram dñi esse, & quæ sunt in ea, ut nihil esset exceptũ quod nõ sit dei. Sicut putãt quidã hæretici, qui secundũ dictũ apostoli Petri dñm deum abnegãt, quorũ ad cõdemnationẽ cũcta dei esse prophetica oracula docuerũt. Et sequit, Ipse super maria fundauit eã: hoc est *Psal.135* quod in alio psalmo significauit dicens, Terrã super aquas tu formasti: ut fidẽ testimoniũ sequeret ostendit quõ fecerit. Dum enim confusio esset rerum, & neq; terra, neq; aqua propriã haberet speciem, iussu dei adunata est terra, & firmata super aquas, ut & terra & aqua haberẽt originis suæ proprietatẽ. Vnde in Regnorũ libro uox est dei dicẽtis, Nõne aquas ego feci? Et subiecit, Et super flumina præparauit illũ. Sic super flumina præparata est, dũ intra se aquas cõditas habet, quæ quasi per uenarũ fistulas fluitãtes præstãt ei densitatẽ, ne penitus sicca fragilis esset, & inutilis ad culturã. Radicibus ẽm nascẽtiũ uitalẽ prestãt effectũ, simulq; locis aridis siti auxilio sunt. Et ut professionẽ sine bona uita nõ ualde proficere ostẽderet, ait, Quis ascendet in montẽ dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Proponit qualis debeat esse q deũ creatorem profitet: Neq; puniẽdos ostendit, qui sicut dixi, dñm deum abnegant, ij qui confitent immunes se à pœna nõ esse, si recte minime uersarẽtur. Montem ergo dñi dicens, cœlũ significauit. Vn- *Psal.120* de in alio psalmo dicit, Leuaui oculos meos ad mõtes, unde ueniet auxilium mihi. Locus dñi est ubi apparet. Dicitur aũt ad Iesum Naue cum dñs *Iosue 5* ei apparuisset, Locus in quo stas, terra sancta est. *Gen.32* Et Iacob ubi deum uidit, Hæc est, ait, domus dei. Et sequitur, Innocens manibus & mundo corde. Hunc dicit dignũ ascendere in montẽ dñi, id est, in cœlum, aut stare in loco sancto eius, si quis fuerit innocẽs operibus, & mundũ cor habeat in causa dei, id est fidei. Huiusmodi enim potest in cœlũ ascendere, & stare in loco sancto eius. Defunctus enim hac uita ascendit in cœlũ. Deinde dũ ciuitas Hierusalẽ in aduẽtu dñi descẽdit de cœlo, dignus erit stare ubi iudicaturus est dñs de uiuis & mortuis quasi innocens: Impij aũt & peccatores indigni erunt stare in loco sancto iudicij dei, quia resurgũt impij ad perditionẽ, peccatores ad pœnã. Nam si uultũ Moysi glorificatũ descendentis de monte filij Israel peccati causa uidere nõ poterãt, quanto magis ipsum gloria dñm in throno maiestatis suæ sedentẽ, consciẽtia delictis obnoxia for- *Matth.7* midabit aspicere? Audient enim, Non noui uos, operarij iniquitatis. Et adiecit, Qui nõ accepit in uano animã suã. Nũc ipsa genera peccatorũ tãgit. Primo ẽm in loco, hic est innocens & mundũ cor habet, qui à fornicatione idololatriæ immunis est.

Ipsa est ẽm uanitas, cui qui se inclinat, animã suam *A* subiugat corruptioni. Et sequitur, Nec iurauit in proximo suo dolũ. Duas causas memorauit, quæ sunt principales, dei & proximi, quia q in his idoneus fuerit, sine dubio & in cæteris probatus habebit, dicente domino, Diliges dñm deum tuum *Matth.22* ex toto corde tuo, & omni uirtute tua. Hoc est primum mandatũ. Et secundũ est simile illi, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pẽdet & prophetæ. Quis ergo ex toto corde deũ diligens, legẽ eius nõ seruet? Aut quis habẽs proximi charitatẽ, peccatis studeat? Quippe cũ causa timoris dei diligat proximũ. Et subiecit, Hic accipiet benedictionem à dño, & misericordiã à deo salutari suo. Nunc quod meritum est eius qui in causa dei & hominis, creatoris & pro- *B* ximi, fidẽ habuerit & dilectionẽ, ostẽdit. Quia benedicet à dño, ut cõmendatus appareat, & in his misericordiã consequat quæ de deo implere non potuit. Nec enim tã circumspectus potest aliquis esse, ut nusquã erret, sed quia in magnis solicitus & fidelis inuentus est, & in minimis misericordiã accipiat à deo suo. Qui ideo salutaris dicitur, quia *Ezech.18* non uult morientis mortẽ, sed ut conuertat & uiuat. Et sequit, Hæc est generatio quærentiũ dñm, quærentiũ faciem dei Iacob. Vnã dixit esse generationem requirentiũ deum, & quærentiũ faciem dei Iacob, quod non est ociosum. Quamuis enim utrũq; bonũ sit, duos tamẽ gradus his dictis significauit. Bonũ est requirere deũ, plenũ est aũt bonũ quærere faciem dei Iacob. Digniores enim sunt, q ante faciem iudicis sunt. Horũ ergo meritorũ hæc est generatio. Quia uero ut ad hæc ueniatur, innocentia facit & puritas cordis, sicut iterũ ut ad malum possit ueniri, præcurrit iniustitia atq; iniquitas. Quia duæ generationes sunt: una est ex parte iniquitatis, quæ est mater Cain: altera ex parte iustitiæ, quæ est mater Abel: hæc in fide consistit & bona conuersatione, illa in perfidia & obliquis operibus. Istæ sunt duæ leges, boni & mali: dei & diaboli, & quam secutus quisq; fuerit, eius appellabitur filius: ac per hoc requirentiũ deũ generatio hæc est, fides in deũ, & dilectio in proximũ, sicut supra diximus. Qui enim fidem habet in deũ, semper eius quærit auxiliũ: nec hominibus iniustum se præbet, qui deũ uult habere propitiũ. Cuius si- *D* gnum hoc est cũ dicit, Deus Iacob, quia notus in Iudæa deus. Sed quare eius faciẽ quærere dicant, cũ audierit Moyses, quia nõ, inquit, uidebitur tibi *Exod.33* facies mea? Si ergo & Moyses faciem dei quæsiuit & uidere non potuit, frustra hi quærere dicuntur, quia meliores Moyse non sunt. Sed nemo frustra faciẽ dei quærere dicendus est, quia ideo faciẽ dei dicunt quærere: ut sciat quem quærũt, quia digni sunt & uidere. Omnis ẽm qui quærit, tunc cognoscitur si facies eius uideat. Sed quoniã à mortalib. facies dei uideri non potest, significatio hæc pro facie est, cũ dicit, deus Iacob. Diapsalma. Diapsalma hoc in loco psonæ significat mutationẽ. Post enim illa quæ ad patris dei personã pertinent, subiungit ea quæ ad filij dei pertinent sacramentũ, ut

ordo integer conseruetur patris & filij. Nam data
est lex per Moysen, ut quasi pædagogus esset ho- A
minibus, erudiens & præparãs eos magistra iusti-
tia, ut digni fierent ad expiandũ annũ dñi & diem
retributionis: ut qui sub spe futuri Christi fideles
fuissent, susciperent eum, & possent Adę peccatũ
fugere securi, quia aduentus eius quẽ sperauerãt,
daturus esset illis misericordiã, de ijs in quib. sub-
reptum est illis ut delinquerent. Hoc est quod su-
perius memorauit dicẽs, Accipiat misericordiã à
deo salutari suo. Dicit ergo, Tollite portas princi
pes uestras. Hæc uox sanctorũ est angelorum, de
Matt. 4 quibus dicit in Euãgelio, Quia accesserũt, inquit,
angeli & ministrabant ei. Hi ergo dicũt ad princi
pes & potestates, aduersus quos nobis colluctat-
tionẽ dicit esse Apostolus, ut tollant portas prin-
cipis sui, id est diaboli, q̃ est princeps principũ in
errore constitutorũ, per quos itur in gehennã. Hę
portæ pfidia est & fallacia idololatriæ. Et sequit, B
Et eleuamini portæ æternales. Fides & spes cum
charitate portę sunt ęternales, quia nõ potest abo
leri quod per ueritatem prædicat. Illæ aũt portæ,
quas dixi perfidiã esse & fallaciã idolorũ, tẽpora-
les sunt, quia omne mẽdaciũ nõ pmanet: Manife-
stata eñ ueritate interibit. Docent ergo ut tollant
portas principis tenebrarũ: id est ut amoto multo
rum deorũ errore, unius dei fides introducatur in
Christo. Hoc est quod se Apostolus edocere mis-
sum testat, ut nõ solũ ostẽdat hominibus, sed prin
cipibus & potestatib. in cœlestibus mysteriũ dei
unius in Christo. Et subiecit, Et introibit rex glo-
riæ. Tollendas dicit fallaces portas diaboli subtili C
tate compositas, quæ sunt præsumptio, per quam
deum sę existimauit, ut introeat rex glorię, qui est
Christus Iesus dñs noster. Nullius enim mentem
dei fides ingredit, nisi tulerit à se errorem diaboli
præuaricatiõe inuentũ. Et principes supra memo
rati nõ possunt in unius dei fidẽ Christũ regẽ reci
pere, nisi proiecerint à se traditionẽ, per quẽ uni
deo importat calumnia: nõ solũ terrena, sed & ea
quæ in cœlestibus usurpata est à principe princi-
pum satana: quia illic errorẽ quẽ inter se conspira
uerũt, ut autore diabolo deos se dicerẽt, & hoc in
terra disposuerunt, ut hic error illius imago sit. Et
sequitur, Quis est iste rex gloriæ? Ne superuacue
forte Christũ regem gloriæ dicere putaret, inter-
rogãtis ponit personã & dicẽtis, Quis est iste rex D
gloriæ? Quasi admiretur aut doceri se uelit, an ue
rum est et condignũ dicere Christũ regem glorię.
Et ideo responderunt ei, Dñs fortis & potens in
prælio. Vt hoc subiecto nõ nudis uerbis, sed cum
testimonio regẽ gloriæ Christum addisceret. Vir
tus eñ & potentia qua subegit & pressit diabolũ
cum satellitibus eius, hæc ostendit illum regem es
se gloriæ. Et adiecit, Tollite portas principes ue-
stras, & eleuamini portæ æternales: hoe est, uirtu-
tis testimonio, cui contradici nefariũ est, didicistis
dignũ esse Christũ dici regem glorię, ergo auferte
errorẽ de mentibus uestris. Et quod ait, Introibit
rex gloriæ, ostendit quia non possunt participare
cum fide Christi, nisi ab omni immũdicia idolola-
triæ emũdauerint corda eorũ. Nisi eñ innouatus
fuerit homo, non intrabit spiritus sanctus in eũ. Et
sequitur, Quis est iste rex gloriæ? Iteratio ista con
firmationẽ facit. Omne enim quod nouũ auditur,
non cõcipitur corde nisi iteretur. Admirationem
aũt et stuporem facit, cum dicit quod auditum est
nunquã. Et adiecit, Dominus uirtutũ, ipse est rex
gloriæ. Eadẽ repetendo docet rite dici hunc regẽ
gloriæ, qui sit dominus uirtutum. Non immerito
enim rex gloriæ qui sit dominus uirtutũ appellat
qui uirtutibus dominatur. Vnde Apostolus, Si e- 1 Cor. 2
nim intellexissent, ait, nunquam dominũ maiesta
tis crucifixissent. De psalmo quinquagesimo, CXII
quomodo quinquagesimus positus sit nõ protẽ-
poris ordine, sed ratione, et quid mysterij habeat.

Quinquagesimus psalmus hic positus est, non
pro temporis ordine, sed ratione. Titulus eñ eius
nõ numero, sed rationi subiectus est. Quantũ eñ
ad historiam pertinet, anterior est q̃ tertius. Prius
enim à propheta Nathan delicti causa correptus
est, quàm insurgeret contra illum filius eius Absa
lon, ut eum uellet & uita & regno priuare. Hęc er
go causa est ut quinquagesimus poneret, quoniã
constat ex lege descendere. Illic eñ cautũ est quin
quagesimũ habere numerũ remissionẽ. Est enim
post septẽ septimanas primus, typũ habens domi
nici diei: quia sicut post septẽ dies primus dies ip
se est qui initio factus est: q semper finita septima-
na dies primus est: ita & post septẽ septimanas qn
quagesimus numeratus, in mysterio primus est, q
duplici genere dominicus dies appellatur. Primũ
quia initio factus à dño est, qui semper in se cõuer
sus per curricula impleta septimana primus est: de
inde quia in eo resurrexit dominus, triumphata
morte, dominicus etiam dies nuncupat. Non im-
merito ergo in quinquagesimo numero quem in
mysterio primũ significatum aduertimus, remis-
sio continetur. Deniq; lex quinquagesimo die da
ta est. A profectione enim filiorum Israel ex Ægy
pto, quadragesimo & octauo die ablui iubent, ut
biduo purificati, tertia die parati essent ad legẽ ac-
cipiendã. Quæ abluitio quid aliud indicat, q̃ re-
missionẽ factã in quinquagesimo die, ut purifica-
ti legem acciperẽt? Ex quo cæteris pręteritis obli
teratis, actus sui redderent rationẽ secundũ credi-
tam sibi legẽ. Hac etiã ratione possessionẽ emptã Leuit. 25
qnquagesimo anno remitti debere præcepit lex.
Hinc est ergo unde & psalmus quinquagesimus
intitulatus. In hoc eñ rex Dauid remissionem po
stulat secundũ prædictũ sensum, unde ait: Misere-
re mei deus secundũ magnam misericordiã tuam.
Sciens rex Dauid grauiter se peccasse, sic postu-
lat dicens, Miserere mei deus secundũ magnã mi
sericordiã tuã. Magna enim misericordia tũc est,
cum grandia ignoscit peccata. Et adiecit, Et secun
dum multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquita
tem meam. Vt manifestaret acerbe se deliquisse,
peccatũ suum iniquitatẽ appellat: quia iniquitas
nõ leue peccatũ est, & qui delet iniquitatem, hoc
est non imputat, miseratione abundat. Nihil ergo
in causa sua excusare nititur, ut nõ solum animum

sibi iudicis mitiget, sed & faciat cōdolere. Cōmo-
uetur enim animus ad misericordiā, quādo uidet
reum sic sua cōfiteri peccata, ut ostendat dolere si
bi quia peccauit. Qui eñ non dolet irridere uidef
iudicem: quia ideo precaf, ut euadat iterū postea
eadē facturus. Et sequitur postea, Vsquequaq;, in
quit, laua me ab iniustitia mea, & à peccato meo
munda me. Quoniā multā miseratione dei prædi
cat, penitus se mundari precatur, ut nihil maneat
delicti aut iniustitię in eo, unde suspectus sit. Et ut
hoc ipsum obtinere possit uel impetrare, adiecit:
Quoniā iniquitatē meā ego cognosco, & delictū
meū corā me est semper. Quoniam grauiter scit
se peccasse, solicitus est ne non totum ei remittaf.
Considerās enim magnitudinē peccatorū suorū,
timet, sciens grauia peccata non facile ignosci: ac
per hoc cum fletibus confitef, peccatū suum ante
oculos habens, ut ex omni parte propiciū sibi fa-
Esaia 43 ciat iudicem. Scit enim scriptū esse, Dic prior ini-
quitates tuas ut iustificeris. Et sequif, Tibi soli pec
caui, & malum coram te feci. Nunc ex alia parte
culpæ suæ medelam prospicit, ut ad effectū postu
lationem deducat. Hac enim prosecutione in pri-
ma causa nocentē se dicit: nā qui alteri à deo pec-
cat, inimicus est autoris dei. In locū enim eius alte
rum eligit, cui autoritatē eius asscribat. Vnde hic
ab hac se iniquitate alienū ostendens: Tibi, ait, soli
peccaui, & malum coram te feci. Hoc est, quia ti-
bi, & nulli alij quem deū per errorem dicerē, pec-
caui, minor mea culpa est q̃ cæterorum, qui sunt
perditioni obnoxij. Non eñ impius sum, sed pec-
cator, quia non in te, sed in legem tuam peccaui.
Nec te negaui, sed te deum & dominū confitens,
in hominē peccaui. Ergo quia in illa quę tua pro-
pria causa est, reus nō sum, ignosce quod in cōser-
uum peccaui. Sic enim peccaui ut honorificentiā
nominis tui nec negarē, nec alteri darē. Fuit itaq;
unde cōmoueretur ad misericordiā iudex. Cum
enim multi in illum peccēt, quos etiam hortaf ad
se conuerti, dum ij qui nō in illum peccāt, ex alijs
tamen causis ueniam postulant, libenter admittit.
Semper enim dñs ad auxilium suum uult confu-
gere seruos suos. Vnde adiecit, Vt iustificeris in
sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris: Misericor
diam postulans, deum iustitiā suam nō immutare
precaf, cū soleat media esse iustitia, ut nō peccan-
tibus & peccantibus æqua sit, ut unicuiq; reddat
secūdū opera sua: sed nō ignorat quid postulet uir
innocēs in dei sacramēto. Sciēs enim deū frequen
Exod.22 ter in lege dixisse, Quia misericors, inqt, sum ego
dominus deus uester: inde rogat ut hæc fides ma-
neat, & in sermonibus suis deus iustificetur, dum
in eo permanet quod locutus est, nec peccatis ho
minum uincif, ut nō misereaf. Scientes enim qui
peccāt quæ promisit deus bene uiuentibus, & qa
in eo perdurant, iudicāt illum mendacē. Non eñ
credūt male uiuēdo uera esse quæ promisit: idcir-
co petit rex Dauid, ut uincat hoc deus quod pu-
tant homines, & det quæ promisit: ut erubescant,
qui dum nō seruant mandata, iudicāt illū nō datu
rum. Et sequif, Ecce enim in iniquitatibus conce-

ptus sum. Nunc hoc adiecto causam infirmitatis
A humani generis memorat, quia facile est homini
peccare, ut examē circa se iudicis mitiget. Primæ
eñ culpæ facit mētionē, ex qua pręuaricādo Adā
genus humanū obnoxiū fecit peccato. Suasu eñ
& fallacia inimici iniquitatē cōcipiēdo, omne se-
men suū iniquitati subiecit, ut ex eo oẽs per tra-
ducē generi peccato essent obnoxij. Propterea ad
iecit, Et in delictis concepit me mater mea: ut ab
Adā deriuatio facta peccati, cōceptis & natis im-
pedimēto esset ad bonā uitā agendā: ac p hoc sup
plici nō negandā misericordiā, quia infestū habet
hostē, qui ei suadet ut peccet. Per peccatū eñ dia-
bolus subiecto sibi primo homine, potestatē acce
pit carni eius se immiscere, & delictorū quadam
subtilitate oblectamenta suggerere, per q̃d captū
B hominē spoliat uita. Quam rem magister gentiū
memorās: Video aūt, inquit, aliā legē in membris Rom.7
meis, repugnantē legi mētis meæ: ut hoc cōtuens
iudex, dolēti circūuento porrigat manū. Et sequi-
tur, Ecce eñ ueritatē dilexisti. Quia ergo ueritatē
diligis, inquit, subueni rogāti, quē scis uera pecto
ris sui impedimenta exponere, cuiq; reo olim mo
tus misericordia subuenire decreuisti, ut errorem
admissum in terra, cœlestis prouidētia emēdaret.
Propter quod subiecit, Incerta & occulta cordis
manifestasti mihi. Incerta & occulta cordis hæc si
gnificat, quæ deus ad præsidium humani generis
procreauit, sicut & Apostolus: Quod oculus, in- 1 Cor.2
quit, non uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi
nis ascendit, quę prępárauit deus diligentibus se.
C Qui sunt qui diligūt deū, nisi qui legi eius consen
tiūt, nō cęlādo uel excusando peccata? Hæc ergo
occulta cordis manifesta sunt diligētibus deū, ut
quia dolebāt se delictis circumueniri, correpti nō
negarēt, sibi & origini suæ imputātes, in autorem
deū nō trāsferētes quæ peccabāt: corda illorū illu
minata sunt spiritali corusco, ut uiderēt dei proui
dentiā in Christo, qa uēturus erat ad dānādū pec-
catum, q̃d ex præuaricatione Adæ humano gene
ri imperabat. Hoc ergo orat rex Dauid, ut quod
decreuerat deus, in futurū uidens genus humanū
laborare, sibi prius subueniret in eadē necessitate
constricto qua omnib. se decreuerat subuenturū:
ut donū quod gratuitū futurū erat, et ante tempus
dari nō poterat, huic p prece & lachrymis conce
D deref. Quod quomodo fiat nō tacet dicēs, Asper
ges me hysopo, & mūdabor. Recte aspersione hy
sopi petit se mundari. De hoc eñ filij Israel postes
suos sanguine linierūt, ut tuti præstarenf à morte:
Ita et hic aspersione hysopi orat mūdari se à pecca
tis, ne tangaf à morte. Et sequif, Lauabis me, & su
per niuem dealbabor. Manifestū est, quia factum
dei distat à facto hominis: ideo super niuē, inquit,
dealbabor, quia q̃d deus fecit, multo melius est q̃
quod fecit homo. Propterea aspersione hysopi pe
tit se mūdari, ut sicut carnale corpus aqua abluif,
ita & p hysopi significationē, spiritali ratione ani-
marū maculæ abluanf. Aspersio eñ hysopi, lustra
tio quędā est, ut per id quod uisibile est, uisibiliter
emundef. Et sequif, Auditui meo dabis gaudium

& lætitiã. Dubium nõ est, quia uox prædicãtis re-
missionẽ, gaudiũ præstat peccatoribus. Quis eñ
non lętet cum audit dari indulgentiã? Cum enim
deus remittit, & in præsenti & in futuro securus
est. Propterea exultabunt ossa humiliata. Duplici
genere sunt ossa humiliata, quia & ut peccaret hu
miliatus est: nemo enim peccãs exaltat̃, & ut post
ea supplex ueniã imploraret. Nam utiq; in cilicio
& cinere uolutatus misericordiã precabat̃, quam
obtinẽs eleuatus est mẽtis exultatiõe & corporis
refectione. Et subiecit, Auerte faciẽ tuã à peccatis
meis, & omnes iniquitates meas dele. Hac forma
remissionẽ postulat, sicut cõstitutũ erat in futurũ
per fidem Christi, ut saluator qui ei spiritaliter est
promissus, ab ipso inciperet cũcta cõuersus dona
re peccata. Cuius enim nõ respiciunt̃ peccata, &
omnes delent̃ iniquitates, nõ habet unde reus cõ
stituatur, & inimicorũ eius ora claudunt̃. Qui eñ
nõ respicit peccata, nõ illa imputat. Hoc est enim
auertere faciẽ à peccatis alicuius, accusationẽ con
tra eum nõ accipere. Et quid est hoc, ut cũ de duo
bus peccatis correptus sit, hic addat de multis se
accusando? Et cum audierit à propheta Nathan,
quia ignotũ erat ei, quare sic postulat sedula pre-
ce, ut possit ad ueniã peruenire: nisi quia nõ suam
solius causam agit, sed sub accusatiõe peccati sui,
totius populi miserias narrat? Sibi eñ reformatio
nem precat̃, quia cui ignoscit̃, nõ est sine rubore,
nisi loco suo fuerit redditus, ut dignitas loci, rubo
rem excuset: cæteris aũt beneficium dei, quod ad
cuncta peccata abluẽda futurũ erat, in Christo si-
gnificauit. Et sequit̃, Cor mundũ crea in me deus,
& spiritũ iustũ innoua in uisceribus meis: Hoc est
bona mẽte misericordiã deprecari. Non solũ autẽ
de pręteritis rogat, sed etiã de futuris solicitus est,
ut peccator intẽdens odisse peccare ne peccet, ad
iuuetur à deo per spiritũ iustitiæ, quẽ orat dedica-
ri in uisceribus suis: id est, ut nouus ad hoc ponat̃
in eo ut custodiat eũ à peccatis, ne cogatur facere
quod scitur nolle. Cor aũt mundũ sic potest habe-
re, si neq; intus, neq; foris delinquat: hoc est, neq;
in opere, neq; in cogitatione. At quia prope im-
possibile est ut in omnibus seruetur, uel in dei cau
sa seruãdũ est, quæ principalis est. Etiã mundũ cor
in sacramẽto dei & Christi custodiat̃, dum fides in
Prouer. 20 uiolata seruat̃: quia & in alio loco dicit̃, Quis glo
riabitur mundũ se habere cor, aut immunẽ esse à
peccatis? Deniq; rex Dauid mundũ cor habuit in
causa dei, quia neq; auxiliũ aliquando in uanitate
quæsiuit, quæ est idololatria, neq; aliud à deo sibi
præceptũ nõ impleuit. Ideo de cæteris adiecit, Ne
proijcias me à facie tua, & spiritũ sanctũ tuũ ne au
feras à me. Hic sensus est quem supra memoraui,
quia securus de uenia, solicitus est de reformatio-
ne. Cui enim ignoscit̃ solum, solet à facie dñi secer
ni. Quamuis enim nõ in illũ uindicet̃, in animo ta
men dñi uel iudicis facinus eius deletum non est.
Ideo orat, ut penitus peccatũ eius deleatur, & di-
gnus sit accedere ad faciem dñi, & iterũ prophe-
tare, quod & factũ est. Hoc est eñ q̃d dicit, Et spi-
ritum sanctũ tuũ ne auferas à me. Hic est spiritus
prophetarũ. Et sequitur, Redde mihi lætitiã salu-
A taris tui, & spiritu principali confirma me. Lętitiã
dari sibi postulat, quæ promissa erat in Christo, ut
omnibus maculis ablutus & reparatus lætus esset
in salute quæsita, nec amotus, sed cõfirmatus in re
gno à spiritu sancto. Quem ideo principalẽ dixit,
quia super omnẽ creaturã est, per quem reges re-
gnant. Et subdit, Doceam iniquos uias tuas, & im
pij ad te cõuertent̃. Hoc dicit, ut in eo discant ini-
qui pietatẽ dei, qui confitentes sibi suscipit pecca
tores, & promouet: nec impios cõuersos negligit
sed hortat̃ dum alijs miseret̃. Et sequit̃, Libera me
de sanguinibus deus deus salutis meæ. Hoc dicto
ostẽdit peccatũ suũ morte dignũ, ut dei misericor
dia quanta sit, prædicet. Per hoc eñ etiã alios pro
uocat cõfugere ad dei clementiã. Vnde subiecit,
B Exultabit lingua mea iustitiã tuã domine. Gaude
re se dicit in iustitia dñi, quia in eo permanet q̃d ꝓ
misit dicens, Misericordiã autem meã non moue- Esa. 54
bo ab eis. Lætus ergo Dauid rex & securus in hac
parte, dei sui iustitiã prædicat. Et sequitur, Labia
mea aperies, & os meũ annũciabit laudem tuam.
Sic labia eius aperit, dum clausa fuerint causa pec
cati: liberati enim os patet, peccatoris autem clau
sum est os: pudore enim & metu correptus loqui
non audet, absolutus autem & liberatus tripudiãs
prędicat laudem iudicis. Nam & Apostolus sicut
ipse testatur, propter quod ab hominibus liber es
set, Os nostrũ, ait, patet ad uos ô Corinthij. Et ad- 2 Cor. 6
iecit, Quoniam si uoluisses sacrificium, dedissem
utiq;. Hoc de comperto loquit̃, sciens sanctũ Sa-
C muel dixisse ad Saul regẽ, qui cũ peccatũ suũ non
dolore mentis, neq; lachrymarũ miseratione, sed
sacrificij oblatione obliterari putaret: Nõ uult, in- 1 Reg. 15
quit, deus sacrificiũ magis q̃ audiri uocem suam:
quia huiusmodi sacrificia damnum possunt face-
re, non tamen deum placare. Deus enim sic placa
tur, si anima peccati sui memor in tribulatione &
mœrore cordis, defleat q̃ peccauit. Et sequit̃, Ho
locaustis nõ delectaberis. Nec delectat̃ holocau-
stis deus, sed in huiusmodi causis. Ipse eñ animus
pro se satisfacere debet, non se de foris redimere.
Nam ista adiutoriũ præstare possunt. Animus eñ
sicut oblectatus est in peccatis, sic tribulari debet
in pœnitẽtia, & tũc delectabit deũ delere eius pec
cata. Vnde subiecit, Sacrificiũ deo spiritus contri
D bulatus: cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ spernit.
Ostendit quale sacrificiũ pro peccatis deus susci-
pit: quia nõ poterit deũ placare, nisi q lætatus est
circa salutẽ, & cõtribulatus fuerit corde, & sic re-
paretur ad uitã. Deniq; omnis inquietus, uel indi
sciplinatus frequẽter incurrit, ut mẽbra corporis
lædat, quæ utiq; non sine dolore possunt sanitatis
recipere medicinã: sic & peccatores non possunt
peccata sua redimere, nisi dolorẽ senserit animus
qui peccauerit. Hoc eñ iustũ est, ut quia cõtra ra-
tionẽ gauisus est, secũdũ rationẽ patiat̃ mœrorẽ.
Et sequit̃, Benigne fac dñe in bona uoluntate tua
Sion. Sion dicẽs, ecclesiã significat, ut perseuera-
tio nostra nõ improbabilis uideat̃, cui ut impleat
deus promissum suũ, suggerit, sciẽs se tũc plenam
remissionem

remissionem acceptură, cū quod decreuit deus in Christo impleuerit: id est, ut ab omni peccato liberentur sperantes in salute promissa, quia non solū à proprijs, sed ab Adæ peccato quod per traducē in omnes peruenit, liberabunt per Christū. Et adiecit, Et ædificabunt muri Hierusalem. Nunquid destructi fuerant? Sed muros Hierusalem dicens, Ecclesiā significat: quæ per fidē in Christo dispositā erat construenda. Cuius muri esse sancti homines intelliguntur: docente nos Apocalypsi Ioannis Apoc.21 apostoli, quia & Hierusalem ciuitas & muri eius serui dei sunt intelligēdi. Sciens etiā per Christum rex Dauid promissum, quod futurū erat implendum ad liberationē seruorū dei, orat ut impleat: id est, ut per fidem ædificet ecclesia, & liberentur sperantes de hac fide salutē. Et sequitur, Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ, oblationes & holocausta. Hoc dicit, quia oblationes & holocausta tunc accepta sibi haberet cū esset ecclesia ædificata: & non passim aut secundū omnē consuetudinē, sed sacrificiū, inquit, iustitiæ acceptabis. Iustum est sacrificiū, cum condignū munus offertur. Porrò autem nihil est tam iustū sacrificiū & condignū, nisi ut nosipsos offeramus deo. Quia eñ deus spiritus est, spiritalia illi offerēda sunt sacrificia, ut uiuo uiua hostia offeratur. Quia eñ dixerat, in causa peccati sacrificijs carnalib. deum minime delectari, ostendit futurū, quia spiritaliter deo offerendum erat ut hoc acceptaret: quia hæc deo digna sunt sacrificia: hoc est, in præterito minora fuerunt, quia carnalia, nunc maiora, quia spiritalia. Et adiecit, Tunc imponent super altare tuū uitulos. Si cessantibus pristinis sacrificijs, spiritalia successiua sacrificia significauit, quid est ut diceret, Tunc imponēt super altare tuū uitulos? nisi quia per hęc corporalia spiritalia significat, quippe cū dixerit, qa carnalibus non delectaē. Vitulos ergo dicens, populum nouellū significauit, Christi fide renatum, cuius deuotio quotidie super altare domini delibatur. Qui enim de ecclesia intelligiē locutus, sacrificia quoq; eius spiritalia significasse debet intelligi. Cur filius dei missus sit, & non alius?

CXIII Quanquā omne quod facit deus, rationabiliter & prouidenter factum credendū sit, melius tamē puto, si post fidē etiā causa facti possit aduerti, ut quod creditur, nō ignoretur. Vnde dominus ait, Ioan.17 Hæc est aūt uita æterna, ut cognoscant te solum uerū deum, & quē misisti Iesum Christū. Primum enim credi debet, sicut à propheta dictū est, deinde sciri quod creditur: quia iam fidelem & in hac re diligētē adiuuat spiritus sanctus, ut cognoscēs intelligat fidei rationē: tūc enim plenū habet gaudiū credulitatis suæ, si quod credit intelligat. Hoc est eñ fidei robur, hoc immobile fundamētū credulitatis, addiscere sacramentū. Vbi eñ sola fides est, nō est tam mera deuotio, & potest aditū habere surreptio. Vnde uas electionis ideo laborat, ut credentes fidei suæ rationē edificant. Cum eñ cognouerint quātus sit cui se crediderint, & quæ sit eius potentia, nullo pacto, nullaq; ratione ab eius Psal.33 spe traduci se patientur. Vnde dictū legimus, Gustate & uidete, quoniā suauis est dominus: ut data opera cognoscant diuinitatis eius saporē, intelligentes nihil sapientius esse q̄ in Christum credete. Quamobrem ipse magister gentiū inter cetera ait, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Et iterū, Scio, inquit, cui credidi, Col.2 2 Tim.1 quia potens est depositū custodire. Igitur hic scit fidei suæ rationē & nō dubitat de potētia eius, cū intelligit omnes thesauros sapientiæ & scientię in sacramēto natiuitatis & passionis & resurrectionis Christi esse abscōditos. Manēte ergo fide, diu mecum contuli, ut scirem cur dn̄s noster de sacris & de cœlestib. sedibus ad terrā incarnatus uenisset, & non alius ex ijs quos ipse dn̄s sanctos angelos uocat. Incōgruū enim uidet personæ eius hoc opus subijsse, nisi causa facti noscat. Deniq; hoc est quod mouet multos. Nam potuerit dei patris prouisio per alterā personā hoc negociū gerere, ut & hominib. in errore constitutis ostenderet ueritatem, & diabolū præsumptorem & salutis inuidū cum satellitib. eius cōprimeret & expoliaret deuictū. Quia peruicacia & irreuerentia nequissimorū seruorū, ministris famulis fuerat cōpescenda, ut non dn̄s omniū rem sibi indignā experiret. Neq; enim tanta uis & potentia est satanæ, ut per potestatē eiusdē conditionis superari minime potuisset, cū cōstet dei auxilio ipsum ab hominibus uinci. Nam quamuis impar sit si ex terrenis sumamus exempla, tamē ex aliqua parte cōuenient rationi. Seruū eñ cōtra Dauid regē rebellātē, Ioab 2 Reg.20 conseruus eius missus est persequi & trucidare: & cōtra Absalon in patrē impiū seruis iniuncta res est: quanto magis ad tyrannidē diaboli uincēdam unius sancti angeli ministeriū sufficeret, cū unius de multis suffecerat efficacia. Quippe cū legamus quia repugnās cōtra Michaelē archāgelū perdurare nō potuit, sed subiectus in terram est. Hoc er- Apoc.12 go mecū sæpe reputās, hoc solū sciebā, quia ideo ipse à patre missus est, ne ad iniuriam eius pertineret, si opus per eum factū, per alterū reformaretur: sed hoc scire minimū erat. Non enim satisfaciebat ad tam magnā & admirabilē causam, nisi & aliud comprehenderet quod proficeret ad arcanū intellectum. Sic factum est, ut animaduerterē causam hoc poposcisse ut sic ueniret qui uenerit. Ipsum enim ratio tāgebat ut ad eū cōprimendū ueniret, q dignitatē eius & meritū usurpasset. Post deū enim patrem diabolus deus dici uoluit, quod & nunc usq; cō tendit, cum utiq; nō illum res cōtingeret, sed esset hoc filij dei qui post patrē deum secūdus est, non natura, sed ordine. Ad hanc ergo causam agendā non alium oportuit uenire, nisi Christum dn̄m nostrum: quia nō tantū ad comprimendum diabolum uenit, sed & manifestare seipsum omni creaturæ: ut reprobata persona diaboli, hunc esse cognoscerent, cuius principatum & maiestatem præsumpserat satanas: de cætero cognita ueritate relinquerent errorē, pro certo habētes Christum esse dei filium, qui solus deus de deo sit, & caput siue principium eorum omnium, siue quæ in cœlo sunt, siue quæ in terra, quia uirtute & potentia

qua superauit tyrannū satanam, manifestatus est ipse esse, cuius imperiū præsumpserat impius diabolus qui est satanas. Dum em̄ uoluit inique deus dici ut dominaret potentijs spiritalibus, unde in-
Esaiæ 14 crepaē à propheta dicente, Tu enim dixisti in corde tuo, Ponam sedem meā in nubibus, & ero simi lis altissimo: multos decepit, quorū conspiratione princeps erroris est factus. Qui in psalmo cōmonentur, ut reijcientes mendaciū, suscipiant ueritatem. Dicit enim eis, Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Nisi enim tollaē error de mentibus incredulorū, non poterūt suscipere fidē unius dei in Christo. Hoc enim edocenē, ut sublatis portis per quas itur ad mortē, secundū perfidiam à diabolo cœptā, suscipiant fidei sacramēta per quæ itur ad uitam. Ista sunt enim quę significat in ęternalibus portis, quia ueritas fidei æternitas est: perfidia aūt temporalis est, quia mendaciū adinuētio diaboli est. Diabolus em̄ cœptā præuaricationē in cœlis, seminauit in terris, multorū deorū suadens culturam, inter quos principatū haberet. Caput enim & principiū uoluit esse cęterorū, quod nō ei debebatur, sed saluatori. Vnde persequit eum usq; ad terrā, ut cōprimens eum ostēdat erroris eius præuaricationē manifestata in se ueritate. Vnde dictū
Psal. 84 est, Veritas de terra orta est. Proiectus em̄ de cœlis, confugit ad terras, ut meditatā diuinitatem in supernis, expleret in inferioribus. Vnde dicit A-
2. Thess. 2 postolus, Ita ut in templo dei sedeat ostendēs sese quasi sit deus. Quoquo em̄ modo desideriū suum implere uult & damnari: furore em̄ plenus minus putat damnari esse, q̄ non explere auiditatē erro-
CXIIII ris. Aduersus Paganos quomodo temere audeant aduersus nos congredi, aut fidem nostram impugnare, & suam cōmendare? Qua ratione Pagani aduersus nos audeant cōgredi, aut fidem nostram impugnare, se autem putent absolutos esse non uideo. Quippe cum nulla habeāt assertionū suarum documenta superstitionis suę magis dicā quàm religionis. Nam quæ cauta nō habent proferunt, ut ipsi potius nouarū rerum autores & defensores habeanē. Primo enim in loco deos se asserunt colere: quorū nulla insignia, nulla dant testimonia. Illos em̄ deos appellant, qui se ausi nō sunt deos nuncupare, ut homines autores deorum habeantur, cum deus autor debeat esse hominibus: ac per hoc uana & inanis assertio est, quicqd em̄ sine deo est, stabile esse non potest. Manifesta em̄ esse quę dico probant libri eorum, in quibus nihil diuinū, nihil deo iubente legitur constitutum: sed singulos uiros propter quasdā causas diuersa asserunt instituisse numinū sacrificia, ut ij qui nullius meriti uidentur, ca ipsa quæ statuerant digne statuisse probarenē. Quando ergo quos deos appellant, nihil horū mandasse leguntur, qua autoritate hi faciunt, aut acceptū sibi putāt, quod nō probant mandatum, cum si etiam mandatum probaretur, examinandum prius fuerat, si dignum esset aut debitum his obedire, quorum nulla signa, aut prodigia, aut cōmendationes diuinitatis in rebus gestis existerent? Sed solent ab his exclusi ad elementa cōfugere, dicentes hæc se colere, quorū gubernaculis regiē uita humana. A quibus, ut supra requisiuimus, si mādatū est aut iussum à deo, quem etiā ipsi magnū & summū fatentur & negligunt. Si enim fieri debet, ab illo mādari oportuit qui autor eorum dicitur. Si autem ab illo nō est mandatum, præsumptio est, & ad pœnā proficiet, non ad præmiū, quia ad contumeliam pertinet conditoris, ut contempto dn̄o colantur serui, & spreto imperatore adorenē comites. Quomodo istud impunitum erit, quod enā in hac uita uindicaē, & quidem acerbius, uideamus? Sed si forte ab ipsis elementis dicant mandatū, ostendant alicubi præceptum, legiē aliquādo aliquid illa locuta. Quod si nō ostēdūt, qua pœna digni sunt, qui autores præsumptæ & cōfictæ religionis deteguntur? Libera sunt ex hac impietate elemēta. Ipsa enim luminaria mūdi accusabunt illos apud iudicē deum, quia in hac consilij uanitate minime se autores ostendunt. Similiter & illos quos constat homines fuisse, deos nuncupant, cū cœperint pro peccatis suis cruciari, in hac parte minime se reos defendēt, in hos crimē hoc retorquētes, quib. cū hoc nō mandassent, ut deos illos colere cœperint. Igitur quo pudore fidem nostrā reprehendant aut irridendā putent, quorū legem uirtutū testimonijs fultam, necnō & ipsius domini ac dei nostri relegūt uocē dicentis, Ego sum deus, & nō est alius præter me? *Esa. 44*
Quod si nudis uerbis diceret, nō erat ei credēdū, ne similes Paganis uideremur, qui nulla deorum suorū signa maiestatis uidentes, colere eos cœperunt: &, quod peius est, inhonesta. Turpia enim illic agunt, quę pudoris est reuelare, & prudēres se appellant. Porrò aūt deus noster teste uirtute coli se mādauit, & ut nihil suspiciōis relinqueret, legē ipsam honestā & sanctā, ut & deo dignū est tradidit. Nos uero qui stulti à Paganis dicimur, deo nostro non credidissemus nisi nobis satisfecisset enā testimonijs uirtutū: nec legē eius suscepissemus, si nō illā purā & ipsa professione dignā cognouissemus. Hinc est unde nihil apud nos in tenebris uel occulte geritur. Omne enim quod honestum scitur, publicari nō timetur. Illud aūt quod turpe est & inhonestū, prohibente pudore nō potest publicari. Quamobrē Pagani mysteria sua in tenebris celebrāt, uel in eo prudētes. Erubescūt em̄ palam illudi, piacula enim quæ illic uice legis aguntē, nolunt manifestare, ne qui prudentes se dicūt, hebetes his uideantur quos stultos iudicant. Sed ne forte hinc illis stulti uidcamur, quia lex nostra castitatē, misericordiā, pietatē, continentiā prædicat: apud illos em̄ hæc stulta sunt, quia omnis bonus malo malus est, & prudēs stulto insensatus est. Nam intantum castitatem execrantur, ut etiā cinædis delectenē, magisterio eorum subiecti, qui nisi tales fuerint, idonei nō erunt ipsi, si dicendū est, religioni. Propterea enim abscindunē & habitum immutant, ut de uiris quasi fœminę fiant, & circa naturā subiecti muliebria patiantur, & tunc demum apti & digni sint ministri superstitionis illorum. Nunquid

quid accusari potest huiusmodi quem lex facit talem? Ideo em̃ amisso uiri & actu & habitu in mulierẽ trãsformanť, ut muliebria libẽter patiantur. Quæ ergo putanť esse mysteria, ubi de honesto inhonestũ fit, & de incorrupto corruptũ, cum hic sit uere cultus religiõis, qui de turpibus honestos facit, de indisciplinatis modestos? Quomõ cultores eius æmuli possunt esse bonæ uitæ, quando mysteria legis eorũ sine cinędis celebrari nõ possunt? Si ergo lex eorũ his delectatur, peccator erit & stultus quisquis nõ fuerit talis. Ideoq́; stultos nos appellant. Colẽtes enim hæc turpia, prudẽtes ab his iudicanť, euitantes autẽ & fugientes, stulti. Quod quidem callide & astute ab ipsis uidetur aptatum. Idcirco enim legi suæ applicãt nomen prudentię, ut cõregant reprehẽsibilia eius, quia ubi prudentia, reprehẽsio nulla est. Nostram autẽ legem stultam dicunt ut prohibeãt ab ea. Sed sublatis nominibus prudentiæ & stultitiæ, & submota omni inuidia, quã parit defensio ambarũ partium, ipsæ leges inter se confligãt, ut appareat ubi sit prudẽtia & ubi stultitia. Sed præsente signo crucis, obmutescit Paganitas. Et si adest, quã uocãt stultam, prudentia illa, sacra illorũ respondere non audẽt. Reprimunť em̃ exta illorũ, respondere nõ audent, & occultanť ob reuerentiam Christianæ maiestatis. Magna res est ut illa quam uocant prudentiã, metuat illam quam appellant stultitiã. Conferamus nunc tenorem legum. Pagani deos deasq́; colere se etiam literis profitentur, & uerum est quod dicũt, quia & masculos colunt & fœminas. Ianus enim & Saturnus, Iouis & Mercurius, & Apollo & cæteri, Itẽ & Minerua & Isis, & Fruxilla & Venus & Flora meretrix cũ cæteris, dij deæq́; sunt sicut historiæ tam Græcorũ q̃ Romanorum testantur. Christiani autem utpote pauperes quos stultos uocant, unum deum colũt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid quod ab eo conditum est ueneranť. Ipsum enim solum sufficere sibi et abundare sciunt ad salutẽ, non ignorantes, quia si gloriam & nomen eius alijs deputauerint, offendant eum, quia nullus imperator permittit ut cum nomine eius tribuni & comites adorentur. Cõferantur nũc leges ut uideať, utra sit prudẽtia, quæ creatorem colit an quæ creaturã: quæ dominũ an quæ seruos? Potest fieri in aliqua domo ut præter unũ alius dominus appelleť, ut pagani literis forensib. instituti qui sibi prudentes uidenť, in uno mundo ab uno deo cõdito multos deos deasq́; ueneranť. Procuratores em̃ & autores mũdi deos & dei nomine nuncupãt, cũ improuidi deneganť. Illud autem asserere quod perniciem pariat, improuidi est & stulti. Quoniã necesse est deum iniuriam suam uindicare in eos qui conseruis suis deũ & dei nomen & gloriam impertierũt. Dehinc cõsiderẽtur præcepta. Lex nostra quos stultos uocant, antistites & ministros, idoneos, sine crimine, sanctos & irreprehẽsibiles præcipit ordinari. Ecõtra autẽ paganorũ traditio antistites & ministros idoneos sibi esse nõ posse, nisi ex uiris trãsfigurenť in fœminas, ut licenter & publice muliebria patiantur, & discussis in aqua inhoneste crinib. mollem quassa

A tamq́; uocẽ & turpem emittant. Quod si publice facerent, ab omni populo lapidarenť, & Cynocephalus ille, qui mutabundus per omnia se circumferri loca quærens membra adulteri Osiris uiri Isidis. Ecce quib. ministris siue magistris pagani prudentiæ sibi nomen adsciscũt, cum non solum non prudentiæ sit, sed etiam criminis. Obscœna em̃ & probrosa diligere funestum est. Illud autem quale est quod in spelæo uelatis oculis illuduntť? Ne em̃ horreant turpiter dehonestari se, oculis illic uelantur: alij autem sicut ales alas percutiunt, uocẽ coracis imitantes, alij uero leonũ more fremunt: alij autem ligatis manibus intestinis pullinis, projciũtur super foueas aqua plenas, accedente quodam cum gladio, & irrũpente intestina supradicta, qui

B se liberatorem appellet: sunt & cætera inhonestiora. Ecce quantis modis turpiter illuduntur qui se sapientes appellant. Sed quia hæc in tenebris patiuntur, putant posse nesciri. Ista enim omnia quæ à malis & turpibus inuenta sunt in occulto, sancta fides Christiana prodidit & detexit. Prædicata enim fide, considerãtes qui audiebant quid boni & sanctitatis publice ꝓmittereť, cõtulerũt se ad fidẽ, occulta illa inhonesta et turpia relinquẽtes, et quõ per ignorantiã illusi sint cõfitentes. Tunc em̃ iam pridem omnes propè in hoc uertebanť errore, & idcirco sibi prudẽtes uidebanť, quia qui reprehenderet non erat. Nam quãquam omnes errarẽt sub uno fallacis nomine idololatrię, unusquisq́; tamen iuxta mores suos ordinauit & cõuersationem &

C culturam, ut unus error diuersitatẽ haberet ex turpitudine & cõuersatiõe autorũ. Deniq́; sacra quæ sacra Liberi uocãt, inhonesta & uanissima sunt, & plena furoris. Difficile enim impurus non iracundus est. Deniq́; ubiq́; cum Priapo depictus inuenitur, cũ quo inhoneste uiuebat. Hoc modo sunt & cætera sacra eorum, sed ut posteri his inuentionibus caperenť, subtilitate & astutia factum est Satanæ, quanquã nõ sine illius cõsilio ista inuẽta sunt. Inuentis tamẽ singulis, aspersit quædam præstigia per quæ illiceret homines ad errorẽ. Et sic factum est, ut per traducem antiquitatis cõmendareť fallacia, & excusareť turpis inuentio. Per cõsuetudinem em̃ cœpit non turpe uideri, quod turpe erat. Nam cum dehonestanť aliqui, primo erubescunt,

D postea blandiente cõsuetudine, recedit pudor mutata fronte, præcipue si multos uideãt tales. Nam quęstus turpitudinis tunc est, quando ij qui nobiles dicunť, dehonestari uident: facile enim imitatores inuenit honestata nobilitas. Si ergo iam porro pridem propter hoc prudentes sibi uidebãtur, quia cui fœda inuẽtio hæc displiceret nõ erat: nũc quia dei misericordia illustratũ est genus humanũ & declaratũ crimen esse quod pro lege credebať, stultũ aũt quod putabať prudẽtia inuentũ, uel ab hac appellatiõe cessare deberẽt, permanere nolentes in detecto crimine, cognoscentes nomẽ sapiẽtiæ à se alienũ esse. Sed ut addant ad cumulũ confessiõis suæ stultitiã, in stultitia deprehensi uocant fatuos, à quibus conuincunť. Sed fidem nostri &

posteritatē accusant, in præceptis autē non negāt
A nihil posse reprehēdi. Qui fidem nostrā accusant,
non magis cōtra nos, q̄ contra autorem nostrū su
scipiunt. Nos enim stultos, qui quasi rei fatuæ fidē
dederimus, illum autem mendacē & circunuēto-
rem, necnon & malitiosum pronūciant, qui fidem
traderet per quam deciperemur. Credentes ergo
prius non nos stulte credidisse probemus, deinde
causam autoris, cum in errore degeremus in quo
nunc manēt Pagani: si nullis uirtutū signis attra-
cti, si nudis uerbis quæ sacra uocāt, perciperemus,
prodesse putātes, nō quod diuinitas cōmendaue-
rat, sed quod uetus cōsuetudo tradiderat. In qua,
B quod non latet, diuersis illusi uanitatibus, nullam
spem salutis cognouimus. Quid enī poterat ꝓdes-
se res ab hominib. inuēta? Vt aūt ad fidē dei acce-
deremus, & filiū eius incarnatū & crucifixū crede
remus, nō uerbis suasum est nobis, sed rebus. Vi-
dimus enim mortuos suscitatos, leprosos munda-
tos, cæco nato oculos restitutos, dæmonia eiecta,
& simul omnes infirmitates curatas. Nunc quan-
do stulti fuisse iudicemur, cum nudis uerbis credi-
dimus, aut cum rebus? Sine dubio enī res ante uer
ba sunt, quippe cū ad res significādas inuēta sint.
Si ergo traditioni humanæ, nulla suadente uirtu-
te, quæ ad illudendas mentes hominū inuenta est,
fidē dedimus, quāto magis huic, quā diuinā et dei
ficam omnia signa quæ deū inuocāt, contestātur?
Nōne digne stulti iudicaremur, si uirtutib. nō cre-
deremus, qui sermonibus credideramus? Nonne
C rationabiliter improuidi & incōsulti uocaremur,
si aduocantē spem nō sequeremur, qui desperatio
ni fueramus obnoxij? Si aūt econtra stultum est
quod credit. Non enim rationi subsistit, deum ha-
bere filium, neque emortua & dissoluta corpora
rursus reparari posse ad uitam probauerint omnes
Philosophi & sectarum inuētores: etiā si diuersis
disputatiōib. se inuicē cōfunderent, nullus ad alte-
rum trāsiens, quia unusquisq; in quo imbutus fue-
rat, ꝑmanebat. Per id enī quod uerba cōtradictio-
ni obnoxia sunt, nullus alterū superabat. Non enī
erat unde se quisq; uictorē ostēderet, sed inuicē cō
tradictiōib. se fatigātes, minime alter alteri persua
debat. Hinc factū est, ut dei prouidētia, cuius sen-
sus inuestigari nō potest, prædicationi suæ uirtutē
adiūgeret, ut ueritas prædicatiōis uirtutis testimo
D nio probaret, ut qui uerbis cōtradicerēt, uirtutib.
nō auderēt. Quæ enim maior poterit esse testifica
tio ueritatis, q̄ est operatio uirtutis? Si quis autem
opera uirtutum deneget, accusans scripturas, quō
poterit stultam fidem nostrā dicere denegans scri
pturas? Vbi enim scriptū est de Christo, quod fili-
us dei credendus est, eodem loco uirtutis testis in
uenit. Et si cui absurdū uidet legenti Christum dei
filium crucifixū, reuoluat, & inueniet resurrexisse
eū à mortuis et intelligat nō ociose eū mortuū esse
neq; inuitum qui potuit resurgere, sed esse myste-
rium. Quicunq; ergo est ille, aut tacebit de cruce:
quia si dixerit stultam crucē, nō poterit stultam di
cere resurrectionē, excusat enim resurrectio cru-
cem, Aut si locutus fuerit de cruce, nō poterit ne-
gare prouidentiā esse in ea, quā uidet testimonio
A resurrectionis firmari. Aut utrunque enim accipi-
tur, aut utrunq; refellitur, ut qui non defendet, nec
audeat accusare. Quare aūt crucifigi se permiserit,
cognatis mysteriū reseruandum est. Mortem aūt
hāc intantū cōmendauit, ut clarificari se per eam
testatus sit. Nam & ait, Potestatem habeo ponēdi Ioan. 10
animā, & potestatem habeo iterum sumēdi eam.
Non ergo coactus est mori, quia potestatē habuit
& mori & resurgere. Hanc qui abnuit, nō poterit
dicere uiolēter illi mortē illatam. Si enim istam ne
gat, nec mortuū illum poterit asseuerare, quia hoc
illic cōtinetur ubi morti traditus legitur. Nemo e-
B nim ex superiorib. postrema, aut ex postremis su-
periora condemnat, quia contrariū non est quod
unius corporis est. De mortuis aūt quod resurgāt,
dolo dicūt stultū credere. Vidēt enim exēpla qui
bus credibile iudicet. Oīa enim semina usibus
necessaria, nisi resoluta fuerint, renasci rursus non
poterunt. Si hoc mūdo hominū causa deus decre-
uit, cur illorū ipsorū corporib. si hoc præstaturus
credat, stultum putatur? Nisi quia ipsi stulti sunt,
qui deo nō dant quum potest mūdus uirtutem, cū
gestarū nunc usq; appareat umbra, quia iam tem-
pus nō est faciēdarum uirtutū. Initio enim fieri o-
portuit ut semen fidei per hanc crementū faceret.
Tamen & modo dæmonia nominata cruce Chri-
sti terrent, & si impensius fiat, fugant: & dij Paga-
norum formidine & metu nominatæ crucis respō
sa dare nō possunt. Si opprobriū est mors Christi,
C quare terrori est? Res enim quę ex crimine uenit,
non timeri debet, sed cōtemni. Quis enim timeat
hominē pro crimine suo occisum? At si innocens
fuerit, timeri tamē non potest, sed doleri. Itaq; nisi
sentirēt dæmonia, uel dij Paganorum, sacramen-
to esse crucē Christi, nominata ea nō terrerent: &
ut expressius dicam, nisi rei essent, nō timerēt. Hi
etenim omnes qui ex parte diaboli sunt, cōsense-
rūt in mortē Christi, Vnde cūcta demonia siue dij
gentiū, nominata cruce Christi, terrore cōcutiun-
tur. Omnis enim qui in alicuius innocentis morte
reus est, cū nomē eius fuerit memoratū, timor ap-
prehēdit cor eius. Recordatiōe enim habita deli-
cti reū se uidet. Quāto magis dæmonia, uel dij gē
tium qui rei sunt necis domini & saluatoris mūdi?
Sed Pagani antiquitatis causa uerum se tenere cō
D tendunt, Quia quod anterius est, inquiunt, falsum
esse nō potest, Quasi antiquitas aut uetus consue-
tudo præiudicet ueritati. Possent enim homicidæ,
aut molles, aut adulteri uel cæteri criminosi ꝑ hoc
illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso
mūdi initio cœpta: cū hinc magis intelligere debe
rent errorē suū, quia quod reprehēsibile est & tur-
pe est, male cœptū probat, quod autē honestū &
sanctum est, digne colit, Nec posse turpe & repre
hensibile ante factū, esse honestum & irreprehēsi
bile. Et ad extremū, Paganorū traditio esse ab ho-
mine inuēta, negari nō potest, quia autem nostra
lex à deo data est, euidens res est. In mōte enim ap
paruit maiestas dei ad dandam legē hominibus, ut
& hinc fides possit haberi. Primo misit signa mul-

ta

ta & ꝓdigia facta in Aegypto, quod hodie quoq; libri testātur à Ptolemæo recōditi in bibliotheca Alexādrina. Sic ergo legē dignatus est dare, ut ne mo ambigeret deū esse qui tradidit. Palam em̄ & manifeste uisa est omnibus maiestas dei, tanto ful gore & terrore, ut etiā præter eū nemo alius deus crederet, & quod iubebat omni obseruatione di gnū haberet. Et ut omnia deifice ratiōi cōueniāt, suspiciat tradita lex, si quid in ipsa iniustū, si quid inhonestū, si quid ridiculosū, sic oportuit innote sceret: nō ut in angulo ꝑ imposturā appareret quæ claudi non potest, neq; in speculo ubi aliud est ꝙ cernitur operāte illecebrosa fallacia, neq; ea seruā da celaret, quæ ꝓpterea quod inhonesta essent in tenebris gererent. Cum enim unius dei notitia ob literata esset in mundo cōsuetudine delinquendi, quia mendacium uelamen præstiterat ueritati, cle mens & misericors deus, nolēs op⁹ suū perditiōi obnoxium fieri, uisitare dignatus est genus huma num. Nō sic apparēs sicut hi qui falsō dij appella ri uoluerunt, sed sicut est ueritas dei, ita se manife stauit, ut errorē adimeret, qui falsorū deorū prædi catiōe mūdi sensum corruperat. Denicq; supra sex centa milia hominū egressa de Aegypto, uidētes & cognoscētes dominū hunc esse supra omnes ex apparētia ineffabilis gloriæ, proximare ad eum ti muerūt, sed lōge curuato genu eum adorauerunt. Postea prosequētibus alijs signis, tam illis quæ fe cit in deserto, ꝙ quæ fecerat in Aegypto, in omni bus mirabilibus manifestatus est unus esse deus. Hæc omnib. propè innotuerūt linguis, hæc uici nis gētib. terrori fuerūt. Quid tale in dijs gētium? Cui gēti, cui populo gloriā suam ostēderūt? Quæ signa aut uirtutes ad diuinitatis suæ testimoniū fe cerunt? Vbi uel quando locuti probanē? Sed irrā tionale uulgus, aut apparentes umbras, aut dæmō nia, aut simulachra mortuorū ut deos colere cœ perūt: quæ res in cōsuetudinē uetustatis deducta, arbitratē rationis sibi ueritatē posse defendi: cū ue ritatis ratio nō ex cōsuetudine, quę est ex uetusta te, sed ex deo sit, qui non uetustate de⁹ probatur, sed æternitate. Quamobrē fides nō cœpta res, sed sine initio est. In deum enim credere, nostrum in cipere est, Nam quod credit, æternū est. Quomō ergo anteriores se putāt Pagani, quando quod co lunt, post deū est? Nunquid nō opus post opificē est? Pagani colunt opera, nos opificē: illi creaturā nos creatorē. Certe deus fecit mundū, & à se facto notitiā suam nō ostēdit? Aut fecit hominem, & noluit se ab eo coli quem fecit? Sed absurdum est. Factus ergo homo cœpit uenerari suū conditorē, quia dignū est, & causa hoc exegit. Quod cū per desidiam hominū aboleuisset, reparauit istud de us in Abrahā, ut cognitio dei quæ fuerat in Adā, inciperet rursum in Abrahā: ut ab eo geniti, sub e ius cognitione educarent, & per traducē nō defi ceret, neq; deesset qui coleret deū: aduocatis etiā exteræ gētis hominibus ad istam dei cognitionē. Qui ergo cognouit, sub initio est: qui autē cogno scit, supra initiū est. Qua igitur ratione Pagani le gem suam ante dicūt fuisse quàm nostram? Si mū

A dus ante deum est, quod absit, sic poterit & Paga nitas anteponi Christianitati. Nemo miret de no mine Christianitatis, Est enim colere unum deū in mysterio trinitatis. Quod si nomen Christi pu tar ex chrismate, nominis tamen ratiō ante chris ma est. Apud maiores enim nostros, qui in reges ungebanē, Christi uocabanē, habētes imaginem Christi uenturi: qui natus de deo patre in regē nō immerito Christus appellabaē, quia qđ istis chris ma, illi dedit natiuitas: quem quādiu ignorant pa gani, reprobāt, cum autē cognouerint, diligentius excolunt, gaudentes quia de malo transierunt ad bonū. Qui enim in re tam friuola & inepta perti naces fuerunt: quanto fortiores & uehemētiores erunt cognita ueritate? Qualis ergo Christus no ster est, qui cum nescit, oditur: cum cognoscitur,

B amatur. Nam omnis malus cum nescit, amat: co gnitus, odit. Quanti retro oderunt Christum, qui nunc amāt? Quot qui dolent odisse, quod nescie tant? Imprudētis em̄ est odisse quod nescias, quia probandū est, an odio digna sit res. Denicq; qui ho die aduersanē, in crastino defendent, pœnitētiam agētes, tarde se cognouisse quod uerū est. Quod si odio digna res sic esset, aut aliquid haberet falla ciæ, quotidie ex Christianis fierent pagani. Porrò autem, quoniā hæc ueritas est, quotidie omni ho ra sine intermissione deserentes Iouē, inter quos sophistæ & nobiles mundi qui eum deum confes si erant, confugiunt ad Christum, cui est honor & gloria in seculorum secula.

De fato, quō perniciosissima sit Christianis artis Matheseos obseruatio & cura. CXV

C Nihil tam cōtra Christianos, quàm si arti Ma theseos adhibeant curam. Hæc em̄ inimica digno scitur dei legi. Si em̄ nascunē qui mali sint, & eō tra qui boni sint, frustra lex data dicit, & non solū hæc, sed & iniustus habebit legislator. Qui enim lege data cogit homines contra id quod nati sunt facere, sciēs non posse mutare naturā, ad hoc utiq; legē uideē dedisse, ut haberet occasionē, qua cru delitatem suā de nece hominis satiaret. Vt quid e nim prohibet, quod scit auerti nō posse? Aut quē admodū damnat hominē, qui non fecit quod fa cere nō potuit? Si autem iniustum uidetur, ut est, quia istud de deo sentire nefarium est, rectè et salu tari ratione legem dedit, sciens posse hominē cōti nere se ab eo quod ꝓhibet lex. Ergo quia iuste le gem dedit, non est utiq; iniquus cū uindicat. Itaq;

D si legi dei fides cōmodanda est, quia iuste probaē data, ars Matheseōs euitāda & fugiēda est. Hanc em̄ astutia et subtilitas inuenit diaboli, Quia enim aperte repugnare nō audet autori, tergiuersatiōe id agit, ut & deo iniuriā faciat, & hominē legi ini micū cōstituēs, morte mulctet secunda. Qui ergo autoritati cedit, & factū eius retractari nefariū du cit, legi ab illo datæ obtēperat, die nocteq; studijs eius insistēs, nec aliqđ aduersum respicit, nō dubi tās, quia potēs est homo præcepta eius seruare. Nā hi qui peccare gestiūt, occasionē quærūt quō pec cata sua à se faciāt aliena, ut dum naturæ quasi im putāda peccata sint, immunis esse à pœna uidea tur

tur peccator. Hoc propositū horum est, qui despe-
ratione promissæ futuræ uitæ, præsenti desiderant A
frui uoluptate. At hi qui freti fiducia fidei, spem fu-
turorū expectant hoc implere contendunt, quod
in primordio renascibilitatis polliciti sunt, ut abre-
nunciarent pompis & uoluptatibus satanæ. Quā-
ta ergo subtilitate usus est satanas, ut promptiorē
hominem ad peccandū faceret, per quod inuidiæ
suæ expleret nequitiam. Dum enim audit sic se na-
tum esse ut peccet, & deum nō ignorat esse iustis-
simū, credit se impune peccare: quia qui iustus est
iudex, non damnat eū qui imperāte natura pecca-
uit. Nec quidē eius peccatum dicēdum est, quod
alius egit per illum. Sic deceptus est homo, pecca-
tis enim pressus, factus est morti obnoxius. Igitur
tollit omne hominis bonū, qui tollit & malum. Si
ēm peccator nō habet pœnam, nec iustus coronā, B
ut quid laudantur boni & reprehēduntur mali? Si ēm
huius naturæ est ut peccare nō possit, quid laudas
in illo quod nō est eius? Et ut quid condemnas in
peccatore delictū, cū scias non eius esse quod pec-
cat? Quid nisi iniustus erit qui bonū laudat & ma-
lum accusat? Sed forte dicat ecōtra, Bonā naturā
in homine laudo, & malam condemno: quia & ui-
nū bonū laudat, cū per naturā bonū sit, & malum
recusatur, cum illud æque natura & hoc præstet.
Si ita esset, nihil erit reprehēsionis causa, ut sic lau-
daretur iustus, nec corona dignus iudicaretur. Ne-
que ita accusaretur iniustus, ut pœna dignus dicere-
tur. Porrò aūt & in præsenti & in futuro iustos re-
munerari scimus & legimus, et iniustos pœnis sub-
ditos concremari: quod iniustum utiq; uideretur,
si iste qui naturæ suæ rem gesserat, igne ultore pœ-
nas pateretur, aut alius qui æque naturæ suæ rē exe- C
quitur, præmijs afficeretur. Si autem laudādus est
bonus, quia quod naturæ suæ erat fecit, laudari de-
bet & malus quia & ipse similiter quod naturę suę
erat gessit, ut unusquisq; permanēs in eo quod fa-
ctus est, laudetur. Quia si in quo factus est manēs ui-
tuperabilis habetur, autorem tāgit uituperatio, qui
talē nasci fecit qui displiceret. Quod si iure remu-
nerādus est iustus, & cōdemnandus iniustus, iam
non naturæ respōdetur, sed uolūtati: quia natura
libera est, uoluntas autē in causa est, quæ sensibus
accessus patitur & recessus: ut iniustus uidēs coro-
nari iustū, se autem damnari, sibi imputet, qui con-
tra legem sensibus credens malum fecit cū potuit D
facere bonum. Nunquid poterit accusari sol, quia
urit: aut aqua, quia infrigidat? Aut nūquid remune-
randa est aqua, quia siti affectos homines recreat:
uel præmijs afficietur sol, quia reficit homines calo-
re suo post frigus? Quod ēm naturæ suę est faciūt,
unde nec damnantur nec laudantur. Aliud ēm facere
nesciūt. Sed quoniā ita non est ut æstimāt stellarū
speculatores, ratio actuū probat. Nemo ēm inue-
niri potest qui bene faciat semper, aut male. Tunc
enim uideretur sic natus ut bene ageret, si irreprehē-
sibilis permaneret: & ita digne æstimaretur ut esset
malus si in eo duraret ut male faceret semp. At cū
& illum quē bonū putas natum, aliquoties uideas
male agere, & hunc quem malū natum dicis, non-

nunquā cernas facere bonū, quomodo hoc uerū
probas, ut malus malus sit, & bonus bonus, nisi
quia hoc magis certissimum est, quia ubi animum
quis dederit, in eo proficit? Nam & causę sunt quę
generāt peccata, ut aut inuidia quis litiget aut ini-
micus existat. Illa aūt quæ à lege prohibentur, nō pa-
lam neq; manifeste, sed occulte admittūt. Quare?
nisi quia reuerentur legē? Sin uero ita ut asserunt ad
hoc nati essent ut male facerēt, non quærerēt lati-
bula neq; aliquā legi reuerētiā exhiberēt, sed pas-
sim ea facerent quæ cogeret natura. Sed cū uideas
procurari peccatis, & excogitari ut possint laten-
ter admitti: & loca enim & personas & tēpora eli-
gunt, ut mali propositi impleāt uoluntatē: Simili
modo etiā boni iudicio quodā & bona opera sua
discernūt, ut pro tempore & causa alicuius bonū
suū distribuāt. Quod utiq; non iam naturæ impu-
tandū est, sed quæ in natura est uolūtati. Si autem
naturale esset, cessaret iudiciū. Nā si rem plenius
discutiamus, qui nūc iusti sunt, iniustos illos prius
fuisse ostēdemus, data autē opera immutati sunt.
Ipse etenim Abrahā per fidem iustificatus legitur. Rom. 4
Ante ergo nō fuit, Quippe cū patre suo duce ido-
la coluisse intelligatur. Et Zachæus utiq; cui post Luce 19
uulgarē uitam testimoniū perhibet dominus. Et
uas electionis, qui istud etiā fatetur dicens, Eramus Eph. 2
& nos natura filij iræ sicut & cæteri, quia cedit uo-
luntas pro natura. Ex uoluntate enim quis iudica-
tur, nō ex natura, Sine dubio & omnes martyres,
& iustificati sunt boni, quia non fideles nati, sed re-
nati sunt. Et quātos scimus turpis uitæ fuisse et pro-
digos cultores luxuriæ, qui nūc cōtinentes & san-
cti sunt? Accedente enim timore dei, uincuntur ui-
tia quæ prius dominabantur. Quantū autē possit ti-
mor legis, hinc aduertamus. Ante Iuliani edictū,
mulieres uiros suos dimittere nequibāt. Accepta
autē potestate, cœperūt facere quod prius facere
nō poterāt. Cœperūt enim quotidie uiros suos li-
center dimittere. Vbi latuit fatū tantis tēporibus?
Timore credo legis occultabat se. Illud autē quo-
modo subintrauit quod tradidit Moyses? Dormi-
entib. credo fatis, Tāta enim tradita sunt illis seruā-
da, & talia qualia nulla gēs habet præcepta. Et ne
hoc aliquis ad plagā cœli referendū putet, in om-
nem prope orbē dispersi mādata legis suæ custodi-
unt. Hæc præcepta cōtra fata sunt. Non enim for-
te fuerūt tribus milib. annis & supra à constitutiōe
mūdi, Postea aūt data, ꝑmanēt usq; in finē. Quod
ergo tot milibus annis nō fuit, quō cœpit? Stella-
rum enim cursus à cōstitutione mūdi est. Et quid
illud est, ut cū tanta multitudo Iudæorū sit per to-
tum mundū, nemo immutetur ex his ut fiat gentilis
cū uideamus ex paganis, licet raro, fieri Iudæos?
Ecce quantū pertinet ad ritū Iudæorū, exclusum
est fatum, quia & extra fatum esse cœperunt, & in
eo permanent. Quid uidetur de Sodoma & Go-
morra, quorum qualis fuerit exitus, uindicta ob-
tutib. adiacet? Sic fuit ut omnes spurcitiæ infamia
aspersi, diuino igne cōsumerentur. In cataclysmo o-
mnes unius fati fuerūt, ut omnes una morte & eo-
dem tēpore cūcti perirent, excepta domo Noe. Et

omnis exercitus Pharaonis uno decreto damna-
tus dicit:ut ineptus error Mathefeos uindicetur, A
quia dimersi sunt in rubro mari cũ suo rege. Et alia
quãta exẽpla sunt quæ prætermittimus, quia ad sa
tisfactionẽ sufficiunt duo exempla, quanto magis
tot mysteria? Nam & cũctæ gẽtes diuersa habent
instituta. Et quod alibi licet, hic nõ licet. Et iterũ,
quod hic licet, alibi non licet. Hic ẽm in urbe Ro-
ma & finibus eius, quę sacratissima appellat, licet
mulieribus uiros suos dimittere, cum cautũ sit in
lege diuina, ut ne uiri quidem hac potestate uterẽ
tur, excepta fornicatiõis causa. Ecce in hac re me-
liores sunt Barbari, quod & hoc seruari posse non
impossibile est, quia prius seruatũ docetur. Muta
tum est ergo fatũ, quia cœpit licere quod ante pro
hibitũ erat. Et eunuchos in regno Romano fieri
nõ licet, apud alios licet: quia aũt & hic possent fie B
ri in abscõso licitũ est. Nã factũ licet occulte ꝓba-
tur: si autẽ cessaret timor, publice fieret. Metus er-
go prohibet fatũ, uincitur enim si quod uult face-
re nõ facit. Et Persę mulierũ more inautes habent,
quod hic inhonestũ & illicitũ est. Quia autem &
hic fieri possit attestant antistites matris quæ ap-
pellat magna. Et reuera magna fuit, sed meretrix:
sed in eo distat, quia isti cinædi sunt, illi uiri. Et qd
dicemus? In omni orbe terrarũ hi soli hoc fato na-
scunt, ut abscisi in mulieres transforment, & toto
mundo isti pauculi inueniant quos constat minis
circũueniri, & promissis præmijs ad hunc dolorẽ
& dedecus cogi. Si autem ad hoc nati essent, non
cogerent. Persæ licitũ habẽt cum filiabus suis con
uenire, quod & hic fieri posse ostẽdit per id quod C
à quibusdã factũ probat, Sed quia uindicta inter-
uenit metu correpti sunt ne facerent quod potest
fieri, sed nõ licet. Om̃e enim quod prohibet, ideo
prohibet, ne quia potest fieri fiat. Si aũt fati esset,
non posset fieri neq; prohiberet. Nam si non esset
fati & prohiberet, posse fieri quod fati nõ est signi
ficaretur. Et quæ prudẽtia est prohibere quod nõ
potest fieri? ac si aliquis ꝓhibeat, ne quis de urbe
Romana transuolet in Hispaniam, aut ne quis hu
meris mõtem transferat. Illa autẽ quæ possunt fie-
ri cum nõ debeant, prohibent. Mos Maurorũ est
ut inaures etiam in naribus habeãt fœminæ. Nun
quid fati est? Si fati esset, huc trãslati sic manerent,
quia si fatũ est, unusquisq; secum habet fatum suũ.
Sed quia non est fati, omnes inde uenientes, hic im D
mutant, uidẽtes turpe istic uideri quod illic deco-
rum putatur. Certe apud omnes gentes numerus,
nũerus est: terra, terra est: & aqua, aqua est: & aer,
aer est: & ignis, ignis est. Nunqd potest alicubi re
periri terra quæ nõ arida sit, aut aer qui palpabilis
sit, aut aqua quæ non fluxa & frigida sit, uel ignis
qui frigidus sit? Sic ubiq; Iupiter, Iupiter est: & Sa-
turnus, Saturnus est: & Venus, Venus est. Eodem
modo & cætera signa, Ars ẽm ista una ratione tra
ctat ubiq;. Sed quia apud omnes gentes instituta
manẽt, nõ fatorũ ratiõe, quæ ubiq; una est sicut tra
ctant, sed hominũ excogitatione, quilibet qui pri
mus habitus est apud suos, quod ratione dignũ ui
sum est, & aptũ decori, statuit quibus præerat. In-
de unaquaq; regio uel gens propria habet quæ ser
uet. Sicut Solon & Lycurgus multa statuerunt,
quæ à Gręcis legis more seruarent, quæ paulatim
deficiẽte regno eorũ obliterata sunt. Nam regib.
Iudæorũ mulæ placuerũt ad sessum, Romanorum
autem nõ mulæ, sed equi. Garamantũ autem, qui
supra Tripolim Afrorũ sunt, regibus, tauri placue
runt ad sessum. Persarũ uero reges uehiculis ferun
tur. Nam ueteres reges Persarum, nec uidebantur
à populis. Et reges Madian camelis delectant ad
sessum, ita ut & colla eorũ aureis exornent torqui
bus. Et per Africã asinis magis uolunt insidere ꝙ
equis. Cũ omnia ubiq; sint, non tamẽ omnia om-
nib. gratiosa sunt, quia unusquisq; eligit quod ma-
gis apud illũ habeat gratiã. Nam & nobisipsis di-
uersa uoluntas est, & in uestibus, & in cibis, & in
B cætero usu, & in ipsa sententia. Quod ne fati dicãt
qui multorũ diuersa asserunt fata, hæc res probat,
q̃a frequẽter mutat nobis uolũtas. Quod ẽm diu
amauimus, postea displicet: & diligere incipimus
quod prius libenter non habuimus, & facta con-
suetudine immutati manemus. Ordinẽ autem sic
dicũt esse fatorum, ut sit quid quibus efficiãt tẽpo
ribus per interualla recurrẽtia ad pristina, utputa
quod hodie faciunt, iterũ faciant post tẽpus, Non
enim in uno dicũtur manere. Nam per disciplinã
& cõsuetudinẽ uincunt. Mulieribus etenim Ro-
manorum multis tẽporibus uini usus incognitus
fuit. Disciplina enim facta consuetudine cõfirma-
uit sensum suũ, ut retineret quod prodesse didice-
rat, Nũquid illis temporib. hæc fata fuerũt, & post
C ea mortua sunt ut cessaret res bene inuẽta? Sed nõ
fata hæc, sed disciplina inuenerat, At ubi recessum
est à cõsuetudine, perijt disciplina. Et ueteres Ro-
manorũ tantæ cõtinentiæ fuerunt, ut etiam oblata
munera refutarent, bonam famã diuitias arbitran
tes, & uirtutẽ uoluptatibus præponẽtes: & his fa
tis successum est, aut obierunt: sed non fati fuit, sed
disciplinę quæ etiã ipsius fati pędagogus est. Quo
modo enim potest fati esse quod neq; ante tẽpus
habuit, neq; nũc habet? Et quidem nescio ut quid
tantã inuidiã fato faciãt, ut in omnib. gestis ipsum
dicant autorem, cum sit & non sit. Vbi enim disci
plina est, nõ est: & ubi cõsuetudo est, nõ est: et ubi
casus est, nõ est: ubi autẽ uidetur esse timore legis
uincit, & libido enim metu cõpescit, & quæstus
D pecuniæ propter deum promerendũ repudiatur.
In hac ergo parte negari nõ potest, quia nõ potest
non esse quod uincit, & tamen recte potest dici et
in eoipso non esse, quia caret autoritate quod uin
cit. Itaq; dei legem qui sequit, & consuetudinem
tenet bonæ uitæ, huic cedunt omnia quæ dicũtur
fata: Tantũ enim potest cõsuetudo ut etiã bestias
mitiget, Nam male uiuere uolentes, ipsi sibi fata
cõstituunt. Per luxuriam enim & uoluptatẽ fit in-
temperãtia & inquietudo, quæ parit incõtinentiã
& iracundiã. Et scientes istud pœna dignũ, ut im-
munes se faciãt, pudorẽ passi fatis ascribunt, cum
de hac re cogitantibus adiutoriũ faciũt dæmones:
quia & hoc statuũt, ut male cogitantibus tribuant
effectum: istos fata appellant: nõ intelligẽtes quia
sunt

sunt hominis inimici. Nam si per sensus nõ subintrarent peccata ad animã, sed deintus nascerẽtur, recte omne quod delinquit, fatorum esse uideret. Cum autem uideant, per uisum & auditũ & per reliquos sensus nasci cõcupiscentiã peccatorũ, adiuuantibus inimicis qui suggesserũt faciendũ quod contrariũ est, & non putatur quãdiu fiat, Dulce enim uidet cum fit, aut antequam fiat: perfectum autem apparet esse amarum, quid fatis imputant? Quia autem potest uinci hinc aduertimus, Cogitantib. etenim nobis & de aliqua re solicitis, silent inimici & cõquiescit libido, Non enim possunt suggerere occupatis nobis. Nunqd aliquis ad aliquã rem alicui dedito aliud suggerit? Non facit, sciens aut se nõ audiri aut aporiari quasi importune suggerentẽ. Ita & inimici quos constat esse dęmones: ij sunt enim dij Paganorũ, qui si uiderint diuinis rebus nos occupatos, nõ se ingerũt ad cõtraria suggerenda, sed in insidijs sunt, quęrentes occasionẽ qua se ingerãt. Munimenta ergo sunt animorum, meditatio assidua legis dei & operatio: qa si ociosos nos uiderint à rebus diuinis, excitant ad solicitandos nos. Ipsi enim sunt qui per carnem & sanguinem seminant cõcupiscẽtias. Quanuis enim habeat caro proprium motum originis suæ, quia nõ est ociosa carnalis natiuitas, tamen in hac re accedit ad necem hominũ adiutorium dæmonum. Di-
Dæmonia diuersa uersa enim sunt dæmonia, & disparem habẽtia uoluntatẽ. Quædam enim sunt, quæ cum perturbant animos, elidũt corpora, Quædam uero admiscentia se sanguini, generant animis desideria. Alia autem cordi hominis se copulãtia, suggerũt cũ blanditijs cõtraria. Nonnulla autem sunt, quæ sola cor-
Luc.13 pora obligant infirmitatibus, Sicut & illam filiam Abrahæ, quã dominus curauit. Hæc omnia ignorantes Pagani, fatum appellant: cum diuersæ sint causæ, & ista ab inimicis procurent, ut quacunq; ex causa irritetur homo & subijciat passionibus, Sed fatum bonum appellant, cũ bene temperata sint corpora aut affabilitate cõmendant, habentia gratiam quandã: Malum aũt fatum esse, si plus caloris habeãt, aut humoris: aut si quis non sit aspersus gratia, sed magis ad detrimenta paratus, quos infortunatos uocãt. Fac uera esse. Videmus enim hæc etiam in animalibus ut plus habeant caloris: sed animalia nõ sunt ranõalia sicut homo, ut possint adhibita cura corpus suũ temperare. Ideo enim imperator est corporis animus, ut gubernet illud retinaculis legis diuinæ. Ea enim quæ sine impulsu carnis, siue ab inimico suggerunt, non esse utilia, lex ostẽdit diuina. Quam ideo adiutorio dedit deus, ut dictantẽ inimicũ mala, quasi bona respicientes legis præcepta, illum intelligamus esse seductorẽ, quia aliud suadet q̃ docet lex. Sic ergo frenatur corpus, ut quia feruet, minus illi det & à delitijs retineat. Sicut enim corpus febricitans si accipit escam aut potũ, increscit illi calor: ita & huiusmodi corpora quæ sanguinis feruore utunt, uehemẽtius exardescẽt, nisi fuerint gubernata. Igni enim si deest esca, sopit. Animi est ducere corpus. Si autem dimiseris illud ut eat quo uult, præcipitabit ipsum, sicut equus furiosus negligentẽ sessorẽ.
A Et quia corporis feruor plus exardescit, agẽtibus inimicis ad deceptionẽ animæ, quia nõ corpus desiderat, sed calore suo generat animę desideria, dei nostri assistẽtia imploranda est ad tutelam ut phibeat eos: qa nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, quibus amotis, facile erit carnis & sanguinis motũ cõprimere. Extinguit enim incendiũ si desit materia per quã urat. Illis autẽ eueniunt quæ à Mathematicis dicũtur, qui credunt futurũ quod dicunt. Illud enim agit subtilitate dæmoniorũ, ut ea efficiãt quæ antistites illorum dixerunt futura,
B ne falsi detecti credant. Circa eos uero qui responsioni illorũ non commodant fidem, non præualet effectus eorum: quia neq; ipsi tantum intenti sunt ut satisfaciant eis qui illis nõ credunt: neq; patitur deus facere illos p quod seducunt fidentes de deo & nõ credentes diabolo. Omnia enim sic deus instituit, ut secundum uniuscuiusq; fidem eueniat, ut arbitriũ liberum maneat uoluntatis: ac per hoc qui deo credit ad auxiliũ eius confugiens, nihil ei præualere poterit: certus est enim in potestate eius esse quæ fecit, & non audet contra eum quẽ uidet deum cõmunem habere propitiũ. Certe fecit deus mundũ, & solem & stellas creauit, cõstituẽs eis cursus quibus gubernat genus humanũ: nunquid non habet potestatem imperare illis ut aliquãdo aliud faciant q̃ decretum habent? Sic enim ea cõdidit, ut uoluntati subiaceant. Tunc demũ cursus decretos exequũtur, si aliud minime fuerit præce-
C ptum: ut si rogatus ab ijs fuerit quibus ministrant per id quod aut importunitate pluuiæ, aut nimia siccitate steriles fructus appareant, iubeat temperari tẽpus: aut si forte ut assolet, irato deo uiuãt homines, dum per luxuriã & uanitatem oberrantes non faciũt quod placet deo, diutissima suspensum pluuia, ut factũ legimus sub Helia & Helisæo, famem excitet super terrã, satisfactiõeq; placatus annuat ut imbres irrigent aridam. Eodem enim modo moderatio mũdi est ut imperiũ seculare. Quomodo enim quidã pressi à rectorib. prouinciarũ, ad auxiliũ imperatorũ decurrunt ut erigant: ita & homines si aduersa sibi uiderint tempora, supplices se præbent deo, in cuius potestate sunt omnia. Sed hoc Mathematicis non uidetur. Aliud enim in-
D quiunt fieri nõ posse q̃ ut sydera decretas sibi impleant causas: et neq; reuocari neq; ad aliud impelli possunt, sed semel statuta seruãt officia. Hæc Mathematicorũ asseueratio est, ut dicant fata immutari nõ posse, neq; precib. aliquid impetrari: quia semel deum dicunt statuisse totius mundi rationẽ & ministris syderibus tradidisse, quæ neque retro neq; ante fieri possunt. Hic est error Mathematicorum, quo & deum pulsant. Per hanc enim asseuerationẽ negant aliquid posse fieri extra ordinẽ mundi, ut omnia quæ in mundo à deo facta legun tur, si à mundi lege discordant, negent credenda: illa autem asseuerant quæ iuxta mundi statuta facta dicũtur: ut neq; uirgo peperisse dicatur, neque
uirga Aaron floruisse, neq; fructum attulisse, neq; Num.17

Sara

Sara anus peperiſſe. Hæc enim mundi ratio nō ha
bet, quia extra mundi ordinē à deo facta legūtur. A
Et quid mirū, ſi autor mundi fecit quod nō poteſt
mundus? Sed tranſgreſſus uideretur, aiūt rationē
quā ſtatuit, ſi aliter ipſe feciſſe dicať ꝙ mundo de-
creuit. Age uero, mundo legē ſtatuit faciendi, aut
generandi. Nunquid & ſi humilitas eius erat, ſi ſic
faceret ſicut ab eo cōditus eſt mūdus? Et unde ab
eo factum intelligeretur, ſi mundi lege feciſſet ꝗd
fecit? Vt autem intelligeretur à deo factum non à
mundo, alio ordine factum eſt. Certe ſoli decreuit
ut inceſſabiliter impleat ſtatuta ſpatia nec habeat
licentiam ſtandi. Nūquid qui hanc legē ei ſtatuit,
nō ipſi licebit ſtatuere illum? Certe iudicib. ſtatu-
tum eſt, ne liceat in reum datam ſententiam reuo-
care: Nūquid & ipſe imperator ſub hac erit lege?
B Nam ipſi ſoli licet reuocare ſententiā & reū mor-
tis abſoluere & ipſi ignoſcere. Quāto magis deo
licere debet quod mūdo debuit cōcedi, quia crea
toris ſui eſt famulus. Deniq; mundus per legē ſibi
traditā, occidere poteſt, uiuificare non poteſt: per
intemperantiā cęcum creare poteſt, oculos illi re-
formare non poteſt: Imbecillem & ægrum facere
poteſt, curare illum nō poteſt: hoc enim ſibi deus
reſeruauit, unde appareat eum dominum omniū
eſſe. Ad ſubruendū enim fatū pertinet, quia mor-
tui ſurrexerunt, cæco nato oculi reformati ſunt, ę-
gri & paralytici confirmati ſunt, & cætera, & quæ
facta ſunt alia, ut confugientib. ad deū, ſi quid fati
eſſe poteſt, impedimētum auferre nō poſſit. Dicit
1 Ioan. 3 enim Ioannes apoſtolus, Maior eſt, inquit, qui in
C nobis eſt quàm qui in hoc mundo. Rogatus enim
deus, etiā quæ ſtatuit amouet. Nam utiq; ſtatuit in
peccatores uindicandū, & tamen deprecantibus
ignoſcit, quia ipſi ſoli licet ligare & ſoluere. Vnde
Ioſ. 10 cum ſoli ſtatio cōceſſa nō ſit, ſub Ieſu Naue iuſſus
eſt ſtare, & obediuit eius imperio, contra id quod
ſibi in ratione mundi fuerat præceptum. Sub Eze
4 Reg. 20 chia aūt amplius factum legitur: quia ut Ezechias
quod ſibi promiſſum erat, uerū eſſe nō dubitaret,
ſignum tale accepit quod nouū eſſet & humanis
auribus inauditū. Nō enim ſicut prius Soli iuſſum
eſt ut ſtaret, ſed ut reuerteretur retro, quod uidēs
Ezechias certum haberet, eum poſſe ſibi quinde-
cim annos addere ad uitā, qui de hora nona fece-
rat ſextā. Et quia contra Mathematicos eſt quod
D Ezechiæ conceſſum eſt: Negant enim poſſe addi
ad uitam: ſignum iterū in hac re quod contra Ma
thematicos eſſet accipit: Impoſſibile enim aſſerūt
aliud aſtra facere ꝙ habet conſtitutum. Certe fati
eſſe dicunt, ſeruū habere, aut nō habere. Eſto, Ab
initio mundi hæc fata ubi erant uſq; ad diluuium?
& infrà multa ſerie annorū tranſacta, non fuit hęc
cōditio ſeruitutis. Aut nūquid ex Nini regis tem-
poribus hæc fata cœperunt, qui primus dicitur fi-
nitimis bella inferre cœpiſſe & captos facere ſerui
tuti obnoxios? Vide ergo poſtea hoc eſſe inuen-
tum, & nō eſſe fati, ſed actus dæmonū, quia ſi fati
eſſet, ab initio mundi fuiſſet. Ipſa enim ſunt ſydera
quæ facta ſunt in initio, & nunc manet curſus eo-
rum: Et antea uita hominū agreſtis erat, nec diui-
tijs ſtudebať. Quomodo nunc aſtrologi per aſtra
A dicunt diuites & pauperes fieri? Nūquid mutata
ſunt aſtra? At uerſutia & præſtigium eſt Satanæ,
ut ea per ſtellas dicat fieri quæ angelis ſuis mini-
ſtris operatur. Accedente enim tēpore quo inte-
ritus ei appropinquat, maiora adinuenit per quæ
peccetur. Ecce ſcimus laboraſſe fame Italiam &
Aphricā, Siciliam & Sardiniā. Dicāt Mathemati-
ci, ſi omnes hi unū fatum habuerunt, cū inter cen-
tum ne quidem duorū fata ſibi cōuenire poſſe di-
cantur. Erubeſcant & taceāt, & ideo ſupplices ma
nus tendant, in cuius poteſtate ſunt omnia. Sed in
hoc ſorte ſurreptū eſt fatis. Quid dicemus eſſe de
Pānonia, quæ ſic eraſa eſt ut remediū habere non
poſſit? O infirmitas eorū qui fide pēdula Chriſtia
nos ſeſe profitētur. Dum enim de promiſſis dubi
B tant, nec de ijs quæ facta ſunt cogitant. Si enim ea
quæ à Prophetis & Apoſtolis geſta ſunt cōſidera
rent, nunꝗ fabulas Mathematicorū admitterent,
Scirent enim omnia in dei eſſe poteſtate, nec ter-
rereń quando bonis mala accidūt, quia in futuro
iudicio remunerabunť, memores Apoſtoli dicen
tis, Quia per tribulationes, inquit, oportet nos in- Act. 14
trare in regnū dei. Cōtentus enim & dei ſui expe-
ctans iudiciū, remuneratus etiam uindicabitur. Si
enim in præſenti iudicari deſiderat, aut omni aui-
ditate præſentib. frui copijs, dubitat de promiſſa
uita, ac per hoc in futuro inter perfidos deputatus
pœna dignus habebitur. Mundū enim deus pro-
pter exercitiū fecit, & omnib. copijs honeſtauit,
duas cauſas proponens, præſentē & futurā, cœle-
C ſtem & terrenā, ut ad probationē eſſet homini: ut
qui ſpreta futura uita præſentē eligeret, carni de-
putareť, qui uero præſenti futurā anteponeret, ſpi
ritalib. dignus habereť: & qui iniuſte preſſus po-
tētia iniuſtorū, querelā deo deponeret uel reſigna
ret, in futuro iudicio reuelatus ſpiritali gloria ho-
noraretur. Vnde nullus ſanctorū in mūdo glorio
ſus apparuit, neq; præſentes dilexit delitias. Hinc
Apoſtolus: Habētes, inquit, uictū & ueſtitum, his 1 Tim. 6
cōtenti ſimus. Sed qui eſt Chriſtianus etiā dolet, ſi
felix uideatur in ſeculo, cū Chriſtianorū dignitas
& felicitas non in terris promiſſa ſit, ſed in cœlis.
Quomodo Chriſtianū ſe dicit qui nō illic gloriari
uult ubi promiſſum eſt, ſed hîc ubi prohibitū eſt?
Si enim expediret præſentibus frui, non utiq; hæc
D contemnentibus cœleſtia promitteret. Qua er-
go ſpe Chriſtiani Mathematicis aures cōmodant,
cum audiant Ioannem Apoſtolū clamātem & di
centem: Nolite diligere hūc mundū, neq; ea quæ
in hoc mundo ſunt? Itaq; ſi hęc ſunt fidei uel legis
noſtræ præcepta, ne mūdus diligatur, neq; ea quę 1 Ioan. 2
in mūdo ſunt, quid eſt ut quidā noſtrū querantur
cōtriſtati de aliorum felicitate quæ eſt in mundo,
quæ apud deū forte infelicitas eſt, cum magis gau
dere deberent, quia non illis mundus præſtat per
quæ obligati teneantur humanis rebus obnoxij?
Felicitas enim iſta, ſecuritatis facultate accepta, di
uinorum caret ſolicitudine. Indiligēs enim ſit ne-
ceſſe eſt circa diuina oracula, qui omnib. neceſſa-
rijs refertus, unde ſit ſolicitus nō habet. Alia enim

sollicitudine incipere solẽt laborare huiusmodi, ut amplificent in seculo, quod sine peccato non potest fieri. A Si propius aũt aspiciat, uidebit inimicus magis illorũ esse mũdus quos beatos dicit facere. Vix enim aliquis illorũ cœlestia cogitat. Gaudendum ergo Christianis est, dum recte cõuersantes premunt in hoc seculo. Hic enim uincit seculum, qui cõtentus quomodo illi euenerit in hoc seculo, deo gratias agit, à quo hæc si qua deneganť tẽporalia, reddi speret ęterna. Vt quid enim deus futurum iudiciũ statuit, nisi ut qui iniuste deprimuntur ad tẽpus, uita ęterna donentur, depressis ijs qui per potentiã cõtemnentes aut nõ credẽtes futurũ dei iudiciũ impunitatẽ esse scelerũ arbitrati sunť? Sed fatorũ assertores negãt futurum iudicium. Si enim nascuntur qui boni sint, & econtra qui mali sint, quid laudas aut quid accusas, quãdo neq; bo- B nus congressus laborauit ut uinceret, neq; malus negligens fuit ut perderet? Quidã inter priuatos fabulas uendităt. Nam iudicibus oblati peccatores, nunq; ausi sunt crimina sua fatis excusare, sed semetipsos reos cõfitentes, iure se sententiã excipere nõ negãt. Itaq; legis autoritas rationẽ calcat fatorũ: ita ut ne nominari quidẽ possint cũ se cõmouerit lex. Quomodo aũt euasuros se in perpetuum credunt, qui nequiter uersati legis diuinæ se ueritatem studio quodã ad tẽpus fugiunt, nõ cogitantes autorem legis hinc dissimulare non posse? Nam hic imago legis est, illic ueritas. Et qui illudit imaginem, ueritatẽ illudere non potest. Nunquid est aliquis locus sine deo, aut aliquis manus eius effugiat? Putant aũt blandiẽtes sibi, quia qui C hic euadit, iam securus sit. Et quomodo hoc iustũ æstimant, ut alijs punitis in talibus causis isti euadant? Certe deus mundũ cõstituit, & qua lege uetur ostendit. Diligens enim opus suum ostẽdit ei uiam qua itur ad uitã, ordinans quibus ducibus utereť, quia est & uia quæ ducit ad mortẽ. Nunquid nõ ergo requirere debet, si ij quos ministros regni sui posuit, eo iure quo constituit populum eius gubernarũt: aut si populus edictũ eius suscepit, aut à ministris fideles inuenti laude digni sint, aut infideles subdi pœnis? Similiter & populus lege seruata laudatur, aut cõtempta damnatur. Hoc ius suũ, hæc causa exposcit. Quomodo ergo quibusdã displicet futurũ iudicium credere? Sed hoc D Mathematicorũ inuenit amẽtia. Quomodo enim possunt futurum accipere iudiciũ, qui pręsenti repugnant, quia iudiciũ in natiuitate esse cõtendũt? Et quia natiuitati imputatur premiũ, desipiũt ipsi qui cum quodã iudicio naturali bonos & malos nõ fieri, sed asserũt nasci, peccantibus retribuunt ne patiantur inulta esse peccata. Virgis enim malos & uinculis intus corripiũt, quos foris inemendabiles asserũt natos. An quis prudentũ corripit, quos scit emendari non posse? Quod quidem aut stulti esset, aut iniqui. Sed ne hoc ipsum fato dicãt fieri: Quia si sub fato est, nõ facit quod uult, ut & ipsi naturale habeãt ut uindicẽt in eos quos sciũt incõuertibiles manere naturaliter: & uere quia sic dicendũ est, ut quicquid fati esse dicitur, stultitiæ deputeť. Quàm enim stultũ est, ut cũ dicãt aliquẽ malũ natum, nec illum bonũ probent quem asserunt bonũ natũ? Quomodo enim potest bonus iudicari, qui rem iniquã facere deprehendit? Quid enim tam iniquũ q̃ ut iniquus credatur qui negať aliud potuisse facere q̃ fecit? Et si omnia sub fato sunt, quomodo lex subintrauit quæ nõ sinat fieri quod fati est? Si enim tollať lex, passim publice illicita fient, nec potentes poterunt ferri, nec erit libertas eorũ, quia qui nũc nõ cogitat malũ, sublato timore incipiet malus esse. Deniq; legimus legẽ malorũ causa datã. Sed & hoc ipsum fati forte fuit, ut lex daretur? Et qua ratione fata subsistunt, si generant à quo destruanť? Quicquid fati est cõtradicit lex fieri debere. Carent ergo ratione si cõtraria sibi generant. Et iniqua sunt, quia nasci faciũt homines ad damnationem. Et quæ iniqua sunt, autoritatem habere nõ debent, quia omne iniquũ punitioni obnoxiũ est. Aut ne forte legẽ nihil prodesse dicant, quia qui sic natus est ut malus sit, per legẽ nõ immutari potest: quod si est, lex superflue data est, & quõ fata rem superfluã fecerunt nasci, quia nihil prodesset fato? Itaq; fata & pro se & cõtra se faciũt. Quod si ita est, ratiõe nõ potest q̃d per inconstantiam rationis nõ tenet firmitatẽ. Sed nec ꝓpter hoc legẽ fata esse uoluerunt, ut quos malos fata faciunt nasci, à lege damneť, ut cõueniat fatis ex lege adhibere punitionẽ. Ad hoc quid erit quod dicatur, nisi quia & leges & fata proprio iudicio cõdemnari mereť, si pari iniustitia hoc elaborant ut occidanť, qui nõ sponte, sed fatis agẽtibus mala fecerunť? Ad hoc lex cõtradicit, quia fata ꝓpria professione dãnanda sunt: Nõ enim negant eos qui mali sunt. Lex autẽ usq; adeo aduersa est ipsis fatis, ut neget malos fati esse q̃ mali sunt, sed illorũ uolũtatis, quãobrem illos puniẽdos rite cõstituit. Nihil ergo legi & fatis cõmune est, quãdo à lege negať quod a fatis asseritur. Qua aũt ratione nati dicenť, qui mathematicos urbe Roma prohibuerũt, quod ius seruatũ non ignoratur, Et certe Pagani fuerunt. Quomõ fato fiunt quæ contra fatũ sunt? Sed si est fatum, nõ facit cõtra se. Isti non habent fatum qui faciunt cõtra fatum: & si hi non habent fatũ, non est fatum. Sed est, inquiunt, fatũ unicuiq; præstãs qua morte moriatur. Quod si ita est, nõ est accusandus homicida: Nã & dupli ci genere se defendet, quia & ipse fatis agẽtib. hoc fecit, & ille agẽtib. fatis occisus est. Sed inter hæc lex pulsatur, quia punit oblatũ homicidã. Simili quoq; modo nascitur qui adulter fit, & quæ adultera, & cui fiat adulteriũ. Quòd si hæc sic se habẽt, & nũc lex tangiť quę punit adulteros: quod si uere fati esset, etiam ille puniẽdus erit qui tale habet fatũ ut adulteriũ patiatur: Et ipse enim particeps inuenitur, quia fatum eius admisit ut fieret adulterium. Æquũ ergo erat, ut aut simul cõdemnarentur, aut simul absoluerentur. Inter hæc iniusta lex uidetur. Ideo si à deo sunt fata, lex nõ erit dei, quia hoc nõ solũ deo, sed nec prudẽti cõuenit, id dãnare quod fecit. Sed quoniam nemo unquã cõtra legẽ ausus est dicere, uel à deo hãc esse negare, fata à deo

à deo dici esse nō poterūt, quia ista deus punit per
legē. Quādo enim dānatur quod fit impellentib.
fatis, sine dubio fata dānanť. Sed animæ, aiūt, ma-
læ ad hoc nascunť ut male faciāt. Esto. Sed nō de-
berēt malæ fato nasci, ut innocētes ab his possint
occidi. Si eñ illę malæ animæ essent, nasci nō de-
berēt, sed puniri ne occiderēt innocentes. Sed nō
animæ quas malas fingunt, innocentes occidunt,
sed fata quæ sic faciūt nasci homines ut occidanť.
Ac per hoc nō animę, sed iniqua sunt fata. Et si ini
qua sunt, à deo nō sunt, ergo à diabolo sunt. Et si à
diabolo sunt, simul dānanda sunt cum illo. Et quo
niam discernere dicunť singulis quō morianť, aut
ferro, aut laqueo, aut pręcipitio, aut naufragio, uel
aliter multis modis eadem præstāt: Nemo eñ po-
test solus ab omniū fatis discrepare. Quòd si quis
inuētus fuerit discrepare, iam nō est fati, sed euen-
tus. Et si in unius morte euentus est, erit & in mul-
torum, & iam nō erit fati. Anaxagoras in pilā cōie
ctus iussu regis cōtusus expirauit, quod nō conti-
Iudic. 4 git ulli hominū. Et Sisari regi Allophylorū mulier
palū in tempora fixit, & ita reddidit spiritum. Hoc
modo nemo est mortuus. Et antea cruci homines
figebanť quod postea edicto prohibitū manet, Si
fati erat, quomodo desijt? Quādo enim quod fati
est prohibetur & nō fit, uinciť fatū. Aut si non erat
fati, nō fato homines crucifigebantur, sed iudicio
legis. Et ita est ut non fato homines dānentur, sed
cōuicti à malis suis operibus. Apud Thuscos na-
tus diciť quidā tam formosus facie q̃ nemo unq̃
fuit: Et quia uir bonus erat, ne cui in suspicionē ue
niret, qui etiā honestarū mulierum oculos illicie-
bat, faciem sibi septē plagis uulnerauit, ut pulchri
tudinem quæ ab omnibus desiderabať, dānaret.
Ecce quomodo si fata sunt, superata sunt. Sed for-
te dicatur: Naturæ fuit ut formosus nasceretur: fati
uero, ut facies eius uulneraretť. Quod si ita est, iam
nō nascitur fatū, sed accidens causa est. Et si acci-
dens est, nō erit fati, sed consilij, aut forte euentus,
quantū ad reliquas pertinet partes: Nā quid aliud
est uincere fatum, nisi immutare naturam? Quod
si à deo utiq; esset, nec immutari posset nec uinci.
Legitur nanq; cautum in quodā iuris libello, ali-
quando mulierē quinq; peperisse: quomodo sur-
reptum est fatis, ut huic soli hoc natura decreuerit
quod non erat fati? Quod si fati fuisset, aliquantæ
hac sorte oneraræ fuissent. Et cum quidā ad pere-
grina loca proficisceretur, uxorē suā amico quem
fidelē sciret cōmendauit, nō utiq; puero, sed matu
ræ ætatis. Qui ut diligētior custos eius esset, absci-
dit se ille, ut cum ea sine cuiusq; suspicione caute
dormiret. Quid putamus, fati fuisse, an cōsilij? Sed
quomodo fati fuerit quod contrariū est? Qui uin-
cit enim quod natum in eo est, hic exinanit fatum.
Et in studijs certe fatorū uertiť causa, ut sciat quis
aliquid, aut nō possit cōprehendere. Omnes ergo
senatores unum habent fatū. Nullus enim senato
rum sine literis est: & gentes quæ sine literis sunt,
unā habent, & omnes serui unius sunt fati. Nemo
enim seruorū est senator. Sed si quod nascitur, di-
citur fatum, quicquid accesserit, extra fatū erit. At

si quod accidat, ex fato uenit, quare per laborē ue
A nit? Tunc enim diceretť fati, si inuito homini eue-
niret: Quod enim euenit, sine prouidentia fatorū
dicitur: quod uero excogitatur, & diu pēsatur, &
exercitijs medijs acquiritur, cur fati esse diciť? Eu
nuchus aliquis natus est, alij fiunt, ubi erit fatum?
In illo credo qui natus est: Qui fiunt quid dicen-
dum de his est? Diuersum est enim nasci & fieri.
Aut si hi fato facti eunuchi sunt, ille cōtra fatū na-
tus est eunuchus: Et quare tam raro eunuchus na
scitur, ut incredibile uideatur? Quædā mulier fuit
in urbe Roma, quā constat xi. maritos habuisse: et
alius uir qui xij. habuit uxores, quæ fata sunt quæ
his hæc decreuerunt? Nam tempore Imperatoris
Cōstantini manifestū est puellā in parte Campa-
B niæ immutatā in Masculū, & Romam perductā,
quæ hic fata fuerunt? Alia ut opinor quæ uos ne-
scitis. O si de hoc nomine taceretis, & aliqua euen
tui & casib. remitteretis, quædā prouidētiæ conce
deretis. Nam tantū potest uirtus & industria ani-
morū, ut non solū naturæ resistat, uerū & seipsam
emēdet aut inemēdet, quia habet iudiciū sui. Tra-
duntur enim mulieres Scytharū, quæ Amazones
dictæ sunt, cum uiri earū occupati bello lōginquo
diu abessent, propter sobolē se miscuisse seruis, &
omnē marem natū necauisse relictis fœminis, ita
ut nulla lanificio operā daret, sed ab ineunte ętate
palæstra & armis imbuerentur. Harū tanta uirtus
in rebus gerendis fuit, ut per multā seriem annorū
regnantes, nōnullas gentes subigerent, Asiamq;
C omnē sub tributo ponerent. Quid ad hoc poterit
dici? Nūquid hæc fata fuerunt, quæ per tot annos
sic gesta sunt, ut omnia quæ fati putanť esse, exina
nirent? Primū, ut cōtra naturā mulieres spretis ui-
ris regnarēt: Deinde q̄ seruis mixtę sunt proprijs.
Tertio, ut omnes nati masculi necarētur, fœminæ
uiuificarentur. Tanta eas prosperitas est secuta, ut
sine uiris regnum cœptū magnis copijs, magnis
temporib. propagarent: Certe hoc factum à cōsti
tutione mundi nunq̃ factū est, nisi in Scythia tan-
tum. Ne forte dicerent, quia cum mundus innoua
tur post annos mille quadringentos sexaginta, sic
hæc ueniunt: Quippe cum mundus iam sexto mil
lesimo anno agiť, quādiu quod imitatus quis fue-
rit, facit. Nam Crassus Agelastus dictus est, quia se
mel traditur in uita risisse. Cur Iunius Brutus est
D cognominatus? quia sagaci consilio stultū se simu
lauit, ne à superbo rege propter pecuniæ suæ ma-
gnitudinem occideretť? Tempore Cōstantini mo
rionem se xxx. annis finxit quidam, qui Samatius
uocabatur, ut Imperatorem sicut ipse postea dixis
à tædijs suis auocaret. Vbi est ratio fatorum, quan
do unusquisq; quod uult, facit? Exclusa est. Illud
autem quale est, quod fatorum assertores suppli-
cationibus sunt deuoti, cū sint his aduersæ? Nam
& annos suos his cōmendant, & de nuptijs, & de
profectione quærunt, & de emptionibus, & de di
gnitatibus. Quod si fati est, quid oras, quid suppli
cas, quod etiā te inuito futurū est? Sed quæro, in-
quit, an debeam emere: Ergo non in fato consistit
quod tūc facere debere te dicis, si didiceris expe-

dire. Nã si fati est, frustra quod uelis nolis, quæras
non quæras, facturus es, oras. Quod aũt nec apud A
eosipsos fixa est ista asseueratio, idcirco incerta tẽ
tant, ne aliud uerũ inueniant ꝙ tractant. Sed pru-
dentiores qui inter eos uident, non propter fata,
inquiũt, supplicamus, cũ ea minime immutari scia
mus, sed horum causa quæ iuxta fata sunt, ne faci-
ant nobis aliquid aduersum. Age uero, si nescio
quis bonũ fatũ habeat & iuxta se sit aliquid quod
uideatur contrariũ, quid poterit esse cum fatũ bo-
num immutari negetur sicut & malũ? Certe hoc
quod iuxta fatũ est, ne noceat supplicat̃: Nocebit
enim nisi fuerit supplicatũ. Quomodo ergo illud
fatũ immutari negatur, quãdo hoc quod uicinum
est timetur? Nec enim timeretur, nisi illud immu-
tari posse crederetur. Sed quia in eo magna causa
cõsistit ne fatũ mutari dicatis: sine dubio, sine cau- B
sa supplicatis. Videte aũt ne hoc fati sit quod sup-
plicatis, quia sine malo solet esse quicquid fato as-
signastis. Certe nõ mala res est supplicare: Cur er-
go non fati esse dicatur? Si ergo fati erat ꝙ suppli-
cat, cuius erit supplicare, & nõ impetrare? Quia si
fati erat, impetrare debet quod supplicat. Si aũt fa
ti est supplicare & nõ impetrare, stultum est fatũ,
quia supplicare facit hominẽ quẽ scit nõ impetra-
re. Quod si nescit an possit impetrare quod illum
facit supplicare, improuidũ erit fatũ & carens ra-
tione: quia omnis ignorãtia insipiẽtia est, insipien
tia uero stultitia est. In hanc partẽ cadit omnis tra-
ctatus Paganorum. Viderint Pagani qui circũfusa
caligine nõ uidẽt lumẽ. Antiquo enim errore cir-
cũuenti, ueritati quæ prius latebat, aures accom- C
modare detractãt. Quid de quibusdã Christianis
dicemus, qui in saluatore seu saluatiõe mutati pri-
stini erroris uendicant uanitatẽ, in tantũ hebetati,
ut ipsum deũ sub fato egisse cõtendant, dicentes,
Ioan. 2 Ipse dicit, Nondũ uenit hora mea: ut hora hæc nõ
uolũtatis, sed fatalis cõditionis fuisset necessitas,
cum ille uoluntatis suæ horã significauerit, qua se
Ioan. 10 tradi permiserit. Deniq; ait: Potestatem habeo po
nendi animã meam, & potestatẽ habeo iterum su
mendi eam. Cessat ergo fatalis necessitas, ubi po-
testas est uoluntatis: Et quomõ Saluator appellat̃
à nobis, si fati sunt quæ agimus, uel accidũt? Quia
ideo Saluator dicitur, quia ostẽdit nobis uiam sa-
lutis. Itaq; si ob hoc ostensa est, non fati fuit, quia
prius latuit: Et quod fati esse dicitur, ex improuiso D
uenire cõtendunt. Hoc enim fidei meritũ est, quæ
nõ potest dici ex fato, quia quod credit̃, alijs secu
lis auditum nõ fuit. Fata enim hoc dicũt præstare,
quod in cõuersatione hominum uertitur. Hoc aũt
qua ratione præstare posse dicunt̃ quod ignorare
1 Cor. 2 deprehẽdunt̃? Hinc est unde Apostolus ait: Quẽ
nemo principum huius seculi cognouit. Hi sunt
principes & potestates, malos angelos sub se ha-
bentes, qui sub nomine fatorũ uoluptates suas ef-
ficiunt, pro ut eis libitũ fuerit, sicut assolent male-
fici cõfiteri. Sunt enim quos diligũt, alios nõ amãt
quosdã uero odiũt: Et unicuiq; hoc suggerit unus-
quisq; quod diligit, quia & ipsi diuersas habẽt uo-
luptates, alijs libidinẽ diuersi stupri, alijs munera,

alijs uoluptatẽ, alijs petulantiã, alijs iram, quibus-
dam auaritiã, alijs lucra, alijs dãna procurant, alijs
charisma, alijs odia, necnõ & impedimẽta. Et ali-
quãdo certis temporib. satiati quiescunt in ocio.
Aliquãdo uero ratione, aliquãdo occupatæ men-
ti se nõ ingerunt, quia non dominantur, sed subre
punt opportunitatẽ quærentes qua capiant. Igit̃
uoluntatis arbitriũ liberũ est, sed dum quodã desi
derio negligẽtes circa nosipsos efficimur, solicitã
tes suadẽt nobis aduersa: maxime si cogitare nos
aliquid quod legis diuinę nõ est inuenerint, ueni-
unt in eoipso adiuuãtes ut impleamus q̃d ꝓhibet
lex. Nã si timor dei in animo sit, nec caro, nec san-
guis, nec principes, nec potestates præualerent,
quia dei adminiculis sic eos persequunt̃ ut tamen
nõ cum laborant uincant̃. Si aũt potestatis nostræ
nõ essemus, quomodo diceret dominus: Petite &
dabit̃ uobis? Omnis enim qui petit, accipiet. Si er Matth. 7
go qui uult petere, accipiet, iam nõ est illud quod
solet dici: Nõ quæ uolumus, sed quę data sunt ha-
bemus: quia uolũtas à saluatore incitat̃, ut petat et
accipiat quod petierit. Fati aũt hoc esse dicunt, ut
siue petat siue nõ petat, fato tamẽ quod aut malũ
aut bonũ est cõsequatur. Dominus aũt hoc exclu
dens ait, Filia fides tua saluã te fecit. Non iam fati Matt. 9
sit, quãdo fides percipit beneficiũ. Et iterũ, Si cre- Marc. 9
dis, ait, omnia possibilia sunt credenti: In uolũtate
utiq; posuit meritũ, quia fidei bonum est, nõ natu
ræ. Fides aũt res accedẽs est, quæ excitat ad exerci
tium uoluntatẽ: ut quia in natura nõ est, uoluntas
quæ in natura est, suscepta fide, meritũ ei collocet
C apud deũ. Ita enim est natura hominũ, sicut lapis,
qui cũ ignem nõ habet in substãtia, habet tamẽ in
potẽtia, ut opere creet quod non uidetur habere,
quia nõ existit: sed quasi in semine ita est in poten
tia, ut per exerciũ generetur, & si defuerit exerci
tium nõ fit: quia & semen nisi exerceatur, nõ gene
rat, sed ipsum solum manet. Accessio ergo facit ut
generet. Ita & homo fidẽ non habet in natura, sed
semẽ fidei habet, quod nisi fuerit prouocatũ & ex
citatum, fructũ nõ dabit: id est fidem nõ habebit.
Mathematicorũ enim fatis credentes, fidei semen
exterminãt, quod & creatori & iustitiæ eius testi-
moniũ perhibet. Opus enim opificẽ cognoscit, et
æquo iure amoreq; & facto testatur. Fugiendum
omnib. modis ab hac arte monemus: curiosi etenĩ
D eius, inimici dei sunt, & sine solicitudine nunquã
sunt: semper enim suspensi expectant, quod mini
me certũ sciunt: Nos aũt deum, qui de deo omnia
ꝓspera credimus, & si qua aduersa extiterint, eius
nutu comprimi suppliciter oramus, securi de eius
protectione: Nec tamen nescij, quia & si quid ad-
uersum bene nobis agentib. euenerit, toleratum
proficiet ad coronam. De ratione Paschę, unde CXVI
Pascha dictum sit, & quomõ per sanguinẽ mysti-
ce celebretur. Pascha, dilectissimi fratres, à pas-
sione appellatũ est, sicut docet nos traditionis hu-
ius præfiguratio quæ perfecta est in Ægypto per
famulũ dei Moysen dicẽte scriptura: Immolatio- Exod. 12
nis Pascha hoc dñi est. Quę ergo ratio est ut mysti
cum sacramentũ per sanguinẽ sit celebratũ, & re-
paratio

paratio uitę per mortẽ:ut cũ mors augmentũ face
re ſe putaret,accepto ſanguine ſaluatoris minora-
ta deflueret,& cũ uirtute operatã ſe hoc exiſtima-
ret, infirmata rueret? Morti enim mors per opus
eius diuina ꝓcuratione inuẽta eſt:ut quia ſemper
mala uult,cedereť illi ad tempus:ut iniuſtitiæ ſuæ
opere deſtructa,regnũ ſibi ablatũ queri nõ poſſet.
Quãuis enim omnia poſſit deus,nihil tamen facit
quod ſit rationi abſurdũ , Iuſtitiã enim quã exigit,
hanc & facit,nõ præſumens de poteſtate. Magna
eſt ergo prouidentia erga genus humanũ,ut iuſti-
tiam ſeruans,ſic ea quę iuſte decreta erãt ſolueret,
& hominem à morte erueret, quanꝙ nõ immeri-
to teneretur.Sed quia inuidia deceptus fuerat dia
boli,iuſtũ fuit hic ſubueniri : dei enim ſententia te
nebatur,ſed hæc operatus fuerat Satanas : Vnde
ſicut iuſtũ uiſum eſt hũc exuere,ita & iniuſtũ erat
per potẽtiam hoc facere,neglecta iuſtitia. Victus
enim homo ſuadẽte diabolo , ut miſericordiã acci
peret,quaſi accuſator diabolus cõtradicebat. Vn-
de id actum eſt,ut iſte qui in peccato hominis glo
riabať,peccans deprehendereť , ut tũc demũ reus
factus,cõtradicere non auderet.Sic factum eſt, ut
dei filius homo naſceretur,& iuſtitiam prædicans
diabolũ incitaret,ꝓpterea ꝙ homines à uitijs eius
prohiberet,ita ut & occideret eum qui peccatum
neſciebat:Tũc peccaſſe & grauius quidem ꝙ ho-
mo quẽ accuſabat inuẽtus eſt.Cũ enim ex dei de-
creto propter peccatum hominẽ ſibi uendicaret,
quia qui peccat ex parte diaboli eſt , inuentus eſt
plus peccaſſe,cũ eum qui non peccauerat interfe-
cit,ut ſibi uſurparet.Per mortem ergo morti inte-
ritus ſubintrauit,ut ſanguis recuperareť , ſanguis
effuſus eſt:quia ut dixi,mortis autor qui eſt diabo
lus,quoniã peccaſſe in morte Saluatoris inuentus
eſt,ſanguinẽ eius cum omniũ noſtrũ amiſit : quia
ſicut per unũ Adam peccantem, omnes in morte
tenebat,ita per unum nõ peccãtem omnes amiſit.
Ergo ſanguis Saluatoris fuſus iniuſte, hoc pręmi-
um conſecutus eſt , ut originis ſuæ ſanguinẽ cum
triũpho recuperans, ad priſtinũ ſtatum reuocaret
meliorata ſubſtantia, Victa enim mors , ei qui illã
uicerat,nõ potuit cõtradicere.Beatũ itaꝗ Paſchæ
myſteriũ quod per ſanguinẽ nos redemit, morte
per mortẽ deuicta,ſicuti ſolet uenenũ ueneno ſu-
CXVII perari. De Abrahã & eius fide,qua meruit cęte
rorum fidelium pater appellari. Huius Patriar-
chæ fides tam præcipua & admirabilis fuit, ut cæ-
teri homines iuſti patrẽ hunc credulitatis dei iudi
cio fateãtur,Nec ſit aliquis deo dignus & charus,
niſi eius filius fuerit appellatus.Pęrogatiua enim
honoris eius ac meriti,fides eſt,quã cũ reb. incre-
dibilibus dare nõ ambigit,inter cætera etiam Sal-
uatorẽ uidere dignus extitit in ſpe tunc futuræ in-
carnationis,dicente & probante dño ad Iudæos:
Ioan.8 Abrahã pater ueſter cupiuit ut uideret diem meũ,
& uidit,& gauiſus eſt.Qui enim merito fidei, pa-
ter factus eſt , dignum fuit ut futurorum filiorum
ſuorũ ſpem præuideret,quæ propitio & prouido
deo hæreditatis gratia ab humano & pio patre in
filios obſequẽtes redũdaret. Videamus tũc quid

credidit fides hæc, ut ad tantũ honorem & gloriã
A diuino iudicio perueniret.Fidem laudauimus,ſed
quid credidit nõdũ diximus . Educẽs etenim hũc
dominus oſtendit ei ſtellas cœli & dixit, Si potes Gene.15
numerare eas? Sic erit ſemẽ tuũ:& credidit Abra-
ham deo & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã.Non magnũ Rom.4
eſſet credidiſſe deo,niſi quod credidit, mũdus nõ
credendũ & ſtultũ iudicet,quia iſtud in ſpe rerum
naturę non eſt. Vnde Abrahã unus è mundo quia
hoc credidit , ſegregatus à mundanis , iuſtificatus
eſt.Hoc ergo credidiſſe perfidia mũdanæ ſapiẽtię
magnũ facit,cõtra cuius ſpem hæc credidiſſe, ma-
ximi meriti eſt.Deſperatio enim mundanorũ, me
ritum eſt & ſpes Chriſtianorũ. Bonorũ enim pręe-
B mium,cauſa facit malorũ.Fortior naꝗ & plenior
fides eſt,cũ ſe incredibilibus magis cõmittit, Hoc
eñ iam aridus & de uxore anicula ſemẽ ſe credi-
dit habiturũ,quod præ copia numerari nõ poſſet:
non hoc magis reſpiciẽs quod oſtenſum eſt,ſed il
lum qui oſtẽdit , mẽtiri poſſe nõ æſtimans. Ideoꝗ
deputatũ ei eſt ad iuſtitiã. Nã rem abſurdã & quæ
impoſſibilis ſcitur, hebetis eſt credere, niſi perſo-
na ſit quæ credi iſtud ſuadeat. Vnde Abraham &
admirabilis fidei eſt,& cordis periti , dum & illud
credit quod incredibile eſt,& huic ſe cõmittit cui
nõ credere & ſtultũ eſt & periculoſum.Fidẽ enim
noſtrã hoc probat rationabilẽ,quia non de alio ꝙ
de deo credit,poſſe ipſum quod ꝓmittit. Hoc er-
go fidei ꝓpugnaculum eſt,hic triumphus. Quod
perſpicientes quidã mũdi ſapiẽtes, quia rerũ natu
C ra hoc nõ poteſt,ſtultum aiunt credere.Ignorãtes
quia ſecũdũ Apoſtolũ,quod ſtultũ eſt dei,ſapien- 1 Cor.1
tius eſt hominibus. Iuſte enim ſtultos nos iudica-
rent ſi hoc de rerũ natura crederemus, quod pro-
batur nõ poſſe.Porrò aũt ea quę rerum natura nõ
poteſt,nos deũ credimus poſſe, facturũ quod ꝓ-
miſit.Quę hac re poteſt ſtultitia deprehẽdi? Si aũt
indignũ deo eſt opus quod poſſe creditur, recte fi
des hebetudini cõparatur. Quòd ſi dignũ eſt per
id quod creaturæ impoſſibile eſt , cur nõ laudãda
fides eſt quæ tantũ dat creatori , quãtum creatura
poſſe negať? Magnus ergo & admirabilis Abra-
ham,qui cõtra mũdi ſententiã deo credere nõ du
bitauit,quia facere poteſt quod promittit.Natura
Chaldæus,magiſter credulitatis apparuit: quãuis
D aſtrologiæ peritus,deũ tamen prępoſuit humano
conſilio,dignum æſtimãs ſi hoc credatur de deo,
quod quõ fiat inueſtigari nõ poſſit. Infirmitatem
enim ſuam dei potentia cõfirmauit,quia ad maie-
ſtatis ſuæ unicam magnitudinem proteſtandã fa-
cere diſponeret quæ impoſſibilia & inaudita ſunt
mũdo,quo facto oſtenderet ſe dominũ creaturæ,
ut creatura ſubijceret ſe ei:cũ hoc cæteris omnib.
impoſſibile uideť,quorũ incredulitate plus ſubli
matur fideliſſimus Abraham.Fides enim eius,in-
credulorũ pœna eſt : incredulorũ perfidia : gloria
eius eſt.Nã fideliũ eſt pater , & infideliũ eſt iudex.
Huius enim exẽplo & boni æterna uita donãtur,
& malis ęterna dabũtur ſupplicia.Illo enim tẽpo-
re quo mundus adhuc ſcientia paruulus erat, nec
ſignis ac prodigijs quæ ad fidẽ attraherẽt illuſtra-

tus, deo cõtra scientiam suam fidem non denegauit. Sanctus ergo Abrahã exemplũ generi humano datus est fidelissimus: in ipso enim præfiguratę sunt omnes gentes ad salutẽ uenire per fidem: cuius ut superabundans incrementum fidei nosceretur, tẽtatur ac iubetur filium suum deo immolare, quod factum nõ erat unquam. Et nec rei nouitate turbatur, nec disputat an fieri deberet, deo iubente parricidiũ, qui homicidiũ ne fieret cõminatus est. Sic de dei uolũtate intrepidus & securus, non cũctatur prouidum esse quod iubet deus: & hunc filium quem duo senes ex promissione susceperãt præmiũ fidei meritorum indicem, & in quo omnis spes ex promissione futuri seminis habebatur. Quod ut omni deuotione impleret, matri eius nõ indicauit, ne quod dicationi eius impedimentum afferret, sciẽs circa affectum filiorum procliuiores in amore esse mulieres: ideoq; cęlauit eã, non ambigẽs impleri debere quod iubet deus ut hoc exẽplo doceremur omni cura dei facere mandata. Si enim fidelissimus Abrahã in re tam graui & aspera obediẽs inuenitur, quãto magis nos quibus illa præcipiunt quæ possunt portari? O fides deo dicata, & spes in domino firma, quæ tã chara & suauis est, ut parentum ac filiorũ affectibus præponatur, dicente scriptura: Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. Patriarcha aũt noster fidelissimus Abrahã quia Propheta erat, sciuit quid sequi deberet. Ideo secundum q; dominus nũc dixit, tũc ille fecit, ut filio quãuis charissimo deum in dilectione præferret dicẽte domino: Si quis diligit patrem & matrem, aut filios supra me, non est me dignus. Vnde Patriarcha ut domino præ cæteris dignus existeret, etiã occidere filium non recusauit.

Psal.33

Matt.10

CXVIII Concio De Iob quomodo nobis iustitiæ & innocentię proponatur exemplum. Magna dilectio est fratres dilectissimi omnipotentis dei erga genus humanũ, quæ intellecta quidẽ perducit ad regna cœlestia, non intellecta aũt deducit ad inferos. Deus enim beneficiũ suum gratũ uult esse & fructiferũ, ut & nobis proficiat, & illũ misereri delectet. Igiť quoniã bonus est, & omnes homines saluos uult fieri, exemplum nobis iustitiæ in Iob famulo suo demonstrauit, sicut præsens lectio testatur, q; securi & malo carere & ad bonum uenire poterimus, & non solum à pœna liberari, sed & remunerari. Quàm ergo admirabilis est sanctissimus Iob, qui ante legem literis æditam in operibus suis exemplar legis ostẽdit, nulla in hac causa alicuius documenta addiscens, sed natura ipsa duce, cui deus iustitiæ semen naturaliter inesse decreuit, unde creatori reuerentiã pia deuotione seruauit? Quãta ergo laude dignus est, & quib. uerbis facta eius debeant extolli, cui nõ ante legem, neq; post legem parẽ possimus inuenire? Quãuis enim quis posset gesta eius imitari, nõ tamen cũ eo cõferendus est, neq; ei similis iure dicetur: Nõ enim suũ esset q; talis extitisset, quia exemplũ secutus est alienũ. Sanctus aũt Iob cum nihil tale uidisset, neq; uoluminibus lectitasset, talem se præstitit, ut nullius aliquid in se collatũ haberet, sed ipse cæteris cõferret, formam præbens mirabiliũ gestorum ad deũ promerendum. Quare & domini testimonio cõmendať dicentis: Animaduertisti, ait, puerum meum Iob? Non est enim similis ei quisquã in terris uerus dei cultor. Quis tantũ potuit promereri, cui tale testimoniũ dominus perhiberet, nisi hic qui nõ imitator inuenitur, sed autor eorũ quæ gessit? Vnde & uerus dei cultor asseritur. Nulla enim potest simulatio cõtinentiæ ueritatis in eo uideri, qui ante se nõ habet talẽ. Omnis enim qui fingit, hoc fingit, quod cernitur imitari. Et his tamen omnib. potiora sunt quę dicuntur. In his enim omnib. laudibus nulla probamẽta tribulationũ fuerunt, sed propositum deo dicatũ in exercitio & obseruationibus cõstitutum, quod quia ad coronã meritorũ tentatori non uisum est plenũ, petit ut permitteretur ei diuersis tẽtationibus probare eius iustitiam, ut in multis cõstrictus, alicubi hæreret, & posset modũ excedere: quia ad hoc solent peccantibus diuersę pœnę inferri, ut quia nemo omnia potest ferre tormenta, aliquid illorũ eliciat ei ueritatis confessionem. Itaq; permissum est tentatori omnia eius exterminare & perdere usq; ad mortẽ filiorum: ut si damnũ ferret boum, ouiũ non ferret: aut si & ouiũ ferret, camelorũ amissionem nõ ferret, neq; seruorum aut totius substãtiæ: aut si quia grandis animi erat & satis meræ deuotionis, his omnib. non uinceretur, certe uel affectu charitatis cogente frãgeretur morte simul omniũ filiorum. Sed quia ante legem datam uel ęditã: legem in corde suo scriptã habebat, nulla damna, neq; orbitates minorem illum in dei deuotione fecerũt, ut formam daret ad deũ ex toto corde super omnia diligendũ. Quanta ergo dignus est gloria, qui ante legẽ, legem seruauit, ut lex quæ futura erat quomodo custodienda erat demonstraret, nõ in uerbis, sed autor in factis? Quia tentator irreuerens est, nec hæc gloria satis ei uisa est ad probationem uiri iusti, nisi aliud aduersus eum machinaretur quod sciret ab homine ferri non posse: petit iterũ ut illum ipsum sæuo uulnere percuteret à capite usq; ad pedũ ungues. Et cũ hoc permissum esset, quia fides ei haberi nõ debet, præceptum est ei, ut animam eius seruaret propter arbitrium, & ne quid uiolẽter auderet in eum quẽ rationis iure superare nõ poterat. Accepta igitur potestate recrudescẽte in se crudelitatis sæuitia, percussit uirum iustũ plaga magna nimis, ut nihil esset in corpore quod immune esset à uulnere, quod nemo hominum tolerare possit, nisi solus qui uincere potuit satanã. Et cũ nec sic nequitia diaboli aliquod murmur contra deũ uiro iusto eliceret, memor pristinæ calliditatis suæ quã decepit Adã, fategit si posset & istum per mulierẽ decipere, quia facilius quis decipitur per domesticũ. Et in his omnib. nihil proficiẽs, imò detrimẽtum, faciens impudentissimus satanas, non solũ immobilem inuenit dei seruũ, sed etiã magistrũ. In ipsa enim necessitate positus, non tantũ in dei timore durauit, uerũetiam uxorem cõtraria suggerẽtem increpãs, docuit omnia quæ deo permittẽte accidũt fortiter tolerare: quod ad duplicẽ pœnã pertinet

Iob 1

Iob 2

tinet improuidi ſatanæ, quía nec ſuaſit quod uolu
it, & cũ huic inuidit, alios fecit diſcere quod nec
hũc ſcire uolebat. Quantũ enim proſit tẽtatio dei
ſeruis, & obſit diabolo, hac lectione plenius edo-
cemur. Cũ eñ putat ſe nocere eis, promouet eos:
& cũ unum perſequitur, multos ad uirtutẽ prouo
cat. Vidẽtes enim auxilijs dei hunc protegi, multi
imitatores eius exiſtũt. Lucrũ ergo uolens facere,
perdidit: Semper enim furor eius damnoſus eſt,
Nam cũ perſequitur iuſtos ne munerenť, dignio-
res eos facit, Et cũ zelatur ſanctũ Iob, duplicauit
ei meritũ in cœlo & in terra, qui & hic auctus eſt,
& in cœlis cũ ſaluatore receptus, ut iſta omnia ad
ſanctorũ proficiãt gloriã, ad diaboli uero pœnã.
CXIX De Tobia ferè idem diſquirit. Tãta prouidẽ-
tia eſt domini dei circa nos, ut errare nos nolẽs &
legẽ & exẽpla bonorũ operũ daret, quibus mode
ſta & tranquilla agi poſſit uita cũ dei timore. Qui
enim autor uitæ eſt, non uult utiq; opus ſuũ morti
eſſe obnoxiũ. Quãuis natura ipſa legis nõ expers
ſit, tamẽ quia dñs bonus et miſericors eſt, ut maior
notitia eorũ eſſet quæ ſequenda & illorũ quæ uitã
da ſunt, literis & exemplis oſtendit, ſicut præſens
lectio teſtatur. Dei ergo famulus ſanctus Tobias
poſt legẽ exẽplũ nobis datus eſt, ut quæ legimus,
quõ fiant ſciamus, & ſi tẽtatiões aduenerint, à dei
timore non recedamus, neq; auxiliũ aliunde q̃ ab
Pſal.36 eo ſperemus, memores ſcriptũ eſſe, Puſillus fui, e-
tenim ſenui, & nunq̃ uidi iuſtum derelictũ, nec ſe
men eius quærens panem. Nunquam decipi po-
teſt, qui tota mente ſperat in deũ: licet ad tẽpus tri
bulationes ortæ fuerint per inſidias ſatanæ, exem-
pla nos docent ſanctorũ uirorũ, neq; à deo permit
ti, niſi ad incrementũ meritorũ noſtrorũ: quia ſi æ-
quo animo fuerint baiulatæ, hic nobis dabitur cõ-
ſolatio cum effectu & in futuro uita æterna cũ glo
ria. Deus enim noſter qui iuſtus eſt, & perſonarũ
acceptio apud illũ nõ eſt, tẽtari nos permittit, quia
nos diligit, ut poſt laborẽ poſſit nobis præmia da
re ampliſſima. Deniq; Apoſtolo ut tẽtationes ab
2 Cor.12 eo ceſſarent deprecanti, dominus ait: Sufficit tibi
gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur.
Hinc ſubſecutus ait, Cũ infirmor, tũc fortior ſum:
& gaudeo, inquit, in tribulationibus meis, ut inha
bitet in me uirtus Chriſti. Quàm ergo laudabilis
ſit ſanctus Tobias, ſcriptura docemur, cuius deuo
tionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amiſ
ſio quominus deũ benediceret perſuaſit, neq; ex-
hauſta ſubſtantia à uia iuſtitiæ & ueritatis auertit,
Neceſſitas enim probat iuſtum: in egeſtate æqui-
tatẽ ſeruare, uera ac perfecta iuſtitia eſt, Vnde eñ
quorundã deuotio minuiť, inde augmentũ fecit
laude dignus Tobias. Inopia eñ, inquit, humiliat
uirũ, & qui humiliať, nõ poteſt ſeruare iuſtitiã. San
cti aũt Tobiæ erectus ad deũ animus, nec captiui-
tate fractus eſt, nec inopia humiliatus: quia cõtra-
dicta occiſorũ corpora ſepulturæ mãdabat, & de
dei largitione ſecurus, de ipſo exiguo miſericors,
& ſciens hanc magis placere deo miſericordiam
Lucæ 21 quæ de exiguo fit, Sicut & uidua illa fecit quam
dominus in Euãgelio collaudauit. Hic eñ uere fi
delis eſt, qui nõ dubitat de ꝓmiſſis dei, qui de par-
A uo largiť. Spe ergo futurorũ animũ ſuũ cõſolans,
deo dicatus Tobias in tentatione robuſtus & for-
tis inuentus eſt, oſtẽdẽs in neceſſitate plus in dei
timore uigilandũ, quia ſi neceſſitas ad dei auxiliũ
nos impellit, q̃to magis ſecuritas? Certi ergo ſan
cti uiri, ꝙ deus iudiciũ ſibi eorũ omniũ quæ in hoc
mundo fiunt exceperit, tribulatiões & dãna & re
liqua exercitia uel cõtumelias, nõ tantũ non ægre
tulerũt, ſed & gratanter acceperũt: ſicut & noſtri
Apoſtoli, qui cæſi gauiſi ſunt, q̄a digni habiti ſunt Act.5
pro nomine Chriſti cõtumeliã pati. Indicia enim
meritorũ futurorũ exitia ſunt, quæ iniuſte fiunt fi-
delibus ſiue in tribulationibus ſiue in cõtumelijs.
Itaq; intantũ deo placuit iuſtus Tobias, ut duplici
B genere meritorũ ſuorũ cõſequereť mercedẽ: & in
præſenti eñ quod amiſerat miniſtro angelo recu-
perauit lumẽ, ac ditatus eſt etiã copijs quæ ad præ
ſentem pertinent uitã: & in futuro hæres regni cœ
lorũ eſt factus, Vt in hoc doceremur, quia qui to-
to corde dei legi obtẽperat, nec de dei promiſſis
dubitat, & in hoc ſeculo copiã ſępe auget deus, &
in futuro donat illũ uita æterna. Eſt etiã aliud q̃d
nos inuitat ad diuina obſequia, Sanctus eñ Tobi
as non ſolũ iuſtitiæ ſuæ merita cõſecutus eſt, quia
accedit ad cumulum gloriæ eius, etiã ex eorũ bo-
nis qui imitatores eius exiſtũt. Imitatoribus enim
exempla laudanť, Quod nobis quoq; poterit pro
uenire ſi ſic uixerimus ut dignum ſit & nos imita-
tores habere. De ieiunio & eius obſeruatione. CXX
C Congruũ eſt fratres chariſſimi, deuotiſſime dei
ſacerdotem, præpoſitum plebis Chriſti, exhortari
populũ ſub cura ſua poſitũ in doctrina ſana, ſicut
mandat Apoſtolus, ut opus fidei, pro tẽporis ob- Ad Titum 1
ſeruatione, omni cura diligentiaq;, alacri & deuo-
to animo faciamus. Ieiunia etenĩ quæ nũc imminẽ
te die feſto Paſchæ celebranda ſunt, quid profici-
ant, q̃uis nõ lateat, taceri tamẽ non debet. Incitať
enim deuotio, quando ea quæ licet non ignoren-
tur, recenſentûr tamen. Tale enim eſt ingeniũ na-
turæ noſtræ, ut torpeſcat ſi uſus deſtiterit lectiõis,
Quia ſicut ferrũ, niſi uſum fuerit, ęruginẽ generat,
ita & anima niſi frequẽtius diuinis exerceatur le-
ctionib. naſcenť illi peccata. Hinc eſt unde in Pſal
mo hunc dicit beatũ, qui die nocteq; legẽ domini Pſal.1
D meditatur. Deniq; q̃uis nota ſint diuina eloquia,
tamẽ cũ fuerint ſacris uoluminib. memorata, ſic il
la deuotum pectus ſuſcipit quaſi noua. Excitatur
enim deſideriũ animæ erga opera ſalutaria. Vnde
Apoſtolus ad Timotheum inter cætera, Vt reſu- 2 Tim.1
ſcites, inquit, gratiã dei quæ eſt in te. Igitur neceſſa
ria ſunt nobis ieiunia, ſicut uulneribus medicina,
Medelam enim conferunt uitę perpetuæ, ita tamẽ
ut duarũ rerum teſtimonio cõmendentur, id eſt
oratione & miſericordia. Ieiunia ergo intempe-
rantiam corporis mitigãt, motus aduerſos repri-
munt, preſſurã animæ auferunt, ſicut ait dominus,
Nolite dediti eſſe in eſca & crapula, ne grauentur Luc.21
corda ueſtra. Cum enim anima ab eſu & potu ni-
mio fuerit liberata, tunc ſe melius recognoſcit. Si
cut enim in ſpeculo ſordido nõ ſe talẽ homo aſpi-

cit qualis est, ita & si esca & crapula fuerit grauatus, alterũ se sensit q̃ est, Tunc excitatur libido, ac A
cenditur ira, inflãmatur superbia, generatur luxu-
Ephes.5 ria. Vnde Apostolus. Nolite, ait, inebriari uino, in
quo est luxuria. Quod si temperatũ fuerit corpus,
interposito ieiunio cognitione sui recepta, anima
intelligit qua deuotione obsequi debeat redẽpto
ri. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria.
Hester 4 Sub Hester etenim regina cũ Iudaicus populus in
periculo positus esset, ieiunijs suffragantibus libe
ratus est. Et Niniuitæ cũ euersionis suæ præscriptũ
diẽ à Propheta audissent, ieiunio indicto euadere
meruerũt. Et iusti ac Prophetę nostri, quãdo à deo
aliquid impetrare uolebãt, ieiunio se humiliabant
Psal.34 dicente Dauid, In ieiunio humiliabã animam me-
am. Nam & saluator, cui opus nõ erat, ut nobis ex
emplum daret, ieiunauit. Itaq; nulli dubiũ est, pro B
desse ieiunia. Sic etenim ostẽdit se homo uelle im-
Tobiæ 4 petrare quod postulat, cũ se affligit ieiunio. Vnde
dictũ est, Bona est oratio cũ ieiunio. Vt accepta er
go possit esse oratio, consortiũ uult secum habere
ieiunij. Et quia nihil horũ sine pietate firmũ est, ad
iecit, & eleemosyna cũ iustitia: ut eleemosyna ser-
uata iustitia, cõmẽdet orationẽ cũ ieiunio. Deniq;
orationẽ & ieiuniũ Cornelij misericordia cõmen
dauit. Ipse enim abundans opib. seu copijs, ieiuna
bat, sed & nõ habẽtes pascebat, ut illorũ saturitas,
ieiuniũ eius faceret acceptabile. Nõnullis ergo in
digere, & nonnullis carere debet ieiuniũ, ut possit
CXXI mereri quod postulat. De paschate q̃ laudabi-
lis & gloriosa sit solẽnitas. O sanctũ & salutarem
diem Paschæ & omi laude prædicandũ, quo mors C
deuicta est, diabolo regnum ablatũ, sacramentum
dei manifestatum, decretum quod aduersum nos
erat, euacuatũ, tartari ianuæ confractæ, uincti solu
ti, clausi remissi, cęci illuminati, imperiti sciẽtia do
nati, impij facti misericordes, iniqs & iniustis pec-
catorum data remissio inimicorum reconciliatio,
erroris emendatio, ueritatis declaratio: deo filij ex
perditis acquisiti, superbia depressa, humilitas ex
altata: pauperes ditati, diuites exhausti: montes de
planati, ualles replerę, colles prostrati: impudẽtia
calcata, uerecundia compta, animabus ad cœlum
data facultas, libertas reddita, dirupta ac resoluta
captiuitas: torpuerunt tenebræ, confusa est mali-
tia, purificatus squalor, satanas deiectus, inanitus
infernus: dñs noster Iesus Christus uerus dei filius D
approbatus, caro ad confusionem prudentiũ mun
di in cœlos sublata, cœlestia terrestria & inferna
unius dei & domini demõstrata. Itaq; fratres cha-
rissimi, hunc diem festum colere & uenerari de-
bemus deuoti deo cũ modestia uitæ & animæ læ-
titia, turpia & inhonesta uitãtes ut ad fructum Pa-
schæ uenire mereamur per Christũ dominum no-
strum, cui est honor & gloria in secula seculorum.
CXXII De principio. Quid sit principium cum dici-
Ioan.1 tur Ioannis primo, In principio erat uerbũ. Et Ge-
Gen.1 nesis primo, In principio fecit deus cœlum & ter-
ram. In principio erat uerbũ, Quid est in princi-
pio? Quoniã legimus & in ueterib. libris, In prin-
cipio fecit deus cœlũ & terram. Et in epistola eius
cuius Euangeliũ est de cuius principio aliquid co
namur edicere, eodẽ sensu significatũ est. Ait em̃ 1 Ioan.1
Quod erat ab initio. Epistola ergo & Euãgelium
unum habẽt sensum. Aliud enim est quod in uete
ri ait, In principio fecit deus cœlum & terram: & Gen.1
aliud cũ dicit, In principio erat uerbum. Et, Quod
erat ab initio. In principio em̃ esse, & ab initio esse
unũ significat, quia ab initio quod erat, nõ cœpit
esse. Qui em̃ incipit esse, ab initio nõ erat, & ideo
subijcitur initio: id est ut inter cætera in ordine pri
us sit: quia ipse initio factus, alios cœpit post se ha
bere qui post illũ sunt facti. Sicut legimus, quia in
principio fecit deus cœlũ & terram: non dixit, in
principio erat cœlũ & terra: quia cũ nõ essent, &
disponeret deus facere mũdum in principio, hoc
est inter cætera quę ad mũdi fabricã profecerunt,
primũ fecit deus cœlũ & terrã, quia principiũ ini-
tium est inchoãtis aliquid quod sit primũ in ordi-
ne. Illud autẽ quod dicitur, quia in principio erat,
id est uerbũ, ante inchoationẽ creaturæ supernæ
& infernæ significatur fuisse: ut nõ unq; inter hæc
quæ creata sunt prius factũ intelligeretur, quia in
principio erat cum deus disponeret facere creatu
rã. Ergo si in principio erat, id est ante omnia erat,
semper erat. Ideoq; & uerbũ erat. Vbi? Apud de-
um, inquit, ut nõ indigne initio subiectũ minime
æstimaretur, quod semper erat apud deũ. Conuenit
em̃, ut quod ante omnia apud deũ erat, nulli subij
ciatur initio. Vnde adiecit, Et deus erat uerbũ. Nũc
ostẽdit aperte, quia quæ supra dicta sunt cõgruũt
uerbo: quia deus est, inquit, uerbum, & de deo ali-
ter non oportet sentiri q̃ ut semper dicatur fuisse.
Si enim cœpit esse, creatura est: si creatura est, de-
us nõ est. Quicquid enim est aut deus est aut crea-
tura est: ac per hoc dei nomen nõ cõpetit creatu-
ræ, sed quia cum nõ cœpit esse erat, digne dicitur
esse deus apud deũ. Aut ideo dicitur semper fuisse,
quia nõ ex se, sed ex deo deus est. Quãobrẽ & no-
men eius dicitur uerbũ dei, sicut fides eiusdẽ Euan-
gelistæ in reuelatione sua demõstrat. Ait em̃ inter
cætera: Et nomẽ eius est uerbũ dei. Vt em̃ nõ ipse Apoc.19
ex quo sunt omnia significaretur, sed per quẽ sunt
omnia, id est nõ pater, sed filius, uerbũ dei appella
tus est, Vt quia deus sine uerbo esse nõ potest, hic
qui uerbũ dei dicitur, semper apud deũ fuisse cre-
datur: Et quia uerbũ nõ est extra eum cuius uerbũ
est, hoc uerbũ quod apud deum erat nõ aliunde,
sed de deo esse significatũ intelligatur. Et quia de
deo est, nõ absurde deus dicitur. Itaq; nõ duos de-
os facit, deũ fuisse apud deũ. Si enim essent duo, di
uersi essent natura, nec unius uolũtatis. Si em̃ nos
homines cũ unius sumus naturæ, diuersæ tamẽ su-
mus uoluntatis, quãto magis ubi diuersitas nõ est
naturę neq; uolũtatis, deus apud deũ dicetur? Deus
enim qui apud deum erat & est, non ex se habet
quòd deus est: si quo minus, nec apud deum deus
esse diceretur, neq; dei uerbum deus uerbũ appella
retur: sed quia q; de deo est, non aliud significat es-
se q̃ deus est, uerbum dei deus est nuncupatus, ut
quia uerbũ dei dicitur, ad alterum deum nõ refer-
tur. Quod autem deus uocatur, ideo fit, ne ad in-
iuriam

iuriã dei proficeret, si quod de deo erat, deus minime diceretur. A Igitur & unitas dei seruata est & debita honorificẽtia reddita: quãdo nõ in propriam gloriã exceptus est hic qui de deo deus est, sed in eius de quo deus est. Propterea de uerbo incipit loqui Euãgeliũ prius ꝙ loquaꝛ de deo patre, quia quæstiones nõ de deo fiunt, sed de uerbo dei. Nemo enim dubitat de deo, sed de deo qui est de deo deus. Om̃is em̃ lingua cœlestiũ & terrestriũ fateꝛ unum deũ, sed in sacramẽto unius dei turbaꝛ. Trepidat em̃ audiens deũ dici uerbũ dei: corporalib. enim modis pulsatur, quia uerbũ hominis homo dici non potest: cum utiq; deus natura sit simplex, non membris cõpositis, neq; qui intus habeat & foris, neq; ante & post, aut summũ & imũ, sed si potest dici totus per omnia: id est nusquã uarius uel absimilis, B Vna aũt claritas eius est immensa. Nã si ignis non habet anteriora & posteriora, aut intus & foris, quanto magis creator eius. Itaq; quia om̃e quod deus est, totũ unũ est, nõ discrepat cũ quid de deo est, dicitur deus. Ex parte ergo humano exemplo, & ex parte nõ hũano, dei filius qui est uerbum dei, deus est. Ea em̃ ratione qua filij hominũ homines sunt, dei filius deus est: sed quia ex cõmixtione filij hominũ homines sunt, non hoc exemplo filius dei deus est: quia ex simplici deo simpliciter natus est, Et queadmodũ uerbum nostrũ ex nobis est, hoc exẽplo intelligiꝛ uerbum dei esse de deo, Sed quia uerbũ nostrũ non est hoc quod nos sumus, nõ hac ratione uerbũ deus de deo est, quia uerbũ dei res est, nõ sonus qui deperit. Nec enim quia cõmunia uocabula nobis & deo sunt, una ratio erit nobis & deo in rerum effectu. C Nã legimus, Gen.1 In principio fecit deus cœlũ & terrã, Quõ fecit? Nunquid sicut nos manu facimus opera? Et in subiectis: Et dixit, inquit, deus, Fiat lux, & facta est lux. Cui putamus locutũ esse deũ? Quia nõ utiq; homini locutus est sed ei qui possit facere, qui etiam hominẽ facturus erat, sicut & fecit. Sed quõ locutus est? Nunquid sicut nos loquimur organo corporali? Absit. Vides ergo quod uocabula quidem nobis & deo communia sunt, sed discrepant in effectu. Aliter enim deus facit ꝙ facimus nos, & loqui dicitur, sed nõ more nostro. Sic & uerbũ dei non tale uerbũ sicut nostrũ, quia nostrũ postꝙ fit, non est, illud autem manet. D Quod autẽ tale uerbum est quod audit & loquitur & operatur? Non solum autẽ uerbum dei est, sed & uirtus & sapientia dei, hoc est filius dei: qui quantum ad effectum pertinet, filius dicitur dei: quantũ autẽ ad locutionem qua nos alloquitur deus per ipsum, uerbũ dicitur dei: quantũ uero ad sapiẽtiam qua nos deus docet per ipsum sacramentum suum sapientia dicitur dei: quantum autem ad operationem qua per ipsum omnia fecit & facit deus, uirtus dicitur dei. Hoc nulli alij posset cõpetere nisi filio dei, Propterea enim ꝙ ex deo deus est, omnia dei habere dicitur, Nascendo enim omnia cõsecutus est dei, Nec enim conueniens erat degener dici uerbum dei, & uirtutẽ & sapientiam dei, hoc est enim deus uerbum, uirtus & sapientia. Christus autẽ quia totus de toto est de deo deus, & sapiẽtia diciꝛ dei & uirtus & uerbũ: hoc est deũ esse de deo & apud deũ. A Propter quod ait: Hoc erat in principio apud deum. Ioan.1 Ad euincẽdas enim incredulorũ mẽtes coacta scriptura erupit, ut ostẽderet Christũ esse deũ, cum omni loco propter unitatẽ dei, intelligi uult Christũ esse deum. Nunc aũt aperta uoce dicit eũ esse deum & semper fuisse apud deum, sacramentum patefaciens dei, ne deus omnino solitarius putaretur, declarauit non propterea unũ dici deũ ut solitarius æstimaretur, sed licet duę uel tres personæ essent, tamẽ nõ præiudicaretur unitati, quia quod deus est, ad illud ipsum referꝛ quia unus est, quãuis omnia dicantur ex deo. Sed aliud est quod proprie exiuit de deo, & aliud quod nutu deforis creatum est dei: hoc est aliud est quod de substãtia B eius processit, & aliud quod nullo modo esset nisi uolũtate eius creatũ esset, Quia quod de substãtia dei est, nunꝙ fuit præter eius substantiã: quod uero creatũ est, tunc cœpit esse substãtia cum creatũ est, Ac per hoc initium non habet trinitas sola. Declaratio igiꝛ mysterij merita fidei minorauit, quia quanto occultius est quod creditur, tanto magis ꝓpẽsior credẽtis est merces & minor pœna diffidentis. Declaratio autem mysterij sicut minora fecit merita credentib. ita maiores excitauit diffidẽtibus pœnas, Manifestior enim lex plus facit reũ, Nam suffecerat testimonium Saluatoris quo sibi proprium patrem dixerat deum. Quis enim credentium dubitaret nihil à patre differre in substãtia filium? Sed quia hæreticorũ peruersitas infidelitatis commentis fidei iura pulsare cœperat, aliter accipiendo filium dei ꝙ prædicatur, C additum est & ad faciendam manifestationem, hunc ante omnia apud deum fuisse & deum esse, ut declararet quod filij ueri ratio mystice continebat: per quod diuina clementia humanæ infirmitati prouidisse uidetur, ut aperiret quod clausum potioris fidei meritis reseruauerat, Vnde adiecit dicẽs, Omnia per ipsum facta sunt, ut si quis ex superioribus in aliquo ambigeret, quia angusta est intelligẽtia hominũ ad diuinas res capiendas, ex his capax fieret cũ audit, Om̃ia per ipsum facta sunt: ut non u- Ioan.1 tiq; facturã ipsum putaret, qa om̃ia per ipsum audit facta à deo: si autẽ & ipse esset factura, nõ om̃ia D per ipsum facta à deo dixisset, Nec em̃ ipse per se fiebat. Quod ut adhuc absolutius traderet, adiecit: Et sine ipso, inquit, factũ est nihil: hoc dicẽs, excludit omnẽ controuersiã & argumẽta terrena: ꝙuis nõ desint qui diffidãt, tamẽ quia sine ipso nihil factũ ostẽdit, nullo modo illũ facturã esse suspicari debere edocuit. Quõ enim dici potest ipse esse factura, cum nihil dicaꝛ deus sine ipso fecisse? Si em̃ fecit, mentiꝛ scriptura. Sed absit. Fidelis enim est scriptura: quæ ut errorẽ amputet quãta potest utitur manifestatione ad salutẽ hominũ redimẽdam. Deniq; subiecit, Quod factum est in ipso uita est: in ipso, id est in uerbo, quod factũ est uitam esse significat, Sicut & ipse dominus ait, Sicut habet pa- Ioan.5 ter uitam in semetipso, ita dedit & filio uitã habere in semetipso. Non quia uerbũ sine uita erat, &

postea

postea aut data aut facta est in illo uita, sed ipsum
uerbum uitā uult intelligi esse. Si de patre deo po- A
test dici, ꝙ aliud ipse est, & aliud in se habet, ita eti
am de filio eius, Quia sicut habet pater uitā in se-
metipso, ita dedit filio uitam habere in semetipso.
Humana em̄ eloquia nō sunt idonea ad res expli-
candas diuinas. Ideo uitiosum uidet̄ quod dicitur
ut cū factura nō sit dei filius, in ipso dicat̄ factum
quod est. Et si dixisset, quod genitū est in ipso, etiā
sic uitiosum uidebat̄, Sed ut substantiā generatio
nis eius ostenderet, opus in ea factū quali uti potu
it sermone, per quod existeret demonstrauit, quia
generatio eius uitam in se habet. Nos em̄ uiuimus
quidē, sed non possumus alijs dare uitā: quippe cū
nec in potestate nostra sit eadē uita. Ille aūt ideo di
citur uitā in se habere, quia potest uiuificare & cre
are quæ uult ut sint & uiuant, Ad hoc enim natus B
dicitur, ut oīa possit facere quæ facit pater, quia
sic habet uitā in se, sicut habet & pater. Hoc enim
est, omnia per ipsum & in ipso fecisse: sic eum ge-
nuisse, ut haberet in se uitā per quā omnia possit fa
cere: nō qa ipse aliud est ꝙ̃ uita, sed dū hoc potest
uita eius ut uiuat, & alia possit creare quæ uiuant,
uitam dicitur habere in semetipso. Nos enim uiui
mus, sed nō habemus sic in nobis uitā ipsam, ut eti
am alijs demus uitā. Quem sensum & Apost. Pau-
lus memorat inter cętera dicens: Qui est imago in
uisibilis dei, primogenitus ante omnem creaturā:
quoniam in ipso condita sunt omnia in cœlis et in
terra, uisibilia & inuisibilia, siue sedes siue domina
tiones, siue principatus, siue potestates, oīa per C
ipsum & in ipso creata sunt. Cōueniunt aūt Euan-
gelia in hoc duorum Apostolorū Ioannis & Pau-
li, eadem enim dicunt: quia filius dei ante omnem
creaturā genitus est ut crearet potētias spiritales,
& mundū & quæ in eo sunt uisibilia. Quod em̄ di
xit Ioannes: Quia quod factū est, in ipso uita est,
Col. 1 hoc idem significauit & Paulus dicēs: Quia in ip-
so cōdita sunt omnia in cœlis & in terra, Et in sub-
Ioan. 1 iectis, Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Per
ipsum creauit, qa in substantia idē deus est, hoc est
pater in filio in ipso uerbo, qm̄ sic generauit filiū
ut haberet potentiā faciendi omnia uisibilia & in
uisibilia, Hoc fuit fecisse in illo uitā, ut & uiueret,
& uitam alijs pręstaret uiuendi, intelligendi, agen
di, & cæteris animantibus secundum quod uoluit D
quasi imago dei: Dum em̄ imago dicitur dei, ad u-
trunq; refert̄, quia & per expressam natiuitatē ple
nam habet in se similitudinē patris, & potest quic
quid potest & pater, & uerū sit patrē uideri in filio
qui est imago inuisibilis dei, Nunquid quia patrē
inuisibilē dixit, filiū uisibilē fecit, cū hoc utiq; sit fi
lius per naturā quod & pater? Et cū creatura cœle
stis sit inuisibilis, quanto magis creator eius? Sed
hoc significauit ꝙ in cœlis est, non quod in terra,
quia ꝙ̃uis filius inuisibilis sit, illic tamen, id est in
cœlestibus uidetur ab Apostolis uel cæteris talib.
Ioan. 17 de quibus dixit, Pater uolo ut ubi ego sum & isti
sint mecum & uideant claritatem meam. Et alibi,
Matth. 5 Beati inquit, mūdo corde, quoniam & ipsi deum
uidebūt. Hoc est patrē in filio, deum in imagine,

quod est deū in deo. Sicut corporalis rei corpus i-
A mago est, ita et dei deus imago est. Quia exēplum
est pater, filius uero exēplū dei de exēplo, q̄d com
municat spiritui sancto. Quia de meo, inquit, acci-
piet. Ideoq; in filio uidet̄ deus quasi sua imagine.
Sicut em̄ nemo dignus inuentus est aperire librū,
& signacula eius nisi uerbū dei: ita & deū patrē ne
mo uidere dignus est, neq; natura neq; meritis, ni-
si uerus filius. Nihil etenim mediū est q̄d obstet in
ter patrē & filiū, ipso nobis teste qui ait: Neq; em̄ Ioan. 6
patrē uidit quisꝗ̃, nisi qui est à deo, hic uidit deū.
Sed si in filio uidet̄ pater, quare nemo dignus dici
tur uidere deū, cū uideat̄ in filio, quia nihil differt
à patre filius? Nihil plane differt in substātia, quia
uerus filius est, Differt aūt in causalitatis gradu, qa
omnis potentia à patre in filio est, & in substantia
B minor non est filius: autoritate tamē maior est pa-
ter ipso domino testante & dicēte, Si diligeretis Ioan. 14
me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrē, quia pa-
ter maior me est. Quē etiā modū custodiens Apo
stolus Paulus: Vnus, inquit, deus pater, ex quo o- Rom. 13
mnia, & nos in ipso: & unus dn̄s Iesus, per quē om
nia & nos per ipsum: Vt primus gradus sit, ex quo
sunt omnia: secundus, per quem omnia: tertius, in
quo omnia. Et quia nullus ex his degener est, in u-
nitate dei significati sunt, dicēte Apostolo, Quo- Rom. 11
niam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, i-
psi gloria in secula seculorū. Vtrū Adam spiri- CXXIX.
tumsanctū habuerit? Cōperi quosdā ex fratrib.
nostris, nō plene discussisse scripturas, sed simplici
C tate animi asseuerare, ꝙ Adam factus sanctū acce
pit spiritū quē peccans amisit, sicut nunc datur cre
dentibus. Hac ducti ratione, qua solet asseuerari à
plurimis, quia per fidē instauratus est homo, ita ut
ad pristinū redditus statū, hoc omne acciperet q̄d
inter initia Adam fuerat cōsecutus, Et quia perfe-
ctus homo factus dicebat̄, qui si nō habuit, inqui-
unt, spiritūsanctū, imperfectus fuit. Ego aūt nō so-
lum hominē, sed & cūcta quæ fecit deus, quæ non
possunt dici accepisse spiritūsanctū, dico perfecta,
Omnia em̄ genera animaliū in suo perfecta sunt,
ut impleant id ad q̄d sunt facta: ita & homo in suo
genere perfectus est ut potēs sit discernere mala à
bonis, praua à rectis. Est em̄ animal intelligibile,
perfectū ad id ad q̄d factū est. Capax est em̄ dicēdi
excogitādi & faciēdi, ut quæ uirtute nō potest, im
D pleat sensu. Et quō ausi sunt dicere, hominē perfe
ctum nasci debere & totū scire, quem uident nihil
ultra nosse ꝙ̃ hic discat? Quod enim discit, nescit,
Deniq; quoniā qui hic non discit qualis sit nescit,
Qui se ergo nescit qualis sit, quō omnia nouit, cū
minus sit se nosse ꝙ̃ cætera? Sed quia de cæteris di
scit, de se aūt non discit, de alijs nouit, de se nescit,
neq; qualis sit, neq; an ante corpus, an post corpus
sit, Nam si sic perfectus factus esset ut nullius ege-
ret, nō fuerat homo, sed deus, neq; circumuentus
præuaricasset, Spiritū autem sanctum habere ul-
tra naturam & perfectionē hominis est, ut possit
quæ dei sunt. Nunquidnā quia asina locuta est ad
Balaā, ultra perfectionē eius est? Accepit enim ut Num. 22
posset quod naturæ suæ nō erat, sed nostræ. Itaq;
quia

quia præſtãtior eſt homo cæteris animalib. idcirco illa imperfecta dicẽda ſunt? Aut quia ſancti angeli non ſunt quod eſt deus, imperfecti ſunt? Vel quia luminaria & ſtellæ imperfectiores ſunt ſupernis angelis, uel quia nubila uelamine ſuo obſcurãt ſolem & lunã, minus perfecta ſunt? Et quia membra inuicẽ egẽt, nõ em̃ poſſunt pedes q̃d poſſunt manus, imperfecta dicenẽ? Abſit. Omnia em̃ pro locis & gradib. ſuis firma & perfecta ſunt ut impleant id ad quod facta ſunt. Igitur om̃ia ꝑfecta ſunt: quia & creator eorũ perfectus eſt, ſed ad cõparationẽ eius imperfecta ſunt. Deus em̃ per om̃ia perfectus eſt, quaſi fons & origo omniũ. Nam quæ facta ſunt, perfecta quidẽ ſunt, ſed ad id ad quod facta ſunt, ut in alia parte non ſint perfecta, quia alter alterius eget: & in eis quæ nõ egent, perfecta ſunt in quo non egent, ideoq; perfecta & imperfecta ſunt omnia. Manus indigẽt pedibus, quia niſi ambulauerint pedes: ocioſæ erunt manus. Iterum pedes indigent manib. calciare em̃ ſe nõ poſſunt, neq; curare. Cũ ergo corpus perfectum ſit mẽbris uolare tamen non poteſt, neq; ferre tantũ quantũ poteſt burdo. Cũq; hi perfecti ſint, gubernare tamen ſe neſciunt, nec adhibere ſibi poſſunt medici-

Psal. 31 nã. Vnde dictũ eſt, Nolite fieri ſicut equus & mulus in quib. nõ eſt intellectus. Et aqua & ignis cũ repugnãt inuicẽ, ſuo genere perfecta ſunt: Implẽt enim id ad quod facta ſunt. Coquit enim ignis & cõſumit, purgat & calefacit. Aqua uero abluit & refrigerat, ſitiẽtes recreat. Itaq; cum omnia in ſuo genere perfecta ſint, ſine homine tamen nihil poſſunt, neq; homo q̃uis perfectior ſit, ſine his. Hinc Apoſt. imperfectos & perfectos nos dicit. Ad cõparationem enim infidelium nos perfecti ſumus, quia deum cognoſcimus: Sed quia quæ promiſſa ſunt minus ſcimus q̃ debemus, quia in hac uita nõ tantum poſſumus cõprehẽdere quantũ eſt quod creditur, imperfecti ſumus. Igiẽ quoniã putãt perfectionẽ Adæ inſtaurari credentibus, uideamus ſi hæc inſtauratio nihil ultra doni habeat diuini q̃ fuerat cõſecutus Adam. Factus em̃ Adam poſitus eſt in paradiſo, ut operareẽ ibi & cuſtodiret eum: hoc eſt ut coleret terrã & cuſtodiret pręcepta dei, per quæ ſciret ſte ſe dñim cunctorum accepiſſe, ut ipſe tamen ſub lege uiueret creatoris, ne dominatio extolleret eum, & inflatus ſuperbia immemor fieret ſui cõditoris. Poſitus ergo eſt ut cibis ſuſtentaretur uita eius: Per Chriſtum aũt hoc cõceſſum eſt, ut reſurgentes nõ egeant cibo uel potu: Quia quod mortale eſt hominis, cõuertiẽ in uitã. Factus eſt Adam ut habitaret in terra, fides autem largiri dignata eſt, ut in cœlis ſit habitatio noſtra: ſcriptu-

1 Cor. 1 ra ipſa teſtatur. Quia factus eſt, inquit, primus homo Adam in animam uiuentem, ſecundus autem homo in ſpiritum uiuificantem. Primus aũt homo de terra terrenus, ſecũdus autẽ homo de cœlo cœleſtis: Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Quid tam apertũ q̃ q̃d Adam non habuit ſpiritumſanctũ? Factus eſt em̃ in animam uiuentem, per Chriſtum autẽ in ſpiritum uiuificantẽ, ut homo in aliquo ſimilis ſit crea-

tori quẽ credit: quia enim myſteriũ fidei quod ad
A ſalutẽ datũ eſt, trinũ eſt: trinus fit, corpore, anima, & ſpiritusancto, per quẽ dicimur filij dei: Quod minime Adam probat uocatus, & terrenus em̃ factus eſt: Filij aũt dei nõ carnaliter, ſed ſpiritaliter nati, cœleſtes dicunẽ eſſe. Ecce abſolutũ eſt, donũ dei multo plus gratię cõceſſiſſe homini tẽpore ſaluatoris, q̃ acceperat Adã, quia nõ ſolũ eſt inſtauratus, ſed & melioratus. In eo inſtauratus, quia in peccatis ablutus & inſtauratus eſt, in cæteris melioratus. Hoc em̃ & iuſtitia & ratio exigebat, ut tũc uberior eſſet clementia dei in dandis beneficijs, quando myſteriũ diuinitatis ſuæ innoteſcere uoluit creaturæ: ut cognoſcẽtes q̃d incognitũ fuit à ſeculis & generationib. dei unius ſacramẽtũ in trinitate cõſiſtere, pro ipſa nouitatis quaſi dedicatio-
B ne peccatis abluti inſuper iuſtificenẽ, & adoptati à deo ſpiritũſanctũ acciperent, per quẽ ſignũ adoptiõis habere uideanẽ. Adoptio em̃ à deo ſignũ habere debet dei patris, ut nõ immerito filij dei appellentur. Hoc donum etiã per Prophetas promiſſum eſt, ut tũc daretur, quãdo myſteriũ dei declarari deberet in triũpho deuicta morte, ut ſciret creatura patrẽ & filiũ & ſpiritũſanctũ unum eſſe deũ: Vnde Euangeliſta, Spiritus, inquit, nondum erat Ioan. 6
datus, quia Ieſus nõ erat clarificatus. Clarificatio enim hæc eſt, cũ per uirtutẽ ſuam cognoſcitur eſſe quod teſtificatus eſt de ſe, quia clarificatio hoc donum dedit q̃d per Iohelẽ prophetã fuerat promiſſum. Ait em̃ deus, In nouiſſimis dieb. effundã de Iohelis 2
ſpiritu meo ſuper omnẽ carnẽ &c. Et Apoſtolus
C inter alia, Cum autẽ apparuit, inquit, benignitas & humanitas ſaluatoris dei noſtri, non ex operib. iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis per ſpiritũſanctũ quẽ effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrum, ut iuſtificati gratia ipſius hæredes efficeremur ſecundum ſpem uitæ æternæ. Cõfirmauit Apoſtolus quod per Iohelem Prophetã fuerat promiſſum, q̃a hoc poſtq̃ clarificatus eſt Ieſus impleuit deus: ut ſpũmſanctũ effunderet in illos qui credunt in Chriſtum: & hoc eſt hæredem fieri uitæ æternæ, ſpiritũſanctũ accipere, ut quia ſpũs æternus eſt, æternam habeat uitam qui accipit eum: Pignus eſt enim immortalitatis. Qui em̃ accipit eũ
D & manet in eius dilectione, tranſacta hac uita pergit in cœlos ad eum cuius ſpiritum habet. Incongruum eſt em̃, ut qui hinc exit habens ſpiritũſanctum, apud inferos teneatur. Signũ eſt enim in homine uictoriæ Chriſti, qua uicit mortem, ſpiritus eius, ut in quo fuerit ſpiritus eius, ab inferis teneri non poſſit. Ac per hoc in ueterib. ſanctis nõ ita fuit ſpiritusſanctus, ſicut nũc eſt in fidelib. quia exeuntes de ſeculo, apud inferos erãt: Et nõ poteſt dici, q̃a ſpiritusſanctus cauſa peccati Adæ quod per traducẽ generis omne ſemen eius ſubiectum fecit inferis, ſimili tenebatur ſententia data Adæ. Cum Prophetis ergo & iuſtis uiris ſanctũ fuiſſe ſpiritũ nõ eſt ambiguũ: cũ Prophetis, ꝓpter diſpenſationẽ, cum iuſtis uero cauſa ſanctitatis. Sicut legiẽ de

ſancto

Luc.2 sancto Simeone, Quia spiritussanctus, inquit, erat
cũ eo, nõ ut signum esset adoptionis in eo, sed me A
ritorum eius gratia. Nam filij dei credentes tunc
esse cœperunt, quando manifestatus est filius dei,
uicta morte, cunctæ creaturæ. Si autem in Adam
uel in cęteris sic dicatur fuisse spiritussanctus sicut
nunc est in fidelib. quæ noua dona dedit deus, cũ
regnum filij sui dedicauit in nobis? Et quõ fœlix
& beatum tẽpus præ cæteris dicitur Saluatoris ad
uentus, si ea præstitit quæ iam fuerant præstita? Et
ubi est illud quod dicit Saluator ad discipulos,
Matth.13 Multi, inquit, Prophetæ & iusti cupierunt uidere
quæ uidetis, & audire quę auditis, & nõ audierũt?
Qua ratione ergo poterit dici, ꝙ beatitudo tẽpo-
ris huius nihil amplius contulit doni ꝙ̃ ueteribus
est collatũ? Quod quidẽ ad iniuriã proficit Salua-
toris, ut nihil habuerit nouum quod in ortu impe
rij sui suspicientibus se donaret, cũ tamẽ laborare
soleant diuites, ut in die festo natalis sui exquisita B
inuitatis dent apophoreta. Quãta ergo iniuria est,
ut deus ijs quos ad nouũ & inauditũ diem festum
& omni laude dignum inuitauit, nõ dicatur habu
isse inexperta quæ donaret? Et ubi est illud Euan-
gelistæ Ioannis, quod dicit, In sua uenit, & sui eum
non receperunt: Quotquot aũt receperunt eũ, de
Ioan.1 dit eis potestatẽ filios dei fieri ijs qui credũt in no-
mine eius, qui non ex sanguine, neq; ex uolunta-
te carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati
sunt? Igitur quõ non inusitatũ est q̃d donauit cre-
dentibus deus in Christo, quãdo dedit eis potesta
tem filios dei fieri, id est, fratres filij sui proprij, nõ
ex uoluntate carnis & uiri, sed ex deo, ut spirituali-
ter nascerent̃? Aut si prius gratia ista concessa pro
batur, tũc nihil nouũ aduẽtus Christi cõtulisse di-
cat̃. Adę certe terrena & carnalis fuit factura, non C
spiritalis: Nõ em̃ ex deo sine carne & sanguine na
tus est, sed de terra à deo factus est: Ideoq; nõ potu
it spiritũsanctũ accipere, qui non erat spiritalis, &
cui cõcessum non erat patrẽ deũ uocare in oratio-
ne. Qui enim spiritũsanctũ accipiunt his datur po
testas, ut per id quòd spiritũsanctũ habent patrem
illum Christianorũ in oratione appellent: Quod
quia ante cõcessum nõ fuit, nõ possunt dici prio-
res spiritũsanctũ habuisse. Ii ergo qui putant Adã
uel cæteros habuisse spiritũsanctũ, nesciunt quale
donum habeant dei: nec gratias cõgruas possunt
ei agere, qui plus cæteris accipiẽtes, nihil se dicũt
CXXIIII amplius cõsecutos. Quibus argumẽtationib. & D
exemplis ostẽdi posset, unum idemq; opus differ-
re secundum personas in laudem siue condemna
tionẽ. Vna est misericordia in diuite & paupe-
re, sed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi, quia
plus laudanda est in paupere ꝙ̃ in diuite. Pauper
enim qui de exiguitate sua largiri non timuit, spe-
rans à deo sibi retribui & in præsenti & in futuro.
Prouerb.28 Credit enim scripturæ dicẽti, quia qui tribuit pau
Lucæ 21 perib. non egebit. Vnde & paupercula illa diuiti-
bus multa mittẽtib. sola meruit à deo collaudari,
quia de penuria sua largiri nõ timuit. Diuites ue-
ro securi de diuitijs suis largiuntur, pauper aũt se-
curus de domino. Bene igitur faciũt diuites dum
largiũtur egenis, sed multo melius, pauperes. Ac
per hoc alia remuneratio pauperis & alia diuitis.
Diues enim si hoc nõ fecerit, uapulabit: A paupe-
re enim nõ exigit̃ tantũ. Ideoq; laudabilis est pau-
per misericors. Furtũ in paupere & diuite unum
peccatũ est, sed diuitẽ plus facit reũ: quia pauper
per inopiã facit furtum: diues aũt cum abũdet nõ
cõtentus suo, tollit aliena, & quod peius est, solet
pauperes expoliare: ac per hoc differt pœna utri-
usq;. Et iustitia pauperis, & diuitis una est, sed lau-
dabilis est in paupere magis: In egestate enim cõ-
seruare iustitiam, magnifica res est. Diues aũt ideo
seruare uidetur iustitiã, quia alienus est ab inopia.
Ergo uterq; iustus est, sed maius est in necessitate
seruare iustitiã. Superbia una est, sed plus damnan
da in paupere est ꝙ̃ in diuite: quia diues copia ela
tus est, pauper aũt in egestate superbus, quod ad
insaniã pertinet, ac per hoc plus reus est pauper.
Humilitas una est, sed magis laudãda in diuite est.
Quid enim magnũ est si pauper humilis uideat̃,
quem ipsa inopia humilẽ facit? Magnificum aũt
si hic qui dignitate & copijs cõmẽdatur, inclinet
se, nõ sibi uendicans quæ meteri se nouit. Ergo in
omnib. humilitas bona est, sed multo magis in di-
uite. Doctrina studij una est causa, sed laudabilior
in diuite est. Pauper enim cum nulla prærogatiua
cõmendaretur, operã dedit ut haberet unde pos-
set requiri. Diues aũt cum esset unde cõmendare-
tur, adhibito labore auxit se, ut duplici genere ne-
cessarius esset: Nõ enim auocatus copijs retraxit
animũ quominus per se floreret: Et ideo hic ma-
gis laude dignus est ꝙ̃ pauper: Qui si studijs ope-
ram minime dedisset, per omnia remanserat uilis.
Illũ ergo uolũtas, hunc necessitas fecit cupidũ. Li
bido in paupere & diuite eadẽ est, & damnabi-
lior in paupere quàm in diuite est. Pauperẽ enim
ipsa egestas reuocare debet à cupiditate luxuriæ:
Cogitare enim debet, quia unde hoc impleat non
habet, & dũ hoc festinat adimplere, alia multa ma
la admittat necesse est: quib. forte nec ad præsens
euadat, aut certe hoc ipsum quod habet insumens
mendicus remanebit cum nota. Diuitem aũt deli-
ciarum copiæ lacessunt ad uoluptatem libidinis.
Præterea quia diuites securi sunt de impunitate,
sciẽtes uenalia esse iudicia, & nec redargui se ab
aliquo. Quis enim dignitate fultũ uirum & diuitẽ
arguere audeat? Vnde magis accẽdunt̃, ut & uio
lenter hoc agãt. Non solũ enim minime reprehen
dunt̃, sed in magno honore sunt, & gloriari pos-
sunt, quia tales sunt. Quòd si uterq;, id est pauper
& diues pudicus sit, multũ differt pudicitia diuitis
à pudicitia pauperis. Pauperẽ em̃ potest humili-
tas reuocare ne q̃d uult possit implere, aut timor
legũ: Diues aũt cũ multis suffragãtib. causæ ad uo
luptatẽ possit allici, laudabilis est, si auertat hinc
animũ. Alia ergo remuneratione dignus est diues
pudicus, & alia pauper pudicus. Quòd si rex sit
pudicus, multũ est & gloriosum, ut omnia in pote
state habens non contingat quòd scit impune à
se posse fieri. Hic uere deum timet, hic uere præ-
cepta eius custodit, qui in potestate habẽs leges,
futurum

futurū dei iudiciū contēplatur. Itaq; grādis res est, ut qui in præsenti non habet quem timeat, uincat quod delectat, cū delectatio tantū possit, ut nō solū futura, sed & præsentia minime uereatur. Vnde multū merentur quicunq; hæc superāt, sed maxime ij qui in præsenti legib. & hominib. dominātur, Cæteri enim & homines & leges uerētur, quare & propositū custodiunt. Ne eñ apud homines erubescāt, seruāt quod diu tenuerūt, & ne condēnentur, à prohibitis se abstinēt: hic autē qui domi natione nec leges timet nec homines erubescit,
CXXV magnę gloriæ est si se abstinet. Contra Eusebiū, utrū spiritussanctus sciuit mysteriū natiuitatis dominicæ? Memini me in quodā libello Eusebij quondam egregij in reliquis uiri, legisse, quia nec spiritussanctus sciat mysterium natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & admiror tātæ doctrinæ uirū hāc maculam spirituisancto infixisse: Hoc eñ dicens degenerē illū significauit. Neq; eñ potest dici de deo esse, si nescit quæ dei sunt, quia inferior natura quid in potiore sit, nescit. Sin uero substantiæ est eiusdē & diuinitatis, quomō potest nescire
Ioan.10 quæ sua sunt? Deniq; filius dei, quia, Ego, inquit, & pater unū sumus, propter unitatē substātiæ, nō
Ioan.16 immerito adiecit dicens. Omnia quæ patris sunt, mea sunt, & quæ mea sunt, patris sunt. Quãobrem si spiritussanctus eiusdē diuinitatis est, qua ratione segregatur ne sit eiusdē scientiæ, cū eiusdē non negetur esse substātiæ? Quod plus est cōcessit, quod minus est tenuēs. Creatura eñ discit & incipit aliqua scire de autore, & erūt ei quę didicerit cum autore suo cōmunia: Substātia autē & diuinitas non potest deo esse & creaturæ cōmunis: Nam dei substantia non habet quod discat, quia nihil est quod ignoret: Substātia uero hominū nō habet in natura ut sciat, sed ut discat. Itaq; naturæ hominū accidit scietia, nō tamē immutatur substātia, quia hominis natura de habet scientiā: Sic eñ condita est, ut per exercitiū acquirat scientiā: Igitur maior est substantia q̄ scietia: quia nō scientia acquirit substantiā, sed substantia scientiā: & substātia est sine scietia, non tamē scietia potest esse sine substantia. In deo autē sicut est substātia, ita & scietia, q̄a ipse nihil habet quod discat, ipsa enim substantia est sibi scietia. Quãobrem omnia in deo substātia dicūtur: Substātia eñ cui nihil deest, oīa substātia sitet habet, quia nihil ei accessit per studiū. Quomodo ergo dici potest de spiritusancto, quia nescit natiuitatē filij dei, si cōsubstātiuus est ei? Nunquid potest una eademq; substātia, & scire, et nescire? Certe filius dei mysteriū natiuitatis suæ nō didicit, scit substātialiter, non per doctrinā. Qua ergo ratione spiritussanctus dicitur nescire, cū similiter ipse nihil habeat quod discat, quia oīa nouit per substātiam? Sicut eñ dei filius, ita & spiritussanctus dei substātia est, dicēte domino. Oīa quę patris sunt, mea sunt: Per quod significauit substātiam dei patris suā esse substantiā, & spiritūsanctū à patre dicit, pcedere, & de suo accipere. Et ideo, inquit, dixi de meo accipiet, quia oīa quæ patris sunt, mea sunt. Si à patre procedit & de filio accipit,

A quomō filij nesciat natiuitatē, quādo substantia eius substantia filij est? Omnia eñ quæ patris sunt, filij sunt: Sine dubio ergo patris substātia & in spiritusancto est. Adiecit eñ filius, dicēs, Et omnia quæ mea sunt, patris sunt. Quid et go ambigitur de spiritusancto, an eiusdē diuinitatis sit, cū sit eiusdē substātiæ? Nā sicut de se dixit dominus, ita & de spiritusancto testatur: Et ne hoc aliter possit interpretari: A patre, inquit, procedit, & de meo accipiet: ut à patre procedere, hoc sit de Christo accipere. Cū enim dicitur de filio dei accipere, nō ambigitur etiā ipse esse de deo, ut in sanctospiritu patris esse substātia & diuinitas nō ambigatur. Itaq; qui hunc dicit nescire filij dei natiuitatem, ipsi derogat cuius dicitur accepisse. Nec eñ aliud accipit, q̄ ipse est de quo acce
B pit: quia accepisse de Christo, de deo processisse significauit, ideoq; nō pōt nescire quod hic scit de cuius accepit: neq; ignorare dicēdus est dominū, quia à deo processit. Certe filius dei, quia de patre est, ideo scit oīa dei: Quare ergo spiritussanctus negeē scire quæcūq; Christi sunt, cū de deo acceperit? Itaq; si scit filius dei quæ in deo sunt, dubiū non est etiā spiritumsanctū non ignorare quæ in filio dei sunt: & per id quod nouit quæ sunt in filio, non nescire dicēdus est quæ in deo sunt. De eo eñ de quo accepit, dei habet notitiam. Et quid laboramus cum testis sit in hac re Apostolus, dicens, Nemo scit quæ sunt in deo, nisi spiritus dei? 1.Cor.2
Ecce in quo diu sudauimus, Apostolo adiuuante impleuimus. Et nūquid prejudicauit filio dei, quia neminē dixit scire quę in deo sunt, nisi spiritū dei? Absit. Sit nec præiudicauit spirituisancto filius, cū
C dixit, Nemo nouit patrē, nisi filius. Neminē enim Matth.11 dixit scire quæ in deo sunt, præter eum qui de deo est: quia omne q̄d de deo est, nouit deū & quæ in deo sunt. Natura enim dei, ipsa se nouit: Quā cū intelligas esse etiā in spiritusancto, per id quod à patre processit & de filio accepit, tutū non est istū dicere nescire patrē deum, cuius naturā agnoscis in eo: & tamē saluator sic dixit, neminem scire deum patrē nisi filiū, ut reseruaret alij personæ huius cognitionē: statim eñ subiecit, dicēs. Et cui uoluerit filius reuelare: Cui putas uult reuelare filius? Nulli eñ charior esse potest q̄ spirituisancto. Quia si Rom.8 quis, inquit, spiritū Christi non habet, hic non est
D eius. Quomodo ergo putat reuelatū deum patrē à filio spirituisancto, nisi quomodo ipse dominus ait, De meo accipiet? Creaturæ eñ nō potest reuelare pater deus, quia dei naturā ferre non potest, nisi fuerit eiusdē substātię: Lucē etenim habitat inaccessibilē, creaturæ duntaxat. Sed quibusdam uidetur ideo recte nescire dici mysteriū natiuitatis filij dei spiritussanctus, quia omnia dicitur scrutari, & qui scrutat, inquiunt, nescit utiq;. Quod ex alio loco debet intelligi, Dei eñ uerba sunt inter cetera, dicētis, Ego deus q̄ scrutor renes & corda. Hier.17
Et in Psalmo, Scrutans, ait, corda & renes deus. Et Psal.7
Apostolus, Qui scrutat, inquit, corda, scit quid desideret spiritus: quia secūdū dei uoluntatē postulat pro sanctis. His exēplis cū scrutari dicitur dei Rom.8

spiritus, nō ignorare significatur. Etiam alta dei dicitur scrutari: Et quæ sunt alta dei quæ dicitur præ- A uidere? Scrutari enim occulta significat penetrare, ut per id nihil esse occultū ei credatᷣ. Alta enim mysteria dei sunt interiora quæ scrutari à creatura nō possunt: Nā & secundū dei uolūtatē & pro sanctis dicitᷣ postulare, quod sancti utiq; nesciunt, Rom. 8 dicente Apostolo, Nā quid oremus sicut oportet nescimus: Ergo alta dei scire, & uoluntatē dei non ignorare, unū significat. Quid enim tam altū mysterium ꝗ uoluntas est dei, quod cognitum est spiritui sancto, cæteris uero incognitū est? Omnibus 1 Cor. 6 etenim contuendū est, quomodo dictum sit, Quoniā nemo scit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est: spiritum animam significauit, quia nemo scit quid sit in animo hominis, nisi ani- B mus eius qui est spiritus: Sic & in deo nemo scit quę sunt dei nisi spiritus dei, hoc est ipse deus. Qui ēm in deo est, nō aliud intelligitur esse ꝗ deus est. Ideo spiritus dei scit quid in deo est, quia de deo est. Nā si cogitationes hominum nemo nouit, nisi deus, ꝗto magis dei secreta & uoluntatem nullus potest cognoscere nisi sit de deo: hoc est idem ipse deus, Ipse est etiam sibi soli cognitus: Nam utiq; in deo non sunt cogitationes. Nec ēm deus tractat apud se quid faciat, aut quid nō faciat, deliberans an expediat, quia omnia quæ in deo sunt sine dubitatione sunt, non per accidētia, sed per substantiam, nec per studiū, sed naturā, quia non immutatur: Ac per hoc nō aliter nouit spiritussanctus mysteria dei, nisi per substantiā: una enim substantia C unū habet sensum & uoluntatē: De deo loquitur qui semper unus & immutabilis est, siue in filio, siue in spiritusancto, Quod ēm uult pater, hoc uult & filius, & quod uult filius, eadem uult & spiritussanctus, Quamobrē aliquādo dicitur spiritus dei, aliquādo & spiritus Christi, qui à deo, inquit, procedit, & de meo accipiet. Hinc est unde Ioannes Apostolus ait, Et hoc scimus, quia deus in nobis 1 Ioan. 3 manet, de spiritu suo quem dedit in nobis. Ergo si spiritu dei in nobis manēte, manere dicitᷣ in nobis deus, significatᷣ esse spiritus dei. Deniq;, hoc est signū credentiū quòd sint filij dei, ut cū hunc accipiūt dei se filios audeant appellare: Nisi ēm signū diuinitatis habuerint, dei filij dici non poterunt. Quāquā aliquis uerus dei filius nō est, ut sit totus de toto sicut & Christus: Per adoptionē aūt fiunt D filij dei, ut accipiētes spiritū Christi per ipsum filij dei dicantur, per id quod de deo est, quē in se habent spiritum. In filijs enim ꝗuis adoptiui sint patris tamē ex aliqua parte debet uideri substantia. In mundo enim quia res imperfectæ sunt, adoptati ab hominib. filij nullū pignus, sed solū nomē accipiūt: Deus autē quia perfectus est, plus facit, ut adoptatis spiritū suum det, per quē aliquā ueritatē adoptati ab eo uideantur habere, quia uocabula sine rebus inania sunt. Apostolus noster hāc assertionē nostrā adiuuat, dicēs, O altitudo diuitia- Rom. 11 rum sapientiæ & scientiæ dei, ꝗ inscrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiæ eius? Quid tamē sibi uult, quòd cum alibi dicat, scrutabilia esse alta dei, id est, secreta, hoc in loco deneget, dicens, inscrutabilia esse? Sed in hoc loco de creatura dixit, quia inscrutabilia sunt ei secreta uel iudicia dei: spiritui autē sancto, eo ꝙ omnia dei nouerit, scrutabilia dixit esse cūcta quæ in deo sunt, ut quod creaturę incognitū est, dei spiritū asserat nō ignorare. Dei ergo natura negari nō potest, quæ cognitum Ioan. 10 habet quòd à creatura non potest cōprehēdi. Qui degenerē dicūt spiritū dei sanctū, pulsant propositum qui totius creaturæ salutē in trinitatis diuinitate cōsistere declarauit, quia si cōsubstātiuus non est deo & Christo, ineptū est ponere istū in numero patris & filij, ut sine hoc nō salus alicui sit, neq; dignitas, Si enim nō est eiusdē diuinitatis, aut stulte, aut gratis effectū est: quod absit. Quis ēm pru- B dentiū deneget creatorē cū creatura cōnumerari non posse, neq; æternū cū eo qui sub initio sit comparari, neq; dominū cum seruo æquari, neq; potentem cū impotēte conferri, neq; sciū cum inscio deputari? Sed iam cesset calūnia: Tertius enim ordine est nō natura: gradu, nō diuinitate: persona, nō ignorantia. Sicut ēm filius dei secūdus à patre est, & diuinitate minor nō est: ita & spiritussanctus sequēs à filio est, non impar, sed æqualis diuinitate substātiæ. Deniq; quę legimus de filio dei, eadem legimus & de spiritusancto, ipso nobis testante. Ait ēm, Rogabo patrē & aliū paracletū dabit uo- Ioan. 14 bis spiritū ueritatis. Aliū cum dixit, se paracletum significauit. Quod Ioannes declarat, dicens, Quia 1 Ioan. 2 spiritus dei postulat pro peccatis nostris. Et Paulus Apostolus inquit, Ipse spiritus dei postulat ꝓ Rom. 8 C nobis: Ecce scriptura ambos aduocatos esse ostendit, Et cum ueritatis illum dixit spiritū, nihil illum ueritate à se differre, ostēdit, quia dixit, Ego sum ueritas. Missum se à patre dixit, & ipse mittere spi- Ioan. 14 ritumsanctū promisit. Si ipse à mittēte impar non est, neq; à mittēte impar ab illo spiritussanctus est, Neq; enim quia tres sunt singuli, alter alterius mēbra sunt, ut diuersa possint. Vna est enim potentia triū, ut nihil desit singulis. Hic finis sit. Iam enim in libello aduersus Arrianam impietatē digesto, reliqua plenius tractata sunt, quæ trinitatis complexa sunt indiscretā unitatē.

CXXVI De eo qui fidem Christi percepit, quid præeminētiæ seu prærogatiuæ habeat ad gratiam consequendam plus ꝗ infideles.

Scriptum est, Quia iusto nihil proderit iustitia D eius in qua die errauerit: & quia iniusto nihil oberit iniustitia sua cū se cōuertit. Et dominus in Euāgelio, Qui nō crediderit, inquit, iam iudicatus est: Ioan. 3 ut per hoc cum qui crediderit, nō iudicio subiectū ad sententiā excipiendā significaret, sed fidei merito laude dignū futurū. Ergo cognitio dei hāc habet prærogatiuā, ut peccatorū cōsequatur remissam. Credēs enim dei esse filiū Iesum, dignus existit ab omnib. liberari peccatis. Diu enim errore deuius cū per diuersa ignorātiæ fluctib. iactaretur illuminatus ueritatis coruscationem nactus est, in qua post nimias tempestates requiescat securus: cui cōgruit, ut post cognitionē temperet se ab ijs quæ iam pridē in ignorātia positus agebat. Quid enim prodest cognitio, si manet pristina cōuersatio

tio? Hinc etenim quis uidetur cognouisse deum,
si uitā mutet, & conuersationē suam corrigat. Co-
gnitus enim deus timeri debet, quia iudicaturus
prædicatur, ut & fideles iustitiæ suæ percipiāt fru-
ctum, & impij, id est, increduli perfidiæ suæ con-
gruas pœnas exoluāt. Conuenit enim iustos in fu
turo gaudere, ubi regnabit Christus cū suis: Vt si
cut in seculo sunt opprobrio, & iniurijs subiacēt,
in quo princeps est diabolus: ita & in regno glo-
riosi appareant, propter ꝙ cōtemptibiles iudicati
sunt à mūdanis: iniustos autē quia falso florere ui-
dentur, per mendaciū repugnātes ueritati, in pœ-
na tribulari: ut qui per fucū gloriosi uisi sunt, per
uerū despecti & humiliati nimis appareant. Tunc
eñ iusti se credidisse gaudebūt, cū pfidos uiderint
cruciari: & nec pœnitebit perfidos nō credidisse,
nisi uiderint gloriā eorū & suā pœnam, quos quia
crediderūt stultos & cōtemptibiles arbitrati sunt.
Ergo ex eo ꝙ profitetur se quis Christianū esse, id
studere debet ne peccet, & armare se contra uitia.
Et quia impossibile est semper uincere, si uictus
fuerit, dolere ne iterū uincatur: quia qui se dolet
uictū, reparat se. Qui ergo repugnat, habet unde
se excuset si uictus fuerit. Ostēdit enim se uotū ha-
buisse uincendi, sed minime præualuisse: De hoc
spes est, quia potest se reparare, ut assidua medita-
tione in cōgressione peritior & fortior inueniaꝛ.
Nā qui ad hoc surgit, ut peccet, inexcusabilis effe
ctus pergrauē habet causam. Peius est eñ sub dei
uiuere professione, & uoluntatē habere peccādi,
ꝙ̄ si ignoret quis deum et turpiter et contaminate
uerseꝛ. Hic eñ nescit quæ timere debeat, ille sciēs
contēnit. Credentes ergo accipiunt remissionem
peccatorū, non tamē gloriosi erūt, nisi post acce-
ptam fidē uixerint sub dei nominis timore, ut col
luctati cōtra hostes Christiani nominis uictoriā fa
ciāt, ut possint præmiū mereri dum plus uincūt ꝙ̄
uincunꝛ. Nā q intelligit deū & nō accedit ad fidē
eius ne uiuat Christianus, sed in fine uult fidem ac
cipere, ut moriaꝛ Christianus, aut erubescit Chri-
stianus uiuere, aut peccatis operam dat, quæ arbi-
tratur posse sibi remitti cū crediderit: istum puto
non bonā causam habere: quia ut quādiu in secu-
lo est, peccet, nō uult fieri, nec uiuere Christianus,
aut confunditur fieri Christianus. Qualem sperat
deum, cui cū militare erubescit, uult ab eo stipen-
diū accipere? Huiusmodi irrisor est: Sciēs enim se
iam nō tēpus habere ut peccet, morte imminente,
tūc uult fieri Christianus, & quia iam non potest
peccare credere se dicit in Christū, quasi qui exe-
crator peccati est: non ut iam se nolit peccare, sed
ut non possit præueniente morte. Istis debet legi,
quia deus nō irrideꝛ. Nam & solent huiusmodi ta-
lia dare mādata, ut iam defectis & alienis, tantum
anhelantib. detur fides, timētes ne euadāt, & con
fundantur quia facti sunt Christiani. Quib. recitā
Luca.9 da sunt Euāgelij uerba. Qui, inquit dominus, eru-
buerit me cōfiteri in hac generatione, & filius ho-
minis cōfundet eum cum uenerit in regno patris
sui. Sed forte dicāt, sciētes fragile eē genus huma-
nū, idcirco in fine uitæ uolumus fidē accipere, ne

iam peccemus. Sed fides sic accipi debet, ut sciatur
A quid accipitur. Tunc eñ beneficium eius habebit
si cognoscat, et si profiteaꝛ eam. Corde enim credi Rom.10
tur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutem. Ac
per hoc, qui iā nescit ubi sit, quomō potest dici ac
cipere? Ille eñ accipit, qui profitetur se accepisse,
sciēs quia accepit. Si eñ credūt, quia datur creden
tib. remissio peccatorū, scire debent, quia hic cre-
dit, qui corde suo teste credit. Quia deus qui ꝓmi-
sit cordis inspector est: ipsum eñ suscipit quē cor-
de uidet credere. Itaq; cuius cor uerba fidei non ad
uertit, quomō beneficium eius habebit? Ergo hic
pōt uideri temere Christianus accepta fide, qui id
agere cerniꝛ, ne facile peccet, Nam qui peccare se
stinat, idcirco nō uult accipere fidē, ne cogaꝛ be-
B ne uiuere, quod uideꝛ nolle: sed in morte uult con
sequi, impunitatē sperās, & remissionē prærerito-
rū malorū, ut & de præteritis securus sit & de futu
ro, quia iā utiq; nō poterit peccare moriturus. Sed
hoc nō bono fit cōsilio, neq; mūda cōsciētia: ut tūc
uelit accipere fidē, cū iā nō possit, etiā si uelit pec-
care. His cōuenit dictū illud, Faciamus mala, ut ue Rom.3
niāt bona: hoc est, modo peccemus, & in nouissi-
mo credamus, & remittetur nobis: Ideo subiecit,
Quorū dānatio iusta est. Nō est enim dignū ut his
detur remissio peccatorū, qui scientes deū ꝙ nolit
quēq; peccare, & odio habeat peccatores, pecca-
re gestiūt: nolētes aduertere, donū dei his profice-
re, qui ignorātes deū sic peccāt, ut nesciant iudica
turū deū. Qui autē audiuit & tractauit apud se, &
uotū habet peccādi, non ut uincaꝛ aliqua cogēte
causa, sed uelit peccare, durum est ignosci ei. Nam
C duæ causæ sunt quæ habēt peccatorum remissam:
Vna doni, alia pœnitētiæ, ut qui post donū pecca
uerit, ꝑ pœnitentiā reformeꝛ. Qui enim in accepta
gratia nō ꝑmansit, ut in libertate duraret, sed iterū
se subiecit peccato, lamētatione & gemitu impe-
trat obliterari peccatū: sciens eñ prudēsq; pecca-
uit, nō ꝙ aliquis ignoret peccatum, sed qui nescit
deum iudicaturū, impune putat futurū ꝙ peccat.
Ac per hoc gentilis si cœperit infirmari, & in ipsa
uitæ desperatiōe tractet apud se de fide & spe pro
missa, integrā habet causam: ut huic credēti remit
tanꝛ peccata, nec teneaꝛ in inferis, signū ferens se-
cū euictæ mortis ac spoliatæ, licet nō habeat digni
tatē uel remunerationē. Quia debet aliquid inter
esse inter eū, qui ꝓuocatus amore sui domini con-
tra hostes eius dimicare nō timuit, armās se conti-
D nētia & obseruatione omniū uitiorū: ut possit re-
sistere malo semꝑ solicitus quomō imperiū domi
ni sui defendat: & inter eū qui cū inimicis domini
sui cōueniēs & eis assistēs, in fine uitæ ad dominū
suū regressus est: nō ut regnū domini sui uindica-
ret, sed ut ipsi soli prodesset esse ciuis anteq; miles.
Ille eñ qui uiuere uult Christianus ut post mortē
remuneretꝛ, scit quia nō sunt condignæ passiones
huius tēporis ad futuram gloriā quæ reuelabiꝛ in
nobis. Ac per hoc suscepta armatura fidei non du Rom.8
bitat cōgredi cōtra principes & potestates, ut in
seculo existēs uictor post seculū coroneꝛ. Dignū
est eñ, ut qui inter perfidos & rebelles domini sui

regnū ad præsens testaš, huius rei in futuro merce dē habeat: ubi uidentes inimici dei testem Christi ꝓpter cōfessionis suæ ueritatē sublimē apparere in regno dei, doleāt cōfusi falsum æstimasse quod uerū esse declaratū est: necnō & hi qui tarde crediderūt nō in uita, sed in morte cōfitētes deū, uidētes q̃ta corū gloria est, qui sub armatura dei militātes bella imperatoris sui deuote & fideliter gesserunt, pœniteant non se uixisse, sed mortuos esse Christianos. Potest em̄ uideri minime idoneus mori Christianus, qui uotū nō habuit uiuere Christianus, sed forte iam moriturus, idcirco uoluit dici Christianus, quia iam tēpus peccandi nō erat: Ne forte, inquit, uerū sit q̃d credit, uolo fieri Christianus, nihil amittēs si falsum est quod credit: & quia iam in morte nō est uoluptas peccandi, sed peccatū fieri desinit, tentat si prodesse poterit fides post mortē, cum hoc utiq; fuerit utile, ut in hac uita & peccata emēdarent ubi fuerunt admissa. Tūc em̄ aliquis condēnasse se præterita probat, quādo fidei lineā sequēs, conuersationē & uitā uidet mutare. Si em̄ prius ideo peccabat, quia nesciebat deum, cū cognoscit eū, ultra nō debet peccare ne frustra sit cognouisse illū. Debet em̄ aliquis perfectus esse ex cognitione dei. Christianus em̄ ante ꝓfessionem debet intelligere operib. magis se probandū q̃ nomine. Nam propterea mandata data sunt cæteris legib. potiora, & ad sanctitatē pertinentia, ut ex his dei cultura appareat: si quominus, audiet

Luc. 6 Quid me uocatis, dñe, domine, & non facitis quę dico? Per q̃d tunc significauit, ꝓdesse cognouisse deū, si mādata eius seruent. Irrisor em̄ uidetur, qui dominū uocat eū, cuius præcepta contēnit. Huic

Gal. 6 uerba legis recitāda sunt, quæ dicūt, Deus non irridetur. Itaq; uerbis suis cōdēnabitur, quia dominum uocat, quem minime se timere operib. suis o-

CXXVII stendit. De peccato Adæ & Euæ & de eorū conditione seu creatione, & donis gratuitis. Nulli dubiū arbitror mundum istū hominis causa esse fabricatū: Qui cū diuersis cōstet substātijs, unus est tamē multis mēbris aptatus, ut ex his inuicē mutuis operib. quæ necessaria homini futura erāt gignerent. Domus em̄ facta est homini cū annona, ita ut singula eorū secundū genus fieret super terram: id est, ut facta hinc haberet infinitā potentiā in propagine uniuscuiusq; generis eorū quę crearentur in terris. Origines em̄ institutæ sunt, quarum semē proficeret ad procreationē multiplicandorum generū super terrā. Vnde scriptura testaš, Et benedixit illa deus, dicens, Crescite, & multiplicamini super terrā. Simili modo istū hominum genus benedictū est: Quē sensum cōtuemur in le

Exod. 1 ge: Cernimus em̄ scriptū esse, Creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto. Qua benedictiōe enim benedicta sunt, quæ ad utilitatem creata sunt hominis, ea benedictiōe & homo est benedictus: ut similiter ex mare & fœmina propago generis humani cresceret & multiplicareš super terrā: & sicut per culturam meliorāda erant semina, ita & hominū genus adhibita cura illud studeret, ut creatoris cognitione percepta uitā suam frenaret ad

A promerendū eū, ut simul omnia proficerēt ad laudem & gloriā creatoris. Et quoniā non aliud hæc dicta significāt, res ipsæ testātur: Omnia enim quę facta sunt, dei nutu multiplicata & meliorata sunt super terram. Nec em̄ aliter posset accidere, q̃ dei uolūtas & benedictio decreuit seminib. Quomodo ergo dici potest male fieri, aut non licere quod ex dei benedictione & ipso fauente augmentū facit? Cuius rei traditio etiā in synagoga mansit, & nunc in ecclesia celebratur, ut dei creatura sub dei benedictione iungaš. Non utiq; per præsumptionem, quia ab autore ipso data est forma. Sed si cessare debere putaš, tūc cessare debebit, quādo cessatura & illa sunt quæ similiter benedicta sunt ut multiplicarētur: quia si generatio hominū cessat,

B ad quā utilitatem nascuntur quę benedicta sunt super terrā? Nō potest enim mūdus ex parte agere, & ex parte cessare. Aut totus enim operaš, aut totus pausat in ocio. Nūquid utile corpus est, cuius quædā membra uigent, quædā torpescūt? Quod ergo à domino benedictū est, cur sordidū & contaminatū opus à quibusdā asseritur, nisi quia ipsi deo manus quodāmodo infertur? Non enim hoc reprehēderet, nisi de deo huius operis autore male sentirēt. Quia enim aperte deo detrahere uerentur, per opus tamen ab eo inuentū accusant eum. Quando em̄ displicet opus, reprehēditur author. Si huiusmodi homines legerēt, aut potius acciperent scripturas, memores essent Balaam, dicentis, Quid maledicā quē benedixit deus? Frustra enim Num. 23

C accusaš, qui à iudice laudatur: imò ipse sui accusator est, qui reū dicit quē leges defendūt. Quis ergo tu es qui dānari cēses q̃ à deo benedictū legis, nisi quia aut deū hunc negas esse, aut scripturā falsam accusas? Sunt enim qui quasi noua accipientes, uetera repudianda putāt. Sed nō discrepant ab his noua, quæ per Christū Iesum præcepta sunt & Ioan. 2 populis intimata. Ipse enim rogatus ad nuptias ire nō dedignatus est, & nō solū præsentia sui illustrauit eas, uerumetiā cōtulit q̃ deerat ad lætitiā. Scri- Psal. 103 ptum est enim, quia uinū lętificat cor hominis. Et ut hoc secūdū dei patris sui uolūtatem fecisse se demonstraret, Iudæis interrogantib. an liceat homini dimittere uxorē suā, respōdit inter cætera, dicēs Quoniā ab initio fecit deus masculū & fœminam Gen. 2 & dixit, Propter hoc relinquet homo patrē & ma Marc. 10

D trē, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: Itaq; iam nō sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus cōiunxit, homo nō separet. Hinc est, unde rogatus ad nuptias iret libēter, ne factū dei patris sui infirmare uideretur. Magis autē legis ueteris & nouæ doctrinam concordare ostendēs, nuptias non solum non prohibuit, sed & interesse dignatus est, testimoniū eis tribuēs, quoniam deus autor earū est: & q̃d à deo iunctū est, neq; prohiberi, neq; separari debere salutari præcepto monstrauit. Et quia natiuitas prodest, cū iam relinqueret mundū matrē suā, Ioanni discipulo suo cōmendauit. Quaobrē & nos per om̄ia legis ueteris & nouæ mādata seruātes, parentes honorare docemur, Ioan. 19 Exod. 20 q̃ nisi fecerimus, maledictū nos incursuros cautū Deuter. 5 Matth. 15

est

est lege. Itaq; quænã est hæc præsumptio, aut ex
qua lege descendit, nuptiarũ aditus intercludere, A
quãdo tam noua q̃ uetus lex per omnia istis faue-
re uideat̃? Sed illud est q̨ legimus, quia quod ex-
tra est, à malo est, Vnde Apostolus huiusmodi ho
2 Tim. 4 mines cauteriatã dicit habere cõscientiã, qui pro
hibẽtes nubere, & à cibis quos deus ad percipien
dum creauit abstinẽdũ docẽt. Hoc enim in hypo-
crisi inimicitiarũ causa facere denotant̃, ut legem
à deo traditã criminaturi. Alij ideo studẽtes pręce
ptis salutarib. obuias manus tendũt, ut prauæ do-
ctrinæ mandata cõmendent. Ac per hoc cauteria
tam habere dicuntur conscientiã. Corrupta enim
mẽte aliud sciẽtes, aliud profitent̃. Sicut & Iudæi
qui nõ ignorãtes gesta saluatoris opera esse spiri-
Luce. 11 tussancti, inuidentes dicebãt, quia in Beelzebub
eijcit demonia, ut populũ à fide eius auerterent. B
Talis est etiã supra memoratorũ uersutia, quia ut
sanctitatis & castimoniæ amatores esse se simulẽt,
nuptias esse dicũt dãnandas, ut per hoc cõmendẽ-
tur, & populũ à ueritate auertant: et ut abstinentię
se studere fingãt, temperandum à cibis tradunt, ut
per hoc se alienos à mũdo ad cœlestia regna festi-
nare ostendãt, per quod mẽtes hominũ illiciẽtes,
deinceps illicita doceãt licere, & licita quasi incõ
cessa dãnare. Hæc sunt præstigia satanæ, ut causas
inuertat: quasi nouũ insinuãs aliquid, excludat ue
ritatẽ, in qua nihil nouum est, quia totũ æternum.
Quis non aduertat sensum istũ ab aduersarijs esse
aptatum? Quis enim audeat dei inuentũ reproba
re, & q̃d nũq; alicui obfuit, nisi aduersario uerita-
tis? Qui ut impuritatẽ suã tegat, sanctimoniã præ C
dicat, quã non amat, ut d ũ ex eo se quasi bonæ uo
luntatis ostẽderet, illicita suadeat quasi licita. Cõ-
mendat eñ se ut promptius fallat, ac per hoc cap-
tis imprudentib. suggerat, per quæ plus eos faciat
peccatores: quia ut causæ suæ aliquã conferat me
dicinã, granditer suadet homines peccare, magnũ
ex eo querens solarium, dum criminis sui socios
multos ostendit leuẽ pœnã esse existimãs, ac si mi
nus grauis sit, si secum multos uideat in gehenna.
Cæci homines, dum uincũtur uitijs, aut per infir-
mitatẽ, aut per ignorantiã sese defendunt, nõ uin-
dicando hæc quæ cõtraria decipit concupiscen-
tia. Aut quæ obstat caligo ut non q̃d uerum est, ui
deatur? Nam solẽt literæ aliud uideri significare,
dum aut nõ bene pronũciãtur, aut improprie di- D
stinguntur. Cum autẽ legitur, Fecit deus: &, bene
dixit quod fecit: quis hinc disputet? quis dubitet?
qs q̃d benedictũ est, maledictũ putet, nisi alio spi-
ritu animetur? Quod quidẽ si hominis uox esse di
ceretur, forte aliqua fallacia crederet̃. Deus dicit̃
loqui, & dubitas? deus benedixit, & reprobas?
Sed forte sub dei nomine Moyses errorẽ induxit.
Satis tibi faciãt signa & prodigia per Moysen fa-
cta in Aegypto, suadeãt tibi mirabilia quæ in ru-
bro mari gesta sunt ad liberationem filiorũ Israel.
Exod. 8 Audi magos confitentes, quia digitus dei est hic.
1 Cor. 10 Cõsenti Apostolo dicẽti, Nolo uos ignorare fra-
tres, quoniã patres nostri oẽs sub nube fuerunt,
& omnes per mare transierũt, & omnes per Moy

sen baptizati sunt in nube & in mari, & oẽs ean
dem escã spiritalẽ manducauerũt, & omnes eun-
dem potũ spiritalẽ biberũt. Bibebant autẽ de po
tu spiritali consequẽte eos petra, Petra autẽ erat
Christus. Et unde hoc Apostolus locutus est? Præ
sto est scriptura in qua legimus Christũ dominum
nostrũ, dicentem Iudæis, Si crederetis Moysi, cre- Ioan. 5
deretis forsitan & mihi, quia de me scripsit Moy-
ses. Quis huic cõcordiæ fidẽ deneget? Quis aude
at dicere, q̃d unum est discrepare? Quis tam malæ
mẽtis est, ut indiuiduã charitatẽ contendat uideri
inimicitiã? Ecce habes & uerborũ testimonia, &
exempla uirtutũ quę animum tuum subiungẽt ue
ritati, ut non aliud putes uerũ q̃ quod Ecclesiæ ca
tholicæ cõtinent libri. Quoniã igitur probatũ est
eundẽ deum fuisse in ueteri testamẽto qui nũc no
B ster est, & hunc multis uirtutũ indicijs uerum esse,
intantum eius autoritas debet pręferri, ut etiam id
quod à spiritu, & si forte absurdũ à nobis æstima-
tur, acceptũ est ferri debeat, et aliter sentiri q̃ à no-
bis putatur, si dei iudicio cõmẽdetur, quia magis
deo credere debemus q̃ nobis. Infirmitas eñ no-
stra & imperitia, utilia solet iudicare quæ nociua
sunt, & æstimare falsa pro ueris, q̃d de deo uel sus-
picari nefas est. Non est eñ natura quæ possit fal-
li: q̃to magis de coniugijs dubitari non debet, deo
dicẽte, Quod deus cõiunxit homo nõ separet. Est Mat. 19
enim res aperta & simplex. Certe oñis homo gau
det cũ fuerit dei dignationẽ adeptus, & meliora-
ri se credit dum sacramẽtum creatoris addiscit, q̃d
utiq; nõ assequeretur, nisi natus, Cur ergo plangit
C quod gaudet, & q̃d gloriatur se didicisse, condem
nat? Si enim gaudet quia didicit, nõ aũt didicisset,
nisi natus fuisset, sine dubio bonum est nasci, quia
fructus natiuitatis, cognitio est ueritatis. Si autem
malũ est nasci, nõ erat bona cognitio: Cui enim rei
proderit cognitio, si damnatur natiuitas? Quia si
non expedit, nec nasci debet, ut dicit, inane est ut
discat damnãdus. Sed quia nemo tam hebes est ut
neget cognitionẽ dei prodesse hominib. & bona
& utilis est. Per ipsam eñ melioratur natiuitas, ut
meliorata natiuitas plus mereat̃ q̃ fuerat collatũ
Adæ, quia in cœlo, nõ in terra regnabunt creden-
tes: in paradiso dei patris, nõ in quo Adam corpo-
raliter iussus fuerat operari. Nã si encęnia celebra
bant̃ Hierosolymis: id est, dedicationis templi dei
D agebat̃ festiuitas: q̃to magis ipsius hominis cele-
brãdus natalis est, qui magis templũ dei est, cuius
etiã, ad agendũ deo gratias, manib. templum est fa
bricatũ. Melius est eñ templum, corpus nostrum:
quia hoc dei opere, illud uero humano labore cõ-
structũ est, & hoc sub spe æternitatis est, illud per
ditionis. Itaq; qui deo instituente natũ se nouit, ut
ei gratias agat, cognitũ habens mysteriũ eius, de
bet in natali suo gaudere, uidẽs profectũ esse nati
uitatis suæ. Vere autẽ illi nasci non debuerunt, qui
creatorẽ suũ relinquẽtes gloriam eius alijs depu-
tant: horũ eñ natiuitas proficit ad pœnã, sed non
natiuitas crimen incurrit, sed uolũtas. Sed quis es
tu qui nuptias prohibes? Forte Marciõ, quia cor-
pus nõ à deo fabricatũ putas, sed à diabolo: animã

uero errore quodã lapsum passam, ut ad tenebra-
rum partes in quib. nunc mundus est ueniret, con A
tendis. Quomodo ergo posset hinc liberari, si phi
betur generari? Natus em̃ cognouisti casum tuũ,
& data opera id egisti ut remeares ad patriã sedẽ,
redditus sorti tuæ. Deniq; gratias agere te dicis
Christo, per quẽ hanc cognitionẽ assecutũ te gra-
tularis. Age uero, Si natus nõ esses, cessaret cogni
tio, nec prosequeretur liberatio. Itaq; si gaudes ani-
mam liberari, faue natiuitati. Nã si natiuitati resi-
stis, inimicus es animarum. Aut si Manichæus es,
qui nuptias quasi contrarias renuis, quæro à te, si
corpora minime gignerent, quomõ anima hinc,
quã fusam in tenebrarũ partem & hærentẽ hylicis
reb. asseris, eriperetur? Nascendo em̃ liberari eam in
libris uestris scriptũ habetis, ut à luna susceptæ a-
nimę & exeũtes de corporib. soli tradantur, quẽ deũ B
animarũ uestrarũ asseritis. Nã gaudetis cũ Mani-
chæi uocamini. Per hoc enim nomẽ liberationem
animarũ uestrarũ flagitatis, quod utiq; nesciretis,
nisi nati essetis. Longe itaq; apparet per hypocri-
sim uos nuptias condẽnare. Sanctimoniam enim
profitentes, latenter immũditiæ studetis, quod nõ
solũ priuatũ, sed etiã edictis proditũ est imperato-
rum. Audi nũc catholice, & ex euãgelio disce, pro
desse hominis natiuitatẽ. Cum Simeon enim uir
iustus uellet exire de seculo, sufficere sibi putans
creatoris sine mysterij eius cognitione notitiam,
nõ permissum est ei nisi incrementũ faceret in dei
perceptione, ut plenã haberet fidei suæ mercedẽ.
Deniq; natum saluatorẽ accipiẽs in manib. bene-
dixit deũ, & dixit, Domine, nunc dimittis seruum
Luca.2 tuum secundũ uerbum tuũ in pace, quia uiderunt
oculi mei salutare tuũ. Manifeste ostensum est dei C
beneficiũ esse in hominis natiuitate, quando uiro
iusto de morte cogitãti respõsum est, quòd nõ an-
te moreretur quàm Christũ domini uidisset: intantum
enim proficiebat in uita, ut dignus fieret etiam in
præsenti uidere, quẽ liberatorẽ sperabat post mor
tem. Qui ergo reseruatus in uita non permissus est
mori, nisi spei suæ fructũ uidisset, ut securus esset,
quia de uita ad uitã transiret, quomodo potest di-
ci non huic profuisse natiuitas. Si enim malum est
quòd nascimur, nõ paradisus promitteretur, non ui-
ta æterna, nõ regnum cœlorũ, sed pœna & gehen
næ perditio: ut timeret alterũ generare, qui se sci-
rent natũ ad perditionẽ: ut ille qui se illicite natum D
sciret, non affectaret generare. Sed forte dicatur,
Regnũ quidẽ cœlorũ promissum est, sed fidelib.
& bene agentib. Recte uides. Itaq; nõ uideo reos
fieri homines, quia nati sunt, sed quia male conuer
sati sunt. Neq; em̃ nõ natis promissum est regnum
cœlorũ, ut natiuitati imputent quib. non dabitur,
Promissum est autẽ natis bene agentib. ut neq; na
tiuitas prosit male agenti, neq; obesse possit bene
agenti. A fidelib. em̃ & bene agentib. melioratur
natiuitas: ab infidelib. autẽ & male agentib. dete-
rioratur. Sic enim est natiuitas, quasi arbor quæ in
seritur: quia si bono surculo inseritur, melior fiet &
bona dicetur: si uero malo surculo inseratur, deterior
erit, & non bona, sed mala uocabitur. Ita & nati-
uitati si bona accedat doctrina, bonos faciet fru-
ctus: si autem mala, malos faciet fructus. Itaq; sicut
necessaria est arbor ut sit ubi inseratur, ita etiã neces-
saria est natiuitas ut sit ubi proficiatur. Sed responde
tur econtra, Si utilis est natiuitas, cur renascimur?
Nõ renasceremur nisi utilis esset natiuitas. Rena-
sci em̃ renouari est, & quæ renouantur instaurantur. Nõ
ergo accusat renascibilitas natiuitatem, sed refor-
mat, Et quod reformatur, bene ab initio institutum
probatur. Igitur quòd renascimur, consilio mutamur,
corporis expiatione suscepta, ut reddamur ad pri-
stinũ statũ Adę: animę aũt peccato maculatum est
corpus, quo reparato & meliorato per fidẽ, consi-
lio abluimur: ut sicut per cõtemptũ dei fuerat pol-
lutũ, ita per obedientiã abluatur, ut effugiat senten-
tiam datã Adæ & possit resurgere. Itaq; si ab ani-
B ma cœpit peccatũ, cur non à corpore accusatur cum
in causa peccati Adæ nõ fuerit desideriũ corpora
le, sed spe deitatis illecta anima transgressa sit dei
præceptũ, ut corpus suũ subiugaret peccato & na
scerentur homines sub peccato? Quod quidẽ nihil
obest homini, si tamen legi dei obediat, nisi quòd
moritur: cui rei beneuolẽtia dei promisit mercedẽ, ut
qui in creatoris deuotione fideles inueniantur, sal-
uentur. Per præuaricationẽ autẽ, quia Adæ corru-
ptioni subiecti sunt & morti, pro hac re suscipiẽt à
iudice deo ultra quàm fuerat cõcessum Adæ, ut in fu-
turo & gloriosi sint, & ęternã habeãt uitã, & adop
tati filij dei uocentur, ut lucrum sit, quia nati sunt. Ex
hoc iã reuertar ad reliquã partẽ lectionis. Cũ po-
situs esset homo in paradiso hæc accepit mãdata.
Ex om̃i, inquit, ligno quod est in paradiso ad escã
edes. De ligno autẽ unde dignoscitur bonũ & malũ Gen.2
C nõ edetis ex eo. Om̃ia ligna quæ cõmemorat, fru-
ctus sunt ad esum creaturarum. Deniq; uno nomi
ne ligna dicuntur, sed uaria intelliguntur in fructibus.
Om̃ia tamẽ ligna sunt, & edẽdi unũ est genus, quã-
uis diuersa sunt quæ edantur. Cũ enim multa fructu
um ligna creasset homini ad edendũ, sicut dixi, de
uno ligno edi prohibuit: ut reuerentiã creatoris ex
aliqua parte haberẽt, qui om̃ia in potestate acce-
perant, dũ una reseruata est arbor cuius licentiam
nõ haberent, ut memores essent cõditionis legis.
Quomõ aũt ex sententia peccati genus intellige-
batur? Et homicidę em̃ & malefico et adultero et
infami cõgruit hæc sententia. Achar quoq; filius Iosue.7
D Charmi cũ peccasset, cõsumi cũ omnib. suis adiu-
dicatus est. Quomõ ergo potest hæc sentẽtia pec
cati genus intelligi? Grãde delictum fuisse põt co
gnosci, nõ tamẽ genus delicti intelligi. Scimus em̃
alios hac dãnatos sentẽtia, cũ sciantur aliter deliquis
se. Et Amorræi & Sodomitæ cum omnib. suis pe-
risse noscuntur. Ita em̃ fit, ut & unius peccati rei di-
uersa feriantur sententia, & diuersi criminis pecca-
tores uno atq; eodẽ genere puniãtur. Quamobrẽ
Adæ & Euæ nõ ex data sentẽtia peccati genus po
test intelligi. Quãuis enim unũ eorũ peccatum sit,
sed secundũ personã suã uir & mulier sententiam
acceperũt: nec nõ & serpẽs, ut nõ solũ in eo quòd
facti sunt nõ manerẽt, uerum etiã adderetur eis la
bor ad pœnã. Cum enim omnia pecora & animã
tia

tia homini fuiſſent, ſicut legimus, ſubiecta, ſerpēs
cōtra hāc constitutionē erexit ſe, & dolo & falla-
cia circumuentū hominē ſibi ſubiecit. Sine dubio
eñ qui aliquē capit, intra ſe uim facit. Propter q̄d
ſerpēs ne aſtutiæ ſuę effectū haberet, ſententia dei
reuocat̃ & reprimit̃ ultra q̄ fuerat factus, ne ſupra
hominē eſſet, ut calliditate ſua non ſolū ad nihil ſe
profeciſſe doleat, ſed & deterioraſſe. Cum enim
prudētior legat̃ fuiſſe cæteris beſtijs, poſtq̄ dece-
pit hominē, maledictus factus eſt ab om̄ib. beſtijs
terræ. Poſt ſententiā datā in hominē, datam in fœ
minā, datā in ſerpentē, ſequit̃ ut & mulier quam ſi
bi ſociauerat ad contemnendā dei legē, excipiat
Gen. 3 ſententiā. Ait enim, Replens replebo erūnas tuas
& gemitū tuū: in triſtitia paries filios, & ad uirum
tuū cōuerſio tua, & ipſe tui dominabit̃. Nemo q̄d
reprehēdit, ipſe cōfirmat. Si ideo cōceſſi ſunt filij,
quia uſurpauerat coitū, ergo plus uſurpatio præſti
tit. Sed q̄a dixit, In triſtitia paries filios: ſi inde pu-
tas generationem ſumpſiſſe principiū, ubi erat q̄d
dictum eſt, Creſcite et multiplicamini? Intelligite
ergo hoc ad pœnā tantum additū, ut cum per læti
tiam ſibi fuerat ante conceſſum, triſtitia ſubderet̃
ad pœnā: & ut deterior & multiplicata pœna mu
lierē ſemper urgeret, addit̃ cōuerſio ad uirū, ut eſ-
ſet unde ei dolor iterū innouaret̃. Si coitū dñs da-
mnabat, cur in ſubiectis addebat, Et ad uirū con-
uerſio tua? Nemo q̄d damnat, hoc ꝓ pœna conſti
tuit, cū utiq; pœna ſit dānationi cōtraria, nec unq̄
ex uno, ſed econtra proueniāt. Quod ſi in uno eſ-
ſent, dānationē nemo metueret. Deniq; aliquis in
hoc addiſceret, ex quo in lege cōmiſſum uideret
eē: hoc eſt cōfirmaſſe, nō puniſſe peccatū. Si deo
conuerſio fœminæ ad uirū, & ex eo q̄ colit, & nō
quod uerū eſt conuerſio ſimpliciter ante cōceſſa
cū ultima ſeruitute, propter pœnā eidē credat̃ im
poſita, quoniā per mulierē cōceſſam ſubiectus fa
ctus fuerat uir. Et ſine dubio ſuperior uidebat̃, cu
ius cōſilio uſus putauit prodeſſe quod ſuaſit, ut fa
ctum dei ſubtilitate ſerpētis deſtrui uideretur: in-
ſtaurat̃ per ſententiā dei inſtitutā, ut reuertat̃ mu-
lier ad cōditiōis ſubiectionē humiliata uiro, ſicut
fuerat conſtitutū: & additū ei q̄d addit̃ ad pœnā,
cū audit: Replēs replebo mœrores tuos, & gemi-
tum tuū: in triſtitia paries filios, & ad uirū tuū con
uerſio tua, & ipſe tui dominabit̃. Nunquid fuerat
aliter decretū, q̄ ut mulier dominio uiri eſſet ſub-
iecta? Hinc ergo apparet mulierem reuocatā eſſe
ad id q̄d fuerat cū additamēto. Vnde ait, Replens
replebo mœrores tuos & gemitū tuū. Q̄d replet,
in eo q̄d minus eſt addit, nō in eo quod non eſt ui
det̃ operari. Hac ergo ſentētia quę ante ꝓceſſerat,
Creſcite & multiplicamini, nō incipit ad creādū,
ſed ad creaturę, quæ fuerat cōceſſa, perniciē. Mu-
lieri ad pariendū filios dolor addit̃, difficultas im
ponit̃, nō procreatiōis noua forma componit̃: nā
ſi ex hoc recte generatio ſperatur, magis intelligi
poteſt arbitrio ſerpentis generationē extitiſſe, q̄
Matth. 3 dñi: & eſt uerum, ut ait ille, Progenies uiperarum.
Si quis autē ſe exiſtimat ita natū, quid mereat̃, ad-
uertat, ut propter peccatū amplificaretur ei dolor

partū, ut quæ modicū doloris habitura erat, filio-
A rum creſceret ei cauſa delicti: quia & cum gemitu
& mœrore pariunt̃, nati aūt ſine triſtitia nō haben
tur. Nunc tertio promit̃ in uirum ſententia talis,
Quoniā audiſti, inquit, uocē mulieris tuæ, & edi- Gen. 3
ſti de ligno, de q̄ præceperā tibi ne ederes ex eo,
maledicta terra in operib. tuis, et in mœrorib. tuis
edes ex ea omnib. diebus uitæ tuæ: ſpinas & tribu
los germinabit tibi. Et hinc idē Adā ad hoc reuo-
catur, ad q̄d fuerat factus, ſed cū decremēto. Ante
enim poſitus erat, ut operaret̃ terrā ſimpliciter,
ut ſequeret̃ eum laboris effectus: at ubi aūt ſpreuit
præceptū dei, melius ſibi procurari credens conſi
lio ſerpētis q̄ fecerat deus, ad inſtitutū priſtinū re
uocatur cū laboris diſpendio: ut terra ei ſecundū
laborē minime reſpōderet, maledicta nō ſibi, ſed
B operib. eius: ut oſtenderet̃ propoſitū dei iubuerti
non poſſe, neq; melius poſſe quenq̄ prouidere q̄
deū. Nemo eñ poteſt alterius opus plus diligere,
q̄ ipſe qui fecit, dicēte Apoſtolo, Quia nemo, in- Eph. 5
quit, carnē ſuā odio habet, ſed nutrit & fouet eam
ſicut & Chriſtus eccleſiā. Videamus nūc ſequētia
legis, an concordēt cū initijs eius. Abrahā cū pla-
cuiſſet deo, inter cætera quæ ad remuneratonē fi
dei eius pertinent, cū ſenior eſſet, unū filiū gene-
rare dignus eſt iudicatus. Quō ergo accuſari po-
teſt, quod pro merito conceſſum uidet̃, ut qui ip-
ſius dei uoluntatē fecerat, deus uoluntatē eius im
pleret: quæ minime fuiſſet impleta, niſi innoxia eſ
ſet: nec deus impleret quod male uel imperite po
ſci uidebat, maxime ab eo qui ſibi placeret, hoc e-
C nim nec homini cōuenit. Et Anna cū ſterilis eſſet
& deū diligeret, petijt ut haberet filiū, & accepit:
quod ſi contrariū eſſet, moneri potuit ab eo quē
diligebat, ne rē poſtularet aduerſam. Et natus ex
ea ſanctiſſimus Samuel, filios genuit, nō tñ iuſti-
tiæ ſuæ merita minuit. Prima enim ætate ſua ſemꝑ
auctus eſt, ut in ſenectute ꝓpēſiori dei teſtimonio
cōmendaret̃. Et Zacharias ſacerdos uir iuſtus, in Luce 1
ſenectute ſua dei nutu genuit filiū: quo nondū na
to, meruit prophetare. Qua ergo ratione accuſat̃,
quod minime obeſſe probat̃? Et quis neget bonū
debere dici, q̄d neminē lædit? Et ut hoc loco ali-
quid de apoſtolis dicat̃, q̄d ad robur pertinet cau
ſæ, certe ſanctus Ioānes caſtimonię fuit cuſtos: cō
D diſcipulus aūt eius, id eſt ſanctus Petrus, uxorem
habuiſſe cognoſcitur: & primatum ut acciperet
inter apoſtolos, nō ei obſtitit generatio filiorum.
Quō ergo condemnandū putat̃, q̄d non impedit
meritū? Hinc Apoſtolus eū, qui uxorē habeat, ſi
in cæteris ſeruet mandata, ſacerdotē fieri poſſe ac
debere oſtendit. Quod ſi illicitū eſſet, nō poterat
utiq; pecatorem dicere debere fieri ſacerdotē. Et
quid tā apertū? Eiuſdē enim Apoſtoli uox eſt di-
centis, De uirginibus aūt imperiū dñi non habeo. 1. Cor. 7
Cum eñ Corinthij exagitarent̃ ab hæreticis, q̄ in
hypocriſi nuptias damnandas docebāt, conſulue
runt Apoſtolū literis, an liceret nubere, an uxorē
remittere. Tunc præcepit Apoſtolus, nō debere
uxorē à uiro recedere, cū habuerit occaſionē dicē
di, ſi ſciſſet, ſic docendū, nō licere nubere: quomō

quod sibi nõ sit traditũ, docere se nõ posse ostendit. Quis audet discipulorũ docere, quod à magistro traditũ non est? Vel quis nõ audiat predicantẽ: Volo adolescentulas nubere, filios procreare?

1 Tim. 1

De matrimonio sacerdotũ

Sed forte dicatur: Si licet, & bonũ est nubere, cur sacerdotib. nõ licet uxores habere: id est, ut ordinatis iam nõ liceat cõuenire? Quis nesciat unum quodq; suam legẽ habere? Est enim quod omnino generaliter omnib. nõ liceat: est item quod alijs licet, & alijs nõ licet: & est q̃d aliquando licet, & aliquãdo nõ licet. Fornicari omnib. semper nõ licet: negociari uero aliquãdo licet, aliquãdo nõ licet. Anteq̃ enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: facto iam, nõ licet. Et Christiano cum uxore sua cõuenire aliquãdo licet, aliquando uero nõ licet. Propter dies enim processionis aliquando nõ licet cõuenire: quia etiã à licitis abstinendũ est, ut facilius impetrari possit q̃d postulaẽ. Vnde Apostolus: Ex cõsensu, ait, abstinendũ ad tẽpus, ut uaceẽ orationi.

1 Cor. 7

Nam secundũ legẽ in ieiunio cædi & iurgari nõ licet, postea licet: qa maior reuerẽtia debetur dei causis. Nunquid omne, quod ante cæteros licet, ante imperatorẽ licet? Quanto magis in dei causis? Ac per hoc antistitẽ eius puriorem cęteris esse oportet: ipsius enim personã habere uideẽ: est enim uicarius eius, ut q̃d cæteris licet, illi non liceat: quia necesse habet q̃tidie Christi uicẽ agere, aut orare ꝓ populo, aut offerre, aut tingere. Et nõ solũ huic cõcubitus nõ licet, uerũ etiã ministro eius: quia ipse mũdior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nã sicut ad cõparationẽ lucernæ tenebræ nõ tantũ obscuræ, sed etiã sordidę sũt: ad comparationẽ aũt stellarũ lucerna caligo est, ad solis uero cõparationẽ stellæ nebulosæ sunt, ad dei aũt claritatẽ sol nox est: ita & quę ad nos licita & mũda sunt, ad dei aũt dignitatẽ quasi illicita & immũda sunt: quanq̃ enim bõa sunt, dei tñ personæ nõ cõpetũt. Nunq̃d nõ tunica mediocris hominis, q̃uis mũda, imperatori tñ sordida & illicita est? Similiter & saxonicia senatori: ac ꝑ hoc antistites dei puriores esse debẽt q̃ cæteri, quia & Christi habent ꝑsonã, & ministros dei mũdiores esse oportet. Nemo enim imꝑatori ministrat nisi uestimẽtis claris & mũdis indutus: deus aut qa natura clarissimus est, ministros eius natura magis q̃ uestib. mũdos esse oportet: cui laus & gloria in secula seculorũ, amẽ.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

DE CVRA PRO MORTVIS GERENDA

AD PAVLINVM LIBER VNVS.

Vnde fit ut prosint, aut nõ prosint quæ fiunt pro defunctis. Cap. I

IV sanctitati tuæ, coepiscope uenerande Pauline, rescriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quęrens à me, utrũ prosit alicui post mortem, q̃ corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur. Hoc enim abs te uidua memorata petiuerat pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras consolans eam: idq̃; etiam nuncians de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, q̃d materno & pio affectu desiderauit, esse cõpletũ, ut scilicet in beatissimi Felicis confessoris basilica poneret. Qua occasione factum est, ut per eosdẽ perlatores literarum tuarũ etiam mihi scriberes, ingerens huiuscemodi quæstionẽ: atq; ut responderem quid inde mihi uideretur, exposcẽs, nec tacens ipse quid sentias. Nam dicis uideri tibi nõ esse inanes motus animorum religiosorũ atq; fidelium, pro suis ista curantiũ. Adiũgis etiam uacare nõ posse, q̃ uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare cõsueuit: ut hinc & illud conijci possit, homini prodesse post mortẽ, si fide suorũ humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quæsita sanctorũ. Sed cũ hæc ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit, quod dicit Apostolus: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: non te satis uidere significas.

2 Cor. 5

Hæc quippe Apostolica sententia ante mortẽ admonet fieri, quod possit prodesse post mortẽ: nõ tunc quando iam recipiendũ est quod quisq; gesserit ante mortem. Verum hæc ita soluiẽ quæstio, quoniam quodam uitę genere acquiritur, dum in hoc corpore uiuitur, ut aliquid adiuuẽt ista defunctos: ac per hoc secundũ ea quæ per corpus gesserunt, eis quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint, adiuuãtur. Sunt enim quos nihil omnino adiuuant ista: siue pro eis fiant, quorum tam mala sunt merita, ut neq; talib. digni sint adiuuari: siue pro eis, quorũ tam bona, ut talibus nõ indigeant adiumẽtis. Genere igitur uitæ, quod gessit quisq; per corpus, efficiẽ ut prosint uel nõ prosint, quæcũq; pro illo pie fiũt, cũ reliquerit corpus. Nã meritum per q̃d ista prosint, si nullũ comparatũ est in hac uita, frustra quæriẽ post hãc uitã. Ita fit, ut neq; inaniter ecclesia uel suorũ cura pro defunctis, q̃d potuerit religionis impendat: & tamen ferat unusquisq; secundũ ea quæ per corpus gessit, siue bonum siue malũ, reddente dño unicuiq; secundum opera eius. Vt enim hoc quod impendiẽ, possit ei prodesse post corpus, in ea uita acquisitũ est, quã gessit in corpore. Poterat inquisitioni tuæ sufficere mea breuis ista responsio: sed quia alia mouent quibus respondendũ existimo, parumper attẽde. In Machabæorũ libris legimus oblatum pro mortuis sacrificiũ. Sed & si nusquã in scripturis ueteribus omnino legereẽ, nõ parua tamẽ est uniuersæ ecclesiæ, quæ in hac cõsuetudine claret, autoritas: ubi in precib. sacerdotis, quæ dño deo ad eius altare funduñ, locũ suũ habet etiã cõmẽdatio mortuorũ.

2. Mac. 12

Quid conferat bonus sepultura. Cap. II

Sed utrũ aliquid prosit animæ mortui locus corporis sui, operosius inquirendũ est. Ac primum

mum utrũ intersit aliquid ad inferendã uel augendam miseriã post hanc uitã spiritib. hominũ, si eo- A rũ corpora sepulta nõ fuerint: nõ secundũ opinionẽ utcunq; uulgatã, sed potius secundũ religionis nostræ sacras literas est uidendũ. Neq; ẽm credendũ est, sicut apud Maronẽ legit, insepultos à nauigando atq; transeũdo inferni amnẽ ꝓhiberi: quia *Aeneid. 6* scilicet Nec ripas datur horrẽdas, nec rauca fluenta Transportare prius ꝙ sedib. ossa quierũt. Quis cor Christianum inclinet his poeticis fabulosisq; figmẽtis, cum dñs Iesus, ut inter inimicorũ manus qui eorũ corpora in potestate haberent, securi occumberẽt Christiani, nec capillũ capitis eorũ asserat periturũ, exhortans ne timeant eos, qui cũ corpus occiderint, amplius nõ habẽt quid faciãt? Vn- B de in primo libro De ciuitate dei satis, quantũ existimo, sum locutus, ut eorũ dentem retũderẽ, qui Barbaricã uastitatẽ, pręcipue quam nuper Romã perpessa est, Christianis temporibus imputando, etiã id obijciunt, ꝙ suis illic non subuenerit Christus. Quibus cũ responsum fuerit, animas fideliũ pro fidei suæ meritis ab illo fuisse susceptas, insul- *De ciuit. dei lib. 1. cap. 2* tant de cadauerib. insepultis. Totũ itaq; istũ de sepultura locũ uerbis talib. explicaui. At ẽm in tanta, inquã, strage cadauerũ nec sepeliri potuerunt. Neq; istud pia fides nimiũ reformidat, tenens prædictum, neq; absumẽtes bestias resurrecturis corporibus obfuturas, quorũ capillus capitis nõ peri- *Matth. 10* bit. Nullo modo ẽm diceret ueritas, Nolite timere eos qui corpus occidũt, animã aũt non possunt C occidere: si quicꝙ obesset uitæ futuræ quicqd inimici de corporibus sanctorũ facere uoluissent. Nisi forte quispiã sic absurdus est, ut contẽdat eos q corpus occidunt, nõ debere timeri ante mortem, ne corpus occidant: & timeri debere post mortẽ, ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait Christus, Qui corpus occidunt, & postea nõ habent quid faciãt, si habent tanta quæ cadaueribus faciãt? Absit ut falsum sit quod ueritas dixit. Dictũ est enim aliquid eos facere cũ occidunt, quia in corpore sensus est occidendo: postea uero nihil habere q̃d faciãt, quia nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaq; corpora Christianorũ terra non texit, sed nullũ eorũ quisquam à cœlo & à terra separauit, quã totã implet pręsentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit. Di- D *Psal. 78* cit quidẽ in psalmo, Posuerũt mortalia seruorum tuorũ escam uolatilib. cœli, carnes sanctorũ tuorũ bestijs terræ: Effuderunt sanguinẽ eorum tanquã aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerandã crudelitatem eorum qui ista fecerunt, non ad eorum infelicitatem qui ista perpessi sunt. Quamuis ẽm hæc in cõspectu hominũ dura & dira uideant, sed preciosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. Proinde ista *13. q. 2. c. anima 3. sen. dist. 45 cap. de pompis* omnia, id est curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarũ, magis uiuorum solatia sunt, ꝙ subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio uilis aut nulla. Præclaras exequias in conspectu hominũ purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorũ: sed multo clariores in conspectu dñi ulceroso illi pauperi ministe- A rium præbuit angelorũ: qui eum non extulerũt in marmoreũ tumulũ, sed in Abrahæ sinum sustulerũt. Rident hæc illi, cõtra quos defendendã suscepimus ciuitatẽ dei: ueruntamẽ sepulturę curã etiã eorũ philosophi contempserunt: & sæpe uniuersi exercitus, dum pro terrena patria morerent, ubi postea iacerẽt, uel quib. bestijs esca fierent, nõ curauerũt. Licuitq; poetis de hac re plausibiliter dicere: Cœlo tegitur, qui non habet urnã: quãto mi- *Lucanus in 7* nus debent de corporib. insepultis insultare Christianis, quibus & ipsius carnis, mẽbrorũq; omniũ reformatio, nõ solũ ex terra, uerũ etiã ex aliorũ elementorũ secretissimo sinu, quò dilapsa cadauera B recesserũt, in tẽporis pũcto reddẽda et redintegrãda promittit. Nec ideo tamẽ contemnenda & *Quare bonos addatur sepulturæ. Cap. III* abijciẽda sunt corpora defunctorũ, maximeq; iustorum ac fideliũ, quibus tanꝙ organis et uasis ad omnia bona opera sanctus usus est spiritus. Si ẽm paterna uestis et annulus, ac si qd huiusmodi, tãto charius est posteris, quãto erga parẽtes maior extitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quę utiq; multo familiarius atq; coniũctius, ꝙ quælibet indumẽta gestamus. Hæc enim nõ ad ornamentũ uel adiutoriũ, quod adhibet extrinsecus, sed ad ipsam naturã hominis pertinẽt. Vnde & antiquorũ iustorũ funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura ꝓuisa: ipsiq; cũ uiuerẽt, de sepeliẽdis, uel etiã trãsferẽdis C suis corporib. filijs mandauerunt. Et Tobias sepeliendo mortuos, deũ ꝓmeruisse, teste angelo cõmendatur. Ipse quoq; dñs die tertio resurrecturus religiosæ mulieris bonũ opus prædicat, prædicandumq; cõmendat, ꝙ unguentũ preciosum super membra eius effuderit, atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit: & laudabiliter cõmemorant in Euãgelio, qui corpus eius de cruce acceptũ, diligẽter atq; honorifice tegẽdũ sepeliendũq; curarũt. Verum istæ autoritates nõ hoc admonẽt, ꝙ insit ullus cadauerib. sensus, sed ad dei prouidẽtiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoq; mortuorũ pertinere significãt, propter fidẽ resurrectionis astruendã. Vbi & illud salubriter discit, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas uiuentibus et sentiẽtibus exhibemus, si neq; D hoc apud deum perit, quod exanimis hominum membris officij diligẽtiæq; persoluit. Sunt quidẽ & alia, quæ sancti patriarchę de corporib. suis uel condẽdis uel trãsferẽdis prophetico spiritu dicta intelligi uoluerũt: non aũt hic locus est, ut ea pertractemus, cũ sufficiant ista quę diximus. Sed si ea quæ sustentãdis uiuentib. sunt necessaria, sicut uictus & amictus, ꝙuis cũ graui afflictione desint, nõ frangũt in bonis perferẽdi tolerandiq; uirtutẽ: nec eradicant ex animo pietatẽ, sed excitatam faciunt fœcundiorẽ: quãto magis cũ desunt ea quæ curãdis funeribus, condendisq; corporib. defunctorũ adhiberi solent, non efficiunt miseros, in occultis piorũ sedib. iam quietos. Ac per hoc quãdo *Sedes occulta piorum* ista cadaueribus Christianorum in illa magnæ urbis, uel etiam aliorum oppidorũ uastatione defuerunt

runt:nec uiuorũ culpa est, qui non potuerunt ista præbere: nec mortuorũ pœna, qui non potuerunt A ista sentire. Hæc est mea de sepulturę causa atq; ratione sententia. Quã propterea ex alio libro meo in istũ transtuli, quia facilius hoc à me recēseri potuit, quàm idipsum alio modo eloquendum fuit.

Locus per se nihil prodest mortuo Cap. IIII

Quod si uerũ est, profecto etiã prouisus sepeliendis corporibus apud memoriã sanctorũ locus, bonæ affectionis humanæ est erga funera suorũ: quoniam si nõ nulla religio est ut sepeliantur, non potest nulla esse, quãdo ubi sepeliant̃ attenditur. Sed cum talia uiuorũ solatia requirunt̃, quibus eorum pius in suos animus appareat, nõ uideo quæ sint adiumenta mortuorũ: nisi ad hoc, ut dum recolunt ubi sint posita eorũ quos diligũt corpora, eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos B apud dominum adiuuãdos orando cõmendent. Quod quidē facere possent, etiam si talibus locis eos humare nõ possent. Sed non ob aliud uel memoriæ uel monumenta dicũtur ea quæ insignita fiunt sepulchra mortuorũ: nisi quia eos qui uiuentiũ oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiã cordibus subtrahant̃, in memoriã reuocãt, & admonēdo faciũt cogitari: nã & memoriæ nomē id apertissime ostēdit, & monumentũ eo q᷑ moneat mentē, id est admoneat, nuncupat̃. Propter quod & Græci μνημεῖον uocant, quod nos memoriã seu monumentũ appellamus: quoniã lingua eorũ memoria ipsa qua meminimus μνήμη dicit̃. Cum itaq; recolit animus ubi sepultũ sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris uenerabilis, eidem martyri animã dilectam cõmēdat recordan- C tis & precantis affectus. Qui cũ defunctis à fidelibus charissimis exhibet̃, eum prodesse nõ dubiũ est ijs, qui cũ in corpore uiuerēt, talia sibi post hãc uitã prodesse meruerũt. Verũ & si aliqua necessitas uel humari corpora, uel in talib. locis humari nulla data facultate permittat, nõ sunt prætermittendæ supplicationes ꝓ spiritib. mortuorũ: quas faciēdas pro omnib. in Christiana & catholica societate defũctis, etiã tacitis nominib. quorũq; sub generali cõmemoratione suscepit ecclesia: ut qui bus ad ista desunt parētes, aut filij, aut quicũq; cognati uel amici, ab una eis exhibeantur pia matre cõmuni. Si aũt deessent istæ supplicationes, quæ fiũt recta fide ac pietate pro mortuis, puto q᷑ nihil prodesset spiritib. eorũ quamlibet in locis sanctis D exanima corpora ponerent̃.

Locus per occasionẽ quantum profit Cap. V

Cum ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus desiderauit in basilicã martyris poni, siquidē credidit eius animã meritis martyris adiuuari, hoc q̃d ita credidit, supplicatio quędã fuit, & hęc profuit si quid profuit. Et q᷑ ad idem sepulchrũ recurrit animo, & filium precib. magis magisq; cõmendat, adiuuat defuncti spiritũ, non mortui corporis locus, sed ex loci memoria uiuus matris affectus. Simul eñ & quis & cui cõmendandus sit, nõ utiq; infructuose religiosam mentem precantis attingit: nam & orãtes de mēbris sui corporis faciũt quod supplicantib. cõgruit, cum genua figunt, cũ extendunt manus, uel etiã ꝓsternunt̃ solo, & si quid aliud uisibiliter faciũt, quãuis eorũ inuisibilis uoluntas, & cor- A dis intentio deo nota sit: nec ille indigeat his indicijs, ut humanus ei pandat̃ animus: sed his magis seipsum excitat homo ad orandũ gemēdumq; humilius atq; feruēnius. Et nescio quo, cum hi motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente nõ possint, eisdem rursus exterius uisibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, ut fierent ista, præcessit: quia facta sunt, crescit. Verũtamē si eo modo quisq; teneatur, uel etiã liget̃, ut hæc de suis membris facere nequeat, nõ ideo nõ orat interior homo, & ante oculos dei in secretissimo cubili ubi compũgitur, sternitur. Ita etiã cum plurimũ intersit ubi ponat corpus mortui sui, qui ꝓ spiritu eius deo sup- B plicat, quia & præcedens affectus locũ elegit sanctum, et illic corpore posito, recordatus locus sanctus eũ qui præcesserat renouat & auget affectũ: tamē etiã si nõ possit, ubi religiosus amicus elegit humare quē diligit, nullo modo debet à supplicationib. necessarijs in eius cõmendatione cessare. Vbicũq; enim iaceat uel nõ iaceat defuncti caro, spiritui requies acquirēda est. Qui cũ inde exiret, secũ abstulit sensum, q̃ interesse possit quomodo quisq; sit, siue in bonis siue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari uitã suã, cui prębebat ipse uitam, quã detraxit excedēs, & redditurus est rediens: quoniã nõ caro spiritui, sed spiritus carni etiã ipsius resurrectionis meritũ cõparat, utrũ ad pœnam, an ad gloriã reuiuiscat.

Corpora exusta. Cap. VI

Legimus in Ecclesiastica historia, quã Græce scripsit Eusebius, & in C Latinam linguã uertit Rufinus, martyrũ corpora in Gallia canib. exposita, canumq; reliquias, atq; ossa mortuorũ usq; ad extremã consumptionem ignibus cõcremata: eosdemq; cineres fluuio Rhodano, ne quid ad memoriã qualecunq; relinqueret̃, inspersos. Quod nõ ob aliud eredendũ est diuinitus fuisse permissum, nisi ut discerēt Christiani in cõfitendo Christũ, dũ contemnũt hanc uitã, multo magis cõtemnere sepulturã. Hoc enim q̃d ingenti sæuitia de corporib. martyrũ factum est, si eis quicquã noceret, quo minus beate requiescerent eorũ uictoriosissimi spiritus, nõ utiq; fieri sineretur. Re ipsa ergo declaratũ est, nõ ideo dixisse dñm, Nolite timere eos qui corpus occidunt, et *Luc. 12* postea nõ habent quid faciant: quod nõ esset per D missurus aliquid eos facere de suorũ corporibus mortuorũ: sed quoniam quicquid facere permissi essent, nihil quo minueret̃ Christiana defunctorũ felicitas fieret, nihil inde ad sensum post mortem uiuentiũ perueniret: nihil ad detrimentũ, saltē ipsorũ corporũ, quo minus integra resurgerent, pertineret.

Cura sepulturæ. Cap. VII

Et tamē ex illo humani cordis affectu, quo nemo unquã carnē suã odio habet, si cognoscant homines aliquid post mortē suã suis corporibus suorumq; defunctorũ deesse, quod in sua cuiusq; gēte uel patria poscit solēnitas sepulturæ, cõtristantur ut homines: & quod ad eos post mortē nõ pertinet, ante mortē suis corporibus timēt: ita ut inueniat̃ in Regnorũ libris deũ per prophetã minari alteri prophetæ, qui eius transgressus est

uerbum

uerbum, ꝙ non inferretur cadauer eius in sepul-
3.Reg.13 chrum patrũ eius. Quæ scriptura sic se habet: Hęc
dicit dñs, quoniã inobediens fuisti ori dñi, & non
custodisti mandatũ quod præcepit tibi dñs deus
tuus, & reuersus es, & comedisti panem, & bibisti
aquam in loco in quo pręcepit tibi ne comederes
panem, neq; biberes aquã, non inferetur cadauer
tuum in sepulchrũ patrum tuorũ. Quanti hæc pœ
na pendẽda sit, si secundũ Euangeliũ cogitemus,
ubi post corpus occisum nihil metuendũ esse didi
cimus, ne membra exanima patiant̃, nec pœna di
cenda est. Si aũt humanũ erga suam carnem consi
deremus affectũ, potuit inde terreri uel contrista
ri uiuus, quod sensurus non erat mortuus: & hæc
erat pœna, qm̃ dolebat animus id de suo corpore
futurũ, quamuis cum fieret nõ doleret. Hactenus
enim uoluit dñs seruũ suum plectere, qui non sua
contumacia spreuerar præceptũ eius implere, sed
aliena decipiẽte fallacia, obedire se credidit, quan
do non obediuit. Neq; enim putandũ est ita fuisse
interemptũ morsu bestiæ, ut ad suppliciũ tartareũ
eius deinde anima raperetur: quandoquidem ip-
sum eius corpus idem leo qui occiderat, custodi-
uit, iumento etiam quo uehebatur illæso, & simul
cũ illa immani fera, intrepida præsentia ad sui dñi
funus astante. Quo mirabili signo apparet homi-
nem dei coercitũ potius temporaliter usq; ad mor
tem, ꝗ punitum esse post mortẽ. De qua re Apo-
stolus, cum propter quasdam offensas cõmemo-
1 Cor.11 rasset infirmitates mortesq; multorũ: Si enĩ nosip
sos, inquit, iudicaremus, à domino non iudicare-
mur. Cum iudicamur aũt, à dño corripimur, ne cũ
mundo damnemur. Eum sane ipse qui deceperat
in monumento proprio honorifice sepeliuit, seq;
sepeliendũ iuxta ossa eius curauit: ita sperans par-
ci posse quoq; ossib. suis, cũ ueniret tempus quan
do secundũ illius hominis dei prophetiam, Iosias
4 Reg.23 rex Iuda in illa terra multorũ eruit ossa mortuorũ,
eisdemq; ossib. sacrilega altaria, quæ sculptilibus
constituta fuerãt, funestauit. Pepercit quippe illi
monumẽto ubi iacebat prophera, qui ante annos
amplius ꝗ trecentos ista prædixerat: & propter
ipsum nec illius qui eũ seduxerat, sepultura uiola-
ra est. Affectu namq; illo, quo nemo unquã carnẽ
suã odio habuit, prouiderat cadaueri suo, qui occi
derat mendacio animã suam. Ex hoc igitur quod
carnẽ suam quisq; naturaliter diligit, & illi pœna
fuit addiscere, non eum futurum in sepulchro pa-
trum suorũ: & huic cura prospicere, ut parceretur
ossibus suis, si iuxta eum iaceret, cuius sepulchrũ
Affectus huma nus dolet inse- pultos eos quos amat Cap. VIII nemo uiolaret. Hunc affectũ martyres Christi
pro ueritate certantes uicerũt: nec mirũ, quia con
tempserũt quod nõ fuerãt peracta morte sensuri,
qui nõ potuerũt eis, quos uiuẽtes sentiebant, cru-
ciarib. uinci. Poterat utiq; deus, qui leonẽ prophe
tæ corpus, quod ipse occiderat, ulterius non per-
misit attingere, & fecit de perẽptore custodẽ: po-
terat, inquã, à suorũ interfectis corporibus canes
quib. fuerãt proiecta prohibere: poterat & ipsam
hominũ innumerabilib. modis terrere sæuitiã, ne
cadauera incendere, ne cineres dispergere aude-
rẽt. Sed hoc quoq; experimentũ multiplici uarie-
A tati tentationũ deesse nõ debuit, ne fortitudo con
fessionis quæ immanitati ꝑsecutionis ꝓ corporis
salute non cederet, pro sepulchri honore trepida-
ret: postremo ne fides resurrectiõis cõsumptionẽ
corporũ formidaret. Debuerũt ergo & ista ꝑmit-
ti, ut etiã post hęc tãti honoris exẽpla martyres in
Christi cõfessione feruẽtes, huius quoq; testes fię
rent ueritatis, in qua didicerãt eos à quib. sua cor-
pora interficerent̃, postea nihil habere quod face
rẽt: quoniã quicquid mortuis corporib. facerent,
utiq; nihil facerẽt: quãdo in carne omni uita carẽ-
te, nec aliquid sentire posset qui inde migrauerit,
nec aliquid inde ꝑdere qui creauit. Sed inter hæc
B quæ fiebant de corporib. occisorũ, cũ martyres ea
nõ metuentes magna fortitudine paterent̃, tamẽ
apud fratres luctus ingẽs erat: ꝙ nulla dabatur po
testas sanctorũ funeribus iusta persoluere, nec oc
culte subtrahere aliquid, sicut eadem restat̃ histo-
ria, crudeliũ custodũ uigiliæ permittebãt. Ita cum
illos qui occisi fuerãt, in dilaceratione membrorũ
suorũ, in conflagratione ossium, in dispersione ci
nerum, miseria nulla cõtingeret, istos tamẽ qui ni
hil eorũ sepelire poterant, magna miseria crucia-
bat: quia nullo modo illis sentientib. ipsi quodam
modo sentiebant: & ubi iam illorũ nulla erat pas-
sio, erat istorũ misera cõpassio. Secundũ istam *Officiũ sepul- turæ.* Cap. IX
quam dixi miserã compassionẽ laudantur illi, & à
rege Dauid benedicuntur, qui Saulis & Ionathæ 2.Reg.2
C ossib. aridis sepulturæ misericordiã præstiterunt.
Quæ tandem misericordia præstat̃ nihil sentien-
tibus? An forte hoc reuocandũ est ad illã opinio-
nẽ, ꝙ inferni fluuiũ insepulti nõ poterãt trãsmea-
re? Absit hoc à fide Christiana. Alioquin pessime
actum est cum tanta martyrũ multitudine, quorũ
nõ potuerũt corpora sepeliri, & fallaciter eis ueri
tas dixit: Nolite timere eos qui corpus occidũt, & Luc.12
postea nõ habent quid faciãt: si eis tãta mala face-
re potuerũt, quibus impedirent̃ ad loca exoptata
transire. Sed quia hoc sine ulla dubitatione falsissi
mum est, nec aliquid obest fidelib. negata eorum
corporib. sepultura, nec aliquid si exhibeat̃ infide
libus prodest: cur ergo illi qui Saulẽ & filium eius
sepelierunt, misericordiã fecisse dicunt̃, & ob hoc
à rege pio benedicũtur: nisi quia bene afficiuntur
D corda miserantiũ, quando ea dolent in mortuorũ
corporibus alienis, quę illo affectu, quo nemo un
quam carnẽ suã odio habet, nolunt fieri post mor
tem suã corporib. suis: & quod sibi exhiberi uolũt
quãdo sensuri nõ sunt, aliis non sentientib. curant
exhibere dum ipsi sentiũt? Narrant̃ uisa quædã *Quomõ defun- ctorum animæ uiuentibus ap- pareãt.* Ca. X
quæ huic disputationi non negligendam uidean-
tur inferre quæstionem. Feruntur quippe mortui
nõnulli uel in somnis uel alio quocunq; modo ap
paruisse uiuẽtibus, atq; ubi eorũ corpora iacerent
inhumata nescientibus, locisq; monstratis admo-
nuisse ut sibi sepultura quæ defuerat præberetur.
Hæc si falsa esse respõderimus, cõtra quorundam
scripta fideliũ, & cõtra eorum sensus qui talia sibi
accidisse cõfirmãt impudẽter uenire uidebimur.
Sed respondendũ est, non ideo putandũ esse mor
tuos

tuos ista sentire, quia hæc dicere, uel indicare, uel petere uidenť in somnis. Nam & uiuētes apparēt sæpe uiuentib. dormiētibus, dum seipsi nesciūt apparere: & ab eis hæc quæ somniauerint audiūt dicētibus, ꝙ eos in somnis agētes aliqd uel loquentes uiderint. Si ergo me potest aliquis in somnis uidere, sibi aliquid quod factum est indicantē, uel etiā quod futurū est prænunciantē: cū id ego prorsus ignorē, & omnino nō curem, non solum quid ille somniet, sed utrū dormiēte me uigilet, an uigilante me dormiat, an uno eodemq; tēpore uigilemus ambo siue dormiamus, quādo ille somniū uidet in quo me uidet: quid mirū si nesciētes mortui nec ista sentiētes, tamē à uiuētibus uidenť in somnijs, & aliquid dicunt, quod euigilantes uerū esse cognoscant? Angelicis igiť operationib. fieri crediderim, siue permittať desuper, siue iubeatur ut aliquid dicere de sepeliēdis corporib. suis uideantur in somnis, cum id penitus nesciant quorū illa sunt corpora. Id autē aliquando utiliter fit, siue ad uiuorū qualecunq; solatiū, ad quos pertinent illi mortui, quorū apparent imagines somniantibus: siue ut his admonitionib. generi humano sepulturæ commendetur humanitas. Quę licet defunctis non opituleť, culpanda tamē irreligiositate negligitur. Aliquando autē fallacibus uisis homines in magnos mittunť errores, quos talia perpeti iustū est: uelut si quisq; uideat in somnis, quod Æneas uidisse apud inferos poetica falsitate narratur: & ut ei cuiuspiam non sepulti appareat imago, & loquatur, qualia fertur illi locutus fuisse Palinurus: & cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat, ubi iacere inhumatū cum somniaret audiuit, admonitus & rogatus ut sepeliret inuentū: & quia id uerū esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri, ut eorum animæ ad loca trāseant, unde insepultorū animas inferna prohiberi lege somniauit. Nónne ista credens, plurimum à tramite ueritatis exorbitat?

Visorum exempla duo Cap. XI

Sic aūt infirmitas humana sese habet, ut cū mortuum in somnis quisq; uiderit, ipsius animā se uidere arbitretur: cum aūt uiuū similiter somniauerit, nō eius animā, neq; corpus, sed hominis similitudinem sibi apparuisse nō dubitet: quasi nō possint & mortuorū hominū eodem modo nescientiū, nō animę sed similitudines apparere dormientibus. Pro certo cum Mediolani essemus, audiuimus, ꝙ cum debitū repeteretur à quodā, defuncti patris cautiōe prolata, quod filio nesciēte à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime cœpit atq; mirari, ꝙ ei pater moriens nō dixerit quid deberet, cū fecisset etiā testamentū. Tunc nimis anxio apparuit idē pater eius in somnis, & ubi esset recautū, quo illa cautio uacuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis atq; monstrato, nō solum falsi debiti calumniā propulsauit, sed etiam paternū recepit chirographū, quod pater nō receperat, quādo est persoluta pecunia. Hic itaq; putatur anima hominis curam gessisse pro filio, & ad eū uenisse dormientē, ut docens quod ignorabat, à magna eū molestia liberaret. Sed eodem ipso fermè tempore quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanū constitutis, Carthaginis rhetor Eulo-
A gius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse posteaq; in Africā remeauimus retulit, cum Rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recēsens lectionē quam postridie fuerat traditurus, quendā locum offendit obscurū. Quo non intellecto, uix potuit dormire solicitus: qua nocte somniāti, ego illi q̄d non intelligebat exposui: imò nō ego, sed imago mea nesciēte me, & tā longe trās mare aliquid aliud, siue agēte, siue somniāte, & nihil de illius curis omnino curāte. Quomodo fiāt ista, nescio: sed quomodolibet fiāt, cur nō eodē modo fieri credimus, ut in somnis quisq; uideat mortuū, quomō fit ut uideat & uiuū? ambobus utiq; nesciētibus, neq; curātib. quis uel ubi uel quando eorum imagines somniet.

Tertiū exemplū de Curma Cap. XII

Similia
B sunt aūt somnijs nonnulla etiā uisa uigilantiū, qui turbatos habens sensus, sicut phrenetici uel quocunq; furētes modo: nā et ipsi loquunť secū, quasi uere præsentibus, loquuntur etiā cum absentibus quasi cū pręsentibus, quorū imagines cernūt, siue uiuorum, siue mortuorū. Sed quemadmodum ij qui uiuūt, ab eis se uideri, et cū eis se loqui nesciūt: neq; enim re uera ipsi assunt, aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus homines talia uisa imaginaria patiuntur: eo modo & ij qui ex hac uita migrarūt, sic affectis hominib. uidenť quasi præsentes, cū sint absentes, & utrū aliquis eos imaginaliter uideat, omnino nescientes. Huic rei simile est etiā illud, cū homines altius q̄ si dormirēt, subtrahuntur corporis sensibus, & occupanť talibus ui-
C sis. Et his enim apparēt imagines uiuorū atq; mortuorū: sed cum fuerint sensibus redditi, quoscunq; mortuos uidisse se dixerint, uere cum eis fuisse creduntur: nec attendunt qui hæc audiunt, similiter ab eis absentiū atq; nescientiū quorundam etiam imagines uisas esse uiuorum. Homo quidam Curma nomine, municipij Tulliensis, quod Hipponi proximū est, curialis pauper, uix illius loci duumuiralitius & simpliciter rusticanus, cum ęgrotaret ablatis sensibus penè mortuus iacuit aliquot diebus: tenuissimus flatus in naribus, qui manu admota utcunq; sentiebatur, & exiguū erat uiuentis indicium, illum sepeliri ut exanimem nō sinebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimēta: nihil oculis, nihil ullo alio sensu corporis qualibet
D impacta molestia sentiebat. Videbat tamen multa uelut in somnis, quæ tandem aliquādo post dies plurimos quasi euigilans, uisa narrauit. Ac primum mox ut aperuit oculos, Eat aliquis, inquit, ad domū Curmæ fabri ferrarij, & uideat quid ibi agatur. Quò cum itū esset, inuētus est mortuus eo momēto quo iste fuerat sensib. redditus, & penè à morte reuixerat. Tunc intētis qui aderāt, illum exhiberi iussum esse quādo ipse dimissus est, indicabat: seq; illic unde redierat dixit audisse, ꝙ nō Curma curialis, sed Curma faber ferrarius ad loca illa mortuorū pręceptus fuisset adduci. In illis ergo uisis tanq; in somnijs, fuit inter eos defunctos quos uidebat pro meritorū diuersitate tractari. Agnouit etiā nonnullos quos nouerat uiuos. Ipsos autē

uere

uere mortuos forsitan credidissem, si nō inter illa
quasi somnia sua uidisset etiā quosdā qui nūc usq;
adhuc uiuūt, clericos uidelicet aliquos regiōis suę
à quorū ibi presbytero audiuit, ut apud Hipponē
baptizareť à me, quod & factū esse dicebat. Vide
rat itaq; in illa uisione presbyterū, clericos, meip
sum, nōdū scilicet mortuos, in qua postea uidit &
mortuos. Cur nō etiā illos sicut nos uidisse creda
tur, utrosq; scilicet absentes atq; nescientes: ac per
hoc non ipsos sed similitudines eorū, sicut etiā lo
corum. Nam & fundum uidit ubi erat ille cū cleri
cis presbyter, & Hipponē, ubi à me quasi baptiza
tus est. In quibus locis profectò nō erat, quando il
lic sibi esse uidebatur. Nam quid ibi agereť eo tem
pore nesciebat, q̄d proculdubio sciret si uere ibi
esset. Visa sunt igiť ista quæ nō præstanť in ipsis re
bus ut sunt, sed in quibusdā rerū imaginib. adum
brantur. Deniq; post multa quæ uidit, etiam in pa
radisum se introductū esse narrauit, dictumq; sibi
esse, cum inde dimittereť rediturus ad suos, Vade
baptizare, si uis esse in illo loco beatorū. Deinde
ut à me baptizareť admonitus, iam factū esse re
spondit. Cui rursus ille qui cū eo loquebať, Vade,
inquit, uere baptizare, nā illud in uisione uidisti,
Post ista cōualuit, perrexit Hipponē, Pascha iam
Competentes appropinquabat, dedit nomen inter alios cōpete
tes, pariter cum plurimis incognitus nobis: nec il
le mihi uisionem, nec cuiquā nostrorū indicare cu
rauit. Baptizatus est, peractis diebus sanctis reme
auit ad propria. Biennio uel amplius trāsacto, ego
cuncta hæc cognoui. Primo p̄ quendā meū eiusq;
amicum in cōuiuio meo, dum quædā talia loque
remur. Deinde institi ac feci ut hæc mihi præsens
ipse narraret, attestantib. honestis ciuibus suis, &
de mirabili eius ægritudine, ut iacuerit penè mor
tuus p̄ dies plurimos, & de illo alio Curma fabro
ferrario, quod cōmemoraui superius, & de his o
mnibus, quæ cū mihi diceret, etiā tūc ab illo audiť
se recolebant atq; firmabāt. Quāobrem sicut uidit
baptismū suū & meipsum & Hipponē & basilicā
& baptisterium, nō in rebus ipsis, sed in quibusdā
similitudinibus rerū, ita & alios quosdā uiuos eis
[redacted] dem nesciētibus uiuis. Cur non ergo ita & il
los mortuos eisdem nesciētibus mortuis? Cur nō
istas operationes angelicas credimus per dispen
[redacted] XIII sationem prouidentiæ dei bene utētis & bonis &
malis, secundum inscrutabilem altitudinem iudi
ciorum suorum: siue instruantur hinc mētes mor
talium, siue fallantur: siue cōsolentur, siue terrean
tur: sicut unicuiq; uel præbenda est misericordia,
uel irroganda uindicta, ab illo cui misericordiam
& iudicium non inaniter cātat Ecclesia. Vt uolet
accipiat quisq; quod dicam. Si rebus uiuentium
interessent animæ mortuorum, & ipsę nos quan
do eas uidemus alloquerenť in somnis, ut de aliis
taceā, meipsum pia mater nulla nocte desereret,
quæ terra mariq; secuta est ut mecū uiueret. Absit
eñ, ut facta sit uita feliciore crudelis, usq; adeo, ut
quādo aliquid angit cor meum, nec tristē filiū cō
soletur, quem dilexit unice, quem nunquā uoluit
mœstū uidere. Sed profectò quod sacer Psalmus

personat, uerum est, quoniā pater meus & mater Psal. 26
A mea dereliquerūt me, dominus aūt assumpsit me.
Si ergo dereliquerunt nos patres nostri, quomo
do nostris curis & rebus intersunt? Si aūt parētes
nō intersunt, qui sunt alij mortuorū, qui nouerunt
quid agamus, quidúe patiamur? Esaias propheta
dicit, Tu es enim pater noster: quia Abraham nos Esa. 63
nesciuit, & Israel nō cognouit nos. Si tāti Patriar
chæ quid erga populū ex his procreatū ageretur,
ignorauerunt, quib. deo credētibus populus ipse
de illorum stirpe promissus est, quomodo mortui
suorū reb. atq; actibus cognoscendis adiuuādisq;
miscenť? Quomodo dicimus eis fuisse cōsultum,
qui obierūt antequam uenirēt mala, quæ illorum
obitum consecuta sunt: si & post mortem sentiūt
B quæcunq; in uitæ humanę calamitate cōtingunt?
An forte nos errādo ista dicimus, & hos putamus
quietos, quos inquieta uita uiuorū solicitat? Quid
est ergo quod piissimo regi Iosiæ pro magno be
neficio promisit deus, quod esset ante moriturus,
ne uideret mala quę uētura illi loco & populo mi
nabatur? Quæ dei uerba ista sunt. Hæc dicit domi 4 Reg. 22
nus deus Israel: Verba mea quæ audisti, & ueritus
à facie mea cū audisti, quæ locutus sum de isto lo
co, & qui cōmoranť in eo, ut deserať, & in maledi
ctio sit: & cōscidisti uestimēta tua, & fleuisti in cō
spectu meo, & ego audiui dixit dominus deus sa
baoth: Nō sic, Ecce ego apponā te ad patres tuos,
& apponeris cū pace: & nō uidebūt oculi tui om
nia mala, quę ego induco in locū hūc, & qui com
morantur in eo. Territus iste dei cōminationibus
C fleuerat, & sua uestimenta consciderat: & fit om
nium malorum futurorū de properatura morte se
curus, quod ita requieturus esset in pace, ut illa o
mnia non uideret. Ibi ergo sunt spiritus defuncto
rum, ubi nō uident quæcunq; aguntur, aut eueniūt
in ista uita hominibus. Quomodo ergo uident tu
mulos suos, aut corpora sua, utrum abiecta iaceāt,
an sepulta? Quomodo intersunt miseriæ uiuorū,
cum uel sua ipsa mala patianť, si talia merita con
traxerunt: uel in pace requiescant, sicut huic Iosiæ
promissum est, ubi mala ulla nec patiendo nec cō
patiendo sustineant, liberati ab omnibus malis,
quæ patiendo & compatiendo cum hic uiuerent,
sustinebāt? Dixerit aliquis. Si nulla est mortuis Obiectio ad superiora. Cap. XIIII
cura de uiuis, quomodo ille diues qui apud infe
D ros torquebať, rogabat Abraham patrem, ut mit
teret Lazarum ad quinq; fratres suos nondū mor Luc. 16
tuos, & ageret cum eis, ne uenirent & ipsi in eun
dem tormētorū locū? Sed nūquid quia hoc ille di
ues dixit, ideo quid fratres agerent uel quid pate
rentur in illo tempore, sciuit? Ita illi fuit cura de ui
uis, quāuis quid agerent, omnino nesciret: quem
admodum est nobis cura de mortuis, quāuis quid
agāt, omnino utiq; nesciamus. Nā si nihil de mor
tuis curaremus, non utiq; pro illis deo supplicare
mus. Deniq; Abrahā nec Lazarum misit, & Moy
sen ac Prophetas hic eos habere respondit, quos
audire deberent, ut ad illa supplicia non uenirent.
Vbi rursus occurrit, quomodo quid hic ageretur
Abrahā pater nesciebat, ubi sciebat esse Moysen

& ꝓphetas:id est,libros eorũ,quib. homines obediendo,tormẽta inferni euitarẽt: ubi deniq; noue A rar diuitẽ illũ in delitijs, pauperẽ uero Lazarũ in laboribus doloribusq; uixisse: Nam & hoc illi ait, Lu.16 Memẽto fili, q̃a percepisti bona in uita tua, Lazarus aũt mala. Sciebat ergo hæc,quę utiq; apud uiuos,non apud mortuos gesta fuerãt. Verũ nõ cũ agerentur in uiuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit qu od ait Propheta, Abraham nesciuit nos. Proinde fatendũ est, nescire quidẽ mortuos quid hic agatur, sed dũ hic agiť, postea uero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: Non quidẽ omnia, sed quæ sinuntur indicare, qui sinunť etiã ista meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicãt, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hic, præsto sũt, audire aliquid mortui, q̃d unũquenq; illorum audire debere iudicat cui cũcta subiecta sunt. Nisi enim essent angeli, qui possent interesse & uiuorũ & mortuorũ locis, nõ dixisset dñs Iesus, Cõtigit aũt mori inopem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nũc ergo hic, nũc ibi esse potuerũt, qui hinc illuc quẽ deus uoluit abstulerũt. Possunt etiã spiritus mortuorũ aliqua quæ hic aguntur, quæ necessariũ est eos nosse, & quæ necessariũ nõ est eos nõ nosse, non solũ præterita uel præsentia, uerumetiã futura spiritu dei reuelãte cognoscere: sicut non oẽs homines, sed prophetæ dum hic uiuerent cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda dei prouidentia iudicabat. Mitti quoq; ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut ẽ contra- C 2 Cor.12 rio Paulus ex uiuis in paradisum raptus est, diuina 1 Reg.28 scriptura testatur. Nã Samuel propheta defunctus uiuo Sauli etiã regi futura prædixit: q̃uis nõnulli nõ ipsum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquẽ spiritũ tam malis operibus cõgruentem, illius existimẽt similitudinẽ figurasse: cum liber Ecclesiasticus, quẽ Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquiũ nonnullã similitudinem Salomonis pronunciatur, contineat in laude Eccli.46 patrũ, q̃ Samuel etiã mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebræorum, quia in eo non est, canone cõtradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, Deut.34 qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in E- Matth.17 uangelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur Cap.XVI apparuisse uiuentibus? Hinc & illa soluit quæ- D stio, quonam modo martyres ipsis beneficijs quę dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant uiui. Nõ ẽm solis beneficiorum effectibus, uerũetiam ipsis hominũ aspectibus cõfessorẽ apparuisse Felicẽ, ciuibus uel inglinis pie à se dilectis, cũ à Barbaris Nola oppugnareť, audiuimus, nõ incertis rumoribus sed testibus certis. Verum ista diuinitus exhibentur, lõge aliter q̃ sese habet usitatus ordo, singulis creaturarũ generibus attributus, Non ẽm quia in uinum aqua, cum uoluit dñs repente cõuersa est, ideò nõ debemus, quid aqua ualeat in elementorũ ordine proprio, ab istius diuini operis raritate uel potius singularitate discernere, Nec quoniam Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis quando

Animæ quomodo sciant *Cap.XV*

uult surgit, aut eo modo exanimis à uiuente, quõ à uigilante dormiens excitať. Alij itaq; sunt humanarũ limites rerũ, alia diuinarũ signa uirtutũ: alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiũt: q̃uis & naturæ deus assit ut sit, & miraculis natura nõ desit. Nõ igiť ideo putadũ est uiuorũ reb. quoslibet interesse posse defunctos, q̃m quibusdã sanãdis uel adiuuãdis martyres assunt: sed ideo potius intelligendũ est, quod per diuinã potentiã martyres uiuorũ rebus intersunt, quoniã defũcti per naturam propriã uiuorũ rebus interesse nõ possunt. Ioan.2 Quanquã ista quæstio uires intelligẽtiæ meę uincat, queadmodũ opitulenť martyres ijs quos per eos certũ est adiuuari: utrũ ipsi per seipsos assint B uno tẽpore tam diuersis locis, & tanta inter se longinquitate discretis, siu ubi sunt eorũ memoriæ, siue præter suas memorias ubicunq; adesse sentiunť: an ipsis in loco suis meritis cõgruo ab omni mortaliũ cõuersatione remotis, & tamẽ generaliter orantibus pro indigẽtia supplicantũ, sicut nos oramus ꝓ mortuis, quib. utiq; nõ præsẽtamur, nec ubi sint nec q̃d agãt scimus, deus omnipotẽs qui est ubiq; præsens, nec cõcretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiẽs martyrũ preces per angelica ministeria usquequaq; diffusa, præbeat hominibus ista solatia, quib. in huius uitæ miseria iudicat esse præbenda: & suorũ merita martyrũ ubi uult, quando uult, quõ uult, maximeq; per eorũ memorias, quoniã hoc nouit expedire nobis ad ædificandã fidem Christi, pro cuius illi cõfessione sunt passi, mirabili atq; ineffabili potestate ac bonitate commendet. Res hæc altior est q̃ ut à me possit attingi, & abstrusior q̃ ut à me ualeat pscrutari: & ideo quid horũ duorũ sit, an uero fortassis utrunq; sit, ut aliquando ista fiant per ipsam præsentiã martyrum, aliquando per angelos suscipiẽtes personam martyrũ, definire nõ audeo, mallẽ à sciẽtibus ista perquirere. Neq; ẽm nemo est qui hæc sciat, nisi qui sibi scire uideať & nesciat: dona enim dei sunt, his alia & illis alia largiẽtis, secũdũ Apostolũ, qui dicit unicuiq; dari manifestationẽ spiritus ad utilitatẽ: Alij quidẽ, inquit, datur per spiritũ sermo sapientiæ, alij sermo scientię secundũ eundẽ spiritũ, 1 Cor.12 alteri aũt fides in eodem spiritu, alteri donatio curationũ in uno spiritu, alij operationes uirtutũ, alij prophetia, alij dijudicatio spiritũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ. Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem spiritus, diuidẽs propria unicuiq; prout uult. Horũ omniũ spiritualiũ donorum, quæ cõmemorauit Apostolus, cuicunq; data est dijudicatio spiritũ, ipse scit ista sicut sciendasunt. Talem fuisse credendũ est illum Ioannẽ De Ioãne monachũ, quẽ de belli ciuilis euentu maior Theo- nacho. Cap. dosius cõsuluit Imperator: habebat quippe etiam XVII prophetiã. Neq; ẽm singulos singula munerũ istorum, sed etiã plura unũ habere posse nõ ambigo, Ioannes ergo iste cuidã mulieri religiosissimę impatienter eũ uidere cupienti, atq; ut hoc impetraret per maritũ suũ uehemẽter instãti, cũ ille nollet, quoniã id nunquam permiserat fœminis, Vade, inquit, dic uxori tuæ, uidebit me nocte proxima, sed

Quõ animæ martyrũ adsint periclitantibus, negat se posse definire

sed in somnis. Et factū est. Monuitq; illā quicqd si de lē cōiugatā moneri oportebat. Quę cū euigilas set, talē se uidisse hominē dei uiro suo, qualē ille eū nouerat, & qd ab illo audierit, indicauit. Qui hoc ab eis cōperit, retulit mihi uir grauis & nobilis, & dignissimus credi, Sed si illū sanctū monachū ipse uidissem, quia, sicut fert, patientissime interrogagatur, & sapiētissime respōdebat, quęsissem ab eo quod ad istā pertinet quæstionē: utrū ipse ad illam fœminā uenisset in somnis, id est spūs eius in effigie corporis sui, sicut nosipsos in effigie corporis nostri somniamus: an ipso aliud agente, uel si dormiebat aliud somniāte, siue per angelū, siue quocunq; alio modo in mulieris somnio talis facta sit uisio: atq; id futurū, ut ipse promitteret prophetiæ spiritu reuelante præsciuerit. Si em̄ ipse interfuit somnianti, mirabili gratia utiq; id potuit, nō natura: & dei munere, nō propria facultate. Si aūt ipso aliud agēte, siue dormiēte, & uisis alijs occupato, eū mulier uidit in somnis: profecto tale aliquid factū est, quale illud est quod in actib. Apostol. legi-
Act. 9 mus, ubi dñs Iesus loquitur Ananiæ de Saulo, & indicat ei quod Saulus uidit ad se uenientē Ananiam, cū hoc Ananias ipse nesciret. Quodlibet horū mihi respōderet ille homo dei: & de martyrib. ab illo pergerē quærere: utrū ipsi assint in somnis, uel quocūq; alio modo uidentib. eos in qua figura uoluerint: & maxime quando ab eis se torqueri dæmones in hominib. cōfitenē, & rogant eos ut parcant sibi: an ista fiant dei nutu per angelicas potestates, in honorē cōmendationēq; sanctorū ad utilitatē hominū, illis in summa quiete positis, & ad alia longe meliora uisa uacantibus seorsum à nobis, orantibusq; pro nobis. Nam Mediolani apud sanctos Protasiū & Geruasiū martyres, expresso nomine, sicut defunctorū quos eodē modo cōmorabant, adhuc uiuū dæmones Episcopū cōfitebātur Ambrosiū, atq; ut sibi parceret obsecrabāt, illo aliud agente, atq; hoc cū ageret omnino nesciente. An forte aliquando per ipsam præsentiā martyrū fiant ista, aliquādo per angelorū: & utrū possint, uel quibus signis possint, à nobis duo ista discerni: an ea sētire ac dijudicare nō ualeat, nisi qui habet illud donū per dei spiritū diuidētē propria unicuiq; prout uult. Dissereret mihi ut arbitror, hæc omnia sicut uellem ipse Ioānes: ut aut eo dicēte discerē & ea quæ audirem, uera & certa esse cognoscerē: aut ego crederē quæ nescirē, illo docen-

A te quæ sciret. Quod si mihi forsitan de sancta scriptura respondeeret ac diceret. Altiora te ne quæsie- Eccli. 3
ris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi dñs, illa cogita semper: id etiā gratanter accipere, nō em̄ paruus est fructus, si aliqua obscura & incerta, quæ cōprehendere non ualemus, clarum saltē certūq; sit nobis nō esse quærēda: & qd unusquisq; uult discere, putās prodesse si sciat, discat nō obesse si nesciat. Quę cū ita sint, nō existimemus ad mortuos, pro quib. curā gerimus, peruenire, nisi quod pro eis siue altaris, siue orationū siue eleemosinarū sacrificijs solenniter supplicamus: q̄uis non pro omnibus quibus fiunt omnibus prosint, sed ijs tantū, quib. dū uiuunt cōparatur ut prosint. Sed quia nō discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorū prætermittat, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius em̄ supererūt ista eis, quib. nec obsunt nec prosunt, q̄ eis deerunt quib. prosunt. Diligētius tamē facit hæc quisq; pro necessarijs suis, quod pro illo fiat similiter à suis. Corpori aūt humādo quicquid impendit, nō est præsidium salutis, sed humanitatis officiū, secundū affectum, quo nemo unquā carnē suam odio habet. Vnde oportet ut quā potest pro carne proximi curā gerat, cū ille recesserit qui gerebat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionē nō credūt, quāto magis debent facere qui credunt, ut corpori mortuo, sed tamen resurrecturo & in æternitate mansuro impēsum eiusmodi officiū, sit etiā quodāmodo eiusdem fidei testimoniū. Quod uero quisq; apud me moriā martyrū sepelit, hoc tātū mihi uidet prodesse defuncto, ut commendās eum etiā martyrū patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeat. Habes ad ea quæ à me putasti esse quærenda qualem potui reddere responsionē meā, quæ si ultra q̄ sat est prolixa est, da ueniā, id enim factū est amore diutius loquēdi tecū. Hunc ergo librū quēadmodum acceperit uenerabilis dilectio tua, peto rescriptis tuis nouerim, quē tibi perlator eius faciet sine dubio gratiorē, frater scilicet & cōpresbyter noster Candidianus, quē per tuas literas cognitū toto corde suscepi, inuitusq; dimisi. Multū enim nos in charitate Christi sua præsentia cōsolatus est, & quod fatendum est, eius instantia tibi parui. Nam cor meum tanta distendunt, ut nisi ipso assidue cōmonente non sinerer obliuisci, profecto interrogationi tuæ mea responsio defuisset.

Eccli. 3 — Epilogus disputationis Cap. XVIII — Ephes. 5

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE CATECHIZANDIS RVDIBVS

LIBER VNVS

Cap. I

PETIS à me frater Deogratias, ut aliquid ad te de catechizādis rudibus, quod tibi usui esset scriberē. Dixisti enim q̄ apud Carthaginē ubi diaconus es, ad te sæpe adducantur, qui fide Christiana primitus imbuendi sint, eo quod existimeris habere catechizandis uberē facultatē, & doctrina fidei & suauitate sermonis: te aūt penē semper angustias pati, idipsum quod credendo Christiani sumus, quo pacto cōmode intimandū sit: unde exordiēda, quousq; sit perducenda narratio: utrū exhortationē aliquam terminata narratione adhibere debeamus, an præcepta sola quibus obseruādis cui loquimur nouerit Christianam uitā professionēq; retinere. Sæpe aūt tibi acцidisse

cidiſſe cōfeſſus atq; conqueſtus es, ut in ſermone
longo & tepido tibi ipſe uileſceres eſſesq; faſtidio A
nedū illi quē loquendo imbuebas, & cæteris qui
audientes aderant: eaq; te neceſſitate fuiſſe cōpul
ſum, ut ea me quā tibi debeo charitate cōpelleres,
ne grauarer inter occupationes meas, tibi de hac
re aliquid ſcribere. Ego uero nō ea tantū quā fami
liariter tibi, ſed etiā quā matri Eccleſiæ uniuerſali-
ter debeo, charitate ac ſeruitute cōpellor, ſi quid
per operā meā quā dñi noſtri largitate poſſum ex-
hibere, idem eos dominus quos mihi fratres fecit
adiuuari iubet, nullo modo recuſare, ſed potius
prōpta & deuota uoluntate ſuſcipere. Quāto em̄
cupio latius erogare pecuniā dominicā, tanto ma
gis me oportet, ſi quā diſpenſatores cōſeruos me-
os difficultatē in erogādo ſentire cognoſco, agere
quantum in me eſt, ut facile atq; expedite poſſint, B
quod impigre ac ſtudioſe uolunt. Sed quod ad
tuā proprie cōſiderationē pertinet, nolim te mo-
ueri ex eo quod ſępe tibi abiectū ſermonē faſtidio
ſumq; habere uiſus es. Fieri em̄ poteſt, ut ei quem
inſtruebas, nō ita ſit uiſum, ſed quia tu aliquid me
lius audiri deſiderabas, eo tibi quod dicebas uide
reť indignū aurib. aliorū. Nā et mihi propè ſemper
ſermo meus diſplicet. Melioris enim auidus ſum,
quo ſæpe fruor interius, anteq̄ eum explicare uer
bis ſonantib. cœpero quod ubi minus q̄ mihi no-
tus eſt eualuero, contriſtor linguā meā cordi meo
nō poſſe ſufficere. Totū em̄ quod intelligo, uolo
ut qui me audit intelligat, & ſentio me non ita lo-
qui ut hoc efficiā: maxime q̄d ille intellectus qua-
ſi rapida coruſcatiōe perfundit animū: illa aūt lo-
cutio tarda & lōga eſt, lōgeq; diſſimilis. Et dū iſta C
uoluiť, iā ſe ille in ſecreta ſua cōdidit: tamē quia ue
ſtigia quædā miro modo impreſſit memoriæ, per-
durāt illa cū ſyllabarū morulis: atq; ex eiſdē ueſti-
gijs ſonātia ſigna peragimus, quę lingua diciť uel
Latina, uel Græca, uel Hebræa, uel alia quælibet:
ſiue cogitenť hæc ſigna, ſiue etiā uoce proferanť,
cū illa ueſtigia nec Latina, nec Gręca uel Hebręa,
nec cuiuſq; alterius gētis ſint propria, ſed ita effici
antur in animo ut uultus in corpore. Aliter enim
Latine ira diciť, aliter Græce, aliter atq; aliter alia-
rum diuerſitate linguarū, nō aūt Latinus aut Græ
cus eſt uultus irati. Non itaq; omnes gentes intel-
ligunt cū quiſq; dicit, iratus ſum, ſed Latini tantū:
at ſi affectus excandeſcētis animi exeat in faciem,
uultumq; faciat, omnes ſentiunt qui intuentur ira D
tum. Sed neq; ita licet educere & quaſi exporrige
re in ſenſum audientiū per ſonum uocis illa ueſti-
gia quæ imprimit intellectus memoriæ, ſicut aper
tus & manifeſtus eſt uultus. Illa enim ſunt intus in
animo, iſte foris in corpore. Quapropter cōijcien
dum eſt quantū diſtet ſonus oris noſtri ab illo ictu
intelligentię, quādo ne ipſi quidē impreſſioni me
morię ſimilis eſt. Nos aūt plerunq; in auditoris uti
litatē uehemēter ardētes, ita loqui uolumus quē-
admodum tunc intelligimus, cum per ipſam intē-
tionem loqui non poſſumus: & quia nō ſuccedit
angimur, & uelut fruſtra operā inſumamus, tędio
marceſcimus: atq; ex ipſo tædio languidior fit idē

Debet ſibi non omnino diſplicere qui dicit Cap. II

ſermo, et hebetior q̄ erat, unde ꝑduxit ad te tędiū:
A ſed mihi ſæpe indicat eorū ſtudiū, qui me audire
cupiūt, nō ita eſſe frigidū eloquiū meū ut uideť mi
hi: et eos inde aliquid utile capere, ex eorū delecta
tione cognoſco, mecūq; ago ſedulo, ut huic exhi-
bendo miniſterio nō deſim, in quo illos uideo be-
ne accipere q̄d exhibeť. Sic & tu, eo ipſo ꝙ ad te ſę
pius adducunť qui fide imbuendi ſunt, debes in-
telligere nō ita diſplicere alijs ſermonē tuū ut diſ-
plicet tibi: nec infructuoſum te debes putare, q̄d
ea quę cernis nō explicas ita ut cupis, quādo forte
ut cupis nec cernere ualeas. Quis em̄ in hac uita
niſi in ænigmate & per ſpeculū uidet? Nec ipſe a-
mor tantus eſt ut carnis dirupta caligine penetret
in æternū ſerenū, unde utcunq; fulgēt etiā iſta quę
tranſeunt. Sed quia boni proficiūt de die in diem,
B ad uidendū diem ſine uolumine cœli, & ſine no-
ctis incurſu, quē oculus nō uidit, nec auris audiuit
nec in cor hominis aſcendit: nulla maior cauſa eſt
cur nobis in imbuēdis rudibus noſter ſermo uile-
ſcat, niſi ꝙ libet inuſitate cernere, & tædet uſitate
ꝓloqui. Et re quidē uera multo gratius audimur,
cū & nos eodē opere delectamur: afficiť em̄ filū
locutionis noſtræ ipſo noſtro gaudio, & exit faci-
lius atq; acceptius. Quapropter nō arduū eſt nego-
ciū, ea quæ credenda inſinuanť pręcipere, unde
& quouſq; narrāda ſint: nec quō ſit uarianda nar-
ratio, ut aliquādo breuior, aliquādo longior, ſem-
per tamen plena atq; perfecta ſit: & quādo breuio
re, & quādo longiore ſit utendū: ſed quib. modis
faciendū ſit, ut gaudēs quiſq; catechizet. Tāto em̄
ſuauior erit, quāto magis id potuerit: ea cura maxi
C ma eſt. Et præceptū quidē rei huius in promptu
eſt. Si enim in pecunia corporali, quāto magis in
ſpiritali, hilarē datorē diligit deus? Sed hæc hilari-
tas ad horam ut aſſit, eius eſt miſericordiæ qui iſta
pręcepit. Itaq; prius de modo narrationis quod te
uelle cognoui, tū de pręcipiendo atq; cohortādo,
poſtea de hac hilaritate cōparanda, quæ deus ſug-
geſſerit diſſeremus. Narratio plena eſt, cū quiſq;
primo catechizať ab eo quod ſcriptū eſt, In princi
pio fecit deus cœlū & terrā, uſq; ad pręſentia tem-
pora eccleſiæ: nō tamē propterea debemus totū
Pentateuchum, totoſq; Iudicū & Regnorū & Eſ-
dræ libros, totumq; Euangeliū & actus Apoſtolo
rū, uel, ſi ad uerbū edidicimus, memoriter reddere
uel noſtris uerbis omnia quæ his cōtinentur uolu
D minibus narrando euoluere & explicare: q̄d nec
tēpus capit, nec ulla neceſſitas poſtulat: ſed cūcta
ſummatim generatimq; cōplecti, ita ut eligāť quę
dam mirabiliora quę ſuauius audiunť, atq; in ipſis
articulis cōſtituta ſunt: & ea tanq; in inuolucris o-
ſtendere, ſtatimq; à conſpectu abripere nō opor-
tet, ſed aliquantū immorādo quaſi reſoluere atq;
expandere, & inſpicienda atq; miranda offerre a-
nimis auditorum: cætera uero celeri percurſione
inſerendo contexere. Ita & illa quæ maxime com
mendari uolumus, aliorum ſubmiſſione magis e-
minent: nec ad ea fatigatus peruenit, quē narran-
do uolumus excitare, nec illius memoria cōfundi
tur, quē docendo debemus inſtruere. In omnibus
ſanè

Quō ſacri libri catechumenis exponēdi. Cap. III

ſanè nõ tantũ nos oportet intueri præcepti finem
quod eſt charitas de corde puro, & cõſcientia bo-
na, & fide nõ ficta, quo ea quæ loquimur cũcta re-
feramus: ſed etiã illius quẽ loquendo inſtruimus,
ad id monẽdus atq; illuc dirigendus aſpectus eſt.
Neq; eñ ob aliud ante aduẽtũ dñi ſcripta ſunt o-
mnia quæ in ſanctis ſcripturis legimus, niſi ut illi-
us cõmendaret aduentus, & futura præſignaretur
eccleſia: id eſt, populus dei per omes gẽtes, quod
eſt corpus eius: adiũctis atq; annumeratis omnib.
ſanctis, qui etiã ante aduentũ eius in hoc ſeculo ui
xerunt, ita eũ credẽtes uenturũ eſſe, ſicut nos ue-
niſſe. Sicut enim Iacob manũ prius dum naſceret
emiſit ex utero, qua etiã pedem prænaſcentis fra-
tris tenebat, deinde utiq; ſecutũ eſt caput, tum de-
mum neceſſario mẽbra cętera: ſed tamẽ caput nõ
tantum membra quæ ſecuta ſunt, ſed etiam ipſam
manum quæ in naſcendo præceſſit, dignitate ac
poteſtate pręcedit, & quãuis non tẽpore apparen
di, tamen naturæ ordine prius eſt: Ita & dominus
Ieſus Chriſtus, & ſi antequã appareret in carne, &
quodãmodo ex utero ſecreti ſui, ad hominũ ocu-
los mediator dei & hominũ homo ꝓcederet, qui
eſt ſuper omes deus benedictus in ſecula, præmi-
ſit in ſanctis Patriarchis & prophetis quãdã partẽ
corporis ſui, qua uelut manu ſe naſciturũ eſſe prę-
nũciãs, etiã populũ præcedentẽ ſuperbe, uinculis
legis tanq; digitis quinq; ſupplantauit: q; & per
quinq; tẽporũ articulos prænũciari uẽturus pro-
phetariq; nõ deſtitit: & huic rei cõſonans per quẽ
lex data eſt, quinq; libros cõſcripſit: Et ſuperbi car
naliter ſentiẽtes, & ſuã iuſtitiam uolẽtes cõſtitue-
re, nõ aperta manu Chriſti repleti ſunt benedictio
ne, ſed cõſtricta atq; concluſa retẽti ſunt. Itaq; illis
obligati ſunt pedes, & ceciderũt, nos uero ſurrexi
mus & erecti ſumus: Quãuis ergo, ut dixi, præmi-
ſerit dominus Chriſtus quandã partẽ corporis ſui
in ſanctis, qui eũ naſcẽdi tempore præierũt, tamẽ
ipſe eſt caput corporis eccleſiæ: illiq; omnes eidẽ
corpori cuius ille caput eſt cohæſerũt, credẽdo in
eum quem prænũciabãt. Non enim præcurrendo
diuulſi ſunt, ſed adiuncti potius obſequẽdo. Nam
et ſi manus à capite præmitti poteſt, cõnexio tamẽ
eius ſub capite eſt. Quapropter omnia quæ ante
Rom. 15 ſcripta ſunt, ut nos doceremur ſcripta ſunt, & figu
ræ noſtræ fuerũt, & in figura cõtingebant eis, ſcri-
pta ſunt aũt ꝓpter nos: in quos finis ſeculorũ ob-
Precipua cauſa aduentus Chriſti. Cap. IIII uenit. Quæ aũt maior cauſa eſt aduẽtus dñi, niſi
ut oſtenderet deus dilectionẽ ſuã in nobis, com-
mendans eam uehemẽter, quia cũ adhuc inimici
Rom. 5 eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hoc aũt
Rom. 13 ideo, quia finis præcepti & plenitudo legis, chari-
tas eſt: ut & nos inuicẽ diligamus, & quemadmo-
dum ille ꝓ nobis animã ſuã poſuit, ſic & nos ꝓ fra
tribus animã ponamus: & ipſum deum, quoniam
prior dilexit nos, & filio ſuo unico non pepercit,
ſed pro nobis omib. tradidit eũ, ſi amare pigebat,
ſaltẽ redamare nõ pigeat. Nulla eſt enim maior ad
amorem inuitatio, q̃ præuenire amãdo. Et nimis
durus eſt animus, qui dilectionẽ ſi nolebat impen
dere, nolit & rependere. Quod ſi in ipſis flagitioſis

& ſordidis amorib. uidemus, nihil aliud eos age-
A re, qui amari uiciſſim uolunt, niſi ut documentis
quibus ualẽt aperiant & oſtẽdant quantũ ament,
eamq; imaginẽ iuſtitiæ prætẽdere affectãt, ut uicẽ
ſibi reddi quodãmodo flagitẽt ab eis animis quos
illecebrare moliunt: ipſiq; ardentius ęſtuant, cum
iam moueri eodem igne etiã illas mentes quas ap
petunt ſentiũt. Si ergo & animus qui torpebat, cũ
ſe amari ſenſerit excitat, & qui iam feruebat cum
ſe redamari didicerit, magis accẽdit: manifeſtũ eſt
nullã eſſe maiorẽ cauſam, qua uel inchoet uel au-
geat amor, q̃ cũ amari ſe cognoſcit, qui nondum
amat, aut redamari ſe uel poſſe ſperat, uel iam pro
bat qui prior amat. Et ſi hoc etiã in turpib. amori-
bus, quãto plus in amicitia? Quid eñ aliud caue-
B mus in offenſiõe amicitiæ, niſi ne amicus arbitret
quod eũ uel non diligamus, uel minus diligamus
q̃ ipſe nos diligit? Quod ſi crediderit, frigidior e-
rit in eo amore quo inuicẽ homines mutua fami-
liaritate perfruunt: & ſi non ita eſt infirmus ut hęc
illũ offenſio faciat ab omni dilectione frigeſcere,
in ea ſe tenet qua nõ ut fruatur, ſed ut cõſulat dili-
git. Operæpreciũ eſt autem animaduertere, quõ,
q̃q̃ & ſuperiores uelint ſe ab inferioribus diligi,
eorumq; in ſe ſtudioſe delectent obſequio, et quã
to magis id ſenſerint, tãto magis eos diligãt, tamẽ
quãto amore exardeſcat inferior, cũ à ſuperiore ſe
diligi ſenſerit. Ibi enim gratior amor eſt, ubi nõ æ-
ſtuat indigẽtiæ ſiccitate, ſed ubertate beneficẽtiæ
profuit. Ille nanq; amor ex miſeria eſt, iſte ex miſe
C ricordia. Iam uero ſi etiã ſe amari poſſe à ſuperio-
re deſperabat inferior, ineffabiliter cõmouebitur
in amorem, ſi ultro ille fuerit dignatus oſtendere,
quantũ diligat eum qui nequaquã ſibi tantum bo
num promittere auderet. Quid autẽ ſuperius deo
iudicãte, & quid deſperatius homine peccãte: qui
ſe tãto magis tuendũ & ſubiugandũ ſuperbis po-
teſtatib. addixerat, quæ beatificare non poſſunt,
quãto magis deſperauerat poſſe ſui curam geri ab
ea poteſtate, quæ nõ malitia ſublimis eſſe uult, ſed
bonitate ſublimis eſt? Si ergo maxime propterea
Chriſtus aduenit, ut cognoſceret homo quãtũ eũ
diligat deus: & ideo cognoſceret ut in eius dile-
ctionẽ à quo prior dilectus eſt inardeſceret proxi
mumq; illo iubẽte & demõſtrante diligeret, q nõ
D ꝓximũ, ſed lõge peregrinantẽ diligẽdo factus eſt
proximus: omniſq; ſcriptura diuina quæ ante ſcri
pta eſt, ad prænunciãdũ aduentũ dñi ſcripta eſt: &
quicquid poſtea mãdatũ eſt literis, & diuina auto
ritate firmatũ, Chriſtũ narrat & dilectionem mo-
net: manifeſtũ eſt non tantũ totã legem & prophe
tas in illis duob. pẽdere præceptis, dilectionis dei
& ꝓximi, quæ adhuc ſola ſcriptura ſancta erat cũ
hoc dominus diceret, ſed etiã quęcunq; poſterius
ſalubriter cõſecrata ſunt, memoriæq; mãdata diui
narũ uolumina literarũ. Quapropter in ueteri te-
ſtamento eſt occultatio noui, in nouo teſtamento
eſt manifeſtatio ueteris. Secũdum illã occultatio-
nẽ, carnaliter intelligẽtes carnales, & tũc & nunc
pœnali timore ſubiugati ſunt. Secundũ hanc aũt
manifeſtationẽ ſpiritales, & tũc quibus pie pulſan

tibus etiã occulta patuerũt, & nũc qui nõ superbe
quærũt, nec etiã aperta claudũt, spiritaliter intelli- A
gentes donata charitate liberati sunt. Quia ergo
charitati nihil aduersius ꝙ inuidentia, Mater autẽ
inuidentiæ superbia est, idẽ dñs Iesus Christus, de
us homo, & diuinæ in nos dilectiõis indiciũ est, &
humanæ apud nos humilitatis exẽplũ, ut magnus
tumor noster maiore cõtraria medicina sanaretur.
Magna est eñ miseria, superbus homo: sed maior
misericordia, humilis deus. Hac ergo dilectiõe ti-
bi tanꝙ fine proposito, quo referas omnia quæ di
cis, quicqd narras ita narra, ut ille cui loqueris au-
diẽdo credat, credẽdo speret, sperãdo amet. De
ipsa etiã seueritate dei qua corda mortaliũ saluber
rimo terrore quatiuntur, charitas ædificanda est, ut
ab eo quẽ timet, amari se gaudens, eum redamare
audeat, eiusꝙ in se dilectioni etiã impune posset,
tamẽ displicere uereatur. Rarissime quippe accidit,
immo uero nunꝙ, ut quisquã ueniat uolens fieri
Christianus, qui nõ sit aliquo dei timore pculsus.
Si eñ aliquod cõmodum spectando ab hominib.
quibus se aliter placiturũ nõ putat, aut aliquod ab
hominib. incõmodum deuitãdo, quorũ offensio-
nem aut inimicitias reformidat, uult fieri Christia
nus, nõ fieri uult potius ꝙ fingere: fides enim non
res est saluandi corporis, sed credentis animi. Sed
planè sæpe adest misericordia dei per ministeriũ
catechizantis, ut sermone cõmotus iam fieri uelit
quod decreuerat fingere: quod cum uelle cœpe-
rit, tunc eum uenisse deputemus, & occultũ quidẽ
nobis est quando ueniat animo, quẽ iam corpore
præsentẽ uidemus: sed tamen sic cum eo debemus C
agere, ut fiat in illo hæc uoluntas, etiã si nõ est. Ni-
hil eñ deperit, quãdo si est, utiꝙ tali nostra actiõe
firmatur, quãuis quo tẽpore, uel qua hora cœperit
ignoremus. Vtile est sanè ut præmoneamur antea
si fieri potest, ab ijs qui eũ norunt, in quo statu ani
mi sit, uel quibus causis cõmotus ad suscipiẽdam
religionẽ uenerit. Quod si defuerit aliusa quo id
nouerimus, etiã ipse interrogãdus est, ut ex eo ꝙd
respõderit ducamus sermõis exordiũ. Sed si ficto
pectore accesserit, humana cõmoda cupiens, uel
incõmoda fugiens, utiꝙ mẽtiturus est: tamẽ ex eo
ipso quod mentitur capiendũ est principium: nõ ut
refellatur eius mendaciũ quasi tibi certum sit, sed
ut si dixerit eo proposito se uenisse quod uere ap-
probãdũ est, siue ille uerũ siue falsum dicat, tale ta- D
men propositũ quali se uenisse respondit, appro-
bantes atꝙ laudãtes, faciamus eum delectari esse
se talẽ qualem uideri cupit. Si aũt aliud dixerit ꝙ
oportet esse in animo eius qui Christiana fide im-
buẽdus est, blandius & lenius reprehendẽdo tan-
quã rudem & ignarũ, & Christianæ doctrinæ finẽ
uerissimũ demonstrando atꝙ laudando breuiter
& grauiter, ne aut tẽpora futuræ narratiõis occu-
pes, aut non prius collocato animo audeas impo-
nere, facias eũ uelle quod aut per errorẽ aut per si
mulationẽ nondũ uolebat. Quod si forte se di-
uinitus admonitũ uel territũ esse respõderit ut fie-
ret Christianus, lætissimũ nobis exordiendi aditũ
præbet, quãta deo sit cura pro nobis. Sanè ab hu-

Vide accedẽs ad catechismũ qualiter sit instruendus. V

Exordium catechismi. VI

iusmodi miraculorũ siue somniorũ, ad scripturarũ
solidiorũ uiã & oracula certiora trãsferenda est e-
ius intentio: ut & illa admonitio ꝙ misericorditer
ei prærogata sit, nouerit, anteꝙ scripturis sanctis
inhæreret. Et utiꝙ demõstrandũ est ei, ꝙd ipse dñs
nõ eũ admoneret aut cõpelleret fieri Christianũ,
& incorporari ecclesiæ, & talibus signis aut reue-
lationib. erudiret, nisi iam præparatũ iter in scriptu
ris sanctis, ubi nõ quæreret uisibilia miracula, sed
inuisibilia sperare cõsuesceret, neꝙ dormiẽs sed ui
gilãs moneretur, eũ securius & tutius carpere uolu-
isset. Inde iã exordienda narratio est, ab eo quod
fecit deus omĩa bona ualde, & producẽda ut dixi
mus usꝙ ad præsentia tẽpora ecclesię: ita ut singu
larũ rerũ atꝙ gestorũ quæ narramus causæ ratio-
nesꝙ reddantur, quibus ea referamus ad illũ finẽ di B
lectiõis, unde neꝙ agẽtis aliquid neꝙ loquẽtis o-
culus auertẽdus est. Si eñ fictas poetarũ fabulas,
et ad uoluptatẽ excogitatas animorũ quorũ cibus
nugæ sunt, tamen boni qui habentur atꝙ appellantur
Grãmatici, ad aliquã utilitatẽ referre conantur, quã
quã & ipsam uanã & auidã saginæ secularis: quan
to nos decet esse cautiores, ne illa quæ uera narra-
mus, sine suarũ causarũ redditiõe digesta, aut ina-
ni suauitate, aut etiã perniciosa cupiditate credantur.
Nõ tamẽ sic asseramus has causas, ut relicto narra
tionis tractu, cor nostrũ & lingua in nodos difficil
lioris disputatiõis excurrat: sed ipsa ueritas adhibi
ta ratiõi, quasi aurũ sit gẽmarũ ordinẽ ligãs, nõ ta-
mẽ ornamẽn seriẽ ulla immoderatiõe perturbãs.

Narratiõe finita, spes resurrectiõis intimãda est,
& ꝓ capacitate ac uirib. audiẽtis, proꝙ ipsius tem
poris modulo, aduersus uanas irrisiones infideliũ,
de corporis resurrectiõe tractandũ, & futuri ulti-
mi iudiciũ bonitate in bonos, seueritate in malos,
ueritate in oẽs: cõmemoratisꝙ cũ detestatione &
horrore pœnis impiorũ, regnũ iustorũ atꝙ fideliũ
et superna illa ciuitas eiusꝙ gaudiũ, cũ desiderio præ
dicandũ est. Tũ uero instruẽda & animãda est infir
mitas hominis aduersus tẽtatiões & scãdala, siue
foris siue in ipsa intus ecclesia, Foris aduersus gen
tiles uel Iudæos uel hæreticos, intus aũt aduersus
areę dominicæ paleas. Nõ ut cõtra singula peruer
sorũ genera disputetur, omnesꝙ illorũ prauæ opini
ones propositis quæstionib. refellantur: sed pro tẽ-
pore breui demonstrandũ est, ita esse prædictũ, &
quæ sit utilitas tentationũ erudiendis fidelibus, &
quæ medicina in exemplo patientiæ dei, qui sta-
tuit usꝙ in finẽ ista permittere. Cũ uero aduersus
eos instruitur, quorũ peruersæ turbæ corporaliter
implent ecclesias, simul etiã præcepta breuiter &
decẽter cõmemorantur Christianæ atꝙ honestæ cõ
uersationis, ne ab ebriosis, auaris, fraudatorib. alea
toribus, adulteris, fornicatoribus, spectaculorum
amatoribus, remediorũ sacrilegorũ alligatoribus
præcãtatorib. mathematicis, uel quarũlibet artiũ
uanarũ & malarũ diuinatoribus, atꝙ huiusmodi
cæteris ita facile seducatur, & impunitum sibi fore
arbitretur, quia uidet multos qui Christiani appel-
lantur, hæc amare, & agere, & defendere, & suadere,
& persuadere. Quis eñ finis præstitutus sit in tali
uita

Resurrectio, iudiciũ & uita. Cap. VII

uita perseuerātibus, & q̄ sint in ipsa ecclesia tolerandi, ex qua in fine separādi sunt, diuinorū librorum testimonijs edocendum est. Prænunciādum etiā inuēturum eū in ecclesia multos Christianos bonos, uerissimos ciues cœlestis Hierusalē, si esse ipse cœperit. Ad extremū ne spes eius in homine ponatur, sedulo monēdus est: quia neq; facile ab homine iudicari potest quis homo sit iustus: & si facile posset, nō ideo nobis proponi exēpla iustorum, ut ab eis iustificemur, sed ut eos imitantes ab eorum iustificatore nos quoq; iustificari sciamus. Hinc enim fiet, q̄d maxime cōmendandum est, ut cum ille qui nos audit, imo per nos audit deū, moribus & sciētia proficere cœperit, & uiam Christi eum alacritate ingredi, nec nobis audeat assignare, nec sibi: sed seipsum & nos & quoscunq; alios diligit amicos, in illo & propter illū diligit qui eū dilexit inimicū, ut iustificans faceret amicū. Hic iā nō te puto præceptore indigere, ut cum occupata sunt tēpora, uel tua uel eorū qui te audiunt, breuiter agas: cū aūt largiora, largius eloquaris, hoc em̄ nullo admonēte ipsa necessitas præcipit. Sed illud plane nō prætereūdum est, ut si ad te quisquā catechizādus uenerit liberalibus doctrinis excultus, qui iā decreuerit esse Christianus, & ideo uenerit ut fiat, difficillimum omnino est ut nō multa nostratū scripturarū literarumq; cognouerit, quibus iam instructus ad sacramētorū participationē tantūmodo uenerit. Tales em̄ nō eadē hora Christiani fiūt, sed ante solēt omnia diligēter inquirere, & motus animi sui cū quibus possunt cōmunicare atq; discutere. Cū his itaq; breuiter agendum est, & nō odiose inculcādo quæ norūt, sed modeste perstringendo: ita ut dicamus nos credere q; iā nouerint illud atq; illud: atq; hoc modo cursim enumerare omnia quæ rudib. indoctisq; inculcanda sunt: ut etsi quid nouit eruditus iste, nō tanquā à doctore audiat: & si quid forte adhuc ignorat, dum ea cōmemoramus quæ illū nosse iam credimus, discat. Nec ipse sane inutiliter interrogatur, quibus rebus motus sit ut uelit esse Christianus: ut si libris ei persuasum esse uideris, siue canonicis, siue utiliū tractatorum, de his aliquid in principio loquaris, collaudans eos pro diuersitate meritorū canonicæ autoritatis, & exponentiū solertissimæ diligētiæ: maximeq; cōmendans in scripturis canonicis admirādæ altitudinis saluberrimā humilitatem: in illis aūt pro sua cuiusq; facultate aptum superbiorib. & per hoc infirmioribus animis stylum sonantioris & quasi ornatioris eloquij. Sane etiā exprimēdū de illo est, ut indicet quē maxime legerit, & quib. libris familiarius inhæserit, unde illi persuasum est, ut sociari uellet Ecclesiæ. Quod cū dixerit, tum si nobis noti sunt illi libri, aut ecclesiastica fama saltem accepimus à catholico aliquo memorabili uiro esse conscriptos, læti approbemus. Si aūt in alicuius hæretici uolumina incurrit, & nesciēs forte q; uera fides improbat, tenuit animo, & catholicū esse arbitratur: sedulo edocēdus est, prælata autoritate uniuersalis ecclesiæ aliorumq; doctissimorū hominū, & disputationibus

Docti quomodo tractandi. Cap. VIII

A & scriptionib. in eius ueritate florētiū. Quanq; & illi qui catholici ex hac uita migrarūt, & aliquid literarum Christianarū posteris reliquerūt, in quibusdam locis opusculorū suorū, uel nō intellecti, uel sicuti est humana infirmitas, minus ualentes acie mentis abditiora penetrare, & uerisimilitudine aberrātes à ueritate, præsumptoribus & audacibus fuerūt occasioni ad aliquā heresim moliendam atq; gignendā. Quod mirū nō est, cū de ipsis canonicis literis ubi omia sanissime dicta sunt, nō quidem aliter accipiēdo quædam, q̄ uel scriptor sensit, uel seipsa ueritas habet: nā si hoc solū esset, quis nō humanæ infirmitati ad corrigendum paratæ libenter ignosceret: sed id quod peruerse ac

B praue opinati sunt, animositate acerrima, & peruicaci arrogātia defensitātes, multi multa perniciosa dogmata, cōscissa cōmunionis unitate pepererunt. Hæc omnia cū illo, qui ad societatem populi Christiani, non idiota, ut aiunt, sed doctorū libris expolitus atq; excultus accedit, modesta collatione tractanda sunt: tantū assumpta præcipiēdi autoritate, ut caueat præsumptionis errores: quantum eius humilitas quę illum adduxit, iam sentitur admittere. Cætera uero secundum regulas doctrinæ salutaris, siue de fide, quæcūq; narrāda uel disserēda sunt, siue de moribus, siue de tentationibus, eo modo percurrēdo quo dixi, ad illā supereminētiorem uiā omnia referenda sunt. Sunt item quidā de scholis usitatissimis Grāmaticorū Oratorumq;

C ueniētes, quos neq; inter idiotas numerare audeas, neq; inter illos doctissimos, quorum mens magnarū rerū est exercitata quæstionibus. His ergo qui loquēdi arte cæteris hominibus excellere uidentur, cū ueniūt ut Christiani fiant, hoc amplius q̄ illis illiteratis impartiri debemus: q; sedulo monendi sunt, ut humilitate induti Christiana, discāt non cōtemnere, quos cognouerint morū uitia q̄ uerborū amplius deuitare: & cordi casto linguam exercitatā nec cōferre audeant, quā etiā præferre cōsueuerant. Maxime aūt isti docēdi sunt scripturas audire diuinas, ne sordeat eis solidū eloquium quia nō est inflatum: neq; arbitrentur carnalib. integumētis inuoluta atq; operta dicta uel facta hominum, quæ in illis libris leguntur, nō euoluenda atq; aperienda ut intelligantur, sed sic accipienda

D ut literæ sonāt: deq; ipsa utilitate secreti, unde etiā mysteria uocātur, quid ualeant ænigmatum latebræ ad amorē ueritatis acuendū, discutiendumq; fastidij torporem, ipsa experientia probādum eis talibus, cū aliquid eis quod in promptu positum nō ita mouebat, enodatione allegoriæ alicuius eruitur. His em̄ maxime utile est nosse, ita esse præponendas uerbis sentētias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeant ueriores q̄ disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quàm formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse uocem ad aures dei, nisi animi affectum: Ita enim nō irridebunt si aliquos antistites & ministros Ecclesię forte animaduerterint, uel cum barbarismis & solœcismis deum inuocare: uel eadē uerba quæ pronunciant non intelli

Grāmatici & rhetores quomodo accipiendi. Cap. IX

Non uocem sed affectum audit deus

telligere, perturbateque distinguere. Non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id quod A plane intelligit dicat amen: sed tamen pie tolerāda sunt ab eis, qui didicerūt, ut sono in foro, sic uoto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnunque forte bona dictio, nunque tamē benedictio dici potest. De sacramento aūt quod accepturi sunt, sufficit prudētiorib. audire quid res significet: cum tardioribus aūt aliquāto pluribus uerbis & similitudinibus agendum est, ne cōtemnant quod uidēt.

Remedium aduersus taedium catechistae. Cap. X

Hic tu fortasse exemplū aliquod sermonis desideras, ut ipso tibi opere ostendā, quomodo facienda sint ista quae monui. Quod quidē faciā quantū domino adiuuāte potuero, sed prius de illa hilaritate cōparāda quod pollicitus sum dicere debeo. Iam em̄ de ipsis praeceptis explicādi sermonis, in B catechizando eo qui sic uenit ut Christianus fiat, quantū satis uisum est quod promiserā exolui. Indebitū quippe est, ut etiā ipse faciā in hoc uolumine, quod fieri oportere praecipio. Si ergo fecero, ad cumulū ualebit: Cumulus autē quo pacto à me superfundi potest, anteque mensurā debiti expleuero? Neque em̄ te maxime cōqueri audiui, nisi quod tibi sermo tuus uilis abiectusque uidereṫ, cum aliquem Christiano nomine imbueres: Hoc autē scio, non tam rerū quae dicēdae sunt, quibus te satis noui paratū & instructū, neque ipsius locutionis inopia, sed animi taedio fieri: uel illa causa quā dixi, quia magis nos delectat & tenet, quod in silētio mēte cernimus, nec inde uolumus euocari ad uerborū longe disparē strepitū: uel quia etiā cū sermo iocūdus C est, magis nos libet audire aut legere quae melius dicta sunt, & quae sine nostra cura & solicitudine promunṫ, quam ad alienū sensum repētina uerba eoaptare incerto exitu: siue utrū occurrat pro sententia, siue utrū accipianṫ utiliter: uel quia illa quae rudibus insinuanṫ, eo quod nobis notissima sunt, & profectui nostro iam nō necessaria, piget ad ea saepissime redire, nec in eis tam usitatis & tanque infantilibus, cū aliqua uoluptate iā grandiusculus animus graditur. Facit etiā loquenti taediū auditor immobilis, uel quia nō mouetur affectu, uel quia nullo motu corporis indicat se intelligere, uel sibi placere quae dicunṫ: nō quia humanae laudis nos esse auidos decet, sed quia ea quae ministramus dei sunt. Et quāto magis diligimus eos quibus loquimur, D tāto magis eis cupimus ut placeat, quae ad eorum corrigunṫ salutē. Quod si nō succedit, contristamur, & in ipso cursu debilitamur & frangimur, quasi frustra operā cōteramus. Nōnunque etiā cum auertimur ab aliqua re quā desideramus agere, & cuius actio aut delectabat nos, aut magis nobis necessaria uidebaṫ, & cogimur aut iussu eius quē offendere nolumus, aut aliquorū ineuitabili instātia catechizare aliquē, iam conturbati accedimus ad negociū, cui magna trāquillitate opus est, dolētes quod neque ordinē actionū nobis concediṫ tenere quē uolumus, nec sufficere omnibus possumus: atque ita ex ipsa tristitia sermo procedēs minus gratus est, quia de ariditate moestitiae minus exuberat. Aliquādo item ex aliquo scandalo moeror pectus obsidet, & tunc nobis dicitur: Veni loquere: A hic Christianus uult fieri. Nesciṫ enim ab ignorantibus, quid nos clausum intus exurat: quib. si affectum nostrū aperire nō oportet, suscipimus ingratius quod uolūt: & profecto lāguidus & insuauis ille sermo erit per uenā cordis aestuantem fumantemque traiectus. Tot igiṫ ex causis, quaelibet earū serenitatē nostrae mētis obnubilet, secūdum dnm̄ sunt quaerēda remedia, quibus relaxeṫ illa contractio, & feruore spiritus exultemus & iocūdemur in trāquillitate boni operis. Hilarē enim datorem diligit deus. 2 Cor. 9 Si em̄ causa illa cōtristat quod intellectū nostrū auditor nō capit, à cuius cacumine quodā modo descēdētes cogimur in syllabarū lōge infra distātiū tarditate demorari, & curā gerimus quēadmodū lōgis & perplexis anfractibus procedat B ex ore carnis, quod celerrimo haustu mētis imbibitur, & quasi multū dissimiliter exit, taedet loqui & libet tacere: cogitemus quid nobis praerogatū sit ab illo qui demōstrauit nobis exēplū ut sequamur uestigia eius. Quantūuis enim differat articulata uox nostra ab intelligētiae nostrae uiuacitate, lōge differētior est mortalitas carnis ab aequalitate dei. Et tamē cū in eadē forma esset, semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs &c. usque ad mortē crucis. Quam ob causam, nisi quia factus est infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaceret? Audi eius 2 Cor. 5 imitatorē alibi etiā dicentē: Siue em̄ mēte excessimus, deo: siue tēperantes sumus, uobis: Charitas em̄ Christi cōpellit nos iudicantes hoc, quia unus pro omnib. mortuus est. Quomodo em̄ paratus C esset impendi pro animabus eorū, si eū pigeret inclinari ad aures eorū? Hinc ergo factus est paruulus in medio nostrū, tanque nutrix fouēs filios suos. Num em̄ delectat nisi amor inuitet, decurtata & mutilata uerba immurmurare? Et tamē optāt homines habere infantes quib. id exhibeāt. Et suauius est matri minuta mansa inspuere paruulo filio, quam ipsam mādere ac deuorare grādiora. Non ergo recedat de pectore etiam cogitatio gallinae illius, quae lāguidulis plumis teneros foetus operit, & susurrātes pullos cōfracta uoce aduocat, cuius blandas alas refugiētes superbi, praeda fiūt alitibus. Si enim intellectus delectat in penetralib. syncerissimis, hoc etiā intelligere delectet, quomodo charitas, quāto officiosius descēdit in infima, tāto robustius recurrit in intima per bonā conscientiam, nihil quaerēdo ab eis ad quos descēdit praeter eorū sempiternā salutem. Si aūt magis appetimus ea quae iam parata sunt, & melius dicta legere uel audire, & ideo piget incerto exitu ad tēpus coaptare quae loquimur: tantū à ueritate rerū nō aberret animus, facile est ut si in uerbis auditorem aliquid offenderit, ex ipsa occasione discat, quam sit re intellecta cōtenēdum, si minus integre, aut si minus proprie sonare potuit, quod ideo sonabat ut res intelligereṫ. Quod si humanae infirmitatis intētio etiā ab ipsa rerū ueritate aberrauerit, quanque in catechizandis rudibus, ubi uia tritissima tenenda est, difficile potest accidere, tamē ne forte accidat ut etiā hinc offendatur auditor, nō aliūde nobis debet

Error in catechismo quomodo sanandus. Cap. XI

betuideri accidisse, nisi quia deus experiri nos uo
luit, utrũ cũ mentis placiditate corrigamur, ne in A
defensionẽ nostri erroris maiore præcipitemur er
rore. Quod si nemo nobis dixerit, nosq; & illos
qui audierunt omnino latuerit, nullus dolor est, si
nõ fiat iterũ. Plerunq; aũt nosipsi recolentes quæ
diximus, reprehendimus aliquid, et ignoramus
quomodo cũ diceretur acceptũ sit, magisq; dole-
mus quando in nobis feruet charitas, si cũ falsum
esset libenter acceptũ est. Ideoq; opportunitate re
perta, sicut nosipsos in silẽtio reprehendimus, ita
curãdũ est ut etiã illi sensim corrigant, qui nõ dei
uerbis, sed plane nostris in aliquã lapsi sunt falsita
tem. Si uero aliqui liuore uesano cæci errasse nos
gaudẽt, susurrones, detractores, deo odibiles, præ
beant nobis materiã exercendæ patiẽtiæ cũ mise- B
ricordia, quia & patiẽtia dei ad pœnitentiã eos ad
ducit. Quid enim est detestabilius, & quid magis
Rom. 2 thesaurizet irã in die iræ & reuelationis iusti iudi-
cij dei, q; de malo alterius mera diaboli similitudi
ne atq; imitatione lætari? Nonnunq; etiam cũ re-
cte omia uereq; dicant, aut nõ intellectũ aliquid,
aut cõtra opinionẽ & cõsuetudinẽ ueteris erroris
ipsa nouitate asperũ, offendit & perturbat audien
tẽ. Quod si apparuerit, sanabilemq; se præbet, au-
toritatũ rationũq; copia sine ulla dilatione sanan-
dus est. Si aũt tacita & occulta offensio est, dei me
dicina opitulari potest. At si resilierit & curari re-
cusauerit, consolet nos dominicũ illud exemplũ:
qui offensis hominibus ex uerbo suo, & tanq; du-
Ioan. 6 rum refugiẽtibus, etiã ijs qui remãserant ait: Nun- C
quid & uos uultis ire? Satis enim fixũ atq; immo-
bile debet corde retineri, Hierusalem captiuã ab
huius seculi Babylonia, decursis tẽporibus libera
ri, nullumq; ex illa esse periturũ, quia qui perierit
nõ ex illa erat. Firmũ em̃ fundamentũ dei stat, ha-
2 Tim. 2 bens signaculũ hoc: Nouit em̃ dominus qui sunt
eius, & recedit ab iniquitate omnis qui nominat
nomen dñi. Ista cogitantes & inuocãtes dominũ
in cor nostrum, minus timebimus incertos exitus
sermonis nostri propter incertos motus auditorũ
delectabitq; nos etiã ipsa perpessio molestiarũ p
misericordi opere, si nõ in eo nostrã gloriã requi-
ramus. Tunc em̃ est uere opus bonũ, cũ à charita-
te iaculatur agentis intẽtio: & tanq; ad locũ suum
rediẽs, rursus in charitate requiescit. Lectio uero
quæ nos delectat, aut aliqua auditio melioris elo- D
quij, ut eam pmendo sermoni nostro præponere
uolentes, cũ pigritia uel tædio loquamur, alacrio-
res nos suscipiet, iucundiorq; præstabitur post la-
borem: & maiore fiducia deprecabimur, ut loqua
tur nobis deus quomodo uolumus, si suscipiamus
hilariter, ut loquat per nos quomodo possumus:
Rom. 8 ita fit ut diligentibus dominũ omnia cõcurrant in
Hilaritas in catechismo. Cap. XII bonum. Iam uero si usitata & paruulis cõgruen
tia sæpe repetere fastidimus, congruamus eis per
fraternũ, paternũ, maternumq; amorẽ, & copula-
tis cordi eorũ etiã nobis noua uidebunt. Tantum
enim ualet animi cõpatientis affectus, ut cum illi
afficiuntur nobis loquentibus, & nos illis discen-
tibus, habitemus in inuicem: atq; ita & illi quæ au

diunt quasi loquant in nobis, & nos in illis disca-
A mus quodã modo quæ docemus. Nonne accide-
re hoc solet, cũ loca quædã ampla & pulchra, uel
urbiũ uel agrorũ, quæ iã nos sæpe uidẽdo sine ali-
qua uoluptate præteribamus, ostendimus eis qui
antea nunq; uiderant, ut nostra delectatio in eorũ
nouitatis delectatione renouet? Et tanto magis,
quãto sunt amiciores: quia per amoris uinculũ in-
quantũ in illis sumus, intantũ & nobis noua fiunt
quæ uetera fuerũt. Sed si in reb. cõtemplandis ali-
quantũ proficimus, iam nolumus eos quos diligi-
mus lætari & stupere, cũ intuentur opera manuũ
hominum: sed uolumus eos in ipsam arcem consi
liúmue institutoris attollere, atq; inde exurgere in
admirationẽ laudemq; omnicreantis dei, ubi amo
B ris fructuosissimus finis est: quãto ergo magis de-
lectari nos oportet, cũ ipsum dñm iã discere homi
nes accedũt, pper quẽ discẽda sunt quæcũq; dis-
cẽda sunt, & in eorũ nouitate innouari, ut si frigi-
dior est solito nostra prædicatio, insolita eorũ au-
ditione feruescat. Huc accedit ad cõparandã læti-
tiam, q cogitamus & cõsideramus, de qua erroris
morte in uitã fidei trãseat homo. Et si uicos usita-
tissimos cũ benefica hilaritate trãsimus, quãdo a-
licui forte qui errãdo laborauerat, demõstramus
uiã: quãto alacrius & cũ gaudio maiore in doctri-
na salutari, etiã illa quæ pter nos retexere nõ o-
pus est, perambulare debemus: cũ animã miseran
dã, & errorib. seculi fatigatã per itinera pacis, ipso
qui nobis eã præstitit iubente deducimus? Sed Fastidio catechumeni quomodo medendum. XIII
C reuera multũ est perdurare in loquẽdo usq; ad ter
minũ præstitutũ, cũ moueri nõ uidemus audientẽ:
q siue nõ audeat, religionis timore cõstrictus, uo
ce aut aliquo motu corporis significare approba-
tionẽ suam, siue humana uerecundia reprimat: si-
ue dicta nõ intelligat, siue contẽnat: quãdoquidẽ
nobis nõ cernentib. animũ eius incertum est, om-
nia sermone tentãda sunt, quæ ad eum excitandũ,
& tanq; de latebris eruendũ possint ualere. Nã &
timor nimius atq; impediens declarationẽ iudicij
eius, blãda exhortatione pellẽdus est, & insinuan
do fraternã societatẽ uerecundia temperanda: &
interrogatione quærendũ utrũ intelligat, & dan-
da fiducia, ut si quid ei cõtradicendum uidet libe-
re proferat. Quærendũ etiam de illo, utrũ hæc ali-
quando iam audierit, & fortassis eum tanq; nota
D & peruulgata nõ moueãt, & agendũ pro eius re-
sponsione, ut aut planius & enodatius loquamur,
aut opinionẽ contrariã refellamus, aut ea quæ illi
nota sunt nõ explicemus latius, sed breuiter com-
plicemus, eligamusq; aliqua ex his quæ mystice
dicta sunt in sanctis libris, & maxime in ipsa narra
tione, quæ aperiẽdo & reuelando noster sermo di
lucescat. Quod si nimis tardus est, & ab omni tali
suauitate absurdus et auersus, misericorditer suffe
rendus est, breuiterq; decursis cæteris ea quæ ma-
xime necessaria sunt, de unitate catholicæ, de ten-
tationib. de Christiana cõuersatione propter futu
rum iudiciũ terribiliter inculcanda sunt, magisq;
pro illo ad deũ, q; illi de deo multa dicenda. Sæpe
etiã fit, ut qui primo libẽter audiebat, uel audien-
do

do uel ſtando fatigatus, nō iam laudās ſed oſcitās
labia diducat, & ſe abire uelle etiā inuitus oſtēdat.
Quod ubi ſenſerimus, aut renouare oportet eius
animū, dicēdo aliquid honeſta hilaritate conditū
& aptū rei quæ agitur, uel aliquid ualde mirādum
& ſtupendū, uel etiā dolendum atq; plangēdum:
& magis de ipſo ut propria cura pūctus euigilet,
quod tamē nō offendat eius uerecundiā aſperita-
te aliqua, ſed potius familiaritate cōciliet: aut ob-
lata ſeſſione ſuccurrere, quanq; ſine dubitatione
melius fiat, ubi decēter fieri poteſt, ut à principio
ſedens audiat. Longeq; conſultius in quibuſdam
Eccleſijs trāſmarinis nō ſolum antiſtites ſedentes
loquūtur ad populū, ſed ipſi etiam populo ſedilia
ſubiacent, ne quiſquam infirmior ſtādo laſſatus à
ſaluberrima intētione auertatur, aut etiā cogatur
abſcedere. Et tamē multū intereſt, ſi ſe quiſquam
de magna multitudine ſubtrahat ad reparādas ui-
res, qui iam ſacramentorū ſocietate deuinctus eſt
& ſi ille diſcedat, quod plerunq; ineuitabiliter ur-
getur, ne interiore defectu uictus etiam cadat, qui
primis ſacramētis imbuēdus eſt: ex pudore enim
non dicit cur eat, & imbecillitate ſtare nō ſinitur.
Expertus hoc dico: Nam fecit hoc quidā cum eū
catechizarem homo ruſticanus. Vnde magnope
re præcauendū eſſe didici. Quis eñ ferat arrogan
tiam noſtrā, cum uiros fratres noſtros, uel etiam
quod maiore ſolicitudine curandū eſt, ut ſint fra-
tres noſtri, corā nobis ſedere nō facimus: & ipſum
dominū noſtrum cui aſſiſtunt angeli, ſedens mu-
lier audiebat? Sanē ſi aut breuis ſermo futurus eſt,
aut cōſeſſui locus nō eſt aptus, ſtantes audiāt, ſed
cum multi audiunt, & nō ſunt initiādi. Nam cum
unus, aut duo, aut pauci, qui propterea uenerunt
ut Chriſtiani fiant, periculoſe loquimur ſtātibus:
tamē ſi iam ſic cœpimus, ſaltem animaduerſo au-
ditoris tædio, & offerēda ſeſſio eſt, imò uero pror
ſus urgēdus ut ſedeat, & dicendū aliquid quo re-
nouetur, quo etiā cura ſi qua forte irruens eū auo-
care cœperat, fugiat ex animo. Cū enim cauſæ in-
certæ ſint, cur iam tacitus recuſet audire, iam ſedē
ti aliquid aduerſus incidentes cogitationes ſecu-
larium negociorum dicatur, aut hilari, ut dixi, aut
triſti modo: ut ſi ipſæ ſunt quæ mentē occupaue-
rant, cedant quaſi nominatim accuſatæ: ſi aūt ipſæ
nō ſunt, & audiēdo fatigatus eſt, cum de illis tan-
quam ipſę ſint, quandoquidē ignoramus, inopi-
natum aliquid & extraordinariū, eo modo quo di
xi, loquimur, à tædio renouaē intentio. Sed & bre
ue ſit, maxime quia extra ordinē inſeritur, ne mor
bum faſtidij cui ſubuenire uolumus, etiam augeat
ipſa medicina: & acceleranda ſunt cætera, & pro-
Catechiſta quomodo ſuum animum debeat extimulare. mittendus atq; exhibēdus finis propinquior. Si
aūt confregit animum tuum alterius actionis, cui
tanq; magis neceſſariæ iam ſuſpēſus eras omiſſio,
& propterea triſtis inſuauiter catechizas: cogita-
Cap. XIIII re debes, excepto q; ſcimus miſericorditer nobis
agendū eſſe quicquid cum hominibus agimus, &
ex officio ſynceriſſimæ charitatis: hoc ergo exce-
pto, incertū eſſe quid utilius agamus, & quid op-
portunius, aut intermittamus, aut omnino omit-

tamus. Quia eñ merita hominū pro quibus agi-
A mus, qualia ſint apud dñm non nouimus, quid eis
ad tempus expediat aut nulla aut tenuiſſima & in
certiſſima cōiectura ſuſpicamur, potius q; cōpre-
hēdimus. Quapropter res quidē agēdas pro noſtro
captu ordinare debemus: quas eo modo quo ſta-
tuimus ſi peragere potuerimus, nō ideo gaudea-
mus quia nobis, ſed quia deo ſic eas agi placuit. Si
aūt aliqua inciderit neceſſitas qua noſter ille ordo
turbetur, flectamur facile ne frangamur: ut quē de
us noſtro præpoſuit, ipſe ſit noſter. Æquius eſt eñ
ut nos eius, q; ut ille noſtrā uoluntatē ſequatur: qa
& ordo agendarū rerū, quē noſtro arbitrio tenere
uolumus, ille utiq; approbandus eſt ubi potiora
B præcedunt. Cur ergo nos dolemus homines à do
mino deo tāto potiore præcedi, ut eo ipſo quo no
ſtrum amamus ordinē, inordinati eſſe cupiamus?
Nemo enim melius ordinat quid agat, niſi qui pa
ratior eſt nō agere, quod diuina poteſtate prohi-
betur, q; cupidior agere quod humana cogitatio-
ne meditaē. Quia multæ cogitationes ſunt in cor- *Prouerb. 19*
de uiri, cōſiliū aūt dñi manet in æternū. Si uero ex
aliquo ſcandalo perturbatus animus non ualet æ-
dere ſerenū iocundūq; ſermonē, tantā eſſe charita
tem oportet in eos pro quibus Chriſtus mortuus
eſt, uolens eos pretio ſanguinis ſui ab errorū ſecu-
larium morte redimere, ut hocipſum qd nobis tri
ſtibus nuntiaē, præſto eſſe aliquē qui deſideret fie
ri Chriſtianus, ad cōſolationē illius reſolutionēq;
triſtitiæ ualere debeat, ſicut ſolent lucrorū gaudia
C dolorē lenire damnorū. Non eñ ſcandalū nos cō
triſtat alicuius, niſi quē perire aut per quem perire
infirmū uel credimus uel uidemus. Ille igitur qui
initiādus aduenit, dū ſperaē poſſe proficere, dolo-
rem deficiētis abſtergat. Quia & ſi timor ille ſug-
geritur, ne fiat proſelytus filius gehēnę, dum mul-
ti tales uerſanē ante oculos ex quib. oriunē ea qui
bus urimur ſcandala, nō ad retardandos nos perti
nere debet, ſed magis ad excitandos & acuēdos.
Quin & quē imbuimus moneamus, ut caueat imi
tationem eorū qui nō ipſa ueritate, ſed ſolo nomi-
ne Chriſtiani ſunt: ne eorū turba cōmotus, aut ſe-
ctari uelit eos, aut Chriſtū nolit ſectari propter eos:
& aut nolit eſſe in eccleſia dei ubi illi ſunt, aut talis
ſibi uelit eſſe quales illi ſunt. Et neſcio quomodo
in huiuſmodi motu ardentior ſermo eſt, cui fomi-
D tem ſuū miniſtrat præſens dolor: ut non ſolum pi-
griores non ſimus, ſed eoipſo dicamus accenſius
atq; uehementius, quo ſecuriores frigidius & len-
tius diceremus, gaudeamuſq; nobis occaſionem
dari, ubi motus animi noſtri ſine fructificatiōe nō
trāſeat. Si aūt de aliquo errato noſtro uel peccato
nos mœſtitudo cōprehendit, nō tantū memineri-
mus ſacrificiū deo ſpiritū eſſe cōtribulatū, ſed etiā *Pſal. 50*
illud: Quia ſicut aqua ignē, ſic eleemoſyna extin- *Eccle. 3*
guit peccatū. Et quia miſericordiā, inquit, magis *Oſee 6*
uolo q; ſacrificiū. Sicut ergo ſi periclitaremur in-
cēdio, ad aquā utiq; curreremus, qua poſſet extin-
gui, & gratularemur, ſi quis eā de proximo offerret,
Ita ſi de noſtro fœno aliqua peccati flāma ſurrexe
rit, & propterea cōturbamur, data occaſiōe miſeri-
cordiſſimi

cordissimi operis, tanquam de oblato fonte gaudeamus, ut inde illud quod exarserat opprimatur. Nisi A forte tam stulti sumus, ut alacrius arbitremur cum pane currendum, quo uentrem esurientis impleamus, quàm cum uerbo dei, quo mentem studentis instruamus. Huc accedit, quia si tantummodo prodesset, hoc facere, nō facere autem nihil obesset, infeliciter in periculo salutis, non iam proximi sed nostræ, oblatum remedium sperneremus. Cum uero ex ore domini tam minaciter sonet: Serue nequam & piger, dares pecuniam meam nummularijs: quæ tandem dementia est, quoniam peccatum nostrum nos angit, ideo rursus uelle peccare, nō dando pecuniam dominicam uolenti & petenti. His atque huiusmodi cogitationibus & considerationibus depulsa caligine tædiorum, ad catechizandum aptatur intentio, ut suauiter imbibatur quod impigre atque hilariter de charitatis ubertate B prorupit. Hæc enim nō tam ego tibi, quàm omnibus nobis dictat ipsa dilectio, quæ diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis.

Matt. 25

Pro personarum diuersitate temperanda oratio. Cap. XV

Sed nūc etiam illud quod priusquam promitterem nō debebam, iam fortasse debitum flagitas, ut aliquod sermonis exemplum tanquam si ego aliquem catechizem, nō pigeat explicare, & intuendum tibi proponere. Quod priusquam faciam, uolo cogites aliam esse intentionem dictantis, cum lector futurus cogitatur, & aliam loquentis, cū præsens auditor attendit: & in eoipso aliam in secreto monentis, dum nullus alius qui de nobis iudicet præsto est: aliam palam docentis aliquid, ubi dissimiliter opinantium circūstat auditus: Et in hoc genere aliam, cum docetur unus, cæteri autem tanquam iudicantes aut attestantes C quæ sibi nota sunt audiunt: aliam cum omnes communiter quid ad eos proferamus expectant. Et rursus in hoc ipso aliam, cū quasi priuatim consideratur, ut sermocinatio conseratur: aliam, cū populus tacens, unum de loco superiore dicturum suspensus intuetur. Multumque interest, & cū ita dicimus, utrum pauci assint an multi: docti an indocti, an ex utroque genere mixti: urbani an rustici, an hi & illi simul, an populus ex omni hominum genere temperatus sit. Fieri enim nō potest, nisi aliter atque aliter afficiant locuturum atque dicturum: & ut sermo qui profertur, affectionis animi à quo profertur, quendam quasi uultum gerat, & pro eadem diuersitate diuerse afficiat auditores, cū & ipsi seipsos diuerse afficiant inuicem præ- D sentia sua. Sed quia de rudibus imbuendis nūc agimus, de meipso tibi testis sum, aliter atque aliter me moueri, cum ante me catechizandum uideo eruditum, inertem, ciuem, peregrinum, diuitem, pauperem, priuatum, honoratum, in potestate aliqua constitutum, illius aut illius gentis hominem, illius aut illius ætatis aut sexus, ex illa aut illa secta, ex illo aut illo uulgari errore uenientem, ac pro diuersitate motus mei sermo ipse & procedit & progreditur & finitur. Et quia cum eadem omnibus debeatur charitas, nō eadem est omnibus adhibenda medicina: ipsa item charitas alios parturit, cū alijs infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiscit offendere, ad alios se inclinat, ad alios se erigit: alijs blanda, alijs seuera: nulli inimica, omnibus mater. Et qui non expertus est,

eadem charitate quod dico, cum uidet nos, quia facultas aliqua nobis donata delectat laudabiliter innotescere in ore multitudinis, inde nos beatos putat. Deus autem, in cuius conspectu intrat gemitus compeditorum, uideat humilitatem nostram & laborem nostrum, & dimittat omnia peccata nostra. Quāobrem si quid tibi in nobis placuit, ut aliquam obseruationem sermonis tui à nobis audire quæreres, melius uidendo & audiēdo nos cum hæc agimus, quàm legendo cum hęc dictamus edisceres.

Sed tamen faciamus aliquem uenisse ad nos qui uult esse Christianus, et de genere quidem idiotarum, nō tamen rusticanorum, sed urbanorum, quales apud Carthaginem plures experiri te necesse est. Interrogatum etiam utrum propter uitæ præsentis aliquod commodum, an propter requiem quæ post hanc uitam speratur, Christianus esse desiderat, propter futuram requiem respondisse: tali fortasse à nobis instrueretur alloquio. Deogratias frater, ualde tibi gratulor & gaudeo de te, quod in tantis ac tam periculosis huius seculi tempestatibus de aliqua uera & certa securitate cogitasti. Nam & in hac uita homines magnis laboribus requiem quærunt & securitatem, sed prauis cupiditatibus nō inueniunt. Volunt enim requiescere in rebus inquietis, & nō permanentibus. Et quia illæ tempore subtrahuntur & transeunt, timoribus & doloribus eos agitant, nec quietos esse permittunt. Siue enim in diuitijs uelit homo requiescere, magis superbus efficitur quàm securus. An non uidemus quàm multi eas subito perdiderint, multi etiam propter illas perierint, aut cū eas habere cupiunt, aut cū eis oppressis à cupidioribus auferuntur. Quæ si etiam per totam uitam cum homine permanerent, & nō desererent dilectorem suum, ipse illas sua morte desereret. Quanta est enim uita hominis etiam si senescat? Aut cū sibi homines optant senectutem, quid aliud optant nisi longam infirmitatem? Sic & honores huius seculi, quid sunt nisi typhus, & ruinæ periculum? Quia sic scriptura sancta dicit, Omnis caro fœnum, & claritas hominis ut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit, uerbum autem domini manet in æternum. Ideo qui ueram requiem & ueram felicitatem desiderat, debet tollere spem suam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in uerbo domini, ut hærens ei quod manet in æternum, etiam ipse cum illo maneat in æternum. Sunt etiam homines qui nec diuites esse quærunt, nec ad uanas honorum pompas ambiunt peruenire, sed gaudere & requiescere uolunt in popinis & fornicationibus & in theatris atque spectaculis nugacitatis, quæ in magnis ciuitatibus gratis habentur. Sed sic etiam ipsi aut consumunt per luxuriam paupertatem suam & ab egestate postea in furta et effracturas, & aliquando etiam in latrocinia prosiliunt, & subito multis & magnis timoribus implentur: & qui in popina paulo ante cantabant, iam planctus carceris somniant. Studijs autem spectaculorum fiunt dæmonibus similes, clamoribus suis incitando homines, ut se inuicem cædant, secumque habeant contentiosa certamina qui se nō læserunt, dum placere insano populo cupiunt: quos si animaduerteris esse concordes

Formula orationis catechistæ. XVI

Esa. 40

des, tunc eos oderunt & persequunt, & tanquam
collusores ut fustibus uerberentur exclamant, ut A
hāc iniquitatē facere etiā uindicem iniquitatū iu-
dicem cogūt: Si aūt horrendas aduersus inuicem
inimicitias eos exercere cognouerint, siue sint q
appellent scenici & thymelici, siue aurigę, siue ue
natores, quos miseros nō solum homines cum ho
minibus, sed etiā homines cū bestijs in certamen
pugnamq; cōmittunt: quo maiore aduersus inui-
cem discordia furere senserint, eo magis amant &
delectant, & incitati fauēt, & fauētes incitāt plus
aduersus seipsos insanientes ipsi spectatores alter
ꝓ altero, q̄ illi quorū insaniā insani ꝓuocant, & in
saniendo spectare desiderāt. Quomodo ergo sani
tatē pacis tenere animus potest, qui discordijs &
certaminibus pascitur? Qualis enim cibus sumit, B
talis ualitudo consequitur. Postremo q̄uis insana
gaudia nō sint gaudia, tamen qualiacunq; sint, &
quātumlibet delectēt, iactātia diuitiarū, & tumor
honorū, & uorago popinarū, et bella theatricorū,
& immūdicia fornicationū, & prurigo thermarū,
aufert omnia ista una febricula, & adhuc uiuētib.
totā falsam beatitudinē subtrahit: remanet inanis
& saucia cōscientia, dominū sensura iudicē, quem
noluit habere custodē, et inuētura asperū dominū
quē dulcē patrē quærere & amare cōtempsit. Tu
aūt quia uerā requiē quæ post hanc uitā Christia-
nis promittitur quæris, etiā hic eam inter amarissi
mas uitæ huius molestias, suauē iocūdamq; gusta-
bis, si eius qui eā promisit pręcepta dilexeris. Cito
enim senties dulciores esse iustitiæ fructus, q̄ ini- C
quitatis, & uerius atq; iucūdius gaudere hominē
de bona cōscientia inter molestias, q̄ de mala in-
ter delicias, quia nō sic uenisti coniungi Ecclesiæ
dei, ut ex ea tēporalem aliquā utilitatem requiras.

Qui uere Christiani. Cap. XVII

Sunt enim qui ꝓpterea uolunt esse Christiani,
ut aut promereant homines à quibus temporalia
cōmoda expectāt: aut quia offendere nolūt quos
timent. Sed isti reprobi sunt, & si ad tēpus eos por
tat Ecclesia, sicut area usq; ad tēpus uentilationis
paleā sustinet: si nō se correxerint, & propter futu
ram sempiternā requiem Christiani esse cœperint
in fine separabunt. Nec sibi blandiantur q in area
possunt esse cū frumēto dei, quia in horreo cū illo
nō erunt, sed igni debito destinabunt. Sunt etiam
alij meliore quidē spe, sed tamē nō minore pericu
lo, qui iam deū timent, & non irrident Christianū D
nomē, nec simulato corde intrāt Ecclesiā dei, sed
in ista uita expectant felicitatē, ut feliciores sint in
rebus terrenis, q̄ illi qui nō colūt dominū: Ideoq;
cū uiderint quosdā sceleratos & impios ista seculi
prosperitate pollere & excellere, se aūt uel minus
habere ista uel amittere, perturbant tanq̄ sine cau-
sa dominū colant, & facile à fide deficiūt. Qui aūt
propter beatitudinē sempiternā & perpetuā re-
quiē, quæ post hāc uitā sanctis futura promittitur,
uult fieri Christianus, ut non eat in ignem æternū
cum diabolo, sed in regnū æternū intret cū Chri-
sto, uere ipse Christianus est: cautus in omni tēta-
tione, ne prosperis rebus corrūpatur, & ne franga
tur aduersis, & in abūdantia bonorū terrenorum
modestus & tēperans, & in tribulationibus fortis
A & patiēs. Qui etiā proficiēdo perueniet ad talem
animū, ut plus amet dominū q̄ timeat gehēnam:
ut etiam si dicat illi deus, utere delicijs carnalibus
sempiternis, & quantū potes pecca, nec morieris,
nec in gehennā mitteris, sed mecū tantūmodo nō
eris: exhorrescat, & omnino nō peccet, nō iam ut
in illud quod timebat nō incidat, sed ne illū quem
sic amat, offendat: in quo una est requies, quā ocu 1 Cor. 2
lus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascēdit, quam præparauit deus diligētibus se. De
qua recte significat scriptura, & nō tacet, q ab ini-
tio mūdi ex quo fecit deus cœlū & terrā & omnia Gene. 2
quę in eis sunt, sex diebus operatus est, & septimo
die requieuit. Poterat eñ omnipotēs & uno mo-
B mēto tēporis omnia facere: nō aūt laborauerat ut
requiesceret, quādo dixit & facta sunt, mādauit & Psal. 148
creata sunt: sed ut significaret, quia post sex ætates
mundi huius, septima ætate tanq̄ septimo die re-
quieturus est in sanctis suis: quia ipsi in illo requie
scēt post omnia bona opera in quibus ei seruierūt
quæ ipse in illis operatur qui uocat & præcipit, &
delicta præterita dimittit & iustificat eū qui prius
erat impius. Sicut aūt cū illi ex dono eius bene o-
perant recte dicitur ipse operari: sic cū illi requie-
scunt, recte dicitur ipse requiescere: Nā quod ad
ipsum attinet, pausationē nō quærit, qui laborem
nō sentit. Fecit aūt omnia per uerbū suū, & uerbū
eius ipse Christus, in quo requiescūt angeli, & o-
mnes cœlestes mūdissimi spiritus in sancto silen-
C tio. Homo aūt peccato lapsus perdidit requiē quā
habebat in eius diuinitate, & recepit eā in eius hu
manitate: ideoq; opportuno tēpore, quo ipse scie
bat oportere fieri, homo factus & de fœmina na-
tus est. A carne quippe cōtaminari nō poterat, ip-
se carnē potius mūdaturus. Ipsum etiā antiqui san
cti uenturū in reuelatione spiritus cognouerūt &
prophetauerūt: & sic salui facti sunt credēdo quia
ueniet, sicut nos salui efficimur credēdo quia ue-
nit: ut diligeremus dominū qui sic nos dilexit, ut
unicū suū mitteret, qui humilitate nostræ morta-
litatis indutus, & à peccatorib. & pro peccatorib.
moreret. Iam enim olim ab ineuntibus seculis my
sterij huius altitudo præfigurari prænūciariq; nō
cessat. Quoniā deus omnipotens, & bonus & Cur ita conditus homo.
iustus & misericors, qui fecit omnia bona, siue ma Cap. XVIII
D gna siue parua, siue summa siue infima: siue quę ui
dentur, sicuti sunt cœlū & terra & mare, & in cœ-
lo sol & luna, & cætera sydera, in terra aūt & mari
arbores & frutices & animalia suæ cuiusq; natu-
ræ, & omnia corpora uel cœlestia uel terrestria: si-
ue quæ nō uidētur, sicuti sunt spiritus quibus cor-
pora uegetantur & uiuificantur. Fecit & hominē
ad imaginē suā: ut quēadmodū ipse per omnipo-
tentiā suā præest uniuersæ creaturæ, sic homo per
intelligentiā qua etiā creatorem suū cognoscit &
colit, præesset omnibus terrenis animalibus. Fecit
illi etiā adiutorium fœminā: nō ad carnalē concu-
piscentiā, quādoquidē nec corruptibilia corpora
tunc habebāt anteq̄ eos mortalitas inuaderet pœ
na peccati: sed ut haberet & uir gloriā de fœmina:
cum

cum ei præiret ad dñm: sequi illi præberet imitandū in sanctitate atque pietate, sicut ipse esset gloria dei, A cum eius sapientiā sequeretur. Itaque cōstituit eos in quodam loco perpetuæ beatitudinis, quē appellat scriptura paradisum, præceptumque illis dedit, quod si nō transgrederentur, in illa semper immortalitatis beatitudine permanerēt: si aūt trāsgrederentur, supplicia mortalitatis expenderent. Præsciebat aūt deus eos trāsgressuros, sed tamē quia cōditor est & effector omnis boni, magis eos fecit, quā fecit & bestias, ut impleret terrā bonis terrenis. Et utique melior est homo etiam peccator quā bestia. Et præceptū quod non erāt seruaturi, magis dedit ut essent excusabiles, cū in eos uindicare cœpisset. Quicquid enim homo fecerit, laudabilem in suis factis inuenit deum: si recte egerit, laudabilē inuenit per iustitiā præmiorū: si peccauerit, laudabilem inuenit per iustitiā suppliciorū: si peccata confessus ad recte uiuendū redierit, laudabilē inuenit per misericordiā indulgentiarū. Cur ergo nō faceret deus hominē, quāuis eū peccaturū præuosceret, cum & stantē coronaret, & cadentē ordinaret, & surgentē adiuuaret, semper erubique ipse gloriosus bonitate, iustitia, clementia? maxime quia & illud præsciebat, de ppagine mortalitatis eius futuros sanctos, qui nō sibi quærerēt, sed creatori suo gloriam darēt, & eū colēdo ab omni corruptione liberati, cū angelis sanctis uiuere semper, & beate uiuere mererentur? Qui em hominib. dedit liberū arbitriū, ut nō seruili necessitate, sed ingenua uoluntate deū colerēt, dedit etiā angelis: & ideo nec angelus, qui cū spiritibus alijs satellitibus suis superbiendo deseruit obedientiā dei, & diabolus factus est, aliquid nocuit deo, sed sibi. Nouit em deus ordinare deserentes se animas, & ex earū iusta miseria inferiores partes creaturæ suæ conuenientissimis & cōgruētissimis legib. admirādæ dispensationis ordinare. Itaque nec diabolus aliquid deo nocuit, qa uel ipse lapsus est, uel hominē seduxit ad mortē: nec ipse homo in aliquo minuit ueritatem aut potestatē aut beatitudinem cōditoris sui, quia coniugi suæ seductę à diabolo, ad id q̄d deus prohibuerat, propria uolūtate cōsensit. Iustissimis enim dei legib. omnes damnati sunt deo glorioso per æquitatē uindictæ, ipsi ignominiosi per turpitudinem pœnæ: ut homo à suo creatore auersus uictus diabolo subderetur, & diabolus homini ad D creatorē suum cōuersō uincēdus proponeretur: ut quicūque diabolo usque in finē consentirēt, cum illo irent in æterna supplicia: quicunque aūt humiliarēt se deo, & per eius gratiā diabolū uincerēt, æterna præmia mererentur. Neque hoc nos mouere debet, quia multi diabolo consentiunt, & pauci dñm sequunē: quia & frumentū in cōparatione palearū ualde pauciorē habet numerū. Sed sicut agricola nouit quid faciat de ingēti aceruo paleæ, sic nihil est deo multitudo peccatorū, qui nouit quid de illis agat, ut administratio regni eius ex nulla parte turbetur atque turpetur. Nec ideo putādus est uicisse diabolus, quia secū plures, cum quib. à paucis uinceretur attraxit. Duæ itaque ciuitates, una iniquo-

Quod ecclesia præfigurata in ueteri testamento, semper pauciori numero contēta diabolum uicerit

Cap. XIX

rum, altera sanctorum, ab initio generis humani usque in finē seculi perducunē, nūc permixtę corporibus, sed uoluntatib. separatæ, in die iudicij uero etiā corpore separādæ. Oēs enim homines amantes superbiā & tēporalē dominationē, cū uano typho & pōpa arrogātiæ, omnesque spiritus qui talia diligūt, & gloriā suā subiectione hominū quærūt, simul una societate deuincti sunt: sed & si sæpe aduersum se pro his rebus dimicāt, pari tamē pondere cupiditatis in eandē profunditatē præcipitanē, & sibi morū & meritorū similitudine cōiungunē. Et rursus omnes homines & oēs spiritus humiliter dei gloriā quærētes, non suā, & eum pietate sectantes, ad unā pertinēt societatē: & tamen deus misericordissimus, & sup impios homines patiēs B est, & præbet eis pœnitētiæ atque correctiōis locū. Nam & quod omnes diluuio deleuit, excepto uno iusto cum suis, quos in arca seruari uoluit, nouerat quidē quod nō se correcturi essent, uerū etiā tum, per cētū em annos arca fabricata est, prędicabaē utique eis ira dei uētura super eos, ut si conuerterenē ad dñm, parceret eis: sicut pepercit postea Niniue ei uitati agēti pœnitentiā, cū ei per prophetā futurū interitū prenunciasset. Hoc aūt facit deus etiā illis quos nouit in malitia perseueraturos, dans pœnitendi spatiū, ut nostrā patientiā exerceat & informet exemplo suo: quo nouerimus quantū nos oporteat tolerabiliter malos sustinere, cū ignoremus quales postea futuri sint, quādo ille parcit & sinit eos uiuere, quē nihil futurorū latet. Prænūciabaē tamē etiā diluuij sacramēto, quod per lignū iusti liberati sunt futura ecclesia, quā rex eius & deus Chri C stus mysterio suæ crucis ab huius seculi submersione suspendit. Neque em deus ignorabat, quod etiā ex illis qui fuerāt in arca seruati, nascituri erant mali, qui faciē terræ iniquitatib. implerent, sed tamē & exēplū futuri iudicij dedit, et sanctorū liberationē ligni mysterio prænūciauit. Nam & post hęc non cessauit repullulare malitia per superbiā & libidines & illicitas impietates, cū homines deserto creatore suo, nō solū ad creaturā quā deus cōdidit lapsi sunt, ut pro deo colerent q̄d fecit deus: sed etiā ad opera manuū hominū, & ad fabrorum artificia curuauerunt animas suas, ubi de illis turpius diabolus & dæmonia triumpharēt: quę se in talib. figmentis adorari uenerarique lætanē, dū errores suos humanis errorib. pascūt. Neque tunc sane defuerūt iusti qui dñm pie quærerent, & superbiā diaboli uincerent, ciues illius sanctæ ciuitatis, quos regis sui Christi uētura humilitas per spiritū reuelata sanauit. Ex quibus Abrahā pius & fidelis dei seruus electus est, cui demōstrareē sacramētū filij dei, ut propter imitationē fidei oēs fideles omniū gētiū, filij eius futuri dicerenē. Ex illo natus est populus, à quo unus deus uere coleretē, qui fecit cœlum & terrā. Cū cæteræ aūt gētes simulacris & dęmonijs seruirent, in eo plane populo multo euidētius futura ecclesia figurata est. Erat enim ibi multitudo carnalis, quæ propter uisibilia beneficia colebat dñm. Erant aūt ibi pauci futurā requiem cogitantes, & cœlestē patriā requirentes, quibus prophe

Ione 3

tando reuelabatur futura humilitas dei regis & domini nostri Iesu Christi, ut per eam fide ab omni superbia & tumore sanarent. Horum sanctorum qui praecesserunt tempore natiuitatem domini, non solum sermo, sed etiam uita & coniugia & filij & facta, prophetia fuit huius temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur ecclesia: per illos sanctos patriarchas & prophetas carnali populo Israel, qui post ea etiam Iudaei appellati sunt, & uisibilia beneficia ministrabantur, quae carnaliter a domino desiderabant, & coercitiones poenarum corporalium quibus pro tempore terrerentur, sicut eorum duritiae congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quae ad Christum & ecclesiam pertinerent: B cuius ecclesiae membra erant etiam illi sancti, quamuis in hac uita fuerint antequam secundum carnem Christus dominus nasceretur. Ipse enim unigenitus dei filius, uerbum patris, aequale & coaeternum patri, per quod facta sunt omnia, homo propter nos factus est, ut totius ecclesiae tanquam totius corporis caput esset: sed uelut totus homo dum nascitur, etiam si manum in nascendo praemittat, tamen uniuerso corpori sub capite coniuncta atque compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis patriarchis ad huius ipsius rei signum manu praemissa nati sunt: ita omnes sancti qui ante domini nostri Iesu Christi natiuitatem in terris fuerunt, quamuis ante nati sunt, tamen uniuerso corpori, cuius ille caput est, sub capite cohaeserunt.

Gradus Iudaici populi usque ad Hierosolymam ecclesiae typum. Ca. XX

Populus ergo ille delatus in Aegyptum, seruiuit regi durissimo: & grauissimis laboribus eruditus, C quaesiuit liberatorem deum: & missus est eis unus de ipso populo sanctus dei seruus Moyses, qui in uirtute dei magnis miraculis terrens tunc impiam gentem Aegyptiorum, eduxit inde populum dei per mare rubrum: ubi discedens aqua uiam praebuit transeuntibus, Aegyptij autem cum eos persequerentur, redeuntibus in se fluctibus demersi, extincti sunt. Ita quemadmodum per diluuium aquis terra purgata est a nequitia peccatorum, qui tunc in illa inundatione deleti sunt, & iusti euaserunt per lignum. Sic ex Aegypto exiens populus dei, per aquas iter inuenit, quibus ipsorum hostes consumpti sunt. Nec ibi defuit ligni sacramentum. Nam uirga percussit Moyses ut illud miraculum fieret. Vtrunque signum est sancti baptismi, per quod fideles in nouam uitam transeunt, peccata uero eorum D tanquam inimici delentur atque moriuntur. Apertius autem Christi passio in illo populo figurata est, cum iussi sunt ouem occidere & manducare, & de sanguine eius postes suos signare, & hoc celebrare omni anno, & appellare Pascha domini. Manifestissime quippe propheta de domino Iesu Christo dicit: Quia tanquam ouis ad immolandum ductus est. Cuius passionis & crucis signo in fronte hodie tanquam in poste signandus es, omnesque Christiani signantur. Inde per desertum populus ille ductus est per quadraginta annos: accepit etiam legem digito dei scriptam, quo nomine significatur spiritus sanctus, sicut in Euangelio manifestissime declaratur. Neque enim deus forma corporis definitus est, nec sic in illo membra & digiti cogitandi sunt, quemadmodum uidemus in nobis: sed quia per spiritum sanctum dona dei sanctis diuiduntur, ut

Esaiae 53

Luc. 11

cum diuersa possint, non tamen discedant a concordia A charitatis: in digitis autem maxime apparet quaedam diuisio, nec tamen ab unitate praecisio, siue propter ea, seu propter aliam quacunque causam spiritus sanctus appellatus est digitus dei, non tamen cum hoc audimus, humani corporis forma cogitanda est. Accepit ergo ille populus legem digito dei scriptam in tabulis sane lapideis, ad significandam duritiam cordis illorum qui legem non erant impleturi. Corporalia quippe dona desiderantes a domino, magis carnali timore quam spiritali charitate tenebantur: legem autem non implet nisi charitas. Ideo multis sacramentis uisibilibus onerati sunt, quo seruili iugo premerentur, in obseruationibus ciborum & in sacrificijs animalium, & in alijs innumerabilibus, quae tamen signa erant rerum spiritalium, ad dominum Iesum Christum & ad ecclesiam pertinentium: quae tunc a paucis sanctis & intelligebantur ad fructum salutis, & obseruabantur ad congruentiam temporis, a multitudine uero carnalium tantummodo obseruabantur, non intelligebantur. Per multa itaque & uaria signa rerum futurarum, quas longum est omnes commemorare, & eas nunc in ecclesia uidemus impleri, perductus est ille populus ad terram promissionis, ubi temporaliter carnaliterque regnaret pro modo desiderij sui, quod tamen regnum terrenum regni spiritalis imaginem gessit. Ibi Hierusalem condita est famosissima ciuitas dei, seruiens in signo liberae ciuitatis, quae coelestis Hierusalem dicitur, quod uerbum est Hebraeum, & interpretatur uisio pacis. Cuius ciues sunt omnes sanctificati homines qui fuerunt & qui sunt & qui futuri sunt, & omnes sanctificati spiritus, etiam quicunque in excelsis coelorum partibus pia deuotione obtemperant deo, nec imitantur impiam diaboli superbiam & angelorum eius. Huius ciuitatis rex est dominus Iesus Christus uerbum dei quo reguntur summi angeli, & uerbum hominem assumens ut eo regerentur & homines, qui simul omnes cum illo in aeterna pace regnabunt. Ad huius regis praefigurationem in illo terreno regno populi Israel maxime eminuit rex Dauid, de cuius semine secundum carnem uenit & uerissimus rex noster dominus deus Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula. Multa in illa terra promissionis gesta sunt in figuram uenturi Christi & ecclesiae, quae in sanctis libris paulatim discere poteris. Post aliquot tamen generationes ostendit aliud typum ad rem maxime pertinentem. Nam captiuata est illa ciuitas, & multa pars eius ducta in Babyloniam. Sicut autem Hierusalem significat ciuitatem societatemque sanctorum, sic Babylonia significat ciuitatem societatemque iniquorum, quoniam dicitur interpretari confusio. De quibus duabus ciuitatibus, ab exordio generis humani usque in finem seculi permixta temporum uarietate concurrentibus, & ultimo iudicio separandis paulo ante iam diximus. Illa ergo captiuitas Hierusalem ciuitatis, & ille populus in Babyloniam ductus ad seruitutem ire iubetur a domino per Hieremiam illius temporis prophetam. Et extiterunt reges Babyloniae sub quibus illi seruiebant, qui ex eorum occasione commoti quibusdam miraculis cognoscerent & colerent & coli iuberent unum uerum deum qui condidit uniuer-

Rom. 13

Captiuitas Babylonica & in ea gesta quid significent Cap. XXI

Hier. 25

uniuersam creaturã.Iussi sunt aũt & orare pro eis,
à quibus captiui tenebant̃, & in eorũ pace pacem A
sperare,ad gignẽdos filios & domos ędificandas,
& plantãdos ortos et uineas.Post septuaginta aũt
annos promittit̃ eis ab illa captiuitate liberatio.
Hoc aũt totũ figurate significabat ecclesiã Christi
in omnibus sanctis eius, qui sunt ciues Hierusalẽ
cœlestis,seruiturã fuisse sub regibus huius seculi.
Rom.13 Dicit eñ & apostolica doctrina, ut omnis anima
sublimioribus potestatib.subdita sit: & ut reddan
Potestates mundanæ tur omnibus omnia,cui tributũ tributũ,cui uecti-
gal uectigal: & cætera quæ saluo dei nostri cultu,
cõstitutionis humanæ principib.reddimus: quan
do & ipse dñs,ut nobis huius sanæ doctrinæ præ-
beret exemplum, pro capite hominis quo erat in
dutus,tributũ soluere non dedignatus est.Iubent̃
aũt etiam serui Christiani & boni fideles dominis
suis temporalib. æquanimiter fideliterq́ꝫ seruire:
quos iudicaturi sunt,si usqꝫ in finẽ iniquos inuene B
rint,aut cũ quibus æqualiter regnaturi sunt si & il
li ad uerũ dñm conuersi fuerint. Omnibus tamen
pręcipit̃ seruire humanis potestatib. atqꝫ terrenis
quousqꝫ post tempus præfinitũ, q̃d significant se-
ptuaginta anni,ab istius seculi cõfusione tanq̃ de
captiuitate Babyloniæ, sicut Hierusalem, liberet̃
ecclesia. Ex cuius captiuitatis occasione ipsi etiã
terreni reges desertis idolis pro quibus persequе-
bantur Christianos, unũ uerũ deũ & Christũ dñm
cognouerũt & colũt, pro quib. apostolus Paulus
iubet orari,etiã cũ persequerent̃ ecclesiã.Sic enim
1.Tim.2 dicit: Obsecro itaqꝫ primũ fieri deprecationes,o-
rationes,interpellationes, gratiarũ actiones, ꝓ re C
gibus,pro omnibus hominibus, & omnib.qui in
sublimitate sunt,ut securã & tranquillam uitã aga
mus cum omni pietate & charitate.Itaqꝫ per ipsos
data pax est ecclesiæ,q̃uis temporalis trãquillitas
tẽporis ad ædificãdas spiritaliter domos & plãtan
dos ortos & uineas.Nã & te modo per istũ sermo
nem ędificamus atqꝫ plãtamus.Et hoc fit per totũ
orbẽ terrarũ cũ pace regũ Christianorũ, sicut idẽ
1.Cor.3 dicit Apostolus: Dei agricultura, dei ædificatio
estis.Et post annos quidẽ septuaginta quos mysti
cè prophetauerat Hieremias, ut finẽ tẽporũ præfi
guraret,tamẽ ut ipsa figura integraret̃, facta est in
Hierusalẽ restitutio ædificationis templi dei. Sed
quia totum figurate agebat̃,non erat firma pax ac
libertas reddita Iudęis. Itaqꝫ postea à Romanis ui D
cti sunt,& tributarij facti.Ex illo sane tempore ex
quo terrã promissionis acceperũt, & reges habe-
re cœperũt,ne in aliquo regũ suorũ completũ esse
arbitrarent̃ quod eis liberator Christus promitte
batur, apertius per multas prophetias propheta-
tus est Christus,non solum ab ipso Dauid in libro
Psalmorũ, sed etiam à cęteris & magnis & sanctis
prophetis,usqꝫ ad tempus captiuitatis in Babylo-
niam.Et in ipsa captiuitate fuerunt prophetæ,qui
uenturũ dñm Iesum Christum liberatorẽ omniũ
prophetarẽt:& posteaq̃ templũ transactis septua
ginta annis restitutũ est,tãtas pressuras & calami-
tates à regibus gentiũ Iudæi perpessi sunt, ut intel
ligerent nondũ uenisse liberatorẽ quem non spiri

taliter liberaturum intelligebãt,sed pro liberatio-
ne carnali desiderabant. Peractis ergo quinqꝫ *Aetate sexta qualis Christus uenerit*
ætatibus seculi, quarũ prima est ab initio generis
humani,id est ab Adam, qui primus homo factus *Cap.XXII*
est usqꝫ ad Noe,qui fecit arcam in diluuio: Inde se- *Gen.7*
cunda est usqꝫ ad Abraham, qui pater dictus om-
nium quidem gentiũ,quę fidem ipsius imitarent̃,
sed tamen ex propagine carnis suæ futuri populi
Iudæorũ: qui ante fidem Christianã gentiũ, unus
inter omnes omniũ terrarũ populus, unum uerũ
deum coluit,ex quo populo saluator Christus se-
cundũ carnẽ ueniret.Isti enim articuli duarũ ætatũ
eminent in ueteribus libris, reliquarum aũt trium
etiam in Euangelio declarantur, cum carnalis ori
go domini Iesu Christi cõmemoratur.Nam tertia
est ab Abraham usqꝫ ad Dauid regẽ: quarta à Da-
uid usqꝫ ad illam captiuitatem qua populus dei in
Babyloniã transmigrarũt: quinta ab illa transmi-
gratione usqꝫ ad aduẽtum dñi nostri Iesu Christi,
ex cuius aduentu sexta ætas agitur: ut iam spirita-
lis gratia quæ paucis tunc patriarchis & prophe-
tis nota erat, manifestaret̃ omnibus gentibus: ne
quisquam dñm nisi gratis coleret,nõ uisibilia prę
mia seruitutis suæ, & præsentis uitæ felicitatẽ, sed
solam uitam ęternã in qua ipse deo frueret̃,ab illo
desiderans,ut hac sexta ætate mens humana reno
uetur ad imaginẽ dei, sicut sexta die homo factus
est ad imaginem dei. Tunc enim & lex impletur,
dum nõ cupiditate rerũ temporaliũ, sed charitate
illius qui præcepit,fiunt quæcũqꝫ præcepit. Quis
aũt nõ redamare affectet iustissimũ & misericor-
dissimũ deum, qui prior sic amauit iniustissimos
& superbissimos homines, ut ꝓpter eos mitteret
unicũ filiũ per quẽ fecit omnia: qui nõ sui immuta
tione,sed hominis assumptione homo factus, nõ
solũ cum eis uiuere,sed enã pro eis & ab eis posset
occidi: itaqꝫ nouum testamentũ hęreditatis sempi
ternæ manifestans,in q̃ renouatus homo per gra-
tiã dei ageret nouã uitã, hoc est uitã spiritalem,ut
uetus ostenderet primũ, in quo carnalis populus
agẽs, hominẽ ueterẽ exceptis paucis intelligenti
bus patriarchis & prophetis,& nõnullis latentib.
sanctis, carnaliter uiuens, carnalia præmia deside
rabat à domino deo,& in figura spiritalium bono
rum accipiebat.Omnia ergo bona terrena cõtem
psit homo factus, dñs Christus, ut contemnenda
monstraret: & omnia terrena mala sustinuit, quæ
sustinenda præcipiebat: ut neqꝫ in illis quęreretur
felicitas,neqꝫ in istis infelicitas timeret̃.Natus eñ
de matre,quæ q̃uis à uiro intacta cõceperit, sem-
perq́ꝫ intacta permãserit,uirgo cõcipiẽs, uirgo pa
riens,uirgo moriẽs,tamẽ fabro despõsata erat,om
nem typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus
etiã in ciuitate Bethleem,quæ inter omnes Iudæę
ciuitates ita erat exigua,ut hodieqꝫ uilla appellet̃,
noluit quempiã de cuiuspiã terrenæ ciuitatis sub-
limitate gloriari. Pauper etiã factus est, cuius sunt
omnia, & per quem creata sunt omnia: ne quisq̃
cũ in eũ crederet, de terrenis diuitijs auderet ex-
tolli.Noluit rex ab hominibus fieri,quia humilita
tis ostendebat uiã miseris,quos ab ea superbia se-

parauerat: ꝙuis sempiternũ eius regnũ uniuersa
creatura testet̃. Esuriuit qui omnes pascit: sitiuit ꝑ A
Matt. 4 quem creatur omnis potus, & qui spiritaliter pa-
nis est esurientiũ, fons est sitientiũ. Ab itinere ter-
restri fatigatus est, qui seipsum nobis uiam fecit in
cœlum. Velut obmutuit & obsurduit corã conui
tiantibus, per quẽ mutus locutus est, & surdus au
diuit, Vinctus est qui de infirmitatum uinculis sol
uit, Flagellatus est qui omniũ dolorũ flagella de
hominum corporibus expulit, Crucifixus est, qui
cruciatus nostros finiuit, Mortuus est q̃ mortuos
suscitauit, Sed & resurrexit nunꝗ̃ moriturus, ne
ab illo quisquã sic disceret mortẽ contẽnere, qua-
Primordia ecclesiæ Cap. XXIII si nunꝗ̃ futurus. Inde cõfirmatis discipulis con
uersatus cum eis quadraginta diebus, eisdem spe-
ctãtibus ascẽdit in cœlũ, & cõpletis à resurrectio-
ne quinquaginta diebus misit eis spiritũ sanctum, B
promiserat em̃: per quẽ diffusa charitate in cordi-
bus eorũ, nõ solũ sine onere, sed etiã cũ iocundita
te legem possent implere, quæ data est Iudæis in
decem præceptis, quod appellant decalogũ. Quę
Deut. 6 rursus ad duo rediguñ, ut diligamus dñm ex to-
to corde, ex tota anima, ex tota mente, & diliga-
mus proximũ sicut nosipsos. Nã in his duob. præ-
ceptis totã legem prophetasq; pendere ipse dñs
Matth. 22 & dixit in Euangelio, & suo manifestauit exẽplo.
Mar. 12 Nam & populus Israel ex die quo primũ pascha
Exod. 12 in imagine celebrarũt, ouem occidentes & man-
ducãtes, cuius sanguine postes eorũ ad salutis tute
lã signati sunt: Ex ipso ergo die quinquagesimus
dies impletus est, & legem acceperũt scriptã digi
to dei, quo nomine iam diximus significari spiritũ C
sanctum: sicut post dñi passionem & resurrectio-
nem, quod est uerũ pascha, quinquagesimo die ip
se spiritus sanctus discipulis missus est. Nõ iam la-
pideis tabulis corda dura significans, sed cũ essent
Act. 2 unũ in locũ congregati in ipsa Hierusalem, factus
est subito de cœlo sonus quasi ferret̃ flatus uehe-
mens: & uisæ sunt illis linguę diuisę quasi ignis, &
cœperunt linguis loqui, ita ut omnes qui ad illos
uenerãt, suam linguã agnosceret quisq;. Ad illam
enim ciuitatẽ ex omni terra conueniebant Iudæi
quacunq; dispersi erãt, & diuersas gentiũ linguas
diuersarũ didicerant. Deinde cũ tota fiducia Chri
stum prædicantes, in eius nomine multa signa fa-
Act. 5 ciebant, ita ut quendã mortuũ transeunte Petro D
umbra eius tetigerit & resurrexerit: Sed cũ uide-
rent Iudæi tanta signa fieri in eius nomine, quem
partim per inuidiã, partim per errorem crucifixe-
rũt, alij irritati sunt ad persequẽdos pędicatores
eius Apostolos: alij uero idipsum amplius admi-
rãtes, ꝙ in eius nomine quẽ ueluti à se oppressum
& uictũ riserant, tanta miracula fierent, pœniten-
do conuersi crediderũt in eũ milia Iudæorũ. Non
erãt illi tẽporalia beneficia terrenumq; regnũ desi
derãtes à deo, nec promissum regẽ Christũ carna
liter expectãtes, sed immortaliter intelligẽtes, &
diligẽtes eũ q̃ ꝓ ipsis ab ipsis tãta mortaliter per-
tulit, & eis usq; ad sui sanguinis effusionẽ peccata
donauit, & immortalitatẽ à se sperandã & deside-
randã exẽplo suæ resurrectionis ostẽdit. Itaq; iam

ueteris hominis terrena desideria mortificãtes, &
spiritalis uitæ nouitate flagrãtes, sicut præceperat
in Euangelio dñs, uendebãt omnia quæ habebãt, Act. 2. & 4
& precia earũ rerum ante pedes apostolorũ pone
bant, ut ipsi distribuerẽt unicuiq; sicut cuiq; opus
erat: uiuentesq; in Christiana dilectione concor-
diter, nõ dicebant aliquid suũ, sed erant illis om-
nia cõmunia, & anima & cor unũ in deũ. Deinde Act. 4
etiã ipsi à Iudæis carnalibus ciuibus carnis suę per
secutionem passi atq; dispersi sunt, ut latius Chri-
stus eorũ dispersione prædicaret̃, & imitarẽt̃ etiã
ipsi patientiã dñi sui: quia qui ante eos mansuetus
passus fuerat, mãsuefactos pro se pati iubebat. Ex
ipsis sanctorũ persecutoribus fuerat etiã aposto-
lus Paulus, et in Christianos maxime sęuiebat: sed Act. 8
postea credens & apostolus factus, missus est ut
gentibus euangeliũ prædicaret, grauiora perpes-
sus ꝓ nomine Christi ꝙ̃ fecerat cõtra nomẽ Chri-
sti. Ecclesias aũt cõstituens per omnes gẽtes quà
euangeliũ seminabat, impẽse præcipiebat, ut quo
niam ipsi ex idolorũ cultu uenientes, & ad unum
dñm colendũ rudes, non facile poterãt rebus suis
uenditis & distributis seruire deo, oblationes fa-
cerẽt in pauperes sanctorũ qui erãt in ecclesijs Iu-
dææ qui Christo crediderãt: ita illos tanꝗ̃ milites,
illos aũt tanꝗ̃ stipẽdiarios prouinciales apostoli-
ca doctrina cõstituit: inserẽs eis Christũ uelut lapi
dem angularẽ, sicut ꝑ prophetã pręnũciatus erat:
in quo ambo quasi parietes de diuerso uenientes,
de Iudæis uidelicet atq; gẽtibus, germana charita
te copularent̃. Sed postea grauiores et crebriores
persecutiões ex incredulis gentib. aduersus Chri-
sti ecclesiã surrexerunt, & implebat̃ in dies singu
los uerbum dñi prædicentis: Ecce ego mitto uos Matt. 10
uelut oues in medio luporũ. Sed illa uitis quæ Persecutio & hæreses, & iudicij expectatio Cap. XXIIII
ꝑ orbẽ terrarũ, sicut de illa prophetatũ & ab ipso
dño prænunciatũ erat, fructuosos palmites diffun
debat, tanto pullulabat amplius, quanto uberiore
martyrũ sanguine rigabat̃. Quibus per omnes ter
ras innumerabiliter ꝓ fidei ueritate morientibus,
etiã ipsa persequẽtia regna cesserũt, & ad Christũ
cognoscendũ atq; uenerandũ fracta superbiæ cer
uice conuersa sunt. Oportebat aũt ut eadem uitis,
sicut à dño identidem prædictum erat, putaret̃, &
ex ea pręciderent̃ infructuosa sarmẽta, quibus hę
reses & schismata per loca facta sunt, sub Christi
nomine, nõ ipsius gloriã sed suam quærentiũ, per
quorũ aduersitates magis magisq; exerceret̃ ec-
clesia, & probaret̃ atq; illustraret̃ & doctrina eius
& patiẽtia. Omnia ergo hæc, sicut tãto ante prædi
cta legimus, sic & facta cognoscimus: & quemad
modũ primi Christiani, q̃a nondũ ista prouenisse
uidebant̃, miraculis mouebantur ut crederẽt: sic
nos quia omnia ista ita cõpleta sunt, sicut in eis li-
bris legimus, qui longe anteꝗ̃ hęc implerent̃ con
scripti sunt, ubi omnia futura dicebant̃ & pręsen-
tia iam uident̃, ædificamur ad fidẽ, ut etiã illa quæ
restãt sustinẽtes & perseuerãtes in dño, sine dubi-
tatione uentura credamus. Siquidẽ adhuc tribula
tiones futuræ in eisdem scripturis legunt̃, & ipse
ultimus iudicij dies, ubi omnes ciues ambarũ ciui
tatum

tatum receptis corporib.ſurrecturi ſunt, & ratio-
nem uitæ ſuæ ante tribunal Chriſti iudicis reddi- A
Rom.14 turi. Veniet eñ etiã in claritate poteſtatis, q prius
2.Cor.5 in humilitate humanitatis uenire dignatus eſt, &
omnes pios ab impijs ſegregabit: nõ tantũ eis qui
in eũ credere omnino noluerũt, ſed etiã eis qui fru
ſtra et infructuoſe crediderũt in eũ: illis daturus re
gnum ſecũ æternũ, illis aũt pœnã æternã cũ diabo
lo. Sed ſicut nullũ gaudiũ rerũ temporaliũ ex ali-
qua parte ſimile poteſt inueniri gaudio uitæ æter
næ, quã ſancti accepturi ſunt: ita nullus cruciatus
pœnarũ temporalium poteſt ſempiternis iniquo
Exhortatio ad rum cruciatibus comparari. Itaq; frater confir-
conſtantiã in fi ma teipſum in eius nomine atq; adiutorio cui cre
de. Ca. XXV dis, aduerſus linguas eorũ qui fidẽ noſtrã irridẽt,
de quibus diabolus ſeductoria uerba loquit, ma-
xime uolẽs irridere fidẽ reſurrectionis. Sed ex te- B
ipſo crede futurũ te eſſe cum fueris, quando cum
ante nõ fueris, nunc eſſe te uides. Vbi eñ erat iſta
moles corporis tui, & iſta forma mẽbrorumq; cõ
pago ante paucos annos prius q̃ natus, uel etiam
prius q̃ in matris utero conceptus eſſes? Vbi erat
hæc moles & hæc ſtatura corporis tui? Nónne de
occultis huius creaturæ ſecretis, dño deo inuiſibi
liter formãte, proceſſit in lucẽ, certiſq; ętatũ incre
mentis in iſtam magnitudinẽ formamq; ſurrexit?
Nunquid ergo difficilius eſt deo, qui etiã aggeres
nubiũ ex occulto in momẽto cõtrahit, & cõtegit
cœlũ in ictu tẽporis, reddere iſtã quãtitatẽ corpo-
ris tui ſicut erat, qui eam facere potuit cũ nõ erat?
Crede ergo fortiter & incõcuſſe, quia omnia quæ
uident quaſi pereundo humanis oculis ſubtrahi, C
ſalua & integra ſunt omnipotẽtiæ dei: qui ea cum
uoluerit, ſine ulla mora & difficultate reparabit,
ea dũtaxat quæ iuſtitia eius reparãda eſſe iudicat:
ut in his corporibus reddãt homines factorũ ſuo-
rum rationẽ, in quibus ea fecerũt: & in his mereã-
tur aut cõmutationẽ cœleſtis incorruptionis pro
meritis pietatis, aut corruptibilẽ corporis cõditio
nem pro meritis iniquitatis, nõ quæ morte ſolua-
tur, ſed quæ materiam ſempiternis doloribus præ
beat. Fuge ergo per immobilẽ fidẽ ad mores bo-
nos. Fuge frater illa tormẽta, ubi nec tortores defi
ciunt, nec torti moriunt, quib. ſine fine mors eſt,
nõ poſſe in cruciatibus mori: & exardeſce amore
atq; deſiderio ſempiternæ uitæ ſanctorũ, ubi nec
operoſa erit actio, nec requies deſidioſa: laus erit D
dei ſine faſtidio, ſine defectu: nullũ in animo tędi-
um, nullus labor in corpore, nulla indigentia, nec
tua cui ſubueniri deſideres, nec ꝓximi cui ſubue-
nire feſtines. Oẽs deliciæ deus erit, & ſocietas ſan
ctę ciuitatis in illo & de illo ſapiẽter beateq; uiuẽ-
tis. Efficiemur eñ, ſicut ab illo promiſſum ſpera-
mus & expectamus, æquales angelis dei, & cũ eis
pariter illa trinitate perfruemur iam per ſpeciẽ, in
qua nunc per fidẽ ambulamus. Credimus eñ q̃d
nõ uidemus, ut ipſis meritis fidei etiã uidere quod
credimus & inhærere mereamur: ut æqualitatem
patris & filij & ſpiritus ſancti, et ipſius trinitatis u-
nitatẽ, quomodo ſunt hæc tria unus deus, nõ iam
uerbis fidei & ſtrepentibus ſyllabis perſonemus,

ſed contẽplatione puriſſima & ardẽtiſſima in illo
A ſilentio ſorbeamur. Hęc tene fixa in corde tuo, &
inuoca dñm cui credis, ut tueat tę aduerſus tenta-
tiones diaboli: & eſto cautus, ne tibi aliũde hoſtis
ille ſubrepat, qui ad ſolatiũ maleuolentiſſimũ da-
mnationis ſuæ, cũ quib. damnet inquirit. Non eñ
per eos ſolos qui Chriſtianũ nomẽ oderũt, & do-
lent eo nomine occupatũ eſſe orbẽ terrarũ, & ad-
huc ſimulacris & dæmoniorũ curioſitatib. ſeruire
deſiderant, ardet ille tentare Chriſtianos: ſed etiã
per eos quos paulo ante cõmemorauimus, de uni
tate eccleſiæ, uelut putata uite præciſos, qui hære
tici uel ſchiſmatici dicunt, conat etiã id quidẽ in-
terdũ. Sed tñ id etiã aliquando conat & ꝑ Iudæos
tentare atq; ſeducere. Sed maxime cauendum eſt,
B ne per homines q ſunt in ipſa catholica eccleſia,
quos uelut paleã uſq; ad tẽpus uentilationis ſuæ
ſuſtinet, unuſquiſq; tentet & decipiat. Propterea
eñ deus patiẽs eſt in illos, ut et ſuorũ electorũ fidẽ
atq; prudẽtiã per illorũ peruerſitatẽ exercẽdo cõ-
firmet. Et quia de numero eorũ multi proficiũt, &
ad placendũ deo, miſerati animas ſuas, magno im
petu cõuertunt. Non enim oẽs ſibi per patientiã Rom.2
dei theſaurizãt iram in die iræ iuſti iudicij eius, ſed
multos eadẽ omnipotẽtis patiẽtia perducit ad ſa-
luberrimũ pœnitentiæ dolorẽ. Quod donec fiat,
exercet per eos illorũ qui iam rectã uiã tenẽt, non
ſolũ tolerãtia, ſed etiã miſericordia. Multos ergo
uiſurus es ebrioſos, auaros, fraudatores, aleatores,
adulteros, fornicatores, remedia ſacrilega ſibi alli
gantes, præcãtatoribus & mathematicis, uel qua-
C rumlibet impiarũ artiũ diuinatoribus deditos. A-
nimaduerſurus etiã q; illæ turbæ impleãt eccleſias
per dies feſtos Chriſtianorũ, quæ implent & thea
tra per dies ſolẽnes Paganorũ, & hæc uidendo ad
imitandũ tentaberis. Et quid dicã, uidebis q; etiã
nunc iam utiq; noſti: nõ enim neſcis multos q ap-
pellant Chriſtiani hæc omnia mala operari, quæ
breuiter cõmemoraui. Et aliquando fortaſſe gra-
uiora facere homines non ignoras, quos noſti ap
pellari Chriſtianos. Sed ſi hoc animo ueniſti, ut
quaſi ſecurus talia facias, multũ erras: nec tibi pro
derit nomẽ Chriſti cũ cœperit ille ſeueriſſime iu-
dicare, q prius dignatus eſt miſericordiſſime ſub-
uenire. Prædixit eñ iſta & ait in Euangelio, Non Matt.7
omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum
D cœlorũ, ſed is qui facit uoluntatẽ patris mei. Mul-
ti dicent mihi in illa die, Domine dñe, in nomine
tuo manducauimus et bibimus. Omnibus ergo q
in talibus operibus perſeuerãt, damnatio finis eſt.
Cum ergo uideris multos, non ſolum hæc facere,
ſed etiã defendere atq; ſuadere, tene te ad legem
dei, & nõ ſequaris præuaricatores eius. Nõ enim
ſecundũ illorũ ſenſum, ſed ſecundũ illius ueritatẽ
iudicaberis. Coniũgere bonis, quos uides amare
tecũ regẽ tuũ. Multos eñ inuenturus es, ſi & tu ta
lis eſſe cœperis. Nã ſi in ſpectaculis cũ illis eſſe cu
piebas, & eis inhærere qui tecũ uel aurigã, uel ue-
natorẽ, uel aliquẽ hiſtrionẽ ſimul amabãt, quanto
magis te delectare debet eorũ cõiunctio qui tecũ
amant dominũ, de quo nunquã erubeſcet amator

eius, quia nō solū ipse non potest uinci, sed etiam dilectores suos reddet inuictos. Nec tamē etiā in A ipsis bonis qui te uel præcedunt uel comitātur ad dominū, spem tuam collocare debes: quia nec in teipso debes quantūcunq; pfeceris, sed in illo qui eos & te iustificando tales facit. Securus es eñ de deo q̄ non mutatˀ, de homine aūt imprudenter se curus es. Sed si illos qui nondum iusti sunt, amare debemus ut sint, quāto ardētius qui iā sunt, aman di sunt? Sed aliud est diligere hominē, aliud spem ponere in homine: tātumq; interest, ut illud deus iubeat, hoc phibeat. Si aūt aliquas uel insultationes uel tribulationes pro nomine Christi passus nō defeceris à fide, nec à bona uita deuiaueris, ma iorem mercedē accepturus es. Qui aūt in his diabolo cesserint, etiā minorē perdunt. Sed humilis esto deo, ut non te pmittat tentari ultra uires tuas.

Expositio signorum Cap. XXVI

His dictis interrogādus est an hæc credat, atq; obseruare desideret. Quod cū responderit solēni- B ter, utiq; signādus est, & ecclesiæ more tractādus. De sacramēto sanè quod accepit, cū ei bene commendatū fuerit, signacula quidem rerū diuinarū esse uisibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari: nec sic habendā esse illam speciē benedictione sanctificatā, quemadmodū habetˀ in usu quolibet: dicendū etiā quid significet & sermo ille quem audiuit, quid in illo condiatur, cuius illa res similitudinem gerit. Deinde monēdus est ex hac occasione ut si quid etiā in scripturis audiat quod carnaliter sonet, etiā si nō intelligit, credat tamē spiritale aliquid significari, quod ad sanctos mores futuramq; uitā pertineat. Hoc aūt breuiter discet, ut quicqd C audierit ex libris canonicis quod ad dilectionem æternitatis & ueritatis & sanctitatis, & ad dilectionē proximi referre non possit, figurate dictū uel gestum esse credat, atq; ita conetur intelligere, ut ad illam geminā referat dilectionē. Ita sane ut proximum non carnaliter intelligat, sed omnē qui cū eo in illa sancta ciuitate potest esse, siue iam, siue nondum appareat. Et ut de nullius hominis correctione desperet, quē patiētia dei uidet uiuere, nō

Rom. 2 ob aliud, sicut Apostolus ait, nisi ut adducatur ad pœnitentiā. Si longior tibi uidetˀ iste sermo, quo tanq; præsentē rudē hominē instruxi, licet ea tibi dicere breuius, longiorē tamē esse debere nō puto: quanq; multū interest, quid res ipsa cum agitˀ, moneat: & quid auditorū pręsentia nō solū ferre, D sed etiā desiderare se ostendat. Cum aūt celeritate opˀ est, uide q̄ facile explicari tota res possit. Fac rursus adesse aliquē, qui uelit esse Christianus. Ergo & interrogatū illud quod superior respōdisse, quia & si hoc nō respondet, hoc eū respondere debuisse dicendū est. Deniq; hoc modo & cetera cōtexēda, Vere frater, illa magna & uera beatitudo est, quæ in futuro seculo sanctis promittitˀ. Oḿia uero uisibilia transeūt, & omnis huius seculi pompa & deliciæ & curiositas interibūt, & secū ad interitū trahunt amatores suos. A quo interitu, hoc est, pœnis sempiternis deus misericors uolens homines liberare, si sibijpsi nō sint inimici, & nō resistant misericordię creatoris sui, misit unigenitum filium suum: hoc est, uerbū suum æquale sibi, per A quod cōdidit omnia: & manens quidē in diuinitate sua, & nō recedens à patre, nec in aliquo mutatus, assumendo tamē hominē, & in carne mortali hominibus apparendo uenit ad homines: ut quē- *Rom. 5* admodum per unū hominē qui primus factus est, id est Adam, mors intrauit in genus humanū, quia consensit mulieri suę seductæ à diabolo, ut præceptum dei transgrederentˀ: sic per unū hominē qui etiā deus est dei filius, Iesum Christū, deletis omnibus peccatis præteritis, credentes in eū omnes in æternā uitā ingrederentˀ. Omnia eñ quæ nunc *Quod facta in ecclesia uidentur in scripturis, fienda sicut præcedentia credenda sint Cap. XXVII* uides in ecclesia dei, & sub Christi nomine per totum orbem terrarū geri, ante secula iam prædicta sunt, & sicut ea legimus, ita & uidemus, & inde ędificamur in fidem. Factū est aliquādo diluuium per totam terrā, ut peccatores delerentˀ, & tamen illi qui euaserunt in arca, sacramentū futuræ eccle B siæ demonstrabant, quæ nunc in fluctibus seculi natat, & per lignū crucis Christi à submersione liberatur. Prædictū est Abrahæ fideli seruo dei uni *Gen. 15* homini, q̄ de illo esset populus nasciturus, qui coleret unū deum inter cæteras gētes quæ idola colebant. Et omnia quæ illi populo uentura prædicta sunt, sic euenerūt ut prædicta sunt. Prophetatus est in illo populo etiā Christus rex omniū sanctorū & deus, uenturus ex semine ipsius Abrahā secundū carnē quam assumpsit, ut omnes etiā filij essent Abrahæ, qui fidē eius imitarentˀ, & sic est factū. Natus est Christus de Maria uirgine, quæ ex illius genere fuit. Prædictum est per prophetas q̄ C in cruce passurus esset ab eodē populo Iudæorū, de cuius genere secundū carnē ueniebat, & sic est factū. Prædictum est q̄ resurrecturus esset, resurrexit: & secundū ipsa prædicta propheta rū ascendit in cœlū, & discipulis suis spiritū sanctū misit. Prædictum est nō solū à prophetis, sed etiā ab ipso domino Iesu Christo, q̄ ecclesia eius per uniuersum orbē terrarū esset futura, per sanctorum martyria passionesq; disseminata: & tūc prædictū quando adhuc nomē eius & latebat gentes, & ubi notum erat irridebatur: & tamē in uirtutibus miraculorū eius, siue quæ per se ipse, siue quæ per seruos suos fecit, dum annunciantˀ hæc & creduntˀ, iam uidemus qd prædictū est esse completū, regesq; ipsos terræ, qui antea persequebantur Christianos iam D Christi nomini subiugatos. Prædictū est etiam q̄ schismata & hæreses ex eius ecclesia essent exituræ, & sub eius nomine per loca ubi possent, suam nō Christi gloriā quæsituræ, & ista cōpleta sunt. Nunqd ergo illa quæ restāt nō sunt uētura? Manifestū est quia sicut ista prædicta uenerūt, sic etiā illa uētura sunt: quęcūq; tribulatiōes iustorū adhuc restāt: & iudicij dies qui separabit omnes impios à iustis in resurrectione mortuorū, & nō solū eos qui sunt extra ecclesiā, sed etiā ipsius ecclesiæ paleas, quas oporter usq; ad nouissimā uentilationē patiētissime sufferat, ad ignem debitū segregabit. Qui autem irrident resurrectionē, putantes q̄ caro ista quia putrescit, resurgere non potest, ad pœnas in ea resurrecturi sunt: & ostendet eis deus, quia

quia qui potuit hæc corpora facere antequam essent, potest ea in momento restituere sicut erãt. Omnes aũt fideles regnaturi cũ Christo, ita resurgẽt in eodem corpore, ut etiã cõmutari mereãtur ad incorruptionẽ angelicã: ut fiãt æquales angelis dei, sicut dominus ipse promisit, & laudẽt eũ sine aliquo defectu, & sine aliquo fastidio, semper uiuẽtes in illo & de illo, cũ tali gaudio & beatitudine, qualis nec dici nec cogitari ab homine potest. Tu itaque credẽs ista, caue tẽtationes, quia diabolus quærit qui secum pereãt: ut non solũ per eos qui extra Ecclesiã sunt, siue pagani, siue Iudæi, siue hæretici, nõ te hostis ille seducat: sed etiã quos in ipsa ecclesia catholica uideris male uiuẽtes, aut immoderatos uoluptatibus uẽtris & gutturis, aut impudicos, aut uanis curiositatib. uel illicitis deditos, siue spectaculorũ, siue remediorũ sacrilegorũ, aut diuinationũ diabolicarũ, siue in põpa & typho auaritiæ atque superbiæ, siue in aliqua uita quã lex dãnat & punit, nõ eos imiteris: sed potius coniũgaris bonis quos inuẽturus es facile, si & tu talis fueris: ut simul coletis & diligatis dominũ gratis, quia totũ præmiũ nostrũ ipse erit, ut in illa æterna uita, bonitate eius & pulchritudine perfruamur. Sed amãdus est, non sicut aliquid quod uidetur oculis, sed sicut amatur sapientia & ueritas, & sanctitas, & iustitia, & charitas, & si quid aliud tale dicitur, nõ quemadmodum sunt ista in hominibus, sed queãdmodũ sunt in ipso fonte incorruptibilis & incõmutabilis sapiẽtiæ. Quoscunque ergo uideris hęc amare, illis coniungere, ut per Christũ qui homo factus est, ut esset mediator dei & hominũ, reconcilieris deo. Homines aũt peruersos, etiam si intrẽt parietes ecclesiæ, nõ eos arbitreris intraturos in regnũ cœlorum, quia suo tẽpore separabuntur, si se in melius nõ cõmutauerint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, oẽs ama, quoniam nescis quid cras futurus sit qui hodie malus est. Nec eorum ames iniustitiam sed ipsos ideo ama ut apprehẽdant iustitiam, quia nõ solũ dilectio dei nobis pręcepta est, sed etiã dilectio proximi, in quibus duob. pręceptis tota lex pẽdet et prophetę. Quã nõ implet nisi qui dñm acceperit spiritũsanctũ, patri & filio utique ęqualẽ: quia ipsa trinitas deus est, in quo deo spes oẽs ponẽda est. In homine nõ est ponẽda, qualiscunque ille fuerit. Aliud est enim ille à quo iustificamur, aliud illi cum quib. iustificamur. Non aũt solũ per cupiditates diabolus tẽtat, sed etiã per terrores insultationũ et dolorũ & ipsius mortis. Quicquid aũt homo passus fuerit pro nomine Christi, & pro spe uitæ æternę & permanens tolerauit, maior ei merces dabitur: quia si cesserit diabolo, cũ illo dãnabitur: sed opera misericordiæ cũ pia humilitate impetrant à domino, ut non permittat seruos suos tẽtari plusquam possint sustinere.

CENSVRA

Et sermonis duricies, & quædã admixta, quod genus illud de filio uoluntate progenito, declarant opus non esse Augustini, sed studiosi cuiuspiam stylum exercentis, qui tamen affectarit uideri Augustinus, bis citans commentarios in Genesim, Quin ipse titulus olet fucum, Non tamen indignum lectu. Nec meum iudicium cuiquam obstare uolo, quo minus fruatur suo.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
LIBER DE INCARNATIONE VERBI QVI ALIQVIBVS INTITVLATVR, DE DEITATE ET incarnatione uerbi, ad Ianuarium.

Tres personæ Caput I

SPECIES eorum quæ per prædicationem Apostolicã manifeste tradũtur, istæ sunt. Primo quod unus est deus, qui omnia creauit atque composuit, quique cum nihil essent, esse fecit uniuersa. Deus à prima creatura & conditione mundi omnium iustorũ: deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim Patriarcharum Moysi & prophetarum, Et quod hic deus in nouissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit dominum Iesum Christum, primo quidem uocaturum Israel, secundo uero etiã gentes post perfidiã populi Israel. Hic deus iustus & bonus pater domini nostri Iesu Christi, legem & prophetas & Euangelia ipse dedit, qui & Apostolorũ deus est & ueteris ac noui testamenti. Tum deinde Iesus Christus ipse qui uenit ante omnẽ creaturam natus ex patre est: qui cũ in omni conditione patri ministrasset, per ipsum nanque omnia facta sunt, nouissimis tẽporibus seipsum exinaniens homo factus est, incarnatus est cum deus esset, & homo factus, mansit quod erat deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quod natũ ex uirgine & spiritusancto est. Et quoniã hic Iesus Christus natus & passus est in ueritate, non per phantasiã, cõmunem hanc mortẽ uere mortuus est. Vere enim & à mortuis resurrexit, & post resurrectionẽ cõuersatus cum discipulis suis assumptus est. Tum demum natura honore ac dignitate patri ac filio sociatũ tradidit spiritũsanctũ. Sanè quod iste spũssanctus unũquenque sanctorũ uel prophetarum uel Apostolorũ inspirauerit, & nõ alius spiritus in ueteribus, alius uero in his qui in aduentu Christi inspirati sunt fuerit, manifeste in Ecclesia prędicatur. Post hæc iam quod anima substantiã uitamque habens propriã, cũ ex hoc discesserit mundo pro suis meritis dispensabitur, siue uitæ æternæ ac beatitudinis hęreditate potitura, si hoc ei sua gesta præstiterint: siue æterno supplicio mancipãda, si in hoc mũdo eandẽ scelerũ culpa detorserit. Sed & erit tẽpus resurrectionis mortuorũ, cũ corpus hoc quod nũc in corruptiõe seminatur, surget in incorruptiõe, & quod seminatur in ignominia, surget in

Animæ liberum arbitrium & origo. II

in gloria. Est & illud definitũ in ecclesiastica prędicatione, omnẽ animã esse rationalẽ, liberi arbitrij & uolũtatis: esse quoq; ei certamẽ aduersus diabolũ et angelos eius cõtrariasq; uirtutes: ex eo quod peccatis eam illi onerare cõtendãt, nos uero si recte consulteq; uiuamus, ab huiuscemodi labe nos exuere conemur. Vnde & cõsequẽs est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, ut omnino etiã si nolimus, uel bona uel mala agere cogamur. Si enim nostri arbitrij sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ uirtutes ad peccatũ, alię iuuare ad salutẽ, non tamẽ necessitate cogimur, uel recte agere uel male: q̃d fieri arbitrantur hi qui stellarũ cursum & motus, causam dicũt humanorũ esse gestorũ, non solũ eorũ quæ extra arbitrij accidũt libertatẽ, sed eorũ quæ in nostra posita sunt potestate. De anima uero utrũ ex seminis traduce ducatur, ita ut ratio ipsius, uel substantia inserta ipsis corporalibus seminib. habeat̃: an uero aliud habeat initiũ: & hoc ipsum initiũ si est genitũ, aut nõ genitũ: uel certe si extrinsecus corpori indit̃, necne, non satis manifesta prædicatione distinguit̃.

De diaboli statu ambigit. III

De diabolo quoq; & angelis eius contrarijs uirtutib. Ecclesiastica prædicatio docuit, quoniã sint quidem hæc: quæ autẽ sint, aut quomodo sint, non satis clare disposuit. Apud plurimos tamẽ ista habetur opinio, q angelus fuerit iste diabolus, & apostata effectus, quãplurimos angelorũ secũ declinare persuaserit, qui & nũc usq; angeli ipsius nuncupantur.

Mũdi principium & finis Cap. IIII

Est & preterea illud in Ecclesiastica prędicatiõe, q mundus iste factus sit, & à certo tẽpore cœperit, & sit pro ipsa sui corruptiõe soluẽdus. Quid tamẽ ante hũc mũdum fuerit, aut quid postmodũ erit, nõ iam pro manifesto multis innotuit: Nõ enim euidẽs de his ecclesiastica prædicatione sermo profert̃.

Scripturæ sensus arcanus. V

Tum demũ q per spiritũ dei scripturæ cõscriptę sint, & sensum habeat, non eũ solum qui in manifesto est, sed & aliũ quendã latentem quãplurimos. Formæ eñ sunt hæ quæ describunt sacramentorũ quorundã & diuinarũ rerum imagines: de quo totius Ecclesiæ una sentẽtia est, esse quidẽ omnẽ legem spiritalem, Non tamen ea quæ spirat lex esse hominibus nota, nisi ijs solum quibus gratia spũsancti in uerbo sapiẽtiæ ac scientiæ cõdonat̃.

Boni angeli Cap. VI

Est etiã illud in Ecclesiastica prædicatione, esse angelos dei quosdã & uirtutes bonas, quæ ei ministrant ad salutem hominũ cõsummandam: sed quando isti creati sint, uel quales aut quomodo sint, nõ satis in manifesto distinguitur.

Quę indagenda ueritas VII

Oportet igit̃ uelut elementis ac fundamentis huiusmodi uti secundũ mandatũ, quod dicit̃, Illuminate uobis lumen scientiæ: omnis qui cupit seriem quandã, & corpus ex horũ omniũ ratiõe perficere, ut manifestis & necessarijs assertiõib. de singulis quibusq; quid sit in uero rimet̃, & unũ, ut diximus, corpus efficiat, exemplis & affirmationibus, uel ijs quas in sacris inuenerit, uel quas consequẽter ipsius indagine ac recti tenore repererit.

Filius absque initio natus Cap. VIII

Nos semp deum patrẽ nouimus unigeniti filij sui, ex ipso quidẽ nati, & quod est ab ipso trahentis, sine ullo tamẽ initio: non solũ eo quod aliquib. temporũ spatijs distingui potest, sed ne illo quidẽ, quod sola apud semetipsam mens intueri solet, & nudo, ut ita dixerim, intellectu atq; animo conspicari. Extra oẽe ergo quod uel dici uel intelligi potest initiũ, generatã esse sapientiã credendũ est. In hac ipsa sapiẽtiæ subsistentia, qua omnis uirtus ac deformatio futuræ inerat creaturæ, uel eorũ quæ principaliter existũt, uel eorũ quæ accidunt cõsequenter uirtute præsciẽtiæ præformata atq; disposita. Pro ijs ipsis quæ in ipsa sapiẽtia uelut descripta ac præfigurata fuerãt creaturis, seipsam per Salomonẽ dicit creatã esse sapientia initiũ uiarũ dei, cõtinens scilicet in semetipsa uniuersæ creaturæ, uel initia, uel rationes, uel species. *Prouerb. 8* Qualiter autem modo intelleximus sapientiã initiũ uiarũ dei esse, & quõ creata dicit̃, species scilicet in se & ratiões totius prẽformãs & cõtinens creaturę, hoc modo etiã uerbũ dei eam esse intelligendũ est: per hoc q ipsa cæteris omnibus, id est uniuersę creaturæ, mysteriorũ & arcanorũ ratione, quæ utiq; intra dei sapientiã continet̃, aperiat: & per hoc uerbũ dicitur quia sic arcanorũ mẽtis interpres est. Ioãnes in initio Euãgelij sui ꝓpria definitiõe deũ definiẽs, esse uerbũ dicit, Et deus erat uerbũ, & hoc erat in initio apud deũ. *Ioan. 1* Qui autẽ dat initiũ uerbo dei uel sapiẽtiæ dei, intuere ne magis in ipsum ingenitũ patrem impietatẽ suã iactet, cũ eũ neget semper patrẽ fuisse, & genuisse uerbũ, & habuisse sapientiã in omnib. anteriorib. uel tẽporibus uel seculis, uel si quid illud est quod nominari potest.

Rationes exemplares in uerbo. Cap. IX

Hic ergo filius, etiam omniũ quæ sunt, ueritas est, & uita, & uia. Et recte: Nam quõ uiuerẽt quæ facta sunt, nisi ex uita? Vel quõ ueritate constarent ea quæ sunt, nisi ex ueritate descẽderẽt? Vel quõ ratioales esse possent substãtiæ, nisi uerbũ uel ratio præcederet? Vel quõ essent sapiẽtes, nisi esset sapientia? Via factum est uerbum dei & sapiẽtia, quæ uia idcirco dicitur, q ad patrẽ ducit eos qui incedũt per eã. Quæcũq; diximus de sapiẽtia dei, hæc etiã cõuenienter aptabunt̃ & intelligentur pro eo q̃d filius dei uita est, & pro eo q̃d uerbũ est, & pro eo quod ueritas est, & pro eo q̃d uia est, et pro eo quod resurrectio est: quia hæ omnes appellatiões ex operib. eius ac uirtutib. nominatę sunt: & in nulla harum uel leui opiniõe intelligi corporale aliq̃d potest, uel quod magnitudinẽ designare uideat̃, uel habitũ, uel colore.

Incogitabilis uerbi natiuitas. Cap. X

Verũ quoniã ij qui apud nos filij hominũ uident̃ uel cæterorũ animaliũ, semini eorum à quibus seminati sunt, respõdent, uel earũ in quarũ utero formantur ac nutriunt̃, habẽtes ex his quicq̃d illud est quod in lucẽ hanc assumũt ac deferũt processuri: nephandũ est & illicitũ, deum patrẽ in generatiõe unigeniti filij sui, atq; in substãtia eius exæquare alicui uel hominũ uel aliorũ animantium generãti. Sed necesse est exceptum aliquid esse & deo dignũ, cuius nulla ꝓrsus cõparatio, non in rebus solũ, sed ne in cogitatiõe quidẽ uel sensu inueniri potest, ut humana cogitatio possit apprehẽdere, quõ ingenitus deus, pater efficit̃ unigeniti filij. Est nãq; ita æterna ac sempiterna generatio, sicut splẽdor generat̃ à luce: Nõ eñ per adoptionẽ spiritus

ritus

ritus, filius sit extrinsecus, sed natura filius est. Vi-
deamus tamen quō hæc quæ dicimus etiā diuinæ A
Col.1 scripturę autoritate muniamus. Ait apostolus Pau
lus, unigenitū filiū imaginē esse inuisibilis dei, &
Heb.1 primogenitū esse totius creaturæ. Ad Hebręos ue
ro scribēs de eo dicit, quia sit splendor gloriæ & fi
gura expressa substātiæ eius, Inuenimus etiā nihi-
lominus in sapiētia quæ dicit̃ Salomōis descriptio
nem quandā de dei sapiētia, hoc modo scriptā, Va
Sap.7 por est em̄, inqt, uirtutis dei. Et ait, ἀπόῤῥοια id est,
emanatio gloriæ omnipotētis purissima. Ideo er-
go nihil cōmaculatū in eam incidere potest: Splē
dor est enim lucis æternæ & speculū immaculatū
operationis dei, & imago bonitatis eius. Sapiētiā
uero dei dicimus sicut superius diximus, subsisten
tiā habentē nō alibi nisi in eo qui est initiū omniū,
Verbū imago ex quo nata est. Quæ sapiētia, quia ipse est qui est B
patris XI solus natura filius, idcirco & unigenitus dicit̃. Vi
deamus sanè qd intelligi debeat etiā de hoc, q̄ ima
go inuisibilis dei dicit̃, ut & per hoc aduertamus
quō deus rectè pater dicit̃ filij sui. Et cōsideremus
ꝓximo ex ijs quæ cōsuetudine hominū imagines
appellari solēt. Imago interdū dicit̃ ea quę in mate
ria aliqua, id est ligni uel lapidis depingi uel sculpi
solet. Interdū imago dicitur eius qui genuit is qui
natus est, cū in illo similitudinē liniamēta eius qui
genuit in eo qui natus est mētiunt̃. Puto ergo pos
se quidē priori exēplo aptari eū qui ad imaginē &
similitudinē dei primus factus est hominū, de quo
diligētius, deo fauēte, cū locū ipsum in Genesi ex
ponere cœpimus, uidebimus. Secūdę uero cōpa-
ratiōi imago filij dei, de quo nūc sermo est, cōpara
ri potest, etiā secundū hoc q̄ inuisibilis dei inuisi-
bilis imago est. Sicut secūdū historiā dicimus ima C
ginē Adę esse filiū eius Seth. Ita em̄ scriptū est, Et
Gen.5 genuit Adā Seth secūdū imaginē suā & secūdū spe
ciē suā. Quæ imago etiā naturæ ac substātię patris
ac filij cōtinet unitatē. Si em̄ om̄ia quæ fecit pater
hęc & filius similiter facit, in eo quod ita fecit om-
nia filius sicut pater, imago patris deformat̃ in fi-
lio, qui utiq; natus ex eo est uelut quædā uoluntas
ex mēte procedēs. Et ideo ego arbitror, q̄ sufficere
debeat uolūtas patris ad subsistēdū hoc quod uult
pater. Volens em̄ nō alia uia utit̃, nisi quę consilio
uolūtatis profert̃. Ita ergo et filij ab eo subsistētia
generat̃, qd necesse est in primis suscipi ab his qui
nihil ingenitū, id est, innatū præter solū deū fatent̃ D
patrē. Obseruandum nanq; est, ne quis incurrat in
illas absurdas fabulas eorū qui prolationes quasdā
sibi ipsis depingunt, ut diuinā naturā in partes uo-
cent, & deū patrē quantū in se est diuidant: cū hoc
de incorporea natura uel leuiter suspicari nō solū
extremæ impietatis sit, uerumetiā ultimæ insipien
tiæ, nec omnino uel intelligentiā cōsequēs, ut in-
corporeæ naturæ substātialis diuisio possit intelli-
gi. Magis ergo sicut uolūtas ꝓcedit è mēte, et neq;
partē aliquā mētis secat, neq; ab ea separat̃ aut di-
uidit̃, tali quidē specie putādus est pater filium ge
nuisse, imaginē scilicet suā: ut sicut ipse inuisibilis
est per naturā, ita imaginē quoq; inuisibilē genue
rit. Verbū em̄ est filius, & nihil in eo sensibile intel
ligendū est. Sapiētia est, & in sapiētia nihil corpo-
reū suspicandū est. Lumē est uerū, quod illuminat
omnē hominē uenientē in hunc mundū, sed nihil
habet commune ad solis huius lumē. Imago ergo
est inuisibilis dei patris saluator noster: quantū ad
ipsum patrē quidē ueritas, quantum autem ad nos
quibus reuelat patrē, imago est per quē cognosci-
mus patrem, quem nemo alius nouit nisi filius, &
cui uoluerit filius reuelare. Reuelat autē per hoc
quod ipse intelligitur. A quo em̄ ipse fuerit intelle
ctus, cōsequenter intelligit̃ & pater, secūdum hoc Ioan.14
quod ipse dixit, Qui uidet me uidet & patrē. Sed Christus figu
quoniā sermonē Pauli inseruimus de Christo dicē ra substantiæ
tis, in eo quod ait, Quia splēdor est gloriæ dei & fi paternæ XII
gura expressa substātiæ eius, quid de hoc sentiēdū
sit, uideamus. Deus lux est secundū Ioannē. Splen
dor ergo lucis est unigenitus filius, ex ipso insepa-
rabiliter, uelut splēdor ex luce ꝓcedens, & illumi
nās uniuersam creaturā. Secundū hoc nanq; supe-
rius exposuimus, quō uia sit & ducat ad patrē: &
quō uerbū sit, arcana sapiētię & sciētię mysteria in
terpretās ac ꝓferens ratiōabili creaturæ: quō etiā
ueritas uel uita est, uel resurrectio est. Cōsequēter
intelligere debemus etiā splēdoris opus, Per splē-
dorē nanq; quid sit lux ipsa cognoscit̃ et sentit̃. Qui
splēdor fragilib. & infirmis mortaliū oculis placi-
dius ac lenius offerēs, et paulatim uelut edocēs et
assuescēs claritatē luminis pati, cū ab eis dimoue-
rit om̄e quod uisum obducit & impedit, secūdum
q̄ dixit dn̄s, Eijce trabē de oculo tuo, capaces eos Matth.7
efficit ad suscipiendā gloriā lucis, etiā in hoc uelut
quidam mediator hominū ac lucis effectus. Verū
quoniā nō solum splēdor glorię esse dicit̃ ab Apo
C stolo, sed & figura expressa substātię uel subsisten
tiæ eius, non mihi uidet̃ ociosi esse intellectus: ad-
uerte quō alia præter ipsam dei substantiā uel sub-
sistentiā, quæcūq; illa substātia uel subsistētia dici-
tur, figura substātiæ eius esse dicat̃. Et uide ne for-
te quoniā filius dei, qui & uerbū eius & sapiētia di
cit̃, qui & solus nouit patrē, et reuelat quibus uult,
id est, qui capaces uerbi ipsius & sapiētiæ fiūt, secū
dū hoc ipsum quod intelligi ac agnosci deū facit, fi
guramq; substātiæ uel subsistentiæ eius dicat̃ expri-
mere: id est, cū in semetipsa primū describit sapien
tia quæ reuelare uult cæteris, ex quibus ab illis co
gnoscit̃ & intelligit̃ deus: & hæc dicat̃ figura ex-
D pressa substātiæ dei. Vt aūt plenius adhuc intelli-
gat̃ quō saluator figura est substātiæ uel subsisten
tiæ dei, utamur etiā exemplo, quod quāuis rem nō
plene nec ꝓpriè significet de qua agimus, tamē ad
hoc solū uideat̃ assumptū, quod exinaniens se fi-
lius qui erat in forma dei, per ipsam sui exinanitio
nem studuit nobis diuinitatis plenitudinē demon
strare. Verbi gratia, Si facta esset aliqua statua ta-
lis quæ magnitudine sui uniuersum orbē terræ te
neret, & pro sui immēsitate cōsiderari à nullo pos-
set: fieret aūt alia statua membrorū habitu ac uul-
tus liniamentis, specie ac materia per omnia simi-
lis absq; magnitudinis immensitate, pro eo ut qui
illā immensam cōsiderare atq; intueri nō possent,
hāc uidētes illā se uidisse cōsiderent, pro eo quod
omnia

omnia mēbrorū uel uultus liniamenta, uel ipsam
A speciem materiæq; similitudine prorsus indiscreta
seruaret, Tali quadam similitudine exinaniens se
filius de æqualitate patris, & uiam nobis cognitio
nis eius ostendens, figura expressa substantię eius
efficitᷣ: ut qui in magnitudine claritatis suæ positā
gloriam meræ lucis non poteramus aspicere, per
hoc quod splendor nobis efficitᷣ, intuendę diuinę
lucis uiam, per splendoris capiamus effectū. Com
paratio de statuis quasi sanè in rebus corporalib.
posita, ad nihil aliud recipiatur q̃ ad hoc, quod fi-
lius dei breuissime insertus humani corporis for-
mæ, ex operū uirtutisq; similitudine, dei patris in
se immensam atq; inuisibilē magnitudinē designa
bat, p hoc quod dicebat ad discipulos suos, Quia
B qui uidet me, uidet & patrem. Et, Ego & pater u-
num sumus. Quibus & illud simile intelligendum
Ioan.10 & 14 est quod ait, Quia pater in me, & ego in patre.

Filius uapor uirtutis diuinæ. Videamus nūc etiam illud qualiter sentiēdum
est quod in sapientia Salomonis scriptū legimus,
qui ita ait de sapientia, Quia uapor est quidā uirtu
Ca. XIII ris dei, & ἀπόῤῥοια, id est emanatio omnipotentis
Sap.7 gloriæ purissima, & splēdor lucis æternę, & specu
lum immaculatū inoperatiōis siue uirtutis dei, &
imago bonitatis eius. Quinq; igitᷣ hæc de deo defi
niēs, ex singulis quibusq; certa quędā inesse sapiē
tiæ dei signat. Virtutem nāq; dei nominat, & glo-
riā & lucē æternā, & inoperationē, & bonitatem.
Ait aūt sapiētiam uaporē esse, nō gloriæ omnipo-
tētis neq; ęternę lucis, neq; inopationis patris, nec
C bonitatis eius. Neq; eñ conueniēs erat alicui ho-
rū ascribi uaporē: sed cū omni proprietate ait, uir-
tutis dei uaporē esse sapientiā. Intelligenda est er-
go uirtus dei, qua uiget, qua omnia uisibilia & in
uisibilia, uel instituit, uel continet, uel gubernat:
quia ad omnia sufficiēs est quorum prouidētiam
gerit, quia uelut unita oĩb. adest. Huius ergo to-
tius uirtutis tantæ & tā immēsæ uapor, & ut ita di
xerim, uigor ipse in ꝓpria subsistētia effectus, quā
uis ex ipsa uirtute uelut uolūtas ex mēte procedat
tamen & ipsa uolūtas dei nihilominus dei uirtus
efficitᷣ. Efficitᷣ ergo uirtus altera in sua proprieta-
te subsistēs, ut ait sermo scripturæ, Vapor quidem
primæ et ingenitę uirtutis dei: hoc quidē quod est
inde trahēs, nō est autē quādo fuerit. Si enim quis
dicere uoluerit quasi prius nō extiterit, sed postea
D ad subsistentiā uenerit: dicat causam quare, qui eā
subsistere fecerit, pater autē hoc nō fecerit. Quod
si aliquod initium semel dederit, quo initio uapor
iste uirtute dei processerit, iterū interrogabimus,
quare nō & ante illud quod dixit initiū? Et ita sem
per de anterioribus inquirētes & uerbo interroga
tionis ascēdentes, perueniemus in illū intellectū:
ut quoniā & poterat deus semper & uolebat, nun
quā uel decuerit, uel causa aliqua existere potue-
rit, ut nō hoc quod bonū uolebat semp habuerit:
Ex quo ostenditᷣ semp fuisse uaporē istū uirtutis
dei, nullū habentē initiū, nisi ipsum deū. Nō enim
decebat aliud esse initiū, nisi ipsum deum unde est
& nascitᷣ. Secūdum Apostolū uero dicentē, quia
1 Cor.16 Christus dei uirtus est: iam nō solū uapor uirtutis
dei sed uirtus ex uirtute dicenda est: ne uideatᷣ ali-
A cui anterior esse in deo omnipotentis appellatio,
natiuitate sapiētiæ per quā pater uocatᷣ, quoniam
dicta est aporrhœa omnipotētis gloriæ purissima
esse sapientia, qui est filius dei. Audiat qui hæc ita
uult suspicari, quod manifeste pronūciat scriptura
diuina, dicēs, Quia omnia in sapiētia fecisti. Et E- Psal.103
uangeliū docet, quia omnia per ipsum facta sunt, Ioan.1
et sine ipso factū est nihil. Et intelliget ex hoc, quia
nō pōt antiquior esse in deo appellatio omnipo-
tentis q̃ patris: Per filiū etenim omnipotēs est pa-
ter. Sed quoniā gloriā dixit esse omnipotentis, cu
ius gloria aporrhœa dicitᷣ, id est sapiētia, hoc intel-
ligi datᷣ, ꝙ etiā in omnipotētia gloriæ societatē ha
beat sapiētia, per quā deus omnipotens dicitᷣ. Per
B sapientiā quæ est Christus, tenet deus omniū po-
tentatū, non solū dominātis autoritatē, uerumetiā
subiectorū spontaneū famulatū. Vt autē unā ean-
demq; oĩpotentiā patris ac filij esse cognoscas,
sicut unus atq; idem est cū patre deus, & dñs, audi
hoc modo Ioannē in Apocalypsi dicentē, Hæc di Apoc.1
cit dominus deus, qui est, qui erat, & qui uenturus
est omnipotēs. Qui enim uenturus est, quis est a-
lius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cū
deus sit pater, ꝙ etiā saluator deus est: & cū omni-
potēs dicitᷣ pater, nullus debet offendi ꝙ etiam fi-
lius dei omnipotēs dicitᷣ. Hoc nāq; modo uerum
erit illud quod ipse dicit ad patrē, Quia oĩa mea Ioan.17
tua sunt, & tua mea, & glorificatus sum in eis. Si
ergo omnia quæ patris sunt Christi sunt, inter om
C nia uero quæ est pater, est etiam omnipotens, sine
dubio etiam unigenitus dei filius esse debet omni
potēs, ut oĩa quæ habet pater, etiā filius habeat.
Et glorificatus sum, inquit, in eis, In nomine Iesu Philip.2
omne genu flectetur, cœlestiū, terrestriū, & infer-
norū, & omnis lingua cōfitebitᷣ, quia dominus Ie
sus in gloria est dei patris. Igitur aporrhœa glorię
dei, secundū hoc quod omnipotēs est, pura ac lim
pida ipsa sapientia dei est glorificata tanquā apor
rhœa omnipotētiæ uel gloriæ. Vt aūt manifestius
intelligatᷣ quæ sit gloria omnipotētiæ, etiā hæc ad
dimus. Deus pater omnipotēs est, eo quod poten
tatū omniū teneat, id est cœli & terrę, maris & om
niū quæ in eis sunt. Horū aūt potentatū gerit per
uerbū suum, quia in nomine Iesu omne genu fle-
ctitur, cœlestiū, terrestriū, & infernorum. Et si om
D ne genu flectitᷣ Iesu, sine dubio Iesus est omnipo-
tens cui subiecta sunt omnia: Et ipse est qui poten
tatū agit in oĩbus, & per quē subiecta patri sunt
omnia. Per sapientiā nāq;, id est uerbo & ratione,
nō ui & necessitate subiecta sunt. Et ideo in eoip-
so ꝙ obtinet omnia gloria sua est: & hæc est omni
potentiæ purissima ac limpidissima gloria, cū ra-
tione ac sapientia, nō ui ac necessitate cūcta subie
cta sunt. Purissima uero ac limpidissima gloriæ Gloria & splēdor quid. Ca. XIIII
sapientia satis cōuenienter dictū est, ad distinctio
nē eius gloriæ quæ nō pura nec syncera gloria di-
citᷣ. Omnis eñ natura quæ cōuertibilis & cōmu-
tabilis est, si glorificetᷣ in operibus iustitiæ uel sa-
piētiæ p hoc ipsum ꝙ accidentē habet iustitiā uel
sapiētiā, & quod accidit etiā discedere potest, glo
ria

ria eius syncera ac limpida dici nō poteſt. Sapien-
tia uero dei, qui eſt unigenitus filius, quoniā in o-
mnib. incōuertibilis eſt & incōmutabilis, & ſub-
ſtantiale in eo omne bonū eſt, quod utiq; mutari
ac cōuerti nūquā poteſt, idcirco pura eius ac ſyn-
Sempiternum quod dicatur cera gloria eius prædicat̃. Sempiternū uel æternū
ꝓprie dicit̃ quod neq; initium ut eſſet habuit, nec
ceſſare unquam poteſt eſſe quod eſt. Hoc aūt deſi
1 Ioan. 1 gnat̃ apud Ioānē, cū dicit, Quia deus lux eſt. Splē
dor aūt lucis eius, ſapiētia ſua, non ſolum ſecundū
id quod ſempiterna lux eſt, ita ut æternus & æter-
nitatis ſplēdor ſit ſapiētia ſua. Quod ſi integre in-
telligat̃, manifeſte declarat quia ſubſtantia filij ab
ipſo patre deſcendit, ſed nō temporaliter, neq; ab
ullo alio initio, niſi ut diximus ab ipſo deo. Sed &
ſpeculū immaculatū paternæ inoperationis, dei no
Inoperatio dei quid ſit minat̃ ſapientia eſſe. Ergo inoperatio uirtutis dei
quæ ſit prius intelligenda eſt, quæ eſt uigor quidā,
ut ita dixerim, ꝑ quē inoperat̃ pater, uel cū creat,
uel cū ꝓuidet, uel cū iudicat, uel cū ſingula quæq;
in tēpore ſuo diſponit atq; diſpenſat. Sicut eñ in
ſpeculo omnib. motibus atq; oñibus actibus, qui
bus is qui ſpeculū intuet̃ mouetur uel agit, ijſdem
ipſis etiā ea imago quæ per ſpeculū deformat̃ acti
bus uel motibus cōmouet̃, uel agit, in nullo pror-
ſus declinās: ita etiam ſapientia de ſe uult intelligi,
cum ſpeculū immaculatū paternæ uirtutis, inope
ratiōisq; dei nominat̃, ſicut & dominus Ieſus Chri
ſtus, qui ſapiētia dei eſt, de ſemetipſo pronūciat di
Ioan. 5 cens, Quia opera quæ facit pater, hæc etiā & filius
facit ſimiliter. Et iterū dicit, Quoniā non poteſt fi-
lius à ſemetipſo facere quicquā, niſi quod uiderit
patrē facientē. Quoniā ergo in nullo ꝓrſus filius
à patre uirtute operū immutat̃ ac differt, nec aliud
eſt opus filij ꝗ patris, ſed unus atq; idem, ut ita di-
cam, etiā motus in omnibus eſt, idcirco eū ſpecu-
lū immaculatū nominauit: ut per hoc nulla diſſi-
militudo filij intelligatur à patre, cum in Euange-
lio filius ſimilia facere nō dicatur, ſed eadem ſimi-
Filius imago bonitatis diuinæ. Cap. XV liter facere. Supereſt, quid ſit imago bonitatis
eius inquirere, in quo eadem, ut opinor, intelligi
cōuenit, quę ſuperius de imagine ea quæ per ſpe-
culum format̃ expreſſimus. Principalis nāq; bo-
nitas ſine dubio pater eſt, ex qua filius natus, qui
per omnia imago eſt patris, proculdubio etiā bo-
nitatis eius cōuenięter imago dicit̃. Nō enim alia
aliqua ſecūda bonitas exiſtit in filio, pręter eā quæ
eſt in patre. Vnde & recte ipſe ſaluator in Euange
Marc. 10 lio dicit, Quia nemo bonus, niſi unus deus. Quo
ſcilicet per hoc intelligat̃ filius nō eſſe alterius bo
nitatis, ſed illius ſolius quæ in patre eſt: cuius recte
imago appellatur, quia neq; aliūde eſt, niſi ex ipſa
principali bonitate, nec altera bonitas ꝗ ea quæ
in patre eſt, uidet̃ in filio, Neq; aliqua diſſimilitu-
do aut diſtātia in filio eſt bonitatis, ꝓpterquod nō
debet uelut blaſphemiæ aliquod genus putari in
eo quod dictū eſt, Quia nemo bonus niſi unus de-
us: ut ꝓpterea putet̃, uel Chriſtus uel ſpirituſſan-
ctus negari ꝙ bonus ſit: Sed ut ſuperius diximus,
principalis bonitas in deo patre ſentienda eſt, ex
quo uel filius natus, uel ſpirituſſanctus procedēs,
ſine dubio bonitatis naturam in ſe fert, quæ in eo
A fonte de quo uel natus eſt filius, uel ꝓcedēs eſt ſpi
rituſſanctus. Iam uero ſi qua alia bona in ſcripturis
dicunt̃, uel angelus, uel homo, uel ſeruus, uel the-
ſaurus, uel cor hominū, uel arbor bona: hæc oñia
abuſiue dicunt̃, accidentē, non ſubſtātialem in ſe
cōtinentia bonitatē. Multū autē eſt, & alterius *Spirituſſancti dignitas. Cap. XVI*
uel operis uel tēporis, cōgregare oñes filij dei ap
pellationes. Verbi cauſa, quō uel lumen uerū, uel
hoſtia, uel iuſtitia, uel ſanctificatio, uel redemptio,
& alia innumerata, quib. ex cauſis, uel uirtutibus,
uel affectibus unūquodq; horū nominet̃, expone
re. Sed cōtenti his de quibus ſuperius diſſeruimus
cōſequēter etiā reliqua perquiramus. Cōſequens
eſt igit̃ nunc de ſpirituſancto, ꝗ poſſumus, breui-
ter requiramus. Et omnes quidē, qui quoquomo-
B do prouidentiā eſſe ſentiūt, deū eſſe ingenitū qui
uniuerſa creauit atq; diſponit, cōfitent̃, eūq; paren
tem uniuerſitatis agnoſcūt: hūc tamē eſſe filiū nō
nos ſoli pronūciamus: quāuis ſatis hoc & mirū &
incredulū uideat̃ his qui apud Gręcos uel Barba-
ros philoſophari uident̃: tamen ipſorū etiā à non-
nullis habita uidetur eius opinio, cū uerbo dei uel
ratione creata eſſe omnia cōfitent̃: Nos uero ſecū
dum fidem doctrinæ eius quā diuinitus inſpiratā
pro certo habemus, eminētiorē diuiniorēq; ratio-
nem de filio dei nullius alterius poſſibilitatis eſſe
credamus exponere, atq; in hominū cognitionē
ꝓferre, niſi eius ſcripturæ ſolius quæ à ſpiritu ſan-
cto inſpirata eſt, id eſt Apoſtolicę atq; Euāgelicę,
necnō legis & prophetarū, ſicut ipſe Chriſtus aſ-
C ſeruit. De ſubſtātia uero ſpirituſſancti nec ſuſpicio
nem ullā habere quis potuit, præter eos qui in le-
ge & prophetis uerſati ſunt, uel eos qui ſe in Chri-
ſto credere ꝓfitent̃. Nam de deo quidē patre quā-
uis digne ꝓloqui nemo ualeat, tamē poſſibile in-
tellectū aliquē capi ex occaſiōe uiſibiliū creatura-
rum, & ex his quę humana mēs naturaliter ſentit,
inſuꝑ de ſcripturis ſanctis cōfirmari poſſibile eſt.
Sed & de filio dei quāuis nemo nouerit filium niſi
pater, tamē ex diuinis ſcripturis etiā de ipſo quali
ter ſentiri debeat mens humana firmat̃, nō ſolū in
nouo, ſed etiā in ueteri teſtamēto, per ea quę à ſan
ctis geſta figuraliter ad Chriſtū referunt̃, ex quib.
aduerti uel diuina natura eius, uel humana quę ab
eo eſt aſſumpta pōt. De ſpiritu uero ſancto, quia
D ſit, multę nos ſcripturę docuerunt: ſicut Dauid in
quinquageſimo Pſalmo dicit, Et ſpiritūſanctū tuū
ne auferas à me. Et in Daniele dicit, Spūſſanctus
qui in te eſt: In nouo uero teſtamēto abūdantibus
teſtimonijs edocemur, cū ſpūſſanctus ſuper eū de
ſcendiſſe ſcribit̃, & cū ipſe dominus inſufflauit in
Apoſtolos poſt reſurrectionē, dicēs, Accipite ſpi *Ioan. 20*
ritūſanctū. Et ad Mariā dicit̃ ab angelo, Spiritus *Luc. 1*
ſanctus ſuperueniet in te. Paulus uero docet, quia
nemo poteſt dicere dominus Ieſus niſi in ſpiritu- *1 Cor. 12*
ſancto. Et in actibus Apoſtolorū per impoſitionē *Act. 8*
manuū Apoſtolicarū ſpirituſſanctus dabat̃ in ba-
ptiſmo. Ex quibus omnib. didicimus tantę autori
tatis eſſe & dignitatis ſpirituſſancti ſubſtantiā, ut
ſalutare baptiſma non aliter niſi excellentiſſimæ
omnium

omniū trinitatis autoritate, id est patris & filij & spiritussancti cognominatiōe compleat, & ingenito deo patri, & unigenito eius filio nomē quoq; spiritussancti copuletur. Quis ergo non stupescat quāta maiestas sit spiritussancti, cū qui dixerit uerbum in filiū hominis audeat sperare posse ueniā, eum uero qui in spiritūsanctū blasphemauerit, ueniam nō habere, neq; in præsenti seculo neq; in futuro.

Spiritus uocabulum in scripturis. Cap. XVII

Verūtamen usq; ad præsens, nullū sermonem inuenire in scripturis sanctis potuimus p quē spiritussanctus factura esse uel creatura diceretur, ne in eo quidē modo quo de sapiētia referre Salomonem supra docuimus, uel quæ de uita uel uerbo alijsq; appellatiōib. filij dei intelligēda esse tractauimus.

Gene. 1

Spiritus igit dei qui sup aquas ferebat, sicut scriptū est in principio facturæ mūdi, puto q non sit alius q spiritussanctus, secundū quod ego intelligere possum: sicut & cū ipsa loca exponeremus ostēdimus, nō tamen secundū historiam, sed secundū intelligentiā spiritalem. Quidam sane ex præcessoribus nostris in nouo testamēto obseruauerunt, sicubi spiritus nominatur siue adiectione ea quæ designet qualis sit spiritus, de spiritusancto debere intelligi: ut puta, Fructus autē spiritus est, charitas, gaudiū, pax &c. Item ibi, Cū cœperitis spiritu, carne cōsummamini.

Gal. 5

Nos uero etiam in ueteri testamento putamus distinctionē istā posse seruari: sicut cum dicit, Qui dat spiritum populo qui est super terram, & spiritum his qui calcant eam.

Gal. 3

Sine dubio enim omnis qui calcat terram, id est terrena & temporalia, particeps est spiritussancti, à deo eum accipiens. Sicut enim de filio dicitur, quia nemo nouit eū nisi pater: & patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: hæc eadem docet etiā Apostolus de spiritusancto, cū ait, Nobis aūt reuelauit deus per spiritū suū: Spiritus em̄ omnia scrutat, etiam alta dei.

Matth. 11 — 1. Cor. 2

Sed & rursus in Euangelio de diuinis ac profundioribus doctrinis cōmemorans saluator, quæ nondū capere poterant discipuli sui, ita ait ad Apostolos, Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nō potestis illa portare modo, cū autē uenerit consolator spiritussanctus qui à patre procedit, ille uos docebit omnia, & cōmonebit omnia quæ dixi uobis.

Ioan. 16

De spiritussancti influxibus & uarijs operationibus Cap. XVIII

Et ita sciendum est, quod sicut filius dei qui solus cognoscit patrē, reuelat cui uult, ita & spiritussanctus qui solus scrutatur etiā alta dei, reuelat deum quibus uult: Spiritus enim, ubi uult spirat. Neq; enim putandum est, quod etiā spiritus filio reuelante cognoscit: Si em̄ filio reuelante cognoscit patrē spiritussanctus, ergo ex ignorātia ad scientiā uenit, quod utiq; & impium pariter & stultum est, spiritūsanctum confiteri, & ignorantiā ei ascribere.

Ioan. 3

Non enim cum aliquid aliud esset antequā spiritussanctus, per profectum uenit in hoc ut spiritussanctus esset: ut quis audeat dicere, quia tunc quidem cū nōdum esset spiritussanctus, ignorabat patrē, postquā uero recepit scientiam, etiam spiritussanctus effectus est. Quod si esset, nunquā utiq; in unitate trinitatis, id est dei patris incōuertibilis, & filij eius, etiam spiritussanctus haberet, nisi quia & ipse semper erat spiritussanctus. Hoc sanè quod dicimus, uel semper, uel erat, uel si quod aliud tale tēporalis significationis nomē asciscimus, simpliciter & cū uenia accipiēdum est, quoniā nominū quidem horū significationes temporales sunt. Ecce autem de quibus loquimur, tractatu quidem sermonis temporaliter nominant, natura autē sui omnē intelligentiam sensus tēporalis excedunt. Deus pater præstat omnib. ut sint, participatio uero Christi secundum id quod uerbū uel ratio est, facit ea esse rationabilia. Ex quo consequēs est, ea uel laude digna esse, uel culpa, quia & uirtutis & malitiæ sunt capacia. Propter hoc consequenter adest etiā gratia spiritussancti, ut ea quæ substantialiter sancta non sunt, participatione ipsius sancta efficiant. Cū uero primo ut sint habeāt ex deo patre: secūdo ut rationabilia sint habeant ex uerbo: tertio, ut sancta sint, habeant ex spiritusancto: rursum Christi secūdum hoc quod iustitia dei est, capacia efficiunt ea quæ sanctificata ante iam fuerint p spiritūsanctū. Et qui in hūc gradū profecere per sanctificationē spiritussancti, cōsequunt nihilominus donū sapiētiæ secundū uirtutem inoperatiōis spiritus dei. Et hoc puto Paulū dicere, cum ait, Quibusdā dari sermonē sapientiæ, alijs sermonē scientiæ secundum eundem spiritū.

ἐνεργείας — 1. Cor. 12

Et designās unāquamq; discretionem donorū, refert omnia ad uniuersitatis fontē, & dicit, Diuisiones em̄ operationū sunt, sed unus est deus qui operat omnia in om̄ibus. Vnde & in operatiōe patris, quę esse pręstat omnibus, clarior ac magnificētior inuenit: cum unusquisq; per participationē Christi secundū id quod sapiētia est, et secundū id quod sciētia est, & sanctificatio est, proficit, & in altiores profectuū gradus uenit: & per hoc q participatione spiritussancti sanctificatus quis purior ac syncerior effectus dignius recipit sapientiā ac scientiæ gratiā: ut depulsis omnib. expurgatisq; pollutionis atq; ignorātiæ maculis, tantum profectū synceritatis ac puritatis accipiat, ut hoc quod accepit à deo ut esset, tale sit quale deo dignū est, qui ut esset utiq; pure pręstitit ac tā perfecte, ut tam dignū sit id quod est quàm est ille qui id esse fecit. Ita nanq; & uirtutē semper esse, atq; in æternū omnis motus suus deus sit. Non enim iam ultrà mali boniq; discretio, quia nusquā malū. Omnia enim deus est, cui iam nō adiacet malū. Nec ultra ex arbore sciēdi bonū & malū edere cōcupiscet, qui semper in bono est, & cui om̄ia deus est. Sic ergo finis ad principiū reparatus, & rerum exitus collatus initijs, restituet illū statum quē tūc habuit natura rationalis, cū de ligno sciendi bonū & malum edere non egebat. Et amoto omni malitię sensu & ad syncerū purūq; deterso, solus deus qui est unus bonus, hic ei fiet omnia, & non in paucis aliquibus uel pluribus, sed ut in omnib. ipse sit omnia. Et cum iam nusquā mors, nusquam aculeus mortis, nusquā omnino malū, tunc uere deus omnia in omnibus erit.

Quomodo filius patri subyciēdus.

Tēpus est iam decursis his prout potuimus quę supradicta sunt, nunc cōmemoratiōis gratia eorū quæ sparsim diximus recapitulare singula: Et primo omniū de patre & filio

&

& spiritusancto repetere. Deus pater cũ & indiuisibilis sit, & inseparabilis à filio, nõ prolatione ab A eo, ut quidã putant, generatus est filius. Si enim ꝓlatio est filius patris, prolatio uero dicit quæ talem signat generationẽ, qualis animaliũ & hominũ solet esse progenies, necessario corpus est, & is qui protulit, & is qui prolatus est. Non enim dicimus, sicut hæretici putãt, partẽ aliquã substãtiæ dei in filiũ uersam, aut ex nullis subsistentib. filiũ creatũ à patre: id est, extra substantiã suam ut fuerit aliquãdo, quando nõ fuerit: sed abscisso omni sensu corporeo, ex inuisibili & incorporeo deo, uerbũ & sapientiã genitã dicimus, absq; ulla corporali passione, uelut si uolũtas procedat è mẽte. Nec absurdũ uidebitur cũ dicat filius charitatis, si etiã hoc modo uolũtatis putetur. Sed & Ioannes indicat, quia
1 Ioan.1 deus lux est: & Paulus designat, quia filius splen- B
Hebr.1 dor lucis æternæ sit. Sicut ergo nunq; lux sine splẽdore esse potuit, ita nec filius quidẽ sine patre intelligi potest, qui & figura expressa substãtiæ eius, & uerbũ, & sapiẽtia dicitur. Quomõ ergo potest dici, quia fuit aliquãdo, quando nõ erat uel fuerat filius? Nihil enim aliud est dicere, nisi quia fuit aliquãdo, quãdo ueritas nõ erat, quãdo sapiẽtia non erat, quãdo uita nõ erat, cũ in his omnib. perfecte dei patris substãtia sentiatur: Nõ enim ab eo dirimi hæc, uel ab eius possunt unq; substantia separari. Quæ quidẽ quãuis intellectu multa esse dicantur, re tamẽ & substantia unũ sunt, in quib. est plenitudo diuinitatis. Hoc aũt ipsum quod dicimus, quia nũquam fuit quando nõ fuit, cum uenia accipiendũ est, ne & hæc ipsa nomina tẽporalis uoca- C buli significantiã gerant, ut est quãdo, uel nunq;: supra omne aũt tẽpus, & supra omnia secula, & supra omnẽ æternitatẽ intelligẽda sunt ea quę de patre & filio & spiritusancto dicunt. Hæc enim sola trinitas est, quæ omnẽ sensum intelligẽtię, nõ solũ tẽporalis, uerũetiam æternalis excedit. Cętera uero quæ sunt extra trinitatẽ, in seculis & in tẽporibus metiẽda sunt. Hũc igitur filiũ dei secundũ hoc ꝙ uerbũ est deus, qui erat in principio apud deũ, nemo cõsequenter putet in loco aliquo cõtineri, neq; secundũ ꝙ sapientia est, neq; secundũ ꝙ uita est, neq; secundũ ꝙ iustitia uel sanctificatio uel redemptio est: hæc enim omnia nõ indigent loco ut agere quid uel operari possint, sed pro his qui uir- D tutis eius in operatione participãt hæc singula intelligẽda sunt. Si uero quis dicat, per eos ꝗ participes sunt uerbi dei, uel sapientiæ eius, uel ueritatis, uel uitæ, etiã ipsum uerbũ & sapientiã uideri in loco esse: Respondendũ est ei, quia dubiũ non est, ꝙ Christus secundũ ꝙ uerbũ & sapiẽtia est, uel cæte
2 Cor.13 ra omnia erat in Paulo. Propter quod dicebat, An experimentũ quęritis eius qui in me loquit Chri-
Gal.2 stus? Et iterũ: Viuo aũt iam non ego, uiuit uero in me Christus. Tũc ergo cum esset in Paulo, quis ꝗ similiter erat in Petro, & in Ioanne, & in singulis quibusq; sanctorũ, & non solũ in his qui in terris sunt, uerũetiam & in his qui in cœlis sunt, dubitabit? Absurdũ nãq; est dicere, quia in Petro quidẽ & in Paulo erat Christus, in Michaele uero archãgelo & in Gabriele nõ erat. Ex quo manifeste deprehenditur, quia diuinitas filij nõ in loco aliquo cõcludebatur: alioquin in ipso tantũ fuisset, & in altero nõ fuisset. Sed secundũ incorporeæ naturæ maiestatẽ, cũ in nullo loco includatur, in nullo rursum deesse intelligit. Verũ illa sola intelligẽda est differentia, ꝙ etiã si sit in diuersis, sicut diximus in Petro uel in Paulo, uel Michaele uel Gabriele, nõ tamẽ in uniuersis similiter est. Plenius enim & clarius ut ita dixerim, & apertius in archãgelis est, ꝗ in alijs sanctis uiris: Quod ex eo manifestũ est, qa cũ ad summã perfectionem uenerint san i quiq;, dicunt angelis similes effici uel æquales, secundũ Euangelicam sententiã. Vnde constat, in singulis quibusq; tantũ effici Christũ, quantũ ratio indulserit meritorũ. His igitur nobis de trinitatis fide breuiter repetitis, cõsequens est etiã illud pariter admonere, ꝙ per filiũ creata dicuntur omnia, quæ in cœlis sunt, & quę in terra uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue potestares, siue principatus, omĩa in ipso & per ipsum creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia illi cõstant qui est caput. Quibus cõsona etiam Ioannes in Euange-
lio dicit: Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine Ioan.1
ipso factum est nihil. Dauid uero totius trinitatis mysteriũ in uniuersorũ cõditione significans, ait, Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius o- Psal.32
mnis uirtus eorũ. Post hęc uero cõpetenter admonebimus de aduẽtu corporali & incarnatiõe unigeniti filij dei: In quo nõ ita sentiẽdũ est ꝙ omnis deitatis eius maiestas, intra breuissimi corporis claustra cõclusa sit, ita ut omne uerbũ dei & sapientia eius, ac substãtialis ueritas & uita, uel à patre diuulsa sit, uel intra corporis illius breuitatẽ coercita & circũscripta, nec usq; præterea puteẽ operata. Sed inter utrũq; tanta pietatis debet esse confessio, ut neq; aliquid deitatis in Christo defuisse credat, & nulla penitus à paterna substantia, quæ ubiq; est, facta puteẽ diuisio. Tale nãq; aliquid etiã Baptista Ioannes indicat, cũ corporaliter absente
Iesu, dicebat ad turbas: Medius uestrũ stat quem Ioan.1
uos nescitis, qui post me uenit, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calciamentorũ: Quod utiq; tota mente percipiet à deo is qui talis est, qualẽ eũ uoluit esse qui fecit. Quod ut accidat, & ut indesinenter atq; inseparabiliter assistãt ei qui est, ea quæ ab ipso facta sunt sapientiæ, opus est astruere atq; erudire ea, & ad perfectionẽ adducere spiritussancti cõfirmatione atq; indesinenti sanctificatione, per quã solũ capere possunt. Ita ergo indesinenti erga nos opera patris & filij & spiritussancti cõfirmatione atq; indesinẽti sanctificatione, per quã solũ uix, si forte aliquãdo, intueri possumus sanctam & beatã uitã. In quã cũ post multos agones peruenire potuerimus, ita perdurare debemus, ut nulla unq; nos boni illius satietas capiat, sed quãto magis de illa beatitudine percipiemus, tanto magis in nobis uel dilatetur desideriũ eius, uel augeatur, dum semper ardentius ac capacius patrem & filium & spiritumsanctum, uel capiamus, uel teneamus. Si aũt satietas aliquãdo cœperit aliquẽ ex his, qui in summo

Hic locus est transpositus: debent autem seꝗ qui hæc uerba dici non poterat de eo &c. require ea columna 942

summo perfectoq; cōstiterint gradu, nō arbitror, q ad subitū quis euacuetur atq; decidat, sed paulatim et per partes defluere eū necesse est: ita ut fieri possit interdū, ut si breuis lapsus aliquis acciderit, & cito resipiscat, atq; in se reuertat, nō penitus ruere, sed reuocare pedē, & redire ad statū suū, ac rursum statuere posset id quod per negligētiā fuerat elapsum. Nā unigenitus filius dei qui erat uerbum & sapientia patris, cū esset in gloria apud patrem, quā habuit anteq; mundus esset, exinaniuit semetipsum, & formā serui accipiēs efficitur obediēs usq; ad mortē: ut obedientiā doceret eos qui nō aliter, nisi per obedientiā, salutē consequi poterant, in semetipso prius cōplens, quod ab alijs uolebat impleri. Idcirco nō solū usq; ad mortē crucis patri obediēs factus est, uerūetiam in consummationē seculi, in semetipso complectens omnes quos subijcit patri, & qui per eū ueniūt ad salutē, cum & ipsi & in ipsis ipse quoq; subiectus dicitur deo patri: dū omnia in ipso cōstant, & ipse est caput omniū, & ipse est salutē consequentiū plenitudo. Hoc ergo est quod de eo dicit Apostolus: Cū
1 Cor. 15 aūt ei omnia subiecta fuerint, tūc et ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Verū nescio quo pacto hæretici nō intelligētes Apostoli sensum qui in his uerbis cōtinetur, subiectionis in filio nomē infamāt: cuius appellationis proprietas si requiratur, ex contrarijs facile poterit inueniri: Nam si subiectū esse, nō est bonū, restat ut illud quod cōtrarium est, bonū sit, id est, nō esse subiectū. Sermo nāq; Apostoli secundū q isti uolunt, hoc uidetur ostēdere, dum dicit: Cum aūt subiecta fuerint ei omnia, tūc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia: ut quasi is qui nūc patri subiectus nō sit, subiectus futurus sit, tūc cū ei pater prius uniuersa subiecerit. Sed miror quomodo hoc intelligi possit, ut qui nondū subiectis sibi omnib. non est ipse subiectus, tunc cū subiecta sibi fuerint omnia, cum rex omniū fuerit, & potestatē tenuerit uniuersorū, tūc eū subijciendū putēt, cū subiectus ante nō fuerit: nō intelligentes q subiectio Christi ad patrē beatitudinē nostræ perfectionis ostēdit, & suscepti ab eo operis palmā declarat: cum non solum regendi atq; regnādi summā, quam in uniuersa emēdauerat creatura, uerūetiam obediēntiæ & subiectionis correcta reparataq; humani generis patri offerat instituta. Si ergo bona & salutaris accipit ista subiectio, qua subiectus esse dicitur filius patri: ualde cōsequens & cohærēs est, ut & inimicorū, quæ dicitur filio dei esse subiectio, salutaris quædā intelligatur esse & utilis: ut sicut cum dicitur filius patri subiectus, perfecta uniuersæ creaturæ restauratio declarat: ita cū filio dei inimici dicūtur esse subiecti, subiectorū salus in eo intelligatur, et reparatio perditorū. Verū certis quibusq; & modis & disciplinis & tēporibus subiectio ista cōplebitur, id est nō necessitate aliqua ad subiectionē cogēte: nec per uim subditus fiet omnis mundus deo, sed uerbo, ratione, doctrina, prouocatione meliorū, institutis optimis, cōminationib. quoq; dignis & cōpetentibus, quę iuste immineāt his qui salutis & utilitatis suæ curā sanitatemq; cōtemnūt. Deniq; etiā nos homines, uel cum seruos uel filios erudimus, dum adhuc per ætatē rationis incapaces sunt, minis eos & metu coercemus. Cum uero boni & utilis & honesti intelligentiā ceperint, tūc iam cessante uerberum metu, uerbo atq; ratione suasi, ad omnia quæ bona sunt, acquiescūt. Quomodo aūt seruata omnibus rationabilib. creaturis arbitrij libertate, unusquisq; debeat dispensari: id est, quos uelut iā paratos & capaces sermo dei & inueniat, & instruat: quos autem interim differat: à quibus uero penitus occultetur, & longe eorum à se fieri dispenser auditum, quousq; rursum contemnētes indicatum sibi & prædicatū uerbū dei correptionibus quibusdā & castigationib. illatis perurgeat ad salutem, cōuersionemq; eorū quodāmodo exigat & extorqueat: quibus uero etiam occasiones quasdā præstet salutis, ita ut interdū etiā ex respōsione sola fide prolata indubitatā quis ceperit salutem: quibus hæc ex causis, uel quib. occasionib. fiant, quid uel introspiciens diuina sapientia, uel quos motus propositi eorū uidens hæc uniuersa dispensat, soli deo cognitū est & unigenito eius, per quē creata ac reparata sunt uniuersa: & spiritu sancto, per quē cuncta sanctificant, qui ab ipso patre & filio procedit, cui est gloria in æterna secula.

LIBER SECVNDVS

in quo tractat eadem fusius.

VBIQVE in omnib. dicimus esse deū, pro eo q nihil potest esse uacuū deo, nō tamē ita esse dicimus, ut omnia sit nūc in quib. est. Vnde diligentius intuendū est, quale est hoc quod perfectionē beatitudinis, rerumq; finē significat, quod non solū in omnib. deus esse dicit, sed etiā omnia esse dicit deus. Quæ sunt ergo ista omnia quæ deus futurus sit in omnib. inquitamus. Et ego quidē arbitror, quia hoc quod in omnib. omnia deus esse dicit, significet etiā in singulis eum omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, ut quicquid rationabilis mens expurgata omniū uitiorū fece, atq; omni penitus extersa nube malitiæ, uel sentire, uel intelligere, uel cogitare potest, omnia deus sit: nec ultra iam aliud aliquid nisi deum sentiat, deū cogitet, deū uideat, deū teneat: quia erunt ambo in carne una, & iam nō sunt duo, sed una caro. Magis uerbū dei cum anima in carne una esse, q uir cū uxore putandus est: Sed & unus spiritus esse cū deo, cui magis cōuenit, q huic animæ, quę se ita deo per dilectionē iūxit, ut cū ipso deo unus spiritus merito dicat, Propheta dicente, Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Psal. 44 Dilectionis ergo merito ungit oleo lætitię, id est, anima cum uerbo dei Christus efficit. Vngi nāq; oleo lætitię, non aliud intelligitur q spiritu sancto repleri. Quòd aūt præ participibus dixit, indicat, quia non gratia spiritus, sicut Prophetis data est, sed ipsius uerbi dei in ea substantialis inerat plenitudo, sicut & Apostolus dixit, In quo inhabitat Col. 2 omnis

omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Deniq;
propter hoc, nõ solum dixit: Dilexisti iustitiã: sed
addidit, & odisti iniquitatẽ. Odisse enim iniquita-
1 Pet. 2 tem, illud est quod scriptura dicit de eo, Qui pec-
catũ non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Et
Heb. 4 φ ait, Tentatus est per omnia ꝑ similitudine absq;
Ioan. 12 peccato. Et iterũ ipse dicit de se, Ecce uenit prin-
ceps mundi huius, & in me nõ habet quicq;. Quæ
oĩa nullũ in eo peccati sensum indicãt extitisse.
Quod ut Propheta euidentius designaret, quia
Esa. 8 nunq; in eũ iniquitatis sensus intrasset, ait, Priusq;
sciret puer uocare patrẽ aut matrem auertit se ab
iniquitate. Arbitror sanè Hieremiam prophetam
intelligentem quæ sit in eo natura dei sapientiæ,
etiã hæc quã pro salute mundi susceperat dixisse,
Thren. 4 Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui dixi-
mus, φ in umbra eius uiuemus in gentib. Pro eo
enim φ sicut umbra corporis inseparabilis est à
corpore & indeclinabiliter motus ac gestus cor-
poris suscipit & gerit, puto eum animæ Christi o-
pus, ac motũ qui inseparabiliter inhærebat & pro
nutu eius ac uolũtate cũcta perpetrabat, ostẽdere
uolentẽ, umbram dñi hanc uocasse, in qua umbra
nos uiueremus in gentib. In huius nãq; assumptio
nis sacramẽto gentes uiuũt, quæ imitãtes eam per
Psal. 89 fidẽ ueniũt ad salutẽ. Sed & Dauid dicẽs, Memor
esto opprobrij mei domine quod exprobrauerũt
me in cõmutationẽ Christi tui: similia mihi uideť
ostẽdere. Et Paulus quid aliud sentit, cũ dicit, Vi-
Colos. 3 ta nostra abscõdita est cũ Christo in deo? Et quid
2 Cor. 13 enim in alio loco dicit, An experimentũ quæritis
eius qui in me loquitur Christus? Et nũc Christum
in deo dicit abscõditum: Cuius rei intellectus est
difficilis, nisi talis aliquis indicetur qualẽ per um-
bram Christi à Propheta significatũ esse supra di-
ximus. Fortasse eñ hoc sensum humanæ mẽtis ex
cedit. Quinimo q̃d uerius est, massam sicut in for-
nacib. sæpe fieri oculis deprehendimus, totã ignẽ
effectã dicimus: quia nec aliud in ea nisi ignis cer-
nitur: Sed & si quis cõtingere atq; cõtrectare attẽ
tauerit, non ferri, sed ignis uim sentiet. Hoc ergo
modo etiã illa anima quæ quasi ferrũ in igne, sem-
per in uerbo, semper in sapiẽtia, semper in deo po
sita est: omne quod agit, quod sentit, quod intelli-
git, deus est. Et ideo nec uertibilis, nec mutabilis
dici potest, quæ inconuertibilitatem ex uerbi dei
unitate indesinenter ignita possidebit. Ad omnes
deniq; sanctos calor aliquis uerbi dei putãdus est
peruenisse. In hac autẽ anima ignis ipse diuinitus
substãtialiter requieuisse credẽdus est, ex quo ad
cæteros calor aliquis uenerit. Deniq; quod dixit,
Psal. 44 Quia unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ prę par
ticip. tuis: ostẽdit φ ista anima aliter oleo lætitiæ:
id est, uerbo dei & sapientia ungitur, & aliter par-
ticipes eius, id est sancti Prophetę & Apostoli. Illi
enim in odore unguentorũ eius cucurrisse dicun
tur, ista uero anima uasculũ unguẽti ipsius fuit, ex
cuius fragrantia participes digni quiq; Prophetæ
& Apostoli fiebant. Sicut ergo alius est unguenti
odor, & alia unguẽti substantia, ita aliud est Chri-
stus, & aliud participes sui. Et sicut uas ipsum q̃d
substãtiã cõtinet unguẽti, nullũ genus põt aliud re
A cipere liquoris: ita anima Christi uelut uas in quo
inerat substãtia unguẽti, impossibile fuit ut cõtra-
riũ reciperet odorẽ. Participes uero eius q̃ ꝓximi
fuerint uasculo, tã odoris erũt participes & capa-
ces. Et q̃ ex odore eius participãt, si se paulo lõgi-
us à fragrantia eius amouerint, impossibile est ut
nõ incidãt in odorẽ cõtrariũ. Hoc modo huius rei
explanabiť difficultas, naturã quidẽ animæ illius
hãc fuisse, quæ est omniũ animarũ, nõ põt dubita-
ri: alioquin nec dici anima potuit, si uere nõ fuit a-
nima: uerũ qm̃ boni maliq; eligẽdi facultas oĩb.
præsto est, hæc anima quæ Christi est, ita elegit di-
ligere iustitiã, ut ꝓ immẽsitate dilectionis ei incõ-
uertibiliter atq; inseparabiliter inhęreret: ita ut ꝓ-
B positi firmitas, affectus immẽsitas, et dilectiõis in-
extinguibilis calor omnẽ sensum cõuersionis ab-
scinderet: ut q̃d in arbitrio erat positũ, lõgi usus af
fectu iã uersum sit in naturã. Ita & fuisse quidẽ in
Christo humana & rationabilis anima credenda
est, & nullũ sensum uel possibilitatẽ eã putãdũ est
habuisse peccati. Ad pleniorẽ tñ rei explanationẽ
nõ uideť absurdũ, si etiam similitudine aliqua uta-
mur: Licet in re tã ardua tamq; difficili, ne exẽplis
quidẽ uti cõmodis copia est, tamẽ ut absq; aliquo
præiudicio dicamus: Ferri metallũ capax est, & fri
goris & caloris. Si ergo massa aliqua ferri semꝑ in
igne sit posita, omnib. suis poris, omnibusq; uenis
ignẽ recipiẽs, & tota ignis effecta, si neq; ab ea ig-
nis cesset aliqñ, neq; ipsa ab igne separeť, nũquid
C dicemus hanc quæ natura quidẽ ferri massa est, in
igne positã, & indesinẽter ardentẽ posse aliqñ fri-
gus recipere? Sed & quãplurima alia in scripturis
diuinis de umbræ significãtia uidemus inserta: ut
illud in Euãgelio secũdũ Lucã, cũ dicit Gabriel ad Luc. 1
Mariã, Spiritus dñi ueniet super te, & uirtus altis-
simi obũbrabit tibi. Et Apostolus de lege dicit, q̃a Heb. 8
similitudini & umbræ deseruiũt cœlestiũ, hi q̃ car
nalẽ habẽt circũcisionẽ. Et alibi diciť: Nonne uita Iob 8
nostra umbra est suꝑ terrã? Si ergo & lex quæ suꝑ
terrã est, umbra est: & uita omnis nostra quæ suꝑ
terrã umbra est: & in umbra Christi uiuemus inter
gẽtes: uidẽdũ est ne omniũ harũ ueritas umbrarũ
in illa reuelatiõe noscať, cũ iam nõ per speculũ, &
in ænigmate, sed facie ad faciẽ, sancti quiq;, & glo
riam dei, & rerũ causas ac ueritatẽ speculari mere
D buntur † dici non poterat, de eo qui absens erat, fol. praceden. col. 938. Quod utiq; dici non
quantũ ad pręsentiã corporalẽ pertinet, quia me-
dius staret eorũ inter quos corporaliter non ade-
rat. Vnde ostenditur, quia & in corpore totus, &
ubiq; totus aderat filius dei. Ne quis tamẽ nos exi
stimet per hoc illud affirmare, φ pars aliqua deita
tis filij dei fuerit in Christo, reliqua pars alibi uel
ubiq;: q̃d illi sentire possunt, qui naturã substantię
incorporeæ atq; inuisibilis ignorant: Impossibile
nãq; est de incorporeo, diuisionẽ aliquã fieri. Sed
in omnib. et per omnia, super omnia est, eo modo
quo superius diximus: id est, quo sapiẽtia, uel uer-
bũ, uel uita, uel ueritas intelligať, per quẽ intelle-
ctum omnis sine dubio cõclusio localis excludiť.
Volẽs igiť filius dei deus pro salute humani gene

ris apparere hominibus, & inter homines conuer
sari, suscepit nō solum corpus humanū, ut quidam
putant, sed & animā quidē nostrarū animarū simi
lem per naturā: proposito uero & uirtute similem
sibi, & talē per qualē omnes uolūtates & dispen-
sationes uerbi & sapientię indeclinabiliter posset
implere. Quòd aūt habuerit animam, manifestis-
sime in Euāgelio designat ipse saluator, dicēs: Ne-
Ioan.10 mo tollet à me animā meam, sed ego pono eā. Et
Matth.26 iterum: Potestatē habeo ponendi animam meam,
& potestatē habeo iterū sumendi eam. Et rursum:
Ioan.12 Tristis est anima mea usq; ad mortē. Et iterū: Nūc
anima mea turbata est. Neq; enim tristis & turba-
ta anima, uerbū dei intelligēdū est, quod ex auto-
ritate diuinitatis dicit: Potestatē habeo ponendi
animā meā. Nec tamē ita dicimus fuisse filiū dei in
illa anima, sicut fuit in anima Pauli uel Petri, cæte-
rorumq; sanctorū, in quib. Christus similiter ut in
Paulo loqui credit. Sed de illis omnib. illud sennē
Iob 25 dum quod scriptura dicit: Quia nemo mūdus est à
sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. Hęc uero a-
nima quæ in Christo fuit priusq; sciret malū, elegit
bonū: & quia dilexit iustitiā, & odio habuit iniqui
tatē, ꝓpterea unxit eā deus oleo lætitiæ præ parti-
cipib. suis. Oleo ergo lætitiæ ungit, cū uerbo dei
immaculata fœderatione eō iuncta est: & per hoc
sola omniū animarū peccati incapax fuit, quia fi-
lij dei bene & plene capax fuit: Ideoq; & unū cum
ipso est, atq; eius uocabulis nūcupat, & Iesus Chri
Ioan.1 stus appellat, per quē omnia facta dicunt. De qua
anima, quoniā totā in se sapiētiam dei & ueritatē
uitamq; receperat, etiā illud arbitror dixisse Apo-
Colos.3 stolū, quod ait, Quoniā uita uestra abscondita est,
cum Christo in deo: Cum aūt Christus apparuerit
uita uestra, tūc & uos apparebitis cum ipso in glo
ria. Quis enim alius hic intelligēdus est Christus,
qui in deo abscōditus dicit & postea apparitururs,
nisi ille qui oleo lætitię unctus, refertus, id est sub-
stantialiter deo repletus est, in quo nunc abscōdi-
tus dicit? Propterea enim & omnib. credentib. ad
exēplū Christus exponit. Quia sicut ille semper,
& anteq; sciret omnino malū, elegit bonū & dile-
xit iustitiā, & odio habuit iniquitatē, & propterea
unxit eū deus oleo lætitiæ, ita unusquisq; uel post
lapsum uel per errorē expurget se à maculis, & exē-
plo proposito: & habēs itineris ducē, arduā uiam
uirtutis incedat: ut si forte per hoc in quantum fie-
ri potest, per imitationē eius, particeps efficiat di
1 Ioan.2 uinæ naturæ. Sicut scriptū est: Quia qui dicit se in
Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse
ambulare. Hoc ergo uerbū & hæc sapiētia, per cu
ius imitationē, uel sapiētes, uel rationabiles dici-
mur, omnib. fit omnia, ut omnes lucrifaciat, & fit
2 Cor.13 infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciat. Et quia
infirmus efficitur, propter hoc dicitur de eo, Etiā
1 Cor.9 si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute
dei. De quo Corinthijs qui infirmi erāt, Paulus ni
hil se scire indicat inter ipsos, nisi Iesum Christum,
& hunc crucifixū. Quidā aūt uolūt de ipsa anima
dictū uideri, cum primum de Maria corpus assum
Philip.2 psit, etiā illud quod Apostolus dicit: Qui cū in for

ma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualē
A deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui acci
piens: quo eam sine dubio in formā dei meliorib.
exemplis & institutionibus repararet, atq; in eam
plenitudinē unde se exinaniuerat, reuocaret: Si-
cut enim participatione filij dei quis in filiū ado-
ptatur, & participatione sapiētiæ in deo sapiēs ef-
ficitur: ita et participio spiritussancti, sanctus & spi
ritalis efficit. Vnū enim atq; idem est spiritussan-
cti participiū sumere, quod est patris & filij, quip-
pe cū una incorporea sit natura trinitatis. Igit uni-
genitus filius dei, per quē omnia facta esse uisibi-
lia et inuisibilia, in superiorib. sermo disputationis
edocuit, secundū scripturæ sententiā, & fecit om-
B nia, & quæ fecit diligit. Nam cū inuisibilis dei ipse
sit imago inuisibilis, participationē sui uniuersis
rationabilibus creaturis inuisibiliter præbuit, ita
ut tantū ex eo unusquisq; participij sumeret, quan
tum erga eum dilectionis inhæsisset affectu. Verū
cū pro liberi arbitrij facultate uarietas unūquenq;
ac diuersitas habuisset electorē, ut alius ardētiore,
alius tenuiore & exiliore erga suū autorē amore
teneretur: Illa anima, de qua dixit Iesus: Quia ne- Ioan.10
mo aufert à me animā meā: inseparabiliter atq; in-
dissociabiliter inhærens, utpote uerbo & sapien-
tiæ dei & ueritati ac luci ueræ, & tota totū recipi-
ens, atq; in eius lucē splendoremq; cedens, facta
est cum ipso principaliter unus spiritus. Sicut &
Apostolus his, qui eam imitari deberent, promit-
tit: Quia qui se iūgit deo, unus spiritus est. Hac er- 1 Cor.6
C go substantia animæ inter deū carnemq; median-
te, nō enim possibile erat dei naturam sine media
tore misceri, nascitur ut diximus, deus homo, illa
substantia media existente, cui utiq; contra natu-
ram nō erat corpus assumere. Sed neq; rursum ani
ma illa utpote substantia rationalis, contra naturā
habuit capere, in quem ut superius diximus, uelut
uerbū & sapientiā & ueritatem tota iam cesserat:
unde & merito pro eo q; uel tota in filio dei, uel to
tum in se caperet filiū dei, etiā ipsa, cum ea quam
assumpserat carne, dei filius, & dei uirtus Chri-
stus, & dei sapientia appellatur. Et rursum dei fi-
lius, per quem omnia creata sunt, Iesus Christus &
filius hominis nominatur: tiam & filius dei mor-
tuus esse dicitur, pro ea scilicet natura, quæ mortē
D utiq; recipere poterat. Et filius hominis appellat,
qui uenturus in gloria dei patris cū sanctis ange-
lis prædicatur. Et hac de causa secundum omnem
scripturā, tam diuina natura humanis uocabulis
appellatur, q; humana natura nuncupationis diui
næ insignibus decorat. Magis enim de hoc, q; de
ullo alio dici potest, quod scriptum est: cuius ueri
tatis accepto iam pignore per spiritumsanctū, di-
cebat Apostolus: Et cognouimus Christum secū- 2 Cor.5
dum carnem aliquando, sed nunc iam non noui-
mus. Hæc interim nobis ad præsens de rebus tam
difficilibus disputātibus, id est de deitate & incar-
natione Christi, occurrere potuerunt. Si quis sanè
melius aliquid potuerit inuenire, et euidentiorib.
de scripturis sanctis assertionibus quæ dicit com-
probare, illa potius quàm hæc recipiantur.

Simile

Simile studium fuit huius, nam passim apparent fragmenta, quæ decerpsit ex Augustini libris. Stylus est facilior, quàm Augustini, interim uix bene Latinus: nam cap. III. commisit manifestum solœcismum. Non improbo studium ad hunc modum sese exercentium in rebus sacris, sed hoc genus libellus in celebrium scriptorum nomen collatis onerari lectorem non probo.

DE TRINITATE ET VNITATE DEI, LIB. VNVS

Ingenitus, genitus, & procedens. Cap. I
PERSONAM geniti filij principiū geneseos euidenter ostendit: ait enim:
In principio fecit deus cœlū & terrā.
Quem alium principium intelligendum putamus, nisi filium? Ipse enim
de se interrogātibus Iudæis quis esset, respondit:
Ioan.8 Principium qui & loquor uobis. Ergo principiū
filius. Per filium fecit deus cœlum & terram, sicut
Ioan.1 Ioannes Euangelista narrat: Omnia per ipsum fa-
cta sunt, & sine ipso factum est nihil. Filius dei na- B
Psal.109 tura est filius, nō adoptione, sicut scriptū est: Ante
luciferum genui te. Deus pater uterum nō habet
sicut nos, aut corporeus esse credēdus est: sed per
uterū substantiā intelligi uoluit: de qua natus est
filius. Quod est pater, hoc genuit: deus deum, lux
lucem, sicut homo hominē gignit: & canis canē.
Nunquā uisum est ut homo gigneret canem. Ac
per hoc pater nō de nihilo, neq; de aliqua alia sub
stāria, sed de seipso genuit filium. Spiritum sanctū
neq; ingenitum, neq; genitū fides recta declarat:
quia si dixerimus ingenitū: duos patres affirmare
uidebimur: si aūt genitum, duos filios credere cul
pamur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus
est, nec genitus, sed ab utroq; procedens: id est, à
patre et a filio. Et ut hoc testimonijs approbemus
ipsum dominū nostrum Iesum Christum ad disci- C
Ioan.15 pulos audi dicentem: Cū uenerit, inquit, paracle-
tus, quem ego mittam uobis a patre spiritū uerita
tis, qui à patre procedit, *ille* testimonium perhibe
bit de me. Et rursum ipse dominus Iesus Christus
post resurrectionē suam, ut ostenderet à se proce-
dere spiritūsanctum, sicut & à patre, insufflans in
Ioan.20 discipulos suos, ait, Accipite spiritūsanctū. Vnus
est ergo spiritus patris & filij, unus amborum spi-
ritus. Igit̄ q̄ patris sit spiritus, ipse dominus & Sal
Matt.10 uator noster discipulis suis ait, Nō enim uos estis
qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loqui-
Rom.8 tur in uobis. Et q̄ idē & filij sit spiritus, Paulus apo
Spiritus dei & Christus unus. Cap.II stolus testis est: Si quis autem, inquit, spiritū Chri-
sti non habet, hic non est eius. Proculdubio in
nomine dei, pater: in nomine principij, filius intel D
Gen.1 ligendus est: Profecto cū dixisset: In principio fe-
cit deus cœlum & terram: & subsecutus adiūxit,
Et spiritus dei ferebatur super aquas: qui est tertia
in trinitate persona. Igitur si non esset trina perso-
na, numquam dominus noster Iesus Christus dice
Matt.28 ret discipulis suis, Ite baptizate omnes gentes in
nomine patris & filij & spiritussancti. Nec bapti-
zato domino à Ioanne in Iordane, fieret uox de
Matt.3 cœlo dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo
mihi bene cōplacui: nec spiritussanctus in specie
columbæ descendisse super eum, & mansisse dice
retur. Ideo tres personas, secundū scripturas san-
ctas intelligimus, id est alium esse patrem, aliū fi-
lium, qui genitus est à patre, aliū spiritūsanctum:

nō aliud, quia substantia unum sunt. Personas di-
stinguimus, non deitatē separamus. Quod aūt pa
ter & filius & spiritussanctus de una substantia sit,
beatus Paulus apostolus de filio ad Rom. scribēs
demōstrat. Quorū patres, inquit, ex quibus Chri- Rom.9.
stus secundū carnem, qui est super omnia deus be
nedictus in secula. Et iterū in Euangelio secundū
Ioannē: Vt cognoscant te solū uerum unum deū, Ioan.17
& quē misisti Iesum Christū: id est te, & quem mi-
sisti Iesum Christū, uerū unū deū. Et rursus scriptu
ra dicit: Vt simus in uero filio eius Iesu Christo, ip- Ioan.5
se est uerus deus & uita æterna. Et ut æqualitatem
suā ostenderet, ait ipse dominus: Ego & pater unū Ioan.10
sumus: scilicet natura, nō persona. Et iterū inquit,
Propterea quærebāt Iudæi interficere Iesum, quia Ioan.5
nō solum soluebat sabbatū, sed & patrem suū dice
bat deum, æqualē se faciens deo. Et rursus Paulus
inquit, Qui cum in forma dei esset, non rapinā ar- Philip.2
bitratus est esse se æqualem deo. Non poterat esse
rapina, ubi æqualis erat natura: nō erat usurpata,
sed nata: nō rapuit, quia uere habuit. Spiritum ue-
ro sanctum deū, Acta Apostolorum apertissime
docēt. Anania, inquit Petrus, cur tētauit Satanas Act.5
cor tuum, mētiri te spiritruisancto? Et infra, Nō ho
minib. mētitus es, sed deo. Et in Euangelio inquit
secundū Ioannē: Dominus spiritus est. Paulus ad Ioan.4
Corinthios scribēs, ait: Nescitis quia corpora ue- 1.Cor.6
stra templum sunt spiritussancti, qui in uobis est,
quē habetis à deo, & nō estis uestri? Idem Paulus,
Empti enim estis precio magno, glorificate & por
tate deū in corpore uestro. Pater, inquā, deus, spi-
ritussanctus deus: nō tres dij, sed unus est deus, ut
Moyses dicit: Audi Israel, dn̄s deus tuus, unus est Deuter.6
deus: ac per hoc sicut dicimus, non tres deos, non
tres essentias, ita nec tres sapientias, nec tres spiri-
tus. Nam interrogati de singulis personis, si sit pa-
ter sapientia, uel filius, uel spiritussanctus: Respō-
demus, pater est sapientia, filius est sapientia, spiri
tussanctus est sapientia: nō tres sapientiæ, nec tres
spiritus, sed una sapientia, & unus spiritus, sicut
una substantia, & una essentia: quia hoc illi patri
est esse, quod filio sapientiæ & spirituisancto est
esse. Et cum æquales sint pater & filius & spiritus-
sanctus, filius tamen dicit, Pater maior me est. Et, Ioan.14
Non ueni uolūtatem meam facere, sed uoluntatē Ioan.6
eius qui me misit. Et, Pater si possibile est, transeat Matth.26
à me calix iste. Et, Mea doctrina non est mea, sed Ioan.7
eius qui me misit. Ista omnia, & alia quæ dicit fili-
us, secundum formam serui quā assumpsit intelli-
genda & dicta sunt. Igitur cum primus homo cō-
ditus esset à deo, & libero arbitrio muneraretur,
prçceptumq; ei positum esset, ut si custodisset quę
ei deus præceperat, morte non corporis, nec ani-
mæ moreretur: sed ille inobediens mandato dei,
atq; elatus superbia, suasioni serpentis obediens,

mandata contēpsit. Et hæc causa extitit ut mortis
periculū incurreret: & ab illo uno homine omnis
humana natura uitiata, atque peccato obnoxia,
Rom. 5 mortalis existeret. Vnde Apostolus Paulus, inqt,
Per unū hominē peccatū introiuit in mundum, &
per peccatū mors: & ita in omnes homines mors
pertransiuit, in quo omnes homines peccauerūt.
Quia sicut per unū hominem omnes homines in
condemnationē ceciderunt, ita & per unius iusti-
tiā omnes homines in iustitiā uitæ surrexerunt. Et
1 Cor. 15 iterū, Primus homo de terra terrenus, secūdus ho-
mo de cœlo cœlestis: Cœlestē itaq; dico: quia non
ex humano cōceptus semine, sed de Maria uirgi-
ne, pro nostra salute, assumptus à filio dei, sicut Io-
annes testatur: Et uerbū caro factum est, & habita
Ioan. 1 uit in nobis. Verbū caro factum est, nō in carnem
mutatū, ut desisteret esse quod erat, sed cœpit esse
quod nō erat: sumpsit enim carnē, non cōuertit in
carnē. Carnem istā à parte totū hominem intelli-
gimus, id est, carnē & animā rationalē: ut primus
homo & carne & anima mortuus fuerat, ita etiam
oportuit, ut per mediatorē dei & hominū, homi-
nem Christū Iesum & carne & anima uiuificare-
tur. Ergo, ut supra diximus, secundū assumptionis
Ioan. 14 formā carnis dictum est, Pater maior me est. Non
est credendū posse filiū dei, & filiū hominis duos
filios esse: quia non sunt duo filij, sed unus. Nā ille
qui erat filius dei, factus est filius hominis in uni-
tate personæ: ut anima & caro unus est homo, ita
uerbū & homo unus est Christus. Duas substan-
tias accipimus in uno filio dei, unā deitatis, aliam
humanitatis, non duas personas. Et si dixerimus
duas personas, introducemus etiā duos filios dei:
& iā tūc nō erit trinitas, sed quaternitas quod ab-
sit. Profecto enim per id quod est deus, & æqualis
patri, & ubiq; præsens est: & in cœlo est totus, &
in terra totus, & in nullo continetur loco. Per id qđ
homo, & passus & mortuus, & resurrexit & ascen
dit in cœlum, sedetq; ad dexteram patris, & sic ue
niet ad iudicandū uiuos & mortuos, quēadmodū
est ire uisus in cœlū, in eadē forma carnis atq; sub-
stantia, cui profecto immortalitatē dedit, naturā
nō abstulit: licet una substātia sit, neq; persona pa-
tris, neq; spūssancti, sed sola filij suscepit carnē. Et
ut hoc intelligamus, cōparationib. utar. Certe ut
ex creatura intelligas creatorē, sic in anima est ra-
tio: & cū sint unū: aliud anima agit, aliud ratio: a-
nima uiuimus, ratione sapimus: ita pater & filius
& spiritussanctus cū sint una substantia, tota trini-
tas operata est hominē, quē nō tota trinitas assum
psit, sed sola filij persona. Nec uolūtate, nec neces-
sitate genuit pater filiū. Non necessitate, quia ne-
cessitas in deo nō est: nō uoluntate, quia uoluntas
præire sapientiā nō potest, quæ est filius. Igitur prius
est rationabiliter sapere, quā rationabiliter uelle.
Vnde nec uoluntate nec necessitate, sed naturali-
Ioan. 5 ter sola sapiētia pater genuit filiū. Sicut pater uitā
habet in semetipso, sic dedit filio habere uitā in se-
metipso. Scimus filiū dei à semetipso nō esse, sed à
patre genitū esse: patrē uero à nullo genitū esse, à
nullo uitā accepisse: Dedit pater filio uitā, gignen

do uitā quam pater habuit in se: nō ꝙ prius fuerit
A filius sine uita, & postea acceperit uitā: sicut nos
qui per peccatū amisimus uitā, & per gratiā Salua
toris recepimus uitam. Ideo de eo dicitur, Filius à
patre accepit uitam, quia non à seipso est genitus, *Natiuitas & processio quid differant.* III
nō existendi dedit, sed gignēdo. Quoniā & ra-
tione & testimonijs persuasimus de subiectiōe fi-
lij, quia nō secundum substantiā minor, sed secun
dum formā serui quā assumpsit. Sed ut missus esse
dicatur, aliquid dicere uolumus: Scimus sicut filius,
non secundū substantiā dicitur missus, seu minor:
ita nec spiritussanctus propter columbā uel ignē
missus dicitur: scilicet quia nō in ea substātia, qua
æqualis est patri, apparuit, sed ut dictū est per sub-
iectam creaturā. Non enim sicut filius hominem
B assumpsit, ut in ęternū permaneat, sic spiritussan-
ctus columbā uel ignem: sed illæ factę uisiones de
creatura inferiore ad manifestādum spiritum, esse
postea destiterunt. Nunq; enim illa incōprehensi
bilis immutabilisq; diuinitas, quę est trinitas deus
ab oculis carnalibus uideri potest, nisi ut dictū est
per subiectam creaturam. Inter genitum filium &
processionem spiritussancti hoc distat, ꝙ filius dei
sic est de patre, quomodo natus, nō quomodo da
tus: spiritus uero sanctus sic est de patre & filio nō
quomodo natus, sed quomodo datus. Filius na-
tus solius est patris, nō spiritussancti. Amborū est
spiritus, id est patris & filij: quia si spiritus filius di-
ceretur, amborū filius diceretur. Nullus aūt filius
est duorū nisi patris & matris: quod absit ut inter
C deum patrē & filiū quis suspicetur, quia nec filius
hominis simul & ex patre & matre procedit: sed
cū procedit ex patre, nō tunc procedit ex matre:
& cū procedit ex matre in hanc lucē, nō tūc pro-
cedit & ex patre. Spiritus uero sanctus non de pa
tre procedit in filiū, & de filio procedit ad sanctifi
candā creaturā, sed simul de utroq; procedit. De Ioan. 16
eo quod à Ioāne dicitur, ꝙ spiritussanctus non lo-
quitur à semetipso, sed quæcūq; audiet, loquetur:
nō loquitur à semetipso, quia nō est à seipso: pater
enim à nullo est natus, filius à patre est genitus, spi
ritussanctus à patre & filio procedens: ideo nō lo
quitur à seipso, sed quæcunq; audiet, loquetur. Au-
dire illi esse est, à se non est, sed à patre: ideo quæ-
cunq; audiet, loquetur. Quid sit ꝙ spiritussanctus ꝓ
nobis interpellare dicitur, quod dicit Paulus ad Ro
D manos scribēs: Nam quid oremus sicut oportet, Rom. 8
nescimus, sed ipse spiritus postulat ꝓ nobis gemi-
tibus inenarrabilibus: Qui autē scrutatur corda,
scit quid desideret spiritus, quia secūdum deū po-
stulat pro sanctis. Modus iste locutionis, qui fre-
quēter in scripturis sanctis inuenitur, est sicut deus
dicit ad Abraham: Nunc cognoui: quoniā timeas Gen. 22
deū, hoc est cognoscere te feci: sicut dicit Aposto
lus: Nunc cognoscētes deum, imò cogniti à deo. Gal. 4
Nēpe omnia in præsentia dei sunt anteq; fiāt, pre-
sentia sunt futura, quasi iam facta sint: quomō di-
cit cogniti à deo, nisi faciēte deo ut cognoscamus
deū: sic & hic scribitur spiritussanctus gemere pro
nobis, id est gemētes nos facere, infundēdo nobis
charitatē in deum & proximū, sicut legitur, Læ-
tus

tus dies, q̃a lætos homines faciat. Pater solus nusq̃ legit̃ missus, sed missionẽ filij ita scribit Apostolus, A
Gal. 4 Cũ aũt uenerit plenitudo tẽporis, misit deus filium suũ natũ ex muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erãt, redimeret. Quòd filius dei natus de Maria uirgine, uenit in mundum testatur Euange-
Ioan. 1 lista dicens: In mundo erat, & mundus per ipsum
Ioan. 16 factus est. Et ipse ait: Ego à patre exiui, & ueni in hunc mundũ. Itẽ Euangelista dicit, Et mundus eũ non cognouit. Deinde subiungit, In sua propia uenit: illuc utiq; missus est, quò uenit: sed in hũc mun-
Solæcismus dum est missus, ubi erat, Quæ missio tamen esse opus sanctæ trinitatis, nulli sit catholico dubitandum. Nusq̃ scriptũ est, q̃ deus pater maior sit spiritu sacto, uel spiritussanctus minor deo patre, quia non est ita. Quia persona diuinitatis suę assumpta est à filio dei ex uirgine Maria, in personam suæ B humanitatis, unitatẽ habitumq; cõiunxit in æternum. Quãuis spiritussanctus apparuisset in specie columbæ uel ignis, nõ possumus tamen dicere spiritumsanctum deum & columbam, aut deum & ignem, sicut dicimus filiũ deum & hominẽ. Propter has igitur corporales formas, in quibus apparuit spiritussanctus, missus dicitur: non ꝓpter has minor patre dici potest: sicut filius propter formã serui, quæ inhæsit illi ad unitatẽ personæ perpetualiter. Illæ uero species corporales, ut est columbæ uel ignis, ad demonstrandũ q̃d opus fuit, ad tẽpus apparuerunt, & esse postea destiterunt. Nónne apparere debuerunt creaturæ sicut oportuit, seruientes creatori ad nutum eius, qui incõmutabiliter in seipso permanet, ad eum significandũ & demon- C strandum, sicut significari & demonstrari mortali-
Triplex uis spiritus bus oportebat mutate atq; cõuerse? A quibusdã
Cap. IIII dubitari solet, an spiritũ sanctum habuerunt Apo-
Ioan. 7 stoli illo tẽpore, quo fuerũt cum Christo dño, se-
Ioan. 14 cundum q̃ Euangelista dicit, Spiritus nondũ erat datus, quia Iesus nõdũ erat glorificatus. Et in alio loco ait: Si diligitis me, præcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & aliũ paracletũ dabit uobis, ut uobiscum sit in æternũ, spiritũ ueritatis: quem mundus non potest accipere: quia nõ uidet eum, neq; cognoscit eum. Vos autẽ uidetis eum, & cognoscitis eum: quia apud uos manet, & uobiscum est. Et etiam post resurrectionem suam legitur in-
Ioan. 20 sufflasse & dixisse discipulis, Accipite spiritũ sanctum. In Pentecoste uero legitur spiritussanctus D in Apostolos descendisse. Ad hæc dicẽdum, quia unus spiritus est, sed dona habet multa. Nõ est dubiũ, quin spiritussanctus erat cũ eis: quia ubi Christus est, spiritussanctus est. Et quia uenturum spiritum sanctum à patre promiserat Christus, non defuit in hoc indifferens eius diuinitas. Triũ officiorum formæ doni spiritussancti in Apostolis sunt ostensæ: quarum prima hæc est, quæ ad ius ecclesiasticum pertinet, in regenerandis: ecclesiastica potestas intelligitur esse in officijs Episcoporum & sacerdotum, qui omnia in traditione dominica per spiritum sanctum agere debent, Vnde illis dicit Iesus: Quorum tenueritis peccata, tenebuntur: & quorum remiseritis, remittũtur eis. Secunda est, quæ in Pentecoste data est, quæ generalis A est: non solum enim in Apostolos, uerumetiam in omnes credentes decidit spiritus sanctus. Tertia forma est, quæ solum Apostolis uel ordinatis in initio cõcessa est, in signis ac uirtutibus faciendis, usq; dum fidei semina iacerent ad crementũ. Semina em̃ fidei sunt uirtutes per Apostolos factæ: ipsi enim Apostoli antistites positi sunt huiusmodi ueritatis, qui per signa & prodigia rationabilem esse fidem nostram testantur. Igitur spiritussanctus datur omnibus generaliter credentibus sed si manet in eis: in signis uero & prodigijs filij dei esse probantur. Etiam spiritus sanctus non manet quandoq; in homine, sed uocatus aduenit, ut suggerat necessaria, & recedat. Similiter & in traditioe uel ordinatione, de foris gratiam & tuitionẽ præstat B deuotis fidei, ut commendatiores habeantur per inspirationem eius. Pater, filius, & spiritus san- *Filius patri*
ctus unus est uerus deus, secũdum illud quod scri- *coæternus*
ptũ est, Audi Israel, dominus deus tuus unus est. *Cap. V* *Deut. 6*
Et in Euangelio scriptum est, Vt cognoscãt te so- *Ioan. 17*
lum uerum deum, & quem misisti Iesum Christũ.
Et de Christo dicitur à Ioanne Apostolo, Ipse est *Ioan. 5*
uerus deus, & uita æterna. Ante omnia tempora filius erat, ut intelligendũ in hoc est, In principio erat uerbum, & omnia per ipsum facta sunt, quia & tempus sine aliquib. creaturæ motib. non potest esse. Et ideo per filiũ facta confitemur & tempora, per quæ facta sunt omnia: ideo proculdubio æqualis genitus, & coæternus est patris filius. Dicitur filius dei ex uolũtate & præcepio patris, cœ- C lestia, terrestria, uisibilia & inuisibilia, corpora & spiritus ex nullis extãtib. id est ex nihilo ut essent, sua uirtute fecisse, cum ipse ex nullis extãnb. hoc est ex nihilo non factus sit, sed ex deo patre deus: quæ res indicat unam & eandẽ patris filijq; naturam. Filius per seipsum nõ potuit, tanq̃ non esset anteq̃ fieret, ut esset ipse per quẽ fieret idem ipse. Porrò si per aliquẽ alium à patre factus est filius: quis est ipse alius, cũ omnia per ipsum facta sunt, hoc est per uerbum eius? Anteq̃ faceret uniuersa, omniũ futurorũ deus & dominus, rex & creator erat constitutus, & omnium futurorum in natura habens præsciẽtiã, & in faciendo in omnibus expectans patris iussionẽ. Ipse uoluntate patris descendit de cœlo, & uenit in mundum, sicut
D ipse ait: Non enim à me ipso ueni, sed ille me misit. *Ioan. 8*
Vna quippe ipsa trinitas est, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Dicimus iubente patre filium creasse omnia, non esse nisi uerbum, per quod facta sunt omnia. Quòd autẽ pater miserit filiũ, qui cum ipso uenit, ipse testatur qui ait, Non sum solus, quoniam pater mecum est. Nunquam ideo diuersa natura est, quia pater mittit, & mittitur filius: potest homo pater mittere hominem filiũ, non unius eiusdemq; substantiæ, cũ homo missus ab homine mittẽte separetur, quod nõ potest deus. Sed ignis mittit splendorẽ suum, nec potest splẽdor separari ab igne mittente. Cũ enim splendorẽ mittit ignis, longius peruenit inde splẽdor, quo ignis non peruenit. Vnde splendor ab i-

gne qui est in lucerna missus, utique uere possit dici in pariete, quò sine lucernæ igne peruenit ignis. A Ioan. 8 Super hoc filius dicit: Qui me misit, mecum est: quod uere potuit filius dicere, Pater mecum est. Cum igitur hæc à patre missio filij prorsus ineffabilis sit, nec capi ullius cogitatione possit, hoc etiam hic potest intelligi, ut à patre missus esse dicatur, quòd filius hominibus apparuit in carne, nō pater quò eñ mittitur filius ubi nō est? ubi aūt non est sa Sap. 8 pientia dei, quod est Christus? De qua legitur, Attingit à fine usque ad finē fortiter, & disponit omia suauiter. Cum etiam ergo ubique sit filius, quò mittendus fuerat ubi non erat, nisi apparendo sicut in carne apparebat? Quanquā & spiritum sanctum missum legamus, qui certe in unitatē personæ suæ naturā non assumpsit humanā: nec à filio solo mis- Ioan. 16 sus est, sicut scriptū est, Cum ego iero, mittā illum B Ioan. 14 ad uos: scilicet a patre, sicut scriptū est, Quē mittet pater in nomine meo: ubi ostēditur, quòd nec pater sine filio, nec filius sine patre misit spiritū sanctum, sed eum pariter miserūt: inseparabilia quippe sunt opera trinitatis. Solus pater non legitur missus, quoniam solus non habet autorem, à quo genitus sit, uel à quo procedat. Et ideo non propter naturæ diuersitatē, quæ in trinitate nulla est: nec propter autoritatem alius super eum, solus pater non dicitur missus: non enim splendor aut feruor ignē, sed ignis mittit siue splendorem siue feruorem: sic pater mittit filium, & spiritus sanctus ab utroque

Christus quò minor patre procedit. Dominus Iesus Christus honorans facturam suam, dum dignatur se humanam carnem Cap. VI suscipere, & ostendere, quia nō est homo uilis, sed C Prouerb. 7 preciosus, sicut scriptū est, Magnus homo, & preciosus uir: ideo solū hominē patri suo hæredem, si bi enim cohæredem facere dignatus est, ut quod minus acceperat in natura, plus haberet in honore. Vnde de susceptione carnis in epistola quæ ad Heb. 2 Hebræos scribitur, Minorasti eum paulo minus Ioan. 14 ab angelis. Et in alio loco ipse dicit, Pater maior me est: nō ad diuersitatē naturæ patris & filij illud ualet dici, sed ad illud potius, quòd in forma serui propter infirmitatē, in qua & pati & mori potuit, mi- Gal. 4 nor etiam angelis factus est. Cū uenit plenitudo téporis, misit deus filium suū natū de muliere, ipse qui uoluntate patris carnē suscepit, ipse & uoluntate & præcepto ipsius in corpore cōuersatus est, Ioan. 6 sicut & ipse ait, Descēdi de cœlo, nō ut faciā uolun D tatem meam, sed uoluntatē eius qui me misit. Ipse & uoluntate patris triginta annorum baptizatus, uoce & testimonijs patris manifestatus, uoluntate & præcepto patris Euangelium regni cœlorū Luca 4 prædicabat, sicut ipse ait: Et alijs ciuitatibus oportet me Euangelium prædicare: in hoc enim missus sum, & ipse mandatum dedit mihi. Ipse etiam uoluntate & præcepto patris ad pasionē & mor- Matth. 26 tem properauit: sicut ipse ait: Pater, transeat à me calix iste: non tamen quod ego uolo, sed quod tu Philip. 2 uis: Et Apostolo asserente & dicēte: Christus obediens, inquit, factus patri usque ad mortem, mortē autem crucis. His testimonijs sanctarum scripturarum ad illud referatur, quod dicitur, Per unum

hominem peccatū uenit in hunc mundum, & per Rom. 5 peccatū mors: & ita in omes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt: faciendo uoluntatem suam, nō eius à quo factū est uniuersum genus humanum, quod propagine uitiata culpæ & pœnæ fecit obnoxiū. Vnde a contrario, per quē liberandi fueramus, nō facit uoluntatē suā, sed eius à quo missus est. Homo qui cōtra uoluntatem dei fecit: hanc habuit Adam, ut in illo moreremur: hāc non habuit Christus, ut in illo uiueremus. De natura quippe humana hoc recte dici potest, in qua extitit per inobedientiā uoluntas propria, quæ dei uoluntati esset aduersa. Cæterum quod attinet ad diuinitatem filij dei, una eademque uolūtas est patris & filij: nec potest ullo modo esse diuersa, ubi est natura trinitatis immutabilis ad uniuersa. Et ideo non potuit fieri, ut mediator dei & hominum, homo Christus Iesus faceret propriam, quæ deo aduersa est, uoluntatē: nō erat tantū homo, sed deus & homo in natura sua, per quā mirabilem singularemque gratiam, ut humana in illo sine peccato ullo esse posset natura. Propter hoc ergo ait, Descen Ioan. 6 di de cœlo, non ut faciam uoluntatē meam, sed uoluntatem eius qui me misit: ut ea causa esset tantæ obedientię quę omnino sine ullo peccato esset hominis, quem gerebat, quia de cœlo descenderat: hoc est non tantū homo, uerum etiā deus erat: unā quippe ostendit esse personā in utraque natura: hoc est dei & hominis. Quoniā itaque gemina quædam substantia, scilicet una persona est, propterea quòd dictū est, Descendi de cœlo: refertur ad dei excellentiam: quod uero adiunctū est, nō ut faciā uolūtatē meam: propter Adam qui fecit suā, refertur ad hominis inobedientiā. In Christo autē, id est, deo & homine, obedientia in illo quæ est contraria inobedientiæ primi hominis secundū id quod homo est commendatur. Vnde ait Apostolus, Sicut enim Rom. 5 per inobedientiam unius hominis peccatores cōstituti sumus multi, ita per iustitiam unius hominis multi sunt iustificati. Nec enim quia dixit, unius hominis: separauit deum ab homine, quem in hominē assumpsit: ac per hoc propter istam unitatem personæ in utraque natura intelligendam, & filius hominis dicitur descendisse de cœlo, & filius dei dicitur crucifixus & sepultus. Quamuis hęc non in diuinitate ipsa qua est unigenitus patri coæternus, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus: nam filium hominis descendisse de cœlo, ipsum dixisse sic legimus, Nemo ascendit in cœ- Ioan. 3 lum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Vnigenitum uero filium dei crucifixū & sepultum, omnes etiam & in symbolo confitemur, unde est & illud Apostoli, Si eñ cognouis- 1. Cor. 2 sent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Hanc unitatē personæ Christi Iesu domini nostri, sic ex natura utraque cōstantē, diuina scilicet & humana, ut quælibet earum uocabulū etiā alteri impertiat, & diuina humanæ, & humana diuinę: beatus ostē dit Apostolus, ubi nos ad humilitatē per Christi misericordiam exhortatur exemplum. Hoc sentite, inquit, in uobis quod & in Christo Iesu, qui cū Philip. 2 in forma

in forma dei esset, non rapinã arbitratus est se esse
ęqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formã ser- A
ui accipiẽs, in similitudine hominũ factus & habi
tu inuẽtus ut homo, humiliauit semetipsũ, factus
obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Cum er
go Christi nomen ex eo illi sit quod scriptũ est in
Psal. 44 prophetia, Vnxit te deus, deus tuus oleo exultati
onis, prę participibus tuis: unde ad id quod homo
Philip. 2 factus pertinet, id est, quod formã serui accipiens,
habitu est inuentus ut homo, qui utiq; habitus cœ
pit ex tempore: de ipso tamen eodemq; Christo di
ctum est, Cũ in forma dei esset: cũ profecto in for-
ma dei antequam ab illo forma serui esset accepta,
nondũ erat filius hominis, sed filius dei, cui patria
æqualitas rapina nõ erat, sed natura. Non enim e-
rat usurpando electus, sed ad hoc erat natus. Et i- B
deo ueritas dicitur. Nondum ergo erat Christus,
quod esse cœpit, cum semetipsum exinaniuit, non
formam dei amittens, sed formam serui accipiens.
Verum si quæramus, Quis ille qui cum in forma
dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis
deo: Respondet nobis uoce apostolica, Christus
Iesus. Ergo & illa diuinitas, huius humanitatis no
men accepit. Item si quæramus, Quisnã sit factus
obediẽs usq; ad mortẽ, mortem aũt crucis: Rectis-
sime respondetur, Ille qui cum in forma dei esset,
non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ergo
& ista humanitas, illius diuinitatis nomẽ accepit,
Et apparet tamen idem ipse Christus geminæ gi-
gas substantiæ. Dominus Iesus Christus pendens
in cruce, uoluntate & præcepto patris carnem hu C
manam, quam de sancta uirgine Maria suscepit,
Luca. 23 in manus hominum dereliquit: & diuinitatem su-
am in manus patris commendauit dicens, Pater
in manus tuas commendo spiritum meum: quia
Maria moriturum corpus peperit, deus autem im
mortalis, immortalem filium genuit. Ergo mors
Christi, non diminutio est diuinitatis, sed deposi-
tio corporis. Sicut enim generatio eius ex uirgine
nõ fuit corruptio deitatis ipsius, sed susceptio cor-
poris: ita etiam in morte ipsius nõ fuit passio & de
fectio deitatis ipsius, sed separatio carnis eius. Sicu
ti eñ qui uestimẽta conscindit, induto facit iniuri-
am: Ita qui carnem eius crucifixerunt, diuinitati i-
Hypostasis Christi quæ cõplectatur psius contumeliam intulerunt. Ad unitatem e- D
tiam personę Christi, ut anima humana pertineat,
sic ut in Christo carnem & diuinitatẽ tantũmodo
Cap. VII confitemur, quandoquidem cum penderet in li-
gno, ut ait, Pater, in manus tuas commendo spiri
tum meum: humanũ spiritum intelligimus filium
cõmendasse patri quod est anima. Audiamus er-
go Christum adhuc plura exempla de anima sua
cõmemorasse, Tristis est anima mea usq; ad mor-
Mat. 26 tem: Potestatem habeo ponendi animam meam,
Ioan. 10 & iterum sumẽdi eam: Maiorẽ charitatem nemo
Ioan. 15 habet, quàm ut animam suam pro amicis suis ponat.
Psal. 15 Et de hac etiã dicitur in Psalmo, Quoniã non de-
relinques animã meam in inferno, nec dabis san-
ctum tuũ uidere corruptionẽ. His atq; huiusmodi
sanctarum scripturarũ testimonijs fatemur Chri-
stum, carnem, animã quoq; humanam uerbo uni-

genito coaptasse, quòd esset una persona, ut Christus
est, uerbum & homo: sed & ipse homo, anima &
caro. Et ideo sic intelligendũ, geminæ substantię,
diuinæ scilicet & humanæ: ac per hoc Christus,
uerbum, anima & caro, ut ipse ex anima humana
constet & carne: tantũ dictum est, Verbũ caro fa- Ioan. 1
ctum est: quasi diceretur: Verbũ homo factũ est,
de quo homine apertissime dictum est, Vnus me- 1 Tim. 2
diator dei & hominũ, homo Christus Iesus. Item
dominus noster Iesus Christus uoluntate & præ-
cepto patris totã dispensationem adimpleuit, cor
pus suũ à morte suscitauit: & cum ipso corpore, ut
pastor cũ oue, & sacerdos cũ oblatione, & rex cũ
purpura, & deus cũ templo à patre assumptus est
in gloriã. Quærendũ est nobis, qualem ouem pa-
stor reportauerit patri. Si eñ caro sine anima est,
quã reportauit, quid est ouis ista, nisi terra sine sen
su, quæ nec gratias agere potest: quia sine anima
caro nihil est quod facere potest: Deus qui uolun
tate patris descẽdit & ascendit, uolũtate & præce
pto patris sedet ad dexterã eius. Audiens patrẽ si-
bi dicentẽ, Sede ad dexterã meam, donec ponam Psal. 109
inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ: iste uolũta-
te & præcepto patris in cõsummatione seculi uen
turus est: Apostolo uociferante & dicẽte. Et ipse 1 Thes. 4
dominus in iussu in uoce archãgeli, & in tuba dei
descendet de cœlo. Filius dei uoluntate & præce-
pto patris iudicaturus est totũ mundũ in æquita-
te, & redditurus singulis secundũ fidem & opera
sua, sicut ipse ait: Pater iudicat neminẽ, sed omne
iudiciũ filio dedit. Itẽ, Sicuti audio iudico, & iudi Ioan. 5
cium meũ uerum est: quia nõ quæro uoluntatem
meã, sed uolũtatem eius qui me misit. Vnde & in
iudicãdo patris præsentiam præponit, & suã diui-
nam dignitatẽ & potestatẽ postponit, dicens, Ve- Mat. 25
nite benedicti patris mei. Ergo iustus iudex est fi-
lius: iudicantis uero est honor siue officiosa aduo
catio & cõsolatio, unigeniti dei iusti iudicis est di
gnitas. Quòd uolũtati & pręcepto patris obediẽs
est filius, secundum quòd homo factus est, hoc patet:
quia diuersam imparemq; naturã patris pręcipiẽ-
tis, & filij obedientis deus habet in se. Quòd Chri
stus non tantũ sit deus, qua natura æqualis pater,
sed etiã homo, qua natura maior est pater: nã inde
est illud propheticũ: Dominus dixit ad me, filius Psal. 2
meus es tu. Ibi est quippe filius inferior substantia
qua pater maior sit: & serui forma, cui pater domi
nus sit. Hæc aũt forma humanitatis eius, qua ma-
nẽte formam diuinitatis accepit, ut in iudicio ho-
mo apparebit. Ideo dictũ est de patre, quòd non iudi-
cabit quẽquam, sed omne iudiciũ dedit filio. For-
mam nanq; in Christo hominis tantũ, ab eo iudi-
candi uidebunt impij, de quibus dictum est: Vide Zach. 12
bunt in quẽ transfixerunt: dei uero formã in eodẽ
ipso Christo, quæ ęqualis est patri, utiq; non uide-
bunt. Deniq; ut Propheta testatur: Tollatur impius, Esa. 26
ut nõ uideat claritatem dei: ad hoc enim pertinet,
Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebũt. Mat. 5
Deniq; hoc apertissime testatur, ubi dicit. Potestatẽ Ioan. 5
dedit ei iudiciũ facere, quoniã filius hominis est.
Non ergo quoniam filius deus est; sed tamẽ coæ-
terna

terna illi cum patre, una eademque potestas est. Secundum quod filius hominis est, illi est quod cœpit esse ex tempore. Quod aliquid faceret pater, nisi per unigenitum filium: nec sine spiritusancto, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Ac per hoc quod potestatem filio dedit, quoniam filius est, per eundem ipsum

Ioan. 1 ipse dedit, quoniam filius dei est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed honorifice & competenter tribuit pater filio, quod etiam ipse facit ut deus, quia de patre est deus, ipse

Filius quod nihil agit nisi iussu patris nanque deus est de deo. Audiuit etiam filius de patre, Sede ad dextram meam. Et ideo sedet ad dexteram patris, tanquam paterna iussione, non etiam

Cap. VIII sua id fecerit potestate. Quae est autem patris dextera, nisi paterna illa ineffabilis fœlicitas, quo peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta? Nam si secundum effectiuam uirtutem sapienter & fideliter cogitemus, quid intelligimus de filio, nisi ipsum unigenitum, per quem facta sunt

Esa. 53 omnia? De quo etiam propheta dicit: Et brachium domini cui reuelatum est? Quomodo autem audit filius patrem? Quomodo dicuntur a patre multa uerba unico uerbo? Quo transeunter loquitur ei, quem stabiliter loquitur? Quomodo temporaliter ei dicit, in quo sibi coæterno iam erant omnia: quæ congruis quibusque temporibus dicit? Quis hæc audeat quærere? Quis ualeat inuenire? Et tamen,

Psal. 109 Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Et quia dictum est, ideo factum est. Hoc ergo

Ioan. 1 iam erat in uerbo, quod uerbum caro factum est. Et quia in uerbo ante carnem iam erat sine tempore, ideo in carne completum est suo tempore. In qua carne ascendit in cœlum, qui de cœlo non recessit, & tamen inde descendit. Et in qua carne se-

1. Thess. 4 derat ad dexteram patris, brachium patris. Et in qua descensurus est ad iudicium in iussu, in uoce archangeli, & in tuba dei, ubi filius minor patre uidetur potestate, qua iussu dictus est descensurus. Sed quærendum, quo temporalibus uerbis iubeat pater æternos suo uerbo, ut descendat de cœlo? Siquidem ut est ipsa dei iussio, quæ fiet in tempore suo, ita iam erat ante omnia tempora in ipso dei uerbo. Per hoc quod uerbum dei filius patris est, per ipsum patrem iubetur, ut descendat de cœlo. Quicquid ergo illud erat quod fieri oportebat ad filium, non facit pater, nisi per eundem filium: ad ipsum scilicet, quia filius hominis est, & factus est inter omnia. Per ipsum autem, quia filius dei est: & per illum fiunt a patre omnia. Quod dictum est, in iussu, in uoce archangeli, quid in his restat, nisi ut unigenitus filius angelis etiam minor dicatur humanitate, quorum iussis obedire perhibetur? Vnde in

Psal. 8 Psalmo, Minorasti eum paulominus ab angelis. Non sic hic, ut iubente archangelo, minor sit ille cui iubetur. Vel potest sic intelligi & melius, ut ipsa uox archangeli iussu dei accipiatur: id est, ut angelus dei, qui tuba dei intelligendus est, a domino deo iubeatur emittere uocem suam, quod inferiori creaturæ necessarium erit audire, cum filius dei descendet de cœlo. Ipse enim est tuba de

1 Cor. 15 qua dicitur alio loco, Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti. Dixit ergo filius: Sicut audio Ioan. 5

A iudico: & hoc siue ex humana subiectione, qua et filius hominis est: siue secundum illam incommutabilem simplicemque naturam, quæ sic est filii, ut ei tamen de patre sit: in qua notatur, non esse aliud audire, aliud uidere, aliud esse: sed quod est esse, hoc audire, hoc uidere. Vnde ab illo est ei audire & uidere, a quo illi est ipsum esse. Nam illud quod alibi ait, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod uiderit patrem facientem, multo est ad intelligendum difficilius quam istud, Sicut audio, iudico. Quomodo poterit filius iudicare, si patrem non uiderit iudicantem? Sed pater non iudicat quenquam: Omne quippe iudicium dedit filio: ideo enim dictum est, quod non facit aliquid filius a se, quia non

B est a se. Et quicquid facit, patrem audit iubentem, & uidet facientem. Hoc est, quia audit & uidet ex ipso faciendi se habere potentiam, ex quo se uidet existendi habere naturam. Et quod ait, se non posse: non deficientis est, sed in eo quod de patre natus est permanentis. Tam laudabile est omnipotentem non posse mutari, quam laudabile est quod omnipotens non potest mori. Ita bene posset filius facere, quod non uidisset patrem facientem, sicut posset filius facere quod per illum non fecit pater. Neque naturæ immutabiliter bonæ quæ a patre genita est, hoc conueniret si facere posset: quia non potest, hoc non est deficientis, sed potentis. Eadem nanque sunt opera patris & filii, quia nullum opus est filii quod non per eum pater facit, nec ullum patris quod

C non per filium simul facientem facit. Quæcunque enim pater facit, hæc eadem filius facit. Nec utique pater & filius operantur sine spiritusancto: neque enim ad faciendum amborum operibus ullo modo ambo-rum separabitur spiritus, cum tamen operando est in his tribus dissimili facilitate, non tamen diuersa potentia & potestate. Miro itaque eodemque utique diuino modo, ab omnibus fiunt etiam opera singulorum, nam omnium opera sunt cœlum & terra, omnisque creatura. De filio quidem dictum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quis autem a spiritusan- Ioan. 1 cto audeat alienare opera qualibet creaturarum, quem cernit operari per dona sanctorum? De quibus scriptum est: Omnia autem hæc operatur unus 1 Cor. 12 atque idem spiritus, diuidens propria unicuique prout

D uult. Postremo cum sit Christus dominus omnium, & super omnia deus benedictus in secula, quis ex omnib. negare potest etiam spiritussancti opus, quod ipsum Christum in utero uirginis est operatus? Cum enim angelo futurum partum sibi nuncianti uirgo dixisset: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Responsum accepit, Spiritussanctus superueniet in te. Singulorum autem opera dicuntur, quæ ad unamquanque manifestantur pertinere personam: sicut natus ex uirgine, non nisi filius: & uox de nube: Tu es filius meus dilectus, ad solius personam pertinet patris: & in specie corporali columbæ solus apparuit spiritussanctus: tamen & illam carnem solius filii: & illam uocem solius patris, & illam speciem columbæ solius spiritussancti uniuersa trinitas operata est, non quod inualidus sit unusquisque eorum

Trinitatis opera indiuisa. Cap. IX

Luc. 1

Matt. 3

eorũ ſine alijs quod operatur implere, ſed nõ põt operatio eſſe diuiſa, ubi non ſolũ æqualis eſſet ue- A rũetiã indiſcreta natura: ita ut cũ tres ſint, ac eorũ ſingulus quiſq; deus ſit, tres tamẽ dij nõ ſint. Nam & pater deus eſt, & filius deus eſt, & ſpiritusſanctus deus eſt: nec filius idem eſt, qui eſt pater: nec idem ſpiritusſanctus, qui aut pater aut filius: ſed pater ſemper pater, & filius ſemper filius: & amborum, ſpiritus nunquã cuiquã eorum aut pater, aut filius, ſed ſemper utriuſq; ſpiritus: uniuerſa tamẽ trinitas, unus eſt deus. Quis itaq; neget non patrẽ, non ſpiritum ſanctum, ſed filium ambulaſſe ſuper aquas? Solius enim caro eſt, cuius carnis illi pedes aquis impoſiti, & per aquas ducti ſunt. Abſit autem, ut hoc ſine patre feciſſe credatur, cum de ſuis operibus uniuerſaliter dicat, Pater in me manens, facit opera: aut ſine ſpiritu ſancto, cum ſimi- B liter ſit opus filij, quòd eiecit dæmonia. Illius quippe carnis, ad ſolũ filium pertinẽtis, lingua erat in qua imperabatur dęmonibus ut exirent, & tamẽ dicit In ſpirituſancto eijcio dæmonia. Itẽ quis niſi ſolus filius reſurrexit, quia ſolus mori potuit, qui carnẽ habuit? Et tamẽ ab hoc opere, quo ſolus filius reſurrexit, nõ erat pater alienus, de quo ſcriptũ eſt, Qui ſuſcitauit à mortuis Ieſum. An forte ſeipſum ſuſcitauit, ut qui ait, Soluite tẽplum hoc, & triduo ſuſcitabo illud? Qui etiam poteſtatem ſe habere dicit ponendi, & iterum ſumendi animam ſuam. Quis autem ita deſipiat, ut putet ſpiritũ ſanctum reſurrectionem hominis Chriſti Ieſu non cooperatum, eum ipſum hominem Chriſtum in uirgine Maria fuerit operatus? Et in homine ſimile etiam quoddam, illius trinitatis quæ deus eſt, excellen- C tiæ comparandum. Ille enim deus, iſta creatura homo eſt: habet tamen & iſta ubi qualicunq; modo, id quod de illa ineffabili natura dicitur, poſſit intelligi, Non eſt fruſtra dictum, Faciamus hominẽ: quia pater non dicit, ad imaginem meam, neq; filius, ad imaginem meam, neq; ſpiritusſanctus: ſed ad imaginẽ noſtram. Quod ex perſona, id eſt natura ipſius trinitatis rectiſſime accipiẽ. Tria itaq; iſta in hominis anima cogitemus: memoriam, intelligentiam, & uoluntatẽ: ab his tribus fit omne quod faciamus. Et cũ tria iſta bene recteq; ſeſe habent, bonũ & rectũ eſt omne quod facimus: ſi nec memoriam decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas uoluntatẽ. Ad dei quippe imaginem ſic reformamur. Omne igitur opus noſtrũ D ab his tribus fit: nihil enim agimus, quod non hæc tria ſimul agant. Deinde cũ de ſingulis loquimur, etiam quod ad ſingula pertinet, ab omnibus agitur. Neq; enim ſermonẽ, quẽ de ſola memoria facimus, memoria ſola facit: ſed intelligentia uoluntasq; cooperantur eum, quãuis ad ſolam memoriã pertineat. Hoc & de duobus cæteris uideri facillimum eſt: nam quicquid de ſe intelligentia loquitur, non ſine memoria & uoluntate loquitur: & quicquid ipſa uoluntas de ſe dicit aut ſcribit, hæc non facit ſine intelligẽtia & memoria. Quatenus ſint autẽ iſta ſimilia in anima, & rurſum quantum ſunt diſſimilia illi incõmutabili trinitati, quæ eſt deus, longum eſt enucleatiſſime diſputare, Sed ideo tantum hoc cõmemorandum putaui, ut etiã de ipſa creatura, quæ eſt homo & anima, aliquid adhiberem: unde intelligamus quòd non abſurdum ſit, quod de patre & filio & ſpirituſancto dicimus, inſeparabilia fieri ab omnibus opera, non ſolum ad omnes, uerumetiam ad ſingulos pertinentia.

[Ioan. 14 — Matth. 12 — Gal. 1 — Ioan. 2 — Gen. 1]

Sicut audit ergo filius, iudicat: ſiue quia & filius hominis eſt, ſiue quia non de ipſo eſt, ſed uerbum patris eſt. Quod enim nobis eſt, cũ audimus uerbum, accipere, hoc illi eſt, à patre uerbum eſſe. Quoniam ſic pater dici poteſt filio dediſſe uerbũ, hoc eſt ut uerbum ſit: quemadmodum dicitur pater dediſſe filio uitam: hoc eſt, ut uita ſit. Ipſe nanq; ait, Sicut habet pater uitam in ſemetipſo, ita dedit filio habere uitam in ſemetipſo. Non itaque ut aliud ſit ipſe filius, aliud ſit pater quàm uita quæ in ipſo eſt: ſed ut eadem uita ſit idem ipſe filius, ſicut pater non aliud eſt quàm uita quæ in ipſo eſt. Sed illam uitam filius patri non dedit, quia patrẽ non genuit: dedit autem pater filio uitam, ſicut eſt etiam pater ipſa uita: nec etiam pater ſic genuit uerbum, tanquam & ipſe ſit uerbum. Vitam quippe cum dicimus, poteſt eſſe de nullo alio, ſicut eſt patris uita, uel quod expreſsius dicitur, pater uita, cui de alio non eſt ut ſit. Cum uero dicitur uerbum, nullo modo poteſt niſi alicuius intelligi, & illius utique de quo eſt. Non itaque ſicut eſt filius deus de deo, lumẽ de lumine, uita de uita, dici poteſt uerbum de uerbo, quoniam ſolus eſt uerbum. Et ſicut patri proprium eſt uerbum generare, ita filio proprium eſt eſſe uerbum. Et ideo ſicut audit, iudicat: quia ſicut genitum eſt uerbum, ut idem uerbum ſit ueritas, ita ſecundum ueritatem iudicat: & iudicium eius utique iuſtum eſt, quia non quærit uoluntatem ſuam, ſed uolũtatem eius qui eum miſit. Hoc enim dicens, ad illum hominem Adam uoluit referre intentionem noſtram: qui uoluntatem ſuam quærendo, non eius à quo factus eſt, non habuit iuſtum iudicium de ſeipſo, ſed iuſtum iudiciũ habitũ eſt de ipſo. Ipſe quippe homo perficiens uoluntatẽ ſuam, non dei, moriturum ſe eſſe nõ credidit, ſed hoc iudicium eius non iuſtum fuit. Deniq; fecit ut ſit mortuus, quia iudicium dei iuſtum. Quod iudicium facit dei filius, nõ quærendo uoluntatem ſuam, cum etiã ſit hominis filius, non quia ipſius in iudicando nulla uoluntas eſt. Quis itaq; inſipientiſſimus dixerit, quòd uoluntas filij ſit ita propria, ut ſit à uolũtate patris aliena: ut tres, patrem, filium, & ſpiritũſanctum, tanquam tres homines inæquales, ac diſſimilis dignitatis faceret: tanquam imperatorem, patrem, iudicẽ, filiũ: aduocatum, ſpiritumſanctũ: ſecundum quos iudicaret filius, uelut imperiales leges: tanquã iudicis ſit dignitas, quòd habeat aduocatum, ſicut imperatoris eſt dignitas. Animalis enim homo nõ percipit quæ ſunt ſpiritus dei. Ergo patris & filij & ſpiritus ſancti diſparẽ non cogitet poteſtatem, qui natura ſaltẽ confiteẽ æquales. Abſit in illa trinitate, ut ſit ea conditio tanq; in generis humani mortalitate. Porrò ſancta ſcriptura quę iſtos diuinos actus, nõ differentia

[Probat deitatem ſpiritus ſancti. Cap. X — Ioan. 5 — Ioan. 5 — 1 Cor. 2]

differētia potestatū, sed operū ineffabilitate metitur, aduocatū nostrū, etiā ipsum iudicē nouit, dicē A
1 Ioan. 2 te Apostolo Ioāne, Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustum. Quod
Ioan. 14 etiā ipse significat ubi dicit: Rogabo patrē & aliū aduocatū dabit uobis. Neq; em̄ esset spūssanctus aduocatus alius, nisi hoc esset & filius: qui tamē ut inseparabilia sua & patris opera demōstraret, ait,
Ioan. 16 Cum ipse iero, mittā eum ad uos: & quis alio loco dicat, ubi ostenditur, q; pater & filius miserunt spiri-
Ioan. 14 tumsanctū: Quē mittet pater in nomine meo. Etiam ostenditur per Prophetam, q; & pater & spiritussanctus miserunt filiū. Nam quis nisi filius per
Esa. 48 Esaiam aduentū suū prænuncias dicit, Audite me Iacob & Israel quē ego uocabo, Ego sum primus, & ego in æternū, & manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit cœlum: uocabo illos, et astabunt simul. Cōuenient etiā uniuersi & audiēt. Ego B uocaui, adduxi illum, & prosperā eius uiam feci: cōuenite ad me, & audite ista. Hæc enim ab initio in obscuro locutus sum, cum fiebant, ibi eram: & nunc dominus misit me & spiritus eius. Vide euidentius, Ecce ipse se dicit missum à spiritusancto, qui fundauit terrā, & solidauit cœlū, ubi agnoscitur unigenitus per quē facta sunt omnia. Consolatorē uerū, quod officiū tanquam personæ infimæ, in illa trinitate isti spirituisancto deputant, de eum dicit Apostolus, sicut in epistola eius legimus ad
2. Cor. 1 Corinthios, Is qui cōsolat humiles, cōsolatur nos deus. Sanctorū ergo deus est consolator, isti quippe sunt humiles. Vnde tres illi uiri in camino di-
Dan. 3 cūt, Benedicite sancti & humiles corde. Deus est C
Matt. 19 itaq; spiritussanctus, qui cōsolatur humiles. Quòd spiritussanctus cum filio aduocatus sit, & Apostoli iudices, hoc ostēdit dominus ubi dicit, Vos qui secuti estis me, sedebitis super xij. sedes iudicantes xij tribus Israel. Absit autē ista à fideli corde ue cordia, ut sit iudicibus minor aduocatus spiritussanctus: cum illi utiq; ut iudices sint repleantur spiritusancto, secundū quē uiuētes fiunt spiritales. Spi-
1. Cor. 2 ritalis em̄ omnia iudicat. Quo modo ergo minor est iudice, qui iudices facit: cū faciat ut mēbra sint iudicis illius, & membra & suum templum, dicen-
1 Cor. 6 te Apostolo, Corpora uestra membra sunt Christi? Eodemq; itidem dicente, Corpora uestra templum in uobis est spiritus sancti. Hinc Salomonē regem nec lignis, nec lapidibus iussu dei templū D ita bonum fertur struxisse spiritui sancto, ut illi etiam tam acceptabile templum fabricaretur. Sicut
Matth. 4 est cum dominus dicat, Dominum deum tuū adorabis, & illi soli seruies. Et ita membra Christi fiāt templum dei, cum ipse sit uerbū dei: nec ullo modo imperatorum legi subiaceat, sed leges faciat. Filius à patre est, non factus, sed genitus, & spiritus sanctus à filio nō factus est, sed a patre & filio pro-
Mat. 3 cedens. Pater prædicat filiū dicendo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite: spiritussanctus annunciat filium esse uenturum: ac per hoc nō solum patris gloriam filius, uerumetiam gloriam filij reuelat pater: nec solum filij spiritussanctus, sed etiam filius manifestat, san

ctispiritus dignitatē. Et ideo sicut filius patri, ita & pater filio: & sicut spiritussanctus filio, ita filius spirituisancto perhibet testimoniū. A patre autē & filio missus est spiritussanctus, & à patre & spiritu sancto missus est filius. Filius non est minister patris, nec spiritussanctus minister filij. Vnde Apostoli, qui se ministros dei esse dicunt, eius quippe ministri facti sunt, in cuius nomine etiā baptizati, id est patris & filij & spiritussancti: & sic ministri trinitatis sunt in qua tres personæ secundū deitatē æquales sunt in ministerio. Filius non iubetur à patre, nec spiritussanctus à filio: quāuis in sacris scripturis filium obedientē legamus secundū formā serui, qua minor est patre. Legit itaq; in scripturis sanctis, filius subditus patri: ibi enim est forma serui, in qua & parentibus hominibus subditus erat, sicut Euangeliū loquitur, Et descendit cum eis, & Luc. 2
uenit Nazareth, & erat subditus illis. Non alicubi scriptura sancta dicit spiritum sanctum subditum filio. Proinde & quæ iubet pater, operatur filius propter formā serui: & quæ operatur pater, operatur & filius propter formam dei. Non enim ait, Pater iubet hæc quæcunque facit filius: sed hoc ait, Ioan. 5
Quæcunq; pater facit, hæc & filius facit similiter. Porrò etiam spiritussanctus loquitur quę mandat filius, quia scriptum est, De meo accipiet, & annunciabit uobis. Et filius ea loquitur quæ mandat Ioan. 19
spiritussanctus, cū dicat Apostolus, Quæ dei sunt, 1. Cor. 2
nemo scit nisi spiritus dei. Et cum ipse Iesus de seipso impletū esse confirmet, quod scriptū est, Spiritus dnī super me, propter quod unxit me euan- Luce 4
gelizare pauperibus. Si enim propter hoc unctus est Euangelizare pauperibus quia spiritus domini super eum erat, quid euangelizabat pauperib. nisi quod spiritus dnī habebat, quo repletus erat? Nam et hoc de illo scriptū est, quòd repletus sit spiritusancto. Filius adorat & honorat patrē, & spiritussanctus adorat & honorat filium. Propter formam enim serui dicuntur ista de filio, quia uidelicet scriptum est, Pater ego te honorificaui super Ioan. 17
terram, opus quod mihi dedisti, cōsummaui: & de spiritu sancto dicit filius, Ille me honorificabit, Ioan. 16
quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Ista ut uisa sunt, ad rem non pertinent, sed ut postea uidebuntur. Honorat enim omnis qui adorat. non autem adorat omnis qui honorat. Nam & secūdum Apostolum, fratres inuicem honore se prçueniūt, Rom. 12
nec tamen inuicem adorant: alioquin honorificare, hoc est id quod adorare. Cum filius & spiritussanctus, ambo à patre, ille nascatur, iste procedat, quę duo in illius naturæ sublimitate discernere omnimodo sit difficile. Ergo ne putaret, dictū est, Quia de meo accipiet ista sine dubio intelligi uolent, quòd de patre accipiet: sed ideo de ipso filio quia omnia quæ habet pater, ipsius sunt: hic autē non est diuersitas naturæ, sed unius principij commendatio. Secundum hunc itaq; spiritussanctus nō à seipso loquit, quia non est à seipso, qui de patre ꝓcedit. Sicut nec filius potest à se facere quicquā, quia nec ipse à seipso est: nō quod in omnib. nutū patris expectet, aut quod uiderit patrē innuentē, Ioan. 5
sed

sed ut ipse faciat ꝙ uiderit patrẽ facientem. Quod
autẽ spiritussanctus Christi filij præceptum expe-
ctet: sicut enim dictũ est, à seipso non loquitur, sed
quæcunq; à me audierit, loquitur: hoc est, omnia
quæ habet pater mea sunt: propterea dixi, de meo
accipiet. Vnde autẽ accipiet, inde est ꝓculdubio
quod loquit᷑, quia inde audit unde procedit. Scit
enim uerbum dei procedendo inde, unde nascit᷑
uerbum, ita ut sit communiter spiritus & patris &
uerbi. Nec moueat quenq; ꝙ futuri temporis uer-
bum est, accipiet, quasi nondũ haberet: Et indiffe-
renter quippe dicũtur tẽporis uerba, q̃uis sine tẽ-
pore manere intelligat᷑ æternitas. Nã & accepit,
quia de patre procedit, & accipiet, quia de patre
nunq; procedere desinet, sicut deus est, & fuit &
erit. Et cũ initiũ uel finem temporis nec habet nec
habuit nec habebit, Filius pro nobis interpellat
patrem, spiritussanctus postulat pro nobis, non au
tem postulat Christũ uel filiũ, sed interpellare nos
facit ad deum, sicut deus dicit ad Abraham, Nunc
Gen.22 cognoui: non ꝙ ante nesciebat. Quod quid est a-
Gal.4 liud, nisi feci ut cognoscas. Sic ergo ꝙ ait Aposto
lus, Cogniti à deo: ut intelligerent: ꝙ illos gratia
Ephes.4 sua deus fecerit cognitores suos. Vel secũdũ istũ
locutionis modũ dictum est, Nolite cõtristare spi
ritum dei: hoc est, nolite nos contristare, qui secun
dum spiritũ dei contristamur ex uobis. Charitate
quippe cõfundebantur, quã diffundebat spiritus-
sanctus in cordib. eorũ, & per hoc alios fratres tri-
Rom.8 stes ipsi faciebant. Deniq; idem Apostolus, Acce
pistis, inquit, spiritũ adoptionis filiorũ dei, in quo
clamamus, abba pater, Quomodo ibi, in quo cla-
mamus, quomodo hic clamantem faciat clamare?
Vt autem secundũ ipsorũ sensum sic accipiamus
clamãtem, tanq; nõ solum clamare nos faciat, sed
ipse clamet, ecce dicendo, Abba pater: non inter-
pellamus filium, sed patrem. Nõ ergo alio modo
audebimus dicere, q̃ patrem filium & spiritum-
sanctum idem esse. Non scimus per nosmetipsos
quid oremus sicut oportet, sed ipse spiritus inter-
pellat, id est, interpellare nos facit, quæ sunt secun
dum deum. Quod nisi faciat, non oramus nisi se-
cundũ hunc mundũ, ad explendã concupiscentiã
carnis, & concupiscentiã oculorũ, & ambitionem
seculi, quæ non sunt ex patre, sed ex mundo sunt.

Inter filiũ naturæ & adoptionis quid interfit. Totius sanitatis & sapientiæ & uirtutis patris,
uiua & ueta propria & condigna imago dicitur fi
lius. At Apostolus Paulus, non uirtutis dei & sa-
Ca.XI pientiæ imaginem, sed eum ipsum esse dicit uirtu-
1 Cor.1 tem & dei sapientiã. Eoipso ergo ꝙ imago patris
est filius, uirtus eius & sapientia eius: imago autẽ
plena & perfecta, id est, non ab illo ex nihilo facta,
sed de illo genita, nihil minus habet q̃ ille, cui ima
go est. Patris quippe imago summa, id est, similis
est filio unigenito, ut in ea dissimile aliquid non
sit. Non tamẽ audemus diuidere ab his imaginem
spiritussancti, qui dicitur manifestatio. Quis autẽ
catholicus dixerit esse partẽ uel portionẽ patris fi-
lium, aut partem filij spiritumsanctũ? Quod omni
no negandum est ut inter nos nulla sit quæstio. E-
iusdem naturæ dicimus esse trinitatẽ, non aliquã
sibi personã partem cuiuspiã nuncupamus. Sed cũ
A negamus partẽ patris esse filium, ut tamẽ dicamus
propriũ & dilectissimũ, perfectum & plenum, uni
genitum filium, quærendũ est à nobis, quos filios
suos facit deus uoluntarie gignens eos uerbo ue-
ritatis, cum ad eam perfectionem peruenerint ut
perfectiores esse nõ possint, utrum sint, etiam ipsi
ꝓprij dilectissimi perfecti & pleni filij dei? Quod
si erũt, nec unigenitus ille erit, quia æquales mul-
tos habebit, sed tãtummodo primogenitus, Si au-
tem non erunt, quomodo accipienda est illius ple
nitudo & perfectio, ut sit prorsus gignenti æqua-
lis, & in nullo omnino dissimilis? Et ut breuius pla-
niusq; dicamus, Sunt isti filij gratia, ille natura, qa
in istis participatio diuinitatis, in illo plenitudo:
q̃uis & ille qui suscepit hominem, uerbũ caro fa-
B ctũ, non sit iteraturus: deinde nõ filius, sed primũ
& præcipuum opus filij præ cæteris uniuersis di-
citur esse spiritussanctus. Vtrum filij meliores fu-
turi sint spiritusancto, quos uolũtarie genuit pa
ter uerbo ueritatis, an filius patris? Ad hoc procul
dubio dicere cogimur, ꝙ melius sit filius esse pa-
tris q̃ opus filij: atq; fateamur in illa trinitate nul-
lam personam, præter quod filius manẽs deus ho-
mo factus est, omnino esse creaturã, aut aliquid à
deo factũ: sed totũ quicquid illud est, summũ esse,
uerũ immutabilẽ deum. Absit enim ut pater ma-
ior sit filio, secundũ id quod unigenitũ uerbũ eius
est, sed secundũ id quod uerbum caro factũ est: &
non est mirum, cum in eadẽ carne factus est etiam
angelis minor. Absit etiã ut melior & maior sit fi-
C lius spiritusancto: & quod insanissimũ est crede-
re, templũ minoris sint membra maioris. Pater qui
dem deus & dominus est filio suo, quia inest in eo
forma seruilis, quæ prophetabatur cũ dicebatur:
Dominus dixit ad me, filius meus es tu: cui etiam Psal.2
dicitur, De uentre matris meæ deus meus es tu.
De uentre quippe matris eius ubi hominẽ assum- Psal.21
psit, deus eius est, qui propter quod eum non solũ
ante uentrẽ matris, sed ante omnia secula coæter-
nũ filium genuit, pater eius est. Pater immobiliter
& impassibiliter uolens filiũ genuit: filius sine la-
bore & fatigatione sola uirtute sua fecit spiritũ. O
præcipuã dico laudem filij & spiritussancti, quia
non nos pater mobiliter & passibiliter inuitus ge
nuerit, qui nos uoluntarie genuit uerbo ueritatis.
D Quid profuit hoc dicere, quòd filius cœlũ & ter-
rã cũ labore & fatigatione creauerit? Vnde nulla
sit quæstio, quòd scilicet sine ullo labore & fatiga
tione, uel pater gignat, uel faciat filius. Pater põt
facere quod filius facit, sed filius non potest facere
nisi quod uiderit patrẽ facientẽ. Et quæcunq; pater
facit, similiter hæc eadẽ facit filius. Verũ est autem
quòd pater omnib. quæ sunt ut essent dedit, & ip-
se quòd est à nemine accepit, sed æqualitatẽ suam
nemini dedit nisi filio, qui natus est de illo, & spiri
tuisancto, qui procedit de illo. Quod cũ ita sit, nõ
est differẽtia trinitatis: nã indifferẽs in trinitate na
tura, indifferẽs in trinitate potẽtia est: ut omnes ho
norificẽt filiũ, sicut honorificant patrẽ, quod ipse
ait, Et qui uolũt pie uiuere dominũ deum suũ ado

tent, & illi soli seruiat: quod & antiquis patribus, dei lege præceptum est. Nec ullo modo aliter fieri potest, ut soli domino deo nostro seruiamus, nisi ipse dominus deus noster uniuersa sit trinitas. Si uero aliquib. molib. terræ templum fabricaremus, quis dubitaret nisi seruitute ipsis seruiremus? Quo modo ergo spirituisancto seruitutē exhibemus, cui templū nō facimus, sed nos ipsi sumus, de quo dicit Apostolus, Nescitis quia uos estis templum dei, & spiritus dei habitat in uobis? Et paulo post.
1 Cor. 3 & 6 Glorificate ergo deum in corpore uestro. Corpora autem nostra, templum in nobis dicit esse spiritussancti. Cū ergo & patri & filio & spirituisancto seruitute seruiamus, audiamus legem dei præcipientem, ut nulli alteri, sed solū domino deo nostro hanc latriam seruitutis exhibeamus. Proculdubio
B unus & solus dominus noster est ipsa trinitas, cui
Ioan. 6 uni & soli talem seruitutē pietatis iure debemus: sicuti nemo potest sine filio ad patrem transire, ita & nemo potest sine spiritu sancto filium in ueritate adorare: quasi et non ad filiū sine patre quisquā possit uenire, cum ipse dicat, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Aut ad spiritumsanctū sine patre & filio peruenire non possemus. Quid est enim aliud eos ad nos uenire, nisi qui nobis suā gratiā cōferunt, eos habitātes in nobis habere? Hoc em modo & ipsi ad nos ueniunt, cū deus ubiq; sit, & nullo corporali cōtineatur lo-
Ioan. 14 co. Ipse saluator de se dicit, & de patre, Veniemus
Ioan. 16 ad eū, & mansionē apud eum faciemus. Et de spiritusancto dicit. Nisi ego abiero, aduocatus non ueniet ad uos. Nam si nemo potest sine spiritusancto filiū adorare in ueritate, & in spiritusancto ad-
C oratur filius, pfecto ueritas est etiā spiritussanctus quia cū in illo adorat filius, in ueritate adorat. Ac per hoc & in seipso & in spiritusancto adoratur filius. Quis autē sit sic impius ut inde separaret patrem? Quomodo em non & in illo adoramus, in quo uiuimus, mouemur & sumus? Nā per filium glorificari patrē quis negat? Sed & filiū glorifica-
Ioan. 12 ri per patrē, negare quis audeat? Cui dicit ipse filius, Glorifica me pater. Cui etiam dicit pater, Fili
Personæ tres eadem operantur Cap. XII ego te glorificaui. Glorificare & honorificare ac clarificare, tria quidem uerba, sed res una est. Proinde adorare filium in spiritusancto etiam nos dicimus. Spiritussancti enim opus est, & diligentia sanctificare, & sanctos custodire, & non solum rationabilia, sed etiam irrationabilia plura sanctificare: & etiam eos qui ceciderunt propter suam
D negligentiam, ad pristinū statum reuocare: ignorantes docere, obliuiscentes admonere, peccātes arguere, errantes ad uiam ueritatis deducere: pigros hortari de salute sua cogitare, & solicite agere: infirmos curare, & fragilitatē corporis per alacritatem animæ continere, & ad amorem pietatis & castitatis confirmare & omnes illuminare. Super omnia fidem & charitatem præbet singulis, pro studio quoq; & diligentia, pro synceritate & simplicitate mentis, pro mensura fidei & merito conuersationis gratiam ad utilitatem uult diuidere, & unusquisq; in quo opere & proposito fuerit

A habitus, in ipso eū uult ordinare facto. Hec quidē spiritussanctus facit, sed absit ut hæc sine filio faciat. Quis enim sic deuiet à uia ueritatis, ut neget à Christo custodiri sanctos, lapsos autē in statum pristinum reparari, ignorantes doceri, obliuiscentes admoneri, peccantes argui, pigros hortari, errantes ad uiam adduci, infirmos sanari, cæcos illuminari? Et cætera quæ sunt spirituisancto attribuēda, tanquam ipse solus faciat non putemus. Vt em de cæteris ne longum sit taceam, quomodo negabimus à Christo doceri sanctos, quibus idem dicit, Nolite ab hominibus uocari rabbi, unus enim Matth. 23
est magister uester Christus? Quomodo negabimus à Christo illuminari, de quo scriptum legimus, Erat lux uera quæ illuminat omnem hominē: & cætera. Spiritus ergo sanctus sicut sine Christo nō docet aut illuminat quenquā, ita sine Christo nō sanctificat quenquā. Illud aūt dictum eligamus, quod per Prophetam dicit deus, Vt sciant Exod. 31
quia ego sum qui sanctifico eos, & nō separemus à patre nec à filio opera spiritussancti sanctificatoris. Sed quod melius est, uox illa est intelligenda per Prophetā ipsius trinitatis nullo dubitante. Vnus deus est pater & filius & spiritussanctus, ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Cum itaq; fateamur fieri à spiritusancto, quæ ab illo cōmemoramus, non est ex eo consequens, aliū esse à filio & à patre, spiritū sanctum natura & ordine, gradu, affectu, dignitate & potestate, uirtute & operatione. Quoniam quidem hominū diuersa natura est, quorū separabilia opera esse possunt, quod trinitatis nō esse noscitur: quòd aut gradus, aut affectus, qui inueniē tur in creaturæ disparilitate & infirmitate, nullus est in illa coæterna & æquali & impassibili trinitate. Dignitas uero & potestas quomodo nō æqualis est omnibus, qui eadem & similiter operantur? Has omnino falsum esse cōmonemus diuersas in operatiōe trinitatis, sed dicimus similes esse. Hoc nos catholici impossibile esse dicimus de deo, ut unus idemq; sit pater & filius: generans & nascēs: cui testimonium perhibetur, & qui testimonium perhibet: maior, & is qui maiorem confitetur: is qui ad dexterā sedet & stat, & is qui sedens dat honorē: qui missus est, & is qui misit: discipulus et doctor, ut ipse dicit, & docuit, Sicut docuit me pater ita loquor. Similis imitator, & is cui similis, & quē imitat: is qui orat, & is qui exaudit: is qui gratias agit, et is q benedicit: is qui suscipit mandatū, & is qui dedit mādatū: minister & præcipiens: supplex & eminēs: subditus et superior: unigenitus et ingenitus: sacerdos & deus. Licet ex parte aliqua uera sint prædicta in parte diuisim secundum deitatem Quòd non sit
& in filio secundum humanitatē, non tamen eum patre maior filius, sed coæ
unum & eundem filiū dicimus esse qui pater est. ternus; & quo
Nos autē patrem gignentē & filium genitū, duas modo in futuro etiam secu
dicimus esse personas, sed nō duas diuersas q; natu lo patri subij
ras. Non ergo unus & idem est pater & filius. ciendus asseratur. Ca. XIII

Quòd uero maior est pater, non pertinet ad naturā gignētis & geniti, sed hominis & dei: secundum quā formā suscepti hominis, & ad dexteram sedet

sedet uel stat, & orat, & gratias agit, sacerdos est, & minister est, & supplex est, & subditus est. Secū dum autem formam dei qua æqualis est patri, unigenitus est, & gignēti coæternus. Et licet ut tunc sit primogenitus omnis creaturæ, quia in illo con dita sunt omnia, priusq; ille genitus, q̄ hęc condita, tamē sempiternus est, sicut pater, nec cœpit ex tempore. Nā & patrē rectissime dicimus priorem esse q̄ uniuersa quæ cōdidit, q̄uis genitus non sit. Nihil eñ tam primū q̄ id ante quod nihil est. Sed sicut nihil est ante patrē, ita & nihil est ante unigenitum filiū, patri utiq; coæternū. Neq; enim quia ille genitus est, ideo est pater tempore anterior: nā si inter patrem gignentem, & genitum filium aliquod tempus est, profecto tempus ante filium, & non est iam primogenitus omnis creaturæ, quia & tēpus utiq; creatura est. Nec omnia per ipsum, si tēpus ante ipsum: sed omnia per ipsum, nullū ergo tēpus ante ipsum. Ac per hoc quemadmodum ignis & splendor qui igne gignitur, & circūquaq; diffundit, simul esse incipiūt, nec genitus à gignēte præcedit, & sicut ignis gignēs & splendor genitus coæui sunt: ita deus pater gignēs, & deus filius genitus coæterni sunt. Sed quia iste de illo, ille nō de isto, ideo & mandatū accepit à patre, cum man datū ipse sit patris, & docet eū pater, cū ipse sit paterna doctrina. Sic eñ accepit à patre uitā, cum sicut pater ipse sit uita, ita est patris similis, ut in nullo sit omino dissimilis. Testimoniū cum inuicē sibi perhibeāt pater & filius, quomō isti alterū eorū faciant testimoniū perhibentē, & alterū cui testimoniū perhibeat, ignoro. Nonne pater dicit: Hic est filius meus dilectus? Nonne & filius cum testimonium petit à patre, dicit, Testimoniū perhibet de me, qui me misit? Ergo eos ita distinguemus, ut patrē dicamus qui testimoniū perhibet, & filiū secundū carnem cui testimoniū perhibet. Secundum deitatē aūt inter præcipiētē, & cui præcipit, nullā faciemus distinctionē: similiter de patre mittente, & de filio emisso. Pater unigeniti dei nunq̄ præscius erat se patrem futurū, quia nunq̄ non pater erat habens filiū coæternū, & eum generans sine tempore, per quem condidit tempora. Et sicut deum se nō præsciuit futurū quod semper erat, sic non tempore se præsciuit patrē, quia cū filio semper erat, nec magno filio maior, nec bono melior, quia non patri tantū, sed uniuersæ trinitati dictum est, Tu es deus solus magnus. Nec de patre tantū, sed de uniuersa trinitate, recte intelligitur dixisse idē filius, Nemo bonus nisi unus deus, quādo appellauit magistrū bonū, qui eum nondū intelligebat: sed tanq̄ diceret, si uocas bonū, intellige deū. Nemo tamen bonus nisi unus deus. Trinitas igitur unus deus solus magnus & bonus, cui uni soli, sicut præcepit lex eius, illa quæ latria dicit̄ serui tute seruimus. Absit autē ut dicamus, humilitatis & nō ueritatis gratia filiū aliquando sic loqui ut se patri subijciat, cumq; secundū deitatē maiorē esse testetur. Nouimus quippe in filio formā serui secundum carnē, non fictā simulatāq;, sed uerā: propter quā scilicet humanū habitū, & propter quod ipse de patre, non de ipso deus est. Nā deus pater & filius & spiritussanctus unius eiusdēq; substantiæ uel, ut expressius dicatur, essentiæ sunt & naturæ, quæ οὐσία Graece nuncupat̄. Quanta igitur uoragine impietatis immerguntur, qui cōfitentes unigenitū dei filiū, nolunt eiusdē naturæ cuius est pater confiteri, sed diuersæ atq; imparis & multis modis rebusq; dissimilis: tanq̄ non ex deo natus, sed ab illo de nihilo sit creatus: ac per hoc & ipse creatura, gratia illius nō natura, quē nos fatemur filiū esse patris ante omnia secula sine tēpore. Dicit Apostolus etiā in futuro seculo patri filium subiectū futurū, ubi ait, Tunc & ipse subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Quid mirū, quandoquidē illa in filio forma humana māsura est, qua semper maior est pater, & nos illā filij subiectionē ipsius humanæ formæ, in diuinā substantiam credimus cōmutatā? Ostēdimus ideo dixisse Apostolū, etiā tunc patri filiū subiectū futurum, ne quis in eo putaret spiritū & corpus humanū aliqua cōuersatione periturū, ut sit deus per omnia, non tantū in illius unius forma hominis, sed in omnib. id est, ad exhibendā uitā, & faciendū in bonis desideriū nostrum natura diuina sufficiat. Tunc eñ deus omnia erit in omib. cū pręter ipsum nihil omnino habere uelle cœperimus. Omnia quippe ipse erit nobis, si quando sufficiente ipso, nihil deerit nobis.

Marginalia: A; B; C; Matth. 3; Ioan. 8; Psal. 85; Matth. 18; 1 Cor. 15

CENSVRA

Collectum & hoc partim ex opere quodam Hieronymi de membris dei, partim è scripturis Augustini, Styli facilitas magis refert Hugonem Victorinum q̄ Augustinum, & fortasis hoc est, quod inter illius lucubrationes fertur De natura dei simplici.

DE ESSENTIA DIVINITATIS LIBER VNVS

OMNIPOTENS deus pater & filius & spiritussanctus, unus atq; trinus: unus uidelicet in natura, trinus uero extat in personis: solus inuisibilis, solus immēsus atq; incōprehensibilis, solus circunscriptus, solus immutabilis, incorporeus & immortalis: ubiq; præsens, sed latēs: ubiq; totus, sed immensus. Inuisibilis est, quia in essentia sui uideri omnino non potest, Apostolo attestante, qui ait, Quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest. Ait in Euangelio, Deum nemo uidit unquam. Incorporeus est, quia nullis membrorum liniamentis compositus, siue compactus existit: sicut ueritas in Euangelio ait, Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Immensus est, quia quantitas eius uel qualitas à nullo ex creaturis metiri potest. Cui Salomon in oratione sua supplicans ait, Si cœlum & cœli cœlorum te non capiunt, quanto magis domus ista quam ædificaui? Incircum-

Marginalia: Inuisibilis deus; 1. Timot. 6; Ioan. 6; Incorporeus deus; Ioan. 4; Immensus deus; Reg. 8

Incircumſcriptus & illocalis deus ui? Incircumſcriptus eſt, quia circumſcribi nullo
modo poteſt, Illocalis eſt, quia de loco ad locum A
nequaquam tranſit, ſed neq; in loco quolibet reti
Eſa.66 netur, ipſo de ſemetipſo per Eſaiam Prophetā te-
ſtimonium perhibente atq; dicente, Cœlū mihi ſe
des eſt, terra autē ſcabellum pedū meorum. Et per
Hier.23 Hieremiā, Nunquid nō cœlū & terrā ego impleo
dicit dominus? Cuius immenſitatem Propheta in
Pſal.138 Pſalmo cōfitens ad ipſum deum ait, Si aſcendero
in cœlū tu illic es, & ſi deſcēdero ad infernū ades.
De cuius adhuc immenſitate in libro beati Iob
Iob 11 ſcriptū eſt, Excelſior cœlo eſt, & quid facies? Pro
fundior inferno, & unde cognoſces? Longior ter
ra menſura eius, & latior mari. Qui enim cœlū &
terrā implet: proculdubio nullus eſt locus ab eius
præſentia abſens. Super omnē quippe creaturam B
præſidet regendo: ſubtus omnia eſt ſuſtinendo at
q; portādo, nō pōdere laboris, ſed infatigabili uir-
tute: quoniam nulla cratura ab eo condita per ſe
ſubſiſtere ualet, niſi ab illo ſuſtētetur qui illā crea-
uit. Extra omnia eſt, ſed non excluſus: intra omnia
Immutabilis deus eſt, ſed non incluſus. Immutabilis eſt, quia muta-
ri omino ab eo quod eſt nō poteſt, ipſo dicēte per
Mala.3 Malachiam Prophetā, Ego dominus & non mu-
tor. Ideo autē deus immutabilis dicit̃, quia in na-
tura eius, ira, furor, pœnitentia, obliuio, recorda-
tio, & alia his ſimilia, nullo modo accidunt. Sim-
plex eñ natura eſt & immutabilis atq; impertur-
bata, neq; aliud eſt ipſe & aliud q̃d habet & quod
Immortalis deus eſt. Immortalis eſt, quia mori nullo modo poteſt,
Apoſtolo hoc atteſtāte atq; dicente, Qui ſolus ha
1 Timot.6 bet immortalitatē, lucē habitās inacceſſibilē, quē C
nullus uidit hominū, nec uidere poteſt. Vbicūq;
autem ſacra ſcriptura ſparſim per diuinos libros,
motus in deo animæ ſeu humana mēbra deſcri-
bit: id eſt, caput, capillos, oculos, palpebras, nares,
os, labia, linguam, cor, imaginem, uterum, manus
dexterā, ſiniſtram, digitos ſeu digitum, brachium,
alas, poſteriora, pedes: item motus animæ, iram, fu
rorem, obliuionē, recordationē, pœnitentiā: hæc
& alia his ſimilia non carnaliter iuxta hiſtoriam à
recte intelligentib. ſentiēda ſunt, ſicut à Iudæis &
à plerisq; hæreticis carnaliter ſentientib. qui deum
corporeum atq; carnalē opinantur, ſed ſpiritaliter
omnia de eo intelligēda & cōfitenda ſunt. Si quis
autem humana in deo membra, ſeu motus animæ
more humano ineſſe credit, proculdubio in cor- D
Caput dei de ſuo idola fabricat. Igitur ut dictū eſt figuraliter
in deo caput cum legimus, ipſam eſſentiam diuini
tatis eius quæ omnia præcedit, & cui omnia ſub-
Capilli dei iecta ſunt intelligere debemus. Capillos uero ca-
pitis eius, ſanctos angelos ſeu uniuerſos electos
typice accipi oportet. Vnde in libro Danielis
Daniel.7 Prophetæ ſcriptum eſt, Aſpiciebam donec throni
poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, Veſtimenta
eius quaſi nix candida, & capilli capitis eius qua-
ſi lana munda. Hoc enim ſignificat per ueſtimen-
tum eius candidū, quod & per capillos capitis e-
ius, ſanctos uidelicet angelos & multitudinē ſan-
ctorum dealbatorū. Vel certe ideo capilli eius la-
næ mundæ cōparantur, ut per hoc antiquus dierū

eſſe credatur. Oculos habere dicit̃ deus, eo quod
A omnia uidet, & nihil eum latet, in cuius cōſpectu, Oculi dei
ut ait Apoſtolus, nulla creatura inuiſibilis eſt, O- Heb.4
mnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius. Aliter
uero oculi domini reſpectus gratiæ eius intelligi-
gitur, ut eſt illud in Pſalmo, Oculi domini ſuper Pſal.33
iuſtos. Item aliter oculi domini, præcepta eius per
quæ nobis lumē ſcientiæ ſubminiſtratur, myſtice
accipiunt̃, ut eſt illud in Pſalmo, Præceptum domi Pſal.18
ni lucidū illuminās oculos. Palpebræ domini, oc- Palpebræ dei
culta atq; incōprehēſibilia iudicia eius, ſiue ſpiri-
talis in diuinis libris locutio innuitur, de quib. in
Pſalmo ſcriptū eſt, Palpebræ eius interrogant fi- Pſal.10
lios hominū: id eſt, probant. Aures habere dicitur Aures dei
deus, ꝑpter q̄ om̃ia audit & nihil illi ſub ſilētio la
B tet. Hinc in libro Sapientiæ eſt ſcriptū, Auris zeli Sap.1
audit omnia, & tumultus murmurationū nō abſ-
conditur. Nares dei, inſpiratio eius in corda fide- Nares dei
lium, ut eſt illud in libro Regum. Aſcendit fumus 2 Reg.22
de narib. eius: id eſt, lachrymoſa cōpunctio pœni-
tentis per inſpirationē illius, Facies dei eſt cogni- Facies dei
tio diuinitatis eius ad homines, de qua cognitio-
ne ſcriptum eſt, Oſtēde nobis domine faciē tuam Pſal.79
& ſalui erimus. Hoc eſt, da nobis cognitionē tuā:
quæ cognitio per filiū hominib. innotuit, ipſo di-
cente in Euangelio, Nemo nouit patrē niſi filius
& cui uoluerit filius reuelare. Aliter uero facies Matt.11
dei ſignificat inuiſibilem eſſentiam diuinitatis filij Exod.23
dei. De qua ipſe ad Moyſen per angelum reſpon-
dens ait, Poſteriora mea uidebis, faciē autē meam
uidere nō poteris. Ac ſi diceret, Incarnationē me-
C am uidebis in nouiſſimis dieb. diuinitatem autem
meā uidere nō poteris. Os dei, filius dei patris, id
eſt, Chriſtus dominus: de quo Hieremias Prophe Os dei
ta ex perſona Iudæorū effatus ait, Quia os eius ad
iracundiā prouocauimus. Aliter uero os domini Thren.1
ſermo eius ſiue iuſſio accipitur. De quo ſermone Eſa.58
domini Eſaias Propheta ait, Os domini locutum Verbum dei
eſt. Verbū dei, eſt filius dei patris per quod omnia Pſal.22
facta ſunt. De quo in Pſalmo, Verbo domini cœ- Pſal.106
li firmati ſunt. Et alibi, Miſit uerbū ſuū & ſanauit
eos. In principio, inquit, erat uerbū, & uerbū erat
apud deū, & deus erat uerbū. Lingua dei myſtice
ſignificat ſpiritum ſanctū, per quem deus pater ſe Lingua dei
cretū ſuum hominib. manifeſtauit. Vnde in Pſal-
mo, Lingua mea calamus ſcribæ uelociter ſcribē- Pſal 44
D tis. Labia domini, utriuſq; teſtamenti cōſonātia in Labia dei
telliguntur. De quib. duob. teſtamētis in Prouer- Prouer.16
bijs ſcriptū eſt, Diuinatio in labijs eius, in iudicio
non errabit os eius. Brachia dei patris, filius eius Eſa.51
& ſpiritusſanctus intelligūtur: Sic in Eſaia, Et bra- Brachium dei
chia mea populos iudicabunt, Brachiū dei patris
ſingulariter, filius eius accipit̃. De quo Hieremias
Propheta ad ipſum ait, Et nunc domine dñe meus Hier.32
qui eduxiſti populū tuum de terra Ægypti in ma-
nu forti & brachio extēto. Idcirco autem filius dei
patris, brachiū eius dicit̃, quia om̃is creatura ele-
cta ab ipſo continet̃. Dextera dei patris, id eſt, uni
genitus filius eius accipit̃. De quo in Pſalmo ex ꝑ
ſona hominis aſſumpti, Dextera, inquit, domini Dextera dei
fecit uirtutē, dextera domini exaltauit me. Aliter Pſal.117
autem

aũt dextera domini gloriã patris significat, id est,
æternã beatitudinẽ. De qua in Psalmo ex persona A
patris ad filiũ, Sede à dextris meis. Dicitur aũt &
Psal.109 dextera dei om̃is electa creatura in cœlo & in ter-
ra, sicut & per sinistrã eius intelligit̃ reproba crea-
tura, id est dæmones & om̃es impij qui ad læuã po
siti æterna supplicia sustinebunt. Manus dei pa-
Manus dei tris, filius accipitur, pro eo ꝙ per ipsum facta sunt
omnia. Sicut est illud in Esaia Propheta, Omnia
Esa.66 hæc manus mea facit, & sancta sunt omnia. Aliter
uere manus dei potestas eius intelligitur. De qua
potestate in libro Hieremiæ scriptũ est, Sicut lutũ
Hie.19 in manu figuli, ita uos in manu mea domus Israel.
Iterũ manus domini, flagellũ ipsius accipitur. De
cuius percussione in Sophonia Propheta scriptũ
Sop.1 est, Et extẽdam manũ super Iudã & Hierusalem,
Iob.19 & disperdam de loco hoc reliquias Baal &c. De B
qua percussione domini beatus Iob ait de semet-
ipso, Manus domini tetigit me. Digitus dei singu
Digitus dei lariter, spiritussanctus accipit̃, à quo spiritusancto
lex in duab. tabulis lapideis in monte Sina scripta
narratur. Ipse em̃ scripsit qui scribẽda dictauit, id
est, spiritussanctus. De quo spiritusancto, dñs in
Luc.11 Euangelio. Si ego, inquit, in digito dei eijcio dæ-
monia: Quod alius Euãgelista declarãs ait, Si ego
Matt.12 in spiritu dei eijcio dæmonia. Sicut enim digitus
cũ manu & brachio, manus uero et brachiũ unum
sunt cũ corpore in natura, ita pater & filius & spi-
ritussanctus tres quidẽ sunt personæ, una autẽ sub
stantia diuinitatis. Digiti uero pluraliter sancti in
Digiti pluraliter telliguntur Prophetæ, per quos spiritussanctus li
bros legis ab Prophetarũ sua inspiratione descri- C
psit. De quib. in Psalmo scriptum est, Videbo cœ-
Psal.8 los tuos, opera digitorũ tuorum. Per cœlos em̃ li-
bros legis & Prophetarum: per digitos uero san-
ctos, ut dictum est, Prophetas mystice insinuauit.
Imago dei patris inuisibilis, unigenitus est filius
Col.1 eius, de q̃ Apostolus ait, Qui est imago dei inuisi-
bilis. Aliter nãq; est imago dei patris in filio suo,
quẽ non aliũde, sed ex semetipso, hoc est ex substã
tia sua per om̃ia sibi similẽ genuit & æqualẽ: aliter
uero est in anima hominis, quã nõ ex se, id est, de
substãtia sua, sicut pleriq; hæretici opinati sunt, ge
nuit, sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago
cuiuslibet regis in filio eius quẽ ex semetipso ge-
nuit sibi similẽ, id est, homo hominẽ: aliter uero in
anulo eius, siue in cętera imago eius impressa, quę D
nõ est hoc quod ipse, sicut filius qui naturaliter est
Cor dei hoc quod & pater. Cor dei patris, arcanũ sapien-
tiæ eius mystice innuit, ex quo uerbũ, id est, filiũ
suũ impassibiliter sine initio genuit, ipso dicente
per Prophetã, Eructauit cor meum uerbũ bonũ.
Psal.44 Alas habere dicitur deus, pro eo ꝙ more auis ele-
ctos suos tanq̃ pullos sub se colligit, fouet, & ab
insidijs diaboli & malorũ hominum protegit. De
Alæ dei cuius protectione Propheta in Psalmo ad ipsum
ait, Sub umbra alarũ tuarũ protege me. Scapulas
Scapulæ dei habere dicit̃ deus, quia infirma mẽbra ecclesiæ pa
tienter quasi in scapulis suis portat, & portando
protegit. De quo in Psalmo uiro iusto dicitur, Sca
Psal.90 pulis suis obũbrabit tibi, & sub pennis eius spera

bis. Venter dei patris, secreta origo substantiæ uel
scientiæ eius accipitur, ex qua origine ineffabiliter Venter dei
ante omnẽ creaturã filiũ suũ genuit: ipso testimo-
nium perhibente per Prophetã, id est, patre ad fi-
lium. Ex utero ante luciferum genui te. Aliter ute
rus dei incõprehensibilia & occulta iudicia eius, Psal.109
quæ rimari nequeunt, mystice insinuat. De quib.
occultis iudicijs eius in Iob scriptum est. De cuius Iob.38
utero egressa est glacies, & gelu de cœlo quis ge-
nuit? Posteriora filij dei, incarnatio eius accipit̃, Posteriora dei
quæ extremo tẽpore ad redemptionẽ humani ge
neris facta est. De qua posteriori parte filius dei in
monte Sinai ad Moysen per angelũ ait, Posterio-
ra mea uidebis, faciẽ autẽ meã uidere non poteris. Exo.33
Ac si diceret, Incarnationẽ meã uidebis, diuinita-
tem meã uidere nõ poteris. Pedes dei, stabilimen- Pedes dei
tum uirtutis ac potẽtiæ eius sunt, eo ꝙ ubiq; præ-
sens sit & uniuersa illi sint subiecta, ipso dicente
per Esaiam Prophetã, Cœlum mihi sedes est, terra Esa.66
autẽ scabellũ pedũ meorũ. Aliter uero pedes filij
dei, incarnatio eius intelligitur, quæ diuinitati
subiecta est, tanq̃ capiti pedes, Siue pro eo ꝙ cir-
ca finem mundi ipsa incarnatio facta est. Sicut em̃
per caput, ut dictũ est, diuinitas: ita per pedes figu
raliter humanitas eius exprimit̃. De qua humani
tate in Exodo scriptũ est, Viderũt eum filij Israel, Exo.24
hoc est, Moyses & Aarõ & Nadab & Abiu & se-
ptuaginta de seniorib. populi. Et paulo post, Sub-
pedib. eius quasi opus lapidis sapphirini et quasi
cœlũ cũ serenũ est. Sicut autẽ per lapidẽ sapphirũ
cœlestes creaturas, id est, angelos sanctos: ita per
cœlũ serenũ sanctã electorũ ecclesiã ex hominib.
assumptam figuraliter demonstrare uoluit. Super
quas duas creaturas homo assumptus à filio dei
in perpetuum regnat. De quo in Psalmo, Omnia
inquit, sub pedib. eius, oues & boues uniuersas.
Aliter per pedes domini Iesu Christi, signati sunt
sácti prędicatores, de quib. in Deuteronomio scri Deu.33
ptũ est, Qui appropinquãt pedib. eius, accipiẽt de Vestimentum
doctrina eius. Vestimentũ filij dei aliquando caro dei
eius, quę à diuinitate assũpta est, in diuinis libris fi
guraliter accipit̃. De quo indumẽto carnis eius E- Esa.63
saias Propheta uaticinãs ait, Qui est iste qui uenit
de Edõ tinctis uestib. de Bosra? Rursum uestimen
ta eiusdẽ domini, sancta accipit̃ ecclesia, quæ per
fidẽ & dilectionẽ ei cõiũcta est. De qua in Psalmo Psal.92
scriptũ est, Dominus regnauit, decorẽ indutus est.
Et in alio Psalmo ad ipsum dominũ, Cõfessionem
et decorẽ induisti amictus lumine sicut uestimẽto. Psal.103
Palliũ dei, antedicta ecclesia recte intelligitur, de Pallium dei
qua in libro Genesis scriptum est, Lauabit in uino
stolã suã: hoc est, in sanguine passionis carnẽ suã:
& in sanguine uuæ palliũ suũ, id est, ecclesiam. Cal
ceamẽta dei mystice significãt incarnationẽ suam Calceamenta dei
quã ex mortalitate humani generis assumere dig-
natus est. De qua incarnatione sua ipse p̃ Prophe-
tã in Psalmo ait, In Idumæam extendã calceamen Psal.59
tũ meũ: id est, plebi Gentiliũ manifestabo incarna
tionẽ meã. Gressus domini, aduẽtus filij dei in mũ
dũ est, & regressio eius ad patrẽ. De quib. gressib. Gressus dei
Psalmista canit, Visi sunt gressus tui deus, ingres- Psal.67

ſus dei mei regis qui eſt ſancto. De cœlo enim ue
nit in uterũ uirginis, de utero uirginis naſcẽdo, po
ſitus eſt in præſepio. Poſtq́ autẽ omnia impleuit
pro quib. à patre miſſus uenerat, appenſus eſt li-
gno crucis: de cruce autẽ depoſitus, ſecundum car
nem ſepultus eſt, ſecundũ animam uero ad inferna
deſcendit: tertia uero die per potẽtiam diuinitatis
ſuæ carnẽ ſuã de ſepulchro ſuſcitauit: & poſt dies
reſurrectionis ſuæ, quadrageſimo ſcilicet die, ui-
Act.1 dẽtib. Apoſtolis aſcẽdit in cœlũ, & ſedet ad dexte
rã patris, id eſt, in gloria eius. Hi ſunt enim greſſus
filij dei, iſte deſcenſus & aſcenſus & regreſſus eius
Aſcendere dei qui frequẽter in ſacris ſcripturis legitur. Aſcende-
re deus dicitur, cũ filius dei carnẽ de nobis aſſum-
ptã in cœlũ uelut captiuam duxit: ſicut eſt illud in
Pſal.67 Pſalmo, Aſcẽdit in altũ, captiuam duxit captiuita
tem: quia naturam humani generis quæ à diabolo
captiua in mũdo retinebat, aſſumẽs, ſecũ in cœlũ
ubi nunq́ antea fuerat tanq́ captiuã deportauit.
Abſcõdere dei Abſcõdere faciẽ ſuam deus legitur, cũ quibuſdã
reprobis eorũ exigentib. culpis cognitionẽ ſuam
abſcõdit: ſicut in populo Iudæorũ nũc impletũ ui-
demus, qui negantes filiũ dei ſcientiã ueri dei per-
diderunt, ut ſimiles forent gentib. quæ deũ nõ no
Oſtendere dei uerunt. Oſtẽdere dicitur deus faciẽ ſuã, cum reſpe
ctu gratiæ ſuæ quib. uult, electis ſcilicet ſuis, ſeip-
ſum in corda eorũ occulta inſpiratione inſinuat,
Sedere dei & ad diligendũ ſe amorẽ ſuũ infundit. Sedere di-
citur deus, nõ corporaliter humano more, ſed po-
Pſal.46 tentialiter ſuper omnẽ creaturã rationalẽ præſide
re, ut eſt illud in Pſalmo, Regnauit dominus ſu-
per gentes, deus ſedet ſuper ſedẽ ſanctã ſuam. Se-
dere etiã dominus dicitur ſuper Cherubin, quod
interpretatur plenitudo ſcientiæ ſiue multitudo,
per quod ſignificant ſancti angeli, ſiue mẽtes ſpi-
ritualiũ uirorũ in quib. deus inuiſibiliter præſidet
& regnat, In illis enim ſedet qui ſciẽtia eius & di-
lectione pleni ſunt. In prouerbijs quippe Salomo
nis ſcriptũ eſt, Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Sa-
pientia uero dei patris Chriſtus eſt, qui ſuper ani-
Deſcẽdere dei mas iuſtorũ ſedere dicit. Deſcendere in mundum
deus legit, quãdo aliquid nouũ quod antea nõ fu
erat in creatura humana operatur: ſicut filius dei
patris deſcẽdiſſe narrat, quãdo uerã carnẽ ex Ma-
ria uirgine propter redemptionẽ noſtrã ſuſcepit,
& uerus homo fieri dignatus eſt, nõ amittẽdo q̃d
erat, ſed aſſumẽdo quod nõ erat. De cuius deſcen-
ſione, hoc eſt, incarnatione, de ipſo ſcriptum eſt in
Pſal.17 Pſalmo, Inclinauit cœlos & deſcendit, & caligo
ſub pedib. eius. Cœlos inclinauit, quia ante aduen
tum ſuũ prænuncios angelos ſiue Prophetas mi-
ſit, qui eius aduentũ hominib. nunciarent. Caligo
ſub pedib. eius fuit, quia impij homines à ſua ma-
licia cæcati, eius incarnationẽ agnoſcere non po-
Stare dei tuerũt: ſed neq́ nũc poſſunt. Stare deus dicit, cum
nos infirmos, id eſt, creaturã ſuã ad pœnitentiã cõ
uerſione uitæ patiẽter ſuſtinet, ut eſt illud in Aba
Abacuc 3 cuc Propheta, Stetit & mẽſus eſt terram & diſſol-
uit gentes: id eſt, ſtetit ad ſubueniendũ & diſſoluit
credẽtes in ſe à peccatorũ uinculis. Tranſire dicit
Tranſire dei deus, cũ à cordib. quorundã hominũ, in quib. ante

per fidẽ inhabitare credebat poſtea ſurrepẽte per
A fidia uel quolibet delicto ab his recedit, & ad ali-
os trãſit. Quemadmodũ de Iudæis ad gẽtes, & de
hæreticis ad catholicos, ſeu de quibuslibet irreli-
gioſis & negligentib. à quib. pro uitio ſuo recede-
re dicitur deus, & ad alios tranſire, quod non loca
liter aut uiſibiliter, ſed inuiſibiliter occulto iuſto-
q́ iudicio facere cõſueuit. Ambulare dicitur deus Ambulare dei
nõ de loco ad locũ tranſeũdo, quod impium eſt ita
credere: ſed deambulatio eius eſt in cordib. ſancto
rum delectari, ſicut ſcriptum eſt, Et inhabitabo in
eis & inambulabo, & ero illorum deus. Vel certe
ambulare dei eſt in ſanctis prædicatoribus ſuis de
loco ad locũ tranſire. Loqui dei, eſt inuiſibiliter ſi- Loqui dei
ne ſono uocis uel quolibet ſtrepitu occulte in mẽ-
tib. ſanctorũ uoluntatẽ ſuã atq́ rectũ intellectũ in
B ſpirare, ſeu futura ſicut ſanctis Prophetis reuela
re, Quæ locutio oris dei, ut quidã uolunt, trib. mo
dis accipit. Primo nãq́ modo per ſubiectam crea-
turã, ſicut ad Moyſen, cũ in rubo & igne apparu-
it, uel ſicut ad Abrahã, ad Iacob, ſiue ut iam dictũ
eſt Moyſen & cæteros ſanctos, quib. uoluit, in an-
gelis apparere dignatus eſt. Secundo modo in ſo-
mnis, ſicut ad Iacob & ad Zachariã Prophetã &
ad Ioſeph ſponſum Mariæ, & ad alios ſanctos qui
bus uoluit ſecreta reuelare. Tertio aũt modo, neq́
per creaturã uiſibilẽ, neq́ per ſomnium, ſed occul
ta tantũ inſpiratione inuiſibiliter corda ſanctorũ
tangẽdo loquentes efficit, quemadmodũ in libris
Prophetarũ legit, cũ ipſi Prophetæ diuino ſubito
afflati ſpiritu exclamabãt dicentes, Hæc dicit do- Videre dei
minus. Videre dei, eſt acta bona approbare, ſicut
illud eſt in Geneſi, Vidit deus cũcta quę fecerat,
C et erãt ualde bona: id eſt, intelligẽtib. bona eſſe de
mõſtrauit. Aliter uidere dei eſt mala hominũ ſciẽ-
do reprobare, ſicut eſt illud in Eſaia Propheta, Et Eſa.59
uidit dominus, & apparuit malũ in oculis eius. Itẽ
aliter uidere dei eſt, nos uidẽtes, id eſt, ſciẽtes face
re ut eſt illud in Pſalmo, Proba me domine & ſci-
to cor meũ: interroga me & cognoſce me, & ſemi
tas meas. Et uide ſi uia iniquitatis in me eſt: &c.
Modus iſte locutionis & in libro Iob ſimiliter re-
peritur, ubi de ſapientia patris poſtq́ plurima &
inſignia locutus eſt de deo patre, adiecit, Tunc ui Iob.28
dit illã & narrauit & inueſtigauit & pręparauit,
id eſt, uidẽtes fecit atq́ prædicãtes & inueſtigãtes
D atq́ alijs nunciantes. Cognoſcere dei, eſt cogno- Cognoſcere dei quid ſit
ſcẽtes facere, ſicut ait ipſe ad Abrahã. Nũc cogno-
ui q́ timeas deũ. Neq́ enĩ ille ex tẽpore nouit qui
ſcit omĩa anteq́ fiant. Sed cognoſcere dicitur de-
us cognoſcentes facere, ut qui prius de ſe quales
eſſent incogniti erant, per eius interrogationẽ, id
eſt, probationẽ ſibimetipſis manifeſti fierẽt. Tale
eſt & illud in lege Moyſi de populo Iſraelitico, ut Deu.25
tentẽ, inquit, eos utrum cuſtodiãt mãdata mea, an
nõ. Neſcire dei, eſt quoſdã reprobos reprobare, ſi Neſcire dei quid ſit
cut in Euangelio, Neſcio uos unde ſitis, recedite à
me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Zelare dicit de Zelare dei
us, cũ creaturã ſuã quam nõ uult perire ſæpe caſti- quid ſit
gat, corripit atq́ flagellat, & flagellãdo ad ſe redu
cit. Vel certe zelare deus dicit cũ nullũ peccatum
impunitum

impunitũ uult relinquere. Iustus enim est, & ideo
omnis iniustitia execrabilis est illi, quam, ut dictũ A
Irasci dei quid sit est, impunitã nullo modo relinquere patitur. Ira-
sci dicitur deus, nõ animi motu uel qualibet per-
turbatiõe, quę illi omnino accidere nõ potest: sed
creaturæ delinquẽti, id est hominib. impijs & pec
catorib. iustam inferre dicit̃ ultioñẽ: hoc est enim
illis reddere quod merent̃, & hæc ultio diuina &
Pœnitere dei quid sit ira uel furor eius dicit̃. Pœnitere deus dicit̃, nõ ꝙ
more hominũ pro transactis operibus suis pœni-
teat: Qui enim omnia nouit anteꝙ̃ fiant, pro prę-
teritis factis suis pœnitere nou potest. Sed pœni-
tentia dei est statuta mutare, & quod prius aliter
inchoatum fuerat in aliud mutare, id est aut de bo
1 Reg. 15 no exigentib. culpis in malũ: sicut de Saule legit̃
pœnituisse dñm, ꝙ constituit eum regem: & sicut
nunc uidemus in populo Iudæorũ factum, qui cũ
esset populus dei, ob impietatẽ suam facti sunt sy-
nagoga satanæ. De malo uero in bonũ, sicut acci-
dit in populo gentiũ, qui ante non populus dei,
nũc aũt per gratiam Christi populus dei effectus
est. Hoc quippe modo occulto dei iudicio Iudas
ꝓditor de apostolatus gradu lapsus in inferni ba-
rathrum demersus est, latro uero post crimẽ rapa
citatis de cruce ad paradisum translatus est. Hanc
uero immutationẽ de bono ad malum, ut dictum
est, siue de malo ad bonũ, quæ occulto iustoq́ iu-
dicio dei, seu per seueritatẽ iustitiæ, seu per miseri
cordiam eius fiat, pœnitentiã dei dicimus. Quod
Non pœnitere dei quid sit expressius in libro Hieremiæ scriptũ est. Non pœ
nitere dei est, statuta nullo modo mutare. Vt est il
Psal. 109 lud in psalmo, Iurauit dñs, & non pœnitebit eum:
id est, pater ad filium: tu es sacerdos in æternũ se-
cundũ ordinẽ Melchisedech. Sacerdos patris di-
ctus est filius dei, non secundũ diuinitatẽ, sed pro
pter humanitatẽ, in qua se pro nobis per passionẽ
& mortẽ suam acceptabile sacrificiũ deo patri ob
Obliuisci dei quid sit tulit, ut ipse esset sacerdos qui & sacrificiũ. Obliui
sci dicit̃ deus cum quibusdã impijs & peccatorib.
non miseret̃, quod utiq; non facit per crudelitatẽ
quæ in deo non est, sed per occultũ iustumq́ iudi-
Indurare dei quid sit cium suum. Indurare dicit̃ deus quorũdam malo-
rũ corda, sicut de Pharaone rege Ægypti scriptũ
est: non ꝙ omnipotens deus per potentiam suam
corda eorũ induret, quod est impium ita credere:
sed exigentib. eorũ culpis, cũ duritiã cordis quam
ipsi sibi mala perpetrãdo nutriũt non aufert, quasi
ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari sinit.
Dormire dei quid sit Dormire dei est, cũ unigenitus filius patris in as-
sumpta carne pro nobis mori dignatus est. Cuius
mors recte dulcis somnus prædicatus est, ipso di-
Hier. 31 cente per Hieremiã prophetã, Ideo quasi de som-
no suscitatus sum, & uidi, & somnus meus dulcis
est mihi. Aliter dormire dicit̃ deus, cum fides eius
inter prospera huius mũdi in quorundã fidelium
corde nõ uigilat, sed dormit. Hanc dormitionem
saluator noster in se significauit, cum in naui inter
fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei est,
electis suis in tribulationib. huius mũdi positis tar
Psal. 43 dius subuenire, sicut illud in psalmo: Exurge, qua
Vigilare dei re obdormis dñe. Vigilare dei est, in defensionẽ

electorũ suorũ, & in ultionẽ inimicorũ suorum se
A manifestũ deũ demonstrare. Hæc omnia quæ præ
dicta sunt, & alia ijs similia, quæ de deo sacra scri-
ptura iuxta historiã narrat, non secundũ literã, ut
dictũ est, sed figuratiua locutione accipiẽda sunt:
quia omnipotens deus in essentia diuinitatis suæ
spiritus est non caro, inuisibilis atq; incorporeus,
nullisq́; humanis mẽbris cõpositus est. Et idcirco
nõ de oculis carnis, sed de oculis cordis cõtẽplan
dus est. Deus sapientia est, ueritas est, charitas est,
iustitia est, & ideo eisdẽ oculis uidendus est quib.
hæc omnia contẽplant̃. Et idcirco non corporeis
ut dictũ est, obtutibus, sed ex corde mũdo à fideli-
bus intuẽdus est. Scriptũ quippe est in Euãgelio:
Beati mũdo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Hoc *Matt. 5*
est enim præmiũ sanctorũ, non in hac tantũ uita,
B sed potius in futura repromissum, dicẽte beato Io
anne apostolo: Charissimi, nunc filij dei sumus, & *1. Ioan. 3*
nondũ apparuit quid erimus. Scimus enim quo-
niam cũ apparuerit, similes ei erimus, quoniam ui
debimus eũ sicuti est. Hæc promissio, ut dictũ est,
post resurrectionẽ carnis & iudiciũ dei, est in secu
lo futuro sanctis reposita. In pręsenti uero uita nul
lus tam sanctus, nemo ita perfectus ex electis dei,
qui ipsum dominũ in essentia diuinitatis suæ, sicu
ti est, uidit unquã, aut uidere poterit, ipso dicente
ad Moysen, Nõ enim uidebit me homo, & uiuet. *Exod. 33*
Ac si diceret, Nemo ꝙ̃ diu mortaliter uiuit, deum
ut est uidere poterit. Vident eñ sancti in præsenti
uita deũ, nõ ita ut est in substantia, sed per speculũ
& in ænigmate, postea aũt facie ad faciem. Vidẽt
C in hac uita credendo, nõ corporeis oculis cernen
do. Videre enim deũ, est recte illum credere, et ex
corde illum diligere. Hoc quippe signat nomẽ Is-
rael, quod interpretat̃, uir uidens deum. Sed quia
filius dei qui in substantia diuinitatis cũ patre unũ
est, ob reparationẽ humani generis, quod in Adã
lapsum fuerat, prope finem mũdi in uterũ Mariæ *Esaia 7*
uirginis illapsus, ueram carnem ex eius substantia
creauit, atq; in singularitate personæ suæ ita uni-
uit, ut deus pariter esset & homo: simplici uero ꝑ-
sona, ut dictum est, gemina uero substantia ex ea-
dem uirgine incorrupto pudore nasceret̃: ut qui
erat & est in diuinitate uerus deus à patre geni-
tus inuisibilis atq; incorporeus atq; incõprehensi
bilis sicut & pater, ipse esset & uerus homo uisibi-
D lis, corporeus, & circũscriptus, atq; idem ipse, nõ
alius deus & alius homo, sed deus & homo, unus
est Christus dei filius, passus ꝓ salute nostra, in so-
la carne mortuus & sepultus, in eadẽ carne in qua
etiã die tertio per uirtutẽ diuinitatis suæ de sepul-
chro resurgẽs, ascendit in cœlũ, & sedet ad dexte-
ram patris: quem inde uenturũ ad iudicandum ui
uos & mortuos in eadẽ carne in qua ascendit, sed
glorificata, uniuersalis expectat ecclesia, quemad
modũ & in symbolo uniuersi decantãt fideles. Et
idcirco eundem dei filium secundũ substantiã di-
uinitatis suæ inuisibilem & incorporeũ & immor
talem atq; incircumscriptũ, sicut & patrem & spi-
ritumsanctum nos credere & confiteri oportet.
Iuxta humanitatem uero uisibilem, corporeum,

localem atq; omnia mēbra humana ueraciter habentem credere conuenit & confiteri. Quoniā sicut eundē dei filium & redemptorē nostrū secundum diuinitatem inuisibilem & incorporeū, sicut & patrē & spiritūsanctū non credere impium est: ita eundē dei filium in homine assumptum, uisibilem, corporeum, atq; localem post resurrectionē non credere & profiteri profanum est. Illud enim quod in Genesi scriptū est dicente deo patre ad filium, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostrā: non ita accipiendū est quasi deus corporeus sit & membrorū liniamentis compositus: ad quam compositionē corpoream exteriorē hominem nostrum, humanū uidelicet corpus, ueluti ad similitudinē suam fecerit, sicut Iudæi & cæteri infideles pleriq; opinati sunt, quod ita credere impium est. Deus aūt, ut sæpe dictum, spiritus est, nō caro: substantia est, nō corpus. Ad imaginē quippe suam deus hominē fecit, non in corpore, sed in anima: nō in corpore, sed in sensu: nō in exteriore homine, sed in ratione. Animaq; hominis, ut dictum est, ideo ad imaginē dei facta esse perhibet̃, quia spiritalis creatura est inuisibilis & incorporea atq; immortalis: non de substantia dei originē trahens, sicut Manichæi & Priscillianistę hæretici false opinati sunt, sed ex nihilo à deo creata. Quæ initiū habet, finē uero habere nescit. Quæ humana anima, ob hoc q̀ à deo rationalis, quod intellectualis facta est, imago dei dicitur. Inest enim illi per naturā rationalis sensus, per quem intelligit,

A sapit, atq; inter bonū malumq; discernit. Inest illi memoria, per quā transacta recordatur. Inest uoluntas, per quā quæ uult eligit. Inest & sensus, per quē & sentit. Inest & ratio, per quam & occulta et inuisibilia contemplat̃, per quam deum creatorē suum intelligit, per quā uera à falsis discernit, per quā inuisibilia & deū oculis cordis contemplatur seu speculatur. In his omnibus omnia hominis ad imaginē dei facta esse narratur, hoc anima cōmunia habet cum angelis, corpus uero cum animalibus brutis quæ intellectu carēt. Huius animæ origo occulta est, & soli deo cognita. Ipsa quoq; anima hominis pro eo quod spiritalis creatura est, aliquādo in sacra scriptura spiritus dicit̃, aliquando B uero natura, aliquando etiā uita, nonnunq; uero cor esse dicitur. Et cum sit una in natura sua, propter uarios effectus, diuersa uocabula sortita est. Similitudo uero dei in homine referẽ ad opus iustitiæ, dicente domino in lege: Sancti estote, quia ego sanctus sū deus uester. De qua sanctitate beatus Paulus informās ait, Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Et iterū ipse, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et Ioannes exhortans ait, Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut ille ambulauit. Et ueritas in Euangelio, Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Sicut enim imago dei ad naturam pertinet animæ, ita similitudo refertur ad opus iustitiæ.

Levit.19 · Ephes.4 · 1.Cor.11 · 1.Ioan.2 · Lucæ.6

CENSVRA.

Libellus hic ex diuersis Augustini epistolis consarcinatus est, maxime quod ad sententias attinet. Probabile est & hunc esse Hugonis Victorini.

DE FIDE RERVM INVISIBILIVM LIB. VNVS

Etiā in rebus humanis multa credi, quæ non cernuntur oculis. Cap. I

SVNT qui putant Christianam religionem propterea ridendam potius q̃ tenendam, quia in ea non res quæ uideatur ostenditur, sed fides rerū quæ non uidentur, hominib. imperatur. Nos ergo ad hos refellendos, qui prudēter sibi uidentur nolle credere, quod uidere non possunt, etsi non ualemus humanis aspectibus monstrare diuina quæ credimus, tamen humanis mentibus & illa quę non uidentur credenda esse monstramus. Ac primū isti quos oculis carneis sic stultitia fecit obnoxios, ut quod per eos non cernūt, nō sibi existiment esse credendū, admonēdi sunt, q̃ multa non solum credant, uerum etiam sciant quæ talibus oculis uideri non possunt. Quæ cum sint innumerabilia in ipso animo nostro, cuius inuisibilis est natura, ut alia taceam, fides ipsa qua credimus, siue cogitatio qua nos uel credere aliquid, uel non credere nouimus, cum prorsus aliena sit ab istorū conspectibus oculorū, quid tam nudum, tam clarum, quid tam certum est interioribus uisibus animorum? Quomodo ergo credendū nō est quod corporeis oculis non uidemus, cum uel credere nos, uel non credere ubi corporeos oculos adhibere non possumus, sine ulla dubitatione uideamus? Sed, inquiunt, ista quæ in animo sunt, cum possimus ipso animo cernere, nō opus habemus per oculos corporis nosse: quæ autē dicitis uos ut credamus nec foris ostēditis, ut ea per oculos corporis nouerimus, nec intus in animo nostro sunt, ut ea cogitando uideamus. Sic ista dicunt, quasi quisquam credere uideret̃, si iam sibi præsentatū possit uidere quod creditur. Ideo utiq; debemus credere nōnulla etiā tēporalia quæ nō uidemus, D ut æterna etiam mereamur uidere quæ credimus. Sed quisquis es qui non uis credere nisi quod uides, ecce præsentia corpora corporeis oculis uides, pręsentes uolūtates & cogitationes tuas, quę in animo tuo sunt, ipso animo uides. Dic mihi obsecro te, amici tui erga te uoluntatē quib. oculis uides? Nulla enim uoluntas corporeis oculis uideri potest. An uero etiam hoc uides animo tuo, quod in animo agit̃ alieno? Quod si non uides, quomō amicali beneuolentiæ uicē repēdis, si quod nō potes uidere, non credis? An forte dicturus es, alterius uoluntatē per eius opera te uidere? Ergo facta uisurus, & uerba es auditurus, de amici aūt uoluntate id quod uideri & audiri nō potest crediturus. Non enim uoluntas illa color est, aut figura ut oculis ingerat̃, uel sonus aut cantilena ut auribus illaba-

illabatur:aut uolũtas tua est, ut tui cordis affectio
ne sentiaẽ. Restat itaq; ut nec uisa, nec audita, nec
apud te intus conscripta credaẽ, ne tua uita deser-
ta sine ulla amicitia relinquaẽ, uel impensa tibi di-
lectio uicissim abs te non rependaẽ. Vbi est ergo
quod dicebas, te credere non debere nisi quod ui
deres aut extrinsecus corpore, aut intrinsecus cor
de. Ecce ex corde tuo, credis cordi nõ tuo: & quò
nec carnis, nec mentis dirigis aciem, accõmodas
fidem: amici faciẽ cernis corpore tuo, fidẽ tuã cer
nis animo tuo. Amici uero nõ abs te amaẽ fides, si
nõ in te mutuo illa sit fides, qua credas quod in il-
lo nõ uides. Quãuis homo possit & fallere fingen
do beneuolentiã: aut si nocere nõ cogitat, tamen
expectando à te aliquã cõmoditatẽ simulat, quia
charitatẽ nõ habet. Sed dicis, ideo te credere ami-
co cuius uidere cor nõ potes, quia in tuis tẽtatio-
nibus eũ probasti, & cuiusmodi animũ erga te ha-
beret in tuis periculis, ubi te nõ deseruerit cogno
uisti. Nunquid ergo ut amicorũ probeẽ erga nos
charitas, uideẽ tibi nostra optãda calamitas? Nec
quisquam erit ex amicis certissimis felix, nisi fue-
rit aduersis rebus infelix, ut uidelicet explorato al
terius amore non fruatur, nisi suo dolore uel timo
re crucieẽ, & quomodo in habendis ueris amicis
optari iam potuisset, timeri felicitas potest, quam
probare nisi infelicitas nõ potest: & tamẽ uerum
est haberi posse amicũ & in rebus prosperis, pro-
Tractat idem bari aũt certius in rebus aduersis. Sed utiq; ut
Cap.II eũ probes periculis tuis, nec te cõmitteres nisi cre
deres. Ac per hoc cũ te cõmittis ut probes, credis
anteq; probes. Certe em̃ si rebus non uis credere,
non debemus quandoq; & nondũ certius proba-
tis amicorũ cordib. credere. Et cũ ea malis nostris
bona probauerimus, etiam tunc eorũ erga nos be
neuolentiã credimus potius q̃ uidemus: nisi quia
tanta fides est, ut nõ congruẽter quibusdã oculis
eius, nos iudicemus uidere quod credimus, cum
propterea credere debeamus, quia uidere nõ pos
sumus. Si auferaẽ hic fides de rebus humanis, quis
non attendat quanta earum perturbatio, & quàm
horrenda confusio subsequaẽ? Quis enim mutua
charitate diligetur ab aliquo, cũ sit inuisibilis ipsa
dilectio, si quod nõ uideo, credere nõ debeo? To
ta itaq; peribit amicitia, quia nõ nisi mutuo amo-
re constat. Quid em̃ eius poterit ab aliquo recipe
re, si nihil eius creditũ fuerit exhiberi? Porrò ami-
citia pereũte, nec cõnubiorũ neq; cognationũ &
affinitatũ uincula in animo seruabunẽ, quia & in
his utiq; amica cõsensio est. Nõ ergo coniugẽ cõ-
iunx uicissim diligere poterit, quãdo se diligi, qa
ipsam dilectionẽ nõ potest uidere, nõ credit. Nec
filios habere desiderabũt, quos uicissim sibi reddi
turos esse non credũt. Qui si nascantur & crescãt,
multo minus ipsi parẽtes suos amabũt, quorũ er-
ga se amorẽ in eorũ cordibus, quia est inuisibilis,
nõ uidebũt, si ea quæ nõ uidenẽ nõ laudabili fide,
sed culpabili temeritate creduntur. Quid iam de
cæteris necessitudinib. dicã, fratrũ, sororũ, genero
rum, atq; socerorũ, & qualibet consanguinitate &
affinitate iunctorũ, si charitas incerta, uoluntasq;
suspecta est, & filijs parentũ, & parẽtibus filiorũ,
A dum beneuolẽtia non reddiẽ debita, quia nec de-
beri putaẽ, quando in alio quod nõ uideẽ, esse nõ
crediẽ. Porrò si non ingeniosa, sed odiosa est cau-
tela, ubi nos amari non credimus, q; amorẽ aman
tium nõ uidemus, uicẽq; non repẽdimus, quibus
eã nos debere mutuã nõ putamus: usqueadeo res
humanæ perturbanẽ, si quod nõ uidemus, nõ cre
damus, ut omnia funditus euertanẽ, si nullas cre-
damus hominũ uoluntates, quas utiq; uidere non
possumus. Omitto dicere q̃ multa isti qui nos re-
prehendũt, qa credimus quæ nõ uidemus: credãt
famæ & historiæ, uel de locis, ubi ipsi non fuerũt:
nec dicãt, nõ credimus, qa nõ uidimus: quoniã si
hæc dicãt, coguntẽ fateri incertos sibi esse parẽtes
suos: quia & hinc alijs narrantibus, nec tamẽ quia
iam præteritũ est id ostẽdere ualentib. crediderũt,
nullũ retinẽtes illius tẽporis sensum, & tamẽ alijs
B inde loquentib. adhibentes sine ulla dubitatione
consensum: quod nisi fiat, incurraẽ necesse est ad
uersus parẽtes infidelis impietas, dum quasi uitaẽ
in his quæ uidere nõ possumus credendi temeri-
tas. Si ergo nõ credentib. nobis quæ uidere nõ *Indicia quæ*
possumus, ipsa hũana societas, cõcordia pereũte, *cõfirmant fidẽ*
nõ stabit, quanto magis fides, quãuis quæ non ui- *Cap.III*
dentur, rebus est adhibẽda diuinis: quæ si nõ adhi
beatur, non amicitia quorũlibet hominũ, sed ipsa
summa religio uiolaẽ, ut summa miseria cõsequa-
tur. Sed amici hominis, inquies, erga me beneuo-
lentiã quanq; uidere nõ possum, multis tamẽ indi
cijs indagare possum, uos aũt quæ uultis ut nõ ui-
C sa credamus, nullis indicijs potestis ostẽdere. Inte
rim non parũ est, q; fateris quorundã indiciorum
perspicuitate res aliquas, etiã quę non uidenẽ, cre
di oportere: & iam sic cõstat nõ omnia quæ nõ ui
dentur, nõ esse credẽda. Iacetq; illud abiectũ atq;
conuictũ, q; dicitur, Ea quæ nõ uidemus, non de-
bere nos credere. Multũ autẽ falluntur qui putant
nos sine ullis de Christo indicijs credere in Chri-
stum. Nã quæ sunt indicia clariora, q̃ ea quę nunc
uidemus prædicta & impleta? Proinde qui puta-
tis nulla esse indicia cur de Christo credere debea
tis, quæ nõ uidistis, attẽdite quæ uidetis. Ipsa eccle
sia uos ore maternę dilectionis alloquiẽ. Ego quã
miramini p uniuersum mundũ fructificantẽ atq;
crescentẽ, qualẽ me conspicitis aliquãdo non fui:
D Sed quia olim Abrahæ pmissio a deo facta est, In *Gen.22*
semine tuo benediceñ oẽs gentes: me promitte-
bat per oẽs gẽtes in Christi benedictiõe diffundi.
Semẽ Abrahæ Christũ, succedentiũ generationũ
ordo testaẽ. Quod ut breuiter colligã, Abrahã ge
nuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit xij. fi-
lios, ex quib. ortus est populus Israel. Iacob qppe
ipse appellatus est Israel. In his xij. filijs, genuit Iu-
dã, unde nomẽ est Iudæorũ, ex quibus nata est uir
go Maria, quæ peperit Christum. Et ecce in Chri-
sto, id est in semine Abrahæ benedici oẽs gentes,
uidetis & stupetis, & adhuc in eũ credere timetis,
in quẽ nõ credere, potius timere debuistis. An cre
dere dubitatis uel recusatis uirginis partũ, cũ ma-
gis credere debeatis, sic decuisse nasci hominem
deum

deum? Et hoc nãq; accipite per prophetã fuisse præ
Esaie 7 dictũ: Ecce uirgo cõcipiet in utero, & pariet filiũ,
& uocabunt nomẽ eius Emanuel, quod est interpre
tatum, nobiscũ deus. Non ergo dubitabitis uirgi-
nẽ parientẽ, si uelitis credere deũ nascentẽ, mũdi
regimen nõ relinquentẽ, & ad homines in carne
uenientẽ: matri fœcunditatẽ afferentẽ, integrita-
tem non auferentẽ. Sic hominẽ nasci oportebat,
etsi semper erat deus, ex quo nascẽdo fieret nobis
Psal. 44 deus. Hinc de eo rursus propheta dicit: Thronus
tuus deus in seculũ seculi, uirga directionis, uirga
regni tui. Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitatem,
propterea unxit te deus deus tuus oleo unctionis
præ participibus tuis. Ista unctio spiritalis est, qua
deus unxit deũ, pater scilicet filiũ: unde appellatũ
à chrismate, id est ab unctione nouimus Christũ.
Ego sum ecclesia de qua illi in eodẽ psalmo dicitur,
& tanquam factum quod futurum fuerat prænunciatur,
Astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato,
circumamicta uarietate, id est, sacrario sapientiæ
linguarũ uarietate decorata: Vbi mihi dicitur, Au-
di filia & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere
populũ tuum, & domũ patris tui: quia concupiuit
rex speciem tuam, quoniã ipse est dominus deus
tuus, & adorabũt eũ filiæ Tyri in muneribus, uul-
tum tuũ deprecabuntur omnes diuites plebis. Om-
nis gloria eius filiæ regis intrinsecus in fimbrijs au
reis circumamicta uarietate. Adducentur regi uirgi
nes post eam, proximæ eius adducentur tibi. Addu
centur in lætitia & exultatione, adducentur in tem-
plum regis. Pro patrib. tuis nati sunt tibi filij, con-
stitues eos principes super omnẽ terrã: Memores
erunt nominis tui dñe in omni generatione & ge
neratione. Propterea populi confitebuntur tibi in
seculũ, & in seculũ seculi. Si hanc reginã non uide
tis, iam etiã regia prole fœcundã: Si non uidet im
pletũ, quod audiuit esse promissum, cui dictũ est,
Audi filia, & uide: Si non reliquit ipsa ritus pristi-
nos mũdi, cui dictum est, Et obliuiscere populum
tuũ, & domũ patris tui: Si non ubiq; Christum do
minũ confitetur, cui dictum est, Concupiuit rex spe
ciem tuam, quia ipse est dñs deus tuus: Si non ui-
det ciuitates gentiũ Christo preces fundere & mu
nera offerre, de quo illi dictum est, Adorabunt eũ
filiæ Tyri in muneribus: Si non & superbia depo-
nitur diuitũ, & ab ecclesia deprecantur auxiliũ, cui
dictum est, Vultũ tuum deprecabuntur omnes diui
tes plebis: Si non agnoscit filiam regis, cui dicere
iussa est, Pater noster qui es in cœlis: Et in sanctis
suis in interiori homine renouatur de die in diẽ, de
qua dictũ est, Omnis gloria eius filiæ regis intrin-
secus, qua & oculos extraneorum fulgentes fama
prædicatorũ suorum in diuersitate linguarũ uelut
in fimbrijs aureis, & uestis uarietate perstringat.
Si non posteaquam diffamatur in quocunq; loco
odore bono, eius etiã cõsecrandæ uirgines addu-
cuntur ad Christũ de quo loquitur, & cui dicitur, Ad-
ducentur regi uirgines post eam, proximæ eius ad-
ducentur tibi: Et ne quasi captiuæ in aliquem uelut
carcerẽ uiderentur adduci, Adducentur, inquit, in læ-
titia & exultatione, adducentur in templũ regis. Si

non parit filios, ex quib. habeat tanquam patres quos
A constituat sibi ubiq; rectores, cui dicitur, Pro patri-
bus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes
super omnẽ terrã: quorũ se orationibus mater &
prælata & subiecta cõmendat. Vnde subiunctum
est, Memores erũt nominis tui dñe in omni gene-
ratione & generatione: Si nõ propter eorundem
patrũ prædicationẽ nominis eius sine intermissio
ne meminerũt, & tam magnæ in ea multitudines
congregantur, eiq; laudem gratiæ sine fine linguis
proprijs confitentur, cui dicitur: Propterea populi
confitebuntur tibi in seculũ & in seculũ seculi. Si Pendet à supe
nõ ista demõstrantur esse perspicua, ut nõ inueniãt riore. Ca. IIII
oculi inimicorũ in quam partẽ auertantur, ubi non
eadem perspicuitate feriantur, ut ex ea fateri manife
ste cogãtur. Merito fortasse dicitis, quod nulla uobis
B ostendantur indicia, quibus uisis credatis etiam il
la quæ nõ uidetis. Si uero hæc uidetis, quæ & lon-
ge ante prædicta sunt, & tanta manifestatiõe com
plentur, si se ipsa ueritas & præcedentib. uobis &
consequentib. declarat affectibus, ó reliquiæ infi-
delitatis, ut credatis quæ nõ uidetis, ijs erubescite
quæ uidetis. Me attẽdite, uobis dicit ecclesia, me
attẽdite quã uidetis, etiã si uidere nolitis. Qui enim
tẽporib. illis in Iudæa terra fideles fuerũt, ex uirgi-
ne natiuitatẽ mirabilem, ac passionẽ, resurrectio-
nem, ascensionẽ Christi, omnia diuina dicta eius,
& facta præsentes præsentia didicerunt. Hæc uos
nõ uidistis, propterea credere recusatis. Ergo hæc
aspicite, in hæc intendite, hæc quæ cernitis cogita
te, quæ uobis non præterita narrantur, nec futura
C prænunciantur, sed præsentia demonstrantur. An uo
bis inane uel leue uidetur, & nullũ uel paruum pu
tatis esse miraculum diuinũ, quod in nomine Christi
unius crucifixi uniuersum genus currit humanũ?
Non uidistis quod prædictũ & impletũ est de huma-
na Christi natiuitate: Ecce uirgo in utero accipiet Esaie 7
& pariet filiũ: sed uidetis quod prædictũ & impletum
est ad Abrahã dei uerbũ: In semine tuo benedicẽ-
tur oẽs gentes. Non uidistis quod de mirabilibus
Christi prædictum est: Venite & uidete opera dñi Psal. 45
quæ posuit prodigia super terram: sed uidetis quod
prædictũ est: Dominus dixit ad me, filius meus es Psal. 2
tu, ego hodie genui: Postula à me, et dabo tibi gẽ-
tes hæreditatẽ tuam & possessionem tuam termi-
D nos terræ. Non uidistis quod prædictum est & im
pletum de passione Christi: Foderũt manus meas Psal. 21
& pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea:
ipsi uero cõsiderauerũt & conspexerũt me. Diui-
serũt sibi uestimenta mea, & super uestẽ meam mi
serunt sortẽ: sed uidetis quod in eodẽ psalmo prædi-
ctum est, & nũc apparet impletũ, Cõmemorabun
tur & conuertentur ad dñm uniuersi fines terræ, &
adorabũt in conspectu eius uniuersæ patriæ gen-
tium: Quoniam dñi est regnũ, & ipse dominabitur
gentiũ. Non uidistis de resurrectione Christi præ
dictum atq; completum est, loquẽte Psalmista ex
persona eius prius de traditore & persecutoribus
eius: Egrediebantur foras, & loquebantur simul Psal. 40
in idipsum: Aduersum me insusurrabant omnes
inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi:
Verbum

Verbum iniquū disposuerunt aduersum me. Vbi
ut ostenderet nihil eos ualuisse occidēdo, resurre A
Hier.9 ctionē subiecit atq; ait: Nunquid q dormit nō adij-
ciet ut resurgat? Et paulo post cū de ipso suo tradi
tore per eandē prophetiā prædixisset, q̄d in Euan
Ioan.13 gelio quoq; scriptum esse cōmemorauit: Qui ede
bat panes meos ampliauit super me calcaneū: hoc
est, cōculcauit me: & cōtinuo subdit, Tu autē dn̄e
miserere mei, & resuscita me, & reddā illis. Imple-
tum est hoc, Dormiuit Christus & euigilauit, hoc
est resurrexit: qui per eandem prophetiam in alio
Psal.3 psalmo ait: Ego dormiui & somnū cepi, quoniam
dn̄s suscipiet me. Verū hoc nō uidistis, sed uidetis
eius ecclesiā, de qua similiter dictū & impletū est,
Domine deus meus ad te gētes uenient ab extre-
Hier.16 mo terræ, & dicēt, Vere mēdacia coluerūt patres
nostri, simulacra, & nō est in illis utilitas Hoc cer- B
te siue uelitis seu nolitis aspicitis, etiā si adhuc ali-
quā putatis esse uel fuisse in simulacris utilitatem:
certe tamē innumeros gentiū populos relictis uel
abiectis uel cōfractis huiusmodi uanitatib. audi-
stis dicere: Vere mēdacia coluerūt patres nostri,
simulacra, & non est in illis utilitas: si faciet homo
deos, & ecce ipsi non sunt dij. Ne puteris autē ad
unum aliquē dei locū gētes prædictas fuisse uētu
ras, quoniā dictum est, Ad te gētes uenient ab ex
tremo terræ. Intelligite si potestis ad deū Christia-
norū, qui summus et uerus est deus, nō ambulādo
uenire gentiū populos, sed credēdo. Nā res eadē
Dan.11 ab alio propheta sic pronunciata est: Præualebit,
inquit, dn̄s aduersus eos, & exterminabit omnes
deos gentium terræ: & adorabūt eum unusquisq; C
de loco suo oēs insulę gentiū. Quod ait ille, Ad te
omnes gētes uenient. Hoc ait iste, Adorabūt eum
unusquisq; de loco suo. Ergo uenięt ad eū non re-
cedentes de loco suo, quia credētes in eū inuenięt
eū in corde suo. Nō uidistis q̄d prædictū & imple
Psal.107 tum est de ascensione Christi: Exaltare super cœ-
los deus: sed uideris q̄d cōtinuo sequitur: Et super
omnē terram gloria tua. Illa de Christo facta atq;
trāsacta om̄ia nō uidistis, sed ista præsentia in eius
ecclesia uidere uos nō negatis. Vtraq; uobis præ-
dicta mōstramus: utraq; aūt impleta propterea de
mōstrare uidēda non possumus, quia reuocare in
Ex præteritis futura credimus. Cap. V
conspectū præterita nō ualemus. Sed quemad
modū uoluntates amicorū quæ nō uident credun
tur per indicia quæ uident: sic ecclesia quæ nunc D
uidet, omniū quę non uident, sed in eis literis ubi
& ipsa est prædicta monstrant, & index est præte
ritorum, & prænuncia futurorū. Quia & præteri-
ta quæ iam non possunt uideri, & præsentia quæ
nec possunt uideri om̄ia, cū prænunciarent nihil
horū poterat tūc uideri. Cum ergo fieri prædicta
cœperūt, ex illis quę facta sunt usq; ad ista quę fiūt
de Christo & ecclesia, quę prędicta sunt ordinata
serie cucurrerūt: ad quam seriē pertinet de die iu-
dicij, de resurrectione mortuorū, de impiorū æter
na damnatione cū diabolo, & de piorū æterna re
muneratione cum Christo: quę similiter prędicta
uentura sunt. Cur ergo res primas & nouissimas
quas nō uidemus nō credamus, cū testes utrarūq;

res medias quas uidemus habeamus, atq; in pro-
pheticis libris & primas & medias & nouissimas A
uel audiamus prænūciatas anteq̄ fierent, uel lega
mus: nisi forte arbitrent homines infideles à Chri
stianis illa esse cōscripta, ut ista quæ iam credebāt
maius haberēt pōdus autoritatis si anteq̄ uenirēt
putarent esse promissa. Quod si suspicant, ini-
Iudæorū gens quare nō occiditur. Cap. VI
micorum nostrorū Iudæorū codices perscrutient.
Ibi legant siue ista quæ cōmemorauimus prænun
ciata de Christo in quē credimus, & ecclesia quā
cernimus ab initio laborioso fidei usq; ad sempi-
ternam beatitudinē regni. Sed cum legūt, non mi
rent ꝙ ista illi quorū codices sunt, propter inimi-
citiarū tenebras nō intelligūt. Nam eos nō intelle
cturos, ab eisdē prophetis ante prędictū est: quod
B ut cætera oportebat impleri, & occulto iustoq; iu
dicio dei, meritis eorū pœnam debitam reddi. Ille
quippe quem crucifixerūt, & cui fel et acetū dede
runt, q̄uis in ligno pendens propter eos quos fue
rat in lucem de tenebris educturus, dixerit patri:
Ignosce illis, quia nesciūt quid faciūt. Tamē pro-
pter cæteros quos occultiorib. caussis fuerat deser
turus, per prophetā tanto ante prædixit: Dederūt Psal.69
in escam meā fel, & in siti mea potauerunt me ace
to: Fiat mensa eorū coram ipsis in muscipulā, et in
retributionē & in scandalū: Obscurent oculi eo-
rum ne uideant, & dorsum eorū semper incurua.
Cū causæ itaq; nostræ præclarissimis testimonijs
circūquaq; ambulant oculis obscuratis, ut per eos
hæc probent, ubi & ipsi reprobent, ideo factum
est, ne sic delerent, ut eadē secta omnino nulla es-
C sent: sed dispersa est super terras, ut portans in nos
collatæ gratiæ ꝓphetias ad conuincēdos firmius
infideles, nobis utiq; prodesset. Et hoc ipsum q̄d
dico, accipite quēadmodū fuerit prophetatū, Ne Psal.59
occideris eos, inquit, ne quando obliuiscant legē
tuā: disperge eos in uirtute tua. Nō sunt ergo occi
si, eo ꝙ non sunt quæ apud eos legebant & audie
bantur obliti. Si enim scripturas sanctas, q̄uis eas
nō intelligāt, penitus obliuiscerent, in ipso Iudai-
co ritu occiderent, quia cum legis & prophetarū
nihil nossent, Iudæi prodesse nō possent. Ergo oc
cisi nō sunt, sed dispersi: ut q̄uis in fide unde salui
fierēt non haberent, tamē unde nos adiuuaremur
memoria retinerent, in libris suffragatores, in cor
dibus nostri hostes, in codicib. testes. Quanq̄
Prædicatio mirabilis. VII
D etiā si de Christo & ecclesia testimonia nulla præ-
cederēt, quem nō mouere deberet ut crederet, re
pente illuxisse diuinam humano generi claritatē,
quādo uidemus relictis dijs falsis, & eorū confra-
ctis usquequaq; simulacris, tēplis subuersis, siue in
usus alios cōmutatis, atq; ab humana & uetusto-
sissima consuetudine, tot uanis ritibus extirpatis,
unū uerū deū ab omnibus inuocari. Et hoc esse fa
ctum per unū hominem ab hominibus illusum,
comprehensum, uinctū, flagellatū, expoliatū, ex-
probratum, crucifixum, occisum. Discipulos eius
idiotas, & imperitos, et piscatores, & publicanos,
per quos eius magisterium cōmendaretur, elegit:
annunciantes eius resurrectionem, ascensionem,
quam se uidisse dixerūt, & impleti spiritu sancto,
hoc

hoc Euangeliũ linguis omnib. quas nõ didicerãt, sonuerũt. Quos qui audierũt partim crediderunt, partim nõ credẽtes prædicantib. ferociter restiterunt. Ita fidelib. usq; ad mortẽ ꝓ ueritate, non mala rependẽdo, sed perpetiẽdo certãtibus, nec occidendo, sed moriẽdo uincẽtibus: sic in istã religionẽ mutatus est mundus, sic ad hoc Euangeliũ corda conuersa mortaliũ, mariũ & fœminarũ, paruulorũ atq; magnorum, doctorũ atq; indoctorũ, sapientiũ atq; insipientiũ, potentiũ & infirmorũ, nobilium & ignobiliũ, excelsorũ & humiliũ, & per omnes gentes ecclesia sic diffusa succreuit, ut etiã cõtra ipsam catholicã fidem nulla secta peruersa, nullum genus exoriat erroris, quod ita reperiatur Christianæ ueritati aduersari, ut non affectet atq; ambiat Christi nomine gloriari: quod quidẽ non sineretur pullulare per terrã, nisi exerceret sanam & ipsa cõtradictio disciplinã. Quando tandẽ crucifixus illa potuisset, nisi deus hominẽ suscepisset, etiã si nulla per ꝓphetas futura talia prædixisset? Cum uero tã magnũ pietatis sacramentũ habuerit atq; credentes uates suos atq; præcones, quorũ diuinis uocibus est prænunciatum, & sic uenerit quemadmodũ est prænunciatũ, quis ita sit demẽs ut dicat Apostolos de Christo fuisse mẽtitos, quẽ sic uenisse prædicauerũt, quemadmodũ eũ uenturũ ꝓphetæ ante prædixerũt, qui nec de ipsis Apostolis uera futura tacuerunt? De his quippe dixerant: Non sunt loquelę neq; sermones quorũ non audiantˀ uoces eorũ: In omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Quod certe in orbe uidemus impletũ, etsi in carne nondũ uidimus Christũ. Quis itaq; nisi mirabili demẽtia cæcatus, aut mirabili pertinacia durus ac ferreus, nolit habere sacris literis fidem, quæ totius orbis prædixerũt fidem? Vos aũt charissimi qui hãc fidem habetis, uel qui nũc nouã habere cœpistis, nutriatˀ & crescat in uobis. Sicut enim uenerũt tẽporalia tanto ante prædicta, ueniẽt & sempiterna promissa. Nec uos decipiant uel uani Pagani, uel falsi Iudæi, uel fallaces hæretici, necnõ in ipsa catholica ecclesia mali Christiani, tanto nocẽtiores, quanto interiores inimici. Quia & hinc ne pertur barenˀ infirmi prophetia diuina nõ tacuit, ubi loquens in Cantico canticorũ, sponsus ad sponsam, id est Christus dñs ad ecclesiã: Sicut liliũ, inquit, in medio spinarũ, ita ꝓxima mea in medio filiarũ. Nõ dixit, in medio extraneorũ: sed, in medio filiarũ. Qui habet aures audiẽdi, audiat. Et dũ sagena quæ missa est in mare, & cõgregat oĩa genera pisciũ, sicut sanctũ loquiˀ Euangeliũ, trahiˀ ad litus, id est, ad seculi finẽ, secernat se à piscib. malis, corde nõ corpore: malos mores mutãdo, nõ retia sancta rumpendo: ut qui nũc probati reprobis uidentur esse permixti, nõ uitã sed pœnã reperiant sempiternam, cum cœperint in litore separari.

Psal. 18

Ad fidei immobilẽ obseruantiã cohortatio Cap. VIII

Cant. 2

Matt. 13

CENSVRA.

Est pium opusculum, cuiuscunq; est: inter opera Hugonis Victorini fertur opus eodem titulo.

LIBER DE SVBSTANTIA DILECTIONIS ET AMORIS.

Cupiditas & amor. Cap. I

QVotidianũ de dilectione sermonẽ serimus, ne forte scintillet in cordib. nostris & exardescat ignis, flammã faciẽs aut totũ consumẽs aut purgãs totũ. Ex eo nãq; totũ est, qđ bonũ est: & totum qđ malũ est, ex eo est. Vnus fons dilectionis intus saliẽs, duos riuos infundit: alter est amor, mũdi cupiditas: alter est amor, dei charitas: mediũ quippe est cor hominis, unde fons amoris erũpit: & cũ appetitũ ad exteriora decurrit, cupiditas diciˀ: cũ uero desideriũ suum ad interiora dirigit, charitas nominaˀ. Ergo duo sunt riui qui de fonte amoris emanãt, cupiditas & charitas, & omniũ malorũ radix cupiditas, & omnium bonorũ radix charitas. Ex eo igitur totũ est, quod bonũ est, & totũ quod malum est, ex eo est. Quicquid ergo illud est, magnũ est, quod in nobis est: & ex eo totũ est, quod ex nobis est: hoc autem est amor. Quid amor: quid quantũ est amor, et unde est amor? Et sermo dei de amore loquiˀ, Nunquid hoc negociũ non potius illorũ est, qui pudicitiã prostituere consueuerunt? Ecce q̃ multi qui eius ministeria uolentes suscipiunt: & q̃ pauci qui uerba eius in mediũ proferre non erubescũt? Quid ergo nos facimus? Forsitan multa improbitate frontem fractam habemus, qui non uerecundamur amorem indictatum sonare: quem & impudici aliquando nõ possunt sine uerecundia uerbis exprimere. Sed aliud est inuestigare uitiũ ut eradiceˀ, aliud exhortari ad uitiũ, ut uirtus & ueritas nõ ameˀ. Nos igiˀ inuestigamus & quærimus ut sciamus, & sciẽtes caueamus, quod illi inuestigãt ut sciãt, sed sciãt ut faciant. Quærimus igiˀ, quid illud in nobis sit, quod desideria nostra sic multifariã diuidit, & cor unũ in diuersa diducit. Inuenimus aũt hoc aliud nõ esse præter amorẽ: qui cum sit motus cordis secũdũ naturã singularis & unicus, secundũ actionẽ autẽ diuisus, cum se inordinate mouet, id est ad ea quæ nõ debet, cupiditas diciˀ: cum uero ordinatus est, charitas appellaˀ. Ipsum igitur hunc cordis motũ, quem amorẽ appellamus, qua definitione significare poterimus? Expedit nobis ꝓpius intueri eũ, ne lateat aliquatenus, & non sciatur, proptereaq; nec caueatur, cum malus est: nec appetatur aut inueniatur, cum bonus est, ut impleatur: de quo & cum malus est tanta mala ueniunt, & cum bonus est tanta bona procedũt. Ipsum igitur quomodo definimus inuestigemus: consideremus quod occultum est quod dicitur, quanto q; interius collocatum est, tanto magis in utraq; parte cordi dominatur. Illud igitur uidetur esse amor. Et amor est delectatio cordis alicuius ad aliquid, propter aliquod desiderium in appetendo, & gaudium in perfruendo, per desiderium currẽs, requiescens

Quid sit amor Cap. II

scens per gaudiũ. Hinc bonũ est, & hinc malũ est, cor tuũ humanũ, quia nec aliunde bonus es si bonus es, nec aliunde malus es si malus es, nisi quod bene uel male amas quod bonum est. Nam omne quod est, bonũ est: sed cũ id quod bonũ est male amaĩ, illud bonũ nõ est, & hoc malum est. Igiť nec qui amat, malũ est, nec quod amat malũ est, nec amor quo amat malũ est, sed quod male amat malũ est, & hoc omne malũ est. Ordinate ergo charitatem, & iam malũ nullũ est.

Charitate deo commendimur Cap. III

Magnã rem cõmendare uolumus, si tantũ ualemus quantũ uolumus. Omnipotẽs deus qui nullo indiget, quia ipse summum & unũ bonũ est: qui nec de alio accipere potest quo crescat, quoniã ex ipso sunt omnia: nec de suo amittere quo decidat, quoniã in ipso immutabiliter consistunt uniuersa: ipse rationalẽ spiritum creauit sola charitate, nulla necessitate, ut eũ suæ beatitudinis participẽ faceret. Porrò ut idẽ aptus esset tãta beatitudine pfrui, fecit in eo dilectionẽ spiritalem, palatũ cordis quodãmodo per hãc sensificãs ad gustũ dulcedinis internæ: quatenus per ipsam uidelicet dilectionẽ, suæ felicitatis iocunditatẽ saperet, eiq; infatigabili desiderio inhæreret. Per dilectionẽ ergo copulauit sibi deus creaturã rationalẽ, ut ei semper inhærendo, ipsum quo beatificãda erat bonũ, ex ipso quodammodo per affectũ sugeret, & de ipso per desideriũ biberet, & in ipso semper gaudiũ possideret. Suge ò apicula, suge suge & bibe dulcoris tui inenarrabilẽ suauitatem: immergere, & replere, qa ille deficere nescit, si tu nõ incipias fastidire. Adhære ergo & inhære, sume, fruere: si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoq; beatitudo erit. Nõ iam pudeat nos neq; pœniteat de amore fecisse uerbũ: nõ pœniteat, ubi tanta utilitas, nõ pudeat ubi tanta honestas.

De gemino charitatis funiculo. IIII

Igitur per amorẽ sociata est factori suo creatura rationalis, solumq; est dilectiõis uinculum quod ligat utrosq; in idipsum, & tãto felicius, quanto fortius. Propter quod ut indiuisa societas & concordia utrobiq; perfecta haberet, geminatus est nexus, in charitate dei & proximi: ut per charitatẽ dei oẽs uni adhęreret, per charitatẽ proximi omes unũ fierẽt: ut quod de illo uno cui omes inhærebãt quisq; in semetipso nõ caperet, plenius atq; pfectius per charitatẽ proximi in altero possideret, & bonũ omniũ, fieret totũ singulorũ. Ordinate ergo charitatem. Quid est ordinate charitatem? Si desideriũ est amor, bene currat, si gaudiũ, bene requiescat. Est enim amor, sicut dictũ est, delectatio cordis, alicuius ad aliquid, pter aliquod desideriũ in appetẽdo, & in perfruẽdo gaudiũ, per desideriũ currens, & requiescẽs per gaudiũ: currẽs ad illud, requiescẽs in illo: ad quid, aut in quo?

Ordinata charitas. Cap. V

Audite si forte explicare possumus quo currere debeat amor noster, aut in quo requiescere. Tria siquidem sunt quæ amari bene aut male possunt, deus, pximus, & mũdus. Deus super nos est, pximus iuxta nos est, mundus subter nos est. Ordinate ergo charitatẽ. Si currit, bene currat: si requiescit, bene requiescat. Desideriũ currit, gaudiũ requiescit. Propter quod gaudiũ uniforme est, quod semp in uno est,

Aug.to.4

A nec uicissitudine uitiari potest: Desideriũ autem mutabile est, & mutabilitatem suscipit, & idcirco non se cõtinet in uno, sed uarias species repręsentat. Omnis naq; cursus aut de illo est, aut cum illo, aut in illo ad quod est. Quomodo ergo currere debet desideriũ nostrũ? Tria sunt, deus, proximus, mũdus. Tria deus, duo proximus, unũ mundus habeat in cursu desiderij nostri, & est in desiderio ordinata charitas. Amor naq; p desideriũ & de deo, & cũ deo, & in deum ordinate currere potest. De deo currit, quãdo de eo accipit unde eum diligit. Cũ deo currit, quãdo eius uolũtati in nullo cõtradicit. In deũ currit, quãdo in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria quæ ad deum pertinent. Duo aũt sunt pximi. Potest enim desideriũ de proximo &

B cum proximo currere, sed in proximũ nõ potest. De proximo, ut de eius salute gaudeat & plectu. Cũ proximo, ut eũ in uia dei comitẽ itineris & socium peruẽtionis habere cõcupiscat. Sed in proximũ nõ potest, ut scilicet in homine spem & fiduciã cõstituat. Hæc sunt duo quæ ad proximũ pertinent: id est de ipso, & nõ in ipsum. Vnũ est mũdi, de ipso curremus, nõ ad ipsum, aut cũ ipso, aut in ipsum. De mũdo enim desideriũ currit, quãdo inspecto foris dei opere per admirationẽ et laudẽ ardentius intus ad ipsum se cõuertit. Cũ mũdo curreret, si se per mutabilitatem temporaliũ, siue deijciendo in aduersis, siue eleuãdo in prosperis, huic cõformaret. In mundũ curreret, si in eius delectationib. semper requiescere uellet. Ordinate ergo

C charitatẽ, ut per desideriũ currat de deo, et cũ deo, & in deũ: de pximo, cũ pximo, & nõ in pximum: de mũdo, nec cũ mũdo, nec in mundum: ut in solo deo requiescat per gaudiũ. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsam omne quod agiť nõ ordinata charitas est, sed inordinata cupiditas.

In quo sit cordis nostri uera requies. VI

Vita cordis amor est, & idcirco omnino impossibile est, ut sine amore sit cor quod uiuere cupit. Quid hinc sequať cõsidera. Si enim humana mẽs sine amore esse nõ potest, aut seipsam, aut certe aliud aliquid à se diligat necesse est: Quia uero in seipsa perfectum bonũ non inuenit, si se solam diligeret, felix amor nõ esset. Oportet ergo si feliciter amare desiderat, aliud aliquid præter se quod amet inquirat.

D Si aũt imperfectũ aliquid extra se amare cœperit, amorẽ quidem suũ irritat, sed miseriã nõ excludit. Feliciter ergo nõ diligit, donec ad unũ & summũ bonum per amoris desideriũ se conuertit. Et quia summũ & unũ bonũ solus est deus, ille feliciter amat, qui deũ amat, & tãto felicius quãto amplius. Hęc igiť est cordis nostri requies, cũ in amore dei per desideriũ figiť: nec ultra quicq; appetit, sed in eo quod tenet, quadã felici securitate delectatur. Quãdo eñ nec appetitus ultra ptrahit, nec timor repellit, quodãmodo in idipsum iocũditatis uexatione requiescit. Sed quia humanæ mẽtis infirmitas, ut nõ dicam semper, sed uix aliquãdo in illam diuinæ contemplationis dulcedinem figi potest: quodam interim studio ad illam, ad quã necdum pertingere sufficit stabilitatem, assuefacienda est: id est, si deũ semper cogitare nõ possumus, saltem

T cor

cor nostrũ ab illicitis et uanis cogitationib. restrin gendo, in cõsideratione operũ dei, & mirabiliũ eius teneamus: ut dũ semp minus instabiles esse sa- A tagimus, tãdẽ aliquãdo dño donãte, uere stabiles fieri ualeamus. Vt aũt huius promotionis aliquod tibi exemplũ subijciã, uniuersus iste mũdus quasi quoddã diluuiũ est, eo quod omnia, quæ in hoc mũdo sunt, ad similitudinẽ aquæ incertis euẽtibus fluctuando decurrãt. Vera aũt fides, quæ nõ transitoria, sed æterna promittit, quasi à quibusdã fluctibus, sic ab huius mũdi cupiditate in superna animũ tollit: & portari quidẽ ab aquis potest, sed mergi omnino non potest: quia ad necessitatẽ hoc mũdo utitur, sed eius desiderijs per affectũ nõ implicaꝫ. Quisquis ergo æterna non credens, sola quæ transeunt appetit: hũc quasi sine naui laborãtem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis secum trahit. Qui uero æterna credẽs, transitoria diligit, hic iuxta nauẽ naufragiũ facit: qui aũt ęterna bona credit & diligit, hic in naui positus, fluctuãtis maris undas securus pertrãsit: quia qui per desideriũ fidei nauẽ nõ transgrediꝫ, iam quodãmodo in fluctibus terræ stabilitatẽ imitaꝫ. Primũ ergo si hoc mare magnũ illęsi pertrãsire uolumus, fabricemus

Qua in naui præsentis uitæ diluuium euadere possimus
Cap. VII

nauẽ, ut fidẽ integrã habeamus: deinde nauẽ fidei inhabitemus per charitatẽ, ut credamus q̃d diligere debemus, & diligamus quod credimus: sicq; & lex dei in corde nostro sit per rectæ fidei cognitionem, & cor nostrũ in lege dei sit per dilectionem. Sed ut facilius cognoscas quõ uel unde hanc, quã dixi, nauẽ uel arcã in corde tuo ædificare debeas, per quã huius diluuij naufragio eductus, ad portũ quietis peruenias: duo opera dei cõsidera, uidelicet opus cõditionis, & opus restaurationis. Opus aũt cõditionis est creatio cœli & terræ, & omniũ quæ in eis cõtinentur, quæ sex diebus facta sunt: Opus uero restaurationis, incarnatio uerbi, & omnia quæ à principio mũdi usq; in finẽ, uel ad eam prænunciandã præcesserũt, uel ad ipsam cõfirmandam secuta sunt aut sequenꝫ: quæ sex ætatibus finiunt. Sed opera restauratiõis magis pertinẽt ad fi- B dem catholicã, quę idcirco sancti amplius diligũt, quia in eis suæ salutis remedia agnoscunt. Hęc aũt partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est deus: ut in arca spiritali prima sit mansio opera hominũ, secunda opera angelorum, tertia opera dei: supremus cubitus, ipse autor uniuersorum deus.

C E N S V R A.

Libellus pius nec indoctus, Augustini non esse phrasis arguit. Mihi uidetur eiusdem Hugonis.

DE CONTINENTIA LIBER VNVS

Continentia libidinis, oris, & cordis
Cap. I

D E uirtute animæ, quæ cõtinẽtia nominatur, satis cõuenienter & digne disputare difficile est, sed exiguitatẽ nostrã sub tanti ponderis sarcina ille cuius hæc uirtus magnũ est munus, adiuuabit. Nam qui eam donat cõtinentibus fidelibus suis, ipse dat sermonẽ de illa loquẽtibus ministris suis. Denique de re tãta, quod ipse dederit locuturi, dei donũ esse cõtinentiã primũ dicimus & probamus. In lib. Sapiẽtiæ scriptũ habemus, Nisi deus det, cõtinentẽ esse neminẽ posse. Dominus de ipsa maiore & gloriosiore cõtinentia, quæ con iugali uinculo cõtinetur, aiꝫ: Non omnes capiunt uerbũ hoc, sed quib. datũ est. Et quoniã ipsa quoq; castitas cõiugalis, nisi cõtineatur ab illicito cõcubitu, nõ potest custodiri, utrunq; Apostolus donũ dei esse prædicauit, cũ de uita utraq;, id est, & cõiugali & ea quę est sine cõiugio, loqueretur dicẽs, Vellem oẽs homines sic esse sicut meipsum. Sed unusquisq; ꝓpriũ donũ habet à deo, alius sic, alius aũt sic. Et ne in sola inferiorũ partiũ carnis libidine cõtinẽtia necessaria uidereꝫ à domino speranda, etiã in Psalmo caniꝫ, Pone domine custodiã ori meo, & ostiũ cõtinentiæ circũ labia mea. In hoc aũt diuini eloquij testimonio, si os intelligamus sicut intelligere debemus, ibi posita cõtinẽtia quantũ sit dei munus agnoscimus. Parũ est quippe os corporis cõtinere, ne aliquid inde quod nõ expedit per sonũ uocis erũpat. Intus est os cordis, ubi sibi custodiã & ostiũ cõtinẽtiæ poni desiderauit à domino, qui uerba illa dixit, nobisq; dicẽda cõscripsit. Multa eñ corporis ore nõ dicimus, & corde cla-

Sap. 8
1. Cor. 7
Psal. 141

mamus. Nullũ aũt procedit rei alicuius ex ore corporis uerbũ, cuius est in corde silentiũ. Inde igitur quod nõ emanat, foris nõ sonat: quod uero emanat inde, si malũ est, & si nõ moueat linguã, inquinat animã. Ibi ergo ponẽda est cõtinẽtia, ubi & tacentiũ loquitur cõscientia. Fit eñ per ostiũ continẽtiæ, ut nõ inde exeat quod etiã clausis labijs carnis irritã polluat cogitantis. Denique ut apertius os interius quod per illa uerba significauit ostẽderet, cũ dixisset, Pone domine custodiã ori meo, & ostium cõtinentiæ circũ labia mea: cõtinuo subdidit, Ne declines cor meũ in uerba maligna. Declinatio cordis quid est, nisi cõsensio? Nondũ enim dixit, quisquis in corde occurrentibus suggestionibus quorũq; uisorũ nulla cordis declinatione cõsensit: si aũt consensit, iam corde dixit, etiam si ore nõ sonuit, etiã si manu uel qualibet corporis parte nõ fecit, fecit tamẽ quod cogitatione faciẽdum sibi esse iam statuit: diuinis legibus reus, q̃uis humanis sensibus abscõditus, uerbo in corde dicto, nullo facto per corpus admisso. Nequaq; uero mẽbrum foris mouisset in facto, cuius facti initiũ nõ intus præcessisset in uerbo. Neq; eñ mendaciter scriptũ est, Initium omnis operis, uerbum. Multa quippe homines faciũt ore clauso, quieta lingua, uoce frenata: sed tamẽ nihil agũt corporis opere, quod nõ prius dixerint in corde. Ac per hoc multa sunt peccata in interioribus dictis, quæ nõ sunt in exterioribus factis: nulla sunt aũt in exteriorib. factis, quæ non procedant ab interioribus dictis. Erit ab utrisq; puritas innocẽtiæ, si circũ interiora labia ponaꝫ ostiũ cõtinẽtiæ, propter quod etiam ipse

Os corporis & cordis
Cap. II
Psal. 141

Matth.23 ipſe ore proprio dominus ait, Mūdate quæ intus
ſunt, & quæ foris ſunt, mūda erunt. Itemq; alio lo-
co cum Iudæorū ſtultiloquia refutaret, quia calū-
niabantur diſcipulis eius nō lotis manib. mandu-
cātibus, Nō quod intrat in os, inquit, coinquinat
Marc.7 hominē, ſed quod procedit ex ore, hoc coinqui-
nat hominem. Quæ ſententia ſi tota de ore corpo
ris accipiatur, abſurda eſt. Neq; enim quē nō co-
inquinat cibus, coinquinat uomitus. Cibus quip-
pe in os intrat, uomitus ex ore procedit. Sed pro-
Rom.6 cul dubio priora uerba pertinēt ad os carnis, ubi
ait, Nō quod intrat in os, coinquinat hominē: Po
ſteriora uero ad os cordis, ubi ait: Sed quod pro-
cedit ex ore, hoc coinquinat hominē, Deniq; cū
ab illo apoſtolus Petrus expoſitionē uelut para-
bolę huius exquireret, ille reſpōdit, Adhuc & uos
ſine intellectu eſtis: nō intelligitis, quia om̄e quod
in os intrat, in uentrē uadit, & in ſeceſſum emitti-
tur? Hic certe id q̄d intrat cibus, os carnis agno-
ſcimus. In his uero quæ adiūgit, ut agnoſceremus
os cordis, non ſequeretur noſtri tarditas cordis, niſi
& cū tardis ambulare ueritas dignaretur. Ait enim,
Quæ aūt procedūt de ore, de corde exeunt: tanq̄
diceret. Cū audis de ore, de corde intellige, utrūq;
dico: ſed alterū ex altero expono. Habet os inte-
rius, homo interior, & hoc diſcernit auris interi-
or: de hoc ore quæ procedunt, de corde exeūt, &
ea coinquinant hominē. Deinde iam relicto oris
nomine q̄d poteſt & de corpore intelligi, aperti-
us quid dicat oſtēdit, De corde enim exeunt, in-
quit, cogitatiōes malæ, homicidia, adulteria, forni
cationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ: hæc
ſunt quæ coinquināt hominē. Nihil eſt certe iſto-
rum malorū, quæ perpetrari etiā mēbris corporis
poſſunt, quod cogitatio nō antecedat mala, & co
inquinet hominē, etiā ſi aliquid impediat, ne ſub
ſequātur opera flagitioſa & facinoroſa mēbrorū.
Si enim poteſtas nō datur, uacat manus ab homi-
nis interfectione, nūquid ideo mundū eſt ab ſcele
re cor homicidæ? Aut ſi rem ſurripere alienā, non
ut quis uult, poteſt: nūquid ideo in ipſa uoluntate
fur nō eſt? Aut ſi caſta eſt, quā uult adulterare non
caſtus, ideo eam nō eſt in corde mœchatus? Aut ſi
meretrix non inueniatur in fornice, ideo qui eam
quærit, nō fornicatur in mēte? Aut ſi cupienti per
mendaciū lædere proximū, tēpus uel locus deſit,
ideo falſum teſtimoniū non ore interiore iam di-
xit? Aut ſi quiſquā homines timēs, nō audeat lin-
gua carnis ſonare blaſphemiā: ideo non eſt huius
criminis reus, qui dicit in corde ſuo, non eſt deus?
Ita cætera mala facta hominū, quæ nullus agit cor
poris motus, quæ neſcit ullus corpis ſenſus, reos
ſuos occultos habent: quos etiā ſolus inquinat in
cogitatiōe cōſenſus, id eſt interni oris uerbū mali
gnū. In quo timēs ille declinari cor ſuū, oſtiū con-
tinētiæ circū labia oris huius poni poſcit à domi-
no, quæ contineat cor, ne declinet in uerba mali-
gna. Cōtineat aūt, non ſinēdo cogitationē proce-
dere in conſenſionē, ſic enim ſecundū præceptū
Rom.6 Apoſtolicū, nō regnat peccatū in noſtro mortali
corpore, neq; exhibemus mēbra noſtra arma ini-
quitatis peccato. A quo præcepto implendo utiq;

alieni ſunt, qui ob hoc ad peccandū membra non
A mouēt, quia poteſtas nulla permittitur: quæ ſi aſſit,
protinus ex membrorū uelut armorum motibus,
quis in eis intus regnet, oſtendunt. Proinde quan
tum in ipſis eſt, mēbra ſua exhibēt arma iniquita-
tis peccato: quia hoc uolūt, qui propterea nō exhi
bent, quia nō poſſunt. Ac per hoc illa quæ in geni
talib. mēbris pudicitia refrenatis, ſolet maxime ac
proprie cōtinentia nominari, nulla trāſgreſſione
uiolatur, ſi ſuperior cōtinentia, de qua iam diu lo-
quimur, in corde ſeruetur. Propterea dominus cum
dixiſſet: De corde enim exeūt cogitationes malæ: Mat.15
deinde quid pertineat ad cogitationes malas ad-
iūxit, homicidia, adulteria, & cętera. Nec dixit om
nia, ſed quibuſdā exempli gratia nominatis, & alia
intelligēda cōmonuit. Quorū nihil eſt quod fieri
B poſſit, ſi mala cogitatio non præceſſerit, quia intus
inſtituitur, quod foris agitur: & ex ore cordis pro-
cedēs, iam coinquinat hominē, etiā ſi nulla facul-
tate permiſſa foris per membra corporis nō agatur.
Poſito igitur oſtio continentiæ in ore cordis, unde
cūcta exeunt quæ coinquinant hominē, ſi nil tale
inde permittat exire, ſequitur mūdicia qua poſſit
iam gaudere conſcientia, quāuis nondum ſit illa
perfectio ubi nō luctabitur cū uitio cōtinētia. Nūc
aūt quādiu cō cupiſcit caro aduerſus ſpiritū, & ſpi
ritus aduerſus carnē, ſat eſt nobis nō cōſentire ma
lis quæ ſentimus in nobis. Cum enim fit iſta con-
ſenſio, tūc exit ex ore cordis quod coinquinat ho
minē. Cū uero per continentiā cōſenſio nō tenetur,
malū cōcupiſcentiæ carnalis, cōtra quod pugnat
C cōcupiſcētia ſpiritalis, nocere non ſinitur. Sed Bellum ſpiritale. Cap. III
aliud eſt bene pugnare, quod nūc eſt, quādo mor
tis cōtentioni reſiſtitur: aliud aduerſariū nō habe-
re, quod tunc erit quādo mors nouiſſima inimica
deſtruetur. Nā & ipſa continentia cū frenat cohi-
betq; libidines, ſimul & appetit bonū, ad cuius im
mortalitatem tēdimus, & reſpuit malū, cum quo
in hac mortalitate cōtendimus. Illius quippe ama
trix & ſpectatrix, huius uero & hoſtis & teſtis eſt;
et decus eius apperēs, et dedecus fugiēs. Nō utiq;
in cupiditatib. frenādis cōtinentia laboraret, ſi ni-
hil nos cōtra quod contenderet detineret, ſi nihil
noſtræ bonæ uolūtati ex mala cōcupiſcentia repu
gnaret. Clamat Apoſtolus: Scio, inquit, quia non Rom.7
habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonū: Nā uel-
D le adiacet mihi, perficere aūt bonum nō inuenio.
Nunc enim fieri bonū poteſt, ut malę cōcupiſcen
tiæ nō conſentiatur: perficietur aūt bonū, quando
ipſa mala cōcupiſcentia finietur. Itemq; idem do-
ctor gentiū clamat: Cōdelector legi dei ſecūdum
interiorē hominem: Video aūt aliā legē in mem-
bris meis, repugnantē legi mentis meæ. Hanc pu-
gnam non experiuntur in ſemetipſis niſi bellatores
uirtutū, debellatoresq; uitiorū. Nō expugnat con
cupiſcentiæ malū, niſi continentię bonū: Sunt aūt
qui legē dei omnino neſciētes, malas cōcupiſcen
tias nec in hoſtib. deputāt, eiſq; miſerabili cæcita-
te ſeruiētes, inſuper etiā beatos ſe putant, ſatiādo
eas potius quàm domando. Qui uero per legē cō
gnouerūt eas, Per legem enim cognitio peccati:
Et cōcupiſcentiam, inquit, neſciebā, niſi lex dice-

ret, Nō cōcupisces: eatū tamē oppugnatione uin-
cunt, qui sub lege uiuūt, qua iubet qd bonum est, A
nō & datur: nō uiuūt sub gratia, quæ dat per spūm
sanctū quod per legē iubet. His ideo subintrauit
lex, ut in eis abundaret delictū. Auxit ꝓhibitio cō
cupiscentiā eamq; fecit inuictā, ut accederet præ-
uaricatio, quæ sine lege nō fuit, etiā si peccatū fu-
Rom.4 it. Vbi em̄ nō est lex, nec præuaricatio. Ita lex gra-
tia nō adiuuāte, prohibēs peccatū, uirtus est insu-
1 Cor.15 per peccati. Vnde ait Apostolus, Virtus peccati
lex. Nec mirādū est ꝙ humana infirmitas etiam de
lege bona uires malo addidit, dum ad ipsam legē
Rom.10 faciendā de suis uirib. fidit. Ignorās quippe dei iu-
sticiā, quā dat deus infirmo, et suā uolēs cōstituere,
qua caret infirmus, iustitiæ dei nō est subiectus, re
probus & superbus. Si aūt lex factū præuaricato- B
rē, tanq; ad hoc grauius uulneratū ut desideret me
dicū, tanq; pædagogus perducit ad gratiā, contra
suauitatē noxiam qua uincebat cōcupiscētia, dn̄s
dat suauitatē beneficā, qua delectetur amplius cō
tinentia, & terra nostra dat fructū suū quo pascit
miles, qui debellat deo iuuante peccatū. Tales mi
lites Apostolica tuba isto sonitu accēdit in prēliū,
Rom.6 Nō ergo regnet, inquit, peccatū in uestro mortali
corpore ad obediēdū desiderijs eius, neq; exhibu-
eritis mēbra uestra arma iniqtatis peccato: sed ex
hibete uos deo tanquā ex mortuis uiuētes, & mē-
bra uestra arma iustitiæ deo: Peccatū em̄ uobis nō
dominabitur. Nō em̄ estis sub lege, sed sub gratia.
Rom.8 Et alio loco, Ergo, inquit, fratres debitores sumus
non carni, ut secundū carnē uiuamus. Si em̄ secun C
dum carnē uixeritis, moriemini: si aūt spiritu facta
carnis mortificaueritis, uiuetis. Quotquot em̄ spi-
ritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Id ergo nunc agi-
tur quādiu est mortalis hæc uita nostra sub gratia:
ne peccatū, id est, cōcupiscētia peccati, hanc enim
hoc loco peccati nomine appellat, regnet in no-
stro mortali corpore, Tūc aūt regnare ostenditur,
si desiderijs eius obedit. Est ergo in nobis peccati
cōcupiscētia, quæ nō est permittēda regnare. Sūt
eius desideria, quibus nō est obediendū, ne obedi
entibus regnet. Propter quod mēbra nostra nō si
bi usurpet cōcupiscētia, sed sibi uindicet cōtinen-
tia: ut sint arma iustitiæ deo, ne sint iniquitatis ar-
ma peccato. Sic enim nobis peccatū nō domina- D
bitur, Nō enim sumus sub lege, bonū quidē iubē-
te, non tamē dante: sed sumus sub gratia, quæ id
quod lex iubet faciēs nos amare, potest liberis im
perare. Itemq; cū hortatur, ut nō secundū carnem
uiuamus ne moriamur, sed spiritu facta carnis mor
tificemus ut uiuamus: tuba utiq; canit, bellum in
quo uersamur ostēdit: & ut acriter dimicemus, &
hostes nostros mortificemus, ne ab eis mortifice-
mur accēdit. Qui sint uero isti hostes, satis euiden
ter expressit. Quos em̄ in nobis uoluit mortificari
Rom.8 ipsa sunt opera scilicet carnis. Sic em̄ ait, Si aūt spi
ritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et ista
quæ sint ut sciamus, eūdē itidē audiamus ad Gal.
Gal.5 scribentē & dicentē. Manifesta sunt aūt opera car
nis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ,
idolorū seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cōtentiōes,

æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses,
A inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia:
quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniā qui talia
agūt regnū dei nō possidebunt. Ipsum em̄ bellum
etiā ibi ut hæc diceret ostēdebat, & ad hostes mor
tificādos eadē cœlesti & spiritali tuba Christi mili
tes excitabat. Supra em̄ dixerat, Dico aūt, Spiritu
ambulate, & desideria carnis ne pfeceritis. Caro
em̄ cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus aūt aduer-
sus carnem: Hæc em̄ inuicē sibi aduersant, ut non
quæcūq; uultis illa faciati•. Quod si spiritu ducimi
ni, non estis sub lege. Frgo iub gratia constitutos
uult istū aduersus opera carnis habere cōflictū. Et
hæc opera carnis ut demōstraret, adiunxit quæ su
pra cōmemoraui, Manifesta aūt sunt opera carnis
quę sunt fornicatiōes: & cętera, siue quę cōmemo
B rauit, siue quæ intelligēda cōmonuit, maxime ad-
ijciens, & his similia. Deniq; in hoc prælio aduer-
sus carnalē quodāmodo exercitū uelut aliā pro-
ducēs aciem spiritalē: Fructus aūt spūs est, inquit,
c haritas, gaudiū, pax, lōganimitas, benignitas, bo
nitas, fides, māsuetudo, cōtinētia: aduersus huius-
modi nō est lex. Nō, ait, aduersus hæc: ne sola esse
putarētur: q̄uis & si hoc diceret, om̄ia debuimus
intelligere quæ eiusdē generis bona cogitare pos
semus: sed ait, aduersus huiusmodi: & hæc scilicet
& quæcūq; similia. Verūtamen ꝙ in eis bonis quę
cōmemorauit, ultimo loco posuit cōtinentiā, de
qua nunc disputare cœpimus, & propter quā mul
ta iam diximus, præcipue uoluit eam nostris men-
tibus inhærere. Ipsa quippe in hoc bello ualet plu
C rimum, in quo aduersus carnem spiritus concupi
scit, quoniā ipsas carnis concupiscētias quodāmo
do crucifigit. Vnde cum hæc dixisset Apostolus, Gal.5
continuo subiecit, Qui aūt Iesu Christi sunt, carnē
suam crucifixerunt cū passionibus & cōcupiscen
tijs. Hæc est actio cōtinentiæ, si opera carnis mor
tificat. Mortificāt uero eos, quos deficiēte cōtinē
tia, ad cōsensionē perpetrandorū talium operum
trahit cōcupiscentia. Vt aūt à continentia nou Totus homo
deficiamus, aduersus illas pręcipue diabolicarum caro est. IIII
suggestionū insidias, uigilare debemus, ne de no-
stris uirib. præsumamus. Maledictus enim omnis, Hier.17
qui spem suam ponit in homine. Et quis est iste, ni
D si ipse homo? Nō potest ergo ueraciter dicere, nō
se spē ponere in homine, qui eā ponit in se. Nam
& hoc secundū hominē uiuere, quid est nisi secun
dum carnē uiuere? Audiat ergo qui tali suggestio
ne tentatur, & si ullus ei Christianus sensus est, cō Rom.8
tremiscat, audiat, inquā, Si secūdū carnē uixeritis,
moriemini. Sed qspiā dicturus est mihi, aliud esse
secūdū hominē, aliud secundū carnē uiuere: quia
homo uidelicet rationalis creatura est, & in eo ra-
tionalis est animus, quo distat à pecore: caro autē
est infirma & terrena pars hominis, & ideo secun-
dū eam uiuere uitiosum est: propter quod ille qui
secundū hominē uiuit, nou utiq; secundū carnem,
sed ponius secūdum eam partē hominis uiuit qua
homo est, hoc est secundum spiritum mentis quo
pecoribus præminet. Verū hæc disputatio ualet
fortassis aliquid in scholis Philosophorū: nos au-
tem

tem ut intelligamus Apostolū Christi, libri Chri-
stiani quēadmodū loqui soleāt debemus aduerte
re. Fides certe omniū nostrū est, quib. Christus ui-
uere est, hominē à uerbo dei assumptū, nō utiq; si-
Ioan.1 ne anima rationali, sicut quidā hæretici uolunt, &
Luca.3 tamē legimus, Verbū caro factū est. Quid hic ca-
ro intelligēda est, nisi homo? Et uidebit omis ca-
Psal.64 ro salutare dei: quid potest intelligi, nisi omis ho-
Rom.3 mo? Ad te omis caro ueniet: quid est nisi omis ho-
Gal.2 mo? Dedisti ei potestatē omnis carnis, quid est, ni
si omnis hominis? Ex operib. legis nō iustificabit
omis caro: quid est, nisi nullus iustificabit homo?
Quod idē Apost. alibi exprimēs manifestius, Nō,
1 Corin.3 inquit, iustificabit homo ex operib. legis. Corin-
thios quoq; increpat dicēs: Nonne carnales estis,
& secundū hominē ambulatis? Cū carnales eos di
xisset, nō ait, secundū carnē ambulatis: sed, secūdū
hominē: qa & hoc quid uoluit intelligi, nisi secun
dū carnē? Nā utiq; si culpabiliter quidē secūdū car
nē, laudabiliter aūt secundū hominē ambularet,
id est uiueretur, nō exprobrās diceret, Secundum
hominē ambulatis. Audiat homo opprobriū, mu
tet propositū, uitet interitū. Audi homo, noli am-
bulare secundū hominē, sed secundū eū qui fecit
hominē: ab eo qui fecit te noli deficere, nec ad te
ó homo. Homo eñ dicebat, qui tamē nō secundū
2 Cor.3 hominē uiuebat: Nō quia idonei sumus cogitare
aliquid à nobis quasi ex nobismetipsis, sed suffici-
entia nostra ex deo est. Vide si secūdū hominē ui-
uebat, qui ueraciter ista dicebat. Admonens ergo
Apostolus hominē, ne uiuat secundū hominem:
deo reddit hominē. Qui aūt nō uiuit secundū ho-
minē, sed secundū deū, profectò nō uiuit etiā se-
cundum seipsum: quia homo est & ipse. Sed ideo
dicit etiā secundū carnē uiuere, cū ita uiuit, quia &
carne sola nominata intelligit homo, quod iam
ostendimus, sicut sola anima nominata intelligit
Rom.13 homo. Vnde dictū est, Omis anima sublimiorib.
Deut.10 potestatib. subdita sit: id est, omnis homo. Et se-
ptuagintaquinq; animæ descēderunt in Ægyptū
cū Iacob: id est, septuagintaquinq; homines. Noli
ergo uiuere secundū teipsum ó homo, unde perie
ras, sed quæsitus es: noli, inquā, uiuere secundū te-
ipsum, si quia perieras, inuētus es: noli carnis accu
Rom.8 sare naturā, quādo audis, Si secundū carnē uixeri-
tis, moriemini. Sic eñ dici potuit, & uerissime po-
tuit, Si secūdū uos uixeritis, moriemini. Nā diabo
lus nō habet carnē, & tamē quia secundū seipsum
uiuere uoluit, in ueritate nō stetit. Quid ergo ueri
us, si secundū seipsum uiuēs, cū loquit mendaciū,
de suo loquitur? Quod uere de illo ueritas dixit.

Fiducia sui & excusatio peccati. Cap. V

Cū ergo audis, Peccatū uobis non dominabit:
noli de te fidere ut peccatū nō dominet, sed de il-
lo cui dicit orās quidā sanctus, Itinera mea dirige
Psal.119 secundū uerbū tuū, & nō dominet mihi omnis ini
quitas, Etenim ne fortasse cū audissemus, Peccatū
Rom.6 uobis nō dominabit: nosipsos extolleremus, & ui
rib. nostris hoc tribueremus, statim hoc uidit A-
postolus atq; subiecit. Nō enim estis sub lege, sed
sub gratia. Gratia itaq; facit, ut peccatū tibi nō do-
minetur. Noli ergo de te fidere, ne multo amplius

inde tibi dominet. Et cū audimus, Si spiritu actio Rom.8
A nes carnis mortificaueritis, uiuetis: non hoc tantū
bonū spiritui nostro, quasi per seipsum possit ista
tribuamus. Nam ne istum carnalē sensum spiritu
mortuo potius q̄ uiuificāte sapeíemus, ilico ad-
didit, Quotquot eñ spiritu dei agūtur, hi filij dei
sunt. Itaq; ut spiritu nostro opera carnis mortifice
mus, spiritu dei agimur: qui dat cōtinentiā qua fre
nemus, domemus, uincamus cōcupiscētiā. In hoc
tam magno prælio in quo uiuit homo sub gratia,
& cū bene pugnat, adiutus exultat in dño cum tre
more, non desunt tamē etiā strenuis bellatoribus,
& operū carnis quāuis inuictis mortificatoribus
aliqua uulnera peccatorū, propter quæ sananda
quotidie ueraciter dicāt, Dimitte nobis debita no Matth.6
stra: cōtra eadē uitia, & cōtra diabolū principē re
B gemq; uitiorū, multo uigilātius & acrius ipsa ora-
tione certātes: ne ualeāt aliquid mortiferæ sugge-
stiones eius, quibus instigat insuper peccatorē ad
sua excusanda potius q̄ accusāda peccata: ac sic il
la uulnera non modo nō sanent, uerumetiam & si
mortifera non erant, grauiter & letaliter infligan
tur. Et hic ergo cautiore opus est cōtinentia, qua
cohibeatur superbus hominis appetitus, quo pla-
cet sibi & nō uult culpabilis inueniri, dedignat q̄
cum peccat conuinci, q ipse peccauerit, non salu-
bri humilitate suscipiens accusationē sui, sed excu
sationē potius ruinosa elatione conquirens. Ad
hanc superbiā coercendā, continentiam petiuit à
dño ille cuius superius uerba iā posui, & sicut po-
tui, cōmendaui. Nanq; cū dixisset, Pone domine Psal.140
custodiā ori meo, & ostium continentię circum la
C bia mea: Ne declines cor meū in uerba maligna:
Vnde hoc diceret euidētius explicās, Ad excusan
das, inquit, excusationes in peccatis. Quid enim
malignius his uerbis, quibus malus malū se negat
etiā de opere malo cōuictus, quod negare nō ua-
leat? Et quoniā factū nō potest tegere, nec benefa
ctum potest dicere, & à se factū uidet patere, quæ-
rit in aliū referre quod fecit, tanq̄ inde possit aufer
re quod meruit, Nolēs se esse reū, addit potius ad
reatum, & sua excusando nō accusando peccata,
ignorat nō se pœnā remouere, sed ueniam. Apud
homines eñ iudices, quoniā falli possunt, quacūq;
uelut purgare fallacia quod perperā factū est, pro
desse aliquid uidet ad tēpus: apud deū aūt, qui falli
non potest, nō est adhibenda fallax defensio, sed
D uerax cōfessio peccatorū. Et alij quidem qui sua
cōsueuerunt excusare peccata, fato se quidem ad
peccandū queruntur impelli: tanq̄ hoc decreuerint
sydera, & cœlū prius talia decernēdo peccare, &
homo postea talia cōmittendo peccare. Alij fortu
næ malūt imputare q peccāt, qui omnia fortuitis
casibus agitari putāt nec tamen hoc se fortuita te-
meritate, sed perspecta ratione sapere atq; asseue-
rare cōtendunt. Qualis ergo demētia est, disputa-
tiones suas rationi tribuere, & actiones suas casi-
bus subiugare? Alij totū quod male faciūt, in dia-
bolū referūt: nec uolunt cū illo habere uel partē,
cū illum sibi occultis suggestionib. mala suasisse
suspicari possint, se autē illis suggestionib. unde-

cunq; fuerint, cõsensisse dubitare nõ possunt. Sũt etiã qui excusationẽ suã extẽdunt in accusationẽ dei, diuino iudicio miseri, suo aũt furore blasphemi. Etenĩ aduersus eũ ex cõtrario principio inducunt mali substãtiã rebellantẽ, cui nõ potuerit resistere, nisi substantiæ naturæq; suę partẽ eidẽ rebellanti cõtaminãdã corrũpendãq; miscuisset: & tũc se peccare dicunt quãdo natura mali præualet naturæ dei. Hæc Manichęorũ est immũdissima insania, quorũ machinamẽta diabolica, facillime ueritas indubitata subuertit, quæ dei naturã incõtaminabilẽ atq; incorruptibilẽ cõfitetur. Quid aũt flagitiosæ cõtaminationis & corruptiõis de istis merito nõ credit, à quibus deus, qui summe atq; incõparabiliter bonus est, cõtaminabilis & corruptibilis creditur? Sũt & qui eo modo in excusatione peccatorũ suorũ accusant deũ, ut dicãt ei placere peccata. Nã si displiceret, inquiunt nullo modo ea fieri omnipotẽtissima utiq; potestate permitteret: quasi uero deus impunita peccata esse permiserit, etiã in eis quos à supplicio sempiterno remissione liberat peccatorũ. Nullus quippe debitæ grauioris pœnę accipit ueniã, nisi qualẽcunq;, etsi longe minorẽ quàm debeat, soluerit pœnã: Atq; ita impartiť largitas misericordiæ, ut nõ relinquaũ etiã iustitia disciplinæ. Nã & peccatũ quod inultũ uideť, habet pedissequã pœnã suã, ut nemo de admisso nisi aut amaritudine doleat, aut cæcitate nõ doleat. Sicut ergo tu dicis, cur permittit ista si displicẽt: ita ego dico, cur punit ista si placent? Ac per hoc sicut ego cõfiteor, quòd omnino ista nõ fierẽt nisi ab omnipotẽte permitterentur, ita tu cõfitere facienda non esse quæ à iusto puniantur: ut non faciẽdo quæ punit, mereamur ab eo discere, cur permittit esse quæ puniat. Perfectorũ est enim, sicut scriptum est, solidus cibus: in quo hi qui bene profecerunt, iam intelligunt ad omnipotentiam dei potius id pertinuisse, ut ex libero arbitrio uoluntatis uenientia mala esse permitteret. Tanta quippe est omnipotens eius bonitas, ut etiam de malis possit facere bona, siue ignoscendo, siue sanando, siue ad utilitates piorum coaptando atq; uertendo, siue etiam iustissime uindicando. Omnia nanque ista bona sunt, et deo bono atq; omnipotẽti dignissima, nec tamẽ fiunt nisi de malis. Quid igiť melius, quid omnipotentius eo, qui cũ mali nihil faciat, bene etiam de malis facit? Clamãt ad eũ qui mala fecerũt, Dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. Nocuerũt sua mala peccãtibus, subuenit eorũ medeť quàm languoribus: sæuiũt eorũ hostes, de illorũ sæuitia facit martyres. Postremo etiã condẽnat eos quos dãnatione iudicat dignos, sua licet illi mala patianť, facit tamẽ ille quod bonũ est. Nõ potest enĩ bonum nõ esse quod iustũ est. Et utiq; sicut iniustũ est peccatũ, ita iustũ est peccati suppliciũ. Non aũt potestas deo defuit talẽ facere hominẽ qui peccare non posset: sed maluit eum talẽ facere cui adiaceret peccare si uellet: non peccare, si nollet: hoc prohibẽs, illud præcipiẽs: ut prius esset illi bonum meritũ, nõ peccare, & postea iustũ præmiũ nõ posse peccare. Nã etiã tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. Tales habet quippe etiã nunc angelos suos, quos in illo sic amamus, ut de nullo eorũ ne peccãdo fiat diabolus, formidemus: Quod de nemine homine iusto in huius uitæ mortalitate præsumimus, tales aũt omnes futuros in illius uitæ immortalitate confidimus. Omnipotẽs enĩ deus qui operaũ bona etiã de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis? Multa de bono usu mali copiosius possunt & subtilius disputari, sed neq; hoc isto sermone suscepimus, & eius nimia uitãda est longitudo. Nũc ergo ad illud propter quod diximus ista, redeamus. Cõtinẽtia nobis opus est, & eam diuinũ esse munus cognoscimus, ne declinetur cor nostrũ in uerba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Cui aũt peccato cohibẽdo nõ habemus necessariã continentiã ne cõmittaũ, quando & hoc ipsa cohibet, ne cõmissum si fuerit nefaria superbia defendaũ? Vniuersaliter ergo cõtinentia nobis opus est, ut declinemus à malo: ut aũt faciamus bonũ ad aliam uidetur uirtutẽ, hoc est ad iustitiã pertinere. Hoc nos admonet sacer Psalmus, ubi legimus, Declina à malo & fac bonũ. Quo autem fine ista faciamus, mox addidit, dicẽs, Quære pacem, & sequere eam. Pax enĩ perfecta tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter cohærẽre, nihil nobis repugnabit ex nobis. Hoc & ipse Saluator uoluit quantũ mihi uidetur intelligi, ubi ait, Sint lũbi uestri præcincti, & lucernæ uestræ ardentes. Quid est lũbos accingere? Libidines coercere, quod est cõtinentię. Lucernas uero ardentes habere, est bonis operib. lucere atq; feruere, quod est iustitiæ. Neq; hic tacuit quo fine ista faciamus, addẽdo atq; dicẽdo, Et uos similes hominib. expectantib. dñm suum, quando ueniat à nuptijs. Cum enĩ uenerit, nos remunerabit, qui cõtinuimus nos ab his quæ cupiditas, & ea quæ imperauit charitas fecimus, ut in eius perfecta & sempiterna pace, sine ulla mali cõtentione, & cũ summa boni delectatione regnemus. Oẽs ergo qui credimus in deũ uiuũ & uerũ, cuius summe bona immutabilisq; natura nec mali aliquid facit, nec mali aliqd patiť, à quo est omne bonũ, quod etiã minui nõ potest, & qui suo bono quod ipse est omino minui nõ potest, cũ audimus Apostolũ dicentẽ, Spiritu ambulate & cõcupiscẽtias carnis ne perfeceritis: caro enĩ cõcupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus carnem: hæc enim inuicẽ sibi aduersanť, ut nõ ea quæ uultis faciatis: absit ut credamus quod Manichæorũ credit insania, duas hic demõstratas esse naturas ex contrarijs inter se principijs cõfligẽtes, unã boni, alteram mali. Prorsus ista duo ambo sunt bona, & spiritus bonũ, & caro bonũ, & homo qui ex utroque cõstat, uno imperãte, alio seruiẽte, uniq; bonũ est, sed mutabile bonum: quod tamen fieri nõ posse constat, nisi ab incõmutabili bono, à quo est omne bonũ creatũ siue paruũ, siue magnũ, sed quãlibet paruum à magno tamẽ factum, & quamlibet magnum, nullo modo tamen factoris magnitudini comparandum. Verũ in hac bona hominis & bene à bono cõdita institutaq; natura nũc bellum est, quoniã salus nondũ est. Languor sanetur, pax est

Margin notes: Manichæi — Deus & demum in bene facit. Cap. VI — Heb. 5 — Mat. 6 — Continentia à malis, Iustitia ad bene. Cap. VII — Psal. 33 — Luc. 12 — Gal. 5

est. Languorem aūt istum culpa meruit, natura nō habuit: quā sanè culpā per lauacrū regenerationis dei gratia fidelib. iam remisit, sed sub eiusdē medici manib. adhuc natura cum suo languore confligit. In tali aūt pugna sanitas erit tota uictoria: nec temporaria sanitas, sed æterna: ubi non solū finiatur hic languor, uerūetiam deinceps nullus oriat. Propter quod alloquitur animam suam iustus, & Psal.102 dicit, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitius fit omnib. iniquitatib. tuis, qui sanat omnes lāguores tuos. Propitius fit iniquitatib. cū peccata dimittit: sanat languores, cū desideria praua cōpescit. Propitius fit iniquitatib. dando indulgentiā: sanat languores dando cōtinentiam. Illud factū est in baptismate cōfitentibus, hoc fit in agone certantib. in quo à nobis noster per eius adiutorium uincēdus est morbus. Etiā nunc illud fit, quo exaudimur, di Matth.6 centes: Dimitte nobis debita nostra: hoc aūt cum exaudimur, dicētes: Ne nos inferas in tentationē. Iac.1 Vnusquisq; enim tentat, sicut ait Apostolus Iacobus, à cōcupiscentia sua abstractus & illectus. Cōtra quod uitiū, medicinale poscitur adiutoriū, ab illo qui potest omnes huiusmodi sanare lāguores, nō à nobis aliena separatione, sed in nobis nostræ reparatione naturæ. Vnde & prædictus Apostolus non ait, Vnusquisq; tentatur à cōcupiscentia: sed addidit, sua: ut qui hoc audit, intelligat quomodo Psal.40 clamare debeat, Ego dixi domine miserere mei, sana animā meā quoniā peccaui tibi. Nō ēm sanatione indiguisset, nisi seipsa peccādo uitiasset, & aduersus eam caro sua cōcupisceret, id est, ipsa sibimetipsi ex ea parte qua in carne infirmata est repugnaret. Caro enim nihil nisi per animā cōcupiscit: Sed cōcupiscere caro aduersus spiritū dicitur, quādo anima carnali cōcupiscentia spiritui reluctatur. (Carnis pugna usq; ad huius uitæ finem. Cap. VIII) Totū hoc nos sumus: & caro ipsa quæ discedēte anima moritur, nostra pars infirma est: nō fugiēda dimittit, sed recipiēda deponitur, nec 1 Cor.15 recepta ulterius relinquetur. Seminatur aūt corpus animale, resurget corpus spiritale. Tūc iam caro nihil cōcupiscet aduersus spiritū, quādo & ipsa spiritalis uocabitur, quoniā spiritui nō solum sine ulla repugnantia, uerūetiā sine ulla corporalis alimēti indigētia in æternū uiuificanda subdet. Hæc igitur duo quæ nunc inuicē aduersantur in nobis, quoniā in utroq; sumus, ut cōcordent, oremus & agamus. Nō ēm alterū eorum putare debemus inimicū, sed uitiū qua caro cōcupiscit aduersus spiritū: quod sanatū nec ipsum erit, & substantia utraq; salua erit, & inter utraq; nulla pugna erit. Audia- Rom.7 mus apostolū, Scio, inquit, quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonū. Hoc utiq; ait, quia uitium carnis in re bona nō est bonū. Quod cū esse destiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa non erit: Quā tñ ad nostrā pertinere naturā idē doctor ostēdit, prius dicēdo: Scio quia nō habitat in me, quod ut exponeret, addidit, hoc est in carne mea, bonū. Se itaq; dicit esse carnem suā. Nō ergo ipsa est inimica nostra, & quādo eius uitijs resistit, ipsa Eph.5 amatur, quia ipse curat. Nemo enim unq; carnem

suā odio habuit: sicut ipse Apostolus dicit. Et alio A loco ait: Igitur ipse ego mēte seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Audiant qui aures habent. Igitur Rom.7 ipse ego, ego mēte, ego carne, sed mente seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Quomodo aūt carne legi peccati? Nūquid cōcupiscentiæ cōsentiendo carnali? Absit: Sed motus desideriorū illic habendo, quos habere nolebat, & tamen habebat. Sed eis nō cōsentiendo mente seruiebat legi dei, & tenebat mēbra ne fieret arma peccati. Sunt ergo in nobis desideria mala, quib. nō consentiendo non uiuimus male: sunt in nobis cōcupiscentię peccatorum, quib. nō obediēdo nō perficimus malum, sed eas habendo nondū perficimus bonū. Vtrūq; B ostēdit Apostolus, nec bonū hic perfici, ubi malū concupiscit, nec malū hic perfici, quādo tali concupiscentiæ nō obedit. Illud quippe ostendit ubi ait: Velle adiacet mihi, perficere aūt bonum non. Hoc uero, ubi ait, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Neq; enim ibi dicit, Nō sibi Rom.7 adiacere facere bonum: sed, nō perficere: neq; hic dicit, Cōcupiscentias carnis ne habueritis: sed, ne Gal.5 perfeceritis. Fiunt itaq; in nobis concupiscentiæ malæ, quando id quod nō licet, libet: sed non perficiuntur cū legi dei mente seruiente libidines cōtinētur. Et bonū fit, cū id quod male liber uincente bona delectatiōe nō fit: sed boni perfectio nō impletur: quādiu legi peccati carne seruiente libido illic, q̄uis cōtineatur, tamen mouetur: Non enim opus esset ut contineret, nisi moueret. Erit quan- C doq; etiam perfectio boni, quādo erit cōsumptio mali: illud erit summū, hoc erit nullū. Quod si in ista mortalitate sperandū putamus, fallimur. Tūc enim erit quando mors nō erit, & ibi erit ubi uita æterna erit. In illo enim seculo & in illo regno erit bonū summū, malū nullum: quādo erit & ubi erit sapientiæ amor summus, cōtinentiæ labor nullus. Nō igit mala caro si malo careat, id est, uitio quo uitiatus est homo, nō factus male, sed ipse faciens. Ex utraq; enim parte, id est, & anima & corpore à bono deo factus bonus, ipse fecit malum quo factus est malus. A cuius mali reatu iam etiam solutus per indulgentiā, ne leue existimet esse quod fecit, adhuc cum suo uitio pugnat per cōtinentiam. Absit aūt ut sint ulla uitia in illa quæ futura est pace regnantib. quando quidē in isto bello quotidie D minuunt in proficientib. non peccata solum, sed ipsæ quoq; cōcupiscētiæ, cū quib. nō cōsentiendo cōfligitur, & quib. cōsentiēdo peccatur. Quòd ergo caro cōcupiscit aduersus spiritū, q̄ nō habitat in carne nostra bonū, q̄ lex in mēbris nostris repugnat legi mētis, nō est duarum naturarū ex cōtrarijs facta principijs cōmixtio, sed unius aduersus seipsam propter peccati meritū facta diuisio. Non sic fuimus in Adā anteq̄ nostra natura suo deceptore audito ac secuto, suū contēpsisset atq; offendisset autorē: nō est ista prior uita creati hominis, sed posterior pœna dānati. Ex qua dānatione per Iesum Christū gratia liberati, cum pœna sua dimicant liberi, nondū salute plena, sed iam pignore salutis accepto: non liberati aūt, & peccatis rei sunt,

& supplicijs implicati. Post hāc uero uitā reis ma-
nebit in æternū pœna pro culpa: liberis nō rema- A
nebit in æternū, nec culpa, nec pœna: sed perma-
nebunt in æternū substātiæ bonæ spiritus & caro
quas deus bonus & immutabilis bonus ꝗuis mu-
tabiles cōdidit. Permanebūt aūt in melius cōmu-
tatæ, nunq̄ iam in deterius mutādæ, cōsumpto pe
nitus omni malo, & quod homo fecit iniuste, &
quod passus est iuste: Quib. duob. mali generibus
omnino pereūtibus quorū est unum præcedentis
iniquitatis, alterum cōsequentis infelicitatis, erit
hominis sine ulla prauitate uolūtas recta. Ibi om-
nib. erit clarū atq; perspicuū: quod nunc à fidelib
multis creditur, à paucis intelligitur: malū nō esse
substantiā, sed sicut uulnus in corpore, ita substan
tiā quæ seipsam uitiauit, esse cœpisse peste inchoa B
ta, atq; ibi esse desinere sanitate perfecta. Omni er
go malo exorto à nobis, et perdito in nobis, bono
etiam nostro usq; ad culmen felicissimæ incorru-
ptionis & immortalitatis aucto atq; perfecto, qua
lis erit utraq; nostra substantia: quandoquidē nūc
in ista corruptione & mortalitate, cum adhuc cor
pus corruptibile aggrauat animā, & quod Apo-
Rom. 7 stolus dicit, corpus mortuum est propter peccatū
tale tamen testimoniū perhibet idē ipse carni no-
stræ, id est, parti nostræ infirmæ atq; terrenę: ut di-
Ephes. 5 cat quod pauloante cōmemoraui: Nemo unquā
carnē suam odio habuit, statimq; subiūgat, sed nu-
Carnem natura non esse malum. Cap. IX trit eam & fouet, sicut Christus ecclesiam. Quo
igitur non dico errore, sed prorsus furore, Mani-
chæi carnem nostrā nescio cui fabulosæ genti tri- C
buunt tenebrarū, quam uolunt suā sine ullo initio
malā semper habuisse naturā: cum uerax doctor,
uiros diligere uxores suas exēplo suæ carnis hor-
tetur, quos ad hoc ipsum Christi quoq; & Ecclesię
hortatur exemplo? Totus deniq; ipse Apostolicæ
epistolæ locus, ualde ad rem pertinens, recordan-
Ephes. 5 Colos. 3 dus est. Viri, inquit, diligite uxores uestras, sicut
& Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit
pro ea, ut eam sanctificaret, mūdās lauacro aquæ
in uerbo: ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiā,
nō habentē maculā aut rugam, aut aliquid huius-
modi: sed ut sit sancta & immaculata: Ita, inquit, &
uiri debēt diligere uxores suas, sicut corpora sua.
Qui diligit uxorē suā, seipsum diligit. Deinde sub
iunxit quod iam cōmemorauimus: Nemo eñ un-
quam carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet D
eam, sicut & Christus Ecclesiā: Quid ad hæc dicit
immūdissimæ impietatis insania? Quid ad hæc di
citis Manichæi, quid nobis uel ex Apostolicis li-
teris sine initio naturas, unā boni, alterā mali, co-
namini inducere: & Apostolicas literas, quæ uos
ab ista sacrilega peruersitate corrigant, non uultis
Rom. 7 audire? Sicut legitis, caro cōcupiscit aduersus spi-
Ephes. 5 ritum: Et, Non habitat in carne mea bonū: Ita le-
gite, Nemo unquā carnē suā odio habuit, sed nu-
Rom. 7 trit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiā. Sicut
legitis, Video aliā legem in membris meis repu-
gnantem legi mentis meæ: ita intelligite, Sicut &
Christus dilexit Ecclesiam, ita uiri debēt diligere
uxores suas, sicut sua corpora. Nolite in illis san-
ctæ scripturæ testimonijs esse insidiosi, in his sur-
di, & eritis in utrisq; correcti. Hæc eñ si accipiatis A
ut dignū est, conemini & illa intelligere ut uerum
est. Tres quasdam copulas nobis insinuauit Apo-
stolus, Christū & Ecclesiā, uirū & uxorē, spiritū &
carnem. Horū priora posteriorib. cōsulunt, poste
riora priorib. famulant. Omnia bona sunt, cum in
eis quædā ordinis pulchritudinē excellenter prę-
posita, quædā decenter subiecta custodiūt. Vir &
uxor, quales secū esse debeant, præceptū accipiūt
& exemplū. Præceptū est: Mulieres uiris suis sub-
ditę sint sicut domino, quia uir caput mulieris est:
Et, Viri diligite uxores uestras. Exemplum aūt da
tur mulieribus de Ecclesia, uiris de Christo. Sicut
Ecclesia, inquit, subdita est Christo, ita & mulie- Eph. 5
res uiris suis in omnib. Similiter & uiris dato præ- B
cepto, ut uxores suas diligant, adiecit exemplum,
sicut Christus dilexit Ecclesiā. Sed et uiros à re in-
feriore adhortatus est, id est, à corpore suo: nō tan
tum à superiore, id est, à domino suo: Non eñ solū
ait, Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dile
xit Ecclesiā, quod est à superiore, uerūetiam dixit:
Viri debēt diligere uxores suas, sicut corpora sua:
quod est ab inferiore: quia & superiora & inferio
ra bona sunt omnia. Nec tamen mulier à corpore
uel carne accepit exemplum, ut ita esset subdita ui
ro, sicut spiritui caro: Sed aut consequenter Apo-
stolus intelligi uoluit, ꝗd dicere prætermisit: aut
forte quia caro cōcupiscit aduersus spiritū in hu-
ius uitæ mortalitate atq; languore, ideo de illa no-
luit mulieri exemplū subiectionis adhibere. Viris C
aūt ideo uoluit, quia etsi cōcupiscit spiritus aduer
sus carnē, etiam in hoc ipso cōsulit carni: nō sicut
caro cōcupiscēs aduersus spiritū, nec spiritui cōsu
lit talis repugnatio, nec sibi: Nō tamen ei spiritus
bonus, siue eius naturā per prouidentiā nutriēdo
ac fouēdo, siue eius uitijs per continentiā resisten
do cōsuleret, nisi utraq; substātia utriusq; artificē
deum, etiā decore huius ordinis indicaret. Quid
est ergo quod uos uera dementia, & Christianos
esse iactatis, & contra scripturas Christianas ocu-
lis clausis, uel potius extinctis, tanta peruersitate
cōtenditis: Christū asserentes in falsa carne appa-
ruisse mortalib. & ecclesiā in anima ad Christum,
in corpore ad diabolū pertinere: et sexum uirilem
atq; muliebrē diaboli opera esse, nō dei: & spiritui
carnē tanq; malam substantiā bonæ substantiæ co D
hærere? Si parū uobis uident respondere quæ Idem probat. Cap. X
de apostolicis cōmemorauimus literis, audite ad-
huc alia, si aures habetis: Quid de carne Christi di
cit insanissimus Manichæus? Quòd non fuerit ue
ra, sed falsa. Quid ad hoc dicit beatus Apostolus?
Memor esto Christum Iesum surrexisse à mortuis 2 Tim. 2
ex semine Dauid secundum Euangelium meum.
Et ipse Christus Iesus, Palpate, inquit, & uidete, Luce 24
quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me ui-
detis habere. Quomodo est in eorū doctrina ueri
tas, quæ id prædicat ꝙ in carne Christi erat falsi-
tas? Quomodo in Christo nō erat ullū malum in
quo erat tam grande mendacium? Quia uidelicet
hominibus nimium mundis malum est caro uera,
& non

& non est malū falsa? Pro certo malū est caro uera nascēris ex Dauid semine, & nō est malum lingua falsa dicentis: Palpate & uidere, quia spiritus ossa & carnē nō habet, sicut me uidetis habere. De Ecclesia quid dicit deceptor hominū in mortifero errore, q ex parte animarū pertineat ad Christū, ex parte corporū ad diabolū? Quid ad hæc dicit doctor gentium in fide & ueritate? Nescitis, inquit, (1 Cor.6) quia corpora uestra mēbra sunt Christi? De sexu masculi & fœminæ quid dicit filius perditionis, q uterq; sexus non ex deo sit, sed ex diabolo? Quid ad hæc dicit uas electiōis? Sicut, inquit, mulier ex (1 Cor.11) uiro, ita & uir per mulierē, omnia aūt ex deo. De carne quid dicit per Manichæū spiritus immundus, q sit mala substātia, nec dei sed inimici creaturæ? Quid ad hæc dicit per Paulū spiritussanctus? (1 Cor.12) Sicut enim corpus unū est, inquit, & mēbra habet multa, omnia autē mēbra corporis cū sint multa, unum est corpus, ita & Christus. Et paulopost, Posuit, inquit, deus mēbra singula quæq; eorū in corpore prout uoluit. Itē paulopost, Deus, inquit, temperauit corpus, ei cui deerat maiorē honorē dans, ut nō essent scissuræ in corpore, sed in idipsum, ut p inuicē solicita sint mēbra: & siue patit unū mēbrum, cōpatiuntur omnia mēbra, siue glorificat unū membrū, cōgaudent omnia mēbra. Quomō est mala caro, quādo ipsæ animæ pacē membrorū eius ut imitent, monent? Quomodo est inimica creatura, quando ipsæ animæ quæ corpora regūt, ut inter se inimicitiarū scissuras nō habeant, exemplum de mēbris corporis sumunt, ut quod præstitit deus corpori per naturā, ament & ipsæ habere per gratiam? Merito ad Romanos cum scriberet, (Rom.12) Obsecro, inquit, uos fratres per misericordiā dei ut exhibeatis corpora uestra hostiā uiuā, sanctā, deo placentē. Sine causa em̄ tenebras lucē, & lucē tenebras esse cōtendimus, si hostiam uiuā, sanctā, deo placentē de genris tenebrarum corporib. exhibemus. Sed inquiūt, Quomodo caro per quā-(Etiā ecclesia caro est. XI) dam similitudinē cōparatur Ecclesiæ? Nunquid Ecclesia concupiscit aduersus Christū, cum idem Apostolus dixerit, Ecclesia subdita est Christo? Plane Ecclesia subdita est Christo, quia ideo spiritus cōcupiscit aduersus carnem, ut omni ex parte (Gal.5) Christo subdatur Ecclesia. Caro autem cōcupiscit aduersus spiritū, quia nondū pacem quæ perfecta promissa est accepit Ecclesia. Ac per hoc Ecclesia subdita est Christo ex pignore salutis, & caro concupiscit aduersus spiritū ex infirmitate languoris. Neq; enim nō Ecclesiæ membra erant ijdem ipsi, quib. ista dicebat, Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Caro em̄ cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicē aduersantur, ut nō ea quæ uultis faciatis. Hæc utiq; Ecclesiæ dicebantur, quæ si Christo subdita nō esset, non in ea spiritus aduersus carnē per continentiā cōcupisceret. Propter quod poterant cōcupiscentias carnis nō perficere, sed carne cōcupiscente aduersus spiritū nō poterāt ea facere quæ uolebāt: id est, etiā ipsas carnis cōcupiscentias nō habere. Deinde, cur nō confiteamur in hominib. spiritalib. Ecclesiā subditā Christo, in carnalib. aūt hāc adhuc cōcupiscere aduersus Christū? An aduersus Christū nō concupiscebant, quibus dicebat, Diuisus est Christus? Et, Nō potui loqui (1 Cor.1) uobis quasi spiritalib. sed quasi carnalibus, tanquā (1 Cor.3) paruulis in Christo lac uobis potū dedi, non escā: nondū enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis, adhuc enim estis carnales: Cū enim sint in uobis, æmulatio, & contentio, nōnne carnales estis? Aduersus quem cōcupiscit æmulatio & cōtentio, nisi aduersus Christū? Has enim carnis cōcupiscētias Christus in suis sanat, sed in nullis amat. Vnde sancta Ecclesia quādiu habet etiā membra talia, nondū est sine macula & ruga. Huc accedūt & illa peccata pro quib. quotidiana uox totius Ecclesiæ est, Dimitte nobis debita nostra: à quib. ne spiritales putaremus alienos, nō quicunq; carnaliū, (Matth.6) nec ipsorū quicūq; spiritaliū, sed qui super pectus domini discūbebat, & quē pro cæteris diligebat: Si dixerimus, inquit, quia peccatū non habemus, (1 Ioan.1) nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. In omni aūt peccato plus in maiore, minus in minore, tamē contra iustitiā concupiscit. Et de Christo (1 Cor.1) scriptū est: Qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redēptio. In omni igit peccato cōtra Christū sine dubio cōcupiscit: Sed qui sanat omnes languores nostros, cū perduxerit Ecclesiam ad pmissam languoris sanitatē, tunc in nullo mēbrorū eius qlibet minima erit ulla macula & ruga. Tunc nullo modo caro aduersus spiritū cōcupiscet, & ideo nulla erit causa cur aduersus carnē etiā spiritus cōcupiscat. Tūc finem accipiet omnis hæc pugna, tunc ambarū substantiarū erit summa cōcordia, tūc usq; adeo ibi nullus erit carnalis, ut etiā caro ipsa sit spiritalis. Quod ergo nūc agit cū carne sua quisq; secūdū Christū uiuēs, cū & concupiscit aduersus eius malū cōcupiscentiam, quādo sanandā continet, quam nondū sanatam tenet, & tamē eius bonā nutrit naturā fouetq; quoniā nemo unq; carnem suam odio habuit: hoc etiā agit cū Ecclesia Christus, quantū fas est cōparare minora maiorib. Nā & correptionib. eā reprimit, ne impunitate inflata dissiliat, & consolationib. erigit, ne grauata infirmitate succūbat. Hinc est illud Apostoli. Si em̄ nosipsos dijudicaremus, à domino nō iudicaremur: cū iudicamur aūt, à do- (1 Cor.11) mino corripimur, ne cū hoc mūdo damnemur. Et illud in Psalmo: Secundū multitudinem dolorum (Psal.93) meorum in corde meo, cōsolationes tuæ iocūdauerunt animam meā. Tunc ergo speranda est carnis nostræ sine ulla repugnatione perfecta sanitas quādo erit Ecclesiæ Christi sine ullo timore certa securitas. Hæc aduersus Manichæos fallaciter cōtinentes, pro ueraci continentia disputare sufficerit, ne continentiæ fructuosus & gloriosus labor, partē infirmā nostrā, id est corpus, quando ab immoderatis & illicitis uoluptatib. cohibet & refrenat, nō salubriter castigare, sed infectari credatur hostiliter. Corpus quippe ab anima est quidem (Continentia uera & falsa) natura diuersum, sed nō est à natura hominis alie- (Cap. XII) num. Non enim animus cōstat ex corpore, sed tamen

men homo ex animo constat & corpore, & utiq;
deus quẽ liberat, totũ hominẽ liberat. Vnde totũ A
hominẽ etiã saluator ipse suscepit, dignatus in no-
bis totũ liberare quod fecit. Qui contra istam sen-
tiũt ueritatẽ, quid eis prodest libidines continere,
si tamẽ aliquas cõtinent? Quid in eis per cõtinen-
tiam potest fieri mundũ, quorũ cõtinẽtia talis im-
mũda est, quæ nõ cõtinentia nominãda est? Sen-
tire quippe q̃d sentiunt, uirus est diaboli, cõtinen
tia uero munus est dei: sicut aũt nõ omnis qui ali-
quid patiẽ, aut quoslibet dolores tolerãtissime pa
titur, habet eã uirtutem, quæ similiter dei munus
est, & patiẽtia nuncupaẽ. Multi em̃ tolerãt multa
tormẽta, ne in suis criminib. prodant, aut male sibi
conscios, aut seipsos. Multi pro explẽdis ardẽtissi-
mis libidinib. & obtinẽdis, uel nõ relinquẽdis eis
rebus quib. uinculo praui amoris obstricti sunt, B
multi pro diuersis & perniciosis quib. uehemẽter
tenenẽ errorib. quos omnes absit ut uerã dicamus
habere patientiã. Ita non omnis qui aliquid conti
net, uel ipsas etiã carnis aut animi libidines mira-
biliter cõtinet, istã cõtinentiam, de cuius utilitate
& decore disseruimus, habere dicẽdus est. Quidã
em̃ quod mirũ dictu uideri potest, per incõtinen-
tiam se cõtinent: uelut si se mulier cõtineat à mari-
to, quia hoc iurauit adultero. Quidam per iniusti
tiã, ueluti si miscẽdi sexus nõ reddat cõiunx cõiu-
gi debitũ, quia ipse uel ipsa iam potest uincere ta-
lem corporis appetitũ. Itẽ quidã cõtinent decepti
fide falsa, et uana sperãtes, uana sectãtes: in quibus
sunt omnes hæretici, & quicunq; sub nomine reli C
gionis aliquo errore falluntẽ: Quorũ cõtinẽtia ue-
ra esset, si esset & fides uera. Cũ uero illa propter-
ea nec fides sit appellãda, quia falsa est, sine dubio
& ista cõtinẽtiæ nomine indigna est. Nũquid em̃
cõtinentiã fidei, quam munus dei uerissime dici-
mus, dicturi sumus esse peccatum? Absit à nostris
cordib. tam detestãda dementia. Beatus aũt Apo-
Rom. 14 stolus ait: Omne quod nõ est ex fide, peccatũ est.
Quæ igitẽ nõ habet fidẽ, nec cõtinentia nominan
da est. Sunt etiã qui aperte malignis seruiẽdo dæ-
monib. à corporis uoluptatib. cõtinent, ut per eos
expleãt nefarias uoluptates, quarũ impetũ ardo-
remq; nõ cõtinent. Vnde ut aliquid dicã, & cæte-
ra, propter sermonis lõgitudinẽ taceã, quidã non at-
tingũt etiã uxores suas, dũ quasi mundi per magi- D
cas artes peruenire ad uxores moliunẽ alienas. O
mirabilẽ cõtinentiã, imo uero nequitiã atq; immũ
ditiã singularẽ. Si em̃ uera esset cõtinentia, magis
ab adulterio, q̃ propter adulteriũ perpetrandũ, car-
nis cõcupiscentia debuit à cõiugio cõtinere. Hãc
quippe cõcupiscentiã carnis, relaxare solet conti-
nentia cõiugalis, eiusq; frenis hactenus modera-
mẽ imponere: ut nec in ipso cõiugio immoderata
licẽtia diffluaẽ, sed custodiatur modus: aut infirmi
tati cõiugis debitus, cui hoc non secundũ imperiũ
1. Cor. 7 præcepit, sed secũdum ueniã cõcedit Apostolus:
aut filijs procreandis accõmodatus, quæ una fuit
causa miscendæ inuicẽ carnis, & patrib. quõdã &
matrib. sanctis. Id aũt faciẽs cõtinentia, id est, mo-
derãs & quodãmodo limitans in cõiugib. carnis
cõcupiscentiã, & eius inquietũ atq; inordinatum
motũ certis quodãmodo finib. ordinãs, bene utiẽ
hominis malo, quẽ facit & uult perficere bonũ: si-
cut deus utiẽ etiã hominib. malis, propter eos quos
perficit bonos. Absit ergo ut cõtinentiã, de qua Cõtinentia nõ tantum libidini moderatur. Cap. XIII
scriptura dicit: Et hoc ipsum erat sapiẽtiæ, scire cu
ius esset hoc donũ: etiam eos habere dicamus, qui
cõtinendo, uel errorib. seruiũt, uel aliquas mino-
res cupiditates ideo uincũt, ut alias expleãt, qua-
rum grãditate uincunẽ: Ea uero quæ uera est desu
per ueniẽs cõtinentia, nõ alijs malis mala preme-
re alia, sed bonis mala sanare uult omnia: Cuius ut
breuiter cõplectar actionem, omnib. prorsus dele
ctationib. cõcupiscentiæ quæ aduersanẽ delecta-
tioni sapientię, coercendis atq; sanandis inuigilat
officiũ cõtinentię. Vnde angustius eam sine dubi
tatione metiunẽ qui solas libidines corporis cohi
bere definiũt: melius profecto illi qui nõ addũt cor-
poris, sed generaliter libidinẽ siue cupiditatẽ re-
gendam dicũt ad cõtinentiã pertinere. Quæ cupi
ditas in uitio ponitẽ, nec tantũ est corporis, uerũ &
animi. Etenim si cupiditas corporis est in fornica-
tionib. & ebrietatib. nũquid inimicitiæ, cõtentio-
nes, æmulationes, postremo animositas, in corpo
ris uoluptatib. ac non potius in animi motibus &
perturbationib. exercenẽ? Carnis tamẽ opera hęc
omnia nũcupauit Apostolus, siue quæ ad animũ,
siue quę ad carnẽ proprie pertinẽt, ipsum scilicet ho
minẽ nomine carnis appellãs. Opera quippe ho-
minis sunt quæ nõ dicunẽ dei, quoniã homo qui
hæc agit secundũ seipsum uiuit, nõ secũdum deũ, C
inquantũ hæc agit. Sunt autẽ alia opera hominis,
quæ magis dicẽda sunt opera dei. Deus est enim;
inquit Apostolus, qui operaẽ in uobis, & uelle & Philip. 3
operari pro bona uoluntate. Inde est & illud: Quot- Rom. 8
quot em̃ spiritu dei aguntẽ, hi filij sunt dei. Spiritus
itaq; hominis adhærẽs spiritui dei, cõcupiscit ad-
uersus carnẽ, id est, aduersus seipsum, sed pro seipso,
ut motus illi, siue in carne, siue in anima, secũdum
hominẽ, nõ secũdũ deũ, qui sunt adhuc per acqui
sitũ languorẽ, cõtinentia cohibeanẽ, propter acqui
rendã salutẽ: ut homo nõ secũdũ hominẽ uiuens,
iam possit dicere: Viuo aũt iam nõ ego, uiuit uero Gal. 2
in me Christus. Vbi em̃ nõ ego, ibi felicius ego, ut
qñ secundũ hominẽ reprobus ullus motus exur-
git, cui nõ cõsentit qui mente legi dei seruit, dicat D
etiã illud, iã nõ ego operor illud. Talib. quippe &
illa dicunẽ, quæ sicut eorũ socij participesq; debe-
mus audire, Si consurrexistis cũ Christo; quæ sur- Col. 3
sum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei
sedẽs: quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terrã.
Mortui em̃ estis, & uita uestra abscõdita est cum
Christo in deo: cũ aũt Christus apparuerit uita ue
stra, tunc & uos apparebitis cũ illo in gloria. Qui-
bus loquaẽ intelligamus, imo uero attẽtius audia
mus. Nã quid hoc planius, quid apertius? Eis cer-
te loquitur qui cõsurrexerãt Christo, nondũ utiq;
carne, sed mente, quos mortuos dicit, & magis
hinc uiuos. Nã uita uestra, inquit abscõdita est cũ
Christo in deo. Taliũ mortuorũ uox est. Viuo aũt
iam nõ ego, uiuit uero in me Christus. Quorum
ergo

ergo uita erat absc̄odita in deo, admonent̄ & exhortant̄, ut membra sua mortific̄et quæ sunt super
Col.3 terrā. Id enim sequit̄: Mortificate ergo m̄ebra uestra quę sunt super terrā. Et ne quisq̄ nimis tardus m̄ebra ista uisibilia corporis mortificāda putaret, talib. c̄otinuo quid dicat aperiēs: Fornicationem, inquit, imm̄udiciā, perturbation̄e, c̄ocupisc̄etiam malā, & auaritiā quę est idolorū seruitus. Irāne uero credendū est, q̄ isti qui iā mortui erāt, eorūq̄ uita absc̄odita erat cū Christo in deo, adhuc fornicabantur, adhuc in morib. imm̄udis operibusq̄ uiuebant, adhuc perturbationib. c̄ocupiscentiæ malæ atq̄ auaritiæ seruiebāt? Quis dem̄es ista de talib. senserit? Quid ergo uult ut mortific̄et opere c̄otinentiæ, nisi motus ipsos adhuc in sua quadā interpellatiōe, sine nostræ m̄etis c̄osensione, sine membrorū corporaliū operatione uiuētes? Et quomō isti mortificant̄ opere c̄otinentiæ, nisi cū eis m̄ete n̄o c̄osentiūt, nec exhibent̄ eis arma corporis m̄ebra: & quod est maius atq̄ uigilātia c̄otin̄etię maiore curandū, ipsa etiā nostra cogitatio, q̄uis eorū quodāmodo suggestione, & quasi susurratione tāgatur, tam̄e ab eis ne oblect̄et auertit̄, et ad superna cogitāda delectabilius c̄ouertit̄: ad hoc ea nominās in sermonibus, ne habitet̄ in eis, sed fugiat̄ ab eis? Quod fit si efficaciter audiamus ipso adiu-
Colos.3 uāte, qui hoc per Apostolū suū præcipit, Quę sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedēs, quæ sursum sunt sapite, n̄o quæ super terrā.

Quod nec fides sine operibus, nec continentia sine perseuerantia saluet. Ca.XIIII

Cum aūt mala illa c̄omemorasset, adiunxit atq̄ ait: Propter quæ uenit ira dei in filios infidelitatis. Vtiq̄ salubriter terruit, ne putarēt fideles propter solā fid̄e suā, etiā si in his malis uiuerēt, se posse saluari: apostolo Iacobo c̄otra istū sensum, uoce manifestissima reclamāte ac dic̄ete: Si fid̄e quis dicat se habere, opera aūt non habeat, nunquid poterit fides saluare eū? Vnde & hic doctor gentiū ꝓpter illa mala uenire irā dei dixit in filios infidelitatis. Cū aūt dicit, in quib. & uos aliquando ambulastis cū uiuetetis in illis: satis ostēdit q̄ in illis iam, n̄o in his quippe uiuēdo mortui erāt, ut eorū uita in deo cū Christo esset absc̄odita. Cū ergo iam in illis n̄o uiuerēt, mortificare iam talia iubebant̄. Ipsis quippe in eisd̄e n̄o uiuentib. illa uiuebant: sicut paulo ante iā ostēdi. Et m̄ebra dicebant̄ ipsorū, ea uidelicet uitia quæ in m̄ebris habitabāt ipsorū, modo locutiōis quo per id quod c̄otinet id quod c̄otinet̄ significat̄: sicut dicit̄, totū forū inde loquit̄, cū homines loquant̄ qui sunt in foro. Ipso locutiōis mo-
Psal.65 do in Psalmo canit̄, Omnis terra adoret te: id est, A om̄es homines qui sunt in terra. N̄uc aūt deponite, inquit, & uos uniuersa: & c̄omemorat plura eiusmodi mala. Sed quid est q̄ ei n̄o sufficit dicere, deponite uos uniuersa: sed addita c̄oiunctione, dixit & uos? Nisi ne ꝓpterea se putarēt hęc mala facere, atq̄ impune in eis uiuere, quia fides eorū liberaret eos ab ira quæ uenit in filios infidelitatis ista faciētes, & in his sine fide uiuētes. Deponite, inquit, & uos illa mala ꝓpter quæ uenit ira dei in filios infidelitatis: nec uobis eorū impunitat̄e ꝓpter fidei meritū ꝓmittatis. N̄o aūt diceret, deponite: eis qui iā deposuerāt ex ea parte qua talib. uitijs n̄o c̄osentiebāt, nec sua m̄ebra eis arma peccati dabāt: nisi quia in hoc facto est, & in hac adhuc operatione uersat̄, quādiu mortales sumus, uita sanctorū. Dū em̄ spiritus c̄ocupiscit aduersus carn̄e, hæc magna int̄etione res agit̄: delectationib.
B prauis, libidinib. imm̄udis, motibus carnalib. atq̄ turpibus, suauitate sanctitatis, amore castitatis, spiritali uigore, & c̄otinētię decore resistit̄. Sic deponunt̄ ab eis qui mortui sunt eis, nec c̄osentiēdo uiuunt in eis: Sic, inquā, deponunt̄, dū c̄otinuata c̄otinētia ne resurgāt premunt̄. Quisquis quasi securus ab hac eorū depositiōe cessauerit, ilico in arc̄e mentis ꝓsilient, eamq̄ inde ipsam deponēt atq̄ in suā redigēt seruitut̄e, turpiter deformiterq̄ captiuam. Tūc regnabit peccatum in hominis mortali corpore, ad obediēdū desiderijs eius. Tūc sua m̄ebra exhibebit arma iniquitatis peccato, et erūt nouissima illius peiora priorib. Multo est enim tolerabilius certam̄e huiusmodi n̄o cœpisse, q̄ cœptū reliquisse conflictū, & factū ex bono præliatore, uel etiā uictore captiuū. Vnde dñs n̄o ait, qui cœ-
C perit: sed qui perseuerauerit usq̄ in fin̄e, hic saluus erit. Siue aūt ne uincamur acriter c̄ofligentes, siue aliquoties uel etiā insperata uel inopinata facilitate uinc̄etes, ei qui nobis dat c̄otinentiā demus gloriā. Meminerimus quēdā iustū dixisse, dixi in abū-
Psal.29 dātia mea, n̄o mouebor in æternū: dem̄ostratūq̄ illi esse q̄ temere hoc dixerit, tanq̄ suis uiribus tribuēs, q̄d ei desuper præstabat̄. Hoc aūt ipso confitēte didicimus, mox em̄ adiūxit: Dñe in uolūtate tua præstitisti decori meo uirtut̄e, auertisti aūt facīe tuā & factus sum conturbatus. Per medicinal̄e prouidentiā paululū desertus est à rectore, ne per exitial̄e superbiā desereret ipse rector̄e. Siue ergo hic, ubi cū uitijs nostris domādis minuēdisq̄ confligimus: siue ibi, quod in fine futurū est, ubi omni hoste et omni peste carebimus: id nobiscū salubriter agitur, ut qui gloriat̄, in domino glorietur.

CENSVRA

Augustini non esse, phrasis arguit, congruens cum ea quam habent libelli superiores.

LIBER DE PATIENTIA

Patientia dei qualis. Cap.I

VIRTVS animi quæ patientia dicit̄, tam magnū dei donū est, ut etiā ipsius qui nobis eā largitur, qua malos ut corrigant̄ expectat, patiētia prædicet̄. Ita q̄uis deus nihil pati possit, patientia uero à patiēdo nomen acceperit, patientem tam̄e deum n̄o modo fideliter credimus, uerumetiam salubriter c̄ofitemur. Sed dei patientia qualis & quāta sit, qūe nihil patientem nec tamen impatīetem, imo etiā patīetissimū dicimus, uerbis explicare qs possit? Ineffabilis est ergo illa patientia, n̄o tamen nulla, sicut zelus eius, sicut ira eius,

& si quid huiusmodi est: Nam si tanquã nostra ista cogitemus, in illo nulla sunt. Nihil enim horũ nos A sine molestia sentimus. Absit autẽ ut impassibilem dei naturã perpeti ullã molestiam suspicemur. Sicut autẽ zelat sine aliquo liuore, irascitur sine aliqua perturbatione, miseretur sine aliquo dolore, pœnitet eũ sine alicuius prauitatis correptiõe, ita est patiens sine ulla passione. Nunc itaq; humana patientia quam capere possumus & habere debemus, cuiusmodi sit, quantum dominus tribuit, & quãtum patitur breuitas pręsentis sermonis expediatur.

Patientia piorum. Cap. II

Patiẽtia hominis, quæ recta est atq; laudabilis & uocabulo digna uirtutis, ea perhibetur qua æquo animo mala toleramus, nec animo iniquo bona deseramus, per quę ad meliora perueniamus. Quapropter impatiẽtes dũ mala pati nolunt, nõ efficiũt ut à malis eruant, sed ut mala grauiora patiant. B Patiẽtes aũt qui mala malũt nõ cõmittendo ferre, quã nõ ferendo cõmittere, & leuiora faciunt, quã quæ per patientiã patiũtur, & peiora euadũt quibus per impatientiã mergerent. Bona uero æterna & magna nõ perdũt, dum malis temporalibus breuibusq; nõ cedũt. Quoniã non sunt cõdignę passiones huius tẽporis, sicut Apostolus dicit, ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. *Rom. 8* Et iterũ ait. Quod est temporale & leue tribulatiõis nostræ, in incredibilem modũ æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. *2 Cor. 4*

Patientia malorum. Cap. III

Intueamur itaq; chariſſimi quãta in laboribus & doloribus homines dura sustineant, pro rebus quas uitiose diligunt, & quantũ se his feliciores fieri putant, tãto infelicius cõcupiscunt. C Quanta pro falsis diuitijs, quãta pro uanis honoribus, quãta pro ludicris affectionibus periculosissima & molestissima patiẽtissime tolerãtur. Pecuniæ & gloriæ cupidos uidemus, ut ad desiderata perueniãt, adeptisq; nõ careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tẽpestates, aspera & incerta bellorũ, immaniũ plagarũ ictus, & uulnera horrẽda, nõ ineuitabili necessitate, sed culpabili uolũtate perferre. Verũ hæ licitæ quodãmodo uidentur insaniæ.

Patientia apud homines laudanda. Cap. IIII

Namq; auaritia, ambitio, luxuria, & uariorũ oblectamẽta ludorũ, nisi propter illa facinus aliquod admittat, siue flagitium quod legibus prohibet humanis, putant ad innocentiã pertinere, imo etiã qui sine fraude cuiusquã, aut pro habẽda uel augẽda pecunia, aut pro adipiscendis uel retinendis honoribus, aut in agone certando seu uenãdo, seu theatricũ aliquid plausibiliter exhibẽdo magnos labores doloresq; pertulerit, parũ est quod populari uanitate nullis reprehẽsionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus. D Quoniã laudatur, sicut scriptũ est, peccator in desiderijs animæ suę. Vis enim desideriorũ, facit tolerantiã laborũ & dolorũ: & nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. Sed istę, ut dixi, cupiditates, propter quas explendas qui eis flagrant, multa dura & acerba patiẽtissime sustinẽt, licite existimant legibusq; cõcessæ.

Immanis tolerantia latronum. Cap. V

Quid quod etiã pro apertis sceleribus, nõ ut ea puniant, sed ut perpetrent, multa homines grauissima perferũt? Nonne de quodam nobilissimo patriæ parricida seculariũ literarũ loquunt autores, quòd famẽ, sitim, frigus ferre poterat, eiusq; erat corpus patiens inediæ, algoris, uigiliæ, supra quã cuiquã credibile est? *Catilina* Quid de latronibus dicam, quorũ omnes cũ insidiant uiatoribus, noctes perpetiunt insomnes, atq; ut trãseuntes excipiant innocẽtes, sub qualibet cœli asperitate nocentẽ animum corpusq; defigunt? Quidã uero eorũ inuicẽ torquere perhibent, ita ut exercitatio contra pœnas nihil distet à pœnis. Non enim tantũ fortassis excruciant à iudice ut à dolentibus ueritas inquiratur, quantũ à suis socijs ut à patientibus nõ prodantur. Et tamẽ in his hominib. mirãda est potius quàm laudanda patiẽtia: imo nec mirãda nec laudãda quæ nulla est: sed mirãda duritia, negãda patiẽtia. Nihil aũt illic iure laudandũ, nihil utiliter imitandũ. Tantoq; rectius maiore supplicio dignũ iudicaueris animũ, quãto magis uitiosus odit instrumenta uirtutũ. Patientia comes est sapientiæ, nõ famula cõcupiscentiæ. Patiẽtia amica est bonæ conscientiæ, nõ inimica innocẽtiæ.

Causa probat patientiam. Cap. VI

Cum ergo uideris quẽquã patiẽter aliquid pati, noli cõtinuo laudare patientiã, quã nõ ostendit nisi causa patiẽdi. Quãdo illa bona est, tunc ista uera est. Quãdo illa nõ polluitur cupiditate, tunc à falsitate ista distinguitur. Cũ uero illa tenetur crimine, tũc multum huius erratur in nomine. Non enim sicut omnes qui sciunt sunt participes scientiæ, ita omnes qui patiunt sunt participes patientiæ: sed qui passione rectè utuntur, hi patientiæ ueritate laudantur, hi patientię munere coronant.

De uera patientia. VII

Verũtamen uel cũ pro libidinibus uel etiã sceleribus, cum deniq; pro ista tẽporali uita ac salute multa homines horrenda mirabiliter sufferunt, satis nos admonent quanta sufferẽda sint pro uita bona, ut etiã postea possit esse æterna, & sine ullo tẽporis termino, sine utilitatis ullius detrimẽto uera felicitate secura. Dominus ait, In uestra patiẽtia possidebitis animas uestras. *Luc. 21* Non ait, uillas uestras, laudes uestras, luxurias uestras: sed, animas uestras. Si ergo tanta suffert anima ut possideat unde pereat, quãta debet sufferre ne pereat? Deinde et illud dicã quod culpabile non est, si tanta suffert pro salute carnis suæ inter manus secãtium siue urentiũ medicorũ, quãta debet sufferre inter furores quorũlibet inimicorum: cũ medici ne corpus moriatur per pœnas corpori cõsulant, inimici aũt pœnas & mortẽ corporis cõminãdo, ut anima & corpus in gehenna occidat impellant: quanq; & ipsi corpori tunc prouidẽtius consulat, si tẽporalis salus eius pro iustitia contemnatur, & pœna uel mors eius patientissime pro iustitia sufferatur? De corporis quippe redẽptione quæ in fine futura est loquit Apostolus, ubi ait, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionẽ filiorũ dei, expectãtes redẽptionẽ corporis nostri. *Rom. 8* Deinde subiũxit: Spe enim salui facti sumus. Spes aũt quæ uidet, non est spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si aũt quod nõ uidemus, speramus, per patientiã expectamus.

Patientia quo utendum. Cap. VIII

Cum ergo torquent aliqua mala, sed nõ extorquẽt opera mala, nõ solũ anima per patientiã possidet, uerumetiam

rumetiam

rum etiã cum per patientiã corpus ipsum ad tem-
pus affligit uel amittitur, in æternam stabilitatem
salutemq; resumit, & ei per dolorem & mortem
inuiolabilis sanitas, & felix immortalitas compa-
ratur. Vnde & dñs Iesus ad patientiam exhortãs
martyres suos, etiam ipsius corporis integritatem
futurã sine cuiusquam non dicã membri, sed & ca
Luc. 21 pilli amissione promisit. Amẽ dico uobis, inquit,
capillus capitis uestri non peribit. Vt quoniã ne-
mo unquã, sicut Apostolus dicit, carnẽ suã odio
habuit, magis homo fidelis p patiẽtiã q̃ per impa
tientiã pro statu suæ carnis inuigilet, & futuræ in-
corruptionis inæstimabili lucro quantalibet eius
præsentia damna compẽset. Quamuis aũt patien
tia uirtus sit animi, partim tamen ea utit animus
in seipso, partim uero in corpore suo. In seipso uti
tur patientia, quando illæso & intacto corpore, a-
liquid quod non expediat, uel non deceat facere
aut dicere, quibuslibet aduersitatib. aut fœditati-
bus rerũ seu uerborũ stimulis incitat, & patienter
mala omnia tolerat, ne ipse mali aliquid opere uel
Patientia animi. Cap. IX ore cõmittat. Per hanc patientiã sustinemus e-
tiam cum corpore sani sumus, q inter huius secu-
li scandala beatitudo nostra differt. Inde dictũ est
quod paulo ante cõmemoraui: Si quod non uide
mus speramus, per patientiã expectamus. Hac pa
tientia sanctus Dauid conuiciantis opprobria to
lerauit, & cum facile posset ulcisci, non solum nõ
fecit, uerũ & aliũ pro se dolentẽ cõmotumq; com
pescuit: & potestatẽ regiam magis adhibuit pro-
hibendo q̃ exereendo uindictam. Neq; tunc eius
corpus aliquo morbo affligebat aut uulnere, sed
humilitatis tempus agnoscebatur ac referebatur
uoluntas dei, propter quam patientissimo animo
amaritudo cõtumeliæ bibebat. Hanc patientiam
dñs docuit, quando cõmonitus de zizaniorũ per
mixtione, seruis uolentibus ea colligere, dixit re-
Matth. 13 spondisse patremfamiliâs: Sinite utraque crescere
usq; ad messem. Oportet eñ patienter ferri, quod
festinanter non oportet auferri. Huius & ipse pa-
tientiæ præbuit & demonstrauit exemplũ, q ante
passionem corporis sui, discipulũ prius q̃ ostẽde-
ret traditorẽ, pertulit furem: & ante experimentũ
uinculorũ & crucis & mortis, labijs eius dolosis
non negauit osculum pacis. Hæc omnia, & si qua
alia sunt quæ cõmemorare longũ est, ad eum pa-
tientiæ modũ pertinẽt, quo animus nõ sua pecca-
ta, sed quæcunq; extrinsecus mala patienter susti-
Patientia gemina. Cap. X net in seipso, suo prorsus corpore illæso. Alius
est aũt patientiæ modus, quo idẽ ipse animus quę
cunq; molesta & grauia in sui corporis passionib.
perfert, nõ sicut stulti uel maligni homines, ppter
adipiscẽda uana uel scelera perpetrãda, sed sicut à
dño definitũ est propter iustitiam. Vtroq; modo
sancti martyres certauerũt. Nam & impiorum op
probrijs saturati sunt, ubi animus corpore intacto
quasdam ueluti plagas suas integer sustinet: & in
corporib. uincti sunt, inclusi sunt, fame ac siti affe-
cti sunt, torti sunt, secti sunt, dilaniati sunt, incensi
sunt, trucidati sunt: & pietate immobiles subdide
runt deo mentẽ cum paterent in carne quicquid

exquirenti crudelitati uenit in mentem. Maius sa
A ne patientiæ certamẽ est, quando non uisibilis ini
micus persequendo atq; sæuiendo urget in nefas,
qui palam & aperte à nõ consentiẽte uincat. Sed
ipse diabolus qui etiã per filios infidelitatis tanq̃
per sua uasa filios lucis insequitur, per seipsum oc-
cultus impugnat, sæuiendo instans ut contra deũ
fiat aliquid uel dicat. Talem illum Iob sanctus De patientiã sancti Iob Cap. XI
expertus est, utraq; tẽtatione uexatus, sed in utra-
que stabili patientiæ robore & armis pietatis inui
ctus. Nam prius illæso corpore cuncta quæ habe
bat amisit, ut animus ante suę carnis cruciatũ sub-
tractis rebus, quas magni pẽdere homines assolẽt
frangeret, & aduersus deum loqueret aliquid, his
amissis propter quæ illum dolere putabat. Percus
B sus etiam omniũ subita orbitate filiorum, ut quos
singillatim susceperat, simul perderet, tanquã eo-
rum numerositas non unde felicitas ornaretur ex
titerit, sed unde calamitas augeret. Vbi autem istã
perpessus in deo suo mansit immobilis, etiam affi
xus est uoluntati, quem non posset amittere nisi
propria uolũtate: & pro ijs quæ perdidit eum qui
abstulit tenuit, in quo inueniret quod nunquam
periret. Neq; enim ille abstulerat qui nocendi ha-
buit uoluntatem, sed ille qui dederat potestatem.

Aggressus est inimicus & corpus, nec ea quæ Comparatiõ Iob ad Adam Cap. XII
homini extrinsecus inerãt, sed ipsum iam hominẽ
in qua potuit parte percussit. A capite usq; ad pe-
des ardebant dolores, scatebant uermes, sanies de
fluebat, manebat in putrido corpore animus inte
ger, hortẽdosq; cruciatus carnis cõtabescẽtis in-
C uiolata pietate & incorrupta patiẽtia perferebat.
Aderat uxor, nec ferebat opẽ aliquam uiro, sed in
deũ blasphemiã suggerebat. Etenĩ eam diabolus,
cũ etiã filios abstulisset, tanq̃ nocendi peritus reli
querat: qui quantũ esset necessaria tentatori, iam
in Eua didicerat: sed modo alterũ Adam, quẽ per
mulierem caperet nõ inuenerat. Cautior fuit iste
in dolorib. q̃ ille in nemorib. Ille uictus est in deli
cijs, iste uicit in pœnis. Consensit ille oblectamen
tis, nõ cessit iste tormẽtis. Aderãt & amici non ut
in malis cõsolarent, sed ut mala suspicarent. Neq;
enim eum qui tanta patiebat, innocentẽ esse cre-
debant, nec tacebat eorũ lingua quod illius con-
scientia non habebat, ut inter immanes cruciatus
corporis, etiã falsis animus cęderetur opprobrijs.
D At ille sustinens in carne dolores suos, in corde er
rores alienos, cõiugis corripiebat insipientiã, ami
cos docebat sapientiã, seruabat ubiq; patientiam.

Hunc intueant qui sibi ingerũt mortẽ quando Impatiẽtia sibi manus afferentium. Ca. XIII
quærunt ad uitã, & sibi auferendo præsentẽ, abne
gant & futurã. Qui si ad Christũ negandũ uel ali-
quid contra iustitiã faciendũ, sicut ueri martyres,
cogerent, omnia potius patienter ferre, q̃ sibi im
patienter mortẽ inferre debuerãt. Quod si fugien
dorũ malorũ causa recte fieri posset, Iob sanctus
se ipse perimeret, ut tanta mala in reb. suis, in filijs
suis, in mẽbris suis diabolicæ crudelitatis effuge-
ret. Non aũt fecit. Absit eñ ut in se cõmitteret ip-
se uir sapiens, quod nec mulier suggessit insipiẽs:
quia etsi suggessisset, merito & hic illud audisset,

V quod

quod audiuit ſuggerendo blaſphemiã. Locuta es
tanq; una ex inſipientib. mulieribus: Si bona per-
cepimus de manu dñi, mala quare non ſuſtinea-
mus? Et ipſe qppe patientiã perdidiſſet, ſiue blaſ-
phemando ſicut illa uoluerat, ſiue ſe interficiẽdo,
Eccl.2 q̃d nec illa auſa fuerat dicere, moreret: atq; eſſet in
ter illos de quibus dictũ eſt, Væ ijs qui perdiderũt
patientiã: & augeret potius q̃ euaderet pœnas, q
poſt ſui corporis mortẽ, ſiue ad blaſphemorũ, ſiue
ad homicidarũ uel etiã plus q̃ parricidarũ ſuppli-
cia raperet. Si enim parricida eo ſceleratior eſt q̃
quilibet homicida, quia non tantũ hominem, ue-
rum etiam propinquũ necat: & in ipſis parricidis,
quanto propinquiorẽ quiſq; peremerit, tanto iu-
dicat immanior: ſine dubio peior eſt qui ſe occi-
dit, qa nemo eſt homini ſeipſo ꝓpinquior. Quid
ergo miſeri faciunt, qui cũ & hic ſibimet ingeſtas,
& poſtea non ſolum impietatis aduerſus deũ, ſed
etiã ipſius quã in ſe exercuerũt crudelitatis luant
debitas pœnas, inſuper quærunt & martyrũ glo-
rias: cum etiã ſi pro uero Chriſti teſtimonio perſe
cutionem paterent, & ſe interficerent, ne aliquid
à perſecutorib. paterent, recte illis diceret, Væ ijs
qui perdiderũt patientiã? Quomodo enim iuſto
præmiũ patientiæ redditur, ſi & impatiens paſſio
coronat? Aut quomodo innocẽs iudicabitur, cui
Leuit.19 dictũ eſt, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum: ſi
homicidiũ cõmittit in ſeipſo, quod cõmittere pro
Patientia bonorum Cap. XIIII hibetur in proximo? Audiant ergo ſancti de ſcri
pturis ſanctis præcepta patiẽtiæ. Fili accedens ad
ſeruitutẽ dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara a-
nimam tuã ad tentationẽ. Deprime cor tuũ, & ſu-
Prouerb.3 ſtine, ut creſcat in nouiſſimis uita tua. Omẽ quod
Heb.12 tibi superuenerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in
humilitate tua patientiã habe: quoniã in igne pro
batur aurũ & argentũ, homines uero receptibiles
in camino humiliationis. Et in loco alio legit, Fi-
li ne deficias in diſciplina dñi, neq; fatigeris cũ ab
illo increparis. Quẽ enim diligit dñs, corripit: fla-
gellat autem omnem filium quem recipit. Quod
hic poſitũ eſt, filium quem recipit: hoc in ſupradi-
cto teſtimonio eſt, homines receptibiles. Hoc e-
nim iuſtũ eſt, ut qui de priſtina felicitate paradiſi
propter contumacẽ deliciarũ appetentiã dimiſſi
ſumus, ꝑ humilẽ moleſtiarũ patientiã recipiamur,
fugaces mala faciendo, reduces mala patiẽdo: ibi
contra iuſtitiã facientes, hic pro iuſtitia patientes.

Deo fidens patientia Cap. XV Sed uera patiẽtia, quæ huius eſt nomine digna
uirtutis, quærendum eſt unde ſumatur. Sunt enim
qui eam tribuant uirib. uoluntatis humanæ, non
quas habent ex diuino adiutorio, ſed quas ex libe
ro arbitrio. Error autẽ iſte ſuperbus eſt. Eorum eſt
Pſal.12 enim qui abundãt, de quibus dicit in pſalmo, Op
probriũ eis qui abundant, & deſpectio ſuperbis.
Nõ eſt ergo iſta patiẽtia pauperũ, quæ nõ perit in
æternũ. Hi enim pauperes, ab illo eam diuite acci
Pſal.15 piunt, cui dicit: Deus meus es tu, quoniam bono
Iac.1 rum meorũ nõ eges. A quo eſt omne datum opti-
mum, et omne donum perfectũ. Ad quem clamat
egenus & pauper qui laudat nomẽ eius, & peten
Pſal.7 do, quærendo, pulſando, dicit: Deus meus eripe
me de manu peccatoris, & de manu legẽ præter-
A euntis & iniqui, quoniã tu es patientia mea dñe,
ſpes mea à iuuẽtute mea. Iſta aũt qui abundant, &
egere ad dñm dedignant, ne ab illo accipiant ue-
ram patientiã, de ſua falſa gloriantes, conſiliũ ino
pis uolunt confundere, quoniã dñs ſpes eius eſt.
Nec attẽdũt cũ homines ſint, et ſuę, id eſt humanę
uolũtati tantũ tribuunt, in illud ſe incurrere quod
ſcriptũ eſt, Maledictus omnis qui ſpem ſuam po- Hier.17
nit in homine. Vnde etiam ſi eis contingat ut ali-
qua dura & aſpera, uel ne diſpliceant hominibus,
uel ne grauiora patiant, uel ſibi placendo aman-
doq; præſumptionẽ ſuam, eadem ipſa ſuperbiſſi-
ma uoluntate ſuſtineãt: hoc illis dicendum eſt de
patientia, quod de ſapientia beatus Iacobus apo-
ſtolus dicit, Non eſt iſta patiẽtia deorſum deſcen- Iac.3
dens, ſed terrena, animalis, diabolica. Cur eñ non
ſit ſuperborũ falſa patientia, ſicut ſuperborum fal-
B ſa ſapientia? A quo eſt aũt uera ſapiẽtia, ab illo eſt
& uera patientia. Huic enim cãtat ille ſpiritu pau- Pſal.61
per: Deo ſubiecta eſt anima mea, quoniã ab ipſo
eſt patientia mea. Sed reſpondent & loquũtur di-
centes: Sicut uolũtas hominis ſine ullo dei ad- Obiectio
iutorio uirib. liberi arbitrij tã multa grauia & hor Cap. XVI
rẽda perfert, ſiue in animo, ſiue in corpore, ut mor
talis uitę huius & peccatorũ delectatione perfrua
tur: cur non eodẽ modo eadẽ ipſa uoluntas homi
nis eiſdẽ uirib. liberi arbitrij, nõ ad hoc ſperans ſe
diuinitus adiuuari, ſed ſibi naturali poſſibilitate
ſufficiens, quicquid laboris uel doloris ingeritur,
pro iuſtitia & uita æterna patientiſſime ſuſtinet?
C An uero, inquiunt, idonea eſt iniquorũ uoluntas,
deo nõ adiuuãte, ut ſeipſi in cruciatib. pro iniqui-
tate, & anteq; ab alijs crucient, exerceant: idonea
eſt uoluntas moras uitæ huius amantiũ, ut deo nõ
adiuuãte, inter atrociſſima & lõga tormẽta in mẽ
dacio perſeuerẽt, ne ſua facinora cõfitentes, iube-
antur occidi: & nõ eſt idonea iuſtorũ uolũtas, niſi
ei uires deſuper ſuggerant quaslibet pœnas, uel
ipſius decore iuſtitiæ, uel æternæ uitæ amore per-
ferre? Qui hęc dicunt, nõ intelligũt quenq; ini Solutio
quorũ tanto eſſe ad quæcũq; mala perferenda du- Cap. XVII
riorem, quãto in eo maior eſt cupiditas mundi. &
quẽq; iuſtorũ tãto eſſe ad quæcũq; mala perferen
da fortiorẽ, quãto in eo eſt maior charitas dei. Sed
cupiditas mũdi initiũ habet ex arbitrio uolũtatis,
D progreſſum ex iocũditate uoluptatis, firmamẽtũ
ex uinculo conſuetudinis. Charitas aũt dei diffuſa Rom.5
eſt in cordib. noſtris: nõ utiq; ex nobis, ſed per ſpi
ritũ ſanctũ, qui datus eſt nobis. Proinde ab illo eſt
patientia iuſtorũ, per quẽ diffundit charitas eorũ.
Quã charitatẽ laudãs atq; cõmendãs Apoſtolus,
inter cætera eius bona dixit eã & cuncta ſufferre.
Charitas, inquit, magnanima eſt. Paulo poſt ait: 1 Cor.13
Omnia tolerat. Quanto ergo maior eſt in ſanctis
charitas dei, tanto magis pro eo quod diligitur: &
quanto maior eſt in peccatorib. cupiditas mundi,
tãto magis pro eo q̃d concupiſcit, omnia toleran
tur. Ac per hoc inde eſt patientia uera iuſtorũ, un
de eſt in eis charitas dei: & inde eſt patientia falſa
iniquorũ, unde eſt in eis cupiditas mũdi. Propter
quod

quod dicit Ioãnes apostolus, Nolite diligere mũdũ, nec ea quæ in mũdo sunt. Si quis dilexerit mũdũ, dilectio patris nõ est in ipso: quia omne quod in mũdo est, cõcupiscẽtia carnis est, & cõcupiscẽtia oculorũ, & ambitio seculi: quæ nõ est à patre, sed ex mũdo est. Hæc igiť concupiscẽtia quę non est ex patre, sed ex mũdo, quãto fuerit in homine uehemẽtior & ardentior, tãto fit quisq; pro eo q̃d concupiscit, omniũ molestiarũ dolorumq; patientior. Idcirco, sicut supra diximus, nõ est ista patientia desursum descendens: patientia uero piorũ desursum est descendẽs à patre luminũ. Itaq; illa terrena est, ista cœlestis: illa animalis, ista spiritalis: illa diabolica, ista deifica: qm̃ concupiscẽtia, qua fit ut peccantes omnia pertinaciter patianť, ex mundo est: charitas aũt, qua fit ut recte uiuẽtes omnia fortiter patianť, ex deo est. Et ideo illi falsæ patientię potest sine adiutorio dei uolũtas humana sufficere: tanto durior, quanto cupidior: & eo tolerabilius mala sustinens, quo ipsa fit peior. Huic aũt, quæ uera patientia est, ideo uoluntas humana, nisi desuper adiuta & inflãmata, nõ sufficit, quia spiritussanctus est ignis eius: quo nisi accensa diligat impassibile bonũ, ferre nõ potest quod patiť malum.

Patientia uera & falsa Cap. XVIII

Sicut enim diuina testanť eloquia, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Quisquis ergo contẽdit haberi posse dei charitatẽ sine dei adiutorio, quid aliud cõtendit, nisi haberi deũ posse sine deo? Quis aũt hoc dicat Christianus, q̃d nullus audet dicere insanus? Exultans ergo apud Apostolum uera, pia, fidelisq; patientia, dicit in ore sanctorũ, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptũ est, Quia propter te mortificamur tota die, deputati sumus sicut oues uictimæ. Sed in his omnib. superuincimus per eũ, qui dilexit nos: non per nos, sed per eũ qui dilexit nos. Deinde sequiť & adiungit, Certus sum enim quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; ꝓfundũ, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Hæc est illa charitas dei, quæ diffundiť in cordibus nostris: nõ ex nobis, sed per spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. Malorũ aũt concupiscentia, propter quẽ in eis est falsa patientia, non est ex patre, sicut dicit apostolus Ioãnes, sed ex mundo est.

Rom. 8

1 Ioan. 2

Quid sit mundus, & qui mũdani. Ca. XIX

Hic dicet aliquis, Si ex mũdo est concupiscentia malorũ, per quã fit ut mala omnia pro eo quod ab illis concupisciť, perferant, q̃ modo ex eorũ diciť uoluntate? Quasi uero nõ & ipsi ex mundo sint, cum ab eis diligiť mũdus: deserentes eũ per quem factus est mũdus. Seruiunt enim creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula. Siue itaq; mũdi uocabulo Ioannes apostolus dilectores significauerit mũdi, uolũtas quæ ex ipsis est, utiq; ex mũdo est: siue mũdi nomine cœlum & terrã, & quęcũq; in eis sunt, hoc est, uniuersam cõplexus sit creaturã: uoluntas proculdubio creaturæ, quę non est creatoris, ex mũdo est. Propter quod talib. dñis dicit: Vos de deorsum estis, ego de sursum sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Apostolis aũt dicit: Si de mũdo hoc essetis, mũdus quod suũ erat diligeret. Sed ne sibi amplius arrogatẽt, q̃ eorũ mẽsura poscebat, & hoc quod eos nõ esse dixit ex mũdo, naturæ putarẽt esse, nõ gratiæ: Quia uero, inquit, de mũdo nõ estis, sed ego elegi uos de mũdo, ꝓpterea odit uos mũdus. Ergo de mũdo erãt: nã ut & de mũdo nõ essent, electi sunt de mũdo.

Ioan. 8

Ioan. 15

Non gratia ex merito, sed meritũ ex gratia Cap. XX

Hanc aũt electionẽ nõ præcedentiũ in bonis operibus meritorũ, sed electionẽ gratiæ demonstrans Apostolus, sic inquit: Et in hoc tẽpore reliquiæ ꝑ electionem gratiæ saluæ factę sunt. Si aũt gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iã non est gratia. Hęc est electio gratiæ: id est, electio qua per dei gratiã homines eligunť. Hæc est, inquã, electio gratiæ, qua omnia bona merita præueniunť humana. Si enim ullis bonis meritis datur, iam nõ gratis donatur, sed debita reddiť: ac per hoc nõ uero nomine gratia nuncupať: ubi merces, sicut idẽ dicit Apostolus, nõ imputať secundũ gratiã, sed secundũ debitum. Si aũt uera sit gratia, id est gratuita, nihil inuenit in homine, cui merito debeať: quod bene intelligiť & in eo quod dictũ est: Pro nihilo saluos facies eos: profecto ipsa dat merita, nõ meritis datur. Præuenit ergo etiã fidem, ex qua omnia opera incipiũt. Iustus enim, sicut scriptũ est, ex fide uiuit. Porrò aũt gratia nõ solũ adiuuat iustũ, uerumetiã iustificat impiũ. Et ideo etiã cũ adiuuat iustũ, & uideť eius meritis reddi, nec sic desinit esse gratia, quoniã id adiuuat q̃d ipsa est largita. Propter hanc itaq; gratiã, quæ cuncta bona merita humana præcedit, nõ solum Christus ab impijs occisus est, uerumetiã pro impijs mortuus est. Et antequã moreretť, non utiq; iustos, sed iustificandos elegit apostolos, quib. ait: Ego uos de mũdo elegi. Quibus enim dixit, De mũdo non estis: ne putarent se nunq̃ fuisse de mundo, mox addidit: Sed ego uos de mundo elegi. Profecto ut de mundo nõ essent, ipsius in eos electione collatũ est. Quocirca si per suam iustitiã, non per gratiã eius eligerenť, nõ de mundo electi essent: quoniã de mundo iam non essent, si iam iusti essent: Deinde si propterea sunt electi, quia iam iusti erant, ipsi priores iam dñm elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiã? Finis aũt legis Christus ad iustitiã omni credenti. Qui factus est nobis sapiẽtia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptũ est, Qui gloriatur, in domino glorietur. Ipse est ergo nostra iustitia.

Rom. 11

Rom. 4

Psal. 55

Ioan. 15

Rom. 10

1 Cor. 1

Gratiã & ueteres seruati sũt Cap. XXI

Vnde & antiqui iusti ante incarnationẽ uerbi, in hac fide Christi, & in hac uera iustitia, quod est nobis Christus, iustificati sunt: hoc credentes futurum, quod nos credimus factũ: Gratia salui facti per fidem, nõ ex seipsis, sed dei dono: nõ ex operibus, ne forte extollerenť. Bona quippe opera eorũ non præuenerunt misericordiã dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierũt, ipsi scripserũt longe anteq̃ Christus uenisset in carne: Miserebor cui misertus ero: & misericordiam pręstabo cui misericors fuero. E quibus

Ephes. 2

Exod. 33

V 2

bus dei uerbis, tanto post apostolus Paulus dice-
Rom.9 ret: Igitur nō uolentis neq; currētis, sed miserentis A
est dei. Ipsorum etiā uox est longe anteq; Christus
Psal.58 uenisset in carne: Deus meus, misericordia eius
præueniet me. Quomodo autē possent alieni esse
à fide Christi, quorū charitate etiā nobis prænun-
ciatus est Christus: sine cuius fide quisquā morta-
lium nec fuit, nec est, nec esse aliquādo poterit iu-
stus? Si ergo iam iusti à Christo eligerent̃ aposto-
li, prius illū ipsi elegissent, ut iusti eligi possent, si-
ne illo iusti esse possent. Sed nō ita factum est, ipse
Ioan.15 quippe illis ait: Non uos me elegistis, sed ego uos
Ioan.4 elegi. Vnde dicit apostolus Ioānes: Non q; dilexe
Ante gratiam iniusti omnes rimus deū, sed qa ipse prior dilexit nos. Quod
Cap.XXII cū ita sit, quid est homo utens in hac uita propria
uoluntate, anteq; eligat & diligat deum, nisi iniu- B
stus & impius? Quid est, inquā, homo aberrans à
creatore creatura, nisi creator eius memor sit eius,
& eligat eum gratis, & diligat gratis, quia ipse nō
potest eligere uel diligere, nisi prius electus dile-
ctusq; curet̃, qui cæcitate eligēda nō cernit, & lan
guore diligēda fastidit? Sed forte quis dicat: Quo
modo deus prius eligit & diligit iniquos, aut iusti
Psal.5 ficat, cum scriptū sit: Odisti dñe omnes operantes
iniquitatē? Quomodo putamus, nisi miro & inef-
fabili modo? Et tamē etiā non possumus cogitare
q; medicus bonus ægrotū & odit & diligit. Odit
eñ, quia ægrotat, qui diligit ita ut ægritudinē pel-
Cupiditas fons malæ patiētiæ lat. Hęc propter charitatē dicta sint, sine qua in
nobis nō potest esse uera patientia: quia in bonis
Cap.XXIII charitas dei est, quæ tolerat omnia, sicut in malis
mūdi cupiditas. Sed hæc charitas per spiritum san C
ctum est in nobis, qui datus est nobis. Vnde à quo
nobis est charitas, ab illo est patiētia. Mūdi aūt cu
piditas quando patiēter sustinet onera cuiuslibet
calamitatis, gloriat̃ de uitibus propriæ uolūtatis,
tanq; de stupore morbi, nō de robore sanitatis. In
sania est ista gloriatio, nō est patiētię, sed demētię.
Voluntas ista tanto uidet̃ patiētior acerborū ma
lorū, quanto est auidior temporaliū bonorū, quia
Ipsa uoluntas concipit malitiam inanior æternorū. Quod si eam exagitat & in-
flāmat fallacibus uisis & suasionib. immundis dia
bolicus spiritus: & maligna conspiratione socia-
Cap.XXIIII tus, efficit hominis uoluntatē, uel errore demen-
tem, uel appetitu cuiuslibet mūdanæ delectatiōis
ardentē: quæcunq; uident̃ intolerabilia, mirabili-
ter sustinere, non tamē ideo etiā uoluntas mala si- D
ne instigatione alterius immūdi spiritus, sicut uo-
luntas bona sine adiutorio sancti spiritus non pōt
esse. Nā esse posse uoluntatē malā etiā sine aliquo
spiritu uel seducente uel incitante, in ipso diabolo
satis ostendit̃: qui per nullum alium diabolū pro-
pria uoluntate factus diabolus inuenit̃. Voluntas
itaq; mala siue cupiditate rapiatur, siue timore re-
uocetur, siue lætitia diffundatur, siue tristitia con-
trahatur, atq; in his omnib. perturbationib. animi
quæcunq; sunt, alijs uel alio tēpore grauia cōtem-
nat & pferat: potest & sine alterius spiritus instin-
ctu seipsam seducere, & defectu à superioribus in
inferiora lapsando, quāto iocundius æstimauerit,
quod adipisci appetit, uel amittere metuit, uel ade

ptum gaudet, uel amissum dolet: tāto tolerabilius
perferre, quod sibi minus est ad patiendū, q; illud
ad fruendū. Quicquid enim illud est, ex creatura
est, cuius nota uolūtas est. Quodāmodo eñ fami-
liari contactu atq; cōnexu ad experiendā eius sua
uitatem, adiacet amanti creaturæ amata creatura.
Voluntas autē creatoris, de qua scriptū est: Et Bona uoluntas non nisi ex deo
torrēte uoluptatis tuæ potabis eos: longe alterius
generis est: neq; enim sicut nos creatura est. Nisi Cap.XXV
ergo amor eius detur inde nobis, nō est unde esse
possit in nobis. Ac per hoc uoluntas bona, qua di
ligitur deus, in homine non potest esse, nisi in quo
deus operatur & uelle. Hæc igitur uolūtas bona,
id est uoluntas deo fideliter subdita, uoluntas san
ctitate superni ardoris accensa, uoluntas quæ dili
git deum & proximū propter deum: siue amore,
de quo respondit apostolus Petrus: Domine, tu Ioan.21
scis quia amo te: siue timore, de quo dicit aposto-
lus Paulus: In timore & tremore uestrā ipsorū salu Philip.2
tem operamini: siue gaudio, de quo dicit: Spe gau Rom.12
dentes, in tribulatiōe patiētes: siue tristitia, qualē
se dixit magnā habuisse pro fratrib. suis: quęcunq;
amara & aspera sufferat, charitas dei est, quæ om-
nia tolerat, quæ nō diffundit̃ in cordibus nostris,
nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis.
Vnde nequaq; dubitāte pietate, sicut charitas Schismatici patientia pro Christo quantum ualeat
sancte amantiū, ita patiētia pie tolerantiū dei do-
num est. Neq; eñ diuina scriptura fallit aut fallit̃,
quæ nō solū in ueteribus libris habet huius rei te- Cap.XXVI
stimonia, cum deo dicitur, Patientia mea tu es: &, Psal.91
ab ipso est patientia mea: & ubi alius propheta di Philip.1
cit, accipere nos spiritū fortitudinis: uerum etiā in
apostolicis literis legitur, Quia uobis datū est pro
Christo, nō solum ut credatis in eum, sed ut etiam
patiamini pro eo. Non ergo quasi de proprio fa-
ciat animū elatum, quod sibi audit esse donatū. Si
quis autem non habens charitatem, quæ pertinet
ad unitatem spiritus: & uinculū pacis, quo catho-
lica ecclesia cōgregata connectit̃, in aliquo schis-
mate cōstitutus, ne Christū neget, patit̃ tribulatio
nes, angustias, famē, nuditatē, persecutionē, peri-
cula, carceres, uincula, tormenta, gladiū, uel flam-
mas, uel bestias, uel ipsam crucē timore gehenna-
rū, & ignis æternæ: nullo modo ista culpāda sunt,
imò uero & hæc laudanda patiētia est. Non enim
dicere poterimus, melius ei fuisset, ut Christū ne-
gando nihil eorū pateret̃, quę passus est confiten-
do: sed existimandū fortasse tolerabilius ei futurū
iudiciū, q; si Christū negādo cuncta illa uitaret: ut
illud qđ ait Apostolus: Si tradidero corpus meum 1Cor.13
ut ardeam, charitatem aūt non habeam, nihil mihi
prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnū cœ-
lorum obtinendum, non ad extremi iudicij tolera
bilius suppliciū subeundum. Sed merito quæri Quæstiuncula
potest, utrum ista patientia donum dei sit, an uiri- Cap.XXVII
bus tribuēda sit uolūtatis humanæ, qua quisq; ab
ecclesia separatus, non pro errore, qui eum separa
uit, sed pro ueritate sacramēti seu uerbi, quæ apud
eum remansit, timore pœnarum æternarum, pœ-
nas patitur temporales. Cauendū est enim, ne for-
te, si dei donum istam patientiā dixerimus, hi qui-
bus

bus ineſt, etiã ad regnũ dei pertinere credantur. Si
aũt donũ dei eſſe negauerimus, cogamur fateri, ſi-
ne adiutorio & munere dei in uoluntate hominis
eſſe poſſe aliquid boni. Neq; enĩ hoc nõ eſt bonũ,
ut credat homo æterno ſupplicio ſe eſſe puniẽdũ,
ſi negauerit Chriſtũ, ut ꝓ iſta fide qualecunq; ſup
pliciũ ꝑferat, & contẽnat humanũ. Proinde ſicut
negãdũ nõ eſt hoc etiã eſſe donũ dei, ita intelligẽ-
dum eſt alia eſſe dei dona filiorũ illius Hieruſalẽ,
Dona uaria *Cap. XXVIII* quę ſurſum libera eſt mater noſtra. Hęc ſunt enĩ
quodãmodo hæreditaria, in quib. ſumus hæredes
dei, cohæredes aũt Chriſti. Alia uero quæ poſſunt
accipere etiã filij concubinarũ, quib. Iudæi carna-
les & ſchiſmatici uel hęretici comparanť. Quam-
Gal. 4 uis enim ſcriptũ ſit, Ejice ancillã & filiũ eius, neq;
enim hæres erit filius cõcubinę cũ filio meo Iſaac.
Gen. 21 & Abrahæ dixit deus, In Iſaac uocabiť tibi ſemẽ:
quod ſic eſt Apoſtolus interpretatus, ut diceret,
id eſt, nõ qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij promiſ-
Rom. 9 ſionis deputanť in ſemine: ut intelligeremus ſemẽ
Abrahæ ſecundũ Iſaac propter Chriſtũ ad dei fi-
lios pertinere, qui ſunt corpus Chriſti & mẽbra,
id eſt, eccleſia dei una, uera, germana, catholica, te
nens piã fidẽ: non eã quæ per elationẽ uel timorẽ,
ſed eam quæ per dilectionẽ operať. Tamen etiã fi
lios concubinarũ, quando à filio ſuo Iſaac diuiſit
Abrahã, nõ nulla eis largitus eſt munera, ne relin-
querenť omnino inanes, nõ ut teneretť hęredes.
Sic enĩ legimus: Dedit aũt Abrahã omnẽ cenſum
ſuum Iſaac filio ſuo, et filijs concubinarũ ſuarũ de-
dit Abraham munera: & diuiſit eos ab Iſaac filio
ſuo. Si ergo filij ſumus liberæ Hieruſalem, alia do-
na exhęredatorũ, alia intelligamus hęredũ. Hi enĩ

hæredes ſunt, quibus diciť, Non enĩ accepiſtis ſpi
A ritum ſeruitutis iterũ in timore, ſed accepiſtis ſpiri *Rom. 8*
tum adoptiõis filiorũ, in quo clamamus, abba pa-
ter. Clamemus ergo ſpiritu charitatis, ſed donec *De fructu pati* *entiæ pauperũ* *Christi* *Cap. XXIX*
ueniamus ad hæreditatem, in qua ſemper manea-
mus, liberali amore ſimus, non ſeruili timore. Pa-
tienter clamemus q̃ diu pauperes ſumus, donec
illa hæreditate ditemur. Magna quippe inde pi-
gnora accepimus, φ ad nos ditandos pauper fa-
ctus eſt Chriſtus, quo in ſupernas diuitias exalta-
to, miſſus eſt qui ſancta deſideria noſtris cordibus
inſpiraret ſpiritus ſanctus. Horũ pauperũ adhuc
credentiũ, nondum contemplantiũ: adhuc ſperan
tium, nondum tenentiũ: adhuc deſiderio ſuſpiran
tium, nondũ felicitate regnantium: adhuc eſurien
B tium & ſitientiũ, nondũ ſatiatorũ. Horũ ergo pau *Psal. 9*
perum patientia nõ peribit in æternũ: non quia &
illic patientia erit, ubi quod toleretť nõ erit, ſed nõ
peribit, ſicut dictum eſt, quia infructuoſa nõ erit.
Fructũ aũt habebit æternũ, ideo nõ peribit in ęter
nũ. Quiſquis aũt laborat inaniter, cũ eũ ſpes feſel-
lerit, propter quam laborabat, merito dicit: Perdi
di tantũ laborem: quiſquis uero ad ſui laboris pro
miſſa peruenerit, gratulans dicit: Non perdidi la-
borem meum. Dicitur ergo labor non periſſe, nõ
quia manet perpetuus, ſed quia nõ eſt inaniter fu
ſus. Sic & patiẽtia pauperũ Chriſti, ſed ditandorũ
hæredũ Chriſti, nõ peribit in æternũ: non quia &
illic patiẽter ferre iubebimur, ſed quia pro ijs quæ
C hic patienter pertulimus, æterna beatitudine per
fruemur. Non dabit finẽ ſempiternæ felicitati, qui
donat temporalẽ patientiã uoluntati, quia utrũq;
munus donatæ donatum eſt charitati.

[redacted]

DE BONO SIVE PERFECTIONE VIDVITATIS.

AVGVSTINVS EPISCOPVS SERVVS CHRISTI, SERVO-
rumq; Chriſti, religioſæ famulæ dei Iulianæ in domino dominorum ſalutem.

Ad unã ſcribit *ſed non uni* *Cap. I* N E petitioni tuę, & in Chriſto dilectio-
ni diutius eſſem debitor promiſſionis
meæ, arripui utcunq; inter alias urgen
tiſſimas occupationes meas de profeſ
ſione ſanctæ uiduitatis aliqd ad te ſcri
bere: quoniã & præſentẽ me rogãdo honoraſti, &
cum tibi hoc nõ potuiſſem negare, ſæpe promiſ-
ſum meum literis flagitaſti. In quo ſane opere no-
ſtro cũ aliqua legeris ad tuam uel ad ueſtrã, quę ſi
mul in Chriſto uiuitis, perſonã minime pertinere,
nec ideo admonitioni uitæ ueſtræ proprie neceſ-
ſaria, nõ ideo debebis ſuperflua iudicare. Iſtę quip
pe literæ quamuis ad te, non tamen tantũmodo ti
bi ſcribendæ fuerunt: ſed ut alijs per te quoq; pro-
deſſent, nõ utiq; à nobis negligendum fuit. Quic-
quid ergo hic inueneris, quod uobis neceſſarium
uel nunq; fuerit, uel iam nõ ſit, & tamẽ alijs eſſe ꝑ-

ſpexeris, nec habere te pigeat, nec dare legendũ,
ut & tua charitas ſit utilitas aliorũ. Cum igitur in
D omni quæſtione quę ad uitã moresq; pertinet, nõ
ſola doctrina, uerũ etiã exhortatio ſit neceſſaria:
ut doctrina quid agendũ ſit nouerimus, exhorta-
tione aũt excitemur, ne pigeat agere quod agen-
dũ eſſe iã nouimus: qd ergo amplius te doceã, q̃
id quod apud Apoſtolũ legimus? Sancta enĩ ſcri-
ptura noſtræ doctrinæ regulã figit, ne audeamus *Rom. 12*
ſapere plus q̃ oportet ſapere: ſed ſapiamus, ut ipſe
ait, ad temperantiam, ſicut unicuiq; deus partitus
eſt menſurã fidei. Nõ ſit ergo mihi aliud te doce-
re, niſi uerba tibi doctoris exponere, & de ijs q̃d
dñs dederit diſputare. Ait itaq; Apoſtolus do- *Innuptæ quæ* *Paulo. Cap. II* *1. Cor. 7*
ctor gentiũ, uas electionis: Dico aũt innuptis &
uiduis, bonũ eſſe illis ſi ſic permanſerint, ſicut &
ego. Hæc uerba ita intelligenda ſunt, ut nõ exiſti-

memus uiduas nō oportere innuptas dici, q̄a nu-
ptias uidenē expertæ: innuptarū em̄ nomine illas
significat, quæ nō sūt nuptijs alligatę, siue fuerint,
1 Cor.7 siue nō fuerint. Quod alio loco aperit, ubi ait: Di-
uisa est mulier innupta & uirgo. Quando utiq; &
uirginē adiungit, quid mulierē innuptam, nisi ui-
duā uult intelligi? Vnde etiā deinceps uno innu-
ptæ nomine professionē utrāq; cōplectitur dicens:
Quæ innupta est, solicita est quæ sunt dn̄i, quomo
do placeat dn̄o: quæ autē nupta est, solicita est ea
quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Innuptā
certe non eam tantum intelligi uoluit, quæ nunq̄
nupsit, sed etiā eam quæ nuptiarū uinculo per ui-
duitatem liberata, nupta esse destitit: nam ideo &
nuptā non dicit, nisi eam quæ uirū habet, non etiā
eam quę habuit, & non habet. Quapropter uidua
omnis innupta est: sed quia nō omnis innupta ui-
dua est, sunt enim & uirgines, ideo hic utrumque
posuit, ubi ait: Dico autē innuptis & uiduis: tanq̄
diceret, Quod dico innuptis, nō eis solis dico quę
uirgines sunt, sed etiā eis quæ uiduæ sunt, bonum
Fides coniugij esse illis, si sic permāserint sicut & ego. Ecce est
Cap. III bonū tuum ei bono comparatū, quod dicit Apo-
stolus suū, si fides adest, imò quia fides adest. Bre-
uis est ista doctrina, nec ideo contemnenda quia
breuis: sed ideo facilius & charius tenēda, quia in
breuitate nō uilis: non enim qualecunq; bonū hic
cōmendat Apostolus, quod fidei nuptarū sine ul-
la ambiguitate pręposuit: quantū em̄ bonū habe-
at nuptarū fides, id est Christianarū & religiosarū
cōiugatarū, hinc intelligi potest: q̄ cū de fugienda
fornicatione præciperet, ubi utiq; & coniugatos
1 Cor.6 alloquebaē: Nescitis, inquit, quia corpora uestra
membra sunt Christi. Tantū ergo bonū est fidelis
coniugij, ut etiā ipsa mēbra sint Christi. Hoc aūt
bono, quo melius est bonū continentiæ uidualis,
nō hac professione id agitur, ut aliquid plus sit ca
tholica uidua q̄ membrū Christi, sed ut meliorē q̄
coniugata locū habeat inter membra Christi. Di-
Rom.12 cit quippe idē Apostolus: Sicut enim in uno cor-
pore multa mēbra habemus, omnia aūt membra
non eosdem actus habēt: ita multi unū corpus su-
mus in Christo, singuli aūt alter alterius sunt mem
bra, habentes dona diuersa secundū gratiam quæ
data est nobis. Ideo etiā cum moneret cōiugatos,
ne debito carnalis cōmixtionis fraudarent inui-
cem: & per hoc alter eorū negato sibi debito cōiu D
gali, per intemperantiā suam tentatus à satana, in
fornicationē prolaberetur: hoc aūt dico, inquit, se
cundum ueniā, non secundum imperiū. Volo aūt
oēs esse sicut meipsum. Sed unusquisq; proprium
habet donū à deo, alius quidem sic, alius uero sic.
Iterata nuptiæ non damnantur Vides etiā coniugalem pudicitiā & thori Chri
Cap. IIII stiani matrimonialē fidē donū esse, & hoc à deo:
ut illud, quod ultra liberorū procreandorū neces-
sitatem modū concumbendi aliquatenus concu-
piscentia carnalis excedit, nō nuptiarū sit hoc ma
lum, sed ueniale sit propter nuptiarū bonum. Nō
enim de coniugio, quod copulatur liberorū pro-
creandorū causa, & fide pudicitiæ cōiugalis, & in-
dissolubili, q̄ diu ambo uiuunt, matrimonij sacra-
mento, quæ omnia bona sunt: sed de illo immodi-
A co carnis usu, qui in infirmitate coniugū agnosci-
tur, & interuētu boni nuptialis ignoscitur, ait Apo
stolus: Secundum ueniam dico, nō secundum im
periū. Item cum dicit: Mulier alligata est q̄ diu uir
eius uiuit: q̄ si mortuus fuerit uir eius, liberata est:
cui uult nubat, tantum in dn̄o: beatior autem erit,
si sic permanserit, secundū meum consilium: satis
ostendit beatā esse in domino, etiā post mortē ui-
ri iterum nubentem fidelem, sed in eodem dn̄o ui
duam beatiorem: hoc est, ut scripturarum nō tan-
tum uerbis, uerū etiā exemplis loquar, beatā esse
Ruth, sed Annam beatiorē. Quapropter hoc pri-
mum oportet ut noueris, bono quod elegisti non
dānari secundas nuptias, sed inferius honorari: nā
sicut bonum sanctæ uirginitatis, quod elegit filia
tua, non dānat unas nuptias tuas, sic nec uiduitas
tua cuiusquā secundas. Hinc enim maxime Cata-
B phrygarum ac Nouatianorū hæreses tumuerunt,
quas buccis sonantib. non sapientibus etiam Ter
tullianus inflauit, dum secūdas nuptias tanq̄ illici
tas maledico dente concidit, quas omnino licitas
Apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanita-
te doctrinæ, nullius indocti, nullius docti disputa
tione mouearis: nec ita extollas bonum tuum, ut
quod malū non est, tanq̄ malū crimineris alienū:
sed tāto magis gaude tuo bono, quanto magis ui-
des, nō tantū illo deuitari mala, sed quędam etiam
bona superari. Mala sunt enim adulteriū uel forni
catio. Ab his autē illicitis ualde longe est, quæ *Nō ideo mali coniugium, si*
uoti libertate se obstrinxit, & sibi etiam licita ne li *melior est castitas.* Cap. V
C cerent, nō imperio legis, sed cōsilio charitatis effe
cit. Et bonū est pudicitia cōiugalis, sed melius bo
num est continentia uidualis. Hoc ergo melius il-
lius boni submissione honoratur: non illud bonū
melioris huius laude damnaē. Quod autem Apo
stolus cum cœlibē & innuptarū cōmendaret fru-
ctum, quia cogitant quæ sunt dei quomodo pla-
ceant deo, subiecit & ait: Hoc aūt ad utilitatē ue-
stram dico, nō ut laqueū uobis inijciam: id est, nō
ut uos cogam, sed ad id quod honestū est horter:
non quia innuptarū bonum honestum dixit, ideo
putare debemus turpe esse uinculū coniugale, A-
lioquin etiā primas nuptias condēnabimus, quas
nec Cataphryges, nec Nouatiani, nec disertissim⁹
eorū astipulator Tertullianus turpes ausus est di-
cere. Sed queadmodū cū ait: Dico aūt innuptis &
uiduis, bonū esse illis si sic permanserint: utiq; bo-
num posuit pro meliore, quoniā omne quod bo-
no comparatum melius dicitur, etiam hoc procul
dubio bonum est: nam quid est aliud quod ita di-
citur melius, nisi quod magis bonū est? nec ideo
consequenter eum sensisse arbitramur, malū esse
si nupserint, quoniā dixit, bonum est illis si sic per
manserint. Ita etiam cum ait, sed ad id quod hone
stum est, nō matrimoniū turpe esse mōstrauit, sed
quod honestum erat, honestius generalis honesti
nomine cōmēdauit. Quia honestius quid est, nisi
quod magis honestum est? Magis aūt honestum
utique honestum est. Aperte quippe declarauit,
hoc esse bono illo melius, ubi ait: Qui dat nuptū
bene

bene facit, & qui nõ dat nuptum melius facit: & hoc illo beato beatius, ubi ait, Beatior autẽ erit, si sic permanserit. Sicut ergo bono melius & beato beatius, sic honesto honestius est, quod honestũ uoluit appellare. Absit enim ut turpe sit unde loquẽs apostolus Petrus ait, Viri uxorib. uestris tanquã uasi infirmiori & subiecto tribuite honorem quasi cohæredib. gratiæ. Et illas alloquẽs subditas esse uiris suis exẽplo Saræ adhortatur, Nã sic quędam inquit, sanctæ mulieres, quæ in dominũ sperabant, ornabãt se obsequentes uiris suis: quomõ Sara obediebat Abrahæ, dominũ eũ uocãs, cuius factæ estis filiæ, benefaciẽtes & nõ timẽtes ullam perturbationẽ.

1 Petri 3

Et coniugatorum membra sancta. Ca. VI

Vnde & illud quod de innupta Paulus apostolus dixit, Vt sit sancta & corpore et spiritu, non sic accipiendum est, quasi nupta, fidelis & casta, & secundũ scripturas subdita uiro, non sit sancta corpore, sed tantummodo spiritu. Fieri enĩ nõ potest ut sanctificato spiritu, non sit sanctũ etiã corpus, quo sanctificatus utitur spiritus. Sed ne cuiquã nos potius argumẽtari, quàm hoc diuino eloquio probare uideamur, quoniã Petrus Saram commemorans, Sanctæ, inquit, mulieres tantummodo: nõ ait, & corpore: illud eiusdem Pauli cõsideremus, ubi prohibẽs fornicationes ait, Nescitis quia corpora uestra membra sunt Christi? Tollẽs ergo mẽbra Christi, faciã mẽbra meretricis? Absit. Audeat ergo aliqs dicere mẽbra Christi sancta nõ esse: aut uero audeat à membris Christi fidelium coniugatarũ corpora separare. Vnde etiã paulopost ait, Corpus uestrũ templũ in uobis est spiritussancti, quẽ habetis à deo, & non estis uestri. Empti estis precio magno. Corpus fideliũ & mẽbra Christi esse dixit, & templũ spiritussancti, ubi profecto utriusq; sexus fideles intelliguntur. Ibi ergo sunt nuptæ, ibi & innuptæ, sed distinctæ meritis, & tanq̃ mẽbris mẽbra prælata, quorum tamẽ neutra sint à corpore separata. Quod igitur de innupta loquẽs ait, Vt sit sancta & corpore & spiritu: ampliorẽ innuptarũ & in corpore & spiritu sanctificationem intelligi uoluit, nõ corpus nuptarũ omnino sanctificatiõe priuauit. Disce itaq; bonũ tuũ, imò memẽto q͂ didicisti, bonũ tuũ amplius laudari, quia est aliud bonũ quo sit hoc melius, q̃ si aliter hoc bonũ esse non posset, nisi illud malũ esset, aut omnino non esset. Habent oculi in corpore magnũ honorẽ, sed minorẽ haberẽt si soli essent, & alia minoris honoris mẽbra nõ essent. In cœlo ipso sua luce sol lunã superat, non uituperat. Stella ab stella differt in gloria, non dissidet in superbia. Ideo fecit deus omnia, & ecce bona ualde: nõ tantũ bona, sed etiã ualde: non ob aliud nisi quia omnia. Nã & per singula opera dicebatur, Vidit deus quia bonũ est. Vbi autẽ omnia nominata sunt, additũ est, ualde: & dictum, Vidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona ualde. Meliora enĩ quædam singula q̃ alia singula: sed meliora simul omnia q̃ quælibet singula. Christi itaq; te doctrina sana in eius corpore sanã faciãt per eius gratiã, ut id quod alijs melius habes in corpore & spiritu, idẽ ipse spiritus tuus qui corpori dominat̃, nec extollat insolenter, nec discernat inscienter. Nec quia dixi Ruth beatã, Annam beatiorẽ, cũ illa bis nupserit, hæc uno uiro cito uiduata diu uixerit, cõtinuo etiam te meliorem putes esse quàm Ruth.

1 Cor. 6

Veterum polygynæcia & fœcunditas. Cap. VII

Alia quippe Propheticis temporibus sanctarũ fœminarũ dispẽsatio fuit, quas nubere obediẽtia, nõ cõcupiscentia cõpellebat, ut propagaretur populus dei, in quo præmitterentur prophetæ Christi: cũ & ipse populus per ea quæ in figura contingebãt in illis, siue in ijs qui scirẽt, siue in ijs qui illa nescirent, nihil aliud esset q̃ propheta Christi, ex quo nasceretur etiã caro Christi. Vt ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legis sententiã qui non suscitaret semẽ in Israel. Vnde & sanctę mulieres accẽdebantur nõ cupiditate concũbendi, sed pietate pariẽdi, ut rectissime credantur coitũ non fuisse quæsituræ, si proles posset aliter prouenire. Et uiris usus pluriũ uiuarũ concedebatur uxorum, Cuius rei nõ cõcupiscentiã carnis, sed prouidentiã generationis fuisse causam illud ostẽdit: q͂ sicut uiris sanctis habere plures uxores uiuas, nõ ita etiam sanctis fœminis licebat misceri maritis plurib. uiuis: quoniã tanto essent turpiores, quãto magis appeterẽt unde nõ essent fœcundiores. Proinde sancta Ruth, cũ semen quale illo tempore necessariũ fuit in Israel non haberet, mortuo uiro quęsiuit alterũ de quo haberet. Hac itaq; bis coniugata ideo Anna uno uiro uiduata beatior fuit, quia et prophetissa Christi esse meruit, Quã credendũ est etiã si filios nullos habuit, quod quidẽ scriptura reticẽdo reliquit incertũ, eo spiritu pręuidisse Christũ ex uirgine proxime esse uenturũ, quo potuit agnoscere & paruulũ. Vnde merito etiã sine filijs, si tamẽ eos nõ habuit, secundas nuptias recusauit: qa nouerat iam tẽpus esse quo Christo nõ officio pariẽdi, sed studio continendi, nec cõiugalib. fœtãdis uisceribus, sed castificãdis uidualib. moribus, melius seruiretur. Si uero etiã sciebat Ruth per suã carnẽ propagari semẽ, unde Christus carnẽ fuerat habiturus, & huic scientiæ nubẽdo exhibuit ministeriũ, non audeo iam dicere beatiorẽ fuisse Annæ uiduitatẽ quàm illius fœcunditatem.

Quare sit uiduis concessa nubendi facultas. Cap. VIII

1 Corin. 7

Tu autem quę & filios habes, & in seculi fine uiuis, quo iam tẽpus sit nõ mittẽdi lapides, sed colligẽdi: nõ amplectendi, sed cõtinendi ab amplexu, cũ clamet Apostolus: Hoc autẽ dico fratres, tempus breue est, reliquũ est ut & qui habent uxores, tanquã non habẽtes sint: profecto si secũdas nuptias appetisses, nullũ prophetiæ uel legis obsequiũ, nullũ prolis saltẽ carnale desideriũ, sed solius incontinentiæ fuisset indicium. Fecisses enim quod ait Apostolus, cũ dixisset, bonũ esse illis si sic permãserint sicut & ego: cõtinuo quippe addidit, Quòd si se nõ continẽt, nubãt: malo enim eas nubere q̃ uri. Hoc enim dixit, ut effrenatæ libidinis malũ non præcipitaretur in turpitudinem flagitiorũ, cum exciperetur honestate nuptiarum. Gratias autẽ domino, quoniã peperisti quod esse noluisti, & uirginitas prolis tuæ compensauit dispendium uirginitatis tuæ. Nam diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias,

 iam

iam isto tempore, nisi incōtinentia sit impedimento, contēnendas esse respōdet. Qui enim dixit, Si se nō continent, nubant: potuit dicere, Si filios nō habent, nubant. Sed post resurrectionem prædicationemq; Christi, quādo iam ex omnib. gentibus filiorū spiritaliter gignendorum tanta suppetit copia tale officium cesset ex carne filios propagare, quale primis tēporibus fuit: Et q alibi dicit, Volo igitur iuniores nubere: filios procreare, matres familiâs esse: nuptiarū bonum Apostolica sobrietate & autoritate cōmendat, non procreandi officium etiā eis, quæ cōtinentiæ bonū capiunt, tanquam ad obsequelam legis imponit. Deniq; cur hoc dixerit, pandit, cū adiungit & dicit, nullam occasionē dare aduersario maledicti gratia. Iam enī quædā conuersæ sunt retro post satanā: ut his uerbis eius intelligamus, eas quas nubere uoluit, melius posse continere q̄ nubere, sed melius nubere q̄ retro post satanā ire: id est, ab illo excellenti uirginalis uel uidualis castitatis proposito, in posteriora respiciendo cadere & interire. Proinde quæ se nō continēt, nubant antequā continentiā profiteantur, antequā deo uoueant, quod nisi reddant, iure damnātur. Alio quippe loco de talibus dicit, Cū enim in delitijs egerint, in Christo nubere uolunt, habētes damnationē, quoniam primā fidem irritā fecerunt: id est, uoluntatem ad nuptias à proposito continētiæ deflexerunt. Irritā quippe fecerunt fidē qua prius uouerant, quod perseuerantia implere noluerunt. Nuptiarū igitur bonū semper est quidem bonū: sed in populo dei fuit aliquando legis obsequiū: nūc est infirmitatis remedium, in quibusdā uero humanitatis solatiū. Filiorū quippe procreationi operā dare, non canino more per usum promiscuū fœminarum, sed honesto ordine coniugali, nō est in homine improbādus affectus: etiā ipsum tamen laudabilius transcendit & uincit cœlestia cogitans animus Christianus.

1 Tim. 5

Quæ post uotum nubūt, uerum contrahunt matrimonium. Cap. IX

Sed quoniā sicut ait dominus, Non omnes capiūt uerbum hoc, quæ potest ergo capere capiat: quæ se nō continet, nubat: quæ nō cœpit, deliberet: quæ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio. In coniugali quippe uinculo si pudicitia conseruatur, dānatio nō timetur. Sed in uiduali & uirginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur, Qua expetita, & electa, & uoti debito oblata, iam non solū nō capessere nuptias, sed etiā si non nubatur nubere uelle dānabile est. Nam ut hoc demonstraret Apostolus, nō ait, cū in delitijs egerint, in Christo nubūt: sed, nubere uolūt: habētes, inquit, damnationē, quoniā primā fidem irritā fecerunt: etsi nō nubendo, sed tamē uolendo: nō quia ipsæ nuptiæ uel taliū damnādæ iudicantur, sed dānatur propositi fraus, dānatur fracta uoti fides, dānatur nō susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo dānantur tales, nō quia cōiugalem fidē posterius inierūt, sed quia continentiæ primā fidem irritam fecerūt. Quod ut breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere dānationē, quæ post amplioris sanctitatis propositum

A nubunt: nō quia non damnētur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ dānari putarētur. Sed cum dixisset, nubere uolunt: cōtinuo addidit, habētes damnationē. Et dixit quare, quoniā primā fidem irritā fecerunt: ut uoluntatē quę à proposito cecidit appareat esse damnatam, siue subsequantur nuptiæ, siue desint.

Quæ uoto soluto nubūt, diuersi non debent. Cap. X

Proinde qui dicunt talium nuptias nō esse nuptias, sed potius adulteria, nō mihi uidentur satis acute ac diligēter considerare quid dicant, Fallit eos quippe similitudo ueritatis. Quia enim coniugium Christi dicūtur eligere quæ Christiana sanctitate nō nubūt, hinc argumentantur quidā dicētes, Si uiro suo uiuo, quæ alteri nubit adultera est, sicut ipse dominus in Euāgelio definiuit: uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, quæ coniugiū eius elegerat, si homini nubit, adultera

Math. 19

B est. Qui hoc dicūt, acute quidē mouētur, sed parū attendūt hanc argumentationē quanta rerum sequatur absurditas. Cū enim laudabiliter etiam uiuente uiro ex eius cōsensu cōtinentiam fœmina Christo uoueat, iam secundū istorum rationē nulla hoc facere debet, ne ipsum Christū, quod sentire nefas est, adulterū faciat, cui uiuente uiro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti q̄ secūdæ, absit ut sanctarū uiduarū iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebāt & antea, quādo uiris suis fideliter seruiebāt subditæ, nō carnaliter, sed spiritaliter uirū: cui Ecclesia ipsa, cuius mēbra sunt, coniunx est: quæ fidei, spei, charitatis, integritate, non in solis uirginib. sanctis, sed etiā in uiduis & cōiugatis fidelibus, tota uirgo est. Vniuersę quippe ecclesię cuius illæ membra sunt, Apostolus dicit. Aptaui

2 Corin. 11

C uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Nouit autē ille coniugem uirginē sine corruptione fœtare, quē in ipsa etiā carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autē per hanc minus consideratam opinionē, qua putant lapsarū à sancto proposito fœminarū, si nupserint, nō esse coniugia, non paruum malum, ut à maritis separentur uxores quasi adulteræ sint, nō uxores: & cū uolūt eas separatas reddere cōtinentiæ, faciunt maritos earū adulteros ueros, cū suis uxorib. uiuis alteras duxerint.

Solutio uoti mala, coniugium tamē bonum. Cap. XI

Qua propter nō possum quidē dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint fœminas, adulteria esse, nō cōiugia: sed plane non dubi

D tauerim dicere, lapsus & ruinas à castitate sanctiore, quę uouetur deo, adulterijs esse peiores. Si enī, quod nullo modo dubitandū est, ad offensionem Christi pertinet, cū membrū eius fidem nō seruat marito, quanto grauius offenditur, cū illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendū: Cum enim quisq; nō reddit, quod nō imperio compulsus, sed consilio commonitus uouit: tanto magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem. Hæc ideo disputo, ne arbitreris uel secundas nuptias crimen esse, uel quascunq; nuptias, cū sint nuptiæ, malum esse. Non itaq; illas abs te damnatas uelis esse, sed spretas. Bonū ergo continentiæ uidualis luculētius decet, cū pro illo uouendo

&

& profitẽdo possunt contẽnere fœminæ, quod & libet & licet. Sed post uoti professionem perseueranter frenandũ & uincendũ est quod libet, quia iam non licet. De polygamia. Cap. XII De tertijs & de quartis & de ultrà plurib. nuptijs solẽt homines mouere quęstionem. Vnde ut breuiter respondeam, nec ullas nuptias audeo dãnare, nec eis uerecundiã numerositatis auferre. Sed ne cuiquã breuitas huius responsionis meæ forte displiceat, uberius disputantẽ reprehensorem meũ audire paratus sum. Fortassis enim affert aliquã rationem, quare secũdę nuptiæ nõ damnentur, tertiæ dãnentur: nam & ego, sicut in exordio sermonis huius admonui, non audeo plus sapere quàm oportet sapere. Quis enim sum, qui putem definiendũ, quod nec Apostolũ uideo definisse? Rom. 7 Ait enim, Mulier alligata est, quandiu uir eius uiuit: Non dixit: primus, aut secundus, aut tertius, aut quartus: sed Mulier, inquit, alligata est, quandiu uir eius uiuit: si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est, cui uult nubat tãtum in domino: Beatior autem erit, si sic permanserit. Quid huic sentẽtiæ, quantũ ad hãc rem attinet, addi uel detrahi possit ignoro. Deinde ipsum quoq; Apostolorum ac nostrũ magistrum & dominũ audio Sadducæis respondentẽ, cum proposuissent mulierẽ nõ uniuiram uel biuiram, sed si dici potest, septiuiram, Matth. 22 in resurrectiõe cuius futura esset uxor. Increpans enim eos, ait, Erratis, nõ scientes scripturas, neq; uirtutẽ dei. In resurrectione enim nec nubẽt, nec uxores ducẽt: nõ enim incipiẽt mori, sed erũt æquales angelis dei. Eorum itaq; resurrectionem cõmemorauit, qui resurgent ad uitam, nõ q resurgent ad pœnã. Potuit ergo dicere, Erratis, nescientes scripturas, neq; uirtutem dei: in illa enim resurrectione multinubæ istæ esse non poterunt: deinde addere, quia nec aliqua ibi nubit, Sed nec ipsam, ut uidemus, tot maritorum mulierem ulla suę sentẽtiæ significatione dãnauit. Quapropter nec contra humanæ uerecundiæ sensum audeo dicere, ut quotiẽs uoluerit, uiris mortuis nubat fœmina: nec ex meo corde pręter scripturæ sanctę autoritatem quãtaslibet nuptias audeo condemnare. Quod aũt dico uniuiræ uiduæ, hoc dico omni uiduæ, Beatior eris, si sic permanseris. Ex ipsis continentiæ uiribus æstimãda laus Cap. XIII Nam & illud non insipiẽter proponi solet, ut dicat qui potest, quæ nã uidua meritis præferẽda sit: utrum uniuira, quæ cũ uixisset diutius cũ marito, filijsq; procreatis saluisq; uiduata, continẽtiam professa est an ea quæ adolescentula intra duos annos amissis duobus uiris, nullis ad cõsolationẽ extantibus liberis, cõtinentiã deo uouit, & in ea perseuerãtissima sanctitate consenuit? Hic se exerceant, si possunt, disputãdo, & nobis aliquid demõstrãdo, qui de numero uirorũ, non de ipsius continẽtiæ uiribus pensant merita uiduarũ. Si enim illi biuiræ illam uniuirã esse præferẽdam censuerint, nisi attulerint specialem aliquã rationem uel autoritatem, profecto inuenientur uirtuti animi non maiorem uirtutẽ animi, sed carnis felicitatem anteponere. Ad felicitatẽ quippe carnis pertinuit, & diu cum uiro uiuere, & filios procreare: sed si nõ eã ob hoc

præponũt, quia filios habuit, idipsum certe q; diu cum uiro uixit, quid aliud q̃ carnis felicitas fuit? Meritũ porrò Annæ illius eo maxime commẽdatur, quia cũ tam cito extulisset uirũ, per prolixam ætatem suã diu cum carne conflixit & uicit. Sic enim scriptum est, Et erat Anna Prophetissa filia Lucæ 2 Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & uixerat cũ uiro suo annis septem à uirginitate sua, & hæc uidua usq; ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de tẽplo, ieiunijs & obsecrationibus seruiẽs nocte ac die. Vides quemadmodũ sancta uidua non solum eò prædicatur q; uniuira fuerit, uerumetiã quòd paucos annos cũ marito uixerit à uirginitate sua, & uidualis continentiæ munus usq; ad tantã senectutem tãta pietatis seruitute perduxerit. Comparatio alia inter triplices uiduas. Cap. XIIII Constituamus igitur ante oculos nostros uiduas tres habentes singula eorũ quę huic inerant omnia. Vnã ponamus uniuiram, cui desit & tanta prolixitas uiduitatis, q; diu cum marito uixerit, & tantũ studium pietatis, q̃ nõ ita ieiunijs & obsecrationibus seruiat, Alterã quæ post prioris mariti breuissimã uitam, etiam secundum cito amiserit, & diuturna ætate sit uidua, sed etiã ipsa non tantam det operam ieiuniorum & obsecrationũ religiosissime seruituri, Tertiam quæ nõ solum duos uiros habuerit, sed etiam cum ambobus singillatim, uel cũ aliquo eorũ diutius uixerit, & posteriore ætate uiduata, in qua quidẽ si nubere uoluisset posset, & filios procreare, susceperit cõtinentiã uidualem: sed plus intẽta in deum, plus sit solicita quæ illi placeant actitare, die ac nocte sicut Anna ieiunijs & obsecrationib. seruiẽs, Si contẽdatur quæ nam istarum sit meritis potior, quis non uideat in hoc certamine palmam dandam esse maiori feruentioriq; pietati? Itaq; si tres aliæ constituãtur, quibus illorũ trium bina insint, singula desint: quis dubitet eas meliores fore quib. prępollentius fuerit in suis bonis duobus pia humilitas, ut alta sit pietas? Nulla quidẽ istarũ sex uiduarũ tuæ normæ adęquatur. Tu enim hoc uotũ cũ ad senectutẽ usq; perduxeris, omnia tria potes habere, quibus Annæ meritum excelluit, Nam & unum uirum habuisti, & nõ diu tecum uixit in carne: ac per hoc si exhibueris obedientiam uerbis Apostoli dicentis, Quæ autem uere uidua 1 Tim. 5 est & desolata, sperabit in dominum, et persistet in orationib. nocte ac die: Atq; illud quod sequitur sobria uigilantia deuitaueris, Quæ autẽ in delitijs agit, uiuens mortua est: omnia illa tria bona quæ Annæ fuerunt & tua erunt. Tibi autẽ sunt & filij quos forte illa nõ habuit: nec ideo laudanda es, q̃a eos habes, sed q̃a pie nutrire atq; educare studes. Vt enim tibi nascerẽtur, fœcunditatis, ut uiuant, felicitatis est: ut autẽ sic instituãtur, uoluntatis est & potestatis. In illis tibi homines gratulantur, in hoc te imitẽtur. Anna per prophetiæ scientiã cognouit apud matrẽ uirginẽ Christum, te Euangelica gratia fecit matrẽ uirginis Christi. Illa itaque sancta uirgo, quam Christo uolentem & petẽtem obtulistis, uidualibus auiæ matrisq; meritis addidit aliquid de merito uirginali. Non enim nihil

inde

A inde habetis, quæ hăc habetis: & in illa estis, quod in uobis nō estis. Nā ut sancta uirginitas adimeretur nubentib. uobis, ideo factum est ut nasceretur ex uobis.

Epilogus superiorum Cap. XV

Hæc itaq; de meritis diuersis coniugatarū diuersarumq; uiduarū, hoc opere nō disputarem, si id quod ad te scribo, tibi tantūmodo scriberem. Sed quoniā sunt quædā in hoc genere sermonis difficillimæ quæstiōes, aliquid amplius quàm quod ad te proprie pertinet, dicere uolui, propter quosdā qui sibi docti nō uidētur nisi alienos labores non iudicādo conētur discutere, sed lacerādo conscindere, Deinde ut etiā tu ipsa nō solū serues quod uouisti & in eo bono proficias, uerūetiā diligentius firmiusq; noueris, idem bonum tuū non à malo nuptiarū distingui, sed bono nuptiarū anteponi. B Nam qui uiduatarū fœminarū nuptias damnant, etiā si continentiā suā multarū, quib. tu uteris rerum abstinētia mirabiliter & feruenter exerceant, nō ideo te seducāt, ut sentias quod sentiūt, etiā si facere non possis quod faciūt, Nemo enim uult esse phreneticus, etiā si uideat phrenetici uires uiribus sanorū esse fortiores. Præcipue igitur doctrina sana bonitatem propositi & ornet & muniat. Inde est quippe q catholicæ fœminæ etiam sæpius nuptæ, non solū uniuiris uiduis, sed & uirginibus hæreticorū iusto iudicio præferūtur. Multi sunt quidē de his tribus rebus coniugij uiduitatis & uirginitatis, quæstionū sinus, multæ perplexitates: quib. disputādo penetrādis uel dissoluendis, & maiore cura opus est, & copiosiore sermone: ut uel in omnib. eis recte sapiamus, uel si quid aliter sapimus, id quoq; nobis deus reuelet. C Verū

Philip. 3 tamē quod etiā illic cōsequenter dicit Apostolus, In quod peruenimus, in eo ambulemus, Peruenimus autē quod ad hāc rem de qua loquimur attinet, ut cōtinentiā coniugio præponamus: sanctam uero uirginitatē etiam continentiæ uiduali: Et ne aliquas nuptias, quæ tamē non adulteria, sed nuptiæ sunt, cuiuslibet nostri nostrorūue propositi laude dānemus. Multa alia de istis rebus dicta sunt à nobis in libro de sancta uirginitate: & in opere, quod aduersus Faustū Manichæum quāto potuimus labore cōscripsimus: quoniā Patriarcharū & Prophetarū casta cōiugia mordacissime reprehēdendo scriptis suis, quorundā indoctorū animos à fidei sanitate detorsit.

Exhortatiue monet à deo donum esse continentiæ. Cap. XVI

Proinde quoniā in exordio huius opusculi, duo quædā necessaria D proposuerā, quæ exequendo pollicitus eram: unū, quod ad doctrinā, alterum quod ad exhortationē pertinet: & priori parti, ut potui, pro suscepto negocio nō defui: ad exhortationē ueniamus, ut quod bonū prudēter scitur, etiā diligatur ardenter. Qua in re prius illud moneo, ut quantācūq; tibi inesse sentis piæ continētiæ dilectionē, beneficio dei tribuas: eiq; gratias agas, q de spiritu suo tibi tantū largitus est, ut eius in corde tuo charitate diffusa, licitæ rei licētiā tibi amor melioris boni auferret. Donauit enim ne liberet nubere cū liceret, ut iam nō liceret, etiā si liberet: & ex hoc firmius nō liberet, ne fieret quod nō liceret, quod factum nō est etiā cum liceret: tantaq; mereretis ut te existēte uidua

A Christi, filiā quoq; uideres uirginē Christi: dū em̄ tu oras sicut Anna, facta est illa quod Maria. Hæc dona dei esse quāto magis nosti, tāto magis es eisdē donis beata: imò aliter nō es beata, nisi qd habes, noris à quo habeas. Attēde enim quid de hac re Apostolus dixit, Nos aūt nō spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. 1 Cor. 2 Multi quippe habēt multa dei dona, & nesciēdo à quo habeant, impia uanitate iactātur. Nemo est aūt donis dei beatus, qui donāti existit ingratus: qa & illud, quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuāte id ualemus, quo iubēte admonemur: & ideo sequit̄, ut de hoc tāto bono sursum leuati cordis, nō nobis gloriā, quasi nostrarum uiriū tribuamus, B sed domino deo nostro gratias agamus. Hoc enim continuo cōmonemur, quia hoc dignū est, hoc iustū est recordari. Hæc uerba unde sint, intus qua sanctiōe, & quāta sanctitate cōmēdent̄ agnoscis. Tene igitur & habe quod accepisti, & datori gratias age. Quāuis em̄ accipere & habere tuū sit, id tamē habes quod accepisti: quoniā superbienti, & ex eo quod habebat, quasi à seipso haberet, impie gloriāti, ueritas per Apostolū dicit, Quid em̄ habes quod non accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? 1 Cor. 4

De libero arbitrio. XVII

Hæc me admonere cōpellunt cauēdi atq; deuitandi quorundā sermunculi, qui per aures & animos multorū serpere cœperūt, quod cū lachrymis dicendū est, inimici gratiæ Christi: per quos suadetur, ut nec oratio nobis ad dominū necessaria uideatur, ne intremus C in tentationē. Sic em̄ conātur defendere hominis liberū arbitriū, ut eo solo etiā dei gratia nō adiuti, ualeamus, quod diuinitus iubetur, implere: ac per hoc sequitur, ut frustra dominus dixerit, Vigilate & orate, ne intretis in tētationē: Matth. 26 & frustra quotidie in ipsa dominica oratiōe dicamus, Ne nos inferas in tētationē. Si enim nostræ tantūmodo potestatis est, ne tentatione superemur, ut qd oramus, ne intremus uel inferamur in eā? Faciamus potius quod nostri est liberi arbitrij, atq; absolutissimæ potestatis, & irrideamus Apostolū dicentē, Fidelis deus, qui nō uos permittit tētari super id quod potestis: 1 Cor. 10 & resistamus ei dicentes, Vt quid peto à dño, quod in mea posuit potestate? Sed absit ut hoc sapiat, qui sanū sapit. Proinde petamus ut det, D qd ut habeamus, iubet. Ad hoc em̄ quod nondū habemus iubet ut habeamus, ut admoneat qd petamus: & quod nos cū iusserit, posse inuenerimus, etiā hoc unde accepetimus, intelligamus, ne inflati & elati huius mūdi spiritu, nesciamus quæ à deo donata sunt nobis. Proinde arbitriū uolūtatis humanæ nequaq; destruimus, quādo dei gratiā qua ipsum adiuuatur arbitriū, non superbia negamus ingrata, sed grata potius pietate prædicamus. Nostrū enim est uelle, sed uoluntas ipsa etiā monetur ut surgat, & sanatur ut ualeat, & dilatatur ut capiat & impletur ut habeat. Nam si nos non uellemus, nec nos utiq; acciperemus ea quæ dātur, nec nos haberemus. Quis em̄ haberet cōtinentiā, ut inter cætera dei dona de ipsa potius loquar, de qua ad

te

te loquor:quis,inquā,haberet continentiā nisi uo
lens,quia & nemo acciperet nisi uolēs?Sed à quo
detur,ut nostra uolūtate accipi & haberi possit, si
quæris,attēde scripturam:imò quia nostri, recole
Sapien.8 quod legisti,Cum scirē,inquit,quia nemo esse po
test cōtinēs nisi deus det,& hoc ipsum erat sapien
tiæ scire cuius esset hoc donū.Magna ista sunt duo
munera,sapiētia,& cōtinētia:sapiētia scilicet qua
in dei cognitione formamur:cōtinētia uero, qua
huic seculo non cōformamur.Iubet aūt nobis de
us ut & sapiētes & continētes simus,sine quib.bo
nis iusti perfectiq; esse nō possumus. Sed oremus
ut det quod iubet adiuuādo & inspirādo,qui com
monuit quid uelle debeamus præcipiēdo & uocā
do.Quicquid hic dedit,ut cōseruet oremus:quod
aūt nondū dedit ut expleat oremus,tamē oremus
& gratias agamus de acceptis:& quod nondū ac-
cepimus,eoipso quod de acceptis ingrati non su-
mus nos accepturos esse fidamus. Qui eñ dedit
cōiugatis fidelib.ut cōtineant ab adulterijs & for-
nicationibus,ipse dedit sanctis uirginib.& uiduis
ut cōtineāt ab omni cōcubitu,in qua uirtute iam
proprie uel integritas uel cōtinētia nominaī. An
forte ab illo quidē accepimus cōtinentiā, sed à no
bis habemus sapientiā? Quid est ergo quod Iaco-
Iacobi 1 bus apostolus dicit,Si quis autē uestrū indiget sa-
piētia postulet à deo,qui dat omnib.affluenter &
nō improperat & dabitur ei? Sed de hac quæstio-
ne,& in alijs iam opusculis nostris quantū adiuuit
dominus multa diximus,& aliàs quātū per ipsum
potuerimus data opportunitate dicemus. Nūc
Oratio plus confert quàm exhortatio. Cap. XVIII
inde aliquid ideo dicere uolui,propter quosdā fra
tres nostros amicissimos & dilectissimos nobis,
nec malitiose quidē errori huic implicatos,sed im
plicatos tamē:qui putāt cū aliquos ad iustitiā pie-
tatemq; exhortātur,uires nō habiturā exhortatio
nem suā,nisi totū illud quod ut agat homo agunt
cū homine,in hominis cōstituant potestate, non
adiuta dei munere,sed solo arbitrio liberæ uolūta
tis exerta:quasi possit esse ad perficiendū opus bo
num uolūtas libera,nō dei munere liberata. Nec
attendūt idipsum etiā seipsos dei dono habere, q̄
ea facultate exhortātur,ut ad capessendā uitā bo-
nam hominū uolūtates pigras excitent, accendāt
frigidas,corrigāt prauas,auersas cōuertant, repu-
gnātes pacificent.Si enim nō possunt persuadere
quod suadēt,aut si hęc in uoluntatib.hominū nō
agunt,quid agūt aut quid loquūtur? Dimittāt eas
potius arbitrio suo.Si aūt in eis hæc agūt,itane tā-
dem homo in hominis uolūtate tanta agit loquen
do,& deus illic nō agit aliquid adiuuādo? Imò ue
ro quātalibet homo sermonis facultate præpol-
leat,ut solertia disputādi & suauitate dicēdi in ho
minis uolūtate inserat ueritatē, nutriat charitatē,
docēdo tollat errorē,exhortādo torporem, Neq;
qui plātat est aliquid,neq; qui rigat,sed qui incre-
mentū dat deus.Frustra quippe operarius omnia
moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus la-
tenter operaretur.Spero ergo has literas meas me-
rito excellētiæ uestræ cito in manus etiā taliū esse
uenturas:ideo nonnulla hinc dicenda arbitratus

sum.Deinde ut tu ipsa & quæcūq; aliæ uiduæ ista
A legerint,uel cū leguntur audierint, noueritis uos
ad diligendū & habendū continentiæ bonū, plus
proficere orationib.uestris,q̄ exhortationib.no-
stris:quoniā si quid uos adiuuat, quod uobis etiā
nostra ministrantur alloquia,totū illius gratiæ tri
buendū est,in cuius manu sunt,sicut scriptum est,
& nos & sermones nostri. Si ergo nondum deo *Exhortatur ad perseuerantiam.* XIX
uouisses continentiā uidualē, exhortaremur pro-
fecto ut uoueres,Quia uero iam uouisti,exhorta-
mur ut perseueres.Talia mihi tamē uideo esse di-
cenda,quibus eam diligant & arripiant,& quæ ad
huc nubere cogitabāt. Aurem igitur inclinemus
Apostolo, Quæ innupta est,inquit,solicita est ea
quæ sunt domini,ut sit sancta & corpore & spiri-
B tu:quæ autē nupta est,solicita est ea quæ sunt mū-
di,quomō placeat uiro.Nō ait,solicita est ea quæ
sunt mūdi,ut sancta non sit:sed certe minor est ea
cōiugalis sanctitas,ex ea parte curarū qua munda
na cogitatur uoluptas.Quicquid itaq; intentionis
animi etiā his rebus impēderetur quib.placendū
esset uiro, colligere quodāmodo & redigere de-
bet innupta Christiana in eam intentionē qua pla
cendū est domino:& uideat cui placeat quę domi
no placet:& utiq; tāto est beatior, quāto plus pla-
cet ei:quāto autē magis cogitat ea quæ sunt mun-
di,tāto minus placet.Placete itaq; tota intentione
specioso forma prę filijs hominū:eius enim gratia
illi placetis,quæ diffusa est in labijs eius. Placete
illi ea quoq; parte cogitationis quæ occuparetur
C mundo,ut placereī uiro.Placete illi qui displicuit
mūdo,ut placētes ei liberarētur ex mundo. Hunc
enim speciosum forma præ filijs hominū, uiderūt
homines in cruce passionis,& non habuit speciē
neq; decorē,sed facies eius abiecta et deformis po
sitio eius.Ex hac tamē deformitate redēptoris ue
stri,manauit preciū decoris uestri, sed decoris in-
terioris, Omnis enim pulchritudo filiæ regis in
trinsecus.Hac pulchritudine illi placete: hanc pul
chritudinē studiosa cura,& solicita cogitatiōe cō
ponite.Non amat ille fallaciarū fucos, ueris ueri-
tas delectatur:& ille,si quod legistis agnoscis,ue-
ritas uocatur,Ego sum,inquit,uia,& ueritas & ui-
ta.Currite ad illū per illum, placete illi ex illo, ui- Ioan.14
uite cū illo,in illo,de illo.Affectib.ueris & sanctis-
sima castitate à uiro tali amate amari. Audiat hæc
D uirginis etiā sanctę,prolis tuæ,auris interior.Quę
uero quantū te pręcedat in regno regis illius, alia
quęstio est.Inuenistis tamē mater & filia, cui con-
tēptis nuptijs,illa omnibus,tu secūdis, pulchritu-
dine castitatis simul placete debeatis.Certe si ma
riti essent quib.placendū esset,iam te fortasse cum
filia puderet ornari.Nūc nō pudeat agere quibus
simul ornemini,qa nō est criminosum, sed potius
gloriosum,ut ab illo uno simul amemini. Simula-
tum aūt candorē ac ruborē & pigmēnis illitū, non
adhiberetis etiā si uiros haberetis:non putantes di
gnos q̄s falleretis, nec uos quæ fallere deberetis.
Nūc ergo illi regi,qui unicæ sponsæ,cuius mēbra
estis,speciem concupiuit,ueraciter simul placete,
simul inhærete:illa integritate uirginali,tu cōtinē
ua

tia uiduali, ambæ pulchritudine spiritali. In qua pulchritudine etiã illius auia, socrus tua, quæ iam certe senuit, est pulchra uobiscũ. Vigorẽ quippe huius pulchritudinis dũ extẽdit in anteriora charitas, rugã in ea non facit annositas. Habetis uobiscum anum sanctam & in domo & in Christo, quam de perseuerãtia cõsulatis: quomodo cum illa cõtra bella tentatoris pugnandũ sit, quid agendum ut facile superetur, quod munimentũ sumendũ, ne facile rursus insidietur: & si quid huiusmodi est, docet uos diuturnitate iam certa, amore beneuola, pietate solicita, ætate secura. Præcipue tu cõsule in talibus, eã quæ experta est: Nam proles uestra illud canticum cantat, quod in Apocalypsi nisi uirgines cantare nõ possunt: pro ambabus tamen uobis solicitius orat quàm pro seipsa: sed magis pro nepte solicita est, cui uincendarũ tentationũ spatiũ plus restat annorũ: te autẽ uidet æuo suo uiciniorem, & eius filiæ matrẽ, quam si nuptã, quod iam non licet atque absit, uidisses, puto quòd parere cũ illa erubuisses. Quantulum est ergo quod iam tibi periculosæ restat ætatis, quæ ideo non diceris auia, ut sanctarũ cogitationũ & operum fœtibus cum filia possis esse fœcunda? Non itaque immerito magis pro illa solicita est auia, pro qua & rumater: quia & maius est quod uouit, & totũ ei restat quod modo cœpit. Exaudiat dominus preces eius, ut sanctæ obsequamini meritis eius, quę carnẽ uiri tui in iuuenta peperit, cor filiæ tuæ in senecta parturit. Omnes itaque pariter atque cõcorditer uniuiro unius coniugis, in cuius corpore uno spiritu uiuitis, placete moribus, instate orationibus.

Exhortatio. Cap. XX

Præteritus dies nõ reuertitur in futurũ, & post hesternũ pergit hodiernus, & post hodiernũ perrecturus est & crastinus. Et ecce omnia tempora & tẽporalia trãseunt, ut ueniat mãsura promissio: & qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Si mũdus iam perijt, nupta cui parit? Aut corde paritura, & carne nõ paritura, cur nubit? Si aũt adhuc duraturus est mundus, cur non magis amatur per quẽ factus est mundus? Si iam deficiunt illecebræ seculares, nõ est quod Christianus animus cupiditate conquirat. Si autẽ adhuc manebunt, est quod sanctitate cõtemnat. Horum duorũ in altero spes nulla libidinis, in altero maior est gloria charitatis. Quot autẽ & quanti sunt, ipsi anni quib. uidetur uigere flos carnalis ætatis? Nonnullę fœminæ nuptias cogitãtes, & ardẽter optantes, dum spernuntur aut differũtur, repente senuerũt, ut eas nubere iam puderet amplius quàm liberet. Multæ autẽ nuptæ recẽtissima sua cõiunctione in longinqua profectis uiris suis, reditũ eorũ expectando, grandeuæ factæ sunt, & tanquã cito uiduatæ aliquãdo nec remeantes saltẽ senes suos anus suscipere meruerunt. Si ergo uel spernentibus uel tardantibus spõsis, uel peregrinantib. maritis, carnalis concupiscentia potuit contineri, ne stuprum aut adulterium cõmitteretur, cur cõtineri non potest ne sacrilegiũ cõmittatur? Si repressa est, cũ ferueret dilata, cur non opprimitur cum friguerit amputata? Plus enim ardẽter ferunt libidinẽ, quæ non desperant eiusdẽ uoluptatem. Quæ autẽ innuptarũ castitatem deo uouent, ipsam spem subtrahunt, quæ fomes amoris est. Vnde facilius cõcupiscentia refrenatur, quæ nulla expectatione succẽditur, contra quam tamẽ nisi oretur ut superetur, ipsa illicita exoptatur ardẽtius. Delitiæ igitur spiritales delitijs carnalibus in sancta castitate succedant, lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, bonorũ operum frequẽtatio, spes futuri seculi, & cor sursum, atque de his omnibus gratiarũ actio patri luminũ; à quo sine ulla dubitatione, omne datũ optimũ, & omne donũ perfectum, scriptura teste descendit.

Oblectamenta uiduarum. Cap. XXI

Iacobi 1

Nam quando pro delitijs nuptiarũ quas in carne uirorũ habent, aliarum carnaliũ delitiarũ tanquã in solatio usus assumitur, quid ego dicam quæ sequantur mala, cũ breuiter Apostolus dixerit, uiuentem mortuã esse uiduam, quæ in delitijs uiuit? Absit autem à uobis ut diuitiarũ cupiditate capiamini pro cupiditate nuptiarũ, & in cordib. uestris nummus pro uiri amore succedat. Intuentes enim hominũ conuersationem, sæpe experti sumus, in quibusdã lasciuia compressa creuisse auaritiã. Nã sicut in ipsis sensib. corporis acutius audiunt qui nõ uident, & tangẽdo multa discernunt, nec tanta uiuacitate tangũt qui oculis utuntur: ubi intelligitur ex uno aditu, id est luminũ, repressa intẽtione, sentiẽdi uim in alios sensus promptiorẽ dignoscẽdi acumine exerere, tanquã ex altero conetur implere quod negatur in altero: Ita etiã sæpe carnalis cupiditas, à concumbendi uoluptate cohibita, maiorib. uiribus in pecuniæ se porrigit appetitum & illinc auersa, huc se impetu ardẽtiore cõuertit. In uobis autẽ amor diuitiarũ simul frigescat cum amore nuptiarũ: & pius usus rerum quas possidetis, ad spiritales delitias cõferatur, ut liberalitas uestra magis ferueat adiuuandis egenis, quàm ditandis auaris. In thesaurũ quippe cœlestem nõ mittuntur dona cupidorũ, sed eleemosynę pauperũ, quæ in immẽsum modũ orationes adiuuant uiduarũ. Ieiunia quoque ac uigiliæ inquantũ ualetudinem non perturbãt, si orando, psallendo, legẽdo, & in lege dei meditãdo sumantur, in delitias spiritales etiam ipsa quæ uidẽtur laboriosa uertũtur. Nullo modo enim sunt onerosi labores amantiũ, sed etiam ipsi delectant sicut uenantiũ, aucupantiũ, piscantium, uindemiantiũ, negociantiũ, ludo aliquo sese oblectantiũ: interest ergo quid ametur. Nã in eo quod amatur, aut non laboratur, aut & labor amatur. Et uide quàm pudendũ & dolendum sit, si delectat labor ut fera capiatur, ut cupa & sacculus impleatur, ut pila iaciatur, & nõ delectat ut deus acquiratur.

Fama custodia. XXII

In omnib. sane spiritalibus delitijs quibus fruuntur innuptæ, sancta earũ conuersatio cauta etiam debet esse, ne forte cũ mala uita nõ sit per lasciuiã, mala sit fama per negligentiã. Nec audiendi sunt, siue uiri sancti siue fœminæ, quãdo reprehensa in aliquo negligẽtia sua, per quã fit ut in malam ueniãt suspicionẽ, unde suam uitã longe abesse sciũt, dicunt sibi coram deo sufficere conscientiã, existimationẽ hominum nõ imprudenter solum, uerũetiam crudeliter contemnẽtes: cũ occidũt animas aliorum

aliorum, siue blasphemantiū uiam dei, quibus secundū suam suspicionē quasi turpis quæ casta est displicet uita sanctorum: siue etiā cum excusatione imitantiū, non quod uident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorū atq; facinorū uitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem etiā famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est uita nostra, alijs fama nostra: & utiq; etiā quod alijs ministramus misericorditer ad salutē, ad nostrā quoq; redundat utilitatem. Vnde nō frustra Apostolus, Prouidemus, inquit bona, nō solum corā deo, uerum etiā corā hominibus. Item dicit, Placete omnibus per omnia sicut & ego omnib. per oīa placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis ut salui fiant. In quadā etiam exhortatione dicit, De cætero fratres quæcunq; sunt uera, quæcunq; sancta, quæcunq; iusta, quæcūq; casta, quæcunq; charissima, quæcūq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus: hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis, & audistis, & uidistis in me. Cernis quemadmodum inter multa quę exhortādo cōmonuit, non neglexerit ponere, quæcūq; bonæ famæ, duobusq; uerbis cuncta cōcluserit, ubi ait, si qua uirtus, si qua laus. Ad uirtutē nanq; pertinent quæ antea memoraui bona, fama uero ad laudē. Puto ꝙ non laudem hominū pro magno sumebat Apostolus alio loco dicens, Mihi autem minimum est ut à uobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi, Si hominib. placerē, Christi seruus nō essem. Et iterū, Nam gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostræ. Sed illorum duorum, id est, bonæ uitæ, & bonæ famæ, uel quod breuius dicitur, uirtutis & laudis, unum propter seipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime prouidebat. Sed quoniā quātalibet humana cautela suspiciões ma leuolētissimas nō potest omni ex parte uitare, ubi pro existimatiōe nostra quicquid rectè possumus fecerimus, si aliqui de nobis uel male fingēdo, uel male credēdo famā nostrā decolorare conantur, assit conscientiæ solatiū, planeq; etiam gaudiū, ꝙ merces nostra magna est in cœlis: etiā cum dicunt homines mala multa de nobis, pie tamē iusteq; uiuentibus. Illa enim merces tanquā stipendium est militantium, per arma iustitiæ, non solum dextra, uerumetiam sinistra, per gloriam scilicet & ignobilitatem, per infamiā & bonam famam. Agite itaq; cursum uestrum & perseueranter currite ut comprehēdatis, & exemplo uitæ exhortationisq; sermone, rapite in eundem cursum uestrum quascunq; potueritis. Nō uos ab hoc studio, quo mul-

2 Cor. 8 — *1 Cor. 10* — *Philip. 4* — *1 Cor. 4* — *Galat. 1* — *2 Cor. 2* — *Exhortationis & libri simul conclusio. Cap. XXIII*

A tas ad imitandum uos excitatis, frangat querela uanorum, qui dicunt, quomodo subsistet genus humanū si omnes fuerint continētes? Quasi propter aliud retardetur hoc seculū, nisi ut impleatur prædestinatus numerus ille sanctorum, quo citius impleto, profecto nec terminus seculi differetur. Nec illud uos retardet ab studio persuadendi alijs bonū uestrū, si dicatur uobis, cum & nuptiæ bonę sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, & maiora scilicet & minora, si omnes continentiæ laudem atq; amorē imitentur? Primo quia conando ut omnes sint continētes, tunc erunt uel paucæ, neq; enim omnes capiunt uerbū hoc. Sed quoniā scriptū est, Qui potest capere capiat: tunc capiunt quæ possunt, si nec illis quæ non capiunt taceatur. Deinde nec timere debemus ne forte omnes capiant, & aliquid de minorib. bonis, id est, B coniugalis uitæ, Christi desit in corpore. Si enim omnes audierint & omnes ceperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse prædestinatū, ut coniugalia bona in illorū numero membrorū satis sufficiant, quæ tam multa ex hac uita trāsierunt. Neq; enim nūc si omnes fuerint continentes, honorem continentium daturi sunt eis qui tricenarium fructum, qui coniugali bono inesse intelligitur, iam dominicis horreis intulerūt. Habebunt ergo illic oīa ista bona suū locum, etiam si deinceps nulla uelit nubere, uel nemo ducere uxorē. Secure itaq; instate quibus potestis, ut fiant quod uos estis: & orate uigilāter atq; feruēter, ut adiutorio dexteræ excelsi & abundātia misericordissimæ gratiæ domini, & perseueretis in eo quod estis, & proficiatis ad id quod eritis. Deinde obsecro uos per illū C à quo & hoc donū accepistis, & huius doni præmia speratis, ut me quoq; orationib. uestris meminentis inserere cū tota domestica uestra Ecclesia. Ordinatissime quippe prouenit, ut matri uestræ iam grādeuæ de oratione Epistolā scriberem. Ad ipsam quippe maxime pertinet orādo concertare pro uobis, quæ de se minus solicita est ꝙ̃ de uobis. Et ut ad te potius quàm ad illam hoc de cōtinētia uiduali opusculum facerem, quia tibi superare adhuc restat quod iam ætas illius superauit. Virgo autem sancta proles uestra, si aliquid de sua professione desiderat, ex laborib. nostris habet grandem librum de sancta uirginitate quem legat. De D quo legendo etiā te cōmonueram, quoniam multa continet utriq; necessaria castitati, hoc est uirginali atq; uiduali, quæ hic propterea partim renuiter attigi, partim omnino prætermisi, quia ibi copiosius disputaui. Perseueres in gratia Christi.

Matth. 19

AD LECTOREM

Sequebatur hoc loco libellus de Singularitate Clericorum, qui toties & Hieronymi & Cypriani nomine excusus est, quum phrasis nec Hieronymum, nec Cyprianum, nec Augustinum referat. Proinde non est uisum eo præsens uolumen onerare. *Est in operibus Cypriani*

CENSVRA

Caput decimum septimum refert sententiam Augustini, & ab ea dissentit. Id si non esset, tamen tot undique sunt argumenta, quæ clamitant hoc opus non esse Augustini, ut abunde sit admonuisse lectorem. Et hac de re nobis aliàs dictum. Et tamen totus ferè hic liber transcriptus est in decreta & sententias, ut hinc liqueat, quanto plus fuerit in colligendo studij quàm iudicij.

Laus pœniten tiæ. Cap. I

QVANTVM sit appetenda gratia pœnitẽtiæ omnis autoritas declarat, A omnis bonorũ uita conatur ostende re: languores enim sanat, leprosos cu rat, mortuos suscitat, uitia fugat, uirtutes exornat, mentẽ munit & roborat, omnia satiat, omnia redintegrat, omnia lętificat, sanitatem auget, quã conseruat. Claudis gressum, aridis copiã, cæcis restituit uisum. Temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. Ignorãs se, per hãc se recognoscit: quęrẽs se per hanc se inuenit. Hæc est quæ homines ad angelos ducit, creaturã reddit creatori, Ista ouẽ perditam monstrauit quærenti, & decimã drachmã obtulit anxiãti. Hęc dissipatorẽ filium ad patrem reduxit, & uulneratum à latronibus custodi curandum reseruauit. In hanc omne bonũ innititur, per hanc omne bonũ B conseruatur: fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipsa ignis cõsumens. Hæc omnia prouida uirago sensisti, quæ hoc bonũ tantũ dilexisti, Vix enim diligitur, quod omnino ignoratur. Super hoc bonũ innixa, fortis esse poteris ad omnia bona. Itaq; uoluntatem tuã, quã super hoc bono cognoui, libenter adiuuo: & suauem laborẽ ut rogasti super hac re desiderãter suscipio, sperans dei adiutoriũ in tuo merito. Scio enim intentionẽ tuã nunquã frustrandã, sed in omnibus quæ desiderat ditandã. Nam cum esses diues, pauperem te pro Christo reddidisti, & in anima diues eris sancti cõmercij. Vnde fœlix ego, si quid auxilij ad ueras tuas diuitias adhibere potero. Tuæ itaq; trado dilectioni, quicquid de pœnitentia sentio autoritate patrum & illustratio e sancti spiritus. Nec modo huius temporis tantũ impugnamus errorem, sed etiam de impugnatis per copiã rationũ conamur tibi addere dulcedinẽ suauitatis, ut integritas tuæ mentis, quæ deo donãte omnes repulit falsitates, super fugatis ratiocinando lætetur.

Pœnitentia quomodo paretur. Cap. II

Si fides fundamentum est pœnitentiæ præter quam nihil est quod bonum sit, appetenda est pœnitentia quam constat in fide esse fundatã. Non enim potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaq; quæ ex fide non procedit, utilis non est. Oportet autem credi remedium pœnitẽtiæ à saluatore concedi. Si enim omnis pœnitentia sterilis esset peccatoribus, nequaquã ad pœnitentiã reuocarentur Christi interfectores, quam prædicauit dominus, D mitis & mansuetus, & eius præcursor: dixit enim

Matth. 3 Fructus facite dignos pœnitentię: ostẽdens pœnitentiam nõ sterilem sed digne fructificare. Qui enim maluit misericordiam q̃ sacrificiũ, non expectabat mortẽ peccatoris, sed ut cõuersus uiueret. Quis autẽ conuerti potest ut uiuat, nisi qui erat in regione longinqua? In iniquitatib. se meminit cõceptũ Dauid, & in delictis à matre sua genitũ, cui dominus testimonium perhibet, Inueni hominẽ secundum cor meũ. Hic idem à domino laudatus

Psal. 24 præsumẽs de domino dicit, Propitius eris peccato meo, multũ est enim: non quia multum erat, sed quia id Dauid multũ reputabat, sicut qui iam inde satur erat & fastidiosus. Nõ enim laborat exonerari peccato, cui nõ uidetur nimiũ. Quomodo ergo multum uideretur, si adhuc in illo delectaretur? Quomõ rogaret perdere, nisi doleret habere? Si enim nõ doleret habere, gauderet commisisse. Scimus quia deleuit dominus peccatũ Dauid, aut quia dolebat peccasse, aut quia gemebat, & stratũ suum lachrymis rigabat, & tanq̃ panẽ cinerem mãducabat. Si autem gauderet, nõ magnum, sed paruũ peccatum suum diceret. Falluntur itaq; qui obijcientes pœnitentiã Apostolo, & eum irridentes dicunt contra eum, Peccabimus ut gratia abũdet? Dicebat enim, Cõuertimini per pœnitentiã, sperate de uenia, etiam si maxima sit iniquitas, quia ubi abundauit peccatũ, superabũdauit ibi & gratia. Nullũ peccatũ poterit remanere ante pœnitentiã, Prædicat enim cõuerti. Sed unde se conuerteret aliquis, cui prior status placeret? Qui itaque conuertitur, necessario dolet habere, quod gaudet perdere. Pœnitẽtia itaq; acquirit indulgẽtiã, sine qua nemo peruenit ad ueniã. Si enim sine ea anima saluaretur, nõ diceretur, Peccasti, quiesce. Quomodo enim quiesceret nisi quia malũ est si peccaret. Quomodo diligi & nõ odio haberi potest, quod retentum damnat, & fugatum saluat? Qui ergo nũc quiescit, dolere oportet quòd non prius quieuit. Sicq; saluatur quia dolet, sicq; liberatur quia pœnitet, Ex dolore enim dictũ est, Peccaui, quid faciã tibi? Quasi dicat, adeo doleo me peccasse, q̃ mihi tam graue est q̃ non uelim contra me te non uindicare. Quæro enim in me quid supplicij possim excogitare, quod tibi possit suffi C cere. Nihil mihi graue, si me à peccato potest liberare. Relinquitur ergo pœnitere uolentib. ueniã inuenire.

Pœnitentia post baptismũ Cap. III

Sunt autẽ qui credunt usq; ad baptismum pœnitentiam proficere, Namq; Syrus erat Naaman, qui per aquã perdidit leprã, sed postea peccãtibus cassam perseuerare. Gaudent enim singularitate, arrogantes ex hoc quod non habent, iactantes se mũdos esse, ut pote quasi nihil post baptismũ cõmiserint unde iure dolere possint. Hi sinistre omnia intelligẽtes, uires ex sanctorũ autoritate sumentes, & sequẽtes patrem mẽdacij, mendaciter exponũt quod cõcordat ueritati. Legant in Apostolo quod intelligere nolunt, Impossibi- Hebr. 6 le est eos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donec cœleste & participes effecti sunt gratiæ spiritus sancti, & gustauerũt bonum uerbũ dei uirtutesq; seculi futuri, iterũ renouari per pœnitẽtiam, rursum crucifigentes filiũ dei, & ostentatui habentes. Sed si superbia eos non excæcasset, uiderent Apostolũ non ita esse destructorẽ sui laboris atq; sui gaudij. Quos enim per Epistolas correxit, nisi qui post baptismũ ceciderãt, & in peccato perseuerabãt? Gẽtiles enim uisitabat corporali præsentia, & rationib. & miraculis eos confutãs. Quomõ scriberet infidelibus, ipsis eidẽ multipliciter contradicẽtibus? Hũc lapidabãt, uirgis cædebant, & eis

eis scriberet ut se corrigerent? Cur autẽ correctio nem infidelib. indiceret, si de eorũ salute despera- A ret? Quomodo scriberet, qui sciẽter & necessario nihil omnino proficeret? Si non possent renouari per pœnitentiã, cur prædicaret eã? Præterea Corinthiũ reuocat post baptismũ peccantem, & fornicationẽ gentium superantẽ. Quomodo reciperet pœnitentẽ, si sic contra suum prædicaret præceptũ? Sed de baptismo hoc intellexit. Dixit enim eos renouari per pœnitentiam impossibile esse, ut rursum crucifigant filiũ dei, & ostentatui habeant, id est, ut iterũ baptizentur. Qui enim baptizatur,

Rom. 6 mortẽ crucis & sepulturã Christi repræsentat in immersione sua. In signo enim crucis quisq; in aqua submergitur, & submersus sepultus ostenditur: Non enim qui lapsi sunt, per iteratũ baptismũ cõsequi ueniã poterũt, Sicut enim semel Christus B crucifixus est, sic baptismus iterãdus non est, Vna enim morte sua omnes redemit, ut amplius mori nõ oporteat. Quod uidẽs ecclesia, intellexit non iterandũ baptismũ. Per fructus itaq; pœnitentiæ, baptizatis adhibetur spes ueniæ. Nã filius qui recesserat à patre in regionem longinquã, susceptus est à patre per pœnitentiã confitẽtem, Dixit enim

Luca. 15 patri confitens, Iam non sum dignus uocari filius tuus. Non enim ista à te didici, ista apud te reperi, Hunc suscepit paterfamiliâs, & stola & annulo induit eum. Stola induit eũ, quia in eo integritatẽ charitatis restaurauit: atq; annulum in manu posuit, quia arratũ ex fide eum fecit operari, per spiritussancti dona eum subarrauit: & etiã calciamenta pedum reddidit, quia Ecclesiã eius prædicatione ditauit. In cuius cõuiuio occisus est uitulus sa- C

Colos. 2 ginatus, quia in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter illi factus est cibus: per hoc ostendens etiã sacramẽta dominici corporis per pœnitentiã & confessionẽ reddi peccatorib. baptizatis. Si enim aliter esset, Petrus post domini

Act. 8 ascensionẽ caput ecclesiæ, nõ persuasisset Simoni in emptiõe spiritussancti spem habẽti, ut pœnitentiã sumeret inde, cui pecuniã dicauerat in maledi-

Luca 10 ctionẽ. Ille quoq; qui incidit in latrones ab Hierusalem descẽdebat, nõ in Aegyptũ ad tenebras, nõ ad Idumæos sanguineos & puluere aspersos, sed ad Hiericho: qui incidit in latrones, nõ habitauerat cum eis. Sed licet inciderit qui prius latro non erat: non est relictus à Samaritano, sed adiutus & cura refectus, Quod nõ fuisset, si solũ nõ baptizatis spem ueniæ reliquisset. Amicus uocatus est La D zarus, & postea resuscitatus est fœtidus & quatri

Ioan. 11 duanus à mortuis: ostendẽs, quantũcunq; peccet homo, etiã postquã fuerit amicus dei, uiuere poterit eius spiritus, Sed ualido dei clamore & multorum fletu foras à peccato uocabitur, prius tolletur lapis desuper ab ipso, quia cordis duritia proijcie-tur ex animo, quã tollent intercessores & prædica

Luca 13 tores labore suo. Filiã Abrahæ quã alligauerat satanas, soluit dominus reclamantib. licet Iudæis: hæc filia erat & ligata & soluta in sabbato. Adhuc sunt qui reclamãt nõ esse remissionẽ peccatorum baptizatis per pœnitentiã, dicẽtes peccatũ in

Peccatũ in spiritumsanctum & ad mortem quod C4. ||||

patrem & filiũ remitti, in spiritũsanctum omnino nõ ignosci, putãtes peccata in patrẽ & filiũ esse in fidelibũ, & habere remissionẽ per baptismum, Isti peccãt absq; spiritu, quẽ nõ acceperunt. Illi autẽ in spiritũ sanctũ peccãt quem acceperunt per baptismũ, qui eius dona nõ retinent, & diaboli uenena eligũt. Istos intelligũt nec hic, nec in futuro misericordiam cõsequi posse. Sed iste intellectus magis est erroris q̃ fidei sanctæ. Si enim per solũ baptisma quod iterandũ non est, fit peccatorũ remissio: Matth. 12 cur adderet dominus, neq; in futuro? Constat aũt quædam in futuro remitti, ubi nõ est operatio baptismi. In futuro aũt nemo baptizabitur, & à peccato liberabit. Sicq; falsa est interpretatio, quæ remissionẽ cõcedit soli baptismo. Nõ itaq; soli infideles peccãt in patrẽ & filiũ, sed quicũq; peccata cõmittunt. Sed soli peccãt in spiritũsanctũ, qui impœnitẽtes existũt usq; ad mortẽ, Spiritus enim sanctus, charitas est deitatis, amor est genitoris & genitæ ueritatis, qui suã gratiam nobis tribuit sui ipsius arram. Qui igitur peccat, & gratiã suã recuperare nõ amat, & nunquã curat ab eo diligi, qui totus est amor & charitas, nec ad eum tendit unde sumpsit arrã, in spiritũsanctum peccat, & nunquã post mortẽ sicut nec uiuẽs consequetur ueniam, Sicq; nullus peccat in spiritũsanctum, qui fugit ad ipsum. Si quis autẽ lectionis seriẽ, & ubi hoc legitur, & uerbi causam cogitauerit, & si aliter intelligat, sinistre interpretãtib. nõ concordat. Dicebãt enim Iudæi, In Beelzebub eijcit dæmonia: opus Matth. 12 spiritussancti attribuẽtes diabolicæ potestati. Dixit ergo, Sunt peccata quę quoquo modo sunt secrẽda, sunt blasphemiæ cõsecuturę misericordiam, sed blasphemiæ in spiritũsanctum, ut incepistis ducent uos ad mortẽ. Vnde postea dixit, Nõ potest arbor mala fructus bonos facere: quasi dicat, Conuenit uitæ uestræ de spiritu talia dicere, Arbor bona nõ potest fructus malos facere. Cõsilij est, Cõuertimini, in arborẽ bonã transite, nec iam poteritis de spiritusancto talia sentire. Obijciũt aliud dictum Ioãnis. Est aũt peccatũ nõ ad mortẽ pro quo Ioan. 5 oret quis: Est aliud ad mortẽ pro quo nõ oret qs: quasi pro peccatis ante baptismũ sit orandũ, pro alijs nõ. Falluntur qui sic intelligũt. Contrarius eñ esset sibi ipsi, qui pœnitentiam admonet ecclesiæ Pergami. Sed sunt quædã peccata uenialia, quæ Apoc. 2 oratione dominica quotidie soluũtur, cũ dicitur, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib. nostris. Et hæc ut idẽ ait non sunt ad mortẽ. Alia uero quæ sunt ad mortẽ, nõ sic, sed per fructus pœnitẽtiæ soluuntur. Qui Petrum lachrymãtem suscepit, remissionẽ non negauit baptizatis. Iam enim audierat, Tibi dabo claues re- Matth. 16 gni cœlorũ: qui licet postea dominũ negauerit, & à se amicos Christi excommunicauerit, per pœnitentiã & amaros fletus ueniã recuperauit. Aegrũ se dominus dicit, respiciens ad membra sibi unita. Quæ membra, sunt qui per baptismi sacramenta deo uniti sunt. In quibus se ægrum cum commemorat, non ab hominibus peccata committi negat, quæ quotidie per pœnitentiam destruit.

Semper pa ratum poenitentia remedium. Cap. V

Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus quam oporteat: non sobrij, sed excedentes mensurã. Dicunt A enim, Vt semel peccantibus post baptismum ualeat poenitẽtia, nõ tamen sæpe peccãtibus proderit iterata, alioquin remissio, ad peccatũ esset incitatio. Dicunt enim, Quis non semper peccaret, si redire semper posset? Dicunt enim dominũ incitatorẽ mali, si semper poenitẽtibus subueniret: & etiã ei placere peccata, quib. semper præsto est gratia. Errant autẽ, imò constat ei peccata multũ displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si enim ea amaret, nõ ita semper destrueret, sed conseruaret, atque ut sua munera foueret. Sẽper destruit peccata quæ inuenit, ne soluatur quod creauit, ne corrumpatur quod amauit. Sumũt occasionẽ hypocritæ isti ex factis domini. Quẽ enim inquiunt cæcum bis illuminauit? quẽ leprosum bis mũdauit? quẽ mortuũ bis suscitauit? Nõ Lazarũ quẽ prius dilexit, Non filium uiduæ, quẽ misertus matri reddidit, Non filiũ dissipatorẽ legitur bis suscepisse, Non filiã Abrahæ bis à dæmonio liberasse. In nulla persona iterauit factũ, docens, ut aiunt, nõ sæpe à domino fieri remedium. Dixit multis, Vade & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: ptomittẽs poenã, non amplius ueniã. Qui autẽ multos cæcos & diuerso tẽpore illuminauerit, & multos debiles cõfortauerit, ostendit in diuersis illis eadẽ sæpe peccata dimitti, ut quẽ prius sanauit leprosum, alio tempore illuminauit cæcũ. Ideo enim tot saluauit febricitãtes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & aridos, ne desperet de se peccator. Ideo non scribitur aliquis, nisi semel sanatus, C ut timeat quisque iungi peccato. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sæpe febricitãtes, sæpe languidos, sæpe passionib. captos, sæpe liberari, ut appareat toties opus miserãtis, quoties cõfessio fit poenitentis. Quomodo enim corpus quod uilius est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanaret: & animam digniorẽ & redemptam, nõ toties liberaret? Medicum se uocat, & non sanis, sed malehabentib. opportunũ. Sed qualis hic medicus, qui malũ iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum uisitare, centies curare. Qui cæteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret. Memor est

Ezech. 18 sui qui dicit, Nolo mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur & uiuat. Quem enim peccatorem excludit? Et quod omnib. promisit indulgentiã, alijs promissio

Matth. 10 nibus declarat, Qui me cõfessus fuerit corã hominibus: id est, omnis quantũcunque & quotiescunque peccator, cuiuscunque ordinis, etiam si fuerit sacer-

Iohelis 2 dos: cõfitebor & ego eum corã patre meo. Nam qui inuocauerit nomen domini, id est, secundum quod nominatur dominus, id est, qui inuocauerit eũ ad se seruiẽdo, nõ cõtradicẽdo, ut forsitan sæpe fecit: omnis, id est, quicunque sit ille peccator, saluus erit. Omnẽ enim animã iste promissor saturauit bonis, etiam sedẽtes in tenebris & in umbra mortis, nullam excipiens animã. Hunc magistrũ intelle-

2 Cor. 13 xerat discipulus ille, qui Corinthios per epistolas suas uoluit corrigere, & ut ipse testatur ter in literis suis eos correxit. Oportebat enim ut quoties uideret eos cadere, toties iuuaret eos surgere. Memor enim erat illius qui dixerat, Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis. Scimus autem & primos patres, & in omni tẽpore ecclesiã dei semper usque in septuagiessepties, quod est semper, peccata dimittere. Quã potestatẽ isti ab ecclesia dei conantur auferre. Oportet enim sic Ecclesiã credere, quæ confitetur se sæpe peccare. Negant enim ueritatẽ in se esse, qui se absque peccato audẽt iactare, In multis enim offendimus omes, Nec infans unius dei absque peccato super terram esse potest. Quapropter eliminãdus est ab ecclesia iste error, qui unquã poenitentibus negat indulgentiã. Non enim inquirit quod Apostolus senserit, qui dixit, Nihil mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum, Scimus enim & iustis peccata solere contin- B gere. Nõ se cõfirmabat absque peccato, qui se nouit indissolubili uinculo charitatis Christo cõiunctũ, Nisi enim sciret sæpe iustos ad ueniã uenire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat spiritum dei habere, & intentione mundissima ei seruire? Cur enim dñs Petri pedes lauisset, & ecclesiã hoc idẽ docuisset, nisi quia quotidiana est offensio, oportet ut quotidiana sit remissio? Cur docuisset ipse dominus orãtes dicere, Dimitte nobis debita nostra: nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione nõ uult deficere? Nullus itaque tantũ unquã posset peccare, quod poenitens uelit desperare. Quid enim aliud est desperare, quam deũ sibi comparare? Nam qui de deo nõ præsumit ueniam, nõ animaduertit plus peccato suo dei posse clementiam. Si enim sentiret deum magis bonũ quàm se malũ: quicquid in se iustitiæ nõ inueniret, à deo magis bono expectaret: & quidem diffidit, quia sum mi boni bonitatẽ maiorẽ sua nequitia non sentit. Ille enim solus diffidat qui tantũ peccare potest, quantũ deus bonus est. Cũ sit autẽ nullus qui hoc possit, qui timet de se malo, præsumat de meliore. Diabolus enim & omis nequitia minor est, quam dei misericordia. Ipse enim si posset sperare et culpam in se sentire, quod nõ inuenit in se, præsumeret in dei bonitate. Adhuc qui diffidit & suam nequitiã dei pietati comparat, finẽ imponit diuinæ uirtuti, dans finẽ infinito, & perfectionẽ diuinitatis auferẽs deo: cui nihil deest, quod etiã cogitari non potest. Non itaque etiã si sacerdos peccauerit desperare debet, licet scriptũ sit, Quis orabit pro eo? Tota D nanque Ecclesia, atque alius sacerdos, & omnis sanctorum ordo orabit pro eo, & ipse Christus qui pro nobis offert se deo. Sed ideo considerandũ est sacerdoti, ne facile cadat, cui in hoc grauior notatur poena. Dicat apud se, Si plebs ieiuna uerbi dei peccauerit, oportebit me ferre partẽ ponderis: nõ audebo illi importabilia imponere, & non digito ea mouere. Sed ego si peccauero, quid faciã? Non sic facile euadã, me oportebit flere miseriam. Non enim est sic statutũ de me, sicut de subiecta plebe. Sic sacerdos & timeat peccare, sed magis timeat desperare. Sunt alij inimici desperationis, qui adeo præsumunt & de deo confidunt, quod quãdam sibi licentiam acquirunt peccandi; & sine poeni-

tentia

Ioan. 20

Iacobi 3 *Iob. 25*

1 Cor. 4

Matt. 6

Desperare quid

1 Reg. 2

Mat. 23

Qui fiducia misericordiæ peccant. V I

tentia expectant ueniã, quia credũt quoniã Christiani sunt, non posse damnari: adulantes sibi, eo q̃ A scriptũ est, (Ioel. 2) Omnis quicũq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Putãt enim se nomẽ domini inuocare, quoniam possunt Christum credere & sacramenta ecclesiæ sumere, non uerentes multos esse uocatos, sed paucos electos. Putãt enim Christianos paucos esse in multitudine gentiũ & Iudæorum: quare & si omnes saluanť credentes, paucorum tamen electio in tãta multitudine. Sed si quis animaduertere uoluerit, deceptos hos esse ecclesia iudicabit, licet cõfidant in Christi redẽptione. Dicũt enim, Quid prodesset Christum uenisse, si mali tantũ sicut & ante aduentũ suum adhuc perirent? Ante enim q̃ fieret deus homo, mali tantum damnabantur: & si adhuc idem esset, eum uenisse B quid prodesset? Multũ, inquam, Nam omnis bonus ante aduentũ domini saluus factus est per uenturum, Nemo enim infernum egredi posset, nisi à Christo perueniẽte in eũ extrahi meruisset, Neq; enim facultas bene operãdi & diabolo contradicendi tãta hominibus inesset, nisi Christus tãta pati & resurgere decreuisset, Hi neq; Apostolorum neq; domini uerba attendũt, qui fornicatorib. & criminosis hominibus tam multipliciter & toties pœnas promittunt.

Contra eosdē. Cap. VII

Adhuc additur iniquitas priori cõsimilis, licet contraria: Desperãtes enim dei iudicant misericordiã, hi condemnãt iustitiã, iniustum deum blasphemantes, qui reddere mala malis ignorat, & peccata eorũ exaltat. Sed miror cur nõ credant Apostolo dicenti, (Rom. 5) Spes non confundit: qui negant pœnam quam idem criminosis C promittit. Si enim ubi minatur uerax non est, cur confidunt q̃ sperantibus uerũ dicat? Sed qui uerus est in promittendo, uerus est etiã in minando. Sed nõ est sperare, tandem bonũ pro malis expectare, imò temerarius est qui peccatũ non abhorret. Sed cum peccat ad pœnitentiã recurrat, confidat in domino, quem timeat iustum & immundiciarum inimicum.

Peccatorum differentiæ. Cap. VIII

Cum itaq; pœnitentia efficax est & fructifera, neminẽ relinquẽs sine uenia, mortuos resuscitãs: de modo & uarietate eius disseramus aliqua. Pœnitentia enim baptizãdis non est necessaria, sed baptizatis de maiorib. & minoribus peccatis pœnitendũ est. Per fidem enim ecclesiæ sola remittũtur peccata quæ contraxit homo in origine, ut sit ut à patre peccante dãnationẽ D accepit, ita per matris ecclesiæ fidem consequatur remissionẽ. Sed qui per se peccauit, per dolorem propriũ, & per fidem ecclesiæ indulgentiã acquisiuit. Hæc per baptismũ reddunt hominẽ mundum & nouum, ut nihil remaneat quod deo displiceat. Sine pœnitẽtia nihil profuit baptismus, qui peccauit spõtaneus. Si quis aũt baptizaretur inuitus, & in falsitate confessus, cum pœnituerit saluus erit, adiuuante fide & charitate totius matris ecclesiæ per totũ orbem diffusæ. Ob hoc sunt catechumeni ab ecclesia cõstituti, ut dũ baptismũ expectant, unde iure pœniteãt, doceãtur. Hæc restituit hominem in libertatẽ arbitrij primi parentis, adhuc in abũdantia uirtutũ constituti. Est enim pœnitentia

assidue peccantibus, assidue necessaria. In multis A enim offendimus omnes, quæ quotidie remittuntur si semper deplorãtur. Ista per sacramẽta ecclesiæ & orationes semper fugantur, ut iure audiant, Tota pulchra es, & macula nõ est in te. (Cant. 4) Non quin fiat dico, sed manere nõ potest. Tãta est uirtus petitionis tuæ & unitatis ecclesię, ut quicquid extraneum acciderit, durare nõ possit. Licet enim speciosi sint pedes euãgelizantiũ pacẽ, euangelizantiũ bona, (Rom. 10) lauatis tamẽ in remissionis figura excutiẽdus est puluis qui cõtrahitur in uia. Hæc peccata etsi sint parua per dei misericordiã, fiunt magna in peccatorib. negligẽtia. Nullũ enim peccatum adeo paruũ, quod nõ crescat neglectũ. Non enim considerandũ est quod fecerit, sed quẽ offenderit: B quàm bonus est, q̃ benignus, q̃ pius, quàm propitius, qui illũ sua dulcedine & pietate creauit ex nihilo, qui eum absq; merito perduxit ad baptismũ, & educauit & nutriuit ut filiũ: ad cuius commodũ creauit cœlũ & terrã & om̃ia quæ in eis sunt ex nihilo, cui seruiũt omnia tanquã filio, cui misit angelum in auxiliũ, propter quẽ fortem & callidũ debellauit hostem eius antiquũ, propter quem tam multipliciter pati sustinuit, ut eũ mereretur habere filiũ cũ quo dignaretur habere consortium. Qui deus maiestate sua regit & gubernat omnia propter eũ potestate sua. Talem patrẽ offendere, contra eius uoluntatẽ aliquid cõmittere, animaduertentibus ac se nõ ignorantibus q̃ est crudele? Vnde qui se cognoscũt, sicut semper peccãt, ita semper plorãt, ut totã uitam suã, quæ est tẽtatio super C terrã, plorent tota uita sua. Ista aũt sunt, cũ aliquid citra uel ultra modum agitur. Ipsa enim bona quæ per se bona sunt, aliquid cõtrahunt cum excedũt, Quicquid deest à perfectione, quicquid deficit ab homine, quicquid & nostrũ est, plorãdo dolendũ est. Quicquid alio modo agitur, nõ recta & mundissima intẽtione, quicquid alio modo operamur, & nõ tamen purissimo dei amore, nõ est liberũ à fragilitatis operatione. Quicũq; tam miserum esse ut hominis est dilexerit, & qui eius fragilitatẽ omnino non abhorruerit, sed omnino sibi reseruauerit, & suũ esse nunquã nisi propter acquirendũ uerum esse quod deus est tolerauerit, addit operi diuino proculdubio dolendum. Et qui se cognoscit quid est, diligat hoc solũ quod spectat ad illũ qui D est. Si quis enim sapiẽter cogitat, quid turpissimæ fragilitati ab ipsa cõditione inhęreat, q̃ fœdus, q̃ turpis sit in carne, quàm mutabilis in mente, hoc solum in se diliget, quia talem eum ad deũ ducet. Quicquid enim boni facimus, si id melius facere possumus, à nobis est, q̃ in culmine boni non sumus. Si quid boni nouerimus, & minus aliquo modo operamur, non omnino à nostra operatione est alienũ, Ista cõtinua & assidua, & quasi quodãmodo necessaria, assidua lauentur confessione, assidua restaurentur cõpunctione. Surgamus purissimi ad purissimã perfectionẽ, ne istis quæ parua sunt multiplicatis, quasi quadam scabie patiamur corrumpi & collidi: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur macie affligi, & tortura im

mundæ conſcientiæ macerari. Semper tendamus in melius, ſemper in puritatē baptiſmi tendentes A & eam ſummopere conſeruātes: ut cum de hac uita exibimus, ad eum qui mundiſſimus eſt mundi perueniamus, & ſine mora ab eo ſuſcipiamur. Doleamus eſſe exules à patria, doleamus uiuere in corruptibili materia. Hic dolor magis ex deſiderio, ꝗ̃ ex uindicta ſit. Vnde differt à pœnitentia. Pœnitētia enim eſt quædā dolentis uindicta, puniens in ſe quod dolet cōmiſiſſe. Qui autem dolet quod retineт̃ in mortali corpore, deſiderat quod amat, plorans quod tardat. Omnis pœnitentia eſt de male uſa libertate. Iſte uero dolor magis de neceſſitate eſt, Nullum enim peccatū eſt neceſſariū. Ipſum autem peccatū originis ob hoc eſt malum, quia fuit in Adā ſpontaneū, Illius enim uoluptas male uſæ libertatis punitur in nobis, non quia ne B ceſſarium, ſed quia fuit ſpontaneum. Nihil enim à nobis quæritur, quod cōmiſiſſemus, nihil à nobis exigitur nunc quod feciſſemus. Relinquitur in filijs opus paternæ uoluptatis. Requirit diabolus filios in ſeruitutē, quorū patris emit libertatē. Iſte dolor factus eſt, nō ex conſcientia peccatrice, ſed ex operante charitate: nō puniens malū, ſed augmentans bonum, non impatienter habitus, ſed ex deſiderio ſuſceptus. In hoc deſiderio erat Andreas, qui in cruce poſitus à domino requirebat, Tempus eſt ut cōmendes terræ corpus meū. Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipſe autē cœpit dominū rogare, Ne me permittas domine deſcendere uiuū, ſed tempus eſt ut cōmendes terræ corpus meū, tamdiu enim iam portaui, tamdiu ſuper cōmendatum uigilaui & laboraui, quod uellem iam ab ipſa obediētia liberari, & iſto grauiſſi- C mo indumēto expoliari, Recordor quantū in portando oneroſum, in fouēdo infirmū, in coercēdo lentum, in domādo ſuperbū laboraui. Scis domine quotiens à puritate contēplationis me retrahere conabaт̃, quoties à dulciſſimo quietis tuæ ſomno me excitare contēdebat, quantū & quotiēs dolorem ingerebat. Qui igitur tādiu pater benigniſſime pugnanti reſtiti, & tua ope ſuperaui & uici, à te pio & iuſto remuneratore poſco, ne mihi ultra cōmendes, ſed depoſitum reddo. Commenda alij quem illud ultra nō impediat, & reſurrecturū ſeruet & reddat, ut & ipſum quoq; ſui laboris mercedem recipiat. Terræ me cōmenda, ut uigilare me D amplius nō oporteat, & libere ad te fontē indeficientis gaudij tendere anxiantē me iam nō retrahat, nec impediat. Hic dolebat iam nō eſſe cū domino, nec pœnitebat cōmendatū reſurrexiſſe domino. Sic itaq; non omnis dolor eſt pœnitentia.

De omnib. pœnitendum. Cap. IX

Sunt etiam peccata alia quæ omnino eripiūt uitam, niſi ſuccurrat pœnitentia. Non enim omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnū cœlorum. Quare agenda eſt pœnitētia ut deleantur crimina. Sed quoniam pœnitentia non omnis eſt bona, dicamus aliqua quæ ſeparant ueram à falſa, ſterilem à fructuoſa. Sunt enim quos peccaſſe pœnitet propter præſentia ſupplicia. Diſplicent enim latroni peccata quando agitur de pœna. Deſit uindicta, reuertitur ad crimina, Iſta eſt pœnitentia non ex fide procedens, nec eſt charitate munita, ſed ſterilis & ſine miſericordia. Hæc nō purgat conſcientiam, nec lauat crimina. In hac nulla eſt ſpes ueniæ, nulla expectatio indulgētiæ. Huic cōcordāt qui cōfitentur inuiti, nō amore boni, ſed ut fugiāt damnū uel incōmodū ſeculi. Seruiunt mūdo quem amant, quærūnt ſuam gloriam quā anhelant, recipiūt mercedē quā expectant. Si quis tali pœnitentia ſecurus extiterit, & ad ueram pœnitentiā de iſta nō cōſcenderit, deceptus & miſer æternaliter peribit. Vtilis ergo erit pœnitentia ſi ſit ſpōtanea, dominū quærens quē amiſiſſe doleat, ad illū anxiās præter quē nō eſt uita. Sunt plures quos pœnitet peccaſſe, ſed non omnino, reſeruātes ſibi quædā in quib. delectentur: non animaduertētes dominū ſimul ſurdū & mutū à dæmonio liberaſſe, per hoc docēs nos nunq̃ niſi de omnib. ſanari. Si eñ uellet ex parte peccata reſeruari, habēti ſeptē dæmonia, manēte uno proficere potuerat ſex expulſis. Expulit autē ſeptem ut omnia crimina ſimul eijciēda doceret. Legionē autē ab alio eijciens neminē reliquit ex omnib. qui liberatum poſſideret, oſtendens ꝙ ſi etiā peccata ſint mille, oportere de omnib. pœnitere. Laudatus eſt enim dominus, quādo eiecto dæmonio locutus eſt mutus. Nunquā aliquē ſanauit, quē omnino nō liberauit. Totū enim hominē ſanauit in ſabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animā ab omni contagiōe liberauit, indicās pœnitentē oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Scio enim deū inimicū omni criminoſo. Quomodo ergo qui crimē reſeruat, de alio recipiet ueniā? Sine amore dei cōſequeretur indulgentiā, ſine quo nemo unquā inuenit gratiā. Hoſtis enim dei eſt, dum offendit perſeueranter. Quædā enim impietas infidelitatis eſt, ab illo qui iuſtus & iuſtitia eſt dimidiā ſperare ueniā. Iam enim foret ſine pœnitētia inuenire gratiā. Pœnitentia enim uera ad baptiſmi puritatē confitentē conatur adducere. Recte enim pœnitēs quicquid ſordiū poſt purificationē cōtraxit, oportet ut abluat ſaltē lachrymis mētis. Sed ſatis durus eſt cuius mentis dolorē oculi carnis nequeūt declarare. Sed ſciat culpabiliter ſe durū, qui deflet dāna temporis uel mortem amici, & dolorē peccati lachrymis non oſtendit. Nō itaq; eſt ut quis excuſet, ſe non habere fontem lachrymarū, qui nonnunquā lachrymis oſtendit dolorē temporaliū.

De pœni. diſt. 3 cap. ſunt plures. 4 ſent. diſtin. 15. ca. facts arbitror.

Quomodo & quibus cōfitendum. Cap. X

Quem igitur pœnitet, omnino pœniteat, & dolorē lachrymis oſtendat, repræſentet uitā ſuam deo per ſacerdotē, præueniat iudicium dei per confeſſionē. Præcepit enim dominus mundatis ut oſtenderēt ora ſacerdotibus: docens corporali præſentia confitenda peccata, nō per nunciū, non per ſcriptū manifeſtanda. Dixit enim, Ora monſtrate, & omnes, non unus pro omnibus. Non aliū ſtatuatis nunciū qui pro uobis offerat munus à Moyſe ſtatutum. Sed qui per uos peccaſtis, per uos erubeſcatis. Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſſionis, ex miſericordia enim hoc præcepit dominus, ut neminem pœniteret

Lucæ 17

teret in occulto. In hoc enim quod per seipsum di
cit sacerdoti & erubescentiã uincit, timore offen-
si, fit uenia criminis: fit enim per confessionem ue
niale, quod criminale erat in operatione. Et si nõ
statim purgatur, fit tamen ueniale, quod commise
rat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit,
qui erubescentiæ dominans nihil eorũ quæ cõmi
sit nũcio dei denegauit. Deus enim misericors &
iustus est, sicut conseruat misericordiam in iusti-
tia, ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est
misericordiæ, peccanti peccata dimittere. Sed o-
portet ut iustus misereatur iuste. Oportet enim ut
non solum quid, sed in quo doleat consideret, si di
gnus est, nõ dico iustitia, sed misericordia. Iustitia
enim sola damnat. Sed dignus misericordia est q
spiritali labore petit gratiã. Laborat enim mẽs pa
4. sent. dist. 17 tiendo erubescentiã. Et quoniam uerecundia ma-
cap. sed quod gna est pœna, qui erubescit ꝓ Christo, fit dignus
misericordia. Vnde patet ꝙ quanto plurib. confi-
tebitur in spe ueniæ turpitudinem criminis, tanto
facilius consequitur misericordiã remissionis. Ipsi
enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus
De pœn. dist. 1 confitentibus parcere: quibus enim remittunt, re
c. quẽ pœnitet mittit dominus: Lazarumq́ de monumento iam
suscitatum obtulit dominus discipulis soluendũ,
per hoc ostendens potestatẽ soluendi concessam
Matt. 18 sacerdotibus. Dixit enim, Quodcunq; solueritis
super terram, soluetur & in cœlis: hoc est, Ego de-
us & omnes ordines cœlestis militiæ, & oẽs san
cti in mea gloria laudant uobiscum et confirmant
quos ligatis & soluitis. Non dixit, quos putatis li-
gare & soluere, sed in quos exercetis opus iustitię
De pœn. dist. 6 aut misericordiæ. Alia autem opera uestra in pec-
cap. qui uult catores non cognosco. Quare qui confiteri uult
peccata ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem
scientem ligare & soluere: ne cum negligens cir-
ca se extiterit, negligatur ab illo qui eum miseri-
corditer monet & petit, ne ambo in foueã cadant
quam stultus euitare noluit. Tanta itaq; uis confes
sionis est, ut si deest sacerdos, confiteať proximo.
Sæpe enim contingit, quod pœnitens non potest
confiteri coram sacerdote, quem desideranti nec
locus nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur
potestatẽ soluẽdi nõ habet, fit tamẽ dignus uenia
ex desiderio sacerdotis, qui socio confitetur turpi
tudinem criminis. Mundati eñ sunt leprosi, dum
irent ostẽdere ora sacerdotibus, anteq̃ ad eos per
uenirent. Vnde patet dominum ad cor respicere,
dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotes per
uenire. Sæpe quidem eos quærunt sani & læti, sed
dum quærunt antequã perueniant ad eos moriun
tur. Sed dei misericordia est ubiq;, qui & iustis no
uit parcere, & si nõ tã cito sicut si soluerentur à sa-
cerdote. Qui igitur omnino confitetur sacerdo-
Priuata & pu ti, meliori q̃ potest confiteatur. Et si peccatum
blica confessio occultum est, sufficit referre in notitiã sacerdotis,
& satisfactio ut grata sit oblatio muneris. Nam in resuscitatio-
Cap. XI ne filię principis pauci interfuerunt qui uiderent.
Nondum enim erat sepulta, nondum extra portã
ciuitatis delata, nondum extra domum in notitiã
deportata. Intus resuscitauit quam intus inuenit,

relictis solis Petro & Ioãne & Iacobo & patre &
A matre puellæ. In quibus figuraliter continenť sa-
cerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, ani
maduertẽdum est quomodo suscitauit. Flebat au-
tem turba post filium uiduæ, fleuit Martha & Ma
ria supplicans pro fratre, flebat etiam turba quæ
Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admoni-
ta: in quo docemur publice peccantibus non pro
prium, sed ecclesiæ sufficere meritũ. Sic itaq; mor-
tuus iaceat, sicq; se mortuũ ostendat, publice mor
tem suã prædicando, publice fructus pœnitentiæ
ostendendo, ut turba ploret amissum, & defleat
quẽ dolet mortuũ. Istis lachrymis mouebitur do-
minus, qui reddet matri unicũ filiũ. Si nimis perse
uerauerit, si se mortuum per fructus pœnitentiæ
non declarauerit, tanto plus oportet addere. Vn-
B de lachrymis excitetur, non solum Marthæ, sed e-
tiam Mariæ. Tantum se affligat, tantum se dolere
& se mortuũ sentire ostendat, ut audientes & con
templantes plorando orent ueniam. Quorum fle
tum miretur ecclesia. Qui enim multos offendit
peccando, placare multos oportet satisfaciẽdo: ut
ecclesia prius offensa per culpam, in conuersione
flectatur per misericordiam, orans pro ipso quem
defunctum dolebat, unde deus flecteretur ad ue- *Extra ecclesiã*
niam, qui prius adhibuit misericordiam. Labo *nõ est pœniten*
ret itaq; pœnitẽs in ecclesia esse, & ad ecclesię uni *tia. Cap. XII*
tatem tendere. Nisi eñ unitas ecclesiæ succurrat,
nisi quod deest peccatori sua opitulatione com-
pleat, de manibus inimici non eripieť anima mor
tui. Credendum est enim, & pietas fidei expostu-
C lat credere, quod omnes eleemosynæ totius eccle
siæ & orationes & opera iustitiæ & misericordiæ
succurrant recognoscenti mortem suam ad con-
uersionẽ suam. Ideoq; nemo digne pœnitere po-
test quem non sustineat unitas ecclesiæ. Ideoq; nõ
petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate
ecclesiæ diuisos. Iudas enim pœnitens iuit ad Pha
risæos, reliquit apostolos: nihil inuenit auxilij, sed *Matth. 27*
augmentum desperationis. Dixerũt enim, Quid
ad nos? tu uideris. Si peccasti, tibi sit, non tibi suc-
currimus, non peccata tua charitatiue suscipi-
mus, non comportanda promittimus, non quali-
ter deponas onus docemus: Quid enim nobis &
misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? Si
isset ad fratres, si isset ad illos qui orauerant pro so
D cru Petri febricitante: qui Chananæam improbã
misericordi obtulerant: interrogasset Petrum pro
se lachrymas effundentem, non fugisset Mariam
& Martham, quæ uitam Lazaro impetrauerant,
non turbam plorantẽ, quæ unicum filium acqui-
sierat uiduę: iuit ad diuisos, & diuisus periȷ̃t. Hanc
unitatem omnis boni sentit operatricem qui di-
xit, Vinea fuit pacifico in eo quæ habet populus.
Nisi enim in ecclesia uniuersali populos se conti-
nentes cognosceret, se uineam impetraturum nõ
præsumeret. Scit enim & experimẽto cognoscit,
utpote qui pro omniũ salute laborauerat, se absq;
auxilio ecclesiæ stare non posse. Non enim est pa
rum cui omne bonũ succurrit, siue in cœlo siue in
terra constitutum. Hoc amittens per excõmuni-

cationem, nisi recuperet per sanctæ matris unitatem uel pietatem, quomodo unꝗ poterit pœnitere, **A** quomodo deum beneuolum poterit inuenire, qui eius sanctissimã sponsam & matrem filiam & sororem nõ dubitauit offendere, & eius auxilium omnino contemnere.

Dolor ex fide Cap. XIII

Ex fide pœniteat, credat hanc esse medicinã, omnes fructus suæ pœnitentiæ paruos habeat, nunꝗ credat sufficere, semper doleat, semper corã domino ante quem peccauit erubescat, dolorẽ cum uita finiat. Nam si & Apostolus etiam peccata per baptismum remissa continue plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis quid præter plorare restat? Quid nisi semper dolere in uita? Vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitennia. Si autem pœnitẽtia finitur, quid relinquitur de uenia? Tam diu enim gaudeat & speret de gratia, ꝗ diu sustentat̃ à pœnitẽtia. Dixit enim dñs, Vade, & amplius iam noli peccare. Non dixit, ne pecces: sed, nec uoluntas **B** peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor continue in pœnitentia custodiat̃? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si conngerit, semper doleat. Et non sit satis quod doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.

Circumstantiæ peccatorum Cap. XIIII

Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius uitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere fornicãtem secundum excellentiam sui status aut officij, & secundum modum meretricis, & secundũ modum operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit. Si in loco sa- **C** cro, aut cui debet excellentiam fidei, ut sunt domus dominorũ & aliorum multorũ: Si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate sanctorũ, & in tempore ieiunij: Consideret quantũ perseuerauerit, & defleat quod perseuerãter peccauerit, & quanta uictus fuerit impugnatione. Sunt enim qui nõ solũ nõ uincunt̃, sed ultro se peccato offerunt: nec expectant tentatiõnẽ, sed præueniũt uoluntatem, & pertractãt secũ ꝗ mulnplici actione uitij delectabiliter peccẽt. Omnis ista uarietas cõfitenda est & deflenda, & cũ cognouerit ꝙ peccatum est multũ, cito inueniat deum propitiũ. In cognoscẽdo augmentum peccati, inueniat se cuius fuerit ætatis, cuius sapientiæ & ordinis, & statum omnem alterius non peccantis. Immoretur in sin- **D** gulis istis, & sentiat modum criminis: purgans lachrymis omnẽ qualitatẽ uitij, defleat uirtutẽ qua interim caruit.

De pœn. di. 25 ca. consideret

Dolendũ est eñ, & dolore purgandum, non solũ quia peccauit, sed etiã ꝙ se uirtute priuauit. Nam licet speret se consecuturũ ueniam, dolere tamen potest, quia non promeruit unde remunerari confidat, anxiet̃ & doleat ꝙ modo effugiens de præteritis pœnam miser, non inde expectet graniam: cuius omne tempus quoniã breuissimum est, debuit decertauisse ad cõsequendũ præmium.

4. sent. dist. 16 cap. in perfectione

Defleat etiam quoniam in uno offendens, factus est omnium per ingratitudinẽ reus. Ingratus enim extitit, qui plenus uirtutib. deũ omnino nõ timuit. In hoc enim quisꝗ peccator fit culpabilior, quo est deo acceptior. Ideo enim Adam plus **A** peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in uno, reus est omniũ: quia omnis uirtus patitur detrimentũ ab uno uitio.

De pœn. dist. 5 ca. considere:

Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ uel uiolaret castitatem, uel saltẽ minus amaret. Si enim propter deum tanta adhuc castitas inest, ut nolit eam perdere: tamen saltem minori gaudio, minori affectu tuetur eam, ubi uidet inde procedere damnum pecuniç. Sicꝗ & in alijs quæ etiam si non expellantur, tamen per conceptionẽ unius uitij uel satis uel parum minuuntur, uel intentione deteriorantur: unde omnis uirtus cuicunꝗ crimini est deflenda, & de omnib. indulgẽtia est petenda. Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator deo eripuit, uel ereptam in malo confirma- **B** uit: etiam quod exemplũ extitit mali in operatione sui criminis, cui magis profuisset, si alijs fuisset causa conuersionis. Gemat itaꝗ aliorum uitam in sua corruptam, uel incorruptã non conseruatam, et cõmodum proximi quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam peccando bonis intulit, & de lætinia quam eis nõ adhibuit. Et non solũ cogitet quid & qualiter fecerit, sed ꝗ iniuste deũ, ut diximus, peccãdo offenderit. Timeat illam ueritatis sententiam, Non potestis duobus dominis seruire. Timeat ergo ne omnia bona quæ fecit, dũ in uno peccato perseuerauerit, ex contaminatione mali perdiderit: ut qui seruiuit diabolo per cri- **C** men, dei quam obtulit amiserit seruitutem. Pium est tamen credere, ut recepta dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiã remuneret bona: ut cum destruxerit quod suum non inuenit, amet & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit.

Satisfactio Cap. XV

In omnibus dolens, aut seculũ derelinquat, aut saltẽ illa quæ sine admixtione mali nõ sunt administranda, ut mercatura & militia, & alia quç utentibus sunt nociua, ut administrationes secularium potestatũ, nisi his utat̃ ex obedientiæ licentia.

4. sent. dist. 19 cap. in perfectione

Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro reparanda animæ uita, quæcunꝗ faceret pro uitanda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia uitam recuperat infinitam ut **D** deus. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecet̃ deum, certus de uenia, qui omnib. modis & sine tædio dubius rogaret potestatem terrenã. Abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrij cõmisit illicita. Semper offerat deo mentẽ & cordis contritionẽ, & deinde quod potest de possessione. Tunc quod offert securus offeret. Respexit enim dñs ad Abel & ad munera eius, sed prius respexit ad Abel ꝗ ad munera. Sumens enim mentem quam cognouit humilem ac purã, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain uero non respexit, nec ad eius munera. Mentẽ enim eius quã uiderat, quoniã nõ cognouit humilem, eius munera nõ recepit. In iudicio enim cordis

dis cõſiderãda eſt eleemoſyna tribuẽtis. Nec iam
conſiderandũ eſt quantũ, ſed qua mente, qua affe A
ctione dat quod poteſt. Vidua eñ duob. quæ ha-
buit larga minutis, plus omnib. miſit. Qui igitur
uult peccata ſua redimere temporaliũ oblatione,
caueat ut offerat mentẽ prius. Cautus ſit ne uere-
cundia ductus diuidat apud ſe confeſſionẽ, & di-
uerſa diuerſis ſacerdorib. uelit manifeſtare. Qui-
dam eñ uni cęlant, quæ alij manifeſtãda cõſeruãt:
quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, &
ſemper uenia carere, ad quã per fruſta totã putat
peruenire. Caueat pręterita quẽ uera delectat pœ
nitentia, non prius ad domini corpus accedat ꝙ
conſortet bona conſcientia. Sed in hac ſeparatio-
ne tremendũ dei iudiciũ cogitet, ubi magis terri- B
bilis ſententia peccantes ſeparabit in ignem. Ge-
mat ꝙ nondũ audet ſumere quẽ multũ deſiderat
cibũ ſalutarẽ. Iſti ſunt digni fructus pœnitẽtiæ, ani
mam captiuã elaqueãtes, et in libertate ſeruantes.
Cohibeat ſe præterea à ludis & à ſpectaculis ſecu-
li, qui perfectã uult cõſequi gratiam remiſſionis.
Nã Dina ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remãſiſſet,
ab extraneo raptore corrupta non fuiſſet. Tanto
igitur magis ſibi caueat & cohibeat ſe anima quæ
ſæpe uel ſemel corrupta eſt & rapta: timeat iã do-
cta experimẽto, quod ignorauit uirgo: eligat quẽ
imitet, non ſequat quem animus ſuus damnat: ſe
enim iudicat qui fructus pœnitẽtiæ nõ habentẽ à
ſe nõ elongat. Audet eñ & amet quos digne fru-
ctificare non ignorat: quærat fructus dignos, & ſi C
nõ dignos pœnitentiæ. Sunt eñ digni fructus uir
tutum fructus, q non ſufficiũt pœnitentibus. Pœ-
nitentia enim grauiores expoſtulat, ut ſic pacet
eccleſia, ut pacata dolore & gemitib. mortuis im-
petret uitã. Sentiat culpã, nec uelit excuſare ne

Accuſet non excuſet ſe cõfitens. Ca. XVI

augeat crimẽ: ut Adã cui nõ ſufficiebat peccaſſe,
ſed ampliauit crimen culpando uxorẽ, & culpam
transferẽs in autorem. Iſtud peccatũ multoties in-
curritur, ſed neglectum ignoratur. Non itaq; pec-
cantes dicamus, Non aliud potui: cur me conſti-
tuiſti furem, quia deus fecit me pauperẽ. Nec mi-
rum ſi deditus ſum fornicationi, quia talis creatus
ſum naturæ & fragilitatis. Fragilitas enim ui co-
git, ut uoluntas cõmittat criminalia. Errat qui fal-
litur. Natura enim talis eſt, ut quiſq; poſſit reſiſte-
re malo, cui ſe ſubijcit ex arbitrio. Sunt autem qui D
defendunt culpam in dei prouidentia, reputantes
dei ordinationi & neceſſitati, quod relictũ eſt uo-
luntati & arbitrij libertati. Sciuit enim deus quid
facturus eſſet qui peccat, ſed non ordinauit pecca
tum, qui nullum relinquit impunitum. Ordinauit
pœnam, amantibus culpam. Ignis enim opus eſt
iuſtitiæ, ut habeant unde doleãt, qui gaudere non
amant. Non ordinauit peccare, qui peccatum uo-
luit curare: ſed permiſit libertati, quod peccator
donauit neceſſitati. Si enim nõ poſſet peccare, nõ
deberet qui totus eſt iuſtitiæ remunerare. Ideo nõ
ſanctificat animalia muta, quia nulla poſſunt com
mittere crimina. Angeli quoq; qui perſtiterunt ſi
liberi non fuiſſent, unde coronarent? Potuerunt
eñ peccare, quorũ ſimiles ceciderũt. Licet eñ mi
ſericorditer cuncta creauerit, iuſtitiã tamen in mi
ſericordia qui iuſtus eſt cuſtodire oportuit. Sed di
cit qui non ſentit culpã ſuam. Nihil boni poſſum
habere, niſi inſpirante gratia, nihil enim ſine gra-
tia poſſum facere. Si ipſe itaq; me non conſeruat,
ego qui ex me nihil poſſum, quam habeo culpã?
Si ego ſine eo poſſem uitare crimen, me ſentirem
culpabilem. Adhuc omnia quæcunq; uoluit do-
minus fecit in cœlo & in terra. Quid itaq; culpę in
me eſt, ſi nõ uult ſaluare? Multum, inquam. Licet
enim nihil conſequi poſſis ſine miſericordia illa
quã repellis: potes tamẽ libere tenere gratiã, quã
retinendo potes, ſi tamẽ placeat, euitare culpam.
Deus eñ qui ſemel incepit benefacere, niſi quod
omnino noſtrum eſt, derelinquamus eius benefi-
cium, qui pius eſt inſpirãdo, cogitur ex neceſſita-
te iuſtę miſericordię, neminẽ prius poſſe relinque
re. Non eñ ſui relinquere eſt, niſi relinquentẽ. Id-
circo enim culpa noſtra eſt, quia fugimus gratiam
quã poſſemus habere perpetuã: ſemper inuita re-
cedit, & nunq; aliquẽ ſpõtanea deſerit. Cui tamen
ſententiæ nõ contradicit, ſed omnia quæcunq; uo
luit fecit. Creauit enim quicquid uoluit, nec plus
creauit ꝙ uoluit. Vult tamen in unoquoq; bonũ,
& in nullo malũ. Sed ſic uult, ut homo quem non
uult peccare, non deſinat eſſe homo. Non tamen
uult ita hominẽ non peccare, ut eum uelit bouem
ſtatuere. Nõ enim haberet quẽ remuneraret, nec
cui fulgorẽ ſuæ claritatis infunderet, nec quem co
hæredẽ ſtatueret, nec in quo imaginẽ & ſimilitu-
dinẽ ſuam inueniret. Nec illius qui totus iuſtitia
eſt, fuit aliquẽ ſic creare ut nõ poſſet peccare, niſi
hoc promereret in humana libertate. Vult itaq;
fieri bonos ſaluo utriuſq; eſſe, ut ipſe remaneat de
us, & iſte homo. Si enim formaret hominem ſine
libertate, contra iuſtitiam faceret quæ deus eſt. Si
auferret libertatẽ, humana dignitas non remane-
ret. Voluit itaq; non peccare hominem, ſed & hu
manam naturam non amittere. Sic itaq; pius eſt,
qui noſtrã uult ſalutẽ: & non eſt impotẽs, qui hoc
uult ſaluo utriuſq; iure. Iuſtus eñ eſt rex, cuius ius
tueri oportet: pręſto ſemper eſt gratia quæ nunq;
defuit niſi prius expulſa. Continue & neceſſario
quod ſuũ eſt inſpirat, ſi eſt qui recipiat. Et expulſa
reuertitur per pœnitentiam. Et ut nõ pereat crea-
tura quã pietate ſua liberã creauit, & ex libertate
ditatam, in auxiliũ gratiæ retinendæ, quæ ſemper
præcedit omnẽ creaturam, fecit ut libere ſeruiret.
Ad hanc protegendã, ad hanc non expellendam
addidit angelos et ſanctos omẽs beatos, addiditq;
omnes in æterna uita collocatos, addidit & in car
ne uiuos, & totam ſanctam eccleſiam, omnibus
& in omni ſuo bono ſuccurrentem: & quod maxi-
mum eſt, filium ſuum miſit in auxilium, quem tan
ta pro nobis pati decreuit, & interpellatorem
conſtituit continuum, quem dilexit. Inſpiratio-
nem ſuæ pietatis, præter quam nihil creauit, non
expellamus, non fugiamus, non faſtidiamus, ſed
omnibus adiuuãtibus firmiter & cum gratiarum
actione teneamus. Sic culpa noſtra eſt nõ creatu-
rarum nobis in auxilium tributarum, non autoris

nihil

nihil iniuste, sed pie uolentis, & in omni uoluntate sua omnipotentis. Qui itaq; in confessione ista A animaduertit, aut saltē contra istam culpā suā nō defenderit, per pœnitentiā consequetur ueniam. Hæc est uera pœnitētia quæ sic est fructifera, quā nobis concedat qui totus est uera misericordia.

Dilatio confessionis Cap. XVII De pœn. dist. 7 cap. nullus

Nullus ergo expectet qn̄ iam nō possit peccare. Arbitrij enim quærat libertatē ut dolere possit, cōmissa, non necessitatē. Qui prius itaq; à peccatis relinquitur, q̄ ipsa relinquat, ea non libere, sed quasi ex necessitate condemnat. Licet enim latro ueniam meruisset in fine de omni suo crimine, nō tamē dedit baptizatis peccādi & perseuerādi autoritatē. Tunc em̄ baptizatus est, qui tunc primū in cruce Christum confessus est. Pœnitentia enim si in extremo hiatu uitę aduenerit, sanat & liberat B in ablutione baptismi, ita q; nec purgatorium sentiunt qui in fine baptizantur. Sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ, sunt recepturi multiplex bonū in uera beatitudine. Illi aūt qui cum potuerunt nunq̄ conuerti uoluerunt, confitentes cum iam peccare nequeūt, nō sic facile acquirūt quod uolunt. Oportet enim ut pœnitētia fructificet, ad

1. Cor. 13

hoc ut mortuo uitam impetret. Scriptū est enim, sine charitate neminē saluum esse. Non itaq; in solo timore uiuit homo. Quem ergo sero pœnitet, oportet nō solū timere deum iudicē, sed & iustum diligere. Non timeat̄ pro pœna, sed amet̄ pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de om̄i eius

Ezec. 33

prędicta uarietate. Quod quoniā uix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare: credo quidē illi qui dixit, Quacunq; hora peccator ingemuerit C & conuersus fuerit, uita uiuet. Dixit conuersum, non tantum uersum uita uiuere. Versum quidem puto qui dolet de crimine, cōuersum qui dolet de animi eius quam exposuimus uarietate. Vertitur à peccato qui iam uult dimittere peccatum. Conuertitur qui iam totus & omnino uertit̄, qui iā nō tantū pœnas non timet, sed ad bonū domini contendere festinat. Quæ cōuersio si contigerit alicui etiā in fine, desperandū nō est de eius remissione. Sed quoniā uix uel raro est tam iusta conuersio, timendū est de pœnitēte sero. Quē em̄ morbus urget, pœna terret, ad uerā uix ueniet satisfactionē, maxime cū filij q̄s illicite dilexerit sint præsentes, uxor & mundus ad se uocent. Multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniam deus D semper potens est, semper etiā potest in morte iuuare quib. placet. Cum itaq; opus sit nō hominis, sed dei, fructifera pœnitētia, inspirare eam potest quandocunq; uult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos dānare potest ex iustitia. Sed quoniā multa sunt quæ impediūt & languentem retrahūt, periculosissimū est & interitui uicinum, ad mortē protrahere pœnitentiæ remediū. Sed magnum est cui deus tunc inspirat. Si quis est igitur qui ueram tūc quærat pœnitentiā, expectet dei clementiam, maiorem sentiens dei bonitatem

Ignis purgatorij. Ca. XVIII

sua nequitia. Sed si etiā sic conuersus euadat, uitam uiuat & non moriatur: non tamen promittimus q; euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum A distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis & si æternus non sit, miro tamē modo est grauis: excellit enim omnem pœnā quam unquam passus est aliquis in hac uita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tanta sustinuerint supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, ut post mortē non oporteat talem pœnam tolerare. Quædam enim peccata sunt, quæ sunt mortalia, & in pœnitentia fiunt uenialia, non tamen statim sanata. Sæpe enim quidam ægri morerentur, nisi medicarentur, nec statim sanātur. Languet uicturus, qui prius erat moriturus. Qui autē impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitens moritur B uel finitur, si semper uiueret, semper peccaret. At dei est miserentis qui operatur finem peccātis: ob hoc etiam sine fine torquetur, quia nunquam ditatur uirtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquetur sine fine. Omnia ista mala deuitat pœnitentia, quæ dolorem semper expetit in pœna. Continue enim dolendum est de pecca-

Dolor de peccati. XIX

to, quod declarat ipsa dictionis uirtus. Pœnitere enim est pœnam tenere, ut semper puniat̄ in se ulciscendo, quod commisit peccando. Pœna enim proprie dicitur læsio, quæ punit & uindicat quod quisq; cōmisit. Ille igitur pœnā tenet qui semper punit quod cōmisisse dolet. Supradictis itaq; modis requirat indulgentiā, qui dolet de culpa. Non erubescat confiteri peccata peccatori. Si em̄ sacer C dos peccata nō haberet, erubescere posset q̄ peccata sua ei manifestaret. Sacerdos itaq; cui om-

Sacerdos qualis esse debeat Cap. XX

nis profertur peccator, ante quem statuit̄ omnis languor, in nullo eorū sit iudicandus quæ in alio iudicare est promptus. Iudicās enim alium qui est iudicādus, condemnat seipsum. Cognoscat igitur se & purget in se quod alios uidet sibi offerre. Caueat ergo ut à se abiecerit quicquid in alio dānosum repererit. Animaduertat quod qui sine peccato est, primus in eam lapidē mittat. Ideo enim liberauit peccatricē, quia nō erat qui iuste projceret lapidē. Quomodo lapidaret qui se lapidandū cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in q̄ intelligit̄ omnes crimine fuisse reos. Nam uenialia semper remittebant̄ per ceremonias. Si quod igi- D tur peccatū in eis erat, criminale erat. Deteriores itaq; in hoc sunt sacerdotes se prius nō ædificātes, illis qui dn̄m obseruabant insidijs. In hoc itaq; patentissimū est crimen sacerdotū, & ultra modū detestabile, qui nō prius se iudicāt, & alios alligant. Deberēt enim in se timere crimē, quod in alijs timuerūt & detestabile senserūt. Illi quidē adeo cæcierant, q; summā sapientiā sperabant capere suis insidijs. Quod illis patuit, quod tunc quisq; uitauit, uitet sacerdos qui in hoc errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritalis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita nō careat munere sciētiæ. Oportet em̄ ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, ut quod debet iudicare, discernat. Diligens

gens igitur inquisitor & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astute interroget à peccatore quod A forsitan ignoret, uel uerecūdia uelit occultare. Cognito itaque crimine, uarietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera quæ supra diximus in exponendo eorū qualitates. Quibus cognitis assit beneuolus, paratus erigere & secum onus portare. Habeat dulcedinē in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionē in uarietate. Adiuuet confitentem orando, eleemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo. Semper eum iuuet leniendo, cōsolando, spem promittendo, & cum opus fuerit etiā increpādo: doceat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps uult fieri gaudij. Doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariā. Licet enim pœnitentia ei possit B acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primā. Licet enī Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, nō est tamē necesse ut hoc omnibus concedatur quasi ex autoritate. Inuenitur enim autoritas quæ concedit et quasi imperat. Inueniē alia quæ minime concedit, sed uetat. Quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si tempus & locus & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot sunt qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex autore defendant, & quasi ausum peccādi sibi faciant, rescindenda est spes ista. Si uero locus est ubi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus atque discretus, non cogitur sacerdotes suos semper abijcere, nec mox restituere, nisi statutū fuerit à Romano pontifice. Ex supradictis itaque patet, quod pœnitentia omnibus utilis est, nec spem auferens nec temeritatem concedens, sed digne & uere suscepta, promittit nō solum indulgentiam, sed certa præmia. Hæc scribimus tibi studiosa ueritatis, & amatrix certitudinis, de uera pœnitētia, ueram à falsa separantes. Quam nobis det experimento cognoscere, & eius usque ad finem dulcedinem sentire, qui tibi illustratione sui luminis prærogamen contulit bonitatis, & in ipso stabilitatis in odorem suauitatis. Amen.

CENSVRA.

Qui scribit hunc libellum, subindicat se fuisse clericum, qui cesserit ad uitæ correctionem: laicum autem fuisse cui scribit. Apparet hominem fuisse pium, sed absque literis: nam sermo nec purus est, nec cohæret alicubi, sed habet tamen piam loquacitatem. Quanquam hæc Augustino tribuere, summæ sit impudentiæ.

LIBER SIVE EXHORTATIO DE SALVTARIBVS DOCVMENTIS, AD QVENDAM COMITEM.

Vera iustitia Cap. I

O Mi frater, si cupias scire, quamuis ego nesciam, quæ perfectissima atque plenissima sit iustitia. Iustitia nanque est, deum ex toto corde amare, illique adhærere tota uoluntate, qui est summum bonum. Summum uero amare bonum, summa est beatitudo. Qui deum amat, bonus est. Si bonus, ergo & beatus. Quem quanto quis ardentius amat, tanto melior efficietur: quatenus hoc beatissimo bono abūdare te faciat, charissime frater, ipse qui est hoc bonum, quotidianis precibus integro cordis desiderio eū, etsi indignus, deprecari studeam. Tu uero frater charissime intellige, quia consilio sanctæ trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatus es. Ex primoque cōditionis honore intellige quantū debeas conditori tuo, dum tantā mox in conditione dignitatis priuilegium præstitit tibi cōditor æternus, ut tanto eum ardentius amares, quāto mirabiliorem te ab eo esse con D ditum intelligeres. Nec hoc solum quod consilio sanctæ trinitatis sic excellenter à cōditore conditus es, sed etiam quod ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium te creauit, quod nulli alij ex creaturis nisi soli homini concessit. Et hæc est imago unitatis & trinitatis omnipotentis dei, quam anima tua habet in se. Primum, quia secundum dei donum uiuis ac sapis. Secundum, quia ad imaginem tui conditoris creatus es. Tertium, licet unus appelleris homo, tamen tres habes à patre & filio & spiritusancto cōcessas dignitates, id est, intellectum, uoluntatem, & memoriā. C Quod idem licet alijs uerbis designat in Euangelio cum dicitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnib. uirib. tuis. In his enī tribus imaginē conditoris nostri mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentiorib. animæ dignitatib. iubemur diligere conditorē, ut quantū à nobis intelligit diligat, semperque in memoria qua recipitur, habeat. Nec solum sufficit nobis, deum intelligere, nisi fiat in amore eius uolūtas nostra: imò nec hoc sufficit, nisi cum memoria & uoluntate opus addat. Tuo uero capiti frater charissime, assit gratia spiritalis sciētiæ, quæ mentem tuā illuminet, & ad uitā æternā sicut desidero & opto perducat. Toto etenim cordis mei affectu opto, deumque deprecor ut semper ad anteriora te extendas, donec peruenias ad sublimē perpetuæ beatitudinis coronā: & animi tui nobilitatē quam in te optime scio, nullis amicorū consilijs, nulla secularium ambitione desideriorū, ab amore Christi immutari permittas. Noli tuam bonitatē aliorū malignitate obscurare, sed ubique quantū uales amabilis corā deo & omni populo appareas. Noli putare quod is qui hominib. aliquādo displicet, deo pro omnia displiceat. Nō deerit tibi gratia adiuuātis dei, si tibi aderit uoluntas admonitionis sanctæ, quā sæpius in scripturis diuinis mēs bonitatis tuæ attendit

Matth. 22

Conditus bonus. Cap. II

Conuersio ad deum Cap. IIII

Imago dei quomodo in homine. Cap. III

Eleemosyna Cap. V dit. Esto quæso te, quíuis laicus, ad omne opus dei promptus, pius ad pauperes, mediocris ad delinquētes, ad dei infirmos misericors, consolator mœrentiū, cōpatiēs miserijs omniū, largus in eleemosynis, memorans euangelicæ uiduæ offerentis duo minuta. Et audi Prophetā dicentē, Frange esurienti panē tuū. Et caute præuidens discretionē eleemosynæ, ita ut utrisq; dāti scilicet & accipiēti sit solatiū. *Luc. 21* *Esa. 58* Itaq; nō solū de salute tua, uerumetiā de multorum profectu & prosperitate meditare. *Qui consulēdi Cap. VI* Elige tibi consiliarios bonos, deum timētes, & ueritatem amantes. Sæpe etenim adulatores blanda facie decipiūt animas audientium se, & perpetuæ mortis laqueis interimunt. De talib. eīn dicit Psal mista: Quoniā deus dissipauit ossa eorū qui homínibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. *Psal. 53* Et Apostolus dicit: Si hominib. placerē, Christi seruus non essem. *Gal. 1* Vnusquisq; ad ædificationē, non ad destructionem placeat proximo suo, quia nō omnis amicus consiliarius esse poterit, dicēte scriptura: Amici tibi sint multi, consiliarius autem unus. Licet enim me mutationis locus lōge tu- *Charitas in absentes Cap. VII* lisset à uobis corpore, sed nullatenus charitate: quia charitas quæ deseri potest, nunquā fuit uera. Ideo intima amicitiarum charitate quātum possumus domino Christo coniungamur, quia ipse ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. *Ioan. 15* Et iterum ad discipulos suos: Iam non dicam uos seruos, sed amicos meos. Et si præmia æter- *Obseruatio præceptorū Cap. VIII* næ uitæ uolumus promereri, illius præcepta totis uiribus satagamus custodire. Præcepta namq; eius nolentib. grauia sunt, uolentib. leuia, sicut ipse ait: Iugum meum suaue est, & onus meum leue. *Matth. 11* Et iterum: Super quem requiescā nisi super humilem et quietū & trementē sermones meos? *Esaiæ 66* Seculi enim amicitia, aut lucro, aut beneficijs, aut diuersis honoribus constat: saluatoris autem amicitia in se & proximo diligendo consistit. Igitur quotiescunq; bonis actibus mādata Christi facimus, tories Christi amici uocamur. Ille semper inuitat nos ad amicitiam suam, & diabolus inuidens quærit nos mergere in infernum. Saluator nos amat, & proditor nos odit: ideo nō prætermittamus redemptorem, ne sequamur prædonem. Charior nobis sit qui libertatem restituit, q̃ qui nos captiuauit & seruituti subdidit. Sēper ante oculos cordis pone, quod nec amicorum turba, nec familiæ multitudo, non auri argentiq; congestio, non gemmarum lapilli fulgentes, non uindemiarum ubertas, non densitas segetum, non iucunditas extensa pratorū possunt animæ exeunti de corpore ullum afferre præsidium, sed potius lugent qui ea diligunt. Ideo diligendus est uerus amicus noster dominus Iesus Christus, qui præsentem felicitatem nobis & æternæ uitæ tribuet beatitudinē. Nam redemptor noster ideo dicitur, quia nos redemit à diaboli captiuitate: & saluator nos saluando à peccatis nostris: adiutor, adiuuando nos in opportunitatibus, in tribulatione: protector noster, protegendo nos ut inter inimicos nostros maneamus illæsi: susceptor, suscipiendo nos in æterna tabernacula. Ideo charitatem & præcepta & amorem tanti amici nostri totis uiribus adimpleamus, & nobilitatē imaginis illius in nobis seruemus, & rememoremur semper, q̃ inclytus & ualde gloriosus imperator & amicus noster est. Ille à nobis non aliud quærit munus nisi spiritale. Caueamus quantū possumus ne aliquid in nobis inueniat, quod oculos eius offendat. Et si forsitan, ut solet humanæ fragilitatis conditio, aliquā negligētiæ maculā malignus spiritus in nobis infigit, citius per cōfessionē & pœnitentiā fontemq; lachrymarū abluere eam omni studio festinemus, ne diu sine amici nostri amplexu maneamus, quia paratior est nos recipere, q̃ perdere tantū, si non tardemus de die in diem reuerti ad illū. Hęc enim duo mala omnipotēs deus odit in omnib. hominibus, id est negligētiā reuerendi, & desperationē salutis. Tantum hæc absint à cogitationib. procul nostris: & ille tunc animis prope erit nostris. Ne quæso de terrena felicitate gloriantes confidamus, sed gratias agamus ei, qui dum homines uoluit esse rationales, nō superbia, sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ rogo maior esse nobis poterit gloria, uel sublimior honor, q̃ eius imperatoris esse amicos, qui super omnes imperatores est? Et quāto ille sublimior est in omni potētia & uirtute, tanto nos maioris debemus esse diligentiæ in sanctitate & iustitia & humilitate & obseruātia mandatorū illius. Sanctitas uero in iustitiæ operib. constat. *Iustitia Cap. IX* Iustitia uero duobus adimplet, ut quæ prohibita sunt ab eo, non faciamus: ut quæ iussa sunt ab eo faciamus: iuxta Prophetā, Diuerte à malo & fac bonū. *Psal. 36* Omnis enim librorū sanctorū series ad nostrā salutē scripta est: et hoc maxime nostris auribus intonat, & iterū atq; iterū replicat, quid sit homini cauēdum, uel quid sequendū. In quib. libris tua dignitas optime exerceri solet, quia per illos nobis loquitur deus ipse & dominus noster, & piæ nobis uoluntatis demōstrat affectum. Recognoscamus & recogitemus, quali honore nobis illius sit legatio accipienda. Quid si legatio à rege aut à iudicibus ad nos ueniret, nunquid nō mox alijs curis postpositis prompta uolūtate & cum omni deuotione literas accíperemus, & legentes implere satageremus? Et ecce de cœlo rex regum & dominus dominātium, imò & redemptor noster per Prophetas & Apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas: non ut aliquod seruitium sibi necessarium demandet, sed quæ ad salutem & gloriā nobis prodesse possint innotescat. Proinde si aliquid in hoc seculo *Deus possessio nostra. Ca. X* possidere delectamur, deum qui possidet omnia, qui creauit omnia, expedit ut mēte possideamus, & in eo habeamus quęcunq; feliciter & sancte desideramus. Sed quoniam nemo possidet deum, nisi qui possidetur ab eo: simus nosipsi facti dei possessio, & efficief nobis possessio deus. Et quid potest esse in mundo felicius, q̃ cui efficitur suus imperator & redemptor census, & hæreditas dignatur esse ipsa diuinitas? Omnes enim ex illo fructus percipimus, si in illo & de illo semp uiuimus. Quid rogo homini sufficit, cui ipse conditor non sufficit

sufficit? Quid ultra quærit, cui omne gaudium & omnia suus redemptor esse debet? Heu quod subtiliter nos ille antiquus hostis decipiēdo fallit, eáque cæcitatem ante oculos mentis nostræ obducit, ne discernere ualeamus gaudium huius seculi & gaudia regis æterni. Nam gaudere siquidem bonū est, sed qui gaudet, si nō inde gaudet unde debet, non potest bonū esse quod gaudet. Gaudet miles terrenus acquisisse honores huius seculi perituros, uestes pulchras & speciosas armillas brachio circundatas, coronam capiti impositam: & tale gaudium non est æternum, sed periturum. Gaudet & raptor, cum desideria rapuerit. Gaudet ebriosus, cū occasionem potationis inuenerit. Gaudet adulter, cum ad delectationem corporis fruendi meretricis peruenit. Gaudet periurus, si huius seculi facultates iurando acquisierit. Gaudet iracundus, si iram suam perfecerit. Et multa alia quæ mens bonitatis tuæ frater charissime comprehendere poterit. Et cum sit gaudere bonum, de his atque huiusmodi tamen gaudere grande malum est, & perducens usque ad mortem peccati. Nec ullū quodlibet scelus coram deo tam abominabile fit, quod præterita peccata unicuique nostrū reminiscendo gaudere et inde exultare, atque in eis semper iacere. Hęc sunt quæ superius diximus, unde nos uult gaudere mūdus, ut pereamus cum amatoribus huius mundi. Hæc enim gaudia uelut uenena diaboli repudiare debemus, quia non solum corpora, sed & animam nostrā perpetualiter necare festināt. Quæso frater mi, quæso has diaboli sagittas ad petram quæ Christus est allidens, sume fidei scutum, in quo possis omnia tela diaboli ignea extinguere, & gaudeas de bonis, de conscientia pura, de confessione uera & pœnitentia digna, de luctu & uera tristitia, quæ non secundum mortem, sed secundum deum salutem operatur æternam. Eam uero quæ secundum hoc seculum est tristitiam, firmiter Apostolus prohibet dicens: Nolite contristare spiritum sanctū dei in quo signati estis in die redemptionis. Sed omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia: & estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut et deus in Christo donauit uobis. Et quantum possumus solerti studio mores nostros corrigamus, & uirtutes omniū bonorum acquirere festinemus: quatenus pietatem dei & misericordiam in tempore opportuno consequi ualeamus, & de promissione futuri illius regni ineffabiliter gaudeamus. Hæc sunt arma quæ nos contra impetum diaboli armant & deo cōmendant. Hæc sunt arma quæ animos nostros confortant, muniunt, atque nobilitant. Hæc arma semper nobiscum sunt, & intra nos, deo donante. Hæc sunt ueræ diuitiæ nostræ. Nam pudicitia pudicos facit nos, & iustitia iustos, & pietas pios, & humilitas humiles, & mansuetudo mansuetos, & innocentia innocētes, & simplicitas simplices, & puritas puros, & prudentia prudentes, & temperantia temperantes, & charitas deo & hominibus nos facit charos. Hęc omnia bona & à deo & à bono deo creata sunt. Et ideo si in illo esse uolumus quod esse debemus, sicut sanctus Apostolus Ioānes dicit: Quomodo ille ambulauit, ita & nos spiritaliter ambulemus. Quid est ambulare sicut Christus ambulauit, nisi cōtemnere uanitatem & felicitatem huius seculi, & nō timere aduersa pro nomine illius pati? Speremus quæ promisit, & sequamur quò ipse præcessit? Non nos ullo modo ab amore Christi separet huius seculi miserabilis dulcedo, neque exculatio uxoris, aut filiorum gratia, sed nec multa auri argentique congestio & possessionum delectatio, dum terribiliter cōtestatur nobis sanctus Ioannes Apostolus dicens, Nolite diligere mundum, neque ea quę in mūdo sunt, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum & ambitio seculi. Hæc sunt quæ à paradiso delitiarum in hoc miserabile exilium, Adam & Euam proiecerūt. Quia nisi dilectio dei ab eis defecisset, nūquam diligere cœpissent male suadentis serpentis consiliū, imo nec credidissent. Et cōcupiscentia carnis ab eis impleta est, & de ligno uetito gustauerunt. Et cōcupiscentia oculorum, quod sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio seculi, quo se fieri posse quod deus est, crediderunt. Et ideo uolens nos omnes Apostolus ab his tribus generib. mortis cauere, dixit, Omne quod in mūdo est, cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Et ut facilius, frater mi, bonitas tua intelligat, si placet qualiter illi primi homines Adam scilicet & Eua cōmiserunt tam grande peccatū, pandam, quatenus gratia domini nostri Iesu Christi te ab hoc semper cauere concedat, quia in illis duobus originaliter totum dānatum est genus humanum. Illi enim nō ederent de ligno prohibito, nisi cōcupiscerent, nec cōcupiscerent nisi tentati, nec tentarentur nisi deserti, nec desererētur à deo, nisi prius deseruissent deum, nec illi deum desererent, nisi prius superbirent, & similitudinem dei ad quā facti erāt, dānabiliter neglexissent. Pro quo morbida eorum corpora cōtraxerunt mortē, & iuxta sententiam domini eo die crediderunt mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriēdi. Hæc pauloante diximus de primis hominibus, ut lapsum & damnationis eorum euadere possimus exemplum siue supplicium, quia quāuis ex Adam simus carnaliter nati, non ipsum tamen debemus sequi, sed Iesum Christum dominum nostrum in quo renati sumus per baptismū & uiuimus. Quid est sequi Adam, nisi carnalibus concupiscentijs & desiderijs morte nos perpetua occidi? Et quid est sequi Christum, nisi carnales concupiscentias ac desideria in nobis mortificare, & cum Iesu qui precio sui sanguinis nos redemit feliciter regnare? Et sicut quando in Adam fuerimus, omnes in illo cecidimus, ita iam in Christo cœpimus esse, ut spiritaliter omnes cum illo resurgamus. Et ut totum dicam, Adam nobis abstulit paradisum, & Christus donauit regnum cœlorum, & corpus suum pro nobis peccatoribus tradidit. Christus enim mortuus est pro peccato, non suo, sed nostro

Marginalia: Gaudium mundi. Cap. XI — Gaudium spiritale. Cap. XII — Eph. 4 — Mūdi contemptus. Ca. XIII — 1 Ioan. 2 — 1 Ioan. 2 — Transgressio primorum parentum. XIIII — Imitādus Christus non Adam Cap. XV — A, B, C, D

ſtro, unuſquiſq; autem noſtrum non pro omnium moritur peccato, ſed ſuo. A *Quid ſit mori mundo. XII* Quid eſt peccato mori, niſi opera maligna in nobis dãnare, & hoc miſerabile ſeculum fugere? Vt ſicut homo mortuus in ſepulchro, nulli detrahit, nemini uiolentus exiſtit neminem calũniatur, neminem opprimit: non inuidet bonis, non inſultat malis: nõ luxuriæ carnis ſeruit, non bibendo magis ac magis in ſe ſitim accendit: non odiorũ flamma inardeſcit, non potentib. ac diuitib. huius ſeculi ut multi noſtris temporibus faciunt, adulat: non inquieta curioſitate rapiatur, non turbæ maxime ſibi aſtantis curam gerit: non auro argentoq; ſiue pallio circundatus diſtenditur, non ſalutationib. potentum nec parentum delectatur, non ſe iniurijs fatigat: non eum ſuperbia inflat, non ambitio huius ſeculi necat, non uana gloria turpiter iactat: nõ aurum ſiue armillæ B atq; omnes huius ſeculi falſæ diuitiæ inflammant, non rabies inſani furoris exagitat: non equorum craſſitudo & amor inuitat, non pulcherrima ſpecies fœminarum auidum reddit: non hiſtrionum miſerabilium uerba in riſum excitant, nõ contentiones huius ſeculi perturbant, nõ audacia extollit, non gaudia huius ſeculi delectant, non iracundum animoſitas, nõ ſuſpicioſum peruerſitas, non uerboſum uanitas, nõ riſorem malignitas, nõ mobilem inſtabilemq; huius ſeculi uerſatilis amor facit. Hęc & alia huiuſmodi numerãdo protelaui, ut intelligat dulciſſima fraternitas tua, quatenus homo carne mortuus nec facere poteſt iſta quæ dixi, nec pati. Et ut his talibus nõ torqueamur, ſed ſtudeamus quantũ poſſumus, cum dei adiutorio corpora noſtra cum uitijs & concupiſcentijs mortificare, & induamus nouum hominem, qui ſecundũ C *Col.5 Ephef.4* deum creatus eſt in iuſtitia & ueritate ſanctitatis. Nec humanis laudibus delectemur, nec detractoribus libenter aurem præbeamus, nec adulatorib. noſtris credamus, nec diſcordes ſimus cum ſubiectis & fratrib. ſed magis eos quos ualemus ad concordiam prouocemus, quia ſecundum Euangelium: *Matth.5* Beati pedes qui ad pacem currunt. Nec ſimus carnales, id eſt, in hoc ſeculo carnaliter uiuẽtes, *Secundum carnem uiuere. Cap. XVII* quia dicit Apoſtolus, Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini. *Rom.8* Igitur ille ſecundum carnẽ uiuit, qui ſecũdum ſeipſum uiuit: quia ipſe homo eſt & uiuit & ſecundum ſeipſum uiuit, id eſt, pergit D quò uult: dormit quando uult, & quandiu uult: loquitur quæ uult, & cui uult, & ubi uult: manducat & bibit quando uult, & quantum uult: ridet & iocũdatur turpiter inter quos uult, & quando uult. Poſtremo quicquid narib. ſuaue eſt, quærit: quicquid tactu blãdum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori ſuo iucũdum, exercet & ſequit, qualiter uult & quando uult, quia omnia licita & illicita carnaliter uult. Delectatur in ueſtimentis pulcherrimis & equitibus & armis, ſicut uult & quando uult: Et ſic non ſecundum deum, ſed carnaliter uiuit & delectat: & omnia deſideria carnis ſuæ perficit ſicut uult, & quando uult. *De uitiorum remedijs. Cap. XVIII* Quapropter chariſſime in Chriſto frater, deprecanda eſt nobis diuina clemẽtia, ut deſideria carnalia delectatio ſpiritalis minuat, & pietas in nobis crudelitatis iram reſtringat, & malignitatem patiẽtia coerceat, & libidinem pudicitia uincat, & animoſitatem tranquillitas toleret, ſcurrilitatem & uerboſitatem taciturnitas moderata compeſcat, curioſitatem ſtudium ſpiritale in uigilijs & orationibus & eleemoſynis ſuccidat, ebrietatẽ ſobrietas domet, iræ & furori manſuetudo dominetur, leuitatẽ maturitas regat, luxuriã uera caſtitas excludat, mundi cupiditatem dei & proximi charitas refrenet, iactantiam & ſuperbiam conculcet profunda humilitas: quia humilitas homines ſanctis angelis ſimiles facit, & ſuperbia dæmones ex angelis fecit.

Humilitatis laus. XIX Et ut euidenter oſtendamus, ipſa eſt omnium peccatorum initium, & finis, & cauſa: quia non ſolum peccatum eſt ipſa ſuperbia, ſed etiam nullum B peccatum eſſe potuit, aut poteſt, aut poterit ſine ſuperbia. Siquidem nihil aliud omne peccatũ eſt, niſi dei contemptus quo eius præcepta contemnimus: & hoc nulla res alia perſuadet homini, niſi ſuperbia. Porrò ſuperbia & cupiditas intãtum eſt unum malũ, ut nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit cupidus inueniri. De ſuperbia nanq; naſcuntur hęreſes, ſchiſmata, detractiones, inuidiæ, iræ, rixæ, diſſenſiones, contentiones, animoſitates, ambitiones, elationes, præſumptiones, iactãtia, uerboſitas, uanitas, inquietudo, mendacium, periurium, & cætera huiuſmodi, quæ dinumerare per ſingula longũ eſt. Cupiditas quoq; facit homines guloſos, intemperantes, ebrioſos, auidos, rapaces, fornicarios, adulteros, ſtupratores, C inceſtos, flagitioſos, & alia innumerabilia, per quæ diabolus genus humanum præcipitare ſolet. Per ſuperbiam nanq; & cupiditatem diabolus dicit, In cœlum aſcendam. *Eſa.14* Chriſtus cum humilitate dicit: Humiliata eſt in terra anima mea. *Pſal.43* Diabolus per ſuperbiam & cupiditatem dicit: Ero ſimilis altiſſimo. *Eſa.14* Chriſtus per humilitatem cum eſſet in forma dei exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, *Philip.2* humiliauit ſe, patri factus obediens uſq; ad mortem. Diabolus per ſuperbiam & cupiditatem dicit, Supra aſtra dei exaltabo ſolium meum. Chriſtus cum humilitate dicit, Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Matth.11* Diabolus cupidus & ſuperbus per Pharaonem loquitur dicens. Neſcio dominum & Iſrael non dimittam. D *Exod.5* Chriſtus cum humilitate dicit, Si dixero, quia nõ noui eum, ero ſimilis uobis mendax, ſed noui eum, & mandata eius ſeruo. *Ioan.7* Diabolus ſuperb. & cupidus dicit. Mea ſunt flumina & ego feci ea. *Ezech.29* Chriſtus cum humilitate dicit, Nõ poſſum à meipſo facere quicquam, ſed pater meus in me manẽs ipſe facit opera. *Ioan.14* Diabolus ſuperbus & cupidus dicit, Mea ſunt omnia regna mundi & gloria eorum, & cui uolo do ea. *Matt.4* Chriſtus cum diues eſſet, pro nobis factus eſt pauper, ut eius inopia nos diuites redderemur. Diabolus ſuperbus & cupidus dicit, Sicut colligũtur oua quæ derelicta ſunt, ſic uniuerſam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam & aperiret os atq; gannirer. *Eſa.10* Chriſtus cum humilitate dicit, Similis factus ſum pelicano ſolitario, uigilaui. *Pſal.101*

gilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Esa.37 Diabolus per superbiā & cupiditatem dicit, Exic- A
Mat.26 caui uestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Christus cum humilitate dicit: Nunquid nō possum rogare patrem meum & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum? Et ut ad ultimum concludam: Diabolus cum ruina magna per superbiam & cupiditatem ad infernū praecipitatur, Christus cum humilitate ad coelos subleuatur. Ideo frater charissime paucos tibi diabolicae fraudis laqueos & sanctae humilitatis gradus descripsi, ut facilius tibi subiectos ualeas docere, quomodo & qualiter hos euadant atq; per humilitatē regna coelorū possideant. Et nos si uolumus perficere nostri certaminis cursum & ad aeternam peruenire beatitudinē, caueamus in primis cupiditatem malam, & superbiā diabolicā. Et cū omni humilitate Christi conemur sequi uestigia: & si B quis militans imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, q̄to magis militaturus imperatori coelesti debet custodire praecepta coelestia?
Militia spiritualis. Cap.XX Frater mi, frater charissime mi, animā tuam ad uigilandū excita, & nullus eā praegrauet somnus. Miles terrenus ad quēcunq; locū mittit̃ paratus ac prōptus est, neq; se uxoris aut filiorū gratia excusare poterit: multo magis miles Christi sine impedimento huius seculi imperatori suo dño Iesu Christo debet obedire, qui ipsum precioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus cōtra hostē uisibilē pergis ad pugnā, cū illo uero hostis inuisibilis quotidie dimicare nō cessat. Tu cōtra corpo- C ris tui inimicos pugnare decertas, armis utens carnalibus, illius uero aduersus diabolū est colluctatio cum armis spiritalib. Tu in praelio galeam ferream gestas in capite, sed illius galea Christus est. Tu ne uulnereris lotica indutus es, sed ille pro lorica Christi charitate est uestitus. Tu cōtra inimicum tuū lanceas & sagittas emittis, ille contra inimicum suū humilitatē & salubria uerba dirigere studet. Tu donec pugnam perficias, arma à temet ipso non projcis, ne ab aduersario uulneteris, ille nunq; debet esse inermis, quia illius hostis tuo est callidior. Tuus hostis ad tēpus dimicat: illius uero hostis quādiu in corpore consistit, cū illo pugnare nō cessat. Tua arma laboriosa & grauia sunt ad portandū: illius uero arma suauia ac leuia sunt. Tu pro terreno labore terrenū accipis donatiuū: ille D uero pro labore spiritali, coeleste accipit praemiū. Tu ornamento armillarū brachia decoras, ille uir tutum ornamento animae suae à Christo decorem accipit. Semper enim coeleste donū à Christo expectat, qui terrenam huius seculi pompam projcit. Vae nobis si iugum Christi suaue à nobis repellimus, & quicquid graue ac onerosum est animae nostrae, supponamus nos ad portandū, & dum diligimus periculum, incidimus in mortem. Ideo
Amor erga deum. XXI frater charissime cōsideremus quis sit qui nos preciosio sanguine redemit, & quid ei debeamus qui nos cū tanta penuria redemit. Si terrenos parentes cum tāto affectu diligimus, qui paruo tempore pro nobis sustinuerunt labores: nónne magis

coelestis pater noster amandus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quicquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, eius est beneficiū: qui & anteq̄ nasceremur in hoc seculo sua prouidentia parentes nobis praeparauit, quorum obsequio nutriremur: & ubera matris lacte impleuit unde nutriremur. Ergo magis omnib. diligamus redemptorē nostrū, qui & nos & parētes nostros proprijs manibus finxit, & cuncta bona quae erga nos geruntur quotidie, eius misericordiae, non nostris uirib. ascribamus. Iubet enim scriptura parentes nostros ut propria uiscera diligere, si tamē accedere nos ad seruitium Christi nō prohibeant: si aūt prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligēdus est super parentes nostros, quia non nobis tribuūt parentes ea quae Christus. Ipse enim dixit in Euangelio, Qui amat patrē aut Luce.9
matrem aut filios aut agros plusquam me, non est Matth.10
me dignus. Quanto quis eum plus amat, tanto felicior & beatior efficietur. Intantū enim nos amauit, ut etiā pro nobis mori dignatus sit: & manus eius quae uirtutes plurimas faciebant, clauis pro nostra redemptione affixae sunt: & ori mellifluo, quo salutaris doctrina profluxit, fel pro cibo impij porrexerūt: & qui neminem laesit, caesus est, & qui nullum maledixit, opprobria & maledicta pro nobis pertulit. Haec omnia perpessus est, ut nobis uitam aeternam donaret. Et cum nobis tāta beneficia praestet, nihil quaerit à nobis, nisi ut diligamus eū: & animas nostras & corpora impolluta ei seruemus, ut ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneamus. Non enim postulat à nobis aurum neq; argētum, neq; pallia, neq; uestes preciosas, neq; armillas, neq; agros & cetera huiusmodi: sed nosipsos quaerit, & in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, ut uitam aeternam habeamus. Habeamus ergo in nobis dilectionē Amor proximi.
dei & proximi. Qui diligit proximū, legem imple- Ca.XXII
uit, qui aūt econtrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suum in tranquillitate est cor eius, fratrem uero odiens tempestate circūdatus est. Vir mitis & benignus, etiam si patitur mala, pro nihilo ducit: Iniquus aūt, etiā paruum uerbum audiēs à proximo, cōtumeliam arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillo animo & serenissimo uultu procedit: uir odio plenus ambulat iracundus. Tu aūt frater charissime ne moueas cuiq; scandalum in uita tua: rem quę ad te nō pertinet alijs tractandam dimitte: & nisi rogatus uel interrogatus eno da te inde, & quod soli deo est placitum iudica, & iniustas aliorū sententias, si aliter non potes, euita, & misericordiae locū da: & non quod tibi utile sed quod deo placitū sit facias: & quod tibi nō uis fieri, ne proximo tuo cupias euenire. Si eū uideas Tob.4
in bonis actibus cōuersantem congratulare ei, & illius gaudium tuū ducito: & si aliquid aduersum patitur, illius tristitiam tuam deputa, & nō solum iustis, sed & peccatorib. cōdole. Ne simulato corde unq; diligas proximū tuū, quia in his deus ad iracundiā prouocat̃. Qui eñ amplectit̃ pacem, in mentis suae hospitio, mansionē praeparat Christo,

quia Christus pax est, & in pace requiescere uult. Virum aūt iracundū, inuidū, detractorē, mendacem, superbū omnib. modis execraꝰ deus. Inuidus aūt uir similis est naui quæ iactatur fluctib. maris, in perturbatione est semper ut lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescēs ad nihilum redigiꝰ, semper furore plenus, particeps dęmoniorū efficiꝰ. Homo pacificus securā possidet mentē: totus est ab angelorū agmine munitus & fructu iucunditatis repletus, gaudens & delectās in domino. Omnia eius in pace uersantur. Discordiam fugat, secreta mentis suæ illuminat. Consortium angelorum merebiꝰ, & regnū æternæ beatitudinis perpetualiter obtinebit.

De uirtutibus animæ. Cap. XXIII

Ne quæso frater mi fabulosa arbitreris dei præcepta, aut quasi à me ædita, dum ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frāgat animā tuā ulla aduersitas uel prosperitas mundi, à præceptis & à mandatis dei, & à charitate quę est in Christo Iesu domino nostro. Nā uirtus est animæ tuæ, deū diligere, & odire illa quæ deus non diligit: Virtus est animę tuæ patientiā sectari, & ab omni impatientia declinare: Virtus est animæ tuæ, castitatem tam corporis ꝙ animæ custodire: Virtus est animæ tuæ uanam huius mūdi gloriā contēnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dū uiuis in corpore, laborare: Virtus est animæ tuæ, humilitati studere & superbiā abominari: Virtus est animæ tuæ, irā & furorē cohibere ac reprimere: Virtus est animę tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapiētiam diuinā amplecti: Virtus est animę tuę, omnē delectationē carnis subijcere, & mētē tuā ad Christum erigere. Has ergo uirtutes facile & perfacile potuisses obtinere, si secularium curam & caducas ac terrenas res deuitare uoluisses, & nihil amori Christi prępolsuisses.

De stabilitate amoris dei. Cap. XXIIII

O mi frater charissime, ex tota mente dilige deū, ut in omnib. actib. tuis, placeas illi. Qui enim cōiugio copulatur festinat placere uxori suæ: multo magis anima Christi sanguine redēpta, debet placere Christo spōso suo. Deus enim nō se uult uerbis tātū diligi, sed corde puro & operib. iustis, quia non uerborum sed cordis est auditor & inspector. Nūꝗ, quæso te frater mi, carnalis amor amorē cœlestē à te excludat: Nunquam, quæso te, huius fluctiuagi ac miserabilis seculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo, ne intret mors in animā tuā per fenestras oculorū tuorū.

Cōtēptus fœnum. Cap. XXV

Dic mihi quæso frater mi, qualis ꝓfectus est in pulchritudine carnis. Nónne sicut fœnum æstatis ardore percussum arescit, & paulatim decorē pristinū amittit? Et quādo mors uenerit, dic mihi quæso, quanta remanebit in corpore pulchritudo? Tūc recognosces, quia uanum est quod antea inaniter diligebas. Cum uideris totum corpus intumescere, & in fœtorē esse cōuersum, nónne claudes nares tuas, ne sustineas fœtorem fœtidissimū? Vbi quęso erit tūc suauitas luxuriæ, & cōuiuiorum opulētia: ubi blāda uerba, quæ corda audientiū molliebāt: ubi sermones dulces, qui amaritudinem amantib. infundebant: ubi immoderatus risus & iocus turpis, ubi effrenata & inutilis lætitia? Iste est finis pulchritudinis carnis & oblectationis. Mundus enim peribit, & cōcupiscentia eius. *1 Ioan. 2* O quàm fœlicissimū bonum est, & ꝙ ualde fœlicissimū, splendidam pulchritudinem Christi amare, & radiantib. fulgorib. eius, pectora nostra illustrare, & omnē obscuritatē à nobis expellere.

Detractio cauenda. XXVI

Nō accōmodes aures tuas ad percipiēda uerba detrahentiū, ne cōcipias mortē in anima tua. Detrahenti enim & audienti, utriꝗ esca mortis animæ, est detractio & lingua. Et ut breuius cōcludam, detractor & libens auditor, diabolū portat in lingua. Illum aūt qui conqueritur audi, si nō detrahit: quia nō omīs querimonia est detractio. Euita quæso à tuis aurib. laqueos detractionū, per quos plurimos audis captos. Postula tibi à domino deo cor prudens & peruigilē sensum, ut discernere ualeas uerba detrahentium: non ignores fraterfraudes & insidias eorū, quia qui tibi utilia nūciare uidentur, uiā tuā explorare ueniunt, uel utrū culparū diligas, an non: sed deus pedem tuū custodiat, ne in rete eorum ueniat. Frequēter enim qui tecum cōcordare uolunt, aliorū scandala fingunt.

Peccatorum confessio. Cap. XXVII

Aliena debēt esse à nobis omnia uitia mala, dū hæreditas nostra Christus esse uult: Ideo quia incerti sumus de talib. prosternamus nos humiliter in cōspectu pij patris nostri, & peccata nostra cito producamus in mediū, ut deleat ea ipse pater noster cœlestis. Et cum cōfessi fuerimus, non nos iustificemus orantes, ne sicut Pharisæus ille discedamus condēnati. Memoremur publicanum illū, & ita oremus, ut ueniā delictorum consequi mereamur. Clamor cordis nostri, pulset ad aures omnipotentis dei, quia in pura mente placabiꝰ in tēpore orationis.

Oratio qualis. Cap. XXVIII

Omnē malitiā cordis proijciamus à nobis, & remittamus in nos peccantib. nō dupli ci corde, sed uero. Est deniꝗ genus serpētis, quod cū cœpetit ire ad bibendū aquā, anteꝗ ueniat ad fontē euomit omne uenenū. Imitare tu hunc serpentem in hac parte, secundū Euangelicū domini nostri Iesu Christi præceptū, ubi ait, Estote prudentes sicut serpentes: *Matt. 10* & omne uenenum iræ & odij amarū euome, & remitte cōseruis tuis, ut & tibi remittuntur à domino peccata tua: sicut Euangeliū præcipit, Dimittite & dimittetur uobis, date & dabitur uobis. *Luce 6* Et qualem cupis erga te esse deū, talis esto ipse conseruo tuo. Et ad omne opus quodcunꝗ inchoaueris facere, primū inuoca deū & gratias ei age, & cū consummaueris illud similiter fac. Inuoca deum ex toto corde tuo, & inuenies eum: & cum inueneris, ne dimittas eū, ut coniungaꝰ mens tua in amore eius. Hoc mi frater stude in uita tua, & oratione tuā purā offer domino Christo, ne cogitationes huius seculi superfluę cōturbent cor tuū: Neꝗ in diuersa rapiaꝰ mens tua. Memēto eīn te sub dei stare cōspectib. qui occulta cordis perspicit: & secreta mētis tuę nouit. Vigilāter ergo & assidue assiste in cōspectu dei in tempore orationis: ut imminentē diaboli tentationē facilius possis effugere. Si eīn cogitationes huius seculi malæ & sordidæ turbāt cor tuū, & cogūt illicitū aliquid perpetrare, per orationes puras & uigilitas

lias sanctas depellant ab anima tua. Oratio namque grandis munitio est animæ tuæ. Per orationes pu-
A sillimas omnia nobis utilia tribuunt à domino, & cuncta noxia effugant. Et ne diutius de hac re disputem uel immorer, sicut ex carnalib. escis alitur caro, ita ex diuinis eloquijs & orationib. interior homo nutritur & pascitur. Pasce quæso animam tuã spiritalibus cibis, id est, spe, fide, & charitate, & reliquis uirtutib. per quas intelligas deum amari, & eius præcepta seruari: ut cum extrema dies tibi euenerit, angeli pacis te suscipiant, & de potestate diaboli eripiant, & merearis cõsortio sanctorum in beata requie perfrui, & uitam æternã cum omnib. sanctis possidere. Nã certissime scis, quia possessio regni cœlorum promissa tibi est, sed uide ne ab ea extraneus efficiaris.

Cura familiæ. Cap. XXIX

Quæso mi frater, quæso omnib. tibi subiectis & bonæ uoluntatis in domo tua, à maiore usque ad minimum, amorem & dulcedinem regni cœlestis, amaritudinem & timorem gehennæ annuncies, & de eorũ salute solicitus ac peruigil existas: quia pro omnibus tibi subiectis, qui in domo tua sunt, rationem domino reddes. Annuncia, præcipe, impera, suade eis, ut caueãt se, à superbia, à detractione, ab ebrietate, à fornicatione, à luxuria, ab ira, à periurio, à cupiditate, quæ est radix omniũ malorum.

Cupiditas. Cap. XXX

Cupidus enim uir animã suam uenalẽ habet, si inuenerit tempus ut cõcupiscat alicuius aurum aut argentum, seu uestes pulchras, uel etiam cuiuslibet mulierem pulchram facie, pro nihilo homicidium perpetrat. Et ut quis effundit aquam in terram, ita ei est effundere sanguinem proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculũ inciderũt, ꝓpter cupiditatẽ, & multi domino iubẽte ob hoc lapidati sunt. Saul enim alienus à deo effectus est propter auaritiam: & ad extremũ de culmine regali expulsus, ab inimicis suis peremptus est. Et de multis multa dicere potuissem, sed sapienti pauca sufficiũt. Dominus uero noster & saluator uoluit de cordibus Pharisæorũ, pecuniarũ amorẽ excludere, sed quia erant cupidissimi, salutaria domini uerba deridebãt. Nã & illũ diuitẽ, quẽ dominus ad regna cœlorum prouocauit, amor pecuniarũ eum intrare nõ permisit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flãma exarsit, ut dominũ cũctorum bonorũ largitorẽ, in manus traderet impiorũ. Auarus enĩ uir inferno est similis: Infernus enĩ quãtoscũque deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sic etsi omnes thesauri confluxerint in auarũ, nunquam satiabitur.

Eleemosyna de tuo. Cap. XXXI

Ideo frater mi, omnibus quæ in domo tua sunt, præcipe ab hoc uitio cauere. Melius est enim ut ex paupertate sua pusillum tribuat indigentib. quàm multum ex acquisitiõe iniusta. Vnusquisque iuxta quod habet, porrigat. Tantum enim expetitur ab unoquoque eorũ, quantum ei dominus dedit. Nec enim plus ab eo exigit, quàm quod ipse dedit. Eleemosyna cũ cupiditate acquisita, abominabilis est coram deo, & acceptũ ei quod fideliter fuerit acquisitum. Sunt enim nõnulli qui diripientes aliena, facere se simulãt eleemosynam: & cum alios premant, alijs se misereri fingunt. Si autẽ ex proprio labore dederint, gratũ

Aug. to. 4

& acceptum erit deo.

De laude humilitatis & uitio superbiæ. Cap. XXXII

Et roga eos, ut in omnib. operibus suis humiliter corã deo agant quicquid eis agendum sit, quia nõ erit gratũ deo quicquid homo facit cum superbia. Quod autem humiliter fit, hoc est ei acceptum. In omnib. operib. suis sint humiles: quia humilitas, uirtutum sublimitas est, nec ad regnum cœlorum quislibet ueniet, nisi per humilitatem. Multorũ autem temporum labores, & orationes, & eleemosynæ, & ieiunia, & uigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud deum cõputantur. Acceptus est deo uir humilis, & in se deum gestat. Iam paulatim superius disseruimus de superbiæ malo, sed propter tibi subiectos, necessarium hunc locum inueni, ut contra sa-
B gittas diaboli, discant clypeum humilitatis erigere. Superbus aũt deo est odibilis, & diabolo similis. Humilis licet habitu uilis sit, gloriosus tamen est uirtutib. apud deum. Superbus autẽ, etsi decorus & clarus uideatur aspectu, tamen apud deum operib. uilis est: & uerbis & gestis, & uultu, & incessu, semper eius dignoscitur superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab omnib. hominibus & bonis, quib. alienus est, prædicari se uult: non patitur se cuique esse subiectum, sed semper inter suos pares primatũ cupit tenere, & in maiorem gradũ ascẽdere: & quod meritis obtinere nõ potest: adulando prælatis, detrahendo & inuidendo æqualibus, humilesque cõtẽnendo, uult inuadere. Et sicut nauis est absque gubernatore cũ iactat à fluctib. ita & superbus leuis circũfertur, instabilis per omnes
C actus suos: Humilis aũt ultimũ se iudicat, & blando uultu terrã intuẽs, corã deo eminens apparet, & cum omnia fecerit, dicit, Inutilis seruus sum, & nihil se fecisse testatur. Et deus diuulgat opera ipsius, & profert in medium, mirificatque facta illius & exaltat & clarum facit eum, & in tẽpore precũ suarũ, quod postulat impetrare apud deũ potest. Hęc & his similia sola humilitas obtinet apud deum, quia ipsa est sessio & delectabile cubile domini nostri Iesu Christi, qui ait, Super quẽ requiescã, *Esa. 66* nisi super humilẽ & quietũ & pauẽtem sermones meos. Et iterũ, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Annuncia quæso tuis, & dicito eis: Quia deus superbis resistit: Et ira uiri, iustitiã dei *Iac. 4* nõ operat. Multi se blãdos & patiẽtes simulãt, & *Iac. 1* si tẽpus inueniũt, amariores fiunt. Fornicatores & *Hebr. 13*
D adulteros diiudicabit deus in die iudicij. De periuris scriptũ est: Vir multũ iurãs, nõ effugiet pecca- *Eccli. 23* tum, nec recedet plaga de domo eius. Detractio fornicario est animæ. Vnde Psalmista, Detrahentem secreto ꝓximo suo, hũc persequebar. Discor- *Psal. 100* diã, ut Salomõ cecinit, detestat dominus, dicens, Septimũ est quod detestat anima mea, id est, qui *Prouerb. 6* seminat inter fratres discordiã. Hos nulli rei similes iudico, nisi diabolo, qui seminauit discordiam inter deũ et hominẽ. Hi sunt cibi et pocula mortis animæ nostræ.

Eucharistiæ sumptio. Cap. XXXIII

Ab his uenenis pietas dñi nostri Iesu Christi nos liberet, & seipsum nobis edendũ tribuat qui dixit, Ego sum panis uiuus, q de cœlo descẽdi, qui mãducat carnẽ meã & bibit sanguinẽ meum, habet uitam æternam in semetipso. Sed u-

nusquisque antequam corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum probet, & secundum Apostoli præceptū, sic de pane illo edat, & de calice bibat, quia qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi mãducat & bibit, nō dijudicans corpus domini. Quando enim illud accipere debemus, antea ad confessionē & pœnitentiā recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere: & peccata obnoxia si in nobis senserimus cito festinemus per confessionē & uerā pœnitentiam abluere, ne cū Iuda, pditore, diabolum intra nos celātes, pereamus, protrahētes & celātes peccatū nostrū de die in diē. Et si quid mali aut nequā cogitauimus, de eo pœnitentiā agamus, et uelociter illud de corde nostro eradere festinemus: Ne uelimus dicere, nō est hoc grande peccatū quod cogitaui, Heu insipiētes, quare nō cogitamus uel intelligimus, quia in cōspectu domini cogitationes nostræ antequam in opus procedāt, manifestæ & apertę sunt? Dicit enim Psalmista: Scrutans corda & renes deus. Et iterū, Dominus scit cogitationes hominū, quoniā uanæ sunt. Et alibi, Intellexisti cogitationes meas de longe, semitā meam & funiculum meū inuestigasti. Ne quæso permittamus in nobis cogitationes prauas, neque tanquam minima negligamus: quia qui minima spernit, paulatim defluit. Nō spernamus morsum serpētis, ne uenenū eius conspergatur in corda nostra: quia quamuis uenenū uita sit serpētis, tamē mors est hominis. Abscindamus uirgulta spinarū de agro cordis nostri, ne desigant in nobis alias radices. Scimus enim quod cor nostrū ager est domini nostri Iesu Christi: excolamus eū cœlestib. disciplinis, & nō sinamus in agro tanti imperatoris seminari zizania, sed cunctis floribus uirtutū decoremus: quia in his delectatur omnipotens deus, sicut et in canticis Canticorum legitur, Ego flos campi, & lilium conualliū, id est, ego decus mūdi, & uirginitas humiliū. Et semper atque semper caro nostra subiecta sit animæ nostræ, & sicut ancilla famulet dominæ suæ: Ne præbeamus uires illicitas corpori nostro, ne cōmittat bellū aduersus spiritū nostrum: sed semper subiecta sit caro, ut obtēperet iussis sancti spiritus. Neque incrassari permittamus ancillā, ne contemnat dominā suā, sed omnib. iussis eius & obsequijs mancipetur. Sicut enim equis frena sunt imponenda, ita corpora nostra, ieiunijs, uigilijs, & orationib. sunt infrenāda. Nā quemadmodū aurigæ si frena laxauerint per præcipitia ducuntur, ita & anima nostra cum ipso corpore si ei frenum nō imposuerimus ad inferni præcipitia delabitur. Simus ergo boni & edocti aurigę corpori nostro, ut per uiam rectā possimus incedere. Escæ enim nimię non solum animas, sed etiā corpora nostra plurimum lędunt, & ad infirmitatē perducūt. Solet enim per nimiā ciborū auiditatē & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo: necnon & abundantia sanguinis per choleram, & plurimæ ægritudines escarum largitate contingunt. Sicut enim animæ & corpori sunt ista contraria, ita medela est utrisque tēperantia ieiunij. Et si non per omne tempus, saltem sacratissimis diebus ieiuniorum quantū possumus cum dei adiutorio, delitias mundi, & ciborum opulentiā fugiamus: nequādo, quod auertat deus, in cruciatu flāmæ, aspiremus guttam aquæ, & nullum refrigerium cōsequamur. Fugiamus ebrietatē ne crimen luxuriæ incurramus, quia Apostolus pręcipit, dicens, Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vinū enim nobis deus ad lætitiā cordis, nō ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo non quantū gula exigit, sed quantū naturæ imbecillitas postulat: ne id quod ad medelam corporis nostri tributū est, ad perniciē deputemus. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis, quod plerique per uinū, homicidia, & fornicationes perpetrauerūt, nec ipsam mortem recusauerunt, alij per uinum à dæmonibus capti sunt, Nec est aliud ebrietas, quam manifestus dęmon. Ebriosus putat se aliquod optimum gerere, cū fuerit ad pręcipitia deuolutus, Per uinolentiam armatur ad maledicta & conuitia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit. Huiusmodi enim uir cum se putat bibere uinū, bibitur à uino. Plurimi nanque homines per uinū maximam debilitatem cōtraxerunt nec potuerūt cōsequi pristinam sanitatē, quia nō temperauerūt gulæ ardorem. Sicut enim piscis cū auidas fauces profert ut glutiat escā, repente hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se uinum suscipit inimicū, qui eum ut introiuerit, mox impellit ad omne opus nefandissimū, & sic homo rationalis capitur, ut irrationale animal. Tu autē frater mi, omnib. domesticis tuis & tibi subiectis pıæcipe, ut se sobrios exhibeant, & iterū propter abstinentiā in superbiam se non erigant, sed omnia tēperate, iuste, pie, & religiose, secundum dei adiutorium faciant: quia non solū pro nobis clericis, sed etiā pro omni genere humano, qui prædestinati sunt ad uitā æternam, Christus sanguinē suum fudit: nec solū nobis, sed etiā omnib. laicis, eius præcepta ex toto corde seruantibus, regnum cœlorum promissum est. Grandis nanque confusio est animabus laicorum, qui dicunt, Quid pertinet ad me legendo libros scripturarum audire uel discere, uel etiam frequenter ad sacerdotes, & ecclesias sanctorū recurrere? Dum clericus fiam, faciam ea quę oportet clericos facere. Quare nō intelligit, quia panem & uinū, & omnia huius terræ bona & regni fœlicitatem æqualiter uult participate, & æquali labore iugū Christi ferre non uult? Quid prodest talibus una parte in hoc seculo esse sublimes, alia prostratos: in una parte fulgere auro & preciosis uestib. & in alia miserijs & uitiorū caligine occupari? Nō sit tibi aliqua solicitudo de laici habitus persona, quia nō est personarum acceptio apud deū. Similiter enim mandata dei seruantibus laicis, cœleste palatium patet, ueluti clericis & sanctimoniali habitu præditis: dum nō est Iudæus neque Græcus, nō est seruus, neque liber, sed omnia & in omnib. Christus: Quicunque in corpore illius est, magnus est. Insere teipsum suo sancto corpori, ut sis membrum nobilissimi capitis. Ama ex toto corde caput tuum, & mēbra capitis illius. Quomodo

[Marginal notes: 1 Cor. 11 — Precepta cordis. XXXIIII — Psal. 7 — Eccli. 19 — Cant. 2 — Caro domāda. Cap. XXXV — Luxus in cibis Cap. XXXVI — De ebrietatis malo. Ca. XXXVII — Ephes. 5 — Precepta dei ad omnes Christianos pertinent. Cap. XXXVIII]

Quō poteſt manus manui inimica eſſe, uel pes pedē odiſſe, uel cætera mēbra ſuæ iūcturæ nō cōgaudere? Creſcere debēt in uirū perfectū, in augmentū corporis Chriſti. Omnis ē clericus et laicus qui precioſo ſanguine Chriſti redēptus eſt, qui baptiſmo Chriſti tinctus eſt, debet humiliter ambulare & perſeuerare in ſpirituſancto: quia nihil prodeſt Chriſtianū ſe reſpōdere uerbis, et factis negare, dū corruptus eſt mēte & ſpiritu. De talib. in Euāgelio ipſa ueritas dicit, Nō omnis q dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnū cœlorū: ſed qui facit uolūtatē patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnū cœlorum. Et alio loco Propheta increpādo, dicit, Populus hic labijs me honorat, cor aūt eorū lōge eſt à me. Nam ciuitas ſi fuerit in una parte munita, & ex alia deſtructa, aditū ad ſe hoſtib. præbet. Et nauis ſi fuerit fortiter cōpaginibus ſolidata, & unam habuerit tabulā perforatā, aquæ fluctib. mergitur in profundū. Omnib. ēm laicis, clericis, monachis, æqualiter cōuenit fidem, ſpē, & charitatē habere, & deo ex toto corde ſeruire, uerā confeſſionē facere, & dignā pœnitentiā agere: quia clementiſſimus dominus confugientibus ad pœnitentiam ignoſcit.

Mat. 7 — *Eſaiæ 29* — *Dilecta pœnitentia. Cap. XXXIX*

Sed ne de miſericordia dñi tantum ſecuri exiſtamus, ut peccatis peccata augeamus, neq; dicamus, donec uiget ætas noſtræ carnis, cōcupiſcentias noſtras exerceamus, & poſtremo in ſenectute malorū noſtrorum pœnitentiā agamus pius eſt enim dñs & miſericors nec ultra facinorū noſtrorum recordabitur. Ne quæſo taliter cogitemus, quia ſumma ſtultitia eſt hæc cogitare: cum & impium ſit talem licentiā à deo poſtulare quempiam uelle, cuius initiū eſt, nos ſeparare à deo: ideo, inquam, talia ne cogitemus, cū neſciamus qua die morituri ſimus. Nemo enim hominū nouit diē exitus ſui. Non mēs in ſenectute moriunt, ſed in diuerſis ætatibus de hoc mundo migrant. Et in quibus actibus unuſquiſq; homo inuentus fuerit, in eiſdē iudicabit quando anima exierit de corpore. Dicit enim Pſalmiſta, Nemo in inferno cōfitebit tibi. Ideo feſtinemus ad pœnitentiā cōuerti. Semper ante oculos noſtros uerſetur ultimus dies: & cum diluculo ſurreximus, ne ad ueſperā nos conſi damus peruenire, & cū in lectulo mēbra depoſuerimus, de lucis nō confidamus aduētu: ſic & facillime poterimus corpus noſtrū à uitijs & concupiſcentijs refrenare.

Pſal. 6 — *Gaudia futuræ uitæ. XL*

Sēper cor noſtrū promiſſa dei cœleſtia meditetur, omnia terrena quæ poſſidemus in futuras cœleſtes manſiones transferamus, ut cum ibi profecti fuerimus, fruamur bonis cœleſtibus: Nam credimus, quia cum à carnis uinculo anima noſtra fuerit abſoluta, ſi bene & rectè corā deo uixerimus, mox in occurſum noſtrum angelorum chorus occurret, omniumq; ſanctorū agmina in noſtros miſcentur amplexus, & ad adorandum uerum iudicem perducent. Si dum in corpore uiuimus, ſicut dixi, quæ deo ſunt placita faciamus, tunc erit nobis pax in circuitu & ſumma ſecuritas: nec timebimus ultra diaboli ignita iacula, nec ullum quemlibet inimicum qui cupit animas noſtras ad periculum iaculare: non ferrum, non ignem, nō faciem truculentā tortoris, non famem, nō ſitim, non ullam carnis ægritudinē: non ultra aduerſabitur caro ſpiritui, nec ullum timebimus periculū: ſed cum carnis abiecerimus ſarcinā, tunc ſpiritusſanctus tribuet nobis in cœleſtibus māſionē, cui nos pauloante intra corporis noſtri hoſpitiū feceramus manſionē: & læti gaudenteſq; futuri iudicij diē expectabimus, in quo ſingulorū animæ pro ſuis actibus recipient merita.

Et ecōtra peccatores & impij peribūt. Tunc fruſtra rapaces & auari, ſuperbi & adulteri, iracundi & cupidi, maledici & periuri amariſſime flebunt, quia malorū ſuorum ueniā non conſequentur. In luctu maximo detinebūtur omnes, qui carnis ſuę uoluptates ſecuti ſunt: in mœrore & gemitu ſempiterno erūt, qui uitijs & paſſionibus ſeruierunt. Et cum hi omnes pro criminibus & ſcelerib. ſuis gehēnæ ignibus deputādi erunt, nos ſi deo dum in hoc corpore ſumus placuerimus, cum ſanctis ſempiterna præmia accepturi ſumus. Ideo cōtemnamus cuncta quęuana & caduca ſunt, ut tantam gloriam, Chriſto miſerante, adipiſci mereamur.

De pœna damnandorum. Cap. XLI

Declinemus ſemper à uitijs, & ad uirtutes tēdamus, nec ſuperflui ſermones procedāt ex ore noſtro, quia pro ocioſis ſermonib. reddituri ſumus rationē in die iudicij. Nec ad maledicendū quenquam cōſueſcamus linguā noſtram, quæ ad bene dicendum & laudandum deum creata eſt: quia cōſuetudo quæ longius fuerit protracta & cōfirmata, non cum paruo labore uitatur uel expellitur.

De linguæ cuſtodia. XLII

Simus in malitia paruuli, & uiri perfecti in ſenſu: in quibuſdam uero nos exhibeamus ſenes, in quibuſdā iuuenes: quia paruulis eſt ludere, perfectis aūt uiris eſt lugere. Nam præſens luctus lætitiā generat ſempiternā. Omne autē quicquid immoderatū eſt, diſſolutionē efficit animæ, & negligentē erga domini præcepta: nec delicta ſua facile poteſt ad memoriā reuocare, & obliuiſcens ea, nō ſe inſtigat ad pœnitentiā, & ita paulatim ab omnibus bonis cadit. Nullū habebit acceſſum cordis compunctio, ubi fuerint immoderata uitia & cōcupiſcētiæ malę: Vbi autem fuerint lachrymę, ibi ſpiritalis ignis accenditur, qui ſecreta mentis illuminat. Nullus nos ſeculi amor ab amore Chriſti ſegreget, & totæ noſtræ cogitationes ad præmia futurę patriæ tendant, & de cœleſtibus meditentur. Hæc eſt gloria tua, hęc eſt perfectio curſus certaminis tui. Perfectus enim dicitur, non qui in ætate, ſed qui in ſenſu perfectus eſt. Nulli nocet puerilis ætas, ſi fuerit mente perfectus: Nec ſenilis proderit ætas, ſi fuerit paruulus mēte uel ſenſu. Nam & Dauid cū puer eſſet & perfectus, cor ſuū & mentē habebat in domino defixam, & ob hoc in regē eleuatus eſt. Et Saul cū eſſet in ſenili ętate, quia in ſe malignā nequitiam habuit, de culmine regali expulſus eſt. Dominus uero ac ſaluator noſter à ſeniorib. crucifigitur, & ingreſſus Hieroſolymam à paruulis collaudatur. Nā & arbor ſi multorū annorū fuerit infructuoſa, exciditur. Si autē fuerit nouella & fertilis, colit, ut magis ampliorē proferat fructum. Ideo has ſimilitudines pono, ut

Non in annis ſed in animis perfectio Cap. XLIII — *I. Reg. 17*

nec iuuenis nec senex in domo tua de salute sua uel etiã de operib. suis confidat, sed qui gloriatur, A in domino glorietur. Perfectorũ aũt uirorũ con

De uitãdo malorum consortio. XLIIII

sortio fruere, & à uerbis eorũ ne auertas aurẽ tuã, & in eorũ cõsilio delectetur anima tua: uerba eñ uitæ sunt uerba hominũ deũ timentiũ, & incolumitas animæ ijs qui ea libẽter audiũt & attendũt. Sicut eñ sol oriẽs effugat caliginẽ, ita sanctorũ doctrina à sensib. nostris pellit tenebras. Deuita quæso uiros superbos, inuidos, detractores, mẽdaces, periuros, seipsos & salutẽ suam negligentes, qui mortui sunt uirtutibus, & lætantur in proprijs uoluptatibus, ut gaudijs careant diuinis. Nõ dico, ut uel unũ talẽ in domo tua habeas, sed etiã ubicunque tales audieris esse, hos deuita. Cũ huiusmodi hominib. nulla sit tibi cõnexio uel familiaritas, nec uelis cũ eis sermocinari, si nõ ualeas dño miserante, B eos ab errore suo reuocare. Nã sæpe per unã ouẽ morbidam, polluit totus grex: & modica pars fellis magnum dulcorẽ uertit in amaritudinẽ. Nam talis si in habitu uideatur clarus ac nobilis, ac dulcia uerba proferat, operib. tamen si agat tecũ contrarijs, magis nocet illius talis factura quàm placeat ex uerbis figura: nõ enim ex uerbis, sed ex uirtutibus homo probatur. Sic & tu sis apud deũ pro-

Intentio recta & precatio Cap. XLV

batus, & omnia pro Christi amore libenter suffe-ras, & pro tribulationibus carnalibus, quãdo tibi euenerint, nõ frangatur animus tuus, nec uigor patiẽtiæ tuæ. Res huius seculi caducę te nõ molliãt: Sed time potius deũ si à proposito tuo retardaueris: quãdo te peccatis obnoxiũ senseris, ad pœnitentiam conuerti nõ confundaris: quia qui hic pœ C nitet in nouissimo nõ pœnitebit. In omnibus actibus & cogitationibus tuis placeas deo, nec studeas placere alteri, nisi ad ædificationẽ animæ. Et in omni opere quod cogitas facere, primo cogita de um: & si secũdum deum est quod cogitas, diligenter examina: & si est rectum coram deo, perfice illud: si uero aduersum fuerit repertũ, amputa illud ab anima tua, & oña per consiliũ sapientiũ facito, ut opera tua & gressus tui secundũ dñi uoluntatẽ dirigantr. In omi oratiõe & obsecratiõe, dñi uoluntatem in te, nõ tuã deprecare fieri: & secundũ

1 Thess. 5

Apostoli præceptũ, orate sine intermissione oportet, & sanctas manus sine ira & disceptatione ad

Beneficentia in omnes. Cap. XLVI

deum leuare. Misericors est dominus, & misericordiam in se sperantibus præstat. Non illi misericordia opus erat, qui nullum habuit peccatũ, qui D angelos fecit, & archãgelos præposuit, sed ut nos misericordiã ab illo consequamur, eleemosynam dedit. Nõ illi eleemosyna necessaria fuit, cuius sũt omnia regna cœlorũ, qui cõstituit dominatiões, principatus, uirtutes, potestates, sed ut nos eleemosynis nostris participes regni cœlorum efficeret. Patiens est pacificus est dominus, ut patiẽtia & pace sua mundum totum, qui in maligno positus erat, reconciliaret deo. Et nos patientes & pacifici sine ira & disceptatiõe simul, si ad deũ uolumus peruenire, & ad omnes homines, faciamus bonũ. Ad omnes dico, nõ per partes, non ad unũ uel ad duos aut ad tres, sed ad omnes homines. Christus enim nõ pro sanctis tantũ passus est, sed pro peccatoribus & impijs & sceleratis ascendit in crucẽ, & passione sua nos oñes reuocauit ad uitã. Nõ sanctis tantũ dedit deus solẽ & lunã & pluuiã, & omnia nascẽtia terræ, & oẽs fructus qui oriunt in terris: sed in cõmune omnib. hominib. dedit illa, qui solẽ suũ facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ideo omnib. hominib. de

Matth. 5

dit illud in cõmune, ut bonũ nostrũ & eleemosynę nostrę, & charitas nostra, & humilitas nostra, & patiẽtia nostra in cõmune omnib. hominib. distribuatur. Quãdiu fuerimus in hoc mũdo, faciamus bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei, & oremus pro inimicis nostris, & bonũ pro malo restituamus. Pauperes honoremus, et suscipiamus

Premia iustorum. XLVII Mat. 25 Rom. 8

Christũ in ipsis, q dixit, Quãdiu fecistis uni ex bis minimis fratribus meis, mihi fecistis: Et filij dei erimus, & hæredes dei, cohæredes aũt Christi, & participes regni eius erimus: ubi nunquàm senescemus, nunquàm moriemur: ubi nõ est humanæ naturæ, nec ullus dolor, nec tristitia post gaudium, nec lux solis, nec lunæ, nec stellarum splendor, sed dominus noster Iesus Christus lux erit & sanitas & uita, & charitas, & pax, & gaudiũ, & omne bonũ omnib. credentibus in se. Ibi est terra uiuentiũ, quam Pro

Psal. 26

pheta decantauerat, dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentium: id est præmiũ cœleste uisurũ se significabat, & cum Christo in perpetuum uiuere & regnare: ubi nec nox ulla inspirat, nec dies terminabitur, nec inopia uidebit, nequè cupidiras apparebit, sed perenne gaudiũ & semper na lætitia. Hæc sunt promissa iustorum, & hæ sunt promissiones eorum propter quas laborauerunt & festinauerunt, & non cessauerunt currere in bonis operibus quandiu fuerunt in hoc mundo, in ieiunijs, in eleemosynis, in castitate, in cõtinẽtia, in lõganimitate, in patiẽtia, in suauitate, in beneuolẽtia, in labore multo, in orationibus, in persecutionibus, in fame, in siti, in frigore & nuditate, uigilijs multis pro Christi amore, & per omnia inutiles uigilias deuitauerunt. Vigiliæ aũt sunt inutiles, cum quis uigilauerit circa cogitationes multas & turpes, uel ad gerẽdum contrarium aliquid uel ad facinus perpetrandum. Tales uigilias iusti deuitauerunt, & sanctas uigilias arripuerunt. Hi tales calcauerunt præsentem mundum, ut futurũ lucrarenẽ regnũ. Nõ acceperunt hic promissiones uel diuitias huius seculi miserabiles, quæ homines male eis utẽtes ad inferna perducũt: & hanc pręsentem patriã relinquẽtes, ad ciuitatem cœlestẽ, cuius artifex & cõditor est deus, intuitũ animi sui præmiserunt: Vitauerunt peccatũ in uerbo, in facto, in cogitatione, in risu, in uisu, in motu, in annuendo oculis, in manibus, in pedibus, in ira, in rixa, in furore, in dissensione, in uana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, custodientes corpus suum & animas suas. Pariter enim duo ieiunia ieiu-

Ieiuniũ corporis & animæ Cap. XLVIII

nauerunt, id est, ieiunium corporis & animæ, hoc est ab ira & furore, & detractione, & blasphemia, & rixa, abstinẽtes se: quia sicut iam superius intimauimus, isti sunt mortiferi cibi animæ, qui

pascunt

pascũt eam in malũ & occidũt eã morte sempiterna. Iterũ cibi corporis simul & animæ isti sunt, uo- A racitas, somnolẽtia, fornicatio, uinolẽtia, securitas suauitas, homicidiũ. Isti sunt cibi corporis simul & animæ, qui pascũt corpus & occidũt & aggrauãt animã. Cibaria ista deuitemus, escas aũt cœlestes appetamus, quę ad cœlũ nos trahãt & deducant, sapiẽtiã scilicet diuinã, fidẽ robustã in Christo, benignitatẽ, beneuolẽtiã, patientiã, humilitatẽ, uirtutẽ, diuinã lætitiã.

Terret malis gehenna Cap. XLIX Matth. 22

Sermones boni & optimi procedãt ex ore nostro, sale diuino cõditi, ad ædificationẽ audiẽtiũ. Dilectionẽ dei & proximi, in qua tota lex pẽdet & ꝓphetæ, semꝑ mẽte meditemur & opere ꝑficiamus. Hæc sunt mãdata Christi quæ nos iubet facere. Si fecerimus ea, erimus participes regni eius, & regnabimus cũ eo. Si aũt nõ fecerimus, & ipse nõ dabit nobis regnũ suũ. Si denega- B mus, & ipse denegabit nos. Si nõ credimus, ipse fidelis permanet: quia omis incredulus infideliter agit, dũ & uitiũ hominis est omia credere, & uitiũ est nihil credere, & maxime semper mala de inimico: cuius alioquin si ad nos dura sunt uerba, tamẽ forsitan Christianũ se recordat̃, & se reũ corã deo plorat.

Seneca

Susurri aũt uerba semper mala de inimico, sed si tu bona loqueris, cõtinuo illũ cõfundis: nũq̃ em cõcordiã faciũt, sed discordiã: ligna in ignẽ mittunt. Sũmo studio summaq; uigilãtia nobis est curandũ, ut nõ linguã detrahentẽ audiamus, ne audiamus à Christo iudice omniũ in die iudicij, quod audiẽt peccatores. Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Mat. 25

Vere enim diabolo est præparata gehẽna, & omnib. hominib. facientib. opera diaboli. Væ ijs quibus præparat̃ dolor uer- C mium, ardor flãmæ, sitis sine extinctu, fletus & stridor dentiũ, oculorũ lachrymæ, tenebræ exteriores sine luce, pœna inexterminabilis: ubi nõ est ullus honor, siue agnitio ꝓximi, sed cõtinuus dolor & gemitus: ubi mors optat̃ & nõ dabit̃: ubi nõ est honor senioris & regis, nec dñs super seruum, nec mater diligit filiũ aut filiã, nec filius honorat patrẽ ubi ome malũ, & omnis indignatio, & fœtor & amaritudo abũdat. Hæc timuerũt iusti, & hęc fugerunt. Rogo & supplico, iterũ atq; iterũ deprecor frater charissime, ut & nos deũ amemus & timeamus & hæc fugiamus, quia mors perpetua est animæ nostræ si in his perseuerauerimus.

Tria pessima totidem optima. Cap. L

Tria em sunt in hoc mũdo deteriora omi malo: anima peccatoris cũ peccato perseuerãs, quæ nigrior coruo D est, & mali angeli qui eã rapiũt, & infernus in quẽ ducit̃. Nõ sunt em deteriora his tribus. Eadẽ em anima metu futuri iudicij expauescẽs, & putredinẽ suã inspiciẽs, dicit, Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipiẽtiæ meæ.

Psal. 37

Iterũ tria sunt quibus in hoc mundo nõ sunt meliora, anima sancti in bonis operib. perseuerãs, quæ speciosior est sole: & sancti angeli qui eã suscipiũt: & paradisus in quem ducitur, & expectatio regni cœlestis. His tribus nõ sunt meliora in hoc mundo. Angeli em sancti delectant animam spiritali cantico sicut Psalmista ait: Beatus quem elegisti & assumpsisti domine, habitabis in tabernaculis tuis: Replebi-

Psal. 64

mur in bonis domus tuę, sanctũ est tẽplũ tuũ mirabile in ęquitate. Hęc frater charissime meditemur.

Hic laborandum. Cap. LI

Hæc in animo firmiter teneamus, & caueamus nos ab omi peccato & iniquitate, in uerbo, in facto, in cogitatiõe, in manib. in pedibus, in uisu, in auditu, custodiamusq; corpus nostrũ & animam. Christus em dñs noster, q est deus & dei filius, descẽdit de cœlo in terrã, ut nos de terra ad cœlũ secũ portaret: pro nobis peccatorib. crucẽ ascẽdit, ut nos à cruciatu diaboli liberaret: ab inimicis mortẽ suscepit, ut nos de morte eriperet: à mortuis resurrexit, ut nos resurgamus anima & corpore in die magno iudicij. Ideo dum tẽpus habemus laboremus, & bona oꝑa deoq; placita una cũ dei adiutorio semꝑ facere studeamus, ne subito pręoccupati die mortis quęramus spatiũ pœnitẽtię & inuenire nõ possimus. Dũ sumus in hoc tempore seminare nos oportet: tẽpore em suo, id est post mortẽ, siue in die iudicij metemus, q̃d in uita æterna habere debeamus. Hic em laboremus, et inuicẽ onera nostra portemus. Quò em præcessit caput, & cætera mẽbra secutura sunt.

Mutua charitas. Cap. LII

Teneamus sicut iã superius insertũ est, fidẽ rectã, spem certã, charitatẽ perfectam: quia fides tanq̃ sensus noster est, & charitas tanq̃ sanitas nostra. Fides credit, charitas operatur, spes roborat: & q̃uis diuersa mẽbra diuersa habeant officia, si charitatis tamẽ unitate teneant̃ omnia mẽbra, tunc merebunt̃ ire post caput. Caput em nostrũ Christus in cœlo est. Et ipsa ueritas dñs noster Iesus Christus, de suis fidelib. ait, Si quis mihi ministrat, me sequatur, et ubi ego sum, illic & minister meus erit.

Ioan. 12

Caueamus, & per omnia caue- C amus, ne per inuidiã, odium, detractionẽ, iram & rixam, à capite nostro dño Iesu Christo præcidamur: & quicquid mali iusti pro amore Christi, nostriq; ꝓximi pertulerint, charitatis affectu cõpatiamur: & quicq̃d boni alius quislibet acceperit, quasi nos acceperimus, ita gaudeamus, & ꝓ illo q accepit gratias referamus. Ecce ut iã diximus, cũ patit̃ aliquis tribulationẽ, aut dãnũ huius seculi, aut pro culpis suis uapulat, uel iubẽte imperiali sublimitate, in carcerẽ retrudit̃, tristat̃ parentũ siue amicorũ morte: si dolemus pro illo, & cõpatimur quãtũ possumus, in corpore ecclesiæ cõstituti sumus: si non dolemus, iam à corpore præcisi sumus. Sed proh dolor nos aliquãdo rigorẽ simulãtes materiã in flãmã mittimus, & cũ ignis incensus fuerit fugi- D mus. Charitas quæ colligat & uiuificat omnia mẽbra ecclesiæ, si nos uideat de ruina alterius gaudere, statim nos præcidit à corpore. Forte igitur non dolemus de ruina proximorum nostrorum, sed insidiamur, quia pręcisi sumus à corpore: Si enim ibi essemus, sine dubio doluissemus. Consideremus charissime, & diligenter attendamus, quia tãdiu dolet mẽbrum quãdiu in corpore continet̃: si aũt abscisum fuerit, nec dolere poterit, nec sentire. Cũ enim manus aut aliquod aliud membrum abscisum fuerit à corpore, si totum corpus tũc in multis partibus diuidat̃, manus illa nõ sentit, quæ iam à reliquorum membrorũ societate diuisa est. Talis est omis Christianus qui de alterius damno,

afflictione

afflictiõe, aut etiã morte nõ dolet, sed quod peius est, forte etiã subsannat & gaudet. Ideo affectũ cha- A ritatis nõ habet in corde, quia iã alienus est à corpore: cũ Apostolus prçcipiat, gaudere cũ gaudẽtibus, flere cũ flẽtibus, idipsum inuicẽ sentientes. Et Salomõ, ne de ruina fratrũ nostrorũ gaudeamus, manifestissime admonet. Nos uero miseri de inimicorũ nostrorũ ruina gaudemus, subsãnamus, et si nõ cadit, cadere eũ in ultionem nostri optamus: sed oremus deũ mi frater, si uerã & perfectã charitatẽ custodire uolumus, ut eius adiutorio oẽs homines sicut nosmetipsos studeamus diligere: ut qa caput nostrũ Christus est, mẽbra illius nos esse mereamur: ut cum Christus apparuerit gloria nostra, & nos per cõcordiã charitatis, & per dilectionẽ, scilicet dei & proximi, quasi uera & pfecta mẽbra illius absq; ullo dolo malitiç uel inuidiæ, omẽs homines sicut nos ipsos amãtes, cũ ipso apparere mereamur in gloria. Ipse etem ait: In hoc cognoscẽt oẽs, quia mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ: Dilectio etem proximi, malũ non operatur. O mi frater, si dñs et Saluator noster, qui nullũ peccatũ habuit, tãto affectu & tãta dilectiõe nos peccatores amare dignať, ut quod nos patimur, seipsum pati testeť: quare nos qui sine peccato nõ sumus, & quia peccata nostra per charitatẽ redimere possumus, nõ tã perfecto amore eũ diligimus, dũ tantũ nos dilexit, ut etiã propriũ filiũ suum pro nobis peccatorib. morti traderet? Et cum tantã benignitatẽ & misericordiã erga nos exhibuit, uigilemus ne pdamus bonũ qd nobis dedit, C & sacramẽtũ baptismi nostri, in quo iurauimus abrenũciare diabolo & põpis eius & omnib. peccatis. Et si trãsgredimur in aliquo peccato post baptismũ, nos abluere pœnitentiç lachrymis curemus, quia pius deus dedit secũdũ baptismũ, id est fontẽ lachrymarũ, & ordinauit nobis pœnitentiã propter fragilitatẽ nostrã. Ideo debemus nostras confessiones ueraciter cõfiteri, & fructus dignos pœnitẽtiæ facere, id est prçterita ne reiteremus, secũdũ iussionẽ dñi & cõsiliũ sacerdotis deũ timentis. Qui sacerdos, ut sapiens & perfectus medicus, primũ sciat curare peccata sua, & postea aliena uulnera detergere & sanare, & nõ publicare. Hos perquiramus & sequamur, & cum talib. consiliũ salu- D tis nostræ incamus: ut nõ pdamus hæreditatẽ cœlestẽ quã nobis dñs ab initio mũdi præparauit, si seruiamus ei in iustitia & sãctitate, & puritate cordis, & charitate nõ ficta, clamantes cũ Apostolo. Quis separabit nos à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an gladius, & cætera quæ sequuntur. Dictũ est em, Neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instãtia, neq; futura, neq; aliqua creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Dictũ est etiam de ecclesia primitiua, q; erat illis cor unũ & anima una in dño, & erat unũ uelle & nolle, quia in unum eos Christi charitas copulauerat. E cõtrario uero carnales & amatores huius mundi cõtra se inuicẽ separãtur & disiunguntur: mouentes in alterutrum scãdala, cõtentiones, iras, rixas, dis-

Rom.12
Prouerb.17
Ioan.13
Rom.8
Consilia malorum. Ca.LIII

sensiones, homicidia, periuria, furta, rapinas, & omnia quæ mundus iste amat, & delectatur dicens unusquisq; in corde suo, Faciam quod uolo, dominum meũ amicũ & defensorẽ habeo, nemo mihi obstat, interim faciã quod possum, implebo cogitatiões meas, & delectationes corporis: suffragantur mihi consilia mea siue amicorũ meorũ, uel parentũ potentũ: opprimã quẽ uolo, astem cui uolo, adest mihi aurũ, superabundat argentũ: eloquẽtia mea omnes præcellit: quẽ uereor? Assunt mihi serui & ancillæ, agri, & multæ possessiões huius mũdi, pallia, uestes preciosæ, unde me redimere possum: adimplebo uolũtatem meã, deus dabit mihi spatiũ uitæ & pœnitẽtiæ. Heu quare nõ timemus quod Euangeliũ terribiliter insonat dicẽs, Stulte hac nocte exposcent ã te animã tuã: quæ præparasti, cuius erunt? Homines nos esse cognoscamus, nec sic superbiamus contra deum & proximũ nostrum, ut uoluntates nostras malas perficiamus & deũ postponamus, ac deinceps domini bonã uolũtatem ad nostras malas reflectere cũ muneribus posse nitamur, eũ nos nostramq; uoluntatẽ prauã ad domini semper rectã uolũtatẽ corrigere negligamus: sed ubicunq; nos delectat, iniurias nostras uolumus uindicare: nec fratri parcimus dicentes, faciã uindictã in fratrẽ uel patrẽ meũ: faciã homicidiũ, periuriũ, adulteriũ, fornicationẽ, & postea dabo domino redẽptionẽ meã. Quare non intelligimus, dum sic audacter peccamus, æstimantes deum posse munerib. placari, q; tunc multo plus eũ ad iram, q; ad misericordiã prouocamus: quia deus non delectať in auro uel argento, nec aliud à nobis quærit, q; animas nostras mundas in cõspectu suo præsentari. Nec enim cõsilijs peccatorum se immiscet, sed ex salute nostra nos semper admonet & salubre dat consilium, quia ipse est consiliarius salutis nostræ, sicut Propheta ait, Et uocabiť nomen eius admirabilis consiliarius: Et iterum dictum est de deo in Psalmo: Beatus uir qui nõ abijt in cõsilio impiorum. Et iterũ, Quia nõ est iniquitas in eo. Et forte ipsa quã putamus pro nobis facere eleemosynã de prædis mortuorũ siue de rapinis pauperũ, non uidetur esse eleemosyna. Qualis est enim eleemosyna ut unus iniuste uestiatur, & alius iniuste spolietur: & unus iniuste pascatur, & alius iniuste fame torqueať? Non quærit ista deus à nobis: audeo dicere, odit ista deus omnipotens. Ipsum audi Prophetã, qui dicit, Qui offert sacrificiũ ex rapina, siue ex substãtia pauperũ, quasi qui uictimat filiũ in cõspectu patris sui: Non accipiã, inquit, deus ista de manib. uestris: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Et alius Propheta, Panis egentiũ, uita pauperũ est: qui defraudat illum, uir sanguinũ est. Contẽnamus facere iniustas eleemosynas, qui uolumus facere iustas. Studeamus facere spiritales eleemosynas, ut de iustis laborib. faciamus, nõ de rapinis, siue multiplicatione frugum, aut de ineptis negotijs: ne forte in hoc multa sacrilegia incurranť, uel etiã quod peius est, cupiditate uel inebrietate sanguis fundať, clamẽtq; eorum uoces ad deum contra nos, multo labore afflicti

Luc.12
Esa.9
Psal.1
Rom.9
Eccli.43
Eccl.34

Psal.14 afflicti. Vnde & Psalmista ait, Qui pecuniã suam
nõ dedit ad usurã, & munera super innocentes nõ A
accepit: & cætera quæ superius in eodem Psalmo
sudientẽ & credentẽ & pauentẽ, beatum efficere
possunt, sicut & idẽ Psalmus concludit. Qui facit
Deo hærendũ non mundo Cap. LIIII hæc, non mouebitur in æternũ. Et quia talia &
his similia creator omniũ creaturæ suæ rationali
annunciando insinuat, credimus quia qui diligit
quod creauit creator neminẽ persequitur, si ipse
homo se non persequatur. A nullo quolibet homi
ne recedit deus, nisi prius ipse homo ab eo rece-
dat, nec naturam in nobis, sed uitiũ quod cõtraxi-
mus odit, non prodest nobis, imò etiã obest Chri-
sti sanguine esse redemptos, & uolũtarie diabolo
esse subiectos. Ideo cogitemus & recogitemus, quod
non propter felicitatẽ terrenã Christiani effecti su
mus. Non enim omnes qui in hoc seculo felices B
sunt, felices erunt & in futuro: nec omes infelices
in hoc seculo, infelices erũt in futuro. Nec ꝓpter
diuitias huius seculi, uel propter istã uitã Christũ
1 Cor.15 colimus: Sicut Apostolus ait, Si in hac uita tantũ
speramus in Christo, miserabiliores sumus omni-
bus hominib. Christus enim, ne aurum diligere-
mus, oblata munera cõtemnere docuit. Ne famẽ
timeremus, quadraginta dieb. ieiunauit. Ne nudi-
tatẽ pertimesceremus, pręter unã tunicã, aliam di-
scipulis suis habere uetuit. Ne tribulatiões expa-
uesceremus, omia ipse sustinuit. Ne mortẽ formi-
daremus, & hãc ipse suscepit. Et cũ ista omia nos
docuerit, nõ tantũ uerbo, uerũ etiã exẽplo ipse pręe
cessit: Hoc suauiter flagret in cordib. nostris, hoc
ignis spiritussancti in nobis feruere faciat, ut sequa C
mur uestigia eius, ne desideremus remanere in
hoc mundo, et pereamus cũ hoc mũdo. Heu quàm mi
seri sumus, si hoc credere nolumus, & ab amore
huius seculi mentẽ nostrã nõ reuocemus, dũ per-
petualiter ista tenere nõ possumus, & illa per secu
ritatẽ amittimus. Quid faciemus? quid agemus?
Lugendũ nobis est, si regnum dei promissum per
damus, & subito dicatur nobis, ó uos amatores
mundi exite obuiam sponso Christo, & ad illũ ue
nite quẽ uidere nõ uultis, quia præcepta eius post
posuistis. Videbitis eñ plagas ipsas, quas in cor-
pore suo pro uobis ipse pertulit. Quid tũc gemen
tes & dolẽtes dicemus? Et quid meritis nostris in
Psal.115 eũ exigentib. respõsuri sumus, dum frequẽter au-
dimus, & negligimus quod Psalmista cecinit, Quid D
retribuã dño, pro omnib. quæ retribuit mihi? Cali
cẽ salutaris accipiã, & nomẽ dñi inuocabo. Firmi-
ter teneamus, quia spes bonorũ in isto mundo nõ
est posita, quãuis uideatur spes humana uel mun-
dana esse, quæ in amaritudinẽ uertitur, & amarã
potionem ipse mundus amatoribus suis propi-
nat. Et ipsa ueritas eos alloquitur, dicens. Vbi est
quod amabatis? Vbi est quod pro magno teneba
De lugẽdæ animarum perditione. Ca. LV tis? O mi frater, nunquid ferreæ sunt carnes no
stræ ut non contremiscant, uel etiã sensus noster
adamantinus ut nõ mollescat, aut etiã minime cui
gilet ad talia dei uerba? Quare non dicimus cum
Hier.9 Propheta, Quis dabit capiti nostro aquã, & ocu-
lis nostris fontem lachrymarum, & nõ ploremus
die ac nocte, filios uulneratos plebis nostrę? Defi
A ciunt flendo oculi eorũ qui cõsiderant, nõ solum
mortes corporũ, uerumetiã animarũ Christiano-
rum. Quis luctus idonior, quis plãctus certior in-
ueniri potest, quando unusquisque nostrũ de anima
perdita luget & dolet cum Apostolo, qui dixit,
Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scan- 2 Cor.11
dalizatur, & ego non uror? Atque iterũ in alio loco
dilectioni proximorũ compassus, dicit, Optabam
esse anathema pro fratrib. meis in Christo. Disca- Rom.9
mus in tãto Christi Apostolo tantã flagrare Chri-
sti charitatẽ, dum sciebat quòd unico filio suo non
pepercisset, sed pro omnibus nobis tradidisset eũ.
Pro omnib. nobis dicit, ideo nulli laici, nulli cleri-
ci, nullæ sacratæ uirgines, nullæ uiduæ debẽt ne-
gligere salutẽ animarũ suarũ, dum tanti sanguinis
B precium pro nobis fusum esse manifestum est.
Ideo omnes nos qui reliqui sumus super terrã, Nunc tempus misericordiæ. Cap. LVI
peccata nostra agnoscamus, ne cũ impijs perea-
mus, cum cito iudicẽ digna satisfactione non pla-
camus. Quàm uelociter placauit irã eius, ille qui
dixit, Peccatum meũ cognoui, & iniustitiã meam Psal.31
non operui. Dixi, pronunciabo aduersum me iniu
stitiã meã domino. Promittit se pronunciaturũ &
illi iam dimittitur: Attende mi frater, magna res,
Dixit, pronũciabo: nõ dixit, pronũciaui & tu remi-
sisti: quia ex eo ipso quod dixit, pronũciabo: ostendit
quia nondũ pronunciauerat, sed corde pronũcia-
uerat. Hoc ipsum dicere, pronunciabo, pronũcia-
re est, ideo & dimisisti impietatẽ cordis mei. Vox
mea nondũ in ore erat, confessio ergo mea non-
C dum ad os uenerat. Dixeram pronũciabo aduer-
sus me: Verũtamẽ deus audiuit uocẽ cordis mei.
Vox mea nondũ in ore, sed auris dei iam in cor-
de erat, Et quid secutũ est? Et tu remisisti impieta-
tem cordis mei. Paratus est semper deus peccata
nostra indulgere, si nõ tardauerimus ad eũ reuer-
ti. Si enim tardauerimus, timeamus ne inferat no-
bis iram suã: quia quosdã prædestinauit ad suppli-
cium, nec tamẽ hoc iniuste, sed in alto suo iudicio.
Nam Cain perfecit fratricidiũ, & Iob uulneratus
dei amicus est effectus, & Abel innocens à fratre
suo occisus: tamẽ nec Iob diutius passus est crucia-
tum, nec Ananiæ locũ donauit ad ignoscẽdũ, nec
Paulũ deseruit colaphizatũ, quẽ sua gratia fecit
robustũ, nec Iudã suscepit pœnitentẽ, nec Petrũ
D deseruit flentẽ, nec Saul respexit pœnitentẽ, nec
Dauid despexit confitentẽ. Et sic pius & miseri-
cors dominus alto suo iudicio separat uasa iræ, à
uasis misericordiæ. O si attẽdamus miserũ Iudam,
uas olim perfectũ & in perditionẽ perductũ: Mustũ
sanctispiritus potare nõ potuit, quo accepto cõti
nuo crepuit, totumque fractum, ad nihilũ utile est.
Hæc pertimescentes cõuertamur: & cõuertamur
dum tẽpus est. Ait eñ Psalmista, Inquirite domi- Psal.104
num dum tẽpus est, & cõfirmamini, quærite faciẽ
eius semper. Tempus est enim ut reparemur, & si
in aliquo per peccatũ fracti sumus, omnipotentẽ
deũ figulum & artificẽ habemus: credamus quia
potẽs est reparare perdita, qui creauit hęc omia inte
gra. Ipse enim ait, Sicut lutum in manu figuli, ita Eccli.33
uos

uos estis in manu mea. Ideo humiliemus nos sub
manu omnipotẽtis dei, ut nos exalter in tempore A
uisitationis. Cogitemus nos in conspectu dei sta-
re: Agnoscamus quid simus: Agnoscamus quia
terra & cinis sumus, dum Propheta contra nos di-
Eccli.10 cat, Quid superbit terra & cinis? Quòd si nos non
agnoscimus, frustra exaltare uolumus ceruices
nostras, dum deus superbis resistit, humilibus aũt
Iacob.4 dat gratiã. Cõsolamini humiles, dicit dñs deus ue-
ster, cõsolamini qui estis pusillanimes & conforta
mini, & iam nolite timere, ecce deus uester retri-
Philip.4 buet iudiciũ, ipse uenier & saluos nos faciet. Do-
minus in proximo est, nihil solliciti sitis, nihil uos
terreat mundi infelicitas, nihil dominorũ iniusto-
rum impietas, quia si istã infelicitatẽ mundanã san
cti dei omnes timuissent, perpetuã felicitatem nõ
haberent. Si felicitas huius mundi transitoria dili- B
gitur, hic perpetua non inuenitur. Si uero perpe-
tua felicitas quæritur, quoniã hic nõ inuenitur ad
perpetuam felicitatem tendamus, ubi patriam &
parentes nostros habemus, patientissime omnia
huius mũdi pro Christi nomine toleremus. Quid
Rom.8 ergo rogo est quod toleretur, contra illud quod
nobis promittitur? Apostolus inquit, Nõ sunt cõ-
dignæ passiones huius temporis, ad futuram glo-
Fiducia in pastore Christo. Cap. LVII riam quæ reuelabitur in nobis. Nulla ergo pres
sura nos terreat, nulla calamitas frãgat: dñs in pro
ximo est, & pastor noster circa nos est, quid metu
imus? Et si metuimus clamemus ad pastorem no-
strum, ut nos audiat, clamemus in compunctione
Psal.118 cordis, dicentes: Erraui sicur ouis quæ perierat, re
Psal.21 quire seruum tuũ dñe. Clamemus & dicamus, Li- C
bera à framea deus animã meam, et de manu canis
unicã meam, & salua me ex ore leonis. Clamemus
Psal.141 & dicamus, Perijt fuga à me, & nõ est qui requirat
animã meam. Cõsiderabo ad sinistram, ecce dia-
bolus ut lupus rugit, sicut leo frendet. Ecce lupus
est, cõtrà latra canis. Clamaui ad te dñe, dixi, tu es
spes mea, portio mea in terra uiuentiũ: Libera me
de manibus inimicorũ meorũ, & eorũ qui me per
sequuntur. Nunquid pastor noster bonus, qui a-
nimam suam posuit pro ouibus suis, ad quẽ si cla-
memus, dimitter nos diutius errare, aut à feris uel
à bestijs dilaniari atq; cõsumi? Absit. Quinimo re
lictis in deserto nonagintanouẽ, perrexit unam o-
uem quærere perditã. Nec quia clamantem audi-
uit, ideo perrexit, sed antequam clamaret, ait enim D
Euangelista, Relictis nonagintanouẽ in deserto,
abijt quærere unã ouem quæ perierat, quã inuen-
tam & lassatã atq; fatigatã, impositã humeris suis
reportauit ad gregẽ. Pastor eam ad gregẽ suis hu-
meris reportare dignatus est, & misericordia sua
ab errore reuocare. Quòd uero ouẽ istam dñs suis
humeris impositam reportauit ad gregem, quan-
tæ misericordiæ eius gratiæ agendæ sunt, qui tan-
tum se ad nos humiliauit & inclinauit, portat et re
Implorat opẽ dei. LVIII ficit, regit & custodit. Deprecamur te domine
bone summe & optime pastor, ne pereat ouis, im-
ple officium summi pastoris. Persequere leonem,
qui rapuit ouem de grege tuo: leo interficiatur, &
ouis de faucibus eius eruatur. Tu enim es pastor
ouiũ rex noster potens, cõtere Satanã sub pedib.
nostris. Et nũc dñe pastor noster, rex noster, tot de
grege tuo quotidie rapiuntur oues, quare taces?
Respõde quare tantũ taces? Ecce per diuersa præ-
cipitia rapiunt oues tuæ, & inimici tui qui te ode-
runt leuant caput contra te & tu taces. O domine
deus responde: Quare tãdiu taces? Ad hæc domi-
nus per prophetã clamat, & dicit: Tacui tacui, sed Esa.42
nõ semper tacebo: Aget iudicium manus mea. Er
go domine Iesu pastor noster, rex noster, accipe
arma tua & progredere, ut pugnes cõtra leonem
aduersariũ nostrum, qui circuit quærens nos deuo Psal.60
rare. Esto nobis domine turris fortitudinis, à facie
inimici. Petimus, & instantissime petimus ut libe-
res nos. Mundus enim in maligno positus est. Ec-
ce sæuiũt mala, & pereũt mũdi dilectores, blasphe
mãt, insaniũt & aduersus te murmurãt, non solum
tuam misericordiã non precant, uerũetiam tuũ iu
dicium reprehendũt. Quis in eis talia operat, nisi
autor mali angelus superbus & perditus, & om-
nes perdere cupiẽs? Libera nos domine deus no-
ster ab omni malo, & pars nostra sit cum omni bo
no. Ab omni malo libera nos, quia tunc ab omni
malo liberamur, quãdo à diabolo & angelis eius
separamur. Angeli eius sunt, qui faciũt uoluntatẽ
eius: Nõ sit nobis pars cũ talib. qui faciunt uolun-
tatẽ diaboli, sed cũ illo qui dixit: Si quis fecerit uo Matth.12
lutatem patris mei, ipse meus frater, soror, & ma-
ter est. Nos eñ illius precio redẽpti sumus. Socie-
tatem malorũ fugientes, bona quæramus, summo
bono inhæreamus, illi seruiamus, eius uolũtatem
faciamus: ut simus & nos angeli dei, de quib. dicit Psal.109
Propheta: Benedicite domino omnes angeli eius
ministri eius, facientes uoluntatẽ eius: quia uolun
tas patris nostri est, sicut Euangeliũ ait, ut nõ per-
eat unus ex pusillis suis, & ne pereamus & euella-
mur de uia iusta. Deponamus opera tenebra- Arma lucis. Cap. LIX
rum, & induamur arma lucis, ut expulsa noctis ca
ligine, effugatisq; umbris tenebrarum, radius ueri
luminis fulgeat in cordibus nostris. In nocte non
opera noctis, sed diei opera peragamus, quia filij
diei appellati sumus: Neq; eñ delectatione som-
ni sensus noster torpescat, nec uanis phãtasmatib.
animas nostras illudat, nec ipsa corpora stramen-
torum calore depressa in alto torpore quies incli-
net, sed uigilãdo, orãdo, ieiunãdo, psallẽdo, cõtra
diabolũ aduersariũ nostrũ dimicemus, & magnã
lucem infusam cordib. nostris sentiamus, & in no
cte opera diei peragamus. Quid enim agendũ no
bis est in nocte huius seculi caliginosa, nisi diabo-
lum effugare & Christũ introducere? Quid agen-
dum est nobis in huius noctis cæcitate, nisi capti-
uatorẽ captiuare, & liberatorẽ sequi? Quid agen-
dũ est nobis in nocte, nisi tenebras diabolicas de
cordib. nostris excutere, & lumen uerũ haurire?
Quid agendũ est nobis in nocte, nisi superbiã ex-
tirpare & humilitatẽ introducere? Quid agendũ
est nobis in nocte, nisi principem omniũ uitiorũ à
nobis expellere, & fontẽ omnium bonorũ susci-
pere? Suscipiamus eum frater charissime suscipia
mus eũ, ut & suscipiamur ab eo, & uideamus quæ
bona

bona præparata ab eo habeamus, qui nos quotidie uocat: suscipiamus iugū eius leue & sarcinā eius suauē, qui sarcinā peccatorū nostrorū releuat: deponamus opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Quid est em̄ deponere opera tenebrarū, nisi renunciare diaboli pōpis & angelis eius? Et quid est nos arma lucis indui, nisi credere in deū patrē omnipotentē, qui illuminauit omnē hominē uenientē in hūc mundū, qui hoc dixit: Dum lucē habetis, credite in lucē, ut filij lucis sitis? Prius tamē dilectissime si uis, imò quia uis discutiamus & inuestigemus quis sit, uel quid sit diabolus. Diabolus enim est angelus per superbiā separatus à deo, qui in ueritate nō stetit, & doctor mēdacij, et pater mēdacij: quia ab ipso primū inuentū est mēdaciū, & ipse est mendaciū, sicut uerissima ueritas dńs noster Iesus Christus in Euangelio Ioannis loquit: qa ipse est caput & finis mēdacij, & à semetipso deceptus, nos decipere festinat. Iste est aduersarius effectus generis humani, inuentor mortis, superbiæ institutor, radix malitiæ, scelerū caput, princeps omniū uitiorū, persuasor etiā turpiū uoluptatum. Hic ergo cum illum primū hominem à deo factum, Adam scilicet, patrē omniū nostrum intueret, sicut superius crebro intelligere potes: uideretq; eum ex limo terræ ad imaginē dei factū, pudicitia ornatū, temperantia compositū, charitate circundatū, immortalitate uestitū: æmulus atq; inuidus tantā beatitudinē hominē terrenum accepisse, quam ipse dum esset angelus, per superbiam cognoscit amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida primo parēti nostro, nos nostrosq; parentes à tantis & talibus bonis expoliauit, insuper & peremit. Nam & multis bonis in prima fronte diabolus nos expoliauit, id est pudicitia, continēntia, patiētia, mansuetudine, charitate, immortalitate. Sic nos nudos & miseros reddidit, suisq; pānis dirisit esse inuolutos, & suo dominio esse astrictos, atq; ex ipso uinculo omnē prolem nostrā sibi obligauit. Expoliauit nos pudicitia, & accinxit impudicitia. Expoliauit nos temperātia, & fecit intemperatos. Expoliauit charitate, & uestiuit malitia. Expoliauit immortalitate, & propinauit mortē. His etiā turpissimis & fœtidissimis pānis nos posterosq; nostros inuoluit & semiuiuos reliquit.

Diabolus autor mortis *Cap. LX*

Renunciandū diabolo *Cap. LXI*

Et qa sic miserabiliter atrocissimus hostis circa nos egit, eia frater charissime, eia renūciemus huic dānosæ hæreditati: pupilli facti sumus, anteq̄ exactor ueniat tam pessimæ hæreditatis, omnib. quæ eius sunt renūciemus. Si quis aūt itaq; huic hæreditati, in qua sunt pāni diaboli, pōpæ scilicet seculi, & angelis eius renūciare neglexerit, cū iudex uenerit, sicut Euāgeliū loquit, tradet debitor exactori, exactor aūt debitorē trudet in carcerē, Amē dico uobis, dicit dńs, nō exiet inde donec reddat nouissimū quadrantē. Omne itaq; genus humanum tanq̄ pauperē & pupillum diuina scriptura commendat deo, dicēs: Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor: eiusq; aduersariū diabolū demonstrās, secutus adiunxit, Contere brachiū peccatoris & maligni. Assit dńs noster Iesus Christus

Psal. 9

A pius & misericors, qui aliquam misericordiā huic pauperi & pupillo exhibeat, quia callidū atq; ferocissimū aduersariū patitur: etiam pupillus in causa deficit sua: quapropter suus aduersarius prauis artibus decipere eū festinat. Assis dńe Iesu Christe huic pupillo idoneus defensor, sta in causa illius, qui nosti rectè iudicare filijs hominum. Eleua brachium tuū, et contere brachiū peccatoris & maligni. Optime nosti huius pauperis & pupilli, generis scilicet humani causam, quæ ex paterno chirographo debetur. Inuentus est reus, & obstrictus aduersario detinet: nō est aliud quemadmodū nobis subueniat, nisi ex tuo consilio: & per necessariū adiutoriū iudica causam nostrā: defende, quia potens es dńe. O mi frater charissime, q̄ felix

B anima, quæ tā potentē habet defensorē: ideo nūc quæso uigilet unusquisq; nostrū, ne apud eum diabolus in die iudicij suos pānos agnoscat, & incipiat reus ex hoc semper detineri, quem Christus sua gratia uoluit liberare. Nec sibi male blandiantur, qui post acceptā gratiā corrigi nolunt, atq; rursus ad illas suas pristinas redeūt uoluptates. Expectatur enim dies iudicij, aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potētis personā accipiet, cuius palatiū auro argentoq; nullus episcopus, nec abbas, nec comes corrūpere poterit. Omnes animæ astabūt, ut referat unaquæq; secundū quod gesserit in corpore, siue bonū siue malū. Præsto enim erit aduersarius diabolus, & recitabunt uerba professionis nostræ, & obijciet nobis in faciē quicqd fecimus: & qua die peccauimus, & quo loco, & quid boni

Dæmon accusator in iudicio *Cap. LXII*

2. Cor. 5

C tūc tēporis facere debuimus. Et si tales inuēti fuerimus, exultabit ille aduersarius in cōspectu piissimi iudicis, superiorē se esse nobis declamās, agēs talē causam apud talem iudicē: habet em̄ tunc dicere ipse diabolus: Æquissime iudex, iudica istū meū esse ob culpā, qui tuus esse noluit per gratiā: tuus est per naturā, meus est per miseriam: tuus est ob passionē, meus per suasionē: tibi inobediēs, mihi obediens: à te accepit immortalitatis stolam, à me hanc pānosam, qua indutus est, uestem: tuam uestē amisit, cum mea ueste huc aduenit. Quid apud eum impudicitia faciebat, quid intēperantia, quid auaritia, quid ira, quid superbia, quid cætera mea mēbra? Dimisit te, confugiū fecit ad me. Meas sorores uideo comitari cū illo. Quid em̄? Idcir-

D co omnia faciebat, quia cum superbia disputabat, quia cum ira furiebat, thesaurizauit sibi irā in die iræ. Æquissime iudex, iudica inquā, quia iustitia & iudiciū præparatio sedis tuæ. Iudica illū meum esse, & mecū dānandū esse. Hæc omnia quæ huc attulit, mea esse cognosco, me⁹ esse uoluit, & mea cōcupiuit, mecū puniri debet: quoniā quem tu dignatus es tāto precio liberare, ipse mihi uoluit se postmodū libēter obligare. Heu heu frater charissime, poterit ne talis aperire os, qui talis ibi inuenietur, ut iuste ire cū diabolo deputet? Videamus quid agamus, ab illo uideamus quomō liberemur: uideamus & caueamus ne in uacuū gratiā dei suscipiamus, sed integro corde, perfectaq; fide renūciemus, atq; spernamus tam damnosam dia-

Relabi periculosum *Cap. LXIII*

boli hæreditatē, ne pupilli & pauperes remancamus. Recitet in medio nostrū sententia beati Pauli A apostoli terribilis terribiliterq; prolata, quę corda simul & corpora nostra cōtremiscere faciat: ait e-
Heb.10 nim, Voluntarie em̄ peccantibus nobis post acceptam notitiā ueritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis est aūt quędā expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quę consumptura est aduersarios. Irritā quis faciens legē Moysi, fine ulla mise-
Deut.17 ratione duobus uel trib. testibus moritur: quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiū dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię cōtumeliā fecerit. Scimus enim qui dixit, Mihi uindi-
Deut.32 ctam, & ego retribuā. Et iterū, Quia iudicabit dñs B populum suum. Horrendum est enim incidere in manus dei uiuentis. Et paulo post, Nolite itaq; amittere confidentiā uestrā, quæ magnā habet remunerationē. Patiētia enim uobis necessaria est, ut uoluntatē dei faciētes, reportetis promissionē. Adhuc enim modicū aliquantulū, qui uenturus est ueniet, & nō tardabit reddere unicuiq; secundum opus suū. Hæc em̄ uerba nō ex me, sed ex ip-
2 Cor.13 so qui dixit, An experimentū eius quæritis qui in me loquitur Christus, profluxerūt. Extēdamus ac ē oculi cordis nostri, & uideamus: & aurem cordis accōmodemus ad terribilem Apostoli sententiam perspiciendā et inuestigandā. Mundemus oculos cordis, imò ipsa lux quā desideramus uidere, mundet cor nostrū, & sitā peccatorū tenebris ipso mi- C
Matth.5 serāte mundatū: Beati enim, ait, mūdo corde, quoniam ipsi deū uidebūt: nō sit nobis hic labor inuti-
Ioan.11 lis ad perniciē, sed utilis ad salutē. Curramus dum lucē habemus, ne tenebræ nos comprehēdant. Et iterū Apostolus nos hortatur intētissime dicens,
Heb.12 Remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut nō claudicans quis erret, magis autē sanet. Pacē sequimini cum omnibus & sanctimoniā, sine qua nemo uidebit deū: contēplantes ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinās impediat, & per illā inquinentur multi. Et paulo post, Videte ne recusetis loquentē: si enim illi qui increduli fuerūt uerbo dei, non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos qui de cœlo loquentē nobis aduertimus, cuius uox mouit D
Aggei 2 terrā tunc, modo aūt repromittit dicēs, Adhuc semel, & ego mouebo non solum terrā, sed & cœlū. Quod aūt, adhuc semel, dicit, declarat mobilium translationē tanq; factorū, ut maneat ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnū immobile suscipientes, habemus gratiā, per quā seruiamus placētes deo cū metu & reuerētia: etenim deus noster ignis consumens est, qui cōsumpturus est aduersarios. Accedamus ad eū anteq; cōsumamur ab illo: postulan-
Psal.65 tes uri cor nostrū, & renes nostros. Et iterū, Quoniā probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentū. Apertissime em̄ patet, quia si hic ab illo nō urimur, illic uelut aduersarij cōsu-
Ephes.5 memur. Ait em̄ Apostolus, Nemo se circūueniat, nemo se seducat inanib. uerbis: quia quæcunq; seminauerit homo, hęc et metet. Nō aliud lingua loquamur & aliud corde, ne simus Iudas & Herodiani: alij in perditionē, alij in cōfusionē, alij in dissimulationē, sed in ueritatis humilitate. Ideo cū uero corde in plenitudinē fidei properemus, aspersi corda à conscientia mala. Teneamus spei nostræ confessionē indeclinabilē, & bonorum operū inchoationē nō deseramus, sicut est consuetudinis quibusdā: sed cōsolantes tāto magis, quāto uideri mus appropinquantē diē iudicij. Teramus carnis nostræ superbiā, quia caro est quæ animā perdit, & totā superbiā affert: & qui in carne seminat, sicut Apostolus ait, de carne, & metet corruptionē. Caro est quæ recipit diabolū: diabolus enim se B minat in carne nostra semina sua, id est, homicidium, fornicationē, cōcupiscentiā, libidinē, iram, rixam, ebrietatē, superbiā, furtū, & omnē suggestionē malā, dicēte Apostolo, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus spiritus aeris huius, aduersus spiritalia in cœlestib. De diabolo dicit, quia spiritus malus est, & nō uidetur. Et ipse spiritus nequissimus proiectus est de cœlo cū angelis suis, de quibus dicitur in Apocalypsi, Ecce proiectus est accusator fratrū nostrorū, qui accusabat illos die ac nocte, & ipsi uicerūt eū propter sanguinē agni. De quo Apostolus dicit, Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dñm rogaui ut discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gra- C tia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Idē ipse repetens dicit, Video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mētis meę, & captiuantē me in legē peccati, quæ est in mēbris meis. Itērū ipse, Ego enim mente seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Et iterū, Nunc nihil damnationis est his qui sunt in Christo. Caro est quæ recipit diabolū, & carnē diabolus habet in potestate, nō animā: ideo dicit Apostolus, Datus est mihi stimulus carnis meæ, non dicit animæ, sed carnis meæ, angelus satanæ. Deniq; in carne Iob tētatus est à diabolo, dicente dño, Et data est ei potestas à dño in facultate eius. Et iterū, Dabo tibi illum in potestate, præter animam eius. Caro enim cōcupiscit aduersus spiritū, spiritus aūt aduersus carnē. Hæc aūt sibi inuicē aduersantur, ut nō quęcunq; uultis, illa faciatis. Caro D est misera bestia, quæ grauat animam, dicēte Apostolo, Qui in carne sunt, placere deo non possunt. Iterum ipsa ueritas dñs noster Iesus Christus de se ipso dicit, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Caro enim nostra in malitia semper uult potēs esse, in abstinentia aūt, id est, in ieiunio & in uigilijs & orationib. ac bonis operibus infirmā se esse fingit. Caro nostra est, quæ nos demergit in foueā, dicēte Apostolo, Mortificate mēbra uestra quæ sunt super terrā, id est fornicationē, immunditiā, iram, rixā, & cætera quæ sequuntur. Et iterū, Curā carnis ne feceritis in cōcupiscentijs uestris. Itaq; mortificemus carnē nostrā per abstinētiam in ieiunijs, & orationibus, & uigilijs, ne nobis adducat diabolū cum concupiscentijs malis. Caro autē data est nobis, quasi animæ bellū: quæ si mor-

Right-column marginal notes (top to bottom): Carnis rebellio. LXIIII; Gala.6; Ephes.6; Apoc.12; 2.Corin.12; Rom.7; Rom.8; 2.Cor.12; Iob 1. & 2; Gal.5; Rom.8; Matth.26; Col.3; Rom.13

si mortificetur, adducit uitã: si nutriatũ, præparat se
contra animã ad bellũ. Laudo aũt illum qui carnis
suæ potest habere potestatẽ. Dum infirmitatẽ car
nis nostræ timemus, salutẽ animæ nostræ negligi-
mus. O anima nostra misera quid dicis, quã caro
sic fortiter grauat? dicente Salomone, Caro quæ
Sap. 9 corrumpitur, aggrauat animam. Et iterũ repetit, Os
Sap. 1 quod mentitur, occidit animam. Væ uæ miseræ ani
mæ, quam caro persequitur. Caro nostra quotidie
cõtra animã pugnat, & nos quotidie cõtra carnẽ
Rom. 8 pugnare debemus, sicut Apostolus præcipit, Si se
cundũ carnẽ uixeritis, moriemini: si aũt spiritu fa-
cta carnis mortificaueritis, uiuetis. Omnẽ sugge-
stionem malam caro cõcupiscit & demonstrat, ca
ro concupiscit omne malũ, caro hortatur maleficia,
caro prouocat irã, caro prouocat homicidiũ, caro
prouocat adulteriũ & rixam, caro inserit ebrieta-
tem, caro portat omnẽ cõcupiscentiã malã huius
seculi, & omnia mala caro desiderat. O caro bestia
crudelis, quid habes, quid grauas animã, quæ ni-
hil desiderasset nisi deo seruire, si tibi inimicæ non
se iũxisset? Tu aũt caro misera nõ solũ teipsam oc-
cidis, sed & animã necas. Nõ sufficit tibi perditio
tua, sed & adhuc animã uis in infernũ demergere.
Væ tibi anima quæ carnẽ accepisti contrariã, quę
nec ipsa intrat, nec te permittit intrare in regnum
cœlorũ. O caro mala, quid quæris, quid desideras?
Nõ uis laborẽ sustinere, nõ uis inquieta conquie-
scere? Suffocas animã, ut uersa uice tu sis domina,
& illa ancilla. Rogo quare grauas animã, quæ mo
lesta nõ est tibi? Non tu effugies pœnã, dum ipsa
patitur gehennã: nec enim sine te poterit iudicari in
die iudicij. Quare nõ consentis spiritui & animæ
nostrę, sicut Euangeliũ te hortatur dicens: Esto con
sentiẽs aduersario tuo cũ es cũ ipso in uia: hoc est,
in hoc seculo, ne forte tradat te iudici, hoc est Chri
sto, & iudex tradat te ministris, hoc est angelis ma
lis: & ministri mittãt te in carcerẽ, hoc est in gehẽ-
nam: nõ exies inde donec reddas nouissimũ qua-
Precatio aduersus mala carnis. LXV drantẽ, id est usque ad minimũ peccatũ. Quid es
tu? quid nobis præstas, nisi detrimentũ animæ no
stræ? Qui te nutrit, ad malum faciendũ te nutrit:
quia nõ peccat anima nisi per carnẽ, sicut scriptũ
Ezech. 18 est, Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Verbi gra
tia dicit aliquis, anima quomodo potest peccare,
cum nõ uideatur? Quid potest tenere, cum ipsa nõ
teneatur? Ipsa caro peccat, quæ animã grauat: & ani
ma à carne superata cõsentit carni in peccatis. Ca
ro enim præceps est ad libidinẽ, improba ad petu
lantiã, frequens ad luxuriã, inuerecunda ad forni-
cationẽ. Crimẽ quotidie crimini superponit, pec-
cata peccatis, nõ cessat pessimis deteriora coniun
gere: uoluntate crudelis, uana & insipiẽs, semper
ad malũ prona, ad bonũ excusabilis & pigerrima,
uelox ad mortẽ, ad uitã difficilis: cui exosa sunt o-
pera lucis, & tenebrarũ amantissima: quia cadere
diligit, surgere negligit: amara est illi salus, & dul-
cis perditio: de malo semper corruens in deterius
& de peiori in pessima defluẽs: inquieta & impa-
tiens, flãmis gehẽnæ animas circũdans, iniiciẽs se
inter germina cupiditatis & auaritiæ, uanitatis &

arrogãtiæ, irę & impatiẽtię, cæterarumque nequitia
A rum superflua: inhonestis se deprimit, abstrahens
se à cœlestibus, & delectãs in terrenis. Relinquit
ueritatẽ, festinat haurire uanitatẽ, & uerba mẽda-
cij. Et quid plura? Sicut tinea lanã deuorat, & si-
cut ignis lignũ, fœnũ, & stipulã consumit: ita caro
rebellis & delicata animã consumit & cõcremat.
Quid tu ad hæc anima, quid tu ad hęc respondes?
Dicã, inquit, redẽptori meo, antequam carne exuar,
quid ad hæc respondeã, & ad quod bonũ corpus,
quod inhabito, incitare uoluissem. Non sit in me,
obsecro dñe, cõcupiscẽtia libidinis, sed amor pul
cherrimæ castitatis. Sim ad malũ audiendũ tarda,
ad uerbũ tuum festina, ad perficiendũ accelerans.
Sim in timore tuo solicita, in amore perfecta, in fi
de cõstans, in spe nullatenus dubitãs. Dilectione
B proximi ferueã, odij ardore nõ urar, nec inuidię li
uore tabescã: sanctum semper in me opus spira ut
cogitẽ, compelle ut faciã, suade ut diligã te, confir
ma me ut teneam te, custodi me ne perdã te. Non
ingrediatur nec requiescat in domicilio meo, ubi
tua debet esse mansio, pes superbiæ: nec gula, nec
cõcupiscentia, nec fornicatio, nec auaritia, nec in-
uidia, nec ira, nec tristitia, nec uana gloria: sed pro
fundam humilitatem posco à te, qui dixisti: Super Esa. 66
quem requiescã, nisi super humilẽ & quietũ? Da
mihi profundã humilitatẽ, qua curuetur altitudo
carnis superbię, quæ me suffocat. Da mensuratam
abstinentiã, qua superflua uentris refrenetur edaci-
tas, quæ me perimit. Da castitatẽ cordis, quæ me
impollutã reddat: da munditiã spiritus: quia immun
C da carnis luxuria me demergit: da manus largiflu
as ad erogandas eleemosynas, qua tenax auaritia
respuatur: da dilectionis amorẽ, quo zelus extin-
guatur inuidiæ: concede tolerantiæ patientiã, per
quam ira crudelis bestia superata deficiat: tribue
æterni gaudij spẽ, qua tristitiæ amaritudo demul-
ceatur: fac intrinsecus mentẽ de bono opere gloria-
ri in te, ut uanæ gloriæ foras ex me nõ procedat ia
ctantia. Dona etiã mihi in omnib. tenere iustitiã,
magnanimitatẽ, temperantiã: & fac me cũ simpli-
citate esse prudentẽ, ut beatã uitã synceriter agã,
& malũ prudenter fugiã: atque fraudulentã & dece
ptoriã astutiã diaboli intelligere ualeã, ne me per
speciem boni fallat: & ne ab aliquo decipiar, nec
aliquẽ decipiã, & discernere rationabiliter ualeã,
D & pręuidere quid boni agã, uel quid mali refugiã.
Fac me post hæc mitem, beneuolã, pacificã & mo
destam, mansuetã, sine simulatione esse, omnibus
bonis concordẽ: in uigilijs, in ieiunijs, in orationi
bus constanter strenuã. Da etiã mihi in mansuetu
dine moderati sermonis adipisci silentium, ut lo-
quar quod condecet, taceã quod loqui non opor
tet: uel quicquid ex uirtutũ fructib. cõferre digna-
beris. Da sine aliquo errore immaculatã tibi serua
re fidem, & iuxta fidẽ digna esse opera mea, ut fi-
dem rectã opere prauo nõ polluã: & te, quẽ bene
credendo confiteor, male uiuẽdo non denegẽ: &
te quẽ strenua fide sequor, actu & negligẽtiæ ope
ribus nõ offendã. Fac me in sancto cõuersari pro-
posito, sequi iustitiã, diligere misericordiã, amare

ueritatē, refutare mendaciū, falsum nihil meditari uel loqui. Fac me te indesinēter timere, te amare, A te diligere, tua præcepta seruare, pacē cum omnibus sine dolo retinere, subditos nō opprimere, me præ omnib. peccatorē inspicere, discordes sine simulatione ad cōcordiā prouocare, charitatē cunctis insimulatā offerre, nullū scādalizare, nulli me præferre, sed omnib. inferiorē iudicare, reuerētiā & honorē non propter timorē potentū, sed ob altissimū exhibere: seniorib. obedientiā, & charitatem sine despectiōe æqualib. offerre: principibus & potestatib. Christianis in nullo resistere, sed in omnib. obtēperare: gratiā opportunę dilectionis minoribus ostendere, paternū affectū monstrare, fraterna onera siue pericula æquanimiter sustinere. Amicū uelut animā meam diligere, proximū B sicut memetipsum amare, cūctis simul prodesse, nō obesse: nulli nocere, nulli aduersari, nullū calūniari, nulli offendiculū ponere, nullum iudicare, nulli detrahere, nulli iniuriosam esse, nullius carpere uitam, nullius explorare semitā: sed de meipsa tantū esse solicitā, malū pro malo nequaquā rependere. Iniuriarū mearū nec memorē esse ullatenus, nec uindicē, sed in omni bonitate superare malitiam. Maledicēti benedictionē parare. Inimicū ut amicum diligere: conuitia & cōtumelias irascentium sustinere, non repēdere iniurias, sed cito obliuisci offensionū mearū, & ignoscere. Ad ueniā concedendā semp paratā esse. Aliena nō concupiscere, C nec occasiōe qualibet auferre: mea uero nō habētibus misericorditer erogare. Aduenā & peregrinum propter te, qui redemisti me retinere: esuriētem reficere, sitientē potare, hospitē colligere, nudū operire, uisitare languidū, requirere incarcera tum, cōsolari tristē, afflicto & lugēti cōpati, nō habenti præbere necessaria, uictū & uestitū diuidere cū egeno. Amplecti indigenā, fouere domesticū, amare peregrinū, redimere captiuū, sustētare aduenā, tueri pupillū & orphanū, suffragari uiduæ, subuenire oppresso, præstare auxiliū desolato, dirūpere colligatiōes impietatis: uel quęcūq; pręceptorū tuorū documēta declarāt, diligēter credere & audire, ardēter inuestigare, prudēter scire, festināter exercere, desiderāter implere, & corā te humilē semper existere: ut surgā, nō deijciar: erigar, nō subruar: ascendā, nō descendā: quia caro, cum qua inhabito, semper ducere me uult ad peccatū: mecū uult coronari, sed nō mecū decertare. Nullū peiorē patior hostē, q̄ corpus meū in quo habito. Est em̄ quasi leo subuersor in domo mea, undiq; me pestifero morsu dilacerando consumens. Ideo longa trahens suspiria clamitādo dicā: Infelix ego Rom. 7 homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei. Per quē? p Iesum Christū dñm nostrū. Hæc uelim ô Iesu saluator, bone redēptor, hæc uelim quę hucusq; supplicādo deprecata sū: hæc deprecor, quæ preciosissimo sanguine tuo redēpta sum: ut, ppter carnis corruptionē nō peream in ęternū, non ueniā in mortē secundā, nec in terrā obliuionis. Hæc uox mea in aurib. misericordię tuę sonet, ut tuā, nō carnis faciā uoluntatē: et omis mens mea te meditet, in te delectet, te sequat, te cōfiteatur, qui redemisti me, in æternū misericordia tua: & in tua misericordia reuixi perdita peccatis, & surrexi à mortuis: quoniā segregasti me à peccatis adolescentiæ meæ, & egi pœnitentiā corā te: quia seruasti mihi tēpus cōuersiōis, quę cōsiderās peccata mea cōpūcta sum, & te inspirāte egi pœnitētiam corā te. Læta iam inde tibi nūc & semp innumeras gratias refero: quia ut inuenirē te, tu prius quæsisti me: ut redirē ad te, tu cōpulisti: ut uererer, tu sicut pius pastor et pater respexisti: ut cōfiterer, tu es operatus: & ut me recognoscēs plangerē, tu C dedisti mihi. Pone dñe lachrymas meas in cōspectu tuo, & perueniat ad te in cœlū deprecatio mea: Psal. 56 adesto precor et subueni, atq; in manib. tuis cōmēdatā tibi meipsam suscipe: liberās me de ore sęuissimi draconis, & de manu atrocissimi inferni, cū acceperis me, & auferes de medio umbræ mortis: imò deduces in semitā lucis in clarissimā regionē uiuētiū. Colloca me in caulis tutissimis gregū tuorū, qa tu es pastor bonus, q requiris et reducis pditam ouē, tueris & saluas inuētā, sanas & foues languidā. Et tu es misericors dñs, q sperātes in te non cōfundis, requirētes te nō derelinquis, reuertētes ad te nō respuis: sed exultādo & laudādo suscipis, atq; in ęterna beatitudine unà cū sanctis & electis tuis ęternaliter regnare cōcedis: qa est tibi cū ęterno patre & spūsancto una deitas, gloria, uirtus, & imperiū, & potestas in secula seculorum. Amen.

CENSVRA.

Libellus est infans & absq; neruis, hinc atq; inde consarcinatus: citat Ambrosium & Hieronymum, ac subinde Tullium: interdum inepte, uelut illud Ciceroni tribuens, quod ille reijcit ac refellit, sic habendum amicum, tanquam aliquando futurus sit inimicus. Omitto sermonis flosculos, ita quòd, & pro inuicem. Et tamen hic scriptor affectauit uideri Augustinus, & obtinuit. Quid non speremus amantes?

DE AMICITIA LIBER VNVS.

Quid sit amicitia. Cap. I

VM essem adhuc puer in scholis, & sociorum meorum me gratia plurimum C delectaret, inter mores & uitia quibus illa ætas periclitari solet, tota se mens mea dedit affectui, & deuouit amori: ita ut nihil mihi dulcius, nihil iocundius, nihil utilius, q̄ amari & amare uideretur. Itaq; inter diuersos amores & amicitias fluctuās, rapiebat animus huc atq; illuc: & ueræ amicitię legē ignorans, eius sæpe similitudine fallebatur. Tandē uenit mihi in manus liber, quē de amicitia Tullius scripsit, qui statim mihi & sententiarū grauitate utilis, & eloquentiæ suauitate dulcis apparebat. Et licet nec ad illud amicitiæ genus me uidebam idoneū, gratulabar tamen quandam me amicitiæ formulam reperisse, ad quam animi mei & affectionum ualerem

rem reuocare diſcurſus. Cum uero placuit bono
domino meo corrigere deuiũ, eliſum erigere, ſalu
bri contactu mundare leproſum, relicta ſpe ſecu-
li, ingreſſus ſum monaſteriũ: & ſtatim legendis ſa
cris literis operã dedi, ubi mellifluũ Christi nomẽ
meũ ſibi totũ ueridicauit affectũ: ita ꝙ nihil aliud
poteſt mihi ſapidum eſſe uel lucidũ. Conſtat mihi
Tulliũ ueræ amicitiæ ignoraſſe uirtutẽ, cum eius
principiũ finemꝗ Christum penitus ignorauerit:
qui eſt alpha & ω, principiũ & finis omniũ bono-
rum. Quid eſt amicitia? Tullius ait: Amicitia eſt
rerum humanarũ & diuinarũ cum beneuolentia
& charitate cõſenſus. Quis huic gentili fortẽ cha-
ritatis affectũ, beneuolentiæꝗ operum expreſſit?

Inter quos ſit amicitia uera. Cap. II Sed hæc uera amicitia non poteſt eſſe inter eos
qui ſine Christo ſunt. Ab amore, ut mihi uidetur,
amicus dicitur: ab amico amicitia. Eſt amor quidẽ
animæ rationalis affectus, per quem ipſa aliquid
cum deſiderio quærit & appetit ad fruendum: per
quem & fruitur eo cum quadam ſuauitate interio
ri, amplectiť & conſeruat adeptum. Porrò amicus
quaſi amoris uel ipſius animi cuſtos dicitur: quo-
niam amicũ meum amoris mutui, uel ipſius animi
oportet eſſe cuſtodem, ut omnia eius ſecreta fide-
li ſilentio ſeruet: quicquid in eo uitioſum uiderit,
pro uirib. caueat & deleat: cui & gaudenti cõgau-
deat, & dolẽti cõdoleat, & omnia ſua cõſentiant,
qui amici ſunt. Amicitia igitur ipſa uirtus eſt, quæ
talis dulcedinis ac dilectionis fœdere ipſi amico
copulať, ut unũ fiat de pluribus: unde ipſam ami-
citiam non inter fortuita uel caduca, ſed inter ip-
ſas uirtutes quæ æternæ ſunt, etiã mũdi huius phi-
loſophi collocauerũt. Vnde Salomon in Prouer-
Prou. 17 bijs: Omni tẽpore diligit qui amicus eſt. Manife-
ſte declarãs eam æternã, ſi uera eſt: ſi autẽ deſierit,
nunquã uera fuit. Hoc uolo te ſcire, nunquã fuiſſe
amicũ, qui læſit eum, quem in amicitiã ſemel rece
pit: nec eũ ueræ amicitiæ guſtaſſe delicias, qui uel
læſus deſinit diligere quẽ ſemel amauit. Sed ſi ar-
guatur, ſi tradať flammis, ſi cruci affigatur, omni
tempore diligit qui amicus eſt. Vnde dicit Hiero
nymus, Amicitia quæ deſinere poteſt, nunꝗ uera
fuit, cũ amicitię deberẽt eſſe immortales. Cum tan
ta ſit in amicitia uera perfectio, nõ eſt mirũ ꝙ rari
fuerunt hi, quos ueros amicos antiquitas cõmen-
dauit. Vix enim, ut ait Tullius, tria uel quatuor a-
micorum paria in tot retro ſeculis fama concele-
brat. Magna res eſt, ait quidã, & etiã ipſe conatus
magnus eſt. Vnde uirtuoſæ mentis eſt, ſublimia
ſemper & ardua meditari, ut adipiſcať optata, uel
lucidius intelligat & cognoſcat optanda, cum nõ
parum credẽdus ſit profeciſſe, qui uirtutis cogni-
tione didicit quàm longe ſit à uirtute. Nónne Py-
lades & Horeſtes parati fuerũt pro inuicẽ mori?
Sed maiori uirtutis amore pollebant de quibus le
Act. 4 gitur: Multitudinis credentiũ erat cor unũ & ani-
ma una. Et ſancti martyres pro fratrib. animas po-
ſuerunt, non pepercerunt laboribus, nõ corporis
cruciatibus. Sed mirũ non eſt, ꝙ multo plures gre
mio charitatis ꝙ amicitiæ amplexibus recipien-
dos ſanxit autoritas, quæ non ſolum amicos, ſed

etiam inimicos charitatis lege complectitur. Ami
A cos ſolos illos dicimus, quibus cor noſtrũ, & quic
quid in illo eſt, cõmittere nõ formidamus, illis ui-
ciſſim nobis eadẽ fidei lege & ſecuritate conſtri-
ctis. Falſo ergo præclarũ nomẽ amicitiæ aſſumũt,
inter quos eſt conuenientia uitiorũ: quoniam qui
nõ amat, amicus nõ eſt. Non aũt amat hominem,
qui diligit iniquitatẽ: & hic odit animam ſuam, &
alterius amare nõ poterit. Cum uero in tali amici-
tia, quam libido commaculat, uel auaritia fœdat,
uel inceſtat luxuria, tãta & talis experiatur dulce-
do: libet conijcere quantum habeat ſuauitatis illa
quæ quãto honeſtior eſt, tãto eſt & ſecurior: quan
to caſtior, tanto iocũdior: quãto liberior, tanto fœ
licior. Amicitia itaꝗ alia carnalis, alia mundia-
lis, alia ſpiritalis. Carnalẽ creat uitiorũ conſenſus: *Amicitia triplex. Cap. III*
Mundialem ſpes quęſtus accendit: Spiritalẽ inter
bonos uitæ morũ ſtudiorũꝗ ſimilitudo congluti
B nat. Exordiũ carnalis amicitiæ ab affectione pro-
cedit, quæ inſtar meretricis diuaricat pedes ſuos
omni tranſeunti, ſequens aures & oculos ſuos per
uaria fornicantes: per quorũ aditus uſꝗ ad ipſam
mentẽ pulchriorũ corporũ uel rerum uoluptuoſa
rum infertur imago, quib. ad libitũ frui putat eſſe
uerũ, ſed ſine ſocio minus exiſtimat eſſe iocundũ.
Tũc motu, nutu, uerbis, obſequijs animus ab ani-
mo captiuatur: & accendiť unus ab altero, & con
terminanť in unũ, ut unico fœdere miſerabili, quic-
quid ſceleris, quicquid ſacrilegij eſt, alter agat &
patiatur pro altero: nihilꝗ hac amicitia dulcius ar
bitrantur, uel iudicant iuſtius, idem uelle & idem
C nolle ſibi exiſtimantes amicitię legibus imperari.
Hæc amicitia nec deliberatione ſuſcipiť, nec iudi
cio probatur, nec regitur ratione, ſed ſecundũ im-
petũ affectionis per diuerſa raptatur: nõ modũ ſer
uans, nõ honeſta procurãs, non cõmoda incõmo
dáue proſpiciẽs, ſed ad omnia inconſiderate, indi
ſcrete, leuiter, immoderateꝗ progrediẽs. Idcirco
quibus agitata furijs à ſemetipſa conſumiť, eadẽ
leuitate reſoluiť, qua contrahiť. Amicitia mundia
lis eſt, quæ rerum bonarũ temporalium cupidine
protrahitur: ſemper eſt plena fraudis atꝗ fallaciæ,
nihil in ea certũ, nihil conſtans, nihil ſecurum: ſem
per cum fortuna mutať, & ſequitur marſupium.
Vnde Salomõ dicit: Eſt amicus ſecundũ tempus, *Eccli. 6*
& non permanebit in tẽpore tribulationis. Tolle
D ſpem quęſtus, & ſtatim deſinet eſſe amicus. Vnde
quidã: Non eſt perſonæ, ſed proſperitatis amicus,
quẽ fortuna tenet dulcis, acerba fugat. Amicitia
ſpiritalis, quam uerã dicimus, nõ utilitatis cuiuſꝗ
mũdialis intuitu, nõ qualiber extra naſcẽte cauſa,
ſed ex proprię naturę dignitate, & humani pecto
ris ſenſu deſideratur, ita ut fructus eius præmium *Ioan. 15*
nõ ſit aliud ꝙ ipſa. Vnde in Euangelio, Poſui uos,
inquit, ut eatis, et fructũ afferatis, id eſt, ut inuicem
diligatis. In ipſa nãꝗ uera amicitia itur proficien-
do, & fructus capiť perfectionis illius dulcedinẽ
ſentiendo: uera charitas amicitia nuncupatur, ut
omne uitiũ excludať, cum beneuolentia diciť ip-
ſe conſenſus amãdi, qui cum quadã dulcedine mo
uetur, interius exprimitur: ubi talis eſt amicitia,

sibi idem uelle, & idem nolle: tāto dulcius, tāto syncerius, tāto suauius, quāto sacratius: ubi sic A amantes nihil possunt uelle quod dedeceat, nihil quod expediat nolle. Hāc amicitiā prudentia dirigit, iustitia regit, fortitudo custodit, tēperātia moderat̃.

Amicitiam natura insevit Cap. IIII

Amicitiæ primū, ut mihi uidetur, ipsa natura humanis mētibus impressit affectū, deinde experiētia auxit, postremo legis autoritas ordinauit. Deus enim summe potens, & summe bonus, sibi est ipsi sufficiēs, qui bonorū nostrorum non eget: ꝑluit ut omnes creaturas, quas pax cōponeret, uo uniret societas. Ita natura mentibus humanis ab ipso exordio amicitiæ & charitatis impressit affectum, quem interiorū morū sensus amādi quodā gustu suauitatis adauxit. Manifestū est amicitiam naturalē esse, sicut uirtutē, sicut sapientiā, & cæteras uirtutes. Sed multi abutunt̃ B sapientia, qui pro ea aliquid inde suscipiūt, uel q eam uendūt: sic aliqui male utunt̃ amicitia, qui pro ea aliquid appetunt, uel cū ea.

De amicitiæ fructibus Cap. V

Quid utilitatis habeat, cum in rebus humanis nihil sanctius appetatur, nihil quæratur utilius, nihil difficilius inueniat̃, nihil experiatur dulcius, nihil fructuosius teneat̃. Habet eñ fructum uitæ præsentis & futuræ: ipsa enim omnes uirtutes sua ostendit suauitate, uitia sua uirtute consodit: aduersa tēperat, cōponit prospera: ita ut sine amico inter mortales nihil fere possit esse iocundū: & homo bestiæ cōparetur, nō habēs qui secū collætetur in rebus secūdis, in tristibus cōtristetur: cui euaporet, si quid molestū mens cōceperit: cui cōmunicet, si quid præter solitum sublime

Eccle. 4

C uel liuosum accesserit. Væ soli, quia cū ceciderit, nō habet subleuantē se. Solus omnino est, qui sine amico est. At quæ felicitas, quæ securitas, quæ iocunditas est, habere cū quo ęque audeas loqui, ut tibi: cui confiteri nō timeas, si quid deliqueris: cui non erubescas reuelare in spiritalibus, si quid profeceris: cui cordis tui omnia secreta cōmittas, & cōmendes consilia? Quid igitur iocūdius ꝙ̄ ita unire animū alterius, & unum efficere de duobus ut nulla iactantia timeatur, nulla formidetur suspicio: nec correptus alter ab altero doleat: nec laudantem alter alterū adulationis notet uel arguat?

Eccli. 6

Amicus, ait sapiēs, medicamentū est uitæ. Nō eñ ualidior uel efficacior est uulneribus nostris medicina, ꝙ̄ habere qui omni incommodo occurrat D cōpatiens, omni cōmodo occurrat congratulās, ut iunctis suis humeris, onera sua inuicē tolerent, & ꝙ unusquisq; propriā leuius, ꝙ̄ amici portet iniuriam. Amicitia ergo secundas res facit splendidiores, aduersas partiens cōmunicansq; reddit leuiores: nā & philosophis etiā placuit. Non aqua, nō sole, non igne plurib. locis utimur, ꝙ̄ amico: in omni actu, in omni studio, in certis, in dubijs, in quolibet euētu, in fortuna qualibet, in secreto, in publico, in omni cōsultatione domi forisq; ubiq; amicitia grata, amicus necessarius, utilis gratia reperitur. Quocirca amici, ait Tullius, & absentes assunt sibi, & egētes abundāt, & imbecilles ualēt: & quod difficilius est dictu, mortui uiuunt. Igitur amicitia est diuitib. pro eleemosyna, exulibus pro patria, pauperibus pro censu, ægrotis pro medicina, A mortuis pro uita, sanis pro gratia, imbecillibus pro uirtute, robustis ꝑ præmio. Tantus enim amicos honor, memoria, laus, desideriumq; prosequitur, ut & eorū uita laudabilis, & mors preciosa iudicetur: & quod his omnib. excelsius, quidam gradus est amicitia uicinus perfectioni; quæ in dei dilectione & cogitatione consistit: ut homo ex amico hominis dei efficiat̃ amicus. In Euangelio: Iam *Ioan. 15* non dicā uos seruos, sed amicos meos. In amicitia quippe nihil inhonestum est, nihil fictum, nihil simulatū: & quicquid est, id sanctū & uoluntarium & uerū est: & hoc ipsum charitatis propriū est. In amicitia cōiungunt̃ honestas & suauitas & iocunditas, dulcedo & uoluntas & actus. Quæ omnia à Christo inchoant̃, per Christum promouentur, in B Christo perficiunt̃. Itaq; amicus in spiritu Christi adhærens amico, efficit cum eo cor unū & anima una: & sic per amoris cātica gradu ad Christi conscendens amicitiā, unus cum eo spiritus effici, in osculo uno: Osculetur me, inquit, osculo oris sui. *Cant. 1*

Osculum pacis Cap. VI

Est osculum corporale, quod impressione fit labiorū, quod nō est ostendendū, nisi certis & honestis horis, ut in signū recōciliationis, quando fiunt amici, qui fuerūt inimici. In signū pacis, sicut communicati in ecclesia interiorē pacē exteriori osculo demonstrāt. In signū dilectionis inter sponsum & sponsam fieri permittit̃, uel sicut ab amicis post diuturnā absentiā & porrigit̃ & suscipit̃. In signū catholicæ unitatis, sicut fit cum hospes suscipitur. C Sed sicut plerique aqua, igne, ferro, cibo, & aere, quæ naturaliter bona sunt, in suæ crudelitatis uel uoluptatis satellitium abutūtur: ita peruersi & turpes, & hoc bono sua quodāmodo flagitia condire nituntur, ipsum osculū tāta turpitudine fœdantes, ut sic osculari nihil sit aliud ꝙ̄ adulterari. Porrò osculum spiritale proprie amicorū est, qui sub una lege amicitiæ tenentur. Non enim fit oris attactu, sed mentis affectu: non coniunctione labiorum, sed cōmixtione spirituum, castificāte omnia dei spiritu, & ex sui participatione cœlestē immittente saporē. Nam ipse hunc sacratissimū inspirat affectū, ut uideatur alteri quasi unā animā habere in diuersis corporibus. Psalmista, Ecce ꝙ̄ bonum *Psal. 132* & ꝙ̄ iocundū habitare fratres in unum. Anima sic D affecta ad osculū intellectuale suspirat, & cum maximo desiderio clamās, Osculetur me osculo oris *Cant. 1* sui: ut iam terrenis affectibus mitigata, & omnib. quæ de mūdo sunt cogitationib. desiderijsq; sopitis, in solius Christi delectetur osculo, & quiescat amplexu, exultās dicit: Læua eius sub capite meo.

Vera amicitia Cap. VII

Ego amicitiam nihil aliud credo, ꝙ̄ inter duos tantam uoluntatū societatem, ut nihil uelit unus quod alter nolit, sed tanta sit inter utrosq; in bonis malisq; consensio, ut non species, non sensus, non honor, non quicquam quod alterius sit, alteri denegetur ad uouendum pro uoluntate, & ad utendum: ut unusquisq; sicut erga ipsum, sic afficiatur erga proximū in omni officio & obsequio, ꝙ rependāt uicē & fugiant̃ honores. Inter bonos oriri potest amicitia, inter meliores ꝑficere, cōsumma-

ri

ri autẽ inter perfectos. Quandiu ẽm quenq; in stu
dio malũ delectat, & inhonesta honestis præpo- A
nit, & ei uoluptas gratior est puritate, temeritas
moderatione, adulatio correptione, quomodo ad
amicitiã eũ fas est aspirare, cũ ortus eius ex uirtu-
tis opinione procedit? Fœdus est amor, nec ami-
citiæ nomine dignus, quo tẽpore aliquid ab ami-
co exigit: quod necesse est eũ facere, qui nec dum
uitijs, aut sopitis, aut depressis, ad quælibet illicita,
uel illicit, uel cõpellitur. Nulla peccati est excusa-
tio, si amici causa peccaueris: Ionadab quoq; ami-
2 Reg. 13 cus Amnon salubrius ꝓhibuisset incestũ, q̃ quòd
potiret optato præbuisset consiliũ. Nos bonũ ho
minem dicimus, qui sobrie & iuste & pie uiuit in
hoc seculo, nihil à quolibet inhonestum petit, nec
rogatus præstat: inter tales oriri potest & cõserua
ri amicitia. Quidã dicunt cauendũ esse amicitiã B
Amicorũ communia omnia Ca. VII rẽ plenã solicitudinis atq; curarũ, nec timoris ua-
cuã, & multis obnoxiã doloribus, nihilq; diffici-
liusq; custodire usq; ad extremũ diẽ. Sic iudicãt cũ
Tullio amare, ut possint odire cũ uelint: sic placet
amare hodie, ut cras oderint: sic amicus esse, ut nul
li sit fidus, nũc laudãs, nunc uituperãs, nũc blandi-
ens, nũc mordẽs: hodie paratus ad oscula, cras ad
opprobria. Amor taliũ leuissima recedit offensa.
Tullius in libro de amicitia De his Tullius, Solẽ inquit, è mũdo tollere uiden-
tur, qui amicitiã de uita tollũt: quia nihil à deo me-
lius habemus, nihil iucũdius. Qualis sapientia est,
amicitiã detestari ut solicitudinẽ caueas, curis ca-
reas, exuaris timore: quãdo uirtus nulla sine soli-
citudine, aut prudẽtia cõtra errores, uel tẽperãtia
cõtra libidines, uel iustitia cõtra malitiã, aut forti-
tudo cõtra ignauiam pugnat. Quis ergo hominũ
maxime adolescẽtiũ, sine dolore aut timore tueri C
pudicitiã, uel lasciuientẽ refrenare potest affectũ?
1 Cor. 13 Stultus fuit Paulus qui uoluit sine cura & solicitu
dine uiuere, sed intuitu charitatis, quam uirtutẽ
maximã credidit, infirmabat cũ infirmis, & cũ scã-
dalizatis urebat. Sed & tristitia illi erat, et continu
us dolor cordi eius pro fratrib. suis secũdũ carnẽ.
Ego eos nõ tã homines q̃ bestias dixerim, qui sic
dicunt esse uiuendũ, ut nulli cõsolationi sint, nulli
& oneri uel dolori: qui nihil delectationis ex alte-
rius bono cõcipiãt, nihil amaritudinis sua alijs per
uersitate inferãt, amare nullũ, amari à nullo curan-
Amicitia puerilis Cap. IX tes. Est amicitia puerilis, quã uagus & lasciuiẽs
creat affectus, sine ratione, sine põdere, sine mẽsu- D
ra, sine alicuius cõmodi uel incõmodi cõsideratio
ne. Hæc ad tẽpus uehemẽter afficit & stringit, blã
dius allicit. Sed affectus sine ratione, motus besti-
alis est ad quęq; illicita ꝓnus: & licet amicitiã pro-
moueat affectus, nõ est sequẽdus nisi eũ ratio du-
cat, & honestas tẽperet, & regat iustitia. In pueris
magis regnat talis affectus. Affectus infidus & in-
stabilis & impuris mixtus semper amorib. ab ijs
quos spiritalis amor delectat caueat, nam uenenũ
Amicitia spiritalis Cap. X est. Primordia amicitiæ spiritalis primũ intẽtio
nis habeãt puritatẽ, rationis magisteriũ, tẽperãtiæ
frenũ: & sic suauissimus accedẽs affectus, ita ꝑfe-
cto sentiet dulcis ut esse nunq; desinat ordinatus.
Quid sit uera amicitia, nondũ nouit, qui aliã uult

esse mercedẽ q̃ ipsam. Nam cũ multas & magnas
A utilitates pariat amicitia fida bonorũ, nõ illã tamẽ
ab istis, sed ab illa istas procedere nõ ambigimus:
eũ in bonis semper præcedat amicitia, sequat utili-
litas: profecto nõ tam parta per amicũ, q̃ amici a-
mor ipse delectat. Nihil est negandũ amico, oĩa
pro eo sustinenda sunt: & uita corporis ponenda
est pro amico, ut sanxit diuina autoritas. Fons &
origo amicitiæ amor est: nam amor sine amicitia
esse potest: amicitia sine amore nũq;. Amor uero *Ex quibus procedat amicitia*
ex natura, aut ex officio, uel ratione sola, uel solo
affectu, uel more, nonnunquã ex utroq; simul pro
cedit. Ex natura, sicut mater diligit filium. Ex offi-
cio, quando ex ratione dati & accepti, quodã spe-
ciali affectu cõiunguntur, ex sola ratione, sicut ini
micos, non ex spontanea mentis inclinatione, sed
B ex pręcepti necessitate diligimus. Ex solo affectu,
quando aliquis ob ea sola, quæ corporis sunt, uer-
bi gratia, pulchritudinẽ, fortitudinem, facũdiam,
sibi quorundam inclinat affectũ. Ex ratione simul
& affectu, quando is, quem ob uirtutis meritũ ra-
tio suadet amandum, morũ suauitate, & uitæ lau-
dandæ dulcedine in alterius influit animũ: & sic
ratio iungitur affectui, ut amor ex ratione castus
sit dulcis ex affectu. Fundamentũ amicitiæ dei *Amor dei fons amicitiæ Cap. XI*
amor est, ad quẽ oĩa, quæ uel amor suggerit, uel
affectus: oĩa quæ uel occulte aliquis spiritus, uel
palam quislibet suadet amicus referenda, sunt di-
ligenter inspicienda: ut quicquid astruitur, funda
mento conueniat: & quicquid illud excedere de
prehenditur ad eius formã reuocandum, & secun
dum eius qualitatẽ omnimodã conuertendũ non
dubites. Nec omnes tamen quos diligimus in *Delectus amici Ca. XII*
C amicitiã sunt recipiendi, quia nec omnes sunt ad
hoc idonei. Nam cum amicus tui consors sit ani-
mi, cuius spiritui tuũ coniungas & applices, & ita
misceas, ut unum fieri uelis ex duobus, cui te tan-
quã tibi alteri cõmittas, cui nihil occultes, à quo
nihil timeas: primum certe eligendus est, qui ad
hoc aptus putetur: deinde probandus, & sic de-
mum admittendus. Stabilis enim debet esse ami-
citia, & quandam æternitatis speciem præferre,
semper perseuerãs in affectu, nõ pueri modo ami-
cos mutare aut lædere. Nemo autẽ detestabilior,
quàm qui amicũ læserit: nihilq; magis animũ tor-
quet, quàm uel se ab amico impugnari: sed eligen
D dus est, & probãdus, & tolerandus. Quatuor sunt
gradus, quib. ad amicitiæ perfectionẽ cõscendit:
quorũ primus est electio, secũdus probatio, terti-
us admissio, quartus rerũ diuinarũ & humanarum
cũ quadã charitate & beneuolẽtia summa consen
sio. Sunt uitia quędã, quib. si quis fuerit inuolutus
nõ diu leges amicitiæ uel iura seruabit. Nõ ẽm ad
amicitiã sunt idonei nimis iracundi, instabiles, su-
spiciosi, uerbosi, quæ quatuor in electione amici
notãda sũt. Difficile est eũ, quẽ sępe iracũdię furor
exagitat, nõ aliqñ insurgere in amicum. Vnde Ec
clesiasticus, Est amicus qui odiũ & rixã & cõuitia *Prouer. 22*
denudabit. Noli esse amicus homini iracũdo: neq;
ambules cũ uiro furioso, ne sumas scãdalũ animæ
tuæ. Sunt qdã ex naturali cõspersione iracũdi, qui

tamen hanc ita comprimere & temperare soliciti
sunt passionem, ut in quinque, quib. teste scriptura
amicitia dissoluitur atque corrumpitur, nunquam prosiliant:
quis nonnunquam amicum sermone uel actu, uel
zelo nimio offendant. Tales tolerandi sunt & cum
nobis constet de affectu certitudo, si quis fuerit uel
sermonis uel actionis excessus, amico indulgendum
est: uel certe sine aliquo dolore iocunde insuper,
Eccl.22 per, in quo excesserit commonendus. Qui conuiciatur
autem amico, dissoluit amicitiam. Ad amicum si
produxeris gladium, non desperes: si protulerit os triste,
De causis dissoluendæ amicitiæ Ca. XIII ste, non timeas. Est enim reuersio ad amicum, excepto
conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij
reuelatione, & plaga dolosa, in his omnibus
effugiet amicus. Conuitium quippe lædit famam, charitatem
extinguit. Tanta est enim hominum malitia,
ut quicquid ira instigante ab amico iaculatum fuerit
in amicum, quasi à secretorum suorum conscio, si non
credatur, uerum tamen esse clametur: multi enim sicut
proprijs laudib. ita in aliorum uituperationib.
delectantur. Quid scelestius improperio? Quod
etiam falsa obiectione innocentis faciem miserando rubore
perfundit. At superbia quid minus ferendum?
Quæ solum id quo fractæ amicitiæ subueniendum
fuerat, humilitatis & confessionis excludit remedium,
reddens hominem audacem ad iniuriam, tumidum
ad correptionem. Secretorum reuelatio, qua nihil
est turpius, nil execrabilius, nihil amoris uel
gratiæ relinquens inter amicos, sed omnia replens
amaritudine indignationis, & odij atque doloris fel
Eccl.27 le cuncta aspergens. Salomon, Qui denudat arcana
amici, perdit fidem. Quid enim infelicius illo qui perdit
fidem, et desperatione languescit? Vnde denudare
amici arcana, desperatio est animæ infelicis.
Plaga dolosa, est occulta detractio, plaga serpentis
Eccl.10 est & aspidis mortifera. Salomon, Si mordeat serpens
in silentio, nihil illo minus habet qui occulte
detrahit. Quemcunque in his uitijs assiduum inueneris,
cauendus tibi est ille, nec donec sanetur eligendus
est. Abiuremus conuitia, quorum ultor est deus. Se-
3 Reg.2 mei Dauid conuitijs impetens à Salomone occisus
1 Reg.25 est. Infelix Nabal carmelus Dauid seruitutem & fugam
improperans, à domino percuti meruit & occidi.
Vitemus & superbiam, et amici gratiam humilitatis
beneficio præueniamus. Ob hanc causam po-
2 Reg.10 pulum, & urbes filiorum Ammon, gladius Dauid
& ignis consumpsit. Amicorum reuelare secreta, sacrilegium
est, quo fides admittitur, et animæ captiui-
2 Reg.12 tæ desperatio importatur, ut patet in Achitophel
proditore. Detrahere amico, uenenum amicitiæ putemus,
quod Mariæ sororis Moysi corpus lepra
fœdauit, & eiecta est extra castra sex dieb. Ca-
Qui minus idonei ad amicitiam. C. XIIII uendi sunt etiam instabiles & suspiciosi, quia cum fructus
amicitiæ sit securitas, quomodo te credis &
commitis amico, quomodo in eius amore aliqua
poterit esse securitas, qui omni circumfertur uento,
omni acquiescit consilio, cuius affectus molli luto
comparatur, diuersas & contrarias tota die pro arbitrio
imprimentis suscipit & format imagines? Quid
magis competit amicitiæ, quam pax & tranquillitas cor-
Suspiciosi dis, cuius semper expers est suspiciosus? Nunquam enim

requiescit, semper eum curiositas comitatur, quæ con-
A tinuos stimulos acuens, inquietudinis & perturbationis
materias subministrat. Si uiderit amicum
secretius loquentem cum aliquo, proditionem putabit,
Si se beneuolum alteri præbuerit uel iocundum,
ille se minus diligi proclamabit: si eum corripuerit,
odium interpretabitur. Sed nec uerbosum arbitror Verbosi
eligendum, quia uir linguosus non iustificabitur. Sa- Prouerb.28
lomon, Vides hominem promptum ad loquendum, magis
illo spem habet stultus. Hic ergo tibi eligen De eodem XV
dus est in amicum, quem non iracundiæ furor inquietet,
non instabilitas diuidat, non conterat suspicio,
non uerbositas à debita grauitate dissoluat. Præcipue
utile est, ut eum eligas qui tuis conueniat morib.
tuæ congruat qualitati. Nam inter dispares mores,
B firma non potest esse amicitia: & ideo sibi conuenire
debet utriusque gratia. Multi sunt qui his passionibus
mouentur, sed superiores inueniuntur: quia iracundiam
patientia comprimunt, leuitatem seruata grauitate
cohibent, suspiciones dilectionis contemplatione
compellunt. Quos in amicitiam quasi extractos
assumendos dixerim, qui uitia uirtute uincentes, tanto
securius possident, quanto fortius etiam tentantur.
uitijs resistere consueuerunt. Cauendum est in ipsa electione
uel dilectione, ne nimis cito diligamus, maxime
indignos. Digni sunt amicitia, quibus inest
causa cur diligantur. Sed in his qui probati dignique
putantur, erumpunt sæpe uitia, tam in ipsos amicos
quam in alienos, quorum cum ad amicos redundat infamia,
talib. est adhibenda diligentia ut sanentur. Et si
impossibile est, non statim rumpenda est amicitia, sed
C dissuenda, ut ait quidam, Dissuendæ sunt amicitiæ,
non rumpendæ omnino. Amicitia æterna est. Vnde,
Omni tempore diligit qui amicus est: si te læserit Prouer.26
ille quem diligis, tu tamen dilige. Si talis fuerit ut amicitia
retrahatur, nunquam tamen subtrahatur dilectio.
Consule quantum potest saluti, prospice famæ: nec unquam
amicitiæ eius prodas secreta, quamuis ipse tua prodiderit.
Quinque illa quæ ante scripsimus, conuitium,
improperium, superbiam, reuelationem secreto Sexta causa soluendæ amicitiæ. Cap. XV
rum, & occultos morsus detractionum: his sextum addimus,
si eos qui diligendi sunt læserit & scandali
materiam præbuerit, ubi uitiorum ipsorum te tangit infamia.
Non enim amor præponderare debet religioni,
non fidei, non charitati multorum nec saluti.
Hoc scitote inter perfectos sapienter electos et cau-
D te probatos, quos uera & spiritalis amicitia copulauit,
non posse uenire dissidium. Cum enim amicitia
de duob. fecerit unum, sicut id quod unum est, non
potest diuidi, sic et amicitia non potest à se separari.
Sed uirtus in hoc probatur, quod diligit à quo non diligitur:
honorat à quo spernitur: benedicit à quo
maledicitur: benefacit ei, qui sibi malum machinatur.

Ad amicitiam quatuor pertinere specialiter uiden- Ad amicitiam quatuor requiruntur. Cap. XVII
tur: scilicet dilectio et affectio, securitas, et iocunditas.
Ad dilectionem spectat, cum beneuolentia beneficiorum
exhibitio. Ad affectionem, interior quædam
procedens delectatio. Ad securitatem, sine timore
& suspicione omnium consiliorum & secretorum reuelatio.
Ad iocunditatem, de omnib. quæ contingunt,
siue læta sint siue tristitia: de omnib. quæ cogitan-
tur

tur,siue nociua sint,siue utilia:de omnib.quæ do-
centur uel discuntur,quædã dulcis & amica colla A
Amici probatio Ca. XVIII tio. Ista perdit qui soluit amicitiã. Quatuor pro
banda sunt in amico:fides,intẽtio,discretio, patiẽ
tia.Fides,ut ei te secure committas.Intentio,ut ni-
hil ex amicitia nisi deum & naturale eius bonum
expectes. Discretio,quid præstandum amico, qd
ab eo petendum, in quib.contristandum pro eo,
in quib.amico congratulandũ,pro quib.eum cor
ripiendum,modũ,tempus & locũ non ignorare.
Patiẽtia uero,ne correptus doleat,ne corripientẽ
contẽnat uel odiat,ut eum pro amico quęlibet ad
Fides amicitiæ Ca.XIX uersa sustinere non pigeat. Nihil in amicitia fide
præstantius, quæ ipsius nutrix uidetur & custos.
Ipsa se in omnib.aduersis & prosperis,lætis & tri-
stib.iocundis & amaris præbet æqualẽ: eodem in-
tuens oculo humilẽ & sublimẽ,pauperẽ & diuitẽ B
fortem & debilẽ. Fidelis proprie amicus nihil in
amico, quod extra eius animũ intuetur: uirtutem
in propria sede cõplectẽs,cætera omnia quasi ex-
tra eum posita,nihil multũ probat si assint, nec cũ
absint requirens.Ipsa tamen fides in prosperis la-
tet,sed eminet in aduersis.In necessitate probatur
Prouer.14 amicus. Amici diuitis multi, sed utrum ueri amici
Prouer.17 sint,interueniẽs aduersitas probat. Salomon, O-
mni tẽpore diligit qui amicus est,& semper in an-
Prouer.26 gustijs cõprobatur.Et arguens infidelẽ, dicit.Dẽs
putridus,& pes lapsus,qui sperat super infideli in
die angustiæ. Diximus etiam intentionem esse
De amicis quæstuosis Cap.XX probandã. Sunt pleriq;, qui in reb.humanis nihil
norunt bonũ,nisi quod temporaliter fructuosum
sit.Hi amicos sicut boues suos diligunt, ex quib. C
aliquid boni sperant capturos: qui profecto ger-
mana & spiritali carẽt amicitia, propter deum &
se expetenda, nec in seipsis naturale contuentur
exemplar:ubi facile deprehenditur uis eius qua-
Matth.22 lis sit & quanta,secundũ formã,quam sermo diui-
nus præscripsit, Diliges,inquit,proximũ tuum si-
cut teipsum. Tũc erit ipse quẽ diligis alter tu, si tuã
in ipsum transfuderis charitatem. Non enim ut ait
Ambrosius,uectigalis est amicitia,sed plena deco
ris gratiæ uirtus est,nõ quæstus,quia pecunia non
potitur,sed gratia:nec licitatione pretiorum, sed
concertatione beneuolẽtiæ.Non debet esse mer-
cenaria, sed gratuita.Certiores sunt amicitiæ ino-
pum, diuitum,cum spem lucri sic tollit pauper-
tas ut augeat charitatẽ. Diuitib. pleriq; assentato-
rie gratificãtur,erga pauperẽ nemo simulator est:
uerũ est quicquid defertur pauperi, eius amicitia
Qualis eligendus Cap.XXI inuidia caret. Quidã peruerse & indiscrete talẽ
amicum habere uolũt,quales ipsi esse nõ possunt.
Hi sunt qui leues amicorũ transgressiones impa-
tienter ferunt,austere corripiũt,& carentes discre
tione magna negligunt,contra quæq; minima se
erigunt,confundunt omnia,non locum seruãtes,
ubi:non tempus,quãdo:non personas, quib.quæ
libet uel publicare cõueniat,uel celare. Circa illũ,
quem eligis,probãda est discretio, ne improuidũ
uel imprudentẽ tibi sumas,& lites quotidianas &
iurgia tibi ipse pquiras.Si quis sine discretiõe fue-
rit,sicut nauis absq; gubernaculo pro impetu suo
instabili motu semper feretur. Patiẽtia probanda *Quomodo arguendus amicus Ca. XXII*
A est,cum necesse erit arguere quẽ diligis:quod ali-
quando quasi ex industria durius fieri oportet, ut
sic eius probetur uel exerceatur tolerantia. Non
quãdoq; in amicis eligẽdis tædeat esse solicitum,
cum huius laboris fructus sit uitæ medicamen,&
immortalitatis fundamentũ. Cauendus est quidẽ
impetus amoris,qui præcurrit iudiciũ, & proban
di adimit potestatẽ, Est proinde uiri prudentis,su-
scitatũ hunc refrenare impetũ, ponere modũ be-
neuolentiæ:paulatim procedere in affectũ,donec
iam probato se totũ det & cõmittat amico. Hæc
est magna felicitas,quam expectamus deo operã
te & infundente inter se & creaturã suam,inter ip-
sos gradus & ordines quos elegit esse tantã amici
tiam & charitatẽ: ut sic quisq; diligat aliũ sicut seip-
B sum,& sicut unusquisq; de propria, sic de alterius
felicitate lætetur, & ita singulorum beatitudo sit
omniũ, & omniũ beatitudinũ uniuersitas singulo
rum.Ibi nulla cogitationũ occultatio, nulla affe-
ctionũ dissimulatio. Hęc est uera amicitia quę hic
inchoatur,ibi perficitur:quę hic est paucorum,ibi
omniũ ubi omẽs boni.Hic est necessaria probatio
ubi est sapientũ & stultorum cõmixtio. Plerosq; *Nõ pariter admittendi omnes C.XXIII*
omni affectu amplectimur,quos tamẽ ad amicitię
secreta non admittimus,nec ad consiliorũ reuela-
tionem. In Euangelio Christus de discipulis suis
quos de seruis amicos fecit,ait, Iam non dicã uos
seruos,sed amicos. Ambrosius dedit formã amici *Ioan.15*
tiæ quã sequamur,ut amici faciamus uoluntatẽ,&
aperiamus secreta nostra illi quæcunq; in pectore
C habemus,& illius arcana nõ ignoremus: nihil em̃
occultat amicus si uerus est,effundit animũ suũ si-
cut effundebat mysteria patris sui dominus noster
Iesus Christus. Quemadmodũ amicitia sit colen- *De cultu amicitiæ Caput XXIIII*
da uideamus. Firmamentũ ergo stabilitatis & con
stantiæ in amicitia est fides,nihil em̃ est stabile qd
infidũ est.Non fidũ potest esse multiplex ingeniũ
& tortuosum, neq; qui non eisdẽ reb.mouentur,
nec eisdem cõsentiunt,nec stabilis esse possunt a-
micitiæ aut fidei.Præ omnib.cauenda est suspicio
quæ est amicitiæ uenenũ. Nõ unq; de amico ma-
la sentiamus,nec mala dicẽti credamus. Accedat
hinc in sermone iocunditas,hilaritas in uultu,sua-
uitas in morib.in oculorũ etiã nutu serenitas. Tri-
stitia nanq; & seuerior facies habet quandã hone-
D stã grauitatẽ,sed amicitia quasi remissior aliquan-
do debet esse liberior & dulcior ad comitantẽ feli
citatẽ,quia sine leuitate et dissolutione procliuior.
Est pręterea illius amicitię,parẽ esse inferiori supe
riorem. Sæpe quidẽ inferioris gradus & ordinis,
dignitatis & sciẽtiæ, ab excellentiorib.assumunt
in amicitiã,ita ut sublimis descẽdat, humilis ascen
dat,diues egeat,pauper ditescat,& ita unusquisq;
alteri suã conditionẽ cõmunicet ut fiat æqualitas.
Vnde qui multũ habuit,nõ abundauit,& qui mo-
dicum,nõ minorauit, Nunq; tuo te præferas ami-
co,sed si forte in ijs quæ diximus superior inueni-
ris,tũc te magis amico submitte.Nõ cũcteris præ-
stare confidentiã,extollere uerecundum,& tanto
plus ei conferre honoris, to minus conferendũ
conditio

conditio uel paupertas præscribit. Ionathas enim fœdus iniјt cũ Dauid, & seruulũ in amicitiã adæ- A quãs domino, fugatũ à patre, sic adiudicatũ morti-. ue sic definitũ, sibi prætulit, se humilians, & illũ ex altãs. Tu, inquit, eris rex, & ego ero secundus post te. Si non ut dominũ tibi uidetur præferre eũ quẽ diligis, uel parẽ facere eum tibi non negligas. Nõ enim amicitia recte colitur à quib. æqualitas non seruatur. Defer amico ut æquali, nec te pudeat ut præuenias eum officio. Amicitia enĩ nescit superbiam. Fidelis quippe amicus medicamentũ est uitæ.

Beneficentia in amicos Caput XXV

Hæc est igitur lex in amicitia, ut ab amicis honesta petamus, & pro eis honesta faciamus, nec expectemus ut rogemur: cunctatio semper absit, studiũ semper assit. Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicũ. Si enĩ pecunia perdenda est propter amicum, multo magis amici utilitatib. uel B necessitatib. conferẽda. Si igitur des amico ut non improperes, non mercedẽ expectes, non frontem obducas, non uultũ auertas, non deponas oculos: sed serena facie hilari uultu, sermone iocundo intercide uerba petentis: occurre beneuolentia ut nõ rogatus uidearis patrare quod petitur. Ingenuus animus nihil magis erubescendũ æstimat q̃ rogare. Cũ igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor unum & anima una, iniuriosum est si nõ sit & pecunia una. Sic se sibi suaq; impendant, ut qui dat, seruet hilaritatẽ, qui accipit, nõ perdat securitatẽ.

Mutua inter amicos Caput XXVI

Sunt in amicitia aliqua in quib. sibi adesse possunt amici. Primũ ut soliciti sint pro inuicẽ, orent pro inuicẽ, erubescant alter pro altero, alter gaudeat pro altero, alterius lapsum ut suũ doleat, suo dilecto suus ille qui diligitur, inter uariabiles for- C tunæ casus & in uarietate mutabiliũ, nihil utiq; à sapientib. potius, benignius, suauius ac honestius æstimatur, q̃ ueram amicitiã inuenire. Quod tenere diligimus, id uidẽdi desiderio æstuamus. Ea nãque est uis amoris ut oculus mentis offerat, q̃d ardentius mens desiderat. Occurrunt enĩ notæ tuæ, uerba tua melle condita. Occurrit feliciũ noctiũ iucunditas, quæ me mihi furantur & studio & labori: in media nãq; lectione te somnio, in somnis amplector te, in amplexib. te amitto, & te & somnio cum sua fallacia discedẽte. Medere ergo desiderijs, medere absentiæ, diligentẽ te dilige, sitq; remedium id nostri furoris, ut sciat qui te diligũt me amare. Minus enim amor habet amoris, ubi se sen- D tit qui diligit non amari. Amicorum enim est inuicem sua negocia agnoscere, & suis opportunitatibus mutuã uicissitudinẽ impendere. Non est amicus qui amico nõ subuenit, nec etiã bonus socius, qui socij aduersum parũ lugeat, alterius profectũ non suum æstimet. Quib. modis impẽdi potest, erigat pusillanimitatẽ, suscipiat infirmũ, consoletur tristẽ, iratum sustineat: sic oculos uereatur amici, ut nihil quod inhonestũ sit agere, nihil quod dedecear loqui præsumat. Nam quicquid ipse deliquerit, in amicũ redundat.

Correptio amici Caput XXVII

Quicquid suadendũ est ab amico facilius recipiatur, & facilius retineatur: cuius magna debet esse in suadendo autoritas, cũ nec fides eius dubia, nec adulatio sit suspecta. Nõ solum arguendi sunt amici, sed si opus fuerit, obiurgãdi. Obiurgandus est amicus si ueritatem aspernatur, & obsequijs atq; blandirijs in crimen appellatur. Sed monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat. Ambrosius, Si quid uitij in amico deprehenderis, corripe occulte: si te non audierit, corripe palàm. Sunt enim bonæ correptiones, & plerũq; meliores q̃ tacita amicitia: & si lædi se putet amicus, tu tamen corripe. Tolerabiliora enim sunt amici uulnera q̃ adulantium oscula. Debet amicus amico cõpati & cõdescẽdere, uitiũ eius suũ putare, corripere humiliter, cõpatienter. Corripiat eum uultus tristior, & sermo deiectior. Intercipiant uerba lachrymæ, ut nõ solũ uideat, sed & sentiat correptionem ex amore, & nõ ex rancore procedere. Amicus amico se ita cõformet, ut eius congruat qualitati: & cui in exteriori aduersitate debet adesse, multo magis spiritui occurrere. Moneri & monere non repugnãt, nõ adulatorie, non simulatorie, sed uere. Nã simulator ore decipit amicum suum.

Epilogus. Ca. XXVIII

Præstemus amico quicquid amoris est, quicquid gratiæ, quicquid dulcedinis, quicquid charitatis. Subtiles honores & onera illis quos præscripserit ratio imponimus, scientes quia nunq; uere diligit cui amicus ipse non sufficit, nisi hæc uilia & contẽptibilia abiecerit. Cauendũ est ne tenerior affectus maiores utilitates impediat, dum eos quos ampliori charitate complectimur, si magna spes fructus uberiores elucet, nec absentare uolumus, nec ignorare. Hæc est enim amicitia ordinata, ut ratio regat affectũ, nec tam quid illorum suauitas, q̃ quid multorũ petat utilitas, attendamus. Qui semetipsum non amat, aliũ amare non potest. Se autẽ non diligit, qui turpe aliquid uel inhonestũ, uel à se exigit, uel sibi impertit. Primum ergo est, ut semetipsum quisq; castificet, nihil sibimet indulgens quod indecẽs sit, nihil subtrahens quod utile sit. Sed quia hic amor multos diligit, ex ipsis eligat quem ad amicitiæ secreta, lege familiari admittat, in quem copiose suũ infundat affectum, denudans pectus suũ usq; ad spectationem uiscerũ, medullarum, cogitatuũ & intentionum cordis. Non eligatur secundũ affectionis lasciuiam, sed secundũ perspicaciã rationis, similitudinem morũ, & contemplationẽ uirtutum. Sic se impendat amico, ut leuitas omnis absit, iucunditas assit, nec ordinata desint beneuolẽtiæ & charitatis obsequia uel officia. Probet̃ fides eius, honestas & patiẽtia. Accedat amicorũ consiliorum cõmunio, assiduitas parium studiorũ, & quædam conformatio uultuũ. Ita electus & probatus nihil uelit quod dedeceat, uel petere ab amico, uel præstare rogatus. Amicitiã uirtutẽ putare, non quæstum: adulationẽ fugere, detestari assertionẽ: liber in discretione, patiens in correptióne, firmus & stabilis in dilectione: utile tunc dolore pro inuicẽ laborare, onera sua portare pro altero, semetipsum negligere, alterius uoluntatẽ suæ præferre, illius necessitati magis quàm suæ occurrere, aduersis semetipsum opponere & exponere, dulce adinuicẽ conferre, studia sua mutuo patefacere. Accedit

cedit pro inuicem oratio, quæ in amici memoria
tanto efficacius, quanto affectuosius admittitur, pro
fluentib. lachrymis, quas uel timor exercet, uel af-
fectus elicit, uel dolor educit. Ita pro amico orans
Christum ipsum desideranter & diligenter inten-

dit, subito trãsit affectus in effectum, ipsius Christi
A dulcedinẽ tangens incipit gustare quàm dulcis est, &
sentire quàm suauis. Ita à sancto illo amore quo ample
ctitur amicum, ad illum conscendens quo ample-
ctitur Christum, spiritalem amicitiæ fructũ capit.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
DE SERMONE DOMINI IN MONTE SECVNDVM MATTHAEVM LIBER PRIMVS

ERMONEM quem locutus est do
minus noster Iesus Christus in mon-
te, sicut in Euangelio secundũ Mat-
theum legimus, si quis pie sobrieq;
considerare ualuerit, puto quòd inue-
niet in eo, quod ad mores optimos pertinet, per
fectum uitæ christianæ modum. Quod polliceri
non temere audemus, sed ex ipsis eiusdẽ domini
uerbis conijcientes. Nam si ipse sermo concludi-
tur, ut appareat in eo præcepra esse omnia quæ ad
informandam uitam pertinent: Sic enim dicit,
Omnis ergo qui audit uerba mea hæc & facit ea,
assimilabo eum uiro sapienti: & reliqua usq; ad eũ
Matth. 7 locum, Et facta est ruina eius magna, Cum ergo
non dicit, qui audit uerba mea tantum: sed addidit
dicens, Qui audit uerba mea hæc: satis, ut arbitror,
significauit, hæc uerba quæ in monte locutus est,
tam perfecte instruere uitam eorũ qui uoluerint
secundum ea uiuere, ut meritò comparentur ædi-
ficanti super petram. Super petram autem dixit, ut
appareat istum sermonẽ omnib. præceptis quib.
christiana uita informatur esse, perfectum. Nã de
hoc capitulo diligentius suo loco tractabit. Huius
igitur sermonis initium sic assumitur. Cũ uidisset
autem Iesus turbas multas, ascendit in montem, et
cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, &
aperiens os suum docebat eos dicens. Si quæritur
quid significet mons, bene intelligitur significare
maiora præcepta iustitiæ, quia minora erant quæ
Iudæis data sunt. Vnus tamẽ deus per sanctos Pro
phetas & famulos suos, secundum ordinatissimã
distributionẽ temporum, dedit minora præcepta,
populo quem adhuc timore alligari oportebat: &
per filium suũ maiora, populo quẽ charitate iam
liberari conuenerat. Cum aũt minora minoribus
maiora maiorib. dãtur, ab eo dantur qui solus no-
uit congruentẽ suis temporib. generi humano ex
hibere medicinã. Nec mirum est quòd dantur præce-
pta maiora propter regnum cœlorum, & minora
data sunt propter regnũ terrenum, ab eodem uno
deo qui fecit cœlum & terram. De hac ergo iusti-
tia, quæ maior est, per Prophetam dicitur, Iustitia
Psal. 35 tua sicut montes dei: & hoc bene significat, quod
ab uno magistro, solo docẽtis tantis reb. idoneo,
docet in monte. Sedẽs autẽ docet, quod pertinet
ad dignitatẽ magisterij. Et accedunt ad eum disci-
puli eius, ut audiendis illius uerbis hi essent etiam
corpore uicinores, qui præceptis adimplẽdis eti-
am animo propinquabãt. Et aperiẽs os suũ doce-
bat eos dicẽs. Ista circũlocutio qua scribitur, Et a-

periens os suũ, fortassis ipsa mora commendat ali
quanto longiorẽ futurũ esse sermonem, Nisi for-
te nõ uacet quòd nunc eum dictũ est aperuisse os suũ,
quòd ipse in lege ueteri, aperire soleret ora Propheta
rũ. Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu, quo- Matth. 5
B niam ipsorũ est regnum cœlorũ. Legimus scriptũ
de appetitione rerum temporaliũ, Omnia uanitas Eccl. 6
& præsumptio spiritus. Præsumptio autẽ spiritus,
audaciã & superbiã significat. Vulgo etiam ma-
gnos spiritus superbi habere dicũtur, & recte, quã
doquidẽ spiritus etiã uentus uocatur. Vnde scri- Psal. 148
ptũ est, Ignis, grãdo, nix, glacies, spiritus procella-
rũ. Quis uero nesciat superbos inflatos dici, tanquã
uẽto distẽtos? Vnde est etiã illud Apostoli, Scien 1 Cor. 8
tia inflat, charitas uero ædificat. Quapropter re-
cte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles &
timẽtes deũ, id est nõ habentes inflantẽ spiritum.
Nec aliũde omnino incipere oportuit beatitudi-
nem, siquidẽ peruẽtura est ad summã sapientiam.
Initiũ autẽ sapiẽtiæ timor domini. Quoniã & ècõ-
trario, Initiũ omnis peccati superbia scribitur. Su-
C perbi autẽ appetũt & diligũt regna terrarũ. Beati
autẽ pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cœ
lorum. Beati mites, quoniã ipsi hæreditate possi-
debunt terrã. Illam credo terrã, de qua in Psalmo
dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra uiuen- Psal. 141
tium. Significat enim quandã soliditatẽ & stabili-
tatem hæreditatis perpetuæ, ubi anima per bonũ
affectũ, tanquã loco suo requiescit, sicut corpus in
terra: & inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra
ipsa est requies & uita sanctorũ. Mites autem sunt Mites
qui cedũt improbitatib. & non resistunt malo, sed
uincunt in bono malũ. Rixentur ergo immites &
dimicent pro terrenis & temporalib. reb. Beati au
D tem mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt
terram, de qua pelli non possunt. Beati lugentes,
quoniã ipsi consolabuntur, Luctus est tristitia de
amissione charorũ: conuersi autẽ ad deũ, ea quę in
hoc mũdo chara amplectebãtur amittũt. Non enim
gaudẽt his reb. quib. ante gaudebãt: & donec fiat
in illis amor æternorũ, nõnulla mœstitia sauciantur.
Cõsolabuntur ergo spiritusancto, qui maxime pro
pterea paracletus nominatur: id est, cõsolator, ut tẽ-
poralia amittentes æterna lætitia perfruantur. Beati
qui esuriũt & sitiũt iustitiã, quoniã ipsi saturabun-
tur. Iam istos amatores dicit ueri et incõcussi boni.
Illo ergo cibo saturabuntur de quo ipse dñs dicit,
Meus cibus est ut faciã uolũtatẽ patris mei: quod Ioan. 4
est iustitia: & illa aqua de qua quisquis biberit, ut
idẽ dicit, fiet in eo fons aquę saliẽtis in uitã ęternã.
Beati

Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Beatos esse dicit qui subueniunt miseris, quod A eis ita rependitur, ut de miseria liberantur. Beati mundicordes, quoniā ipsi deum uidebunt, Quàm ergo stulti sunt qui deū istis exteriorib. oculis quęrunt cum corde uideatur, sicut alibi scriptum est,
Sap.1 Et in simplicitate cordis quærite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor: & quemadmodum lumen hoc uideri non potest nisi oculis mundis, ita nec deus uidetur nisi mundum sit illud quo uideri potest. Beati pacifici, quoniā ipsi filij dei uocabuntur. In pace perfectio est ubi nihil repugnat, & ideo filij dei pacifici, quoniam nihil in his resistit deo, & utiq; filij similitudinem patris habere debēt. Pacifici autē in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componētes & subijcientes B rationi:id est, menti & spiritui, carnalesq; concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnū dei. In quo ita sunt ordinata omnia, ut id quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantib. quæ sunt nobis bestijsq; communia. Atq; idipsum quod excellit in homine:id est, mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa ueritas unigenitus filius dei. Neq; eñ imperare inferiorib. potest nisi superiori seipse subijciat. Et hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonæ uoluntatis, hæc uita consummati perfectiq; sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis inordinatisq; dominetur. Hac pace intrinsecus constituta atq; firmata, quascunq; persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam quæ secūdum deum C est, Non aliquid in illo ędificio labefactans, sed deficientib. machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus extructa sit. Ideo sequitur, Beati qui persecutionem patiūtur propter iustitiā, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sunt autem omnes istę octo sententiæ. Iam enim cætera compellans loquitur ad illos qui aderant dicens. Beati eritis cum uobis maledicēt & persequētur uos. Superiores autem sententias generaliter digesserat. Non enim dixit, beati pauperes spiritu, quoniam uestrum est regnum cœlorū: sed quoniam ipsorū est, inquit, regnum cœlorum. Neq; beati mites, quoniam uos possidebitis terrā: sed, quoniam ipsi possidebunt terram. Et ita cæteras usq; ad o- D
Matth.5 ctauam sententiam, ubi ait, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorū est regnum cœlorum. Inde iam incipit loqui præsentes cōpellans, cum & illa quæ supra dicta sunt ad eos etiam pertinerēt qui præsentes audiebant: & hæc postea quæ uidentur præsentib. specialiter dici, pertineāt etiam ad illos qui absentes uel post futuri erant. Quapropter iste sententiarum numerus diligenter considerādus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes spiritu:id est, non inflati, dum se diuinæ autoritati subdit anima timens post hanc uitam ne pergat ad pœnas, etiā si forte in hac uita beata sibi esse uideatur, Inde uenit ad diuinarum scripturarum cognitionem, ubi oportet eam se mitem prębere pietate, ne id quod A imperitis uidetur absurdū, uituperare audeat, & peruicacibus concertationib. efficiat indocilis. Inde iam incipit scire, quibus nodis seculi huius per carnalem consuetudinē ac peccata teneatur. Itaq; hoc tertio gradu, in quo scientia est, lugetur amissio summi boni, quia inhæretur extremis. In quarto autem gradu labor est, ubi uehementer incumbitur, ut sese animus auellat ab eis quib. pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur iustitia, & multum necessaria est fortitudo, quia non relinquitur sine dolore quod cum delectatione retinetur. Quinto autem gradu perseuerantib. in labore datur euadendi consilium, quia nisi quisq; adiuuetur à superiore, nullo modo sibi B est idoneus, ut sese tantis miseriarum implicamentis expediat, Est autem iustum consilium, ut qui se à potentiori adiuuari uult, adiuuet et infirmiorem in quo est ipse potentior. Itaq; beati misericordes, quia ipsorū miserebitur deus. Sexto gradu est cordis mundiria de bona conscientia bonorum operum, ualens ad contemplandum summum illud bonum quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia: id est, contemplatio ueritatis, pacificans totum hominē & suscipiens similitudinem dei, quæ ita concluditur, Beati pacifici, quoniam ipsi filij dei uocabuntur, Octaua tanq; ad caput redit, quia consummatum perfectumq; ostendit & probat. Itaq; in prima & in octaua nominatum est regnum cœlorū, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnū cœlorum. Et beati qui persecutionem patiuntur C propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnū cœlorum. Cum iam dicitur, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Rom.8
Septem sunt ergo quæ perficiunt, nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, ut per hos gradus perficiantur & cæteri tanq; à capite rursum exordiens. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spiritussancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sententijsq; congruere. Sed interest ordinis, Nam ibi enumeratio ab excellentiorib. cœpit, hic uero ab inferioribus. Ibi nanq; incipit à sapientia dei, & desinit ad timorem dei, sed initium sapientiæ timor domini est. Quapropter si gradatim tanq; ascēdentes numeremus, primus D ibi est timor dei, secūda pietas, tertia sciētia, quarta fortitudo, quintū consilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor dei congruit humilib. de quibus hic dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum:id est, non inflati, non superbi, de quibus Apostolus dicit, Noli altum sapere, sed time: id est noli extolli. Pietas congruit mitibus, Qui enim pie quærit, honorat sanctam scripturam, & non reprehendit quod nōdum intelligit, & propterea non resistit, quod est mitem esse. Vnde hic dicitur, Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Sciētia congruit lugentib. qui iam cognouerunt in scripturis quib. malis uincti teneātur, quæ tanq; bona & utilia

Esa.11 Rom.11

& utilia ignorãtes appetierũt, de quibus hic dicit̃.
Beati qui lugẽt nunc. Fortitudo cõgruit esurienti
bus & sitiẽtibus. Laborãt enĩ desiderãtes gaudiũ
de ueris bonis, & amorẽ à terrenis & corporalib.
auertere cupiẽtes. De quibus hic dicit̃, Beati qui
Mat.5 esuriunt & sitiunt iustitiã. Consiliũ congruit mise
ricordibus, hoc enim unũ remediũ est de tãtis ma-
lis euadendi, ut dimittamus sicut nos dimitti uolu
mus: & adiuuemus, in quo possumus alios, sicut
& nos in quo non possumus cupimus adiuuari.
De quibus hic dicitur, Beati misericordes, quoni
am ipsorum miserebitur deus: & reliqua. Intelle-
ctus cõgruit mundis corde, tanq̃ purgato oculo,
quo cerni possit quod corporeus oculus nõ uidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. De
quibus hic dicitur, Beati mũdicordes: Et reliqua.
Sapientia cõgruit pacificis, in quibus iam ordina-
ta sunt omnia, nullusq; motus aduersus rationem
rebellis est, sed cuncta obtẽperant spiritui homi-
nis, cum & ipse obtemperet deo, de quibus hic di
citur, Beati pacifici: unum aũt præmiũ quod est re
gnum cœlorum, pro his gradibus uarie nomina-
tum est. In primo sicut oportebat positum est re
gnum cœlorũ, quod est perfectæ summæq; sapien
tiæ animæ rationalis. Sic itaq; dictũ est, Beati pau
peres spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum:
tanq̃ diceretur, Initiũ sapientiæ timor domini. Mi
tibus hæreditas data est, tanq̃ testamentum patris
cum pietate quærentibus. Beati mites, quoniam
ipsi hæreditate possidebunt terram. Lugentibus
consolatio, tanq̃ scientib. quid amiserint, & quib.
mersi sunt. Beati qui lugent nunc, quoniã ipsi cõ-
solabuntur. Esurientibus & sitientibus saturitas,
tanq̃ refectio laborãtib. fortiterq; certantib. ad sa
lutem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniã
ipsi saturabuntur. Misericordib. misericordia, tãq̃
uero & optimo cõsilio utentib. ut hoc eis exhibea
tur à potẽtiore quod inualidioribus ipsi exhibẽt.
Beati misericordes, quoniã ipsorũ miserebitur de
us. Mundis corde facultas est uidendi deum, tãq̃
purum oculũ ad intelligenda æterna gerentibus.
Beati mũdicordes, quoniã ipsi deum uidebũt. Pa-
cificis dei similitudo est, tanq̃ perfecte sapientib.
formatisq; ad imaginẽ dei per regenerationẽ re-
1 Retract.19 nouati hominis. Beati pacifici, quoniã ipsi filij dei
uocabũtur. Et ista quidem in hac uita possunt cõ-
pleri, sicut completa esse in Apostolis, credimus.
Nam illa omnimoda & in angelicam formam mu
tatio, quę post hanc uitam promittitur, nullis uer-
bis exponi potest. Beati ergo qui persecutionem
patiũtur propter iustitiam, quoniam ipsorum est
regnum cœlorum. Hæc octaua sententia, quæ ad
caput redit perfectumq; hominem declarat, signi
ficatur fortasse & circuncisione octaua die in ue-
teri testamento: & domini resurrectione post sab
batum, qui est utiq; octauus, idemq; primus dies:
& celebratione octauarum feriarum quas in rege
neratione noui hominis celebramus: & numero
ipso pentecostes. Nam septenario numero septi-
es multiplicato, quo fiunt quadragintanouem,
quasi octauus additur ut quinquaginta compleã-

tur. Et tanq̃ redeatur ad caput, quo die missus est
A spiritussanctus, eo in regnum cœlorum ducimur,
& hæreditatem accipimus, & consolamur, & pa-
scimur, & misericordiã consequimur, & munda-
mur, & pacificamur. Atq; ita perfecti, omnes ex-
trinsecus illatas molestias pro ueritate & iustitia
sustinemus. Beati eritis, inquit, cum uobis maledi Matth.5
cent & persequentur uos, & dicent omne malum
aduersum uos mentiẽtes propter me. Gaudete &
exultate, quoniam merces uestra multa est in cœ-
lis. Animaduertat quisquis delitias huius seculi &
facultates rerum temporalium quærit in nomine
Christiano, intrinsecus esse beatitudinem nostrã:
sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicit̃:
Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: nam extrin Psal.44
B secus maledicta & persecutiones & detractiones
promittuntur: de quib. tamen magna merces est
in cœlis, quæ sentitur in corde patientium, eorum
qui iam possunt dicere, Gloriamur in tribulatio- Rom.5
nibus scientes q̃ tribulatio patientiam operat̃, pa
tiẽtia aũt probationem, probatio uero spem, spes
autem non confundit, quia charitas dei diffusa est
in cordib. nostris, per spiritumsanctũ qui datus est
nobis. Non enim ista perpeti fructuosum est, sed
ista pro Christi nomine non solum æquo animo,
sed etiã cum exultatione tolerare. Nam multi hæ-
retici, nomine Christiano animas decipiẽtes, mul
ta talia patiunt̃. Sed ideo excluduntur ab ista mer
cede, quia non dictum est tantũ, beati qui persecu
tionem patiuntur: sed additum est, propter iusti-
C tiam. Vbi autem sana fides non est, nõ potest esse
iustitia. Quia iustus ex fide uiuit. Neq; schismatici
aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia simi-
liter ubi charitas nõ est, nõ potest esse iustitia. Di-
lectio enim proximi malum non operatur. Quã si
haberent, nõ dilaniarent corpus Christi quod est
Ecclesia. Quæri autem potest quid intersit quod
ait, Cum uobis maledicẽt, et omne malũ dicẽt ad-
uersum uos: cũ maledicere, hoc sit, malum dicere.
Sed aliter maledictũ iactatur cum contumelia co
ram illo cui maledicit̃, sicut domino nostro dictũ
est, Nónne uerũ dicimus quia Samaritanus es, & Ioan.7
dæmoniũ habes? Aliter cum absentis fama lædit̃,
sicut de illo item scribit̃: Alij dicebant, quia Pro-
pheta est: alij aũt dicebant, non, sed seducit popu- Ioan.8
D lum. Persequi aũt est uim inferre uel insidijs appe-
tere, quod fecit qui eum tradidit, & qui eum cruci
fixerunt. Quid est sanè q̃ hoc etiam non est nude
positũ, ut diceretur: Et dicẽt omne malum aduer-
sum uos: sed additũ est, mẽtientes: additũ est etiã,
propter me? Propter eos additum puto, qui uolũt
de persecutionib. & de famæ suę turpitudine glo-
riari: & ideo dicere ad se pertinere Christũ, quia
multa de illis dicũtur mala: cum & uera dicantur,
quando & de illorũ errore dicunt̃: etsi aliquando
etiam nõnulla falsa iactantur, quod temeritate ho
minum plerũq; accidit, nõ tamen propter Christũ
ista patiunt̃. Non enim Christum sequitur, qui nõ
secundũ uerã fidem & catholicã disciplinã Chri-
stianus uocatur. Gaudete, inquit, & exultate, quo
niam merces uestra multa est in cœlis. Nõ hic cœ

los dici puto ſuperiores partes huius uiſibilis mũ-
di. Non em̃ merces noſtra, quæ incõcuſſa & æter- A
na eſſe debet, in reb. uolubilib. & tẽporalibus col-
locanda eſt: ſed in cœlis dictũ puto, in ſpiritalib. fir
mamentis, ubi habitat ſempiterna iuſtitia: in quo-
rum comparatione terra dicitur anima iniqua, cui
Gen. 3 peccanti dictũ eſt, Terra es & in terrã ibis. De his
Philip. 3 cœlis dicit Apoſtolus, Quoniã cõuerſatio noſtra
in cœlis eſt. Sentiunt ergo iam iſtã mercedem qui
gaudent ſpiritalibus bonis, ſed tũc ex omni parte
perficietur, cum etiã hoc mortale induerit immor
talitatem. Ita enim perſecuti ſunt, inquit, & Pro-
phetas qui ante uos fuerunt. Nũc perſecutionẽ ge
neraliter poſuit, & in maledictis & in dilaceratio-
ne famæ, & bene exẽplo adhortatus eſt, quia uera
dicentes ſolent perſecutionẽ pati: nec tamẽ ideo
Prophetæ antiqui timore perſecutionis à uerita-
tis prædicatione defecerũt. Rectiſſime itaq; ſequi
Matth. 5 tur, Vos eſtis ſal terræ, Oſtendens fatuos eſſe iu-
dicandos, qui tẽporalium bonorũ, uel copiã ſectã
tes, uel inopiã metuẽtes, amittũt æterna, quæ nec
dari poſſunt ab hominib. nec auferri. Itaq; ſi ſal in-
fatuatũ fuerit, in quo ſalietᷣ: id eſt, ſi uos per quos
condiendi ſunt quodãmodo populi, metu perſe-
cutionum temporaliũ amiſeritis regna cœlorum:
qui erunt homines per quos à uobis error aufera-
tur, cũ uos elegerit deus, per quos errorẽ auferat
cęterorum? Ergo ad nihilum ualet ſal infatuatum,
niſi ut mittatur foras & calcetur ab hominib. Non
itaq; calcatur ab hominib. qui patitur perſecutio-
nem, ſed qui perſecutionẽ timendo infatuatᷣ. Cal- C
cari enim non poteſt niſi inferior, ſed inferior non
eſt, qui quãuis corpore multa in terra ſuſtineat, cor-
de tamen fixus in cœlo eſt. Vos eſtis lumẽ mundi.
Quomodo dixit ſuperius ſal terræ: ſic nunc dicit,
lumen mũdi? Nam neq; ſuperius iſta terra accipi-
enda eſt, quam pedib. corporeis calcamus: ſed ho-
mines qui in terra habitant, uel etiam peccatores,
quorũ condiendis & extinguẽdis putorib. Apo-
ſtolicũ ſalem dominus miſit. Et hic mundũ nõ cœ
lum & terrã, ſed homines qui ſunt in mũdo uel di-
ligunt mundũ oportet intelligi, quib. illuminãdis
Mat. 5 Apoſtoli miſſi ſunt. Non poteſt ciuitas abſcondi
ſuper montẽ poſita: id eſt, fundata ſuper inſignem
magnamq; iuſtitiã, quam ſignificat etiã ipſe mons
in quo diſputat dominus. Neq; accẽdunt lucernã
& ponunt eam ſub modio. Quid putamus, ita eſſe D
dictũ ſub modio, ut occultatio tantũ lucernæ acci
pienda ſit, tanq; ſi diceret, Nemo accẽdit lucernã
& occultat illã, An aliquid etiã modius ſignificat,
ut hoc ſit ponere lucernam ſub modio, ſuperiora
facere corporis cõmoda, q; prædicationẽ uerita-
tis: ut ideo quiſq; ueritatẽ non pręd icet, dũ timet
ne aliquid in reb. corporalib. & temporalib. mole
ſtiæ patiatᷣ? Et bene modius dicitur, Siue propter
retributionem menſuræ, qua quiſq; recipiet quæ
2 Cor. 5 geſſit in corpore: ut illic, inquit Apoſtolus, reci-
Matt. 7 piet unuſquiſq; quæ geſſit in corpore: & tanq; de
hoc modio corporis alio loco dicitur: In qua men
ſura mẽſi fueritis, in ea remetietᷣ uobis. Siue quoni
am tẽporalia bona quæ corpore peraguntur, cer-

ta dierũ mẽſura & inchoantur & tranſeunt, quam
fortaſſe ſignificat modius, Æterna uero & ſpirita-
lia nullo tali fine coarctẽtur. Non enim ad menſu Ioan. 3
ram dat deus ſpiritũ. Sub modio ergo lucernã po-
nit, quiſquis lucẽ bonæ doctrinę cõmodis tempo 1 Retract. 19
ralib. obſcurat & tegit. Super candelabrũ aũt, qui
corpus ſuum miniſterio dei ſubijcit, ut ſuperior ſit
prædicatio ueritatis, & inferior ſeruitus corporis:
per ipſam tamen corporis ſeruitutẽ excellentior
luceat doctrina, quæ per officia corporalia, id eſt,
per uocẽ & linguã & cæteros corporis motus in
bonis operib. inſinuatur etiã diſcentib. Super can-
delabrum ergo ponit lucernã cum dicit Apoſto-
lus, Non ſic pugno tanq; aerẽ cædens, ſed caſtigo 1 Cor. 9
corpus meũ & ſeruituti ſubijcio, ne forte alijs præ-
B dicans ipſe reprobus inueniar. Quod uero ait, Vt
luceat omnibus qui in domo ſunt, Domũ puto di
ctam habitationẽ hominum, id eſt, ipſum mundũ,
propter id q; ſuperius ait, Vos eſtis lumen mundi,
Aut ſi domũ quiſq; uult accipere Eccleſiam, nec
hoc eſt abſurdum. Sic luceat, inquit, lumen ueſtrũ
coram hominibus ut uideant bona facta ueſtra, et
gloriſicent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Si tan-
tummodo diceret, ſic luceat lumen ueſtrum corã
hominibus ut uideant bona facta ueſtra: finem cõ
ſtituiſſe uideretᷣ in laudib. hominũ, quas quærunt
hypocritæ, & qui ambiunt ad honores & captant
inaniſsimã gloriam. Cõtra quos dicitur, Si adhuc Gal. 1
hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. Et
per Prophetam, Qui hominibus placent confuſi Pſal. 52
C ſunt, quia deus nihil fecit illos. Et iterũ, Deus con-
fringit oſſa eorũ qui hominibus placẽt. Et rurſum
Apoſtolus, Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Gal. 6
Et ipſe iterum, Probet aũt ſe homo, & tunc in ſe-
metipſo habebit gloriã, & non in altero. Non er-
go tantum dixit, ut uideant bona opera ueſtra: ſed
addidit, & glorificẽt patrẽ ueſtrũ qui in cœlis eſt:
ut hoc ipſum q; homo per bona opera placet ho-
minibus non ibi finẽ cõſtituat ut hominibus pla-
ceat, ſed referat hoc ad laudẽ dei, & propterea pla
ceat hominib. ut in illo glorificetur deus. Hoc em̃
laudantib. expedit, ut nõ hominem, ſed deum ho-
norent, Sicut in ipſo homine quẽ portabat, domi
nus oſtendit, ubi admiratæ ſunt turbæ paralytico. Matth 9
ſanato uirtutes eius, ſicut in Euangelio ſcriptum
eſt, timuerunt & glorificauerunt deum qui dedit
D poteſtatem talem hominib. Cuius imitator Apo-
ſtolus Paulus dicit: Tantum aũt audientes erant, Gal. 1
quoniam qui aliquãdo nos perſequebatur, nunc
euangelizat fidem, quam aliquando uaſtabat, &
in me glorificabant deum. Poſteaq; ergo cohorta-
tus eſt audientes, ut ſe præpararent ad omnia ſu-
ſtinenda pro ueritate atq; iuſtitia, & non abſcõde-
rent bonum quod accepturi erant, ſed ea beneuo
lentia diſcerent ut cæteros docerent, non ad lau-
dem ſuam, ſed ad gloriam dei bona ſua opera refe
rentes: incipit eos iam informare & docere quid
doceant, tanq; ſi quærerẽt dicẽtes, Ecce uolumus
omnia ſuſtinere pro tuo nomine, & doctrinã tuã
non abſcondere, ſed quid eſt hoc ipſum quod ue-
tat abſcõdi, & pro quo iubet omnia tolerari? Num

quid aliud dicturus es contra ea quæ in lege scri-
pta sunt? Non, inquit, Nolite enim putare, quoni- A
am ueni soluere legẽ aut Prophetas: non ueni sol-
uere, sed adimplere, In hac enim sententia sensus
duplex est, secundum utrunq; tractandum est. Nã
qui dicit, non ueni soluere legem, sed adimplere:
aut addendo dicit quod minus habet, aut facien-
do quod habet, Illud ergo prius consideremus q̃d
primo posuit. Nã qui addidit quod minus habet,
non utiq; soluit quod non inuenit, sed magis per-
Mat.5 ficiendo cõfirmat: & ideo sequitur, & dicit, Amẽ
dico uobis, donec transeat cœlum & terra, iota u-
num aut unus apex nõ præteribit à lege, donec o-
mnia fiant. Dum eñ fiunt etiã illa quæ adduñt ad
perfectionem, multo magis fiunt illa quæ præmis
1 Retract.19 sa sunt ad inchoationem. Quòd autem ait, Iota u-
num, aut unus apex non transibit à lege, nihil po- B
test aliud intelligi nisi uehemens expressio perfe-
ctionis, quando per literas singulas demonstrata
est: inter quas literas iota minor est cæteris, quia
uno ductu fit: apex autem est etiam ipsius aliqua
in summo particula. Quib. uerbis ostendit in lege
ad effectum etiam minima quæq; perduci. Dein-
de subiecit, Qui enim soluerit unum de mandatis
istis minimis, & docuerit sic homines, minimus
uocabitur in regno cœlorum. Mandata ergo mi-
nima significantur per unum iota & unũ apicem.
Qui ergo soluerit & docuerit sic, id est secundum
id quod soluit, non secundum id quod inuenit &
legit, minimus uocabitur in regno cœlorũ: & for-
tasse ideo non erit in regno cœlorum, ubi nisi ma-
gni esse non possunt. Qui autẽ fecerit & docuerit
sic: hoc est, qui non soluerit, & docuerit sic, secun- C
dum id quod non soluit: magnus uocabitur in re-
gno cœlorum. Qui ergo magnus uocabitur in re
gno cœlorum, sequitur ut etiam sit in regno cœlo
rum, quò magni admittũtur: ad hoc eñ pertinet
Matth.5 quod sequitur, Dico enim uobis, quia nisi abũda-
uerit iustitia uestra plusq; Scribarum & Pharisæo
rum, non intrabitis in regnum cœlorum: id est, ni-
si non solum illa minima legis præcepta impleue-
ritis quæ inchoant hominem, sed etiam ista quę à
me adduñt, qui nõ ueni soluere legem, sed adim-
plere, non intrabitis in regnũ cœlorum. Sed dicis
mihi, Si de illis mandatis minimis cum superius
loqueretur, dixit, minimũ uocari in regno cœlorũ
quisquis unum eorum soluerit, & secũdum suam
solutionem docuerit, magnum autẽ uocari quis- D
quis ea fecerit & sic docuerit, & ex eo iã in regno
cœlorum futurũ esse quia magnus est: quid opus
est addi præceptis legis minimis, si iam in regno
cœlorum potest esse, quia magnus est quisquis ea
fecerit & sic docuerit? Quapropter sic est accipiẽ
da illa sententia: qui autem fecerit & docuerit sic,
magnus uocabitur in regno cœlorum: id est, non
secundum illa minima, sed secundum ea quæ ego
dicturus sum. Quæ sunt aũt ista? Vt abundet iu-
stitia, inquit, uestra super Scribarũ & Pharisæorũ:
quia nisi abũdauerit iustitia, nõ intrabitis in regnũ
cœlorũ. Ergo qui soluerit illa minima & sic docu-
erit, minimus uocabitur: qui autẽ fecerit illa mini-
ma & sic docuerit, nõ iam magnus habẽdus est &
A idoneus regno cœlorũ, sed tamen nõ tã minimus
q̃ ille qui soluit. Vt autẽ sit magnus atq; illi regno
aptus, facere debet & docere, sicut Christus nunc
docet: id est, ut abundet iustitia eius super scribarũ
& Pharisæorũ. Iustitia Pharisæorũ est, ut non occi
dant: iustitia eorũ qui intraturi sunt in regnũ cœ-
lorum, ut non irascantur sine causa. Minimum est
ergo non occidere, & qui illud soluerit, minimus
uocabitur in regno cœlorum. Qui autem illud im
pleuerit ut non occidat, non cõtinuo magnus erit
& idoneus regno cœlorũ: sed tamen ascendit ali-
quem gradũ: perficietur autem si nec irascatur si-
ne causa. Quod si perfecerit multo remotior erit
ab homicidio, Quapropter qui docet ut non ira-
scamur, non soluit legẽ ne occidamus, sed implet
B potius, ut & foris dum nõ occidimus, & in corde
dum nõ irascimur, innocentiã custodiamus. Au-
distis ergo, inquit, quia dictum est antiquis, Non Exod.20
occides. Qui autẽ occiderit, iudicio reus erit. Ego 1 Retract.19
aũt dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo
sine causa, reus erit iudicio, qui autẽ dixerit fratri
suo racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fa-
tue, reus erit gehennæ ignis. Quid interest inter
reum iudicio, & reum concilio, & reum gehennæ
ignis? Nã hoc postremũ grauissimũ sonat, & ad-
monet quosdã gradus factos à leuiorib. ad grauio
ra, donec ad gehennam ignis ueniretur. Et ideo si
cui leuius est reum esse iudicio q̃ reũ esse cõcilio,
ita leuius est reum esse cõcilio, q̃ esse reũ gehẽnæ
ignis. Itaq; oportet ut leuius esse intelligatur irasci
sine causa fratri q̃ dicere racha, & rursus leuius es-
C se dicere racha q̃ dicere fatue. Nõ enim reatus ip-
se haberet gradus, nisi gradatim etiã peccata com
memorarentur. Vnũ autem hic uerbũ obscurũ po
situm est, quia nec Græcũ nec Latinum est, racha,
cætera uero in sermone nostro usitata sunt. Non-
nulli aũt de Græco trahere uoluerunt interpreta-
tionẽ huius uocis, putantes pannosum dici racha,
quoniã Græce dicitur pãnus ῥάκος. A quib. tamẽ
cum quæritur quid dicatur Græce pãnosus, non
respõdent racha: sed deinde nõ posset Latinus in-
terpres ubi posuit racha, pãnosum ponere, nec uti
uerbo q̃d & in Latina lingua nullũ sit, & in Græ-
ca inusitatũ. Probabilius est ergo, quod audiui à
quodã Hebræo, cũ id interrogassem: dixit eñ esse Racha quid
uocẽ non significantẽ aliquid, sed indignãtis ani-
D mi motũ exprimentem. Has interiectiones Gram
matici uocãt, particulas orationis significãtes cõ-
moti animi affectũ: uelut cũ dicitur à dolẽte, heu:
uelut ab irascente, hem. Quæ uoces quarumq; lin
guarũ sunt propriæ, nec in aliam linguã facile trã-
feruntur. Quæ causa utiq; coegit tã Græcũ inter-
pretem q̃ Latinũ uocẽ ipsam ponere, cũ quomo-
do eam interpretaret̃ nõ inueniret. Gradus itaq; Tres gra-
sunt in istis peccatis ut primo quisq; irascatur, & dus iræ.
eum motũ retineat corde conceptũ. Iam si extor-
serit uocẽ indignãtis ipsa cõmotio, non significan
tem aliquid, sed illũ animi motũ ipsa eruptione te-
stantẽ, qua feriatur ille cui irascitur, plus est utiq;
q̃ si surgens ira silentio premeret̃. Sin uero nõ so-

lum uox indignantis audiatur, ſed etiam uerbum
quo iam certam eius uituperationẽ in quem pro-
fertur deſignet & notet, quis dubitet amplius hoc
eſſe ꝙ ſi ſolus indignatiõis ſonus ederetur? Itaq;
in primo unum eſt: id eſt, ira ſola: in ſecundo duo,
& ira & uox quæ iram ſignificat: in tertio tria, &
ira & uox quæ iram ſignificat, & in uoce ipſa cer-
tæ uituperationis expreſſio. Vide nũc etiam tres
reatus, iudicij, cõſilij, & gehennæ ignis. Nã in iudi
cio adhuc defenſioni datur locus. In cõcilio autem
quanq; & iudiciũ eſſe ſoleat, tamen quia intereſſe
aliquid hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, uidet̃
ad conſiliũ pertinere ſentẽtiæ prolatio: quãdo nõ
iam cum ipſo reo agitur, utrum dãnãdus ſit, ſed in-
ter ſe qui iudicant cõferunt quo ſupplicio dãnari
oporteat quem conſtat eſſe dãnandũ. Gehẽna ue-
ro ignis, nec damnationẽ habet dubiam ſicut iudi
cium, nec damnati pœnã, ſicut conciliũ: in gehen-
na quippe ignis certa eſt & dãnatio et pœna dam
nati. Videtur ergo aliqui gradus in peccatis & in
reatu, ſed quib. modis inuiſibiliter exhibeãtur pœ
næ meritis animarum, quis poteſt dicere? Audien
dũ eſt itaq; quantũ interſit inter iuſtitiã Phariſæo-
rum, & iuſtitiã maiorum quæ in regnũ cœlorũ in
troducit. Quòd cum ſit grauius occidere ꝙ uerbo
irrogare cõuitium, ibi occiſio reum facit iudicio,
hic autẽ ira facit reũ iudicio, quod trium illorum
peccatorũ leuiſſimũ eſt: quia illic quæſtionẽ homi
cidij inter homines agitabãt: hic autẽ omnia diui-
no iudicio dimittũtur, ubi finis damnatorũ eſt ge-
hennæ ignis. Quiſquis autem dixerit ꝙ grauiore
ſupplicio in maiore iuſtitia punitur homicidium,
ſi gehenna ignis punitur cõuitium, cogit intelligi
eſſe differentias gehennarũ. Sane in trib. iſtis ſen-
tentijs ſubauditio uerborũ intuẽda eſt. Habet eñ
prima ſententia omnia uerba neceſſaria, ut nihil
Matth. 5 ſubaudiat̃. Qui iraſcitur, inquit, fratri ſuo ſine cau
1 Retract. 19 ſa, reus erit iudicio. In ſecunda uero cũ ait, Qui au
tem dixerit fratri ſuo racha, ſubditur, ſine cauſa: &
ita iungitur, reus erit concilio. Iam in tertia ubi ait,
Qui autem dixerit fatue, duo ſubaudiũtur, & fra-
tri ſuo, & ſine cauſa. Hoc eſt unde defendit̃ quod
Gal. 3 Apoſtolus Galatas uocat ſtultos, quos etiam fra-
tres nominat, non enim id fecit ſine cauſa. Ideo au
tem hic frater ſubaudiendus eſt, quia de inimico
poſtea dicitur, quõ etiam ipſe tractandus ſit maio
re iuſtitia. Deinde hic ſequit̃, Si ergo obtuleris mu
nus tuum ad altare, & illic recordatus fueris, ꝙ fra
ter tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi
munus tuum ante altare, & uade prius reconcilia-
re fratri tuo. Et tunc ueniẽs offer munus tuũ. Hinc
itaq; apparet de fratre dictũ eſſe ſuperius, quoniã
ſententia quæ ſequitur, ea cõiunctiõe cõnectitur
ut ſuperiori atteſtetur: nõ enim ait, Si autẽ obtule-
ris munus tuũ ad altare, ſed ait, Si ergo obtuleris
munus tuũ ad altare. Nã ſi iraſci fas non eſt fratri
ſuo ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue,
multo minus fas eſt animo tenere aliquid, ut in o-
dium indignatio conuertatur. Ad quod pertinet
Ephe. 4 etiã quod alio loco dicitur, Non occidat ſol ſuper
iracundiã ueſtram. Iubemur ergo illaturi munus
ad altare, ſi recordati fuerimus aliquid aduerſum
A nos habere fratrem, munus ante altare relinque-
re, & pergere ac reconciliari fratri, deinde uenire
& munus offerre. Quod ſi accipiat̃ ad literam, for
taſſis aliquis credat ita fieri oportere, ſi præſens fra
ter ſit. Non eñ diutius differri poteſt, cũ munus tu
um relinquere ante altare iubearis. Si ergo de ab-
ſente, & quod fieri poteſt, etiã trans mare cõſtitu-
to aliquid tale ueniat in mentẽ, abſurdum eſt cre-
dere ante altare munus relinquẽdũ, quod poſt ter
ras & maria pererrata offeras deo. Et ideo prorſus
intrò ad ſpiritalia refugere cogimur, ut hoc quod
dictum eſt ſine abſurditate poſſit intelligi. Altare
itaq; ſpiritaliter, in interiore dei tẽplo ipſam fidẽ
accipere poſſumus, cuius ſignũ eſt altare uiſibile.
Quodlibet enim munus offerimus deo, ſiue pro-
B phetiã, ſiue doctrinã, ſiue orationẽ, ſiue hymnum,
ſiue pſalmũ, & ſi quid tale aliud ſpiritaliũ donorũ
animo occurrerit, acceptũ eſſe non poteſt deo, ni
ſi fidei ſynceritate fulciatur, & ei fixæ atq; immobi
li atq; firmæ imponatur, ut poſſit integrum atq; il-
libatum eſſe quod loquimur. Nam multi hæretici
non habentes altare: id eſt, uerã fidẽ, blaſphemias
pro laude dixerunt, terrenis uidelicet opinionib.
aggrauati, uotũ ſuũ tanq; in terrã projiciẽtes. Sed
debet eſſe ſana etiã offerentis intentio. Et propte-
rea cũ tale aliquid ablaturi ſumus in corde noſtro:
id eſt, in interiore dei templo, Templũ eñ dei ſan- 1 Cor. 3
ctum eſt, inquit, quod eſtis uos: & in interiore ho- Ephe. 3
mine habitare Chriſtum per fidem in cordibus ue
ſtris: ſi in mentem uenerit ꝙ aliquid habeat aduer
C ſum nos frater: id eſt, ſi nos eum in aliquo læſimus,
tunc enim ipſe habet aduerſum nos. Nam nos ad-
uerſus illum habemus, ſi ille nos læſerit, ubi non
opus eſt pergere ad reconciliationẽ, non eñ ueni
am poſtulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã, ſed tan-
tum dimittis, ſicut tibi dimitti à domino cupis, ꝗd
ipſe cõmiſeris. Pergendũ eſt ergo ad reconciliatio
nem, cũ in mentẽ uenerit quod nos forte fratrẽ in
aliquo læſimus. Pergendũ eſt ergo non pedib. cor
poris, ſed motibus animi, ut te humili affectu pro-
ſternas fratri ad quẽ chara cogitatione cucurreris,
in conſpectu eius cui munus oblaturus es. Ita eñ
etiam ſi præſens ſit, poteris eum non ſimulato ani
mo lenire, atq; in gratiã reuocare ueniã poſtulan-
do, ſi hoc prius corã deo feceris: pergens ad eum
non pigro motu corporis, ſed celerrimo dilectio-
D nis affectu. Atque inde ueniens: id eſt, intentio-
nẽ reuocans ad id quod agere cœperas, offers mu
nus tuũ. Quis autem hoc facit ut fratri ſuo uel nõ
iraſcatur ſine cauſa, uel racha nõ dicat ſine cauſa,
uel eum fatuũ non appellet ſine cauſa, quod totũ
ſuperbiſſime admittit̃: uel forte ſi in aliquo horũ
lapſus fuerit, ꝗd eſt unũ remediũ, ſupplici animo
ueniã deprecetur: quod quiſquis non fecerit, ina-
nis iactantiæ ſpiritu inflatur. Beati ergo pauperes
ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorũ. Nunc
iam uideamus quod ſequitur. Eſto, inquit, aduer-
ſario tuo beneuolus cito dũ es in uia cũ eo, ne for-
te te tradat aduerſarius iudici, & iudex tradat te
miniſtro & in carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi nõ
exies

exies inde donec reddas nouiſſimũ quadrantem.
Ioan.5 Iudicẽ intelligo Chriſtũ. Pater eñ nõ iudicat quẽ-
quã, ſed om̃e iudiciũ dedit filio. Miniſtrũ intelligo
Mat.4 angelũ, Et angeli, inquit miniſtrabãt ei: & cũ ange
lis ſuis uenturũ credimus ad iudicandos uiuos &
mortuos. Carcerẽ intelligo pœnas, uidelicet tene
brarũ, quas alio loco exteriores uocat: credo pro-
pterea ꝙ intrinſecus ſit in ipſa mente, uel etiam ſi
quid ſecretius cogitari poteſt, gaudiũ diuinorum
Matt.25 pręmiorũ. De quo dicitur ſeruo bene merito: In-
tra in gaudiũ dñi tui, Quẽadmodũ etiam & in hac
ordinatione reipublicæ, uel à ſecretario, uel à præ
torio iudicis extra mittitur, qui in carcerẽ trudit.
De ſoluendo autem nouiſſimo quadrante, poteſt
non abſurde intelligi, aut pro eo poſitum quod ni
hil relinquitur impunitum, Sicut loquẽtes etiã di-
cimus uſq; ad fecẽ, cũ uolumus exprimere aliquid
ita exactũ ut nihil relinqueretur: uel ut ſignifica-
rentur nomine quadrantis nouiſſimi terrena pec
cata. Quarta eñ pars diſtinctorũ mẽbrorũ huius
mundi, & ea nouiſſima, terra inuenitur: ut incipi-
as à cœlo, ſecundũ aerem numeres, aquam tertiã,
quartã terram. Poteſt ergo conuenienter uideri di
ctum, Donec ſoluas nouiſſimum quadrantem: id
eſt, donec luas terrena peccata. Hoc eñ & pecca-
Gen.3 tor audiuit, Terra es & in terrã ibis. Donec ſoluas
aũt quod dictũ eſt, miror ſi non eam ſignificat pœ
nam, quæ uocatur æterna. Vnde enim ſoluitur il-
lud debitũ, ubi iam non datur pœnitẽdi & corre-
ctionis locus? Ita enim fortaſſe hic poſitũ eſt, Do-
Pſal.109 nec ſoluas: quõ in illo ubi dictũ eſt: Sede à dextris
meis, donec ponam omnes inimicos tuos ſub pe-
dibus tuis. Non enim cum fuerint inimici ſub pe-
dibus poſiti, deſinet ille ſedere ad dextram. Aut il-
1 Cor.15 lud Apoſtoli, Oportet enim illum regnare, donec
ponat inimicos ſuos ſub pedibus ſuis. Nõ eñ cum
poſiti fuerint, deſinet regnare. Quemadmodum
ergo ibi intelligitur, de quo dictũ eſt, Oportet eũ
regnare donec ponat inimicos ſuos ſub pedib. ſu-
is: ſemper regnaturum, quoniam ſemper illi erunt
ſub pedibus ita hic accipi poteſt, de quo dictũ eſt,
Non exies inde donec ſoluas nouiſſimũ quadran
tem, ſemper non exiturũ eſſe: quia ſemper ſoluit
nouiſſimũ quadrãtẽ, dum ſempiternas pœnas ter
renorũ peccatorum luit. Neq; ita hoc dixerim, ut
diligentiorẽ tractationẽ uidear ademiſſe de pœ-
nis peccatorũ, quõ in ſcripturis dicantur æternæ,
quanq̃ quolibet modo uitandæ ſint potius q̃ ſci-
endæ, Sed uideamus iam quis ſit ipſe aduerſarius
cui iubemur eſſe beneuoli cito, cum ſumus cum il
lo in uia. Aut enim diabolus eſt, aut homo, aut ca-
ro, aut deus, aut pręceptum eius. Sed diabolo non
uideo quomodo iubeamur beneuoli eſſe: id eſt,
Translatio cõcordes aut cõſentientes. Nanq; alij quod Græ-
uaria ce poſitũ eſt εὐνοῶν interpretati ſunt concors, alij
cõſentiens. Sed neq; beneuolentiã diabolo iube-
mur exhibere, ubi eñ beneuolentia, ibi amicitia:
neq; quiſq; dixerit amicitiã cum diabolo eſſe faci-
endam. Neq; cõcordare cũ illo expedit cui ſemel
renunciando bellũ indiximus, & quo uicto coro-
nabimur. Neque conſentire illi iam oportet, cui ſi

nunq; cõſenſiſſemus, nunq; in iſtas incidiſſemus
A miſerias. De homine aũt quanq; iubeamur cũ om
nibus quãtũ in nobis eſt pacẽ habere, ubi utiq; &
beneuolentia & cõcordia & cõſenſio poteſt intel
ligi: nõ uideo tamen quõ accipiã ab homine nos
iudici tradi, ubi Chriſtũ iudicẽ intelligo, ante cu-
ius tribunal om̃es oportet exhiberi, ſicut dicit A-
poſtolus. Quomodo ergo iudici traditurus eſt, q 2 Cor.5
ante iudicem pariter exhibebitur? Aut ſi propte-
rea traditur quiſq; iudici, quia hominẽ læſit, quan
uis illo non tradente qui læſus eſt, multo cõmodi-
us accipitur à lege ipſa reum tradi iudici, contra
quam fecit cum hominem læderet. Quia etſi occi
dendo quis nocuerit homini, nõ erit iam tempus
quo concordet cum eo, quia iam non eſt cum illo
B in uia, id eſt in hac uita. Nec tamen ideò non ſana-
bitur pœnitendo, ut ad illius miſericordiam cum
ſacrificio cõtribulati cordis refugiẽdo non metea
tur uenire qui donat peccata cõuerſis ad ſe, & qui
plus gaudet de uno pœnitẽte, q̃ de nonagintano
uem iuſtis. Carni uero multominus uideo quomo
do beneuoli uel cõcordes uel cõſentientes eſſe iu
beamur. Magis enim peccatores amant carnem
ſuam & concordant cũ illa & conſentiunt ei. Qui
uero eam ſeruituti ſubijciunt, non ipſi ei conſenti
unt, ſed eã ſibi conſentire cogunt. Fortaſſe ergo iu
bemur deo conſentire & illi eſſe beneuoli, ut ei re
conciliemur, à quo peccando receſſimus, ut ad-
uerſarius noſter dici poſſit. Quibus enim reſiſtit,
recte dicitur eorum aduerſarius. Deus enim ſuper Iaco.4
C bis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et initi- Eccli.10
um omnis peccati ſuperbia. Initium autem ſuper-
bię hominis apoſtatare à deo. Et Apoſtolus dicit:
Si enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Rom.5
deo per mortẽ filij eius, multo magis reconciliati
ſalui erimus in uita ipſius. Ex quo intelligi poteſt,
nullã naturã malam inimicã deo eſſe, quandoqui-
dem & ipſi reconcilianẽ qui inimici fuerunt. Quiſ
quis ergo in hac uia, id eſt, in hac uita, non fuerit re
conciliatus deo per mortem filij eius, tradetur iu-
dici ab illo, quia pater non iudicat quenquam, ſed
omne iudicium dedit filio: atq; ita cætera quæ in
hoc capitulo ſcripta ſunt conſequũtur, de quibus
iam tractauimus. Vnum ſolum eſt quod huic in-
tellectui difficultatẽ facit, quomodo poſſit recte
D dici, in uia eſſe nos cum deo, ſi hoc loco ipſe acci-
piendus eſt aduerſarius impiorum, cui iubemur ci
to recõciliari. Niſi forte quia ipſe ubiq; eſt, nos au-
tem cum in hac uia ſumus, cum illo utiq; ſumus. Si
enim aſcendero in cœlum, inquit, tu illic es: ſi de-
ſcendero in infernum, ades. Si recipiam pẽnas me
as in directum, & habitabo in nouiſſimo maris.
Etenim illuc manus tua deducet me, & contine-
bit me dextera tua. Aut ſi non placet impios dici
eſſe cum deo, quanq̃ nuſquã non præſto ſit deus,
quemadmodũ nos dicimus cæcos eſſe cum luce,
tametſi oculos eorum lux circunfundat, unum re-
liquum eſt, ut hic aduerſariũ præceptũ dei eſſe in-
telligamus. Quid enim ſic aduerſatur peccare uo-
lentibus q̃ præceptũ dei, id eſt, lex eius & ſcriptu-
ra diuina quæ data eſt nobis ad hanc uitam, ut ſit

nobiscũ in uia, cui nõ oportet cõtradicere, ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire cito? Non A enĩ quisquã nouit quando de hac uita exeat. Quis aũt consentis scripturæ diuinæ, nisi qui legit & audit, pie deferens ei culmen autoritatis, ut quod intelligit non propter hoc oderit ꝙ peccatis suis aduersari sentit, sed magis diligat correptionem suam: & gaudeat ꝙ moribus suis donec sanẽtur nõ parcatur. Quod uero aut obscurũ, aut absurdum illi sonat, non inde concitet contradictionum certamina, sed oret ut intelligat, beneuolentiam tamen & reuerentiam tantæ autoritati exhibẽdam esse meminerit. Sed quis hoc faciat nisi quisquis ad testamentum patris aperiendũ & cognoscendum, nõ litium minitatiõe acerbus, sed pietate mitis accesserit. Beati ergo mites, quoniam ipsi hære B ditate possidebunt terrã. Videamus sequẽtia. Au

Exod.20 distis quia dictum est antiquis, Nõ mœchaberis, Ego aũt dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Iustitia ergo minor est, non mœchari corporũ cõiunctione, Iustitia uero maior est regni dei, non mœchari in corde. Multo facilius custodit ne mœchetur in corpore, quisquis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmauit quo hoc præcepit, Non enim uenit legem soluere sed implere. Sane considerandum est ꝙ non dixit, omnis qui concupiuerit mulierẽ: sed, qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam: id est, hoc fine & hoc animo attenderit ut eam concupiscat: quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plene C consentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit satietur. Nam tria sunt quibus impletur peccatũ, suggestione, delectatione & consensione. Suggestio, siue per memoriam fit, siue per corporis sensus, cũ aliquid uidemus aut audimus, uel olfacimus, uel gustamus, uel tangimus. Quo si frui delectauerit, delectatio illicita refrenãda est. Velut cum ieiunamus & uisis cibis palati appetitus assurgit, nõ fit nisi delectatione: sed huic tamen non cõsentimus, si eam dominantis rationis iure cohibemus. Si autẽ consensio facta fuerit, plenũ peccatũ erit, Notum autem deo in corde nostro, etiã si factõ nõ innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpente suggestio fiat, id est lubrico & uolubili, hoc est tẽporali corporum motu: quia & si qua talia phan- D tasmata intus uersantur in anima, de corpore forinsecus tracta sũt: & si quis occultus præter istos quinq; sensus motusq; corporis animũ tangit, est etiam ipse temporalis & lubricus: & ideo quanto illabitur occultius ut cogitationẽ cõtingat, tanto conuenientius serpenti coparatur. Tria ergo hæc ut dicere cœperam, similia sunt illi gestæ rei quæ

Gen.3 in Genesi scripta est, ut quasi à serpente fiat suggestio & quædã suasio, In appetitu aũt carnali tanꝗ in Eua delectatio, In ratione uero tanꝗ in uiro cõsensio: quibus peractis, tanꝗ de paradiso, hoc est de beatissima luce iustitiæ in mortẽ homo expellitur, iustissime omnino. Nõ enim cogit qui suadet. Et omnes naturæ in ordine suo gradibus suis pulchræ sunt sed de superiorib. in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora nõ est declinandum. Nec quisꝗ hoc facere cogitur, & ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur, Nõ enim hoc cõmittit inuitus. Veruntamen delectatio ante consensionem uel nulla est, uel tam tenuis ut prope nulla sit, Cui consentire magnum peccatũ est cum illicita est. Cũ aũt quisq; consenserit, cõmittit peccatum in corde suo, Si aũt etiam in factum processerit, uidetur satiari, & extingui cupiditas, Sed postea cum suggestio repetitur, maior accẽditur delectatio: quæ tamen adhuc multo minor est quàm illa quæ assiduis factis in consuetudinẽ uertitur, Hanc enim uincere difficillimũ est: & tamen etiã ipsam cõsuetudinẽ si se quisq; non deserat, & Christianam militiã non reformidet, illo duce atq; adiutore superabit: ac sic in pristinã potestatẽ atq; ordinem & uir Christo & mulier uiro subijcitur. Sicut ergo trib. gradib. ad peccatũ peruenitur, suggestione, delectatione, consensione: ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tanꝗ tres mortes. Vna quasi in domo, id est cum in corde cõsentitur libidini: altera iam prolata quasi extra portã, cum in factum procedit assensio: tertia cum ui consuetudinis male tanquã mole terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum dominum resuscitasse, quisquis Euangeliũ legit, agnoscit. Et fortasse cõsiderat quas differẽtias habeat etiam ipsa uox resuscitantis, cum alibi dicit, Puella Matth.9 surge, Et alibi, Iuuenis tibi dico surge, Alibi, infremuit in spiritu & fleuit, & rursus fremuit, & post Luca 7 deinde uoce magna exclamauit, Lazare ueni foras. Ioan.11 Quapropter nomine mœchantiũ qui hoc capitulo cõmemorantur, omnẽ carnalem & libidinosam concupiscẽtiã oportet intelligi. Cum enĩ tam assidue idololatriã scriptura fornicationẽ dicat, Paulus aũt Apostolus auaritiam idololatriæ Coloss.3 nomine appellet, quis dubitet omnem malam cõcupiscentiam recte fornicationem uocari: quando anima neglecta superiore lege qua regitur, inferiorũ naturarũ turpi uoluptate, quasi mercede prostituta, corrumpitur? Et ideo quisquis carnalẽ delectationẽ aduersus rectam uoluntatẽ suam rebellare sentit per cõsuetudinẽ peccatorum, cuius indomitæ uiolẽtia trahitur in captiuitatẽ, recolat quantum potest qualẽ pacẽ peccãdo amiserit, & exclamet, Infelix ego homo, quis me liberabit de Rom.7 corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrũ. Ita enim cum se infelicẽ exclamat, lugendo implorat consolatoris auxilium, Nec paruus est ad beatitudinẽ accessus, cognitio infelicitatis suæ, & ideo, Beati etiã lugentes: quoniam ipsi cõsolabuntur. Deinde sequitur & dicit, Si autem oculus tuus dexter scandalizat te, erue Mat.5 eum & proijce abs te: Expedit enim tibi ut pereat unum mẽbrorum tuorum ꝙ totum corpus tuum eat in gehennã. Hic uero magna opus est fortitudine ad membra præcidenda. Quicquid enim est quod significat oculus, sine dubio tale est quod uehementer diligitur. Solet enĩ & ab eis qui uehementer

menter uolunt exprimere dilectionem ſuã ita dici, Diligo eum ut oculos meos, aut etiã pluſquam oculos meos. Quod aũt additum eſt, dexter: forraſſe ad augendam uim dilectionis ualet. Quanquam enim ad uidendum iſti oculi corporis communiter intendantur, & ſi ambo intendant̃ ęqualiter poſſint, amplius tamen formidant homines dextrũ amittere, Vt iſte ſit ſenſus, quicquid illud eſt quod ita diligis, ut pro dextro oculo habeas, ſi ſcandalizat te, id eſt ſi tibi impedimento eſt ad ueram beatitudinẽ, erue illud & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum horum quæ ita diligis ut tãquam membra tibi hæreant, quàm totũ corpus tuũ eat in gehennam. Sed quoniam ſequitur de manu dextera, & ſimiliter dicitur, Si dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eã & proijce abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam: cogit quærere diligentius, quid dixerit oculum, in qua quæſtione nihil mihi occurrit congruentius, quàm dilectiſſimum amicũ. Nam hoc eſt utiq; quod membrum recte poſſumus appellare, quod uehementer diligimus, & hunc conſiliarium, quia oculus eſt tanquam demonſtrans iter, & in rebus diuinis, quia dexter eſt: ut ſiniſter ſit dilectus quidem conſiliarius, ſed in rebus terrenis ad neceſſitatem corporis pertinentibus, de quo ſcandalizante ſuperfluum erat dicere, quandoquidem nec dextro parcendũ ſit. In rebus autẽ diuinis conſiliarius ſcandalizans eſt, ſi in aliquam pernicioſam hæreſim nomine religionis atq; doctrinæ conatur inducere. Ergo & dextera manus accipitur dilectus adiutor & miniſter in diuinis operibus: nam quemadmodum in oculo contemplatio, ſic in manu operatio recte intelligit̃, ut ſiniſtra manus intelligatur in operibus: quæ huic uitę & corpori ſunt neceſſaria. Dictum eſt autẽ, Qui- Matth. 5 cunq; dimiſerit uxorem ſuam, det illi libellum repudij, Hæc iuſtitia minor eſt Phariſæorum, cui nõ eſt contrarium quod dominus dicit, Ego autem dico uobis, quicunq; dimiſerit uxorem ſuam excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & Mat. 19 qui ſolutam à uiro duxerit, mœchatur. Non enim qui præcepit dari libellum repudij, hoc præcepit, ut uxor dimittatur: ſed qui dimiſerit, inquit, det illi libellũ repudij: ut iracundiã temerariã proijcientis uxorem libelli cogitatio temperaret. Qui ergo dimittendi morã quæſiuit, ſignificauit quantũ potuit duris hominibus, ſe nolle diſſidium. Et ideo ipſe dominus alio loco de hoc interrogatus ita reſpondit. Hoc Moyſes propter duritiam cordis ueſtri fecit. Quantum uis enim durus eſſet qui uellet dimittere uxorem, cum cogitaret libello repudij dato iam ſine periculo eam poſſe nubere alteri, facile placaretur. Dominus ergo ad illud cõfirmandum ut non facile uxor dimittatur, ſolam cauſam fornicationis excepit: cæteras uero uniuerſas moleſtias ſi quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali, pro caſtitate fortiter ſuſtineri: & mœchum dicit etiam uirum qui eam duxerit quæ ſoluta eſt à uiro. Cuius rei Apoſtolus Paulus terminũ oſtendit, quia tamdiu obſeruandum dicit quandiu uir A eius uiuit. Illo autem mortuo, dat nubendi licentiam, Hanc enim etiam ipſe regulam tenuit, & in ea non ſuum conſilium ſicut in nonnullis monitis, ſed præceptum domini iubentis oſtendit, cum ait, Eis autem quæ nuptæ ſunt præcipio, non ego, 1 Cor. 7 ſed dominus, mulierẽ à uiro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit manere innuptam, aut uiro ſuo reconciliari: & uir uxorem non dimittat. Credo ſimili forma, ut ſi dimiſerit non ducat aliam, aut reconcilietur uxori, Fieri enim poteſt ut dimittat uxorem cauſa fornicationis, quam dominus exceptã eſſe uoluit. Iam uero ſi nec illi nubere conceditur uiuo uiro à quo receſſerit, neq; huic alteram ducere uiua uxore quam dimiſit: multo minus fas eſt illicita cum quibuslibet ſtupra committere.

B Beatiora ſanè coniugia iudicanda ſunt, quæ ſiue filijs procreatis, ſiue etiam iſta terrena prole contempta, continentiam inter ſe pari conſenſu ſeruare potuerint: quod neq; contra illud præceptũ ſit, quo dominus dimitti coniugem uetat, Non enim dimittit qui cum ea non carnaliter, ſed ſpiritaliter uiuit: & illud ſeruatur quod per Apoſtolum dicitur: Reliquum eſt, ut qui habent uxores, 1 Cor. 7 quaſi non habentes ſint. Illud magis ſolet ſolicitare animum paruulorum, qui tamen ſecundũ præcepta Chriſti iam uiuere geſtiunt, quod alio loco ipſe dominus dicit, Quiſquis uenit ad me, & non Luc. 14 odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, inſuper & animam ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Videri enim poteſt C cõtrarium minus intelligentibus, quod hic uetat dimitti uxorem, excepta cauſa fornicationis: alibi uero diſcipulum ſuũ negat eſſe poſſe quenquam qui non oderit uxorem. Quod ſi propter concubitum diceret, non etiam patrem & matrem & fratres & ſorores in eadem conditione poneret. Sed quàm uerũ eſt, quòd regnum cœlorum uim patitur, & qui uim faciũt diripiũt illud. Quanta enim ui opus eſt, ut homo diligat inimicos, & oderit patrem & matrem & uxorem & filios & fratres. Vtrunq; enim iubet, qui ad regnum cœlorũ uocat. Et quomodo hæc non ſint contraria inter ſe, ipſo duce oſtendere facile eſt: ſed ea intellecta implere difficile eſt, quanquã & hoc eodem ipſo adiuuãte facillimũ. Regnum enim ęternum quò diſcipulos D ſuos, quos etiam fratres appellat, uocare dignatus eſt, non habet huiuſmodi neceſſitates temporales, Non eſt Iudæus, neq; Græcus, neq; maſcu- Gal. 3 lus, neque fœmina, neque ſeruus, neque liber: ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Et ipſe dominus dicit, In reſurrectione enim neque nubent, neque Matth. 22 uxores ducent, ſed erunt ſicut angeli dei in cœlis. Oportet ergo ut quiſquis illius regni uitã iam hic meditari uoluerit, oderit non ipſos homines, ſed iſtas neceſſitudines temporales quibus iſta quæ tranſitura eſt uita fulcitur, quæ naſcendo, moriendoq; peragitur: quod qui non odit, necdum amat illam uitam ubi nulla erit conditio naſcendi, atq; moriẽdi, quæ copulat terrena coniugia. Itaque ſi aliquem bene Chriſtianum, qui tamẽ habet uxo-

rem, quamuis cum ea adhuc filios generet, inter-
rogem utrum in illo regno habere uelit uxorem:
memor utique promissorum dei & uitæ illius ubi
corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc
induit immortalitatem: iam magno uel certe ali-
quo amore suspensus, cum execratione responde
bit, se uehementer id nolle. Rursus si interrogem,
utrum uxorem suā post resurrectionem accepta
angelica immortalitate quæ sanctis promittitur,
secum ibi uiuere uelit: tam uehementer se id uelle
quàm illud nolle respondebit. Sic inuenitur bo-
nus Christianus diligere in una fœmina creaturā
dei quam reformari & renouari desiderat: odisse
autem coniunctionem copulationemq; corrupti
bilem atq; mortalem: hoc est diligere in ea quòd
homo est, odisse quòd uxor est. Ita etiam diligit
inimicum, non inquantū inimicus est, sed inquan
tum homo est: ut hoc ei uelit prouenire quod si-
bi, id est ut ad regnum cœlorum correctus reno-
1 Retract. uatusq; perueniat. Hoc & de patre & de matre &
cap. 19 cæteris uinculis sanguinis intelligendum est: ut in
eis oderimus quod genus humanum nascendo &
moriendo sortitū est, diligamus autem quod no-
biscum potest ad illa regna perduci: ubi nemo di-
cit pater meus, sed omnes omnino uno deo, pater
noster: nec mater mea: sed omnes illi Hierusalem,
mater nostra: nec frater meus, sed omnes de om-
nibus, frater noster. Coniugium uero cum illo si-
mul nobis in unum redactis, quasi unius coniu-
gis erit, qui nos de prostitutione huius seculi sui
sanguinis effusione liberauit. Necesse est ergo ut
oderit ea quæ transeunt discipulus Christi, in ijs
quos secū ad ea uenire desiderat quæ semper per-
manebunt: & tanto magis hæc in eis oderit, quan
to magis eos diligit. Potest igitur Christianus cū
coniuge concorditer uiuere: siue indigentiam car
nalem cum ea supplens, quod secundum ueniam,
1 Cor. 7 non secundum imperium dicit Apostolus: siue fi-
liorum propagationem, quod iam nonnullo gra
du potest esse laudabile: siue fraternam societa-
tem, sine ulla corporum cōmixtione, habens uxo
rem tanquam non habens, quod est in coniugio
Christianorum excellentissimum atque sublime:
ut tamen oderit in ea omnes temporales necessi-
tates, & diligat spem sempiternæ beatitudinis.
Odimus enim sine dubio, quod certe ut aliquādo
non sit optamus: sicut istam ipsam præsentis tem-
poris uitam, quam temporalem si nō odissemus,
non desideraremus futurā, quæ non est tempori
obnoxia. Pro hac enim uita posita est anima, de
qua ibi dictum est, Qui non oderit insuper & ani-
mam suam, non potest esse meus discipulus. Huic
nanq; uitæ cibus est necessarius iste corruptibilis,
de quo ipse dominus dicit, Nónne anima plus est
quàm esca: id est hæc uita cui necessaria est esca?
Et quod dicit, ut animā suā ponat pro ouibus suis:
hanc utiq; uitam dicit, cum se pro nobis moriturū
2 Retract. esse pronūciat. Exoritur hic altera quæstio, Cum
cap. 19 dominus causa fornicationis permittat dimitti u-
xorem, quatenus hoc loco intelligenda sit forni-
catio: utrum quousq; intelligunt omnes, id est, ut

eam fornicationem credamus dictam quæ in stu-
A pris committitur? An quemadmodū scripturæ so
lent fornicationem uocare, sicut supra dictum est,
omnē illicitam corruptionem, sicut est idololatria
uel auaritia, & ex eo iam omnis transgressio legis
propter illicitam concupiscentiā? Sed cōsulamus
Apostolum, ne quid temere dicamus, Iis qui sunt
in coniugio, inquit, præcipio non ego sed domi- 1. Cor. 7
nus: uxorē à uiro nō discedere: q; si discesserit, ma-
nere innuptā aut uiro suo recōciliari. Potest enim
fieri ut discedat ea causa qua dominus permisit,
Aut si fœminæ licet uirū dimittere etiam præter
causam fornicationis, & non licet uiro, quid re-
spondebimus de hoc quod dixit posterius. Et uir
uxorem ne dimittat? Quare non addidit, excepta
B causa fornicatiōis: quod dominus permittit? Nisi
quia similem formā uult intelligi, aut si dimiserit,
quod causa fornicationis permittitur, maneat si-
ne uxore, aut reconcilietur uxori. Non enim ma-
le reconciliaretur uir illi mulieri, quā cum lapida-
re nemo ausus esset, dicit ei dominus, Vade & ui- Ioan. 8
de deinceps ne pecces. Quia & qui dicit, non licet
dimittere uxorē nisi causa fornicationis: cogit re-
tineri uxorem, si causa fornicationis non fuerit: si
autē fuerit, nō cogit dimittere, sed permittit: sicut
dicitur, Non licet mulieri nubere alteri uiro, nisi
uiro suo mortuo. Si ante uiri mortē nupserit, rea
est: si post uiri mortē non nupserit, nō est rea: Non
enim iussa est nubere, sed permissa. Si enim par
forma est in isto iure coniugij inter uirum & muli
C erem, usq; adeo ut nō tantū de fœmina idem Apo
stolus dixerit, Mulier non habet potestatē sui cor 1 Cor. 7
poris, sed uir: sed etiā de illo non tacuerit dicens,
similiter et uir sui corporis potestatem non habet,
sed mulier. Si ergo similis forma est, oportet intel
ligi non licere mulieri uirum dimittere, nisi causa
fornicationis, sicut & uiro. Considerandū est itaq;
quatenus fornicationē intelligere debeamus, &
cōsulendus, ut cœperamus, Apostolus. Sequitur
enim & dicit, Cæteris autem ego dico, non domi
nus. Hic primo uidendū est quibus cæteris. Dice-
bat enim superius ex domini persona ijs qui sunt
in cōiugio, nūc uero ex sua persona cæteris dicit,
Ergo fortasse ijs qui non sunt in cōiugio. Sed non
hoc sequitur. Ita enim subiungit, Si quis frater ha-
bet uxorē infidelem, & hæc consentit habitare cū
D illo, nō dimittat illam. Ergo etiā nunc ijs dicit qui
sunt in coniugio. Quid sibi ergo uult quod ait, cæ
teris: nisi quia superius eis loquebatur qui sic co-
pulati erant, ut pariter in fide Christi essent: cæte-
ris uero nunc dicit, id est eis qui sic copulati sunt
ut non ambo fideles sint? Sed quid eis dicit? Si
quis frater habet uxorem infidelem, & hæc con-
sentit habitare cum illo, non dimittat illam: Et si
qua mulier habet uirum infidelem, & hic consen-
tit habitare cum illa, non dimittat uirum. Si ergo
non præcipit ex domini persona, sed ex sua per-
sona monet, ita est hoc bonum, ut si quis aliter fe-
cerit, non sit præcepti transgressio: sicut de uir-
ginibus paulopost dicit, præceptum domini se
non habere, consilium autem dare: atque ita lau-
dat

dat uirginitatem, ut arripiat eam qui uoluerit, nõ tamen ut si non fecerit, contra præceptum fecisse A iudicet. Aliud enim est quod iubetur, aliud quod monetur, aliud quod ignoscitur. Iubetur mulier à uiro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut uiro reconciliari: Aliter ergo non licet facere. Monetur autem uir fidelis, si habet uxorem infidelem consentientem secum habitare, nõ eam dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non est præceptum domini ne dimittat, sed consilium Apostoli: Sicut monetur uirgo non nubere, sed si nupserit consilium quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Ignoscitur cum dici-

1 Cor. 7

tur, Hoc autem dico secundum ueniam, non secundum imperium. Quapropter si licet ut dimittatur coniunx infidelis, quanuis melius sit non dimittere, & tamen non licet secundum præceptum B domini ut dimittatur coniunx nisi causa fornicationis, fornicatio est etiam ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis Apostole? Certe ut uir fidelis consentientem secum habitare mulierem infidelem non dimittat. Ita, inquit. Cum ergo hoc & dominus præcipiat, ne dimittat uir uxorem, nisi causa fornicationis, quare hic dicis, Ego dico, non dominus? Quia scilicet idololatria quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti: sed quia permisit non iussit, dedit locum Apostolo monenti, ut qui uoluerit non dimittat uxorem infidelem, quo sic fortasse possit fieri fidelis. Sanctificatus est enim, inquit, uir infidelis in uxore fideli: & sanctificata est mulier infi- C delis in fratre fideli. Credo iam prouenerat ut nõnullæ fœminæ per uiros fideles, & uiri per uxores fideles in fidem uenirent: & quanuis non dicens nomina, exemplis tamen exhortatus est, ad confirmandum consilium suum. Deinde sequitur, Alioquin filij uestri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt. Iam enim erant paruuli Christiani, qui siue autore uno ex parentibus, siue utroque consentiente sanctificati erant, Quod non fieret si uno credente dissociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugij usque ad opportunitatem credendi. Hoc est ergo consilium eius cui credo dictum esse, Si quid supererogaueris, rediens red-

Luce 10

dam tibi. Porrò si infidelitas fornicatio est, & ido- D lolatria infidelitas, & auaritia idololatria, non est dubitandum & auaritiam fornicationẽ esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiã potest recte à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur quòd propter illicitas concupiscentias, non tantum quæ in stupris cum alienis uiris aut fœminis cõmittuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male utentem à lege dei aberrare faciunt, & perniciose turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & uir uxorem dimittere & uxor uirum, quia exceptam facit dominus causam fornicationis, Quam fornicationem sicut supra cõmemoratum est, generalẽ & uniuersalem intelligere cogimur. Cum autem ait, Excepta causa fornicationis: non dixit cuius ipsorum, uiri an fœminæ. Non enim A tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoque uxorem dimittat à qua ipse cogitur fornicari, causa fornicationis utique dimittit, Velut si aliquem cogat uxor sacrificare idolis, Qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantũ illius, sed & suæ: illius quia fornicatur, suæ ne fornicetur. Nihil autem iniquius quàm fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, In quo enim alterum iudicas, temetipsum con- Rom. 2 demnas, eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa uult abijcere uxorem, prior debet esse à fornicatione purgatus: quod similiter etiam de fœmina dixerim. Quod autem dicit, Quisquis solutam à uiro duxerit mœ- B chatur, quæri potest utrum quomodo mœchatur ille qui ducit, sic & illa quam ducit. Iubetur enim & illa manere innupta, aut uiro reconciliari. Sed si discesserit, inquit, à uiro, maneat innupta. Multum autem interest utrum dimittat, an dimittatur. Si enim ipsa uirum dimiserit & alteri nupserit, uidetur cupiditate mutandi coniugij uirum priorem reliquisse, quæ sine dubio adulterina cogitatio est. Si autẽ dimittatur à uiro cum quo esse cupiebat, mœchatur quidem qui eam duxerit secundum domini sententiam, sed utrum & ipsa tali crimine teneatur, incertũ est, Quãuis multo minus inueniri possit, quomodo cum uir & mulier pari consensu sibi misceãtur, unus eorum mœchus sit, & nõ alter. Huc accedit, quia si mœchatur ille du- C cendo eam quæ soluta est à uiro, quanquam non dimiserit, sed dimissa sit, ipsa eum facit mœchari, quod nihilominus dominus uetat. Ex quo colligitur, siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere illã manere innuptam, aut uiro reconciliari. Rursum quæritur, utrum si uxoris permissu, siue sterilis, siue quæ concubitum pati non uult, adhibuerit sibi alteram uir, non alienam, neque à uiro seiunctam, possit esse sine crimine fornicationis? Et in historia quidem ueteris Testamẽti inuenitur exemplum: sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illum gradum generatio humana peruenit. Tractanda illa sunt ad distinguẽdas ætates dispensationis diuinæ prouidentiæ quæ humano gene- D ri ordinatissime subuenit, non autem ad uiuendi regulas usurpandas. Sed tamen utrũ quod ait A- 1 Cor. 7 postolus, Mulier non habet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir non habet potestatẽ sui corporis sed mulier: possit in tantũ ualere, ut permittente uxore quæ maritalis corporalis potestatem habet, possit uir cum altera, quæ nec aliena uxor sit, nec à uiro disiuncta, concũbere: sed non ita est existimandum, ne hoc etiã fœmina, uiro permittẽte facere posse uideatur: quod omniũ sensus excludit. Quanquã nonnullæ causæ possint existere, ubi & uxor, mariti consensu, pro ipso marito hoc facere debere uideatur, Sicut Antiochiæ Historia factum esse perhibetur ante quinquaginta fermè annos Constantij tẽporibus. Nã Acindinus tunc præfectus, qui etiam consul fuit, cum quendam

libræ

libræ auri debitorem fisci exigeret, nescio unde
cōmotus, quod plerunq; in istis potestatibus per-
niciosum est. Quibus quod libet licet, aut potius
putatur licere, cōminatus est iurans & uehemen-
ter affirmans, quòd si certo die quem constitue-
rat, memoratū aurum non exolueret, occideretur.
Itaq; cū ille teneretur immani custodia, nec se pos
set debito illo expedire, dies metuendus immine-
re & propinquare cœpit: Et forte habebat uxorē
pulcherrimā, sed nullius pecuniæ qua subuenire
posset uiro: Cuius mulieris pulchritudine cū qui-
dam diues esset accensus, & cognouisset maritū
eius in illo discrimine constitutū, misit ad eā polli
cens pro una nocte si ei misceri uellet se auri librā
daturū. Tum illa quæ se sciret non habere sui cor-
poris potestatē, sed uirū suum, pertulit ad eum di- B
cens paratā se esse pro marito id facere, si tamē ip-
se coniugalis corporis dominus, cui tota illa casti-
tas deberetur, tanquā de re sua pro uita sua uellet
id fieri. Egit ille gratias, & ut id fieret imperauit,
nullo modo iudicans adulterinū esse cōcubitum,
quòd & libido nulla & magna mariti charitas se
iubente & uolente flagitaret. Venit mulier ad uil
lam illius diuitis, fecit quod uoluit impudicus: sed
illa corpus nō nisi marito dedit, nō concumbere,
ut soler, sed uiuere cupiēti: accepit aurum, Sed ille
qui dedit fraude subtraxit quod dederat, & suppo
suit simile ligamentū cum terra: Quod ubi mulier
iam domi suæ posita inuenit, prosiluit in publicū
eadem mariti charitate clamatura quod fecerat,
qua facere coacta est: interpellat præfectum, fate-
tur omnia, quā fraudem passa esset ostendit. Tum C
uero pręfectus primo se reum, quòd suis minis ad
id uentum esset, pronunciat, tanquam in aliū sen-
tentiam diceret, de Acindini bonis auri librā fis-
co inferendam, illam uero mulierem dominam in
eam terram, unde pro auro terram accepisset, in-
duci. Nihil hic in alteram partem disputo, liceat
cuique æstimare quod uelit, Non enim de diuinis
autoritatibus deprompta historia est, sed tamen
narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus hu-
manus quod in illa muliere uiro iubente cōmis-
sum est, quemadmodū antea cum sine ullo exem-
plo res ipsa poneretur, horruimus. Sed in hoc E-
uangelij capitulo nihil fortius cōsiderandum est,
quàm tantum malum esse fornicationis, ut cum
tanto uinculo sibi coniugia constringantur, hæc
una causa solutionis excepta sit. Quę sit autem for D
nicatio, iam tractatum est. Iterum, inquit, audistis
Leuit. 19 quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes
autem domino iuramentum tuum: Ego autem di
co uobis non iurare omnino, neque per cœlum,
quia thronus dei est: neque per terram, quia sca-
bellum est pedum eius: Neq; per Hierosolymam,
quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum
iuraueris, quia non potes facere capillum unum
Math. 5 album aut nigrum. Sit autem sermo uester: est, est:
non, nō: quod autem amplius est, à malo est. Iusti-
tia Pharisæorum est non periurare, Hanc confir-
mat qui uetat iurare, quod pertinet ad iustitiā re-
gni cœlorum. Sicut enim falsum loqui nō potest

qui non loquitur, sic periurare non potest qui nō
A iurat. Sed tamen quoniam iurat qui adhibet te-
stem deum, diligenter considerandum est hoc ca-
pitulum, ne contra præceptū domini Apostolus
fecisse uideatur, qui sæpe hoc modo iurauit cum
dicit, Quæ autē scribo uobis, ecce corā deo, quia Gal. 1
non mentior: Et iterum, Deus & pater domini no 2 Cor. 11
stri Iesu Christi qui est benedictus in secula, scit
quia non mentior. Tale est etiā illud, Testis enim Rom. 1
mihi est deus, cui seruio in spiritu meo in Euange
lio filij eius, quomodo sine intermissione memo-
riam uestri facio semper in orationibus meis. Nisi
forte quis dicat tunc cauendam esse iurationem
cum per aliquid dicitur quòd iuratur: ut non iura-
uerit, quia non dixit per deum: sed dixit, testis est
B mihi deus. Ridiculum est hoc putare. Tamē pro-
pter cōtentiosos aut multū tardos, ne aliquid in-
teresse quis putet, sciat etiā hoc modo iurasse A-
postolum dicentē: Quotidie morior, per uestram
gloriā. Quod nō quis existimet ita dictum tanq; si 1 Cor. 15
diceretur, uestra gloria me facit quotidie mori, si-
cut dicitur, per illius magisterium doctus factus
est, id est illius magisterio factū est ut perfecte do-
ceretur: Græca exemplaria dijudicant, in quibus
scriptum est: νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, quod non
nisi à iurante dicitur. Ita ergo intelligitur præce-
pisse dominū ne iuretur, ne quisquā sicut bonum
appetat iusiurandū, & assiduitate iurandi ad per-
iurium per consuetudinē delabatur. Quapropter
qui intelligit, non in bonis, sed in necessarijs iura-
tionem habendam, refrenet se quantum potest ut
C non ea utatur, nisi necessitate: cum uidet pigros
esse homines ad credendū, quod eis utile est cre-
dere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaq; perti-
net quod sic dicitur, Sit autē sermo uester est, est:
non, non. Hoc bonum est, & appetendū, quod au
tem amplius est, à malo est: id est si iurare cogeris,
scias de necessitate uenire infirmitatis eorum qui-
bus aliquid suades. Quæ infirmitas utiq; malum
est, unde nos quotidie liberari deprecamur cum
dicimus, Libera nos à malo. Itaq; non dixit: quod Matth. 6
autem amplius est, malum est, Tu autem non ma-
lum facis qui bene uteris iuratione, quæ etsi non
bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas
quod utiliter persuades, sed à malo est illius cuius
infirmitate iurare cogeris. Sed nemo nouit nisi
qui expertus est, q; sit difficile & consuetudinem
D iurandi extinguere, & nunq; temere facere quod
nonnunq; facere necessitas cogit. Quæri autem
potest, cum diceretur, Ego autem dico uobis, nō
iurare omnino: cur additum sit, neq; per cœlum,
quia thronus dei est: & cætera usque ad id quod
dictum est, neque per caput tuum. Credo propte-
rea, quia non putabant Iudæi se teneri iureiuran-
do, si per ista iurassent: & quoniā audierant, Red-
des autem domino iusiurandum tuum, non se pu
tabant domino debere iusiurandum, si per cœlū,
aut terram, aut per Hierosolymam, aut per caput
suū iurarent: quod non uitio præcipientis, sed il-
lis male intelligentibus, factum est. Itaq; dominus
docet nihil esse tam utile in creaturis dei, ut per
hoc

hoc quisq; periurādum arbitretur: quando à summis usq; ad infima diuina prouidentia creata regentur, incipiens à throno dei usq; ad capillum album aut nigrū. Neq; per cœlum, inquit, quia thronus dei est: neq; per terram, quia scabellū pedum eius est: id est cum iuras per cœlum aut terrā, non te arbitreris non debere domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare cōuinceris cuius cœlum thronus est, & cuius scabellum terra est: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, melius quàm si diceret, mea, eum tamen hoc dixisse intelligatur: Et quia ipse utiq; dominus est, domino iusiurandum debet, qui per Hierosolymam iurat. Neq; per caput tuū iurauetis: Quid enim poterat quisq; magis ad se pertinere arbitrari quàm caput suum? Sed quomodo nostrū est, ubi potestatē faciendi unius capilli albi aut nigri nō habemus? Ergo deo debet iusiurandum ineffabiliter tenenti omnia & ubiq; præsenti, quisquis etiam per caput suū iurare uoluerit: & hinc etiam cætera intelliguntur, quæ omnia utiq; dici non poterant, sicut illud quod cōmemorauimus dictum ab Apostolo, Quotidie morior per uestrā gloriam. Quā iurationem ut domino se debere ostenderet, addidit quam habeo in Christo Iesu. Verūtamen propter carnales dico, nō oportet opinari quod dictū est eœlū thronus dei est, & terra scabellū pedum eius, quòd sic habeat deus collocata mēbra in cœlo & in terra ut nos cū sedemus, sed illa sedes dei iudiciū dei significat. Et quoniam in hoc uniuerso mundi corpore maximam speciem cœlū habeat, & terra minimam, tanquam præsentior sit excellenti pulchritudini uis diuina, minimam uero ordinet in extremis atq; infimis, sedere in cœlo dicitur terramq; calcare. Spiritaliter autem sanctas animas cœli nomine significat, & terræ, peccatrices: & quoniam spiritalis omnia iudicat, ipse autem à nemine iudicatur, conuenienter dicitur sedes dei. Peccator uero cui dictum est, Terra es & in terram ibis: quia per iustitiam meritis digna tribuentem, in infimis ordinatur, & qui in lege manere noluit, sub lege puoitur, congruenter accipitur scabellum pedum dei. Sed iam ut istam quoq; concludamus summam, quid laboriosius aut operosius dici, aut cogitari potest, ubi omnes neruos industriæ suæ animus fidelis exerceat, quàm in uitiosa consuetudine superanda præcidat membra impedientia regnum cœlorum, nec dolore frangatur: toleret in coniugali fide omnia quæ quanuis sint molestissima, crimen tamen illicitæ corruptionis, id est fornicationis non habent? Velut si uxorem quisq; habeat, uel sterilem, uel deformem corpore, siue debilem membris, uel cæcā, uel surdam, uel claudam, uel si quid aliud, siue morbis & doloribus languoribusq; confectam: & quicquid excepta fornicatione cogitari potest uehementer horribile, pro fide & societate sustineat, neq; tantum abijciat: sed etiam si non habeat non ducat eam, quæ soluta est à uiro pulchram, sanam, diuitem, fœcundā. Quæ si facere non licet, multo minus sibi licere arbitretur ad ullum alium illicitum

concubitum accedere, fornicationemq; sic fugiat, ut ab omni turpitudine se penitus extrahat. Verum loquatur, neq; iurationibus crebris, sed morum probitate cōmendet: Rebellantes aduersum se omnium malarum consuetudinum innumerabiles turbas, de quibus ut omnes intelligerentur, paucæ cōmemoratæ sunt, confugiens ad arcem Christianæ militię, tanquā de loco superiore prosternat. Sed quis tantos labores inire audeat, nisi qui sic flagrat amore iustitiæ, ut tanquam fame & siti uehementissime accensus, & nullam sibi uitā, donec ea satietur existimans, uim faciat in regnū cœlorum? Non enim aliter poterit esse fortis ad toleranda omnia, quæ in præcidendis consuetudinibus laboriosa & ardua & omnino difficilia seculi huius amatores putant. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabūtur. Veruntamen in his laboribus cum quisq; difficultatem patitur, & per dura & aspera gradum faciens circumuallatus uarijs tentationibus, & hinc atq; illinc insurgere præteritæ uitæ molestias intuens, timet ne aggressa implere non possit, arripiat consiliū, ut auxilium mereatur. Quod est autem aliud consiliū, nisi ut infirmitatem aliorum ferat, & eis quantū potest opituletur, qui suę diuinitus desiderat subueniri? Cōsequenter itaq; præcepta misericordiæ uideamus. Mitis autem & misericors unum uidentur. Sed hoc interest, quòd mitis, de quo superius tractatum, est qui pietate non contradicit diuinis sententijs, quæ in sua peccata proferuntur, neq; illis dei sermonibus quos nondum intelligit, sed nullum beneficiū præstat ei cui non contradicit nec resistit. Misericors autem ita non resistit, ut propter eius correptionē id faciat, quē redderet resistendo peiorē. Sequitur ergo dominus & dicit, Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, dentē pro dēte: Ego autem dico uobis non resistere aduersus malum. Sed si quis te percusserit in dexterā maxillam, præbe illi & alterā, Et qui uoluerit tecum iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium. Et qui te angariauerit mille passus, uade cum illo alia duo. Omni petenti te da, & qui uoluerit à te mutuari, ne auersatus fueris. Pharisæorum iustitia minor est, nō excedere uindictæ modum, ne plus rependat quisq; q̄ accepit. Et magnus hic gradus est, Nemo enim facile inuenitur qui pugno accepto pugnū reddere uelit: & uno conuitiante uerbo audito, unum & quod tantundē ualeat referre contentus sit: sed siue ira perturbatus immoderatius uindicat: siue quia iustum putat, eum qui læserit prior grauius lædi, quàm læsus est qui nō læserat. Talem animum magna ex parte refrenauit lex in qua scriptum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Quibus nominibus significatur modus, ut iniuriam uindicta non transeat, & hæc est pacis inchoatio. Perfecta autem pax est, talem penitus nolle uindictam. Inter illud ergo primum quod præter legem est, ut maius malum pro minore malo reddatur: & hoc quod dominus perficiēdis discipulis dicit, ne pro malo ullum malum

reddatur

reddatur: mediū quendam locū tenet, ut tantum reddatur quātum acceptū est, per quod à summa discordia ad summā concordiā pro temporum distributione trāsitus factus est. Quisquis ergo malum infert prior, studio lædendi & nocendi, uide quantū distat ab eo qui nec læsus rependit. Quisquis ergo nulli prior male fecit, sed tamē læsus rependit grauius, uel uolūtate uel facto, recessit aliquantum à summa iniquitate & processit ad summam iustitiam, & tamen nondum tenet quod lex quæ per Moysen data est imperauit. Qui ergo tātum reddit quantū accepit, iam donat aliquid: nō enim tātam pœnam meretur nocens: quantā ille qui ab eo læsus innocēs passus est. Hanc ergo inchoatam nō seuerā, sed misericordem iustitiā ille perfecit qui legē uenit implere, nō soluere. Duos ergo adhuc gradus qui intersunt intelligēdos reliquit, quib. & de ipso summo misericordiæ culmine dicere maluit. Nam est adhuc quod faciat, qui nō implet istam magnitudinē præcepti, quæ pertinet ad regnum cœlorū: ut non reddat tantum, sed minus, ut uel pro duob. pugnis unū, aut pro euulso oculo aurem præcidat. Hinc ascēdens qui omnino nihil repēderit, propinquat præcepto domini, nec tamen adhuc ibi est. Parum enim adhuc uidetur domino si ꝓ malo quod acceperis nihil reddas mali, nisi etiā & amplius sis paratus accipere. Quapropter non ait, ego aūt dico uobis, non reddere malum pro malo, quanq̃ hoc etiā magnum præceptum sit, sed ait, non resistere aduersus malum: ut nō solum nō rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed etiā non resistas quo minus aliud irrogetur: Hoc est enim quod etiā cōsequenter exponit: Sed si quis te percusserit in dexterā maxillam tuā, præbe illi & alteram: non enim ait, si quis te percusserit, noli tu percutere, sed para te adhuc percutienti. Quod ad misericordiam pertinere, hi maxime sentiūt, qui eis quos multū diligunt, tanquā filijs uel quibuslibet dilectissimis suis, ægrotantib. seruiūt uel paruulis uel phreneticis: à quib. multa sæpe patiūtur, & si eorū salus id exigat, præbent se etiam ut plura patiantur, donec uel ætatis uel morbi infirmitas transeant. Quos ergo dominus medicus animarum, curādis proximis instruebat, quid eos aliud docere possit: nisi ut eorū, quorum saluti consulere uellent, imbecillitates æquo animo tolerarēt. Omnis nanq; improbitas ex imbecillitate animi uenit, quia nihil innocentius est eo qui in uirtute perfectus est. Quæri autem potest quid sibi uelit dextera maxilla, Sic ēm in exēplaribus Græcis, quib. maior fides adhibenda est, inuenitur. Nam multa Latina, maxillam tantū habent, non etiā dexteram: Facies est aūt qua quisq; cognoscitur. Et legimus apud Apostolum: Toleratis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit. Deinde continuo subiungit, secundum ignobilitatem dico, ut exponat quid sit in faciem cędi, hoc est contēni atq; despici. Quod quidem non ideo dicit Apostolus ut illos non sustinerent, sed ut se magis, qui eos sic diligeret, ut

2 Cor. 11

seipsum pro eis uellet impendi. Sed quoniam facies nō potest dici dextera & sinistra, & tamen nobilitas & secundū deum & secundum hoc seculū potest esse, ita tribuitur tanquam in dexteram maxillam & sinistrā, ut in quocunq; discipulo Christi contemptū fuerit quod Christianū est, multo magis in se contemni paratus sit, si quos huius seculi honores habet. Sicut idem Apostolus, cum in eo persequerentur homines nomen Christianum, si taceret de dignitate quam habebat in seculo, non præberet alteram maxillam, cædentibus dexterā. Non enim dicendo: Ciuis Romanus sum: nō erat paratus hoc in se contemni quod pro minimo habebat, ab eis qui in illo nomē tam preciosum & salutare cōtempserāt. Nūquid enim ideo minus postea uincula tolerauit, quæ ciuibus Romanis nō licebat imponi, aut quēquam de hac iniuria uoluit accusare? Etsi qui ei ꝓpter ciuitatis Romanæ nomen pepercerunt, nec tamen ille ideo nō præbuit quod ferirent, cum eos de tāta peruersitate corrigere cupierit patiētia sua, quos uidebat in se sinistras partes magis q̃ dexteras honorare. Illud est enim tantū attendendum quo animo fecerit omnia, q̃ beneuole & clementer in eos, à quibus ista patiebatur. Nam & pontificis iussu palma percussus, & quod cōtumeliose uisus est dicere cum ait, Percutiet te dominus paries dealbate: minus intelligentibus conuiciū sonat: intelligentibus uero prophetia est. Paries quippe dealbatus, hypocrisis est, id est simulatio sacerdotalē præferēs dignitatem, & sub hoc nomine tanquā candido tegmine interiorem quasi luteā turpitudinem occultās. Nam quod humilitatis fuit, mirabiliter custodiuit cum ei diceretur, Principi sacerdotum maledicis? Et respondit, Nesciui fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui ne maledicas. Vbi ostendit quāta tranquillitate illud dixisset, quod iratus dixisse uidebatur, q̃ tam cito, tam mansuete respōdit, quod ab indignantib. & perturbatis fieri nō potest. Et in eo ipso intelligentibus uerū dixit, Nesciui quia princeps est sacerdotum: tanquā si diceret, Ego alium sciui principem sacerdotū, pro cuius nomine ista sustineo, cui maledicere fas non est, & cui uos maledicitis, cū in me nihil aliud q̃ eius oditis nomen. Sic ergo oportet nō simulate ista iactare, sed in ipso corde esse ad omnia præparatum, ut possit canere illud Propheticū, Paratum cor meū deus, paratum cor meum. Multi enim alteram maxillam præbere nouerunt, diligere uero illum à quo feriuntur, ignorāt. At uero ipse dominus, qui utiq; præcepta quæ docuit primus impleuit, percutiēti se in maxillam ministro sacerdotis nō præbuit alteram: sed insuper dixit, Si male locutus sum exprobra de malo: si bene, cur me cædis? Nō tamē ideo paratus corde non fuit, non solum in alteram maxillam cædi pro salute omnium, sed etiā toto corpore crucifigi. Ergo & illud quod sequitur, Et qui uoluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, remitte illi & uestimentū, ad præparationem cordis non ad ostensionē operis pręceptū recte intelligitur

Margin: A, B, C, D; Act. 22; Act. 23; Exod. 22; Psal. 56

ligitur. Sed de tunica & uestimento quod dictum est, non in eis solis, sed in omnib. faciendũ est, quæ A aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessarijs hoc imperatũ est, quãto magis superflua cõtemnere cõuenit? Verũtamen ea quę nostra dixi, eo genere includenda sunt, quo dominus ipse præscripsit dicẽs, Si quis uult iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere. Omnia ergo intelligũtur, de quibus iudicio nobiscum cõtendi potest: ita ut à nostro iure in ius illius transeant, qui cõtendit uel pro quo contendit: sicuti est uestis, domus, fundus, iumentum, & generaliter omnis pecunia. Quod utrum etiam de seruis accipiendum sit, magna quæstio est, Non enim Christianum oportet sic possidere seruum, quomodo equum aut argentum: quanquã fieri possit, ut maiore pretio ualeat equus ꝙ̄ seruus, & multo magis aliquod aureum uel argenteũ. B Sed ille seruus si rectius & honestius, & ad deum colendũ accõmodatius abs te domino educatur aut regitur, ꝙ̄ ab illo potest qui eum cupit auferre: nescio utrum quisquam dicere audeat, ut uestimẽtum cum debere contemni. Hominem nanq; homo tanquam semetipsum diligere debet, cui ab omnium domino, sicut ea quæ sequũtur ostendũt, etiam ut inimicos diligat imperatur. Sanè animaduertendũ est, omnẽ tunicam uestimentum esse, non omne uestimentum tunicã esse. Vestimenti ergo nomen plura significat quàm nomen tunicæ. Et ideo sic dictum esse arbitror, Matth. 5 Et qui uoluerit tecũ iudicio cõtendere, & tunicã tuam tollere, remitte illi & uestimentum: tanquã si diceret, qui uoluerit tunicã tuam tollere, remitte illi, & si quid aliud indumenti habes. C Ideo nonnulli pallium interpretati sunt, quod Græce positum est ἱμάτιον. Et qui te angariauerit, inquit, mille passus, uade cũ illo alia duo, Et hoc utiq; non tam pedibus agas, quàm ut animo sis paratus. Nã in ipsa Christiana historia, in qua est autoritas, nihil tale inuenies factum à sanctis, uel ab ipso domino in homine, quem suscipere dignatus est, ut uiuendi nobis præberet exemplum: cum tamen omnibus ferè locis eos inuenias paratos fuisse æquo animo tolerare quicquid eis improbe fuisset ingestũ. Sed uerbi gratia dictum putamus, uade cum eo alia duo: an tria compleri uoluit, quo numero significatur perfectio: ut meminerit quisq; cũ hoc facit perfectam se implere iustitiam, D misericorditer perferendo infirmitates eorum quos uult sanos fieri. Potest uideri propterea etiã tribus exẽplis hæc præcepta insinuasse: Quorum primũ est, si quis te percusserit in dexterã maxillam, Secundũ, si quis tunicã tuam tollere uoluerit, Tertium, si quis te mille passus angariauerit: in quo tertio exemplo simplo duplũ additur, ut triplum cõpleatur, Qui numerus hoc loco si non ut dictum est significat perfectionẽ, illud accipiatur, ꝙ in præcipiẽdo tanquã tolerabilius incipiẽs paulatim creuerit, donec perueniret usq; ad duplum aliud perferendũ. Nam primo præberi uoluit alteram maxillã cum fuerit dextra percussa, ut minus perferre paratus sis ꝙ̄ pertulisti. Quicquid enim dextera significat, & charius est utiq; ꝙ̄ id quod A sinistra significat, & qui in re chariore aliquid pertulit, si & in uiliore perferat, minus est. Deinde illi qui tunicã uult tollere, iubet & uestimentũ dimitti, quod aut tantundẽ est, aut non multo amplius, non tamẽ duplum. Tertio de mille passibus, quibus addẽda dicit duo milia, usq; ad duplum aliud perferas iubet, Ita significãs siue aliquanto minus quàm iam fuit, siue tantundẽ, siue amplius quisq; improbus in te esse uoluerit, æquo animo tolerandum esse. In his sanè generibus trium exemplorũ nullum genus iniuriæ prætermissum esse uideo. Nanq; omnia in quibus improbitatem aliquã patimur, in duo genera diuiduntur: quorum alterum est quod restitui non potest, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non potest, uindictæ sola B tiũ quæri solet. Quid enim prodest quòd percussus repercutis? Nunquid propterea aliquid quod in corpore lęsum est restituetur in integrum? Sed tumidus animus talia somẽta desiderat. Sanum autem firmumq; ista nõ iuuant, quin potius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, quàm alieno supplicio suam mitigandam quę nulla est. Neq; hic ea uindicta prohibetur, quæ ad correptionem ualet, etiã ipsa enim pertinet ad misericordiã. Nec impedit illud propositũ quo quisque paratus est ab eo quem correctum esse uult, plura perferre. Sed huic uindictæ referendæ non est idoneus, nisi qui odiũ quo solent flagrare qui se uindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit, Nõ enim metuendũ est ne odisse paruulum filiũ parentes uideantur, cum ab eis uapu C lat peccans, ne peccet ulterius: & certe perfectio dilectionis ipsius dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur, Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro eis qui uos persequũtur: & tamẽ de ipso dicitur per Prophetam, Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnẽ filium quem re Prouerb. 3 cipit. Dicit & dominus. Seruus qui nescit uolun Lucæ 12 tatem domini sui & facit digna plagis, uapulabit paucis: Seruus autẽ qui scit uoluntatẽ domini sui, & faciens digna plagis, uapulabit multis. Non ergo quæritur, nisi ut & ille uindicet cui rerum ordine potestas data est: & ea uoluntate uindicet qua pater in paruulum filiũ, quẽ per ætatẽ odisse nondum potest. Hinc enim aptissimũ exemplũ datur, D quo satis appareat, posse peccatum amore potius uindicari ꝙ̄ impunitũ relinqui: ut illum in quem uindicat nõ pœna miserũ, sed correctione beatũ uelit: paratus tamẽ, si opus sit, æquo animo plura tolerare ab eo illata quẽ uult esse correctũ, siue in eum habeat potestatẽ coercendi siue non habeat. Magni autẽ & sancti uiri, qui iam optime scirent, mortẽ istam quæ animã dissoluit à corpore, nõ esse formidandã, secundum eorũ tamẽ animũ qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quo & uiuentibus utilis metus incuteretur, & illis qui morte puniebãtur, non ipsa mors noceret, sed peccatũ quod augeri posset, si uiuerẽt. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat

deus. Inde est quòd Helias multos morte affecit,
& propria manu, & igne diuinitus impetrato: cū A
& alij multi magni & diuini uiri eodē spiritu con-
sulendis rebus humanis non temere fecerint. De
quo Helia cum exemplum dedissent discipuli do
mino commemorantes quid ab eo factum sit, ut
etiam ipsis daret potestatē, petendi de cœlo ignē
ad consumendos eos qui sibi hospitium non præ-
berent: reprehendit in eis dominus non exemplū
Prophetæ sancti, sed ignorantiam uindicādi quæ
adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non a-
more correctionem, sed odio desiderare uindictā.
Itaq; posteaq̄ eos docuit quid esset diligere pro-
ximū tanquā seipsum, infuso etiam spiritusancto,
quem decem diebus completis post ascensionem
suā desuper ut promiserat misit, nón defuerunt ta-
les uindictæ, quāuis multo rarius quàm in ueteri B
testamento, Ibi enim ex maiore parte seruientes ti
more premebantur: hic autē maxima dilectione
Act.5 liberi nutriebantur. Nam & uerbis apostoli Petri
Ananias & uxor eius sicut in actibus Apostolo-
rum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscita
ri sunt, sed sepulti. Sed si huic libro hæretici, qui
aduersantur & ueteri Testamento, nolunt crede-
re, Paulum apostolū quem nobiscum legunt intu
eantur, dicentē de quodam peccatore quem tradi
dit satanæ in interitum carnis, ut anima salua sit. Et
si nolunt hic mortē intelligere, fortasse enim incer
tum est, quamlibet uindictam per Satanam factā
ab Apostolo fateantur, quòd non eam odio, sed
amore fecisset manifestat illud adiectum, ut anima
salua sit. Aut in illis libris quibus ipsi magnam tri- C
buunt autoritatē animaduertant quod dicimus,
ubi scriptum est apostolum Thomā imprecatum
cuidam à quo palma percussus esset, atrocissimæ
mortis suppliciū, animā eius tamen commendar
ut in futuro ei seculo parceretur: cuius à leone oc-
cisi, à cætero corpore discerptam manū canis in-
tulit mēsis in quibus cōuiuabatur Apostolus. Cui
scripturæ licet nobis nō credere, non est enim in
catholico canone. Illi tamen eā legunt & tanquā
incorruptissimā uerissimamq; honorant, qui ad-
uersus corporales uindictas quæ sunt in ueteri Te
stamento, nescio qua cæcitate acerrime sæuiunt,
quo animo & qua distributione temporum facta
sint omnino nesciētes. Tenebitur ergo in hoc in-
iuriarū genere, q̄d per uindictā luitur, iste à Chri- D
stianis modus, ut accepta iniuria non surgat in odi
um, sed infirmitatis misericordia paratus sit ani-
mus plura perpeti, nec correctionē negligat, qua
uel consilio uel autoritate uel potestate uti potest.
Aliud iniuriarū genus est quod in integrum resti-
tui potest. Cuius duæ species, una ad pecuniam, al
tera ad operā pertinet. Quapropter illius de tuni-
cæ uestimento, huius de angaria mille passuum &
duûm miliū exēpla subiecta sunt: quia & reddi ue
stimentū potest, & quem adiuueris opera, potest
te etiam ipse si opus fuerit adiuuare. Nisi forte ita
potius distinguendū est, ut prius quod positū est
de percussa maxilla, omnia significet quæ sic inge
runtur ab improbis, ut restitui nō possint nisi uin-

dicta. Secundū quod positum est de uestimento,
omia significet quæ possunt restitui sine uindicta.
Et ideo fortasse additū est, qui uoluerit tecū in iu-
dicio contendere: quia quod per iudiciū aufertur
non ea ui putatur auferri cui uindicta debeatur.
Tertiū uero ex utroq; confectum sit, ut sine uindi
cta, & cū uindicta possit restitui. Nam qui operā
indebitā uiolenter exigit sine ullo iudicio, sicut fa
cit qui angariat hominē improbe & cogit se illi-
cite adiuuari ab inuito, & pœnā improbitatis po-
test luere & operā reddere, si hanc ille repetat qui
improbum pertulit. In his ergo omnibus generi-
bus iniuriarum dominus docet patientissimum &
misericordissimū & ad plura perferēda paratissi-
mum animum Christiani esse oportere. Sed quo-
niam parum est nō nocere, nisi etiam præstes be-
neficium quantum potes, consequenter adiungit Matth.5
& dicit, Omni petēti te da, & qui uoluerit mutua-
ri à te, ne auersatus fueris. Omni petēti, inquit, nō
omnia petenti, ut id des quod dare honeste & iu-
ste potes. Quid si enim pecuniā petat, qua inno-
centē conetur opprimere? Quid si postremo stu-
prum petat? Sed ne multa persequar quæ sunt in-
numerabilia, id profecto dandū est quod nec tibi
nec alteri noceat, quantū sciri aut credi ab homi-
ne potest: & cui iuste negaueris quod petit, indi-
canda est ipsa iustitia, ut non eū inanem dimittas.
Ita omni petēti te dabis, quamuis non semper id
quod petit dabis, sed aliquādo melius aliquid da-
bis, cum petētem iniuste, correxeris. Quod autem
ait, Qui uult à te mutuari, ne auersatus fueris: ad-
animū referendū est, Hilarem enim datorē diligit 2 Cor.9
deus. Mutuatur autē omnis qui accipit, etiā si nō
ipse soluturus est. Cum enim misericordibus deus
plura restituat, omnis qui beneficiū præstat fœne
ratur. Aut si non placet accipere mutuantē nisi eū
qui accipit redditurus, intelligendū est dominum
duo ipsa genera præstandi esse cōplexum. Nanq;
aut donamus quod damus beneuole, aut redditu
ro cōmodamus. Et plerūq; homines, qui proposi-
to diuino præmio donare parati sunt, ad dandum
quod mutuū petitur pigri fiūt: quasi nihil receptu
ri à deo, cum rem quæ datur, ille qui accipit exol-
uat. Recte itaq; ad hoc beneficij tribuendi genus
nos diuina hortatur autoritas dicēs, Et qui uolue-
rit à te mutuari, ne auersatus fueris: id est, ne pro-
pterea uoluntatē alienes ab eo qui petit, quia &
pecunia te uacuat, & deus tibi non redditurus est,
cum homo reddiderit, Sed cū id ex præcepto dei
facis, apud illū qui hęc iubet infructuosum esse nō
potest. Deinde adiunxit & dicit, Audistis quia di- Deut.32
ctum est antiquis, Diliges proximū tuū, & oderis
inimicū tuum. Ego autē dico uobis, diligite inimi
cos uestros, & benefacite his qui uos oderunt, & Matth.5
orate pro eis qui uos persequuntur: ut sitis filij pa-
tris uestri qui in cœlis est, qui solē suum oriri iubet
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu
stos. Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quā
mercedē habebitis? Nónne & Publicani hoc fa-
ciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantū, quid
amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciunt?

Estote

Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester qui
in cœlis est perfectus est. Sine ista dilectione, qua A
etiã inimicos & persecutores nostros diligere iu-
bemur, ea quę superius dicta sunt implere quis po
test? Perfectio autẽ misericordiæ, qua plurimum
animæ laboranti cõsulitur, ultra dilectionẽ inimi-
ci porrigi non potest, & ideo sic clauditur, Estote
ergo uos perfecti, sicut & pater uester qui in cœ-
lis est perfectus est. Ita tamen ut deus intelligatur
perfectus tanq̃ deus, & anima perfecta tanq̃ ani-
ma. Gradũ tamen esse aliquẽ in Pharisæorũ iusti-
tia, quæ ad legem ueterẽ pertinet, hinc intelligit:
q multi homines eos etiã à quibus diligũtur ode-
runt, sicut luxuriosi filij parẽtes coercitores luxu-
riæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradũ qui proxi-
mum diligit, quãuis adhuc oderit inimicum. Eius
autẽ imperio qui uenit legẽ implere non soluere, B
perficiet beneuolentiã & benignitatẽ, cum eam
usq; ad inimici dilectionẽ perduxerit. Nã ille gra-
dus quãuis nonnullus sit, tam paruus est tamen ut
cũ publicanis etiã possit esse cõmunis. Nec quod
in lege dictum est, Oderis inimicũ tuum: uox iu-
bentis iusto accipienda est, sed permittentis infir-
mo. Oritur hic sanè nullo modo dissimulãda quæ
stio, quod huic præcepto domini, quo nos horta-
tur diligere inimicos nostros, & benefacere his
qui nos oderũt, & orare pro his qui nos persequũ
tur, multæ aliæ scripturarũ partes minus diligen-
ter & sobrie considerãtib. uidentur aduersæ: quia
& in Prophetis inueniũtur multæ imprecationes
aduersus inimicos quæ maledictiones putantur:
Psal. 68 sicut est illud, Fiat mensa eorũ in laqueũ: & cætera
Psal. 108 quæ ibi dicuntur: Et illud, fiant filij eius pupilli, &
uxor eius uidua: & alia quæ uel supra uel infra in C
eodem Psalmo in personã Iudæ per Prophetã di-
cuntur. Multa alia usquequaq; in scripturis reperi-
untur, quæ uideãtur esse contraria, & huic præce-
Rom. 12 pto domini, & illi apostolico, quo ait, Benedicite
& nolite maledicere: cũ & de domino scriptũ sit,
q maledixerit ciuitatibus quæ uerbum eius non
acceperunt: Et memoratus Apostolus, de quodã
ita dixerit, Reddet illi dominus secundum opera
2 Tim. 4 illius, Sed hæc facile soluuntur, quia & Propheta
per imprecationẽ quod esset futurum cecinit, non
optantis uoto sed spiritu præuidẽtis, ita & domi-
nus, ita & Apostolus: quanquã in horum etiã uer-
bis non hoc inuenitur quòd optauerint, sed quòd D
prædixerint. Nõ enim cum ait dominus, Væ tibi
Capharnaũ: aliud sonat nisi aliquid ei mali euen-
turũ merito infidelitatis, quod futurum dominus
nõ maleuolẽtia optabat, sed diuinitate cernebat.
Et Apostolus, nõ ait, reddat: sed, reddet illi domi-
nus iuxta opera eius: quod uerbũ prænunciantis
est, nõ imprecãtis. Sicut & de illa hypocrisi Iudæo
rum, de qua iam dictum est, cui euersionẽ immine
Act. 23 re cernebat, dixit, Percutiet te deus paries dealba-
te. Prophetæ aũt maxime solent figura imprecan-
tis futura prædicere, sicut figura præteriti tẽporis
ea quæ uentura erãt uentura sæpe cecinerũt: sicut
est illud, Quare fremuerũt gentes, & populi medi
tati sunt inania? Non enim dixit, quare frement

gentes, & populi meditabũtur inania: cum ea non
quasi iam transacta meminisset, sed uẽtura prospi-
ceret. Tale etiam illud est, Diuiserũt sibi uestimen Psal. 21
ta mea, & super uestem meam miserũt sortem: &
hic enim non dixit, diuident sibi uestimenta mea,
& super uestem meã mittent sortem. Nec tamen
de his uerbis quisquam calumniatur, nisi qui non
sentit uarietatem istam figurarũ in loquendo ni-
hil ueritati rerum minuere, & plurimum afferre
affectibus animarum. Sed illud magis urget istam
quæstionẽ, quod dicit apostolus Ioannes, Si quis 1 Ioan. 5
scit peccare fratrem suum peccatum non ad mor-
tem, postulabit, & dabit illi dominus uitã qui pec
cat non ad mortem: Est autem peccatũ ad mortẽ,
nõ pro illo dico, ut roget quis. Aperte enim osten
dit esse quosdam fratres pro quibus orare non no
bis præcipitur, cum deus etiã pro persecutoribus
nostris orare nos iubeat. Nec illa quęstio solui po
test, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus,
quæ inimicorum persecutione grauiora sint. Fra-
tres autem Christianos significari, multis diuina-
rum scripturarum documẽtis probari potest. Ma-
nifestissimum tamen illud est, quod Apostolus ita
ponit, Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore
fideli, & sanctificata est mulier infidelis in fratre. 1 Cor. 7
Non enim addidit, nostro: sed manifestũ existima
uit, cũ fratris nomine Christianũ intelligi uoluit
qui infidelem haberet uxorẽ. Et ideo paulo post
dicit, Quod si infidelis discedit, dicedat: Non e-
nim seruituti subiectus est frater uel soror in hu-
iusmodi. Peccatũ ergo fratris ad mortẽ puto esse,
cum post agnitionẽ dei per gratiam domini nostri
Iesu Christi quisq; oppugnat fraternitatem, & ad- 1 Retract.
uersus ipsam gratiã, qua recõciliatus est deo, inui- cap. 19
dentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad
mortem est, si quisquã non amorem à fratre alie-
nauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam
infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter
& dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia
nesciunt quid faciũt. Nondũ enim gratiæ spiritus- Lucæ 23
sancti participes facti societatem sanctæ fraterni-
tatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus
Apostolorũ orat pro eis à quibus lapidatur, quia Act. 7
nondum Christo crediderant, neq; aduersus illam
communem gratiã dimicabant. Et apostolus Pau
lus propterea credo nõ orat pro Alexandro, quia
iam frater erat, & ad mortem, id est, inuidẽtiæ faci
bus fraternitatẽ oppugnãdo, peccauerat. Pro his
autẽ qui non abruperant amorẽ ad mortem, sed ti
mori succubuerant, orat, ut eis ignoscat, Sic enim
dicit, Alexander ærarius multa mihi mala osten- 2 Timot. 4
dit, reddet illi dominus secundũ opera eius, quem
& tu deuita: ualde enim resistit nostris sermoni-
bus. Deinde subiungit, pro quibus orat, ita dicẽs,
In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed o-
mnes me dereliquerũt, nõ illis imputetur. Ista dif-
ferẽtia peccatorũ Iudam tradentẽ à Petro negante
distinguit: nõ quia pœnitẽti uel petẽti nõ sit igno
scendum, ne contra illam sententiã domini uenia-
mus, qua præcepit semper ignoscendũ esse fratri
petẽti ut sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati

tanta labes est, ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiā si peccatum suū mala conscientia & agnoscere & annūciare cogatur. Cum enim di-
Matth.27 xisset Iudas, Peccaui, q̄ tradiderim sanguinem iustum: facilius tamen desperatione cucurrit ad laqueum, q̄ humilitate ueniā deprecatus est. Quapropter multū interest quali pœnitentiæ ignoscat deus. Multi enim multo citius se fatentur peccasse, atq; ita sibi succensent ut uehemēter se peccasse nollent: sed tamē animū ad humiliandū & obtemperandū cor implorandam q; ueniā non deponūt: Quam mentis affectionē propter peccati magnitudinem iam de damnatione illos habere credendū est. Et hoc est fortasse peccare in spiritūsanctū: id est, per maliciā & inuidiam, fraternā oppugnare charitatē post acceptam gratiam spiritussancti: quod peccatum dominus neq; hic neq; in futuro B seculo dimitti dicit. Vnde quæri potest, utrum in
Matth.12 spiritūsanctum Iudæi peccauerint, quando dixerunt, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum dæmonia dominus expelleret: utrū hoc in ipsum
Matth.10 dominū dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco: Si enim patremfamiliās Beelzebub uocauerunt, quāto magis domesticos eius? An quoniam de magna inuidētia dixerunt, ingrati tam præsentibus beneficijs, quamuis nondum Christiani fuerint, tamē propter ipsam inuidētiæ magnitudinē
Matth.12 in spiritumsanctum peccasse credendi sunt? Non enim hoc colligitur de uerbis domini. Quamuis enim in eodē loco dixerit, Quicunq; enim dixerit uerbum nequā in filiū hominis remittetur ei: qui autē dixerit uerbum aduersus spiritūsanctum, nō C remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro: tamē uideri potest ad hoc eos monuisse, ut accedāt ad gratiā, & post acceptam gratiā non ita peccent ut tunc peccauerunt. Nunc enim in filiū hominis dixerunt uerbum nequam, & potest eis dimitti si conuersi fuerint & ei crediderint & spiritūsanctū acceperint: quo accepto si fraternitati inuidere, et gratiam quam acceperant oppugnare uoluerint, non eis dimitti, neq; in hoc seculo neq; in futuro. Nam si eos sic haberet condemnatos, ut nullam spem illis reliquisset, non adhuc monēdos iudica-
Matth.12 ret, cum addidit, dicens, Aut facite arborē bonam & fructum eius bonū, aut facite arborem malam & fructum eius malū. Sic itaq; accipiatur diligendos inimicos esse, & benefaciendum his qui nos D oderūt, & orandum pro his qui nos persequūtur, ut pro quibusdam etiā fratrum peccatis intelligatur non præceptum esse, ut oremus: ne per imperitiam nostram diuina scriptura, quod fieri non potest, à se dissentire uideatur. Sed utrū sicut pro quibusdam non est orandum, ita etiam cōtra aliquos orandum sit, nondum satis apparet. Generaliter enim dictum est, Benedicite, & nolite maledice-
Rom.12 re: Et illud, Nemini malum pro malo reddentes. Pro quo autē non oras, non etiam cōtra illū oras: potes enim uidere certam eius pœnā, & penitus desperatam salutem: & non quia odisti eum, ideo pro illo nō oras: sed quia sentis nihil te posse proficere, & orationē tuam non uis repelli à iustissimo iudice. Sed quid agimus de his, contra quos oratū A à sanctis accipimus: nō ut corrigerentur, nam hoc modo potius pro ipsis oratū est: sed ad illam ultimam damnationē: non sicut contra domini traditorem per Prophetā, nam illa, ut dictum est, prædictio futurorum, non optatio supplicij fuit: Nec sicut Apostolus cōtra Alexandrum, nam & inde satis dictum est: sed sicut in Apocalypsi Ioannis le- Apoc.6 gimus martyres orare ut uindicētur, cum ille primus martyr ut lapidatoribus suis ignosceret, orauerit. Sed hinc nō oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, cū illi sancti candidati se uindicari petierint, utrum cōtra ipsos homines, an cōtra regnū peccati petierint? Nā ipsa est syncera & plena iustitiæ & misericordiæ uindicta martyrum, ut euertatur regnū peccati, Nō enim cōtra ipsos homines, sed contra regnū peccati petierunt, quo regnante tāta perpessi sunt, Ad cuius euersionē nititur Apostolus, dicens, Non ergo regnet peccatū Rom.6 in uestro mortali corpore. Destruitur autē & euertitur peccati regnū, partim correctione hominū, ut caro spiritui subijciatur: partim dānatione perseuerantiū in peccato, ut ita iustitia ordinentur, ut iustis, cū Christo regnātibus, molesti esse non possint. Intuere apostolū Paulū, nónne tibi uidetur in seipso Stephanum martyrem uindicare, cum dicit Non sic pugno tanquā aerem cædens, sed castigo 1 Cor.9 corpus meū & seruituti subijcio? Nam in hoc in se utiq; prosternebat & debilitabat & uictum ordinabat, unde Stephanū cæterosq; Christianos fuerat persecutus. Quis ergo conuicit martyres sanctos nō talem suam uindictam à domino esse deprecatos, cum etiā finem huius seculi, in quo tanta exitia pertulerūt, ad suam uindictam potuerunt libenter optare? Quod qui orant, & pro inimicis suis orant qui sanabiles sunt, & contra illos non orār qui insanabiles esse uoluerūt: quia deus quoque puniēdo illos nō est maleuolus tortor, sed iustissimus ordinator. Sine ulla ergo dubitatione diligamus inimicos nostros, benefaciamus his qui oderūt nos, & oremus pro eis qui nos persequuntur. Quod autē consequenter positum est, Vt sitis Matth.5 filij patris uestri qui in cœlis est: ex illa regula intelligendum est, qua & Ioannes dicit, Dedit illis Ioan.1 potestatem filios dei fieri. Vnus enim naturaliter filius est, qui nescit omnino peccare: Nos autē potestate accepta efficimur filij, inquantū ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde & apostolica Rom.8 disciplina adoptionem appellat, qua in æternam hæreditatem uocamur, ut cohæredes Christi esse possimus. Filij ergo efficimur regeneratione spiritali, & adoptamur in regnū dei, non tanquā alieni, sed tanquam ab illo facti & creati, hoc est conditi: ut unum beneficium sit, quo nos fecit esse per omnipotentiā suam, cum ante nihil essemus: alterum quo adoptauit, ut cum eo tanquam filij uita æterna, pro nostra participatione, frueremur. Itaq; non ait, facite ista quia estis filij: sed facite ista ut sitis filij. Cum autem ad hoc nos uocat per ipsum unigenitum, ad similitudinem suā nos uocat. Ille enim, sicut consequenter dicit, Solem suum oriri Matth.5

facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Siue solem suum non istum carneis oculis uisibilem accipias, sed illam sapientiam, de qua
Sap.7 Malach.4 dicitur, Candor est enim lucis æternæ: De qua item dicitur, Ortus est mihi iustitiæ sol: Et iterum, Vobis autem qui timetis nomen domini, orietur sol iustitiæ: ut etiam pluuiam accipias irrigationem doctrinæ ueritatis, quia & bonis & malis apparuit, & bonis & malis euangelizatus est Christus. Siue istum solem mauis accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporeis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur: qui ad refectionem corporis dati sunt: Quod probabilius intelligi existimo, ut ille sol spiritalis nō oriatur, nisi bonis & sanctis: quia & hoc ipsum est quod plangunt iniqui in illo libro qui sapien-
Sap.5 tia Salomonis inscribitur: Et sol non est ortus nobis: Et illa pluuia spiritalis non irrigat nisi bonos: quia malos significabat uinea, de qua dictum est,
Esa.5 Mādabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed siue illud, siue hoc intelligas, magna dei bonitate fit, quæ nobis imitanda præcipitur, si filij dei esse uolumus. Quantum enim huic uitæ solatium afferat lux ista uisibilis, & pluuia corporalis, quis tam ingratus est ut non sentiat? Quod solatium uidemus & iustis in hac uita & peccatoribus communiter exhiberi. Non autem ait, qui facit solem oriri super bonos & malos: sed addidit suum: id est, quem ipse fecit atque constituit, & à nullo aliquid
Gene.1 sumpsit ut faceret: Sicut & in Genesi de omnibus luminaribus scribitur: qui proprie potest dicere sua esse omnia quę de nihilo creauit: ut hinc admoneremur, quanta liberalitate inimicis nostris ex C præcepto eius præstare debeamus, quæ nos non creauimus sed muneribus eius accepimus. Quis autem potest uel paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, quantum eorum saluti prodest: & malle se amplius iniquitatis alienæ perpeti, quàm id qđ perpessus est reddere: Omni petenti a se aliquid, uel id quod petit, si habetur, & si recte dari potest, uel consilium bonum uel beneuolum dare animū nec se auertere ab eo qui mutuari cupit: diligere inimicos: benefacere his qui se oderunt, orare pro eis qui se persequuntur. Quis ergo hæc facit, nisi plene perfecteq; misericors? Quo uno cōsilio miseria deuitatur, opitulante illo, qui ait, Misericor-
Osee 6 diam uolo magis quàm sacrificium. Beati ergo misericordes, quia ipsorū miserebitur deus. Sed iam D commode fieri puto, ut hic lector tam longo uolumine fatigatus respiret aliquantulum, & ad cætera reficiatur in alio libro consideranda.

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE SERMONE DOMINI In monte. Liber secundus.

MISERICORDIAM, usq; ad cuius tractationem liber primus terminum accepit, sequitur cordis mundatio, unde iste sumit exordiū: Cordis autem mundatio est tanquam oculus quo uidetur deus,

cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet, quātam eius rei dignitas flagitat, quæ tali oculo conspici potest. Huic autem oculo magna ex parte mundato difficile est non surrepere sordes aliquas de his rebus, quæ ipsas nostras bonas actiones comitari solēt, ueluti laus est humana. Siquidē non recte uiuere, perniciosum est: recte autem uiuere, & nolle laudari, quid est aliud q̄ inimicum esse rebus humanis, quæ utiq; tanto sunt miseriores, quanto minus placet recta uita hominū. Si ergo inter quos uiuis, te recte uiuentem nō laudauerint, illi in errore sunt: si autē laudauerint, tu in periculo. Nisi tam simplex cor habueris & mundum, ut ea quæ recte facis nō propter laudes hominū facias: magisq; illis recta laudātibus gratuleris, quibus id quod bonū est placet quàm tibi: nisi quia recte uiuis, etiā si nemo laudaret: ipsamq; laudem tuam tūc intelligas utilem esse laudātibus, si nō teipsum in tua bona uita, sed deum honorent, cuius sanctissimū templum est quisquis uiuit bene: ut impleatur quod ait Dauid, In domino lau- Psal.33 dabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Pertinet ergo ad oculū mundum non intueri in recte faciēdo laudes hominū, & ad eas referre quod recte facis: id est, propterea recte facere aliquid, ut hominibus placeas: Sic enim etiā simulare bonum libebit, si non attēditur nisi ut homo laudet: qui quoniā uidere cor non potest, potest etiā falsa laudare. Quod qui faciunt, id est, qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, id est mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solum intuetur, cum recte uiuit, & ei placere nititur, qui conscientiæ solus inspector est: De cuius conscientiæ puritate quicquid procedit, tanto est laudabilius, quāto humanas laudes minus desiderat. Cauete ergo, in- Matth.6 quit, facere iustitiam uestrā coram hominibus, ut uideamini ab eis: id est, cauete hoc animo iuste uiuere, & ibi cōstituere bonum uestrū, ut uos uideāt homines: Alioquin mercedē nō habebitis: & reliqua. Nō si ab hominibus uideamini, sed si propterea iuste uiuatis, ut ab hominib. uideamini: Nam ubi erit, quod in principio sermonis huius dictum est, Vos estis lux mundi: nō potest ciuitas abscon Matth.5 di supra mōtem posita: & reliqua usq; ad id quod ait, Vt uideant opera uestra bona. Sed non ibi cōstituit finem. Addidit enim, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Hic autem, quia hoc reprehendit, si ibi sit finis recte factorū, id est, si propterea recte faciamus, ut tantum uideamur ab hominibus: posteaquā dixit, Cauete facere iustitiam uestram corā hominibus ut uideamini ab eis: nihil addidit. In quo apparet: non hoc eū prohibuisse ut recte fiat coram hominibus, sed ne ob id forte recte fiat corā hominibus, ut uideamur ab eis, id est, ut hoc intueamur, & ibi finē nostri propositi collocemus. Nam & Apostolus dicit, Si adhuc Gal.1 hominibus placerem, Christi seruus non essem: Cum alio loco dicat, Placete omnibus per omnia, 1 Corin.10 sicut & ego omnib. per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, contrariū putant, cum ille se dixe

rit non placere hominibus, quia non i deo recte fa ciebat ut placeret hominibus, sed ut deo, ad cuius A amorē corda hominū uolebat conuertere, eoipso quo placebat hominibus. Itaq; & non se placere hominib. rectè dicebat, quia in eoipso ut deo placeret intuebatur: & placēdū esse hominibus rectè præcipiebat, non ut hoc appeteretur tanquā mercesrectè factorū, sed quia deo placere non posset qui nō se ijs quos saluos fieri uellet præbuerit imitandum: imitari autē illum qui sibi non placuerit, nullo pacto quisquā potest. Sicut ergo non absurde loqueretur, qui diceret, in hac opera qua nauē quæro, nō nauem quæro, sed patriam: sic Apostolus conueniēter diceret, in hac opera, qua hominibus placeo, nō hominib. sed deo placeo: quia non hoc appeto, sed ad id refero, ut me imitentur quos saluos fieri uolo. Sicut dicit de oblatione quæ fit in sanctos, Nō quia quæro datum, sed requiro fructum: id est, ꝙ quæro datum uestrū, non hoc quæro, sed fructum uestrū: Hoc enim indicio apparere poterat, quantū profecissent in deum: cum id libenter offerrēt, quod non propter gaudiū de muneribus, sed propter cōmunionē charitatis ab eis quærebatur. Quanquā & cum addidit, & dicit, Alioquin mercedē non habebitis apud patrē uestrum qui in cœlis est: nihil aliud demonstrat, nisi id nos cauere oportere, ne humanam laudem pro nostrorū operū mercede quæramus, id est ea nos beatos effici arbitremur. Cum ergo facis eleemosynā, noli tuba canere, & reliqua: Noli, inquit, sic uelle innotescere, ut hypocritæ: Manifestū est autem, hypocritas nō quod oculis prętendunt hominum, id etiā corde gestare. Sunt enim hypocritæ simulatores, tanquā pronunciatores personarum alienarū, sicut in theatricis fabulis: Non enim qui agit partes Agamēnonis in Tragœdia, uerbi gratia, siue alicuius alterius, ad historiam uel fabulam quæ agitur pertinētis, uere ipse est, sed simulat eū, & hypocrita dicitur. Sic in ecclesia, uel in omni uita humana, quisquis se uult uideri quod non est, hypocrita est: Simulat enim iustum & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit quam possunt etiā simulantes percipere, dum fallunt eos quibus uidentur boni, ab eisq; laudātur: Sed tales ab inspectore cordis deo mercedem nō capiunt, nisi fallaciæ suppliciū. Ab hominibus autem, inquit, perceperunt mercedē suam. Rectissimeq; his dicitur, Recedite à me operarij dolosi, nomen enim meū habuistis, sed opera mea non fecistis. Illi ergo perceperunt mercedē suam, qui non ob aliud eleemosynam faciunt, nisi ut glorificentur ab hominibus: non si glorificentur ab hominibus, sed si ideo faciunt, ut glorificentur, sicut superius tractatum est. Laus enim humana non appetī à rectè faciente, sed subsequi debet rectè facientem: ut illi proficiāt qui etiā imitari possunt quod laudant, non ut hic putet aliquid eos sibi prodesse quem laudant. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: & reliqua. Si intellexeris sinistram infideles dici, uidebitur nulla esse culpa placere fidelibus uelle, cum

Gal. 1 — Matth. 6 — Matth. 7 (margin references); B, C, D (section letters)

prorsus nihilominus in quorumlibet hominum laude fructum & finem boni operis constituere prohibeamur. Quod autem ad id pertinet ut te imitētur, quibus rectè facta tua placuerint non tātum fidelibus, sed etiam infidelibus exhibendum est, ut laudandis bonis operibus nostris deum honorent & ueniant ad salutem. Si autem sinistram inimicū putaueris, ut nesciat inimicus tuus cum eleemosynam facis, cur ipse dominus inimicis Iudæis circūstantibus misericorditer sanauit homines? Cur apostolus Petrus sanato eo quē ad portam speciosam debilem miseratus est, etiā iras inimicorum in se atq; in alios Christi discipulos pertulit? Deinde si non oportet scire inimicum cum eleemosynā facimus, quomodo cum ipso inimico faciemus, ut illud impleamus præceptū, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, potum da illi? Tertia solet esse carnalium opinio, tam absurda & ridenda, ut non eam cōmemorarem, nisi expertus essem non paucos eo errore detineri, qui dicunt sinistræ nomine uxorē significari. Vt quoniam in re familiari tenaciores pecuniarum solēt esse fœminæ, lateat eas cū aliquid misericorditer uiri earum egenis impendūt propter domesticas lites: Quasi uero soli uiri Christiani sint, & nō hoc præceptum etiam fœminis datum sit. Cui ergo sinistræ iubetur fœmina occultare opus misericordiæ suæ? An etiam uir sinistra erit fœminæ, quod absurdissime dicitur? Aut si quispiam putat inuicem sibi sinistras esse, si ab altero ita erogetur aliquid de re familiari, ut sit cōtra alterius uoluntatē, non erit Christianū tale coniugiū. Sed necesse est ut quisquis eorum eleemosynam facere uoluerit ex præcepto dei, quęcunq; aduersum habuerit inimicus sit præcepto dei, & ideo inter infideles deputetur. Præceptū est autē de talibus, ut bona sua cōuersatione ac moribus lucrifaciat uxorem maritus fidelis, uel maritū mulier fidelis. Quapropter nō sibi debēt occultare bona opera sua, quibus inuitandi sunt ab inuicem, ut alter alterum possit ad Christianæ fidei communionē inuitare: Nec furta faciēda sunt, ut promereatur deus. Quòd si occultandum est aliquid, quādiu alterius infirmitas æquo animo id non potest sustinere, quod tamen non iniuste, atq; illicite fit, nō tamē ipsam nūc sinistram significari totius capituli cōsideratione facile apparet, in qua simul inuenietur quā sinistrā uocet: Cauete, inquit, facere iustitiam uestrā coram hominibus, Et reliqua. Generaliter hic iustitiā nominauit, deinde particulariter exequit. Est enim pars aliqua iustitiæ, opus quod per eleemosynam fit, & ideo cōnectit dicēdo: Cū ergo facis eleemosynam, noli tuba canere: Et reliqua. Ad hoc respicit, quod superius ait, Cauete facere iustitiam uestram coram hominibus: Et reliqua. Quod autem sequitur, Amen dico uobis, perceperūt mercedē suā: ad illud respicit quod supra posuit, Alioquin mercedē non habebitis apud patrem uestrū qui in cœlis est. Deinde sequitur, Te autem faciente eleemosynam: Cum dicit, Te autem faciente, quid aliud dicit, quàm nō quomodo illi? Quid ergo

Act. 3 — Prouerb. 25 (margin references)

go mihi iubet: Te autem faciente, inquit, eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciunt, ut sciat sinistra eorum quid faciat dextera eorum. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere uetaris. In illis autem hoc culpatum est, quòd ita faciūt ut laudes hominum quærant. Quapropter nihil consequentius sinistra uidetur significare, quàm ipsam delectationem laudis. Dextera autem significat intentionē implendi præcepta diuina. Cum itaque conscientiæ facientis eleemosynam miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra conscia operis dexteræ: nesciat ergo sinistra tua quid faciat dextera tua: id est, nō se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cum in eleemosyna facienda diuinum præceptum contendis implere, ut sit eleemosyna tua in absconso. Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec uerbis aperiri. Quandoquidem multi multa mentiuntur. Quapropter si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram pertinent omnia exteriora, quæ sunt uisibilia & temporalia. Sit ergo eleemosyna tua in ipsa conscientia, ubi multi eleemosynam faciunt bona uoluntate, etiam si pecuniam, uel si quid aliud est quod inopi largiendum est nō habent. Multi autem foris faciunt, & intus non faciunt, qui uel ambitione, uel alicuius rei temporalis gratia uolunt misericordes uideri, in quibus sola sinistra operari existimanda est. Item alij quasi medium inter utrosque locum tenent, ut in intentione quæ in deum est eleemosynam faciant, & tamē inserat se huic optimæ uoluntati, nonnulla etiā laudis uel cuiuscunque rei fragilis & temporalis cupiditas. Sed dominus noster multo uehementius prohibet solam sinistram in nobis operari, quādo etiam misceri eam uetat operibus dexteræ: ut scilicet non modo sola temporaliū rerum cupiditate caueamus eleemosynam facere, sed nec ita in hoc opere attēdamus deum, ut sese misceat uel adiungat exteriorum appetitio cōmodorum. Agitur enim de corde mundando, quod nisi fuerit simplex, mundum non erit. Simplex autem quomodo erit si duobus dominis seruiat, nec una intentione rerum æternarum purificet aciem suam, sed eam mortalium quoque fragiliumque rerum amore obnubilet? Sit ergo eleemosyna tua in absconso, & reliqua. Rectissime omninò & uerissime. Si enim præmium ab eo expectas qui conscientiæ solus inspector est, sufficiat tibi ad promerendū præmium ipsa conscientia. Multa Latina exemplaria sic habent, Et pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi palam. Sed quia in Græcis, quæ priora sunt, non inuenimus, palàm, non putauimus hinc aliquid disserendum esse. *Matt. 6* Et cū oratis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui amant in synagogis, & reliqua. Neque hic uideri ab hominibus nefas est, sed ideo hoc agere ut uidearis ab hominibus, & superfluò toties eadem dicuntur, cum sit iam una regula custodienda: qua cognitum est, non si hæc sciant homines, formidandum esse aut fugiendum: sed si hoc animo fiat, ut fructus in eis expetatur placendi ho- A minibus. Seruat etiam ipse dominus eadem uerba, cum adiungit similiter, Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Hinc ostendens id se prohibere, ut ea merces appetatur qua stulti gaudent ut laudētur ab hominibus. Vos autem cum oratis, inquit, introite in cubicula uestra. *Matth. 6* Quæ sunt ista cubicula, nisi ipsa corda, quæ in psalmo etiam significantur, cum dicitur, Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini. *Psal. 4* Et claudentes ostia orate, ait, patrem uestrum in absconso. Parum est intrare cubicula, si ostium pateat importunis, per quod ostium ea quæ foris sunt improbe se immergunt, & interiora nostra appetunt. Foris autem diximus esse omnia temporalia & uisibilia, quæ per ostium, id est B per carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turba uanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendum est, ut oratio spiritalis dirigatur ad patrem, quæ fit in intimis cordis, ubi oratur pater noster in abscondito. Et pater, inquit, uester qui uidet in abscondito, reddet uobis. Et hoc tali clausula terminandum fuit: non enim hoc monet nunc ut oremus, sed quomodo oremus: neque ut superius, ut faciamus eleemosynam, sed quo animo faciamus: quoniam de corde mundando præcepit, quod non mundat nisi una & simplex intentio in æternam uitam solo & puro amore sapientiæ. Orantes autem, ait, noli- C te multum loqui sicut ethnici faciunt, arbitrantur enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Sicut hypocritarum est, præbere se spectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus, ita ethnicorum, id est, gentilium in multiloquio suo se putare exaudiri. Et reuera omne multiloquium à gentilibus uenit, qui exercendæ linguæ potius quam mundando animo dant operam. Et hoc nugatorij studij genus etiam ad precem fundendam transferre conātur, arbitrantes deum sicut hominē iudicem uerbis adduci in sententiā. Nolite itaque similes illis esse, dicit unus & uerus magister: *Mat. 6* Scit enim pater uester quid uobis necessarium sit antequam petatis ab eo. Si enim uerba multa ad id proferuntur, ut instruatur & doceatur ignarus, quid eis opus est ad rerum omniū cogni- D torē, cui omnia quæ sunt eo ipso quo sunt loquuntur seseque indicāt facta: & ea quæ futura sunt eiusdem artem sapientiamque non latēt, in qua sunt & quæ transierūt & quæ transitura sunt omnia, præsentia & non transeuntia? Sed quoniā quāuis pauca tamē uerba & ipse dicturus est, quibus nos doceat orare, quæri potest cur uel his uerbis paucis opus sit ad eum qui scit omnia antequam fiant, & nouit, ut dictū est, quid nobis sit necesse antequā petamus? Primo hic respondetur, nō uerbis nos agere debere apud deū ut impetremus quod uolumus, sed rebus quas animo gerimus & intentione cogitationis cū dilectione pura & simplici affectu: Sed res ipsas uerbis nos docuisse dominum nostrum, quibus memoriæ mandatis eas ad tem-

pus orandi recordaremur. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue uerbis orandum sit, quid opus A sit ipsa oratione, si deus iam nouit quid nobis necessarium sit: nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrũ serenat & purgat, capaciusq; efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis in funduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis, nõ uisibilem, sed intelligibilem & spiritalem: sed nos non semper parati sumus accipere, cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebamur. Fit ergo in oratione conuersio cordis ad eum qui semper dare paratus est, si nos capiamus quod dederit: & in ipsa purgatione cõuersio interioris oculi, cum excluduntur ea quæ temporaliter cupiebantur, ut acies cor B dis simplicis ferre possit simplicem lucem, diuinitus sine ullo occasu aut immutatione fulgentem: nec solum ferre, sed etiam manere in illa, non tantum sine molestia, sed etiam cum ineffabili gaudio, quo uere ac synceriter beata uita perficitur. Sed iam considerandum est, quæ nos orare ille præcepit, per quem & discimus quid oremus, & consequimur quod oramus. Sic itaq; orate uos, in

Mat. 6 quit, Pater noster qui es in cœlis, & reliqua. Cum in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quem deprecamur, deinde dicẽdum quid deprecemur, laude illius ad quem oratio dirigitur solet beneuolentia conciliari, & in hoc oratio nis principio poni solet: in quo dominus noster nihil aliud nos dicere iussit, nisi Pater noster qui es in cœlis. Multa enim sunt dicta in laudem dei, C quæ per omnes sanctas scripturas uarie lateq; diffusa poterit quisque considerare cum legit: nusquam tamen inuenitur præceptum populo Israel ut diceret, Pater noster, aut oraret patrem deum: sed dominus eis insinuatus est, tanquam seruientibus, id est, secundum carnem adhuc uiuentibus. Hoc autem dico, cum mandata legis acciperent, quæ obseruare iubebantur. Nam prophetæ sæpe ostendunt eundem dominum deum etiam patrem eorundem esse potuisse, si ab eius manda-

Esaie 1 tis non aberrarent. Sicut & illud, Filios genui, &

Psal. 82 exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et illud, Ego

Malac. 1 dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Et illud, Si dominus sum, ubi est timor meus? & si pater sum, ubi est honor meus? Et alia permulta, ubi arguun- D tur Iudæi, quia filij esse peccando noluerunt: exceptis eis quæ in prophetia dicuntur de futuro populo Christiano, qui patrem deum esset habitu-

Ioan. 1 rus, secundum illud Euangelium, Dedit eis pote-

Gal. 4 statem filios dei fieri. Apostolus autem Paulus dicit, Quamdiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo: & spiritum adoptionis nos accepisse commemorat, in quo clamamus, abba pater. Et quoniam quod uocamur ad æternam hęreditatem, ut simus

Rom. 8 Christi cohæredes, & in adoptionem filiorum ue niamus, non est meritorum nostrorum, sed gratiæ dei: eandem ipsam gratiam in orationis principio ponimus, cum dicimus, Pater noster. Quo nomine & charitas excitatur. Quid enim charius filijs debet esse quàm pater? Et supplex affectus, cum homines dicunt deo, Pater noster: & quædam impetrandi præsumptio quæ petituri sumus, cũ prius q̃ aliquid peteremus tam magnum donũ accepimus, ut sinamur dicere, Pater noster, deo. Quid enim iam non det filijs petẽtibus, cum hoc ipsum ante dederit, ut filij essent? Postremo quanta cura animum tangit, ut qui dicit, Pater noster, tanto patre non sit indignus. Si enim quisquam plebeius senatorem grandioris ętatis ab eo ipso patrem uocare permittatur, sine dubio trepidabit, nec facile audebit, cogitans humilitatẽ generis sui, & opum indigentiam, & plebeiæ personæ uilitatẽ. Quanto ergo magis trepidandum est appellare patrem deum, si tantæ sunt labes, tantæq; sordes in moribus, ut multo iustius eas à sua coniunctione deus expellat, quàm ille senator cuiusuis mendici egestatem. Quandoquidẽ ille hoc contemnit in mendico, quo & ipse potest rerum humanarum fragilitate deuenire. Deus autem in sordidos mores nunquam cadit: & gratias misericordiæ ipsius, qui hoc à nobis exigit, ut pater noster sit, quod nullo sumptu, sed sola bona uoluntate comparari potest. Admonentur etiam hic diuites, uel genere nobiles secundum seculum, cum Christiani facti fuerint, non superbire aduersus pauperes & ignobiles, quoniam simul dicunt deo, Pater noster: quod nõ possunt uere ac pie dicere, nisi se fratres esse cognoscant. Vtatur ergo uoce noui testamenti populus nouus, ad æternam hæreditatem uocatus, & dicat, Pater noster qui es in cœlis: id est, in sanctis & iustis. Non enim spacio locorum continetur deus. Sunt enim cœli excelsa mundi corpora, sed tamen corpora, quæ non possunt esse nisi in loco. Sed si in cœlis tanquam in superioribus mundi partibus locus dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quarũ uita est deo uicinior. Non autem scriptum est, Prope est dominus excelsis hominibus, aut eis qui in montibus habitant: sed scriptum est, Prope est dominus obtritis corde: Psal. 33
quod magis pertinet ad humilitatem. Sed quemadmodum terra appellatus est peccator, cum ei dictum est, Terra es & in terram ibis: sic cœlum iu Gen. 3
stus è contrario dici potest. Iustis enim dicit, Templum dei sanctũ est, quod estis uos. Quapropter si in templo suo habitat deus, & sancti templum eius sunt, recte dicitur, Qui in cœlis es, qui es in sanctis. Et accommodatissima ista similitudo est, ut spiritaliter tantum interesse uideatur inter iustos & peccatores, quantũ corporaliter inter cœlum & terram. Cuius rei significandæ gratia, cum ad orationes stamus, ad Orientem conuertimur, unde cœlum surgit: non tanquam ibi sit deus, & quasi cæteras mundi partes deseruerit, qui ubique præsens est nõ locorum spacijs, sed maiestate potentiæ: sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad dominum, cum ipsum corpus eius quod est terrenum ad corpus excellentius, id est ad corpus cœleste cõuertitur. Conuenit etiam gradibus religionis, & plurimum expedit, ut omniũ sensibus & paruulorum

&

& magnorum bene sentiatur de deo. Et ideo qui
uisibilibus adhuc pulchritudinib. dediti sunt, nec
possunt aliquid incorporeum cogitare: quoniam
necesse est ut cœlum præferant terræ, tolerabilior
est opinio eorum si deum quem adhuc corporali-
ter cogitant, in cœlo potius credant esse, quàm in
terra. Vt cum aliquãdo cognouerint dignitatem
animæ cœleste etiã corpus excedere, magis eum
quærant in anima quàm in corpore etiam cœlesti:
& cum cognouerint quantum distat inter pecca-
torum animas & iustorum, sicut non audebant
cum adhuc carnaliter saperent eum in terra collo
care, sed in cœlo: sic postea meliori fide uel intelli-
gentia magis eum in animis iustorũ quàm in pec-
catorum requirant. Recte ergo intelligitur, quod
Matth.6 dictum est, Pater noster qui es in cœlis: in cordi-
bus iustorum esse dictum, tanquã in templo san-
cto suo. Simul etiam ut qui orat, in se quoque ipso
uelit habitare quem inuocat: & cum hoc affectu
teneat iustitiam, quo munere inuitatur ad inhabi
tandum animum deus. Iam uideamus quæ sint pe
tenda. Dictum est enim qui sit qui petitur, & ubi
1 habitet. Primum autem omnium quæ petuntur
hoc est, Sanctificetur nomen tuum. Quod non
sic petitur, quasi non sit sanctum nomen dei, sed
ut sanctum habeatur ab hominibus: id est, ita il-
lis innotescat deus, ut non existiment aliquid san
ctius quod magis offendere timeant. Neq; enim
Psal.75 quia dictum est, Notus in Iudæa deus, in Israel ma
gnum nomen eius: sic intelligendum est quasi a-
libi minor sit deus, alibi maior: sed ibi magnum
est nomen eius, ubi pro suæ maiestatis magnitu-
dine nominatur. Ita ibi dicitur sanctum nomen e-
ius, ubi cũ ueneratione & offensionis timore no-
minatur. Et hoc est quod nunc agitur, dum Euan
gelium adhuc usquequaque per diuersas gentes
innotescendo, commendat unius dei nomen per
2 administrationem filij eius. Deinde sequitur, Ad-
ueniat regnum tuũ. Sicut ipse dominus in Euan-
gelio docet, tunc futurum esse iudicij diem, cum
Matth.24 Euangelium prædicatum fuerit in omnibus gen-
tibus, quæ res pertinet ad sanctificationem nomi
nis dei. Non enim & hic ita dictum est, Adueni-
at regnum tuum: quasi nũc deus non regnet. Sed
forte quis dicat, Adueniat dictum esse in terram:
quasi uero non etiã ipse nunc regnet in terra, sem-
perque in ea regnauerit à constitutione mundi.
Adueniat ergo accipiendum est, manifestetur ho
minibus. Quemadmodum enim etiam præsens
lux absens est cæcis, & eis qui oculos claudunt: i-
tà dei regnum quamuis nunquam discedat de ter
1 Retract.19 ris, tamen absens est ignorantibus. Nulli autem
licebit ignorare regnum dei, cum eius unigeni-
tus non solum intelligibiliter, sed etiam uisibiliter
in homine dominico de cœlo uenerit iudicaturus
uiuos et mortuos. Post quod iudicium, id est, cum
discretio & separatio iustorum ab iniustis facta fu
erit, ita inhabitabit iustos deus, ut non opus sit cui
quam doceri per hominem, sed sint omnes, ut scri
ptum est, dociles deo. Deinde beata uita omni ex
parte perficiatur in sanctis in æternum, sicuti nũc

cœlestes angeli sanctissimi atque beatissimi solo
A deo illustrante sapientes & beati sunt: quia & hoc
promisit deus sanctis suis: In resurrectione erunt, Matth.22
inquit, sicut angeli in cœlis. Et ideo post illam pe-
titionem, qua dicimus, Adueniat regnum tuum:
sequitur, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in ter- 3
ra: id est, sicut est in angelis qui sunt in cœlis uolũ
tas tua, ut omnino tibi adhæreant teq; fruantur, nul-
lo errore obnubilante sapientiam eorũ, nulla mi-
seria impediente beatitudinem eorum: ita fiat in
sanctis tuis qui in terra sunt, & de terra, quod ad
corpus attinet, facti sunt, & quanuis ad cœlestem
habitationem atq; immutationem, tamen de ter-
ra assumendi sunt. Ad hæc respicit etiam illa ange
B lorum prædicatio, Gloria in excelsis deo, & in ter Luc.2
ra pax hominibus bonæ uoluntatis: ut cum præ-
cesserit bona uoluntas nostra, quæ uocantem se-
quitur, perficiatur in nobis uoluntas dei, sicuti est
in cœlestibus angelis: ut nulla aduersitas resistat
nostræ beatitudini, quod est pax. Item fiat uolun-
tas tua, recte intelligitur, obediatur præceptis tuis
sicuti in cœlo & in terra: id est, sicut ab angelis, ita
ab hominibus. Nam fieri uoluntatem dei cum ob
temperatur præceptis eius, ipse dominus dicit, cũ
ait, Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui
me misit. Et sæpe, Non ueni facere uoluntatem Ioan.4 & 6
meam, sed eius qui me misit. Et cum ait, Ecce ma- Matth.12
ter mea, & ecce fratres mei, & quicunq; fecerit uo
luntatem dei, hic mihi est frater, & mater, & soror.
C Qui enim faciunt uoluntatem dei, in illis utique
fit uoluntas dei. Non quia ipsi faciunt, ut uelit de-
us, sed quia faciũt quod ille uult, id est, secundum
uoluntatem eius. Est etiã ille intellectus, Fiat uo-
luntas tua sicut in cœlo & in terra: sicut in sanctis
& iustis, ita etiam in peccatoribus. Quod adhuc
duobus modis accipi potest: Siue ut oremus etiã
pro inimicis nostris. Quid enim sunt aliud haben
di contra quorum uoluntatem Christianum & ca
tholicum nomen augetur? Vt ita dictum sit, Fiat
uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: tanquã si di-
ceretur, faciant uoluntatem tuam sicut iusti, ita e-
tiam & peccatores, ut ad te conuertãtur. Siue ita,
Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: ut sua
cuiq; tribuãtur: quod fit in extremo iudicio, ut iu-
stis præmiũ, peccatoribus damnatio tribuatur, cum
D agni ab hædis separabuntur. Ille etiam non absur-
dus, imò etiam & fidei & spei nostræ conuenien-
tissimus intellectus est, ut cœlũ & terram accipia-
mus, spiritũ & carnem. Et quod dicit Apostolus,
Mente seruio legi dei, carne autẽ legi peccati: ui- Rom.7
deamus factã uoluntatẽ dei in mente, id est in spi-
ritu. Cum autẽ absorpta fuerit mors in uictoriã, &
mortale hoc induerit immortalitatem, quod fiet
carnis resurrectione, atque illa immutatione quæ
promittitur iustis, secundũ eiusdem Apostoli præ
dicationem, fiat uoluntas dei sicut in cœlo & in
terra: id est, ut quemadmodũ spiritus non resistit
deo, sequens & faciens uoluntatẽ eius: ita & cor-
pus nõ resistat spiritui uel animæ, quæ nũc corpo-
ris infirmitate uexatur, & in carnalẽ consuetudinẽ
pna est: q̃d erit summæ pacis in uita æterna, ut nõ
solum

ſolum uelle adiaceat nobis, ſed etiã perficere bo-
Rom.7 num: Nunc enim uelle, inquit, adiacet mihi, per- A
ficere autem bonum non inuenio: quia nondum
in terra ſicuti in cœlo, id eſt, nondum in carne ſi-
cut in ſpiritu facta eſt uoluntas dei. Nam & in mi-
ſeria noſtra fit uoluntas dei, cum ea patimur per
carnem quæ nobis mortalitatis iure debentur,
quam peccãdo meruit noſtra natura. Sed id oran-
dum eſt, ut ſicut in cœlo, ita & in terra fiat uolun-
tas dei: id eſt, ut quemadmodũ corde delectamur
lege, ſecundum interiorẽ hominem, ita etiam cor
poris immutatione facta, huic noſtræ delectatio-
ni nulla pars noſtra terrenis doloribus ſeu uolu-
ptatibus aduerſetur. Nec illud à ueritate abhorret
ut accipiamus, Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo &
in terra: ſicut in ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto,
ita & in eccleſiá: tanquam in uiro qui patris uo- B
luntatem impleuit, ita & in fœmina quæ illi de-
ſponſata eſt: Cœlum enim & terra conuenienter
intelligitur, quaſi uir & fœmina: quoniã terra cœ-
4 lo fœcundante fructifera eſt. Quarta petitio, Pa-
nem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Pa-
nis quotidianus, aut pro ijs omnib. dictus eſt, quæ
huius uitæ neceſſitatem ſuſtentant, de quo cũ præ
Matt.6 cipit ait, Nolite cogitare de craſtino: ut ideo ſit ad
ditum, Da nobis hodie: Aut pro ſacramento cor
poris Chriſti, quod quotidie accipimus: Aut pro
Ioan.6 ſpiritali cibo, de quo idem dominus dicit, Opera-
mini eſcam quæ non corrumpitur. Et illud, Ego
ſum panis uitæ, qui de cœlo deſcendi. Sed horum
triũ quid ſit probabilius, conſiderari poteſt. Nam C
forte quiſquam moueatur, cur oremus pro his adi
piſcendis quæ huic uitæ ſunt neceſſaria, ueluti eſt
uictus & tegumentum, cum ipſe dominus dicat:
Nolite ſoliciti eſſe quid edatis, uel quid induami-
ni. An poteſt quiſq; de ea re pro qua adipiſcenda
orat, non eſſe ſolicitus, cum tanta intentione ani-
mi oratio dirigenda ſit, ut ad hoc totum illud refe-
ratur quod de claudendis cubiculis dictum eſt. Et
illud quod ait, Quærite primum regnum dei & iu
ſtitiam eius, & hæc omnia apponentur uobis? Nõ
ait utique, Quærite primum regnum dei, & dein-
de iſta quærite. Sed hæc omnia, inquit, apponen-
tur uobis: ſcilicet etiam non quærentibus. Quo-
modo autem recte dicatur non quærere aliquis,
quod ut accipiat intentiſſime deum precatur, ne- D
ſcio utrum inueniri queat. De ſacramento autem
corporis domini ut illi nõ moueant quæſtionem,
qui plurimi in Orientalibus partibus, non quoti-
die cœnæ dominicæ cõmunicant, cum iſte panis
quotidianus dictus ſit. Vt ergo illi taceant, neque
de hac re ſuam ſententiam defendant, uel ipſa au-
toritate eccleſiaſtica ſint contenti, quod ſine ſcan-
dalo iſta faciunt, neq; ab eis qui eccleſiis præſunt
facere prohibentur, neque non obtemperantes
damnantur: unde probatur non hunc in illis par-
tibus intelligi quotidianum panem. Nam magni
peccati crimine arguerentur qui ex eo non acci-
piunt quotidie. Sed ut de iſtis, ut dictum eſt, nihil
in aliquam partem diſſeramus, illud certe debet
occurrere cogitantibus, regulam nos orandi à do
mino accepiſſe, quam tranſgredi non oportet uel
addendo aliquid, uel prętereundo. Quod cum ita
ſit, quis eſt qui audeat dicere ſemel tantum nos
orare debere orationem dominicam, aut certe e-
tiam ſi iterum uel tertio uſque ad eam tantum ho-
ram qua corpori domini communicamus, poſtea
uero non ſit orandum per reliquas partes diei?
Non enim iam dicere poterimus, da nobis hodie,
quod iam accepimus. Aut poterit quiſque coge-
re, ut etiam ultima diei parte ſacramentum illud
celebremus? Reſtat igitur, ut quotidianum pa-
nem accipiamus ſpiritalem, præcepta ſcilicet di-
uina, quæ quotidie oportet meditari & operari.
Nam de ipſis dominus dicit, Operamini eſcam
quæ non corrumpitur. Quotidianus autem iſte ci
bus nunc dicitur, quãdiu iſta uita temporalis per
dies decedentes ſuccedenteſq; peragitur. Et reue
ra quamdiu nunc in ſuperiora, nunc in inferiora,
id eſt, nunc in ſpiritalia, nunc in carnalia animi af-
fectus alternant, tanquam ei qui aliquando paſci-
tur cibo, aliquando famem patitur, quotidie pa-
nis neceſſarius eſt, quo reficiatur eſuriens & rela-
bens erigatur. Sicut itaq; corpus noſtrum in hac
uita, ante illam ſcilicet immutationem, cibo refici
tur, quia ſentit diſpendiũ: ſic & animus quoniam
temporalibus affectibus quaſi diſpendium ab in-
tẽtione dei patitur, præceptorum cibo reficiatur.
Da nobis hodie dictum eſt, quamdiu dicitur ho-
die, id eſt, in hac temporali uita. Sic enim cibo ſpi-
ritali poſt hanc uitam ſaturabimur in æternum, ut
non tunc dicatur, quotidianus panis: quia ibi tem
poralis uolubilitas, quæ diebus dies ſuccedere fa-
cit, unde appelletur quotidie, nulla erit. Vt autem
dictum eſt, Hodie ſi uocem eius audieritis: quod Pſal.94
interpretatur Apoſtolus in Epiſtola quæ ad He-
bræos, quandiu dicitur hodie: ita & hic accipi-
endum eſt, Da nobis hodie. Si quis autem etiam
illa quæ de uictu corporis neceſſario, uel ſacramẽ
to dominici corporis iſtam ſententiam uult acci-
pere, oportet ut coniuncte accipiãtur omnia tria,
ut ſcilicet quotidianum panem ſimul petamus, &
neceſſarium corpori, & ſacramentum uiſibile, &
inuiſibile uerbi dei. Sequitur quinta petitio, Et 5
dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris. Debita peccata dici ma
nifeſtum eſt, uel illinc quod ait idem dominus,
Non exies inde donec reddas nouiſſimum qua- Matth.5
drantem: uel illinc quod debitores appellauit qui
ei nunciati ſunt extincti, uel ruina turris, uel quo-
rum ſanguinem Herodes ſacrificio miſcuit. Dixit
enim, putare homines quod illi ultra modum de-
bitores eſſent, id eſt peccatores: & addidit, Amen Luc.13
dico uobis, niſi pœnitentiã egeritis, ſimiliter mo-
riemini. Non hic ergo quiq; urgetur pecuniam di
mittere debitoribus, ſed quæcunq; in eum alius
peccauerit. Nam pecuniam dimittere illo potius
iubemur præcepto, quod ſuperius dictum eſt, Si
quis tibi tunicam tollere uoluerit, & iudicio tecũ
contendere, dimitte ei & palliũ: nec ibi neceſſe eſt
omni pecuniario debitori dimittere debitũ, ſed ei
q reddere noluerit, in tantũ ut uellet etiã litigare.
Seruum

Seruū autem domini, ut ait Apostolus, non opor
tet litigare. Qui ergo uel sponte conuentus pecu- A
niam debitam reddere noluerit, dimittēda illi est.
Duas enim ob res nollet reddere, uel quod nō ha
beat, uel quod auarus sit reiq́ alienæ cupidus. V-
trunq; autem pertinet ad inopiam. Nam illa ino-
pia est rei familiaris, hæc animi. Quisquis itaq; ta-
li dimittit debitum, inopi dimittit, opusq́ Chri-
stianum operatur, manente illa regula, ut in ani-
mo paratus sit amittere quod sibi debetur. Nam
si modeste & leniter omnimodo egerit, ut sibi re-
stituatur, non tam intendens fructum pecuniæ,
quàm ut hominem corrigat, cui sine dubio perni-
ciosum est habere unde reddat, & non reddere:
non solum nō peccabit, sed proderit ei etiam plu- B
rimum: ne ille dum alienam pecuniam lucrum fa-
cere uult, damnum fidei patiatur, quod tanto est
grauius, ut nulla sit comparatio. Ex quo intelligi-
tur etiam in ista quinta petitione, qua dicimus, Di
mitte nobis debita nostra: nō de pecunia quidem
dici, sed de omnibus quæ in nos quisque peccat,
ac per hoc etiam de pecunia. Peccat nanque in te,
qui tibi pecuniam debitam cum habeat unde red
dat recusat reddere. Quod peccatum si non dimi-
seris, nō poteris dicere, dimitte nobis sicut & nos
dimittimus. Si autem ignoueris, uides etiam de
pecunia animi dimittenda admoneri eum, cui ta-
li prece orare præcipiť. Illud sane tractari potest,
ut quando dicimus, Dimitte nobis debita nostra,
& reliqua: tunc conuincamur contra istam regu- C
lam fecisse, si eis non dimittimus qui ueniam pe-
tunt, quia & nobis ueniam petentibus à benignis
simo patre dimitti uolumus. Sed illo rursus præ-
cepto, quo iubemur orare pro inimicis nostris,
non pro his iubemur qui ueniam petūt. Iam enim
qui tales sunt, non sunt inimici. Nullo modo au-
tem quisquam uere dixerit orare se pro eo cui nō
ignouerit. Quapropter fatendum est, omnia pec-
cata dimittenda esse, quæ in nos admittunť, si uo-
lumus nobis à patre dimitti quæ admittimus. Nā
de uindicta superius, ut arbitror, satis disputatum
est. Sequiť sexta petitio, Et ne nos inferas in tenta
tionē. Nonnulli codices habēt inducas, quod tan
tundem ualere arbitror: nam ex uno Græco quod
est ἀσφίγκνς, utrunq; translatū est. Multi autem
precando ita dicunt, Ne nos patiaris induci in ten D
tationem: exponētes uidelicet quomodo dictum
sit inducas. Non enim per seipsum inducit deus,
sed induci patitur eum, quem suo auxilio deserue
rit ordine occultissimo ac meritis. Causis etiam
sæpe manifestis dignum iudicat ille quem dese-
rat, & in tētationem induci sinat. Aliud est autem
induci in tentationem, aliud est tentari. Nam sine
tentatione probatus esse nullus potest, siue sibi ip
Eccl. 34 si, sicut scriptum est, Qui non est tentatus, qualia
Gal. 4 scit? siue alij, sicut Apostolus ait, Et tentationem
uestrā in carne mea non spreuistis. Hinc enim eos
firmos cognouit, quia eius tribulationibus, quæ
Apostolo in carne acciderant, non sunt à charita-
te deflexi: nam deo noti sumus, & ante omnes ten
tationes, qui scit omnia antequam fiant. Quod

itaq; scriptū est, Tentat uos dominus deus uester; Deut. 13
A ut sciat si diligatis eum: illa locutione positum est,
ut sciat, pro eo quod est, ut scire uos faciat: sicut
diem lætum dicimus, quòd lætos faciat, & frigus
pigrum, quòd pigros facit, & innumerabilia hu-
iusmodi, quæ siue in consuetudine loquendi, siue
in sermone doctorum, siue in scripturis sanctis re
periuntur: quod non intelligentes hæretici uete-
ri testamento aduersantur, uelut ignorantiæ ui-
tioue dandū putantes, de eo quod dictū est, Ten-
tat uos dominus deus uester: quasi in Euangelio
de domino scriptum non sit, Hoc autem dicebat Ioan. 6
tentans eum, nam ipse sciebat quid esset facturus.
Si enim nouerat cor eius quem tentabat, quid est
B quod uoluit uideri tentando? Sed profecto illud
factum est, ut ipse sibi notus fieret qui tentabatur,
suamq́ desperationem contemneret saturatis tur
bis de pane domini, qui eas non habere quod ede
rent existimauerat. Non ergo hic oratur, ut non
tentemur, sed ut non inferamur in tentationē: tan
quam si quispiam cui necesse sit igne examinari,
non oret ut igne non contingatur, sed ut non exu
ratur. Vasa enim figuli probat fornax, et homines Eccli. 27
iustos tentatio tribulationis. Ioseph ergo tentatus
est illecebra stupri, sed non est illatus in tentatio-
nem: Susanna tentata est, nec ipsa inducta uel illa- Dan. 13
ta in tentationē: multiq; alij utriusq; sexus, sed Iob
maxime, cuius admirabilem stabilitatem in deo
domino suo, cum illi hæretici hostes ueteris testa-
C menti ore sacrilego irridere uoluerint, illud præ
cæteris uentilant, quod satanas petierit eum ten- Iob. 1
tandum. Quærunt enim ab imperitis hominibus
talia intelligere nequaquam ualentibus, quomo-
do satanas cum deo loqui potuerit: non intuen-
tes, non enim possunt superstitione & contentio
ne cæcati, dominum non loci spatium mole cor-
poris occupare, & sic alibi esse, alibi non esse, uel
certe hic habere partem aliam, & alibi aliam: sed
maiestate ubique præsto esse, non per partes diui
sum, sed ubique perfectum. Quod si carnaliter in-
tuentur quod dictum est, Cœlum mihi sedes est, Esa. 66
& terra scabellum pedum meorum. Cui loco do-
minus attestatur dicens: Non iuretis, neque per
cœlum, quia thronus dei est: neque per terram;
quia scabellum est pedum eius: quid mirum si in
D terra diabolus constitutus, ante pedes dei stetit, et
corā illo aliquid locutus est? Nam quando illi ua-
lent intelligere, nullam esse animā, quamuis per-
uersam, quæ tamen ullo modo ratiocinari potest,
in cuius conscientia non loquať deus? Quis enim
scribit in cordibus hominū naturalem legem, nisi
deus? De qua lege Apostolus ait, Cum enim gen Rom. 2
tes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis
sunt faciunt, hi legem non habentes ipsi sibi sunt
lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus
suis, contestante conscientia ipsorū, & inter se in-
uicem cogitationum accusantium, aut etiam ex-
cusantium, in die in qua iudicabit dominus occul
ta hominum. Quapropter si hominis anima ratio
nalis etiā cupiditate cæcata, tamē cum cogitet &
ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione uerū
est

est,nō ei tribuendum est, sed ipsi lumini ueritatis, à quo uel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut A uerum aliquid in ratiocinando sentiat: quid mirū si diaboli anima praua cupiditate peruersa, quicquid tamen uerū de iusto uiro cogitauit cum eum tentare uellet, ipsius dei uoce, id est, ipsius ueritatis uoce audisse perhibetur? Quicquid autem falsum, illi cupiditati tribuitur, qua diaboli nomē accepit. Quamuis etiam per creaturam corporalem atq; uisibilem deus plerunq; locutus est seu bonis seu malis, tanq; omniū dominus & rector, & pro cuiusq; rei meritis ordinator: sicut per angelos q hominū quoq; aspectib. apparuerint, & per prophetas dicentes, Hæc dicit dominus. Quid ergo mirum, si quanq; non ipsa cogitatione, per aliquā certe creaturam tali operi accommodatam deus locutus esse cum diabolo dicitur? Nec dignitatis B esse arbitrentur, & quasi iustitiæ meritum, q cum illo deus locutus est: quoniam locutus est cum anima angelica quanq; stulta & cupida, tanquam si loqueret cum anima humana stulta & cupida. Aut ipsi dicant quomodo locutus est deus cum illo diuite, cuius cupiditatē stultissimā arguere uo-
Luc.12 luit, dicens: Stulte, hac nocte anima tua expostulaē à te, hæc quæ præparasti cuius erūt? Certe hoc ipse dominus in Euangelio dicit, cui hæretici isti uelint nolint colla submittunt. Si aūt hoc mouentur, q tentandum iustum satanas petit à deo: non ego expono quare sit factum, sed ipsos cogo exponere quare sit dictum in Euangelio ab ipso do-
Luc.22 mino discipulis, Ecce satanas petijt uos uexare quasi triticum. Et Petro ait, Ego autem postulaui C ne deficiat fides tua. Cum autem hæc exponunt mihi, simul illud quod à me quærunt exponūt sibi. Si uero non ualuerint hoc exponere, non audeant id quod in Euangelio sine offensione nō intelligunt, in alio libro cum temeritate culpare. Fiunt igitur tentationes per satanam non potestate eius, sed permissu domini, ad homines aut p suis peccatis puniendos, aut pro domini misericordia probandos & exercendos. Et interest plurimum in qualem quisq; tentationem incidat. Non enim in talem incidit Iudas qui uendidit dominum, in qualem incidit Petrus, cum territus dominum negauit. Sunt enim tentationes humanę, credo cum bono quisque animo, secundum humanam tamē fragilitatem in aliquo consilio labitur: aut irrita- D tur in fratrem studio corrigendi, paulo tamen amplius q Christiana tranquillitas postulat: de quib.
2.Cor.10 Apostolus dicit, Tentatio uos non apprehendat nisi humana: cum idē dicat, Fidelis deus qui uos non sinat tentari supra q potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam prouentum ut possitis tolerare. In qua sententia satis ostendit, non id nobis orandum esse ut non tentemur, sed ne in tentationem inducamur. Inducimur enim si tales acciderint quales ferre non possumus. Sed cum tentationes periculosæ, in quas inferri atq; induci periculosum est, aut prosperis rebus temporalibus, aut aduersis oriantur, nemo frangitur aduersarum molestia qui prosperarum dilectione nō capitur.

Vltima & septima petitio est, Sed libera nos à malo. Orandum est enim ut non solum non inducamur in malum, quo caremus, quod sexto loco petitur, sed ab illo etiam liberemur, quo iam inducti sumus. Quod cum factum fuerit, nihil remanebit formidolosum, nec omnino metuēda erit ulla tentatio. Quod tamen in hac uita quandiu istam mortalitatem circunferimus, in quam serpentina persuasione inducti sumus, non sperandum est posse fieri, sed tamen aliquando futurum sperādum est, & hæc est spes quæ non uidetur. De qua cum loqueretur Apostolus, ait: Spes autem quæ uidetur, non est spes. Rom.8 Sed tamen sapientia quæ in hac quoque uita concessa est, fidelibus seruis dei non est desperanda. Hæc est autem, ut id quod domino reuelante fugiendum esse intellexerimus, cautissima uigilantia fugiamus: & id quod domino reuelante appetendum esse intellexerimus, flagrantissima charitate appetamus. Ita etiam relicto mortalitatis huius onere, ipsa morte deposita, ex omni hominis parte opportuno tempore perficietur beatitudo, quæ in hac uita inchoata est, & cui capessendæ atq; obtinendæ aliquando, nunc omnis conatus impenditur. Sed harum septem petitionum consideranda & commendanda distinctio est. Nam cum uita nostra temporaliter nunc agatur, atque speretur æterna, & cum æterna priora sint dignitate, quanuis temporalibus prius actis ad illa transeatur, trium primarum petitionum impetrationes in hac uita, quę in isto seculo agitur, exordium capiunt. Nam & sanctificatio nominis dei ab ipso humilitatis domini aduentu agi cœpit: & aduentus regni eius, quo in claritate uenturus est, non iam finito seculo, sed in fine seculi manifestabitur: & perfectio uoluntatis eius, sicut in cœlo & in terra: siue iustos & peccatores cœlum & terram intelligas, siue spiritum & carnem, siue dominum & ecclesiam, siue omnia simul: ipsa perfectio est nostrę beatitudinis, & ideo seculi terminatione complebitur, tamen omnia tria in æternum manebunt: nam & sanctificatio nominis dei sempiterna erit, & regni eius non est finis: & perfectæ nostræ beatitudini æterna uita promittitur. Permanebūt ergo ista tria consummata atq; cumulata in illa uita, quę nobis promittitur. Reliqua uero quatuor quæ petimus, ad temporalem istam uitā pertinere mihi uidentur. Quorum primum est, Panem nostrum quotidianum Mat.6 da nobis hodie. Hoc ipso enim q dictus est quotidianus panis, siue spiritalis significetur, siue in sacramento, aut in uictu iste uisibilis, ad hoc tempus pertinet, quod appellauit hodie: non quia spiritalis cibus non est sempiternus, sed quia iste qui quotidianus dictus est in scripturis, siue in strepitu sermonis, siue quibusq; temporalibus signis exhibetur animæ: quæ omnia tunc utiq; non erunt, cum omnes erunt docibiles deo, & ipsam ineffabilem lucem ueritatis, nō motu corporum significantes, sed puritate mentis haurientes. Nam fortasse & propterea panis dictus est, nō potus: quia panis frangendo atque mandendo, in alimentum conuer-

conuertitur:sicut scripturæ aperiendo & disseren
do animam pascũt: potus uero paratus,sicuti est, A
transit in corpus. Vt isto tempore panis sit ueritas
cum quotidianus panis dicitur:tunc autem potus
cum nullo labore disputandi & sermocinandi,
quasi frangendi atq; mandendi,opus erit,sed solo
haustu syncerae & perspicuæ ueritatis. Et peccata
nũc nobis dimittuntur, & nunc dimittimus,quæ
harum quatuor reliquarum secunda petitio est.
Tunc autem nulla erit uenia peccatorũ, quia pec-
cata & tentationes temporalem istam uitam infe-
stant.Non autem erunt, cum perfectũ fuerit quod
Psal.30 dictum est,Abscondes eos in abdito uultus tui.Et
malum,à quo liberari optamus,& ipsa liberatio à
malo ad hanc utiq; uitam pertinet, quam & iusti-
tia dei mortalem meruimus, & unde ipsius miseri B
cordia liberabimur. Videtur etiam mihi septena-
rius iste numerus harum petitionum, congruere
illi septenario numero,ex quo totus iste sermo ma
nauit.Si enim timor dei est, quo beati sunt paupe-
res spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorũ,
1 petamus ut sanctificetur in omnibus nomen dei,
timore casto permanente in secula seculorum. Si
pietas est, qua beati sunt mites, quoniam ipsi hæ-
2 reditate possidebunt terram, petamus ut ueniat
regnum eius:siue in nosipsos, ut mitescamus, nec
ei resistamus:siue de cœlo in terras in claritate ad-
uentus domini,quo nos gaudebimus, & lætabi-
Matth.25 mur, dicente illo, Venite benedicti patris mei,per
Psal.33 cipite regnum.In domino, inquit Propheta, lau-
dabitur anima mea: audiant mansueti, & iocun-
dentur.Si scientia est, qua beati sunt qui lugent, C
3 quoniã ipsi consolabuntur, oremus ut fiat uolun-
tas eius,sicut in cœlo & in terra:quia cum corpus
tanq; terra,spiritui tanq; cœlo, summa & tota pa-
ce consenserit,non lugebimus: nam nullus alius
huius temporis luctus est, nisi cũ aduersus se ista
confligunt,& cogunt nos dicere, Video aliam le-
Rom.7 gem in mẽbris meis,repugnantẽ legi mẽtis meæ:
& luctum nostrũ lachrymosa uoce testari: Miser
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius?Si fortitudo est,qua beati sunt qui esuriunt
& sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabũtur:ore-
4 mus ut panis noster quotidianus detur nobis ho-
die:quo fulti atq; sustentati, ad plenissimam illam
saturitatem uenire possimus. Si cõsilium est, quo
beati sunt misericordes,quoniam ipsorum misere
5 bitur deus, dimittamus debita debitorib.nostris, D
& oremus ut nobis nostra dimittantur. Si intelle-
6 ctus est,quo beati sunt mũdi corde, quoniam ipsi
deum uidebunt, oremus non induci in tentatio-
nem:ne habeamus duplex cor,non appetẽdo sim
plex bonũ,quò referamus omnia quæ operamur,
sed simul temporalia & terrena sectando. Tenta-
tiones enim ex his reb.quæ graues & calamitosæ
uidentur hominib.non in nos ualent,si non uale-
ant illæ,quæ blanditijs earũ rerum accidunt,quas
homines bonas & lætabũdas putant, Si sapientia
est,qua beati sunt pacifici, quoniã ipsi filij dei uo-
7 cabuntur,oremus ut liberemur à malo: ipsa enim
liberatio liberos nos facit,id est,filios dei, ut spiri-

tu adoptionis clamemus Abba pater.Sanè nõ ne
A gligenter prætereundum est, q ex omnib.ijs sen-
tẽtijs,quib.nos orare dominus præcepit,eam po-
tissimum cõmendandam esse iudicauit, quæ per-
tinet ad dimissionem peccatorum:in qua nos mi-
sericordes esse uoluit,quod unum est cõsilium mi
serias euadendi.Nulla enim alia sententia sic ora-
mus, ut quasi paciscamur cum domino: dicimus
enim,Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di Matt.6
mittimus.In qua pactione si mẽtimur, totius ora-
tionis nullus erit fructus. Sic enim dicit, Si dimise
ritis hominib.peccata eorũ, dimittet & uobis pa-
ter uester qui in cœlis est peccata uestra, Si autem
non dimiseritis hominib.neq; pater uester dimit-
tet uobis delicta uestra.Sequitur de ieiunio præce
B ptum,pertinens ad eandẽ cordis mundationẽ, de
qua nunc agitur.Nam & in hoc opere cauendum
est,ne surrepat aliqua ostentatio & appetitus lau-
dis humanæ,qui duplicet cor nostrum, & non si-
nat mundũ & simplex esse ad intelligendũ deum.
Cum autem ieiunatis,inquit, nolite fieri sicut hy-
pocritæ tristes: Exterminant enim uultum suum
ut uideantur hominib.ieiunantes,Amen dico uo
bis perceperunt mercedem suã. Vos autem ieiu- Matt.6
nantes ungite capita uestra,& facies uestras laua-
te ne uideamini hominib.ieiunantes, sed patri ue
stro qui est in abscõdito: & pater uester qui uidet
in abscõdito reddet uobis. Manifestũ est his præ-
ceptis omnem nostram intentionem in interiora
gaudia dirigi: ne foris quærentes mercedem huic
seculo cõformemur, & amittamus professionem
C tãto solidioris atq; firmioris,quãto interioris bea-
titudinis,qua nos elegit deus conformes fieri ima
ginis filij sui.In hoc autẽ capitulo maxime aduer-
tendum est, non in solo rerum corporearũ nitore
atq; põpa,sed etiam in ipsis sordibus luctuosis es-
se posse iactãtiam:& eo periculosiorẽ,quo sub nõ
mine seruitutis dei decipit. Qui ergo immodera-
to cultu corporis atq; uestitu, uel cæterarũ rerum
nitore præfulget,facile cõuincitur reb.ipsis,pom-
parum seculi esse sectator,neq; quenquã fallit do-
losa imagine sanctitatis. Qui autem in professio-
ne Christianitatis inusitato squalore ac sordib.in-
tentos in se oculos hominũ facit, cum id uolunta-
te faciat,nõ necessitate patiatur,cæteris eius ope-
ribus potest conijci, utrum hoc cõtemptu super-
flui cultus,an ambitione aliqua faciat, quia & sub
D ouina pelle cauendos lupos dominus præcepit,
Sed ex fructib.inquit,eorũ cognoscetis eos. Cum
enim cœperint aliquib.tẽtationib.ea ipsa scilicet
illis subtrahi uel negari,quæ isto uelamine conse-
cuti sunt,uel consequi cupiunt,tunc necesse est ut
appareat, utrũ lupus in ouina pelle sit, an ouis in
sua.Non enim propterea ornatu superfluo debet
aspectus hominũ mulcere Christianus,quia illum
parcũ habitũ ac necessariũ, etiam simulatores sæ-
pius usurpant, ut incautos decipiant: quia & illæ
oues non debent pelles suas deponere, si aliquan
do eis lupi se contegant.Quæri ergo solet quid sit
quod ait, Vos autem cum ieiunatis,ungite capita
uestra:& reliqua.Non enim recte quisquam præ-

ceperit, quãuis faciem quotidiana cõsuetudine la
uemus, unctis etiam capitib. cum ieiunamus, nos
esse debere. Quod si turpissimũ omnes fatentur,
intelligendũ est hoc præceptũ ungendi caput, &
faciem lauandi, ad interiorem hominem pertine-
nere. Vngere ergo caput ad lætitiam pertinet, la-
uare autem faciem ad munditiã: & ideo caput un-
git, qui lætatur interius & mẽte atq; ratione. Hoc
enim recte accipimus caput, quod in anima præ-
eminet, & quo cætera hominis regi & gubernari
manifestum est. Et hoc facit qui non foris quærit
lętitiã, ut de laudib. hominum carnaliter gaudeat.
Caro autem quæ subiecta esse debet, nullo modo
est totius naturæ humanæ caput. Nemo quidem
unquam carnem suam odio habuit, sicut Aposto-
Ephe.5 lus dicit, cum de diligenda uxore præcipit, sed ca-
put mulieris uir, cui uiro caput est Christus. Inte-
rius ergo gaudeat in ieiunio suo, eoipso quo sic se
ieiunando auertit à uoluptate seculi, ut sit subdi-
tus Christo, qui secundum hoc præceptum caput
unctum habere desiderat, Ita enim & faciem laua
bit, id est, cor mundabit, quo uisurus est deum, nõ
interposito uelamine propter infirmitatem con-
tractam de sordibus, sed firmus & stabilis, quoniã
Esa.1 mundus & simplex. Lauamini, inquit, mũdi esto-
te, auferte nequitias ab animis uestris, atq; à con-
spectu oculorum meorum. Ab his igitur sordibus
facies nostra lauanda est, quib. dei aspectus offen-
2 Cor.3 ditur. Nos enim reuelata facie gloriã domini spe-
culantes, in eandem imaginem trãsformabimur.
Sæpe etiam cognitio necessariarum rerum ad istã
uitam pertinẽtium sauciat & sordidat interiorem
oculum nostrum: & plerunq; cor duplicat, ut ea
quæ uidemur cum hominibus recte facere nõ eo
corde faciamus, quo dominus pręcipit: id est, quia
eos diligimus, sed quia cõmodum ab eis aliquod
propter necessitatem præsentis uitæ adipisci uo-
lumus. Debemus ergo benefacere illis propter sa
lutem ipsorum æternam, non propter temporale
commodum nostrum. Inclinet ergo deus cor no-
1 Tim.1 strum, in testimonia sua, & nõ in emolumentũ. Fi-
nis enim præcepti est charitas de corde puro, &
conscientia bona, et fide nõ ficta. Qui aũt propter
suam in hac uita necessitatem fratri consulit, non
utiq; charitati consulit: quia non illi, quem debet
tanq; seipsum diligere, sed sibi consulit, uel potius
nec sibi: quandoquidẽ hinc sibi facit duplex cor,
quo impeditur ad uidendũ deũ: in qua sola uisio-
ne est beatitudo certa atq; perpetua. Recte ergo
sequitur, & præcipit, qui mundando cordi nostro
Matth.6 instat, dicens, Nolite uobis condere thesauros in
terra, ubi ærugo & tinea exterminant. Et reliqua.
Ergo si in terra erit cor: id est, si eo corde quisq; o-
peretur aliquid, ut terrenũ cõmodum adipiscat̃,
quomodo erit mundũ cor, quod in terra uolutat̃?
Si aũt in cœlo, mundũ erit, quia munda sunt quæ-
cunq; cœlestia: sordescit enĩ aliquid, cum inferiori
miscetur naturæ, q̃uis in suo genere, non sordidæ:
quia etiã de puro argento sordidatur aurũ, si mi-
sceatur: ita & animus noster terrenorũ cupiditate
sordescit, q̃uis ista ipsa terra in suo genere atq; or-
dine mũda sit. Cœlũ autem in hoc loco nõ corpo-
A reum accipimus, quia omne corpus pro terra ha-
bendũ est. Totũ enim mũdum debet cõtemnere,
qui sibi thesaurizat in cœlo, de quo dictũ est, Cœ- Psal.113
lum cœli domino, id est in firmamẽto spiritali, Nõ
enim in eo quod transiet, constituere & collocare
debemus thesaurũ nostrũ & cor nostrũ, sed in eo
quod semper permanet. Cœlũ aũt & terra transi- Matth.24
bũt. Et hic manifestat de mundando corde se cun
cta ista pręcipere, cum dicit, Lucerna corporis tui
oculus tuus est: Si ergo oculus tuus simplex fue-
rit, totum corpus tuũ lucidũ fuerit: Et reliqua. Qui
locus sic intelligẽdus est, ut nouerimus omnia o-
pera nostra tũc esse mũda, & placere in conspectu
dei, si fiant simplici corde: id est, intentione super-
B na, fine illo charitatis: quia & plenitudo legis cha
ritas. Oculũ ergo hic accipere debemus ipsam in-
tentionem, qua facimus quicquid facimus: quæ si
mũda fuerit & recta, & illud aspiciens quod aspi-
ciendũ est, omnia opera nostra, quæ secundũ eam
operamur, necesse est bona sint. Quę omnia ope-
ra totũ corpus appellauit: q; & Apostolus mẽbra
nostra dicit quædã opera, quæ improbat, & mor-
tificãda pręcepit, dicẽs, Mortificate mẽbra uestra, Coloss.3
quæ sunt super terrã: fornicationẽ, immunditiam,
auaritiã, & cætera talia. Non ergo quid quisq; fa-
ciat, sed quo animo faciat, cõsiderãdũ est. Hoc est
enim lumẽ in nobis, quia hoc nobis manifestũ est
bono animo nos facere quod facimus: omne enĩ
q̃d manifestat̃, lumẽ est. Nam ipsa facta quæ ad ho
C minum societatẽ à nobis procedũt, incertũ habẽt
exitũ: & ideo tenebras eas uocauit. Nõ enim no-
ui, cum pecuniã porrigo indigẽti & petenti, quid
inde aut facturus sit, aut passurus: & fieri potest, ut
uel faciat ex ea, uel propter eam patiatur aliquid
mali, q̃d ego cũ darẽ, non euenire uoluerim, neq;
hoc animo dederim. Itaq; si bono animo feci, q̃d
mihi cum facerẽ, notũ erat, & ideo lumen uocat̃:
illuminatur etiam factũ meũ, qualemcunq; exitũ
habuerit: qui exitus quoniam incertus & ignotus
est, tenebræ appellatæ sunt. Si aũt malo animo fe-
ci, etiã ipsum lumen tenebræ sunt. Lumẽ enim di-
citur, quia nouit quisq; quo animo faciat, etiam cũ
malo animo facit: sed ipsum lumen tenebræ sunt,
quia non in superna dirigit̃ simplex intentio, sed
ad inferiora declinatur, & duplici corde quasi um
D bram facit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ Matt.6
sunt, ipsæ tenebræ quãtæ sunt? Hoc est, si ipsa cor-
dis intẽtio, qua facis quod facis, quæ tibi nota est,
sordidatur appetitu rerum terrenarũ & tempora-
lium, atq; cæcatur, quãto magis ipsum factũ, cuius
incertus est exitus, sordidum & tenebrosum est?
quia & si bene alicui proueniat, quod tu nõ recta
& mũda intẽtione facis, quomodo tu feceris, tibi
imputat̃, nõ quomodo illi prouenerit. Quod aũt
sequit̃ & dicit, Nemo potest duobus dominis ser-
uire: ad hãc ipsam intentionẽ referendũ est: quod
cõsequenter exponit, dicens, Aut enim unũ odio
habebit, & alterũ diliget: aut alterũ patietur, & al-
terũ contẽnet. Quæ uerba diligenter cõsideranda
sunt: nã qui sint duo domini, deinceps ostendit cũ
dicit

dicit,Nō poteſtis deo ſeruire & mamonæ. Mam-
mona apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur. A
Cōgruit & Punicū nomen:nam lucrū punice ma-
mō dicit̃.Sed qui ſeruit mamonæ, illi utiq; ſeruit,
qui reb.iſtis terrenis merito ſuæ peruerſitatis prę-
poſitus,magiſtratus huius ſeculi à domino dicit̃.
Aut enim unū odio habebit, & alterū diliget ho-
mo:id eſt,deum:aut alterū patietur,& alterū con-
temnet.Patietur enim durū & perniciosum domi
num,quiſquis ſeruit mãmonę:ſua cum cupiditate
implicatus,ſubdit̃ diabolo:& nō eum diligit,quis
enim eſt qui diligat diabolū?ſed tamē patitur. Sic
in maiore aliqua domo,qui ancillæ alienæ coniun
ctus eſt,propter cupiditatē ſuam durã patitur ſer-
uitutē,etiã ſi nō diligat eum, cuius ancillã diligit.
Alterum aũt contemnet,dicit, non odio habebit.
1 Retract.19 Nullius enim ferè cōſcientia deū odiſſe poteſt:cō B
temnit aũt,id eſt non timet eum, qui quaſi de eius
bonitate ſecurus eſt. Ab hac negligētia & perni-
cioſa ſecuritate reuocat nos ſpiritusſanctus , cum
Eccli.5 per Prophetã dicit, Fili ne adijcias peccatū ſuper
peccatū, & dicas, Miſeratio dei magna eſt:Igno-
Rom.2 ras quia patiētia dei ad pœnitentiã te inuitat?Cu-
ius enim tanta miſericordia cõmendari poteſt, q̃
eius qui om̃ia donat peccata cõuerſis, & oleaſtrū
facit participē pinguedinis oliuæ?Et cuius tãta ſæ
ueritas:q̃ eius qui naturalib. ramis non pepercit,
ſed propter infidelitatē fregit illos?Sed quiſquis
uult diligere deū,& cauere ne offendat, nō ſe arbi
tretur duob.dominis poſſe ſeruire, & intē tionem
cordis ſui rectã, ab omni duplicitate explicet. Ita
enim ſentiēs de deo, in bonitate & in ſimplicitate C
cordis quærit illū.Ideo,inquit,dico uobis, non ha
bere ſolicitudinē animæ ueſtræ quid edatis, neq;
corpori ueſtro quid induamis. Ne forte, q̃uis iam
ſuperflua nō quęrãtur,propter ipſa neceſſaria cor
duplicet̃:& ad ipſa cõquirenda noſtra detorquea
tur intētio, cū aliquid quaſi miſericorditer opera-
mur:id eſt,ut cū conſulere alij uideri uolumus, no
ſtrū emolumētū ibi potius,q̃ illius utilitatē attēda
mus,Et ideo nobis nō uideamur peccare,quia nō
ſuperflua, ſed neceſſaria ſunt quæ conſequi uolu-
mus. Dominus autē admonet, ut meminerimus
multo amplius nobis deum dediſſe, quãdo nos fe
cit & cõpoſuit ex anima & corpore, q̃ eſt alimen-
tum atq; tegumentū,quorum cura nos duplicare D
cor non uult. Nónne,inquit, anima plus eſt q̃ eſ-
ca?Vt tu intelligas eum, qui dedit animam, multo
facilius eſcam eſſe daturū : & corpus q̃ ueſtimen-
tum:id eſt,plus eſt:ut ſimiliter intelligas, eum qui
corpus dedit,multo facilius daturū eſſe ueſtimen
tum.Quo loco quæri ſolet,utrū & ad animam ci-
bus iſte pertineat,cū anima incorporea ſit,iſte aũt
cibus corporeus?Sed animã hoc loco ꝓ iſta uita
poſitam nouerimus,cuius retinaculum eſt alimē-
tum iſtud corporeū.Secundū hanc ſignificationē
Ioan.12 dictum eſt etiã illud,Qui amat animã ſuã, perdet
illam.Quod niſi de hac uita acceperimus, quã o-
portet pro regno dei perdere,quod potuiſſe mar
tyres claruit, contrariū hoc præceptū erit illi ſen-
Matth.16 tentiæ,qua dictū eſt, Quid prodeſt homini,ſi totū

mundum lucret̃,animæ aũt ſuæ detrimentum fa-
ciat?Reſpicite,inquit,uolatilia cœli,quoniam nō Matth.6
ſerunt,neq; metunt,neq; cõgregant in horrea, &
pater ueſter cœleſtis paſcit illa. Nónne uos pluris
eſtis illis : id eſt, carius uos ualetis?Quia utiq; ra-
tionale animal,ſicuti eſt homo, ſublimius ordina-
tum eſt in rerū natura,q̃ irrationabilia, ſicut ſunt
aues.Quis aũt ueſtrum curans,inquit,poteſt adij-
cere ad ſtaturam ſuã cubitū unū? Et de ueſtimen-
to quid ſoliciti eſtis?id eſt,cuius poteſtate atq; do
minatu factū eſt, ut ad hanc ſtaturã corpus ueſtrū
produceretur,eius prouidentia etiã ueſtiri poteſt.
Non aũt ueſtra cura factū eſſe, ut ad hãc ſtaturam
ueniret corpus ueſtrū, ex hoc intelligi poteſt q̀ ſi
curetis,& uelitis adijcere unum cubitū huic ſtatu
ræ,non poteſtis. Illi ergo iã tegendi corporis curã
B relinquite,cuius uidetis cura factū eſſe, ut tãtæ ſta
turæ corpus habeatis. Dandū aũt erat etiam docu
mentum propter ueſtimentū, ſicut datū eſt ꝓpter
alimētū. Itaq; loquit̃ & dicit, Cõſiderate lilia agri
quomodo creſcut,nō laborant neq; nent : & reli-
qua uſq; : Quanto magis ergo uos modicæ fidei?
Sed iſta documenta nō ſic allegorice diſcutienda
ſunt,ut quæramus quid ſignificẽt aues cœli, aut li
lia agri.Poſita ſunt enim,ut de reb. minorib.maio
ra perſuaderētur:ſicuti illud eſt de iudice, qui nec
deum timebat,nec hominē uerebat̃:& tamē ſæ-
pe interpellãti uiduæ ceſſit,ut eius cauſam cõſide
raret:non propter pietatē aut humanitatē, ſed ne
tædiū pateretur. Nō enim ullo modo ille iniuſtus
iudex perſonã domini allegorice ſuſtinet, ſed ta-
C men q̃tum deus,qui bonus eſt & iuſtus,curet de-
precãtes ſe,hinc conijci dominus uoluit:quia nec
iniuſtus homo eos,qui illū aſſiduis precibus tun-
dunt,uel propter tædium deuitandū, poteſt con-
temnere.Nolite ergo,inquit,ſoliciti eſſe : dicētes, Matth.6
Quid edemus,aut quid bibemus? & reliqua. Hic
manifeſtiſſime oſtēdit,nō hæc eſſe appetēda, tãq̃
talia bona noſtra,ut propter ea ipſa debeamus be
ne facere,ſi quid facimus,ſed tamē eſſe neceſſaria.
Quid eñ intersit inter bonū quod appetendū eſt,
& neceſſariū quod ſumendū eſt,hac ſententia de-
clarauit,cū ait, Quærite primū regnū dei, & iuſti- Ibidem
tiam eius,& hæc omnia apponētur uobis. Regnū
ergo & iuſtitia dei bonū noſtrū eſt:& hoc appetē
D dum,& ibi finis cõſtituendus, ꝓpter quod omnia
facimus quæcunq; facimus. Sed quia in hac uita
militamus,ut ad illud regnū peruenire poſſimus,
quæ uita ſine his neceſſarijs agi nō poteſt:Appo-
nentur uobis hæc,inquit, ſed uos regnū dei & iu-
ſtitiã eius primū quærite.Cum enim dicit illud pri
mum,ſignificauit q̀ hoc poſterius quærendū eſt,
nō tēpore,ſed dignitate. Illud tanq̃ bonū noſtrū,
hoc tanq̃ neceſſariū noſtrum:neceſſarium autem
propter illud bonū.Neq; enim, uerbi gratia, ideo
debemus euãgelizare,ut manducemus : ſed ideo
manducare,ut euangelizemus : nam ſi propterea
euangelizamus,ut manducemus, uilius habemus
euangeliū q̃ cibū:& erit iam bonū noſtrū in man
ducando,neceſſarium aũt in euãgelizãdo. Quod
etiam Apoſtolus prohibet, cum dicit, licere ſibi

 quidem

2 Cor.9 quidem,& permissum esse à domino,ut qui Euan
gelium annunciãt, de Euangelio uiuant:id est de
Euãgelio habeãt ea quæ huic uitę sunt necessaria:
sed tamen se nõ esse abusum bac potestate. Erant
ẽm multi,qui occasionẽ habere cupiebãt acquirẽ
di et uidẽdi Euangeliũ,quib.eã uolens amputare,
Act.20 Apostolus manib. uictũ suũ tolerauit. De his ẽm
2 Cor.11 alio loco dicit, Vt amputẽ occasionẽ, ijs qui quæ-
runt occasionem. Quanq; etiam si ut cæteri boni
Apostoli permisso domini de Euangelio uiueret,
nõ in eo uictu cõstitueret finẽ euãgelizãdi,sed ma
gis ipsius uictus sui finẽ in euãgelio collocaret:id
est,ut superius dixi,nõ ideo euãgelizaret,ut perue
niret ad cibũ,et si qua sunt alia necessaria:sed ideo
ista sumeret,ut illud impleret,ne nõ uolẽs, sed ne-
1 Cor.9 cessitate Euãgelizaret.Hoc enim improbat,cũ di
cit.Nescitis quoniã qui in tẽplo operanť, quæ de
tẽplo sunt edunt:& qui altario deseruiunt,altario
cõpartiunť.Sic & dominus ordinauit ijs qui Euã
geliũ annunciãt,de Euãgelio uiuere:ego aũt nul-
lius horũ usus sum. Hic ostendit permissum esse,
non iussum: alioquin cõtra præceptum domini fe
cisse tenebitur.Deinde sequitur & dicit, Non aũt
scripsi hæc,ut ita fiant in me. Bonum est mihi ma-
gis mori,q̃ gloriam meã quisq; inanẽ faciat. Hoc
dixit,quia iam statuerat propter quosdã occasio-
nem quęrentes manib.suis uictũ transigere.Si ẽm
Euangelizauero,inquit,nõ est mibi gloria:id est,
si Euangelizauero,ut ista fiant in me:id est,si pro-
pterea euangelizauero,ut ad illa perueniã,& finẽ
Euangelij in cibo & potu,& uestitu collocauero.
Sed quare non est ei gloria? Necessitas enim, in-
quit,mihi incũbit:id est,ut ideo euangelizẽ, quia
unde uiuam nõ babeo,aut ut acquiram tempora-
lem fructũ de prædicatione æternorum. Sic enim
iam necessitas erit in Euangelio,nõ uoluntas. Vę
enim mihi est,inquit, si nõ euãgelizauero:scilicet
quoniã debet Euangelizare sic,ut in ipso Euange
lio et in regno dei ponat mercedẽ:ita enim potest
non coactus Euãgelizare,sed uolens.Si enim uo-
1 Cor.9 lens,inquit,hoc facio,mercedẽ habeo.Si aũt inui-
tus,hęc dispẽsatio mihi credita est:id est,si coactus
inopia earũ rerum,quæ temporali uitę sunt neces-
sariæ prędico Euangeliũ,alij per me habebũt mer
cedem Euãgelij,qui Euangeliũ ipsum me prædi-
cante diligunt:ego aũt nõ habebo,quia nõ ipsum
Euangeliũ diligo,sed eius pretiũ in illis tempora-
libus constitutũ.Quod nefas est fieri,ut non tanq;
filius ministret quisq; Euangeliũ, sed tanq; seruus
cui dispensatio credita est:ut tanq; alienũ eroget,
nihil inde ipse accipiat præter cibaria, quæ nõ de
participatione regni, sed ad sustentaculum mise-
ręs eruitutis dantur extrinsecus.Quanq; alio loco
dispensatorem se dicat,Potest enim & seruus in fi
liorum numerũ adoptatus,eam rem in qua cohæ-
redis sortem meruit,fideliter dispẽsare participib.
suis.Sed nunc ubi ait,Si aũt inuitus,bæc dispensa-
tio mihi tunc credita est, talem dispensatorem in-
telligi uoluit,qui alienũ dispensat, unde ipse nihil
accipit.Ergo quæcunq; res propter aliud aliquid
quæriť,sine dubio inferior est, q̃ id propter quod
quæritur: & ideo illud primum est propter quod
A istam rem quæris,non ista res quam propter aliud
quæris. Quapropter si Euangelium & regnũ dei
propter cibũ quærimus, priorem facimus cibũ &
posterius Euangeliũ:id est,regnum dei:ita ut si nõ
desit cibus,non quęramus regnum dei.Hoc est er
go primum quærere cibũ, & deinde regnum dei:
id est,hoc priore loco ponere,illud posteriore. Si
aũt ideo quæramus cibum, ut babeamus regnum
dei,facimus quod dictũ est, Quærite primũ regnũ
dei & iustitiã eius, & hæc omnia apponentur uo-
bis.Quærentib. enim primũ regnum dei & iusti-
tiam eius:id est, hæc præponentib.cæteris reb. ut
propter hæc cætera quæramus,non debet subesse
solicitudo ne illa desint,quæ huic uitæ propter re-
B gnũ dei sunt necessaria.Dixit enim superius, Scit
pater uester q horũ omnium indigetis.Et ideo cũ
dixisset, Quærite primum regnũ dei & iustitiam Matt.6
eius:non dixit,deinde ista quęrite,q̃uis sint neces
saria:sed ait, bæc omnia apponentur uobis: id est
cõsequentur,si illa quæratis,sine ullo uestro impe
dimento:ne cũ ista quæritis illinc auertamini: aut
ne duos fines constituatis,ut et regnũ dei propter Coloss.3
se appetatis & ista necessaria,sed hæc potius pro-
pter illud.Ita uobis non deerunt,quia duob.domi
nis seruire non potestis. Duobus autem dominis
seruire conatur,qui & regnum dei pro magno bo
no appetit,& bæc omnia tẽporalia.Nõ poterit au
tem simplicem habere oculũ et uni domino serui-
re,nisi quæcũq; sunt cætera,si sunt necessaria,pro-
C pter hoc unũ assumat:id est,propter regnum dei.
Sicut aũt omnes militantes accipiunt annonã &
stipendiũ,sic omnes euangelizantes accipiunt ui
ctum & tegumentũ.Sed non omnes propter salu
tem reipublicæ militant,sed propter illa quæ acci
piunt:sic & non omnes propter salutem Ecclesiæ
ministrant deo,sed propter hæc temporalia, quæ
tanq; annonã & stipendia cõsequanť,aut propter
hoc & propter illud.Sed supra iam dictũ est, Non
potestis duob.dominis seruire.Ergo simplici cor-
de tantũmodo propter regnũ dei debemus ope-
rari bonũ ad omnes. Non autẽ in hac operatione,
uel solã,uel cũ regno dei mercedem temporalem
cogitare,quorũ omnium temporaliũ nomine cra
stinum posuit dicẽs, Nolite cogitare de crastino,
Nõ enim dicitur crastinus dies, nisi in tẽpore ubi
D præterito succedit futurum. Ergo cũ aliquid boni
operamur,nõ temporalia, sed æterna cogitemus,
tunc erit illud bonum & perfectũ opus.Crastinus
enim dies,inquit,solicitus erit sibijpsi:id est, ut cũ
oportuerit sumas cibũ uel potũ uel indumentum,
cum ipsa scilicet necessitas urgere cœperit, Ade-
runt ẽm hæc, quia nouit pater uester q horũ om-
nium indigeatis.Sufficit enim,inquit,diei malitia
sua:id est, sufficit quod sumere urgebit necessitas
ipsa, Quã propterea malitiã nominatam arbitror 1 Retract.19
quia pœnalis est nobis. Pertinet enim ad bãc fra-
gilitatẽ & mortalitatẽ quam peccãdo meruimus.
Huic ergo pœnæ tẽporalis necessitatis noli adde
re aliquid grauius, ut nõ solum patiaris harũ rerũ
indigentiã,sed etiam propter banc explendã mili
tes

tes deo. Hoc autē loco uehementer cauendū est,
ne forte cum uiderimus aliquē seruum dei proui-
dere ne ista necessaria desint, uel sibi, uel eis, quo-
rum sibi cura cōmissa est, iudicemus eum contra
præceptum domini facere & de crastino esse soli-
citum. Nam & ipse dn̄s, cui ministrabāt angeli, ta-
men propter exemplū, ne quis postea scādalū pa-
teretur, cū aliquem seruorū eius animaduertisset
ista necessaria ꝓcurare, loculos habere dignatus
est cū pecunia, unde usibus necessarijs quicquid
opus fuisset præberet: quorū loculorum custos &
fur, sicut scriptū est, Iudas fuit, qui eum tradidit. Si-
cut & Apostolus Paulus potest uideri de crastino
1 Cor.16 cogitasse, cum dicit, De collectis autē in sanctos,
sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite:
secundū unam sabbati unusquisq; uestrū apud se
ponat thesaurizās, quod sibi placuerit: ut nō cum
uenero, tūc collectæ fiant. Cum autem aduenero,
quoscūq; approbaueritis per epistolas, hos mittā
perferre gratiā uestram in Hierusalē. Quod si di-
gnum fuerit ut ego eam, mecū ibunt. Veniā autē
ad uos, cum Macedoniā transiero, nam Macedo-
niam pertransibo: apud uos aūt forsitā remanebo:
uel etiā hyemabo, ut uos me deducatis quocunq;
iero. Nolo autē uos nunc in transitu uidere: spero
enim me aliquod temporis manere apud uos, si
permiserit dominus. Permanebo aūt Ephesi usq;
ad Pentecosten. Item in actib. Apostolorū scriptū
est, ea quæ ad uictū sunt necessaria, procurata esse
Act.11 in futurū propter imminentē famem. Sic enim le-
gimus, In dieb. illis descenderūt ab Hierosolymis
Prophetæ Antiochiam, eratq; magna exultatio.
Cōgregatis aūt nobis, surgens unus ex illis, nomi
ne Agabus, significauit per spiritū, famem magnā
futurā in uniuerso orbe, quæ & facta est sub Clau-
dio Cæsare. Descendentium aūt ut quisq; abunda
bat, statuerunt unusquisq; eorū in ministeriū mit-
tere presbyteris habitantib. in Iudęa fratribus, qui
Act.18 & miserunt per manus Barnabæ & Sauli. Et quia
nauiganti eidem Apostolo Paulo imposita sunt
utensibilia, quæ offerebanť, non ad unum tantum
diē uidetur uictus esse procuratus. Et quod idem
Eph.4 scripsit, Qui furabať, iam nō furetur: magis aūt la-
boret operādo manib. suis bonum, ut habeat un-
de tribuat cui opus est quod bonū est, Male intel-
ligētib. nō uidetur seruare præceptū domini, quo
Matth.6 ait, Respicite, inquit, uolatilia cœli, quoniam non
serūt neq; metūt, neq; cōgregant in horrea: & cōsi
derate lilia agri quomō crescunt, nō laborāt neq;
nent: cū istis præcipit ut laborēt, operātes manib.
suis, ita ut habeāt quod etiā alijs possint tribuere:
& quod sæpe de seipso dicit, quod manib. opera-
tus est, ne quē grauaret. Et de illo scriptū est, ꝙ cō-
Act.18 iunxerit se Aquilę propter artis similitudinem, ut
simul operarenť unde uictū transigerent, nō uide
tur imitatus aues cœli & lilia agri. His & huiusmo
di scripturarū locis, satis apparet dominū nostrū
nō hoc improbare, si quis humano more ista pro-
curet: sed si quis propter ista deo militet: ut in ope
ribus suis non regnū dei, sed istorum inquisitionē
intueatur. Ad hanc ergo regulā hoc totum præce-

Aug. to. 4

ptum dirigitur, ut etiā in istorū prouisione regnū
A dei cogitemus, in militia uero regni dei ista nō co
gitemus. Ista enim etiā si aliquando defuerint, q̄d
plerunq; propter exercitationem nostrā deus si-
nit, non solū non debilitant propositum nostrum,
sed etiā examinatum probatumq; confirmāt. Glo
riamur enim, inquit, in tribulationib. sciētes ꝙ tri- Rom.5
bulatio patientiam operatur, patientia aūt proba-
tionem, probatio aūt spem, spes uero non confun
dit: quia charitas dei diffusa est in cordib. nostris
per spiritum sanctū, qui datus est nobis. In cōme-
moratione autem tribulationū ac laborum suorū
idem Apostolus non tantum in carcerib. & nau- 2 Cor.11
fragijs, atq; huiusmodi molestijs, sed etiā in fame
& siti, in frigore & nuditate se laborasse cōmemo
rat. Quod cū legimus, non ęstimemus deum pro-
B misso titubasse, ut famem ac sitim & nuditatē pa-
teretur Apostolus, quærens regnū & iustitiā dei, Matth.6
cum dictū sit nobis: Quærite primū regnū dei, &
iustitiā eius, & hæc omnia adijcienť uobis. Quan
doquidem ista sicut adiutoria nouit ille medicus,
cui semel nos totos cōmisimus, & à quo habemus
ꝓmissionem uitæ præsentis & futuræ, quādo ap-
ponat, quando detrahat, sicut nobis iudicat expe
dire: quos cōsolandos & exercēdos in hac uita, &
post hanc uitā in perpetua requie stabiliēdos atq;
firmādos gubernat ac dirigit. Nō enim & homo,
cū plerunq; iumēto suo cibaria detrahit, deserit il-
lud cura sua, ac non potius curando hæc facit. Et
quoniā cum ista uel procuranť in futurū, uel si cau
sa non est quare illa impēdas, reseruantur, incertū
C est quo animo fiant: cū possint simplici corde fieri
& duplici, opportune hoc loco subiecit, Nolite iu Matth.7
dicare, ne iudicetur de uobis: In quo enim iudicio
iudicaueritis, iudicabitur de uobis: & in qua men
sura mensi fueritis, remetietur uobis. Hoc loco ni
hil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta,
quæ dubiū est quo animo fiant, in meliorem par-
tem interpretemur. Quod enim scriptū est, Ex fru Matth.7
ctibus eorū cognoscetis eos: de manifestis dictū
est quæ non possint bono animo fieri: sicut sunt
stupra, uel blasphemiæ, uel furta, uel ebriositas: &
si qua sunt alia de quibus nobis iudicare permitti-
tur, dicēre Apostolo. Quid enim mihi de ijs q̄ fo- 1 Cor.5
ris sunt iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt uos
iudicatis? De genere autē ciborum, quia possunt
D bono animo & simplici corde sine uitio concupi-
scentiæ, quicunq; humani cibi indifferenter sumi,
prohibet idem Apostolus iudicari eos, qui carni-
bus uescebātur & uinū bibebant, ab eis qui se ab
huiusmodi alimentis tēperabant, Qui manducat, Rom.14
inquit, nō manducantem non spernat: & qui non
manducat, manducantē non iudicet. Ibi etiam ait,
Tu quis es qui iudicas alienū seruū? domino suo
stat, aut cadit. De talibus enim rebus quæ possunt
bono animo & simplici & magnanimo fieri, q̄uis
etiam possint nō bono, uolebāt illi cum homines
essent in occulta cordis ferre sententiā, de quibus
solus deus iudicat. Ad hoc pertinet etiā illud q̄d
alio loco dicit, Nolite ante tempus iudicare, quo 1 Cor.4
usq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscōdi-

ta tenebrarũ & manifestabit cogitationes cordis: & tunc laus erit unicuiq; à deo. Sunt ergo quædã A facta media quæ ignoramus quo animo fiãt, quia & bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Horum aũt ueniet tempus ut iudicentur, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum & mani-

1 Tim. 5 festat cogitationes cordis. Item alio loco dicit Apostolus, Quorundam autem hominum peccata manifesta sunt præcedẽtia ad iudicium, quædam autem & subsequũtur. Manifesta ea dicit, de quibus clarũ est quo animo fiant. Hæc præcedunt ad iudicium: id est, quia si fuerit ista subsecutum iudicium, nõ est temerariũ. Subsequuntur aũt illa quę occulta sunt, quæ nec ipsa latebunt tempore suo. Sic & de bonis factis intelligẽdum est. Nã ita subiunxit: similiter & facta bona manifesta sunt, & B quæcunq; aliter se habẽt abscondi nõ possunt. De manifestis ergo iudicemus, de occultis uero deo iudicium relinquamus: quia & ipsa abscondi non possunt, siue mala siue bona, cum tempus aduenerit quo manifestentur. Duo sunt aũt in quib. temerariũ iudiciũ cauere debemus: cũ incertũ est quo animo quid factum fuerit quidq;: uel cum incertum sit qualis futurus sit, qui nunc uel bonus uel malus apparet. Si ergo quispiam, uerbi gratia, cõquestus de stomacho ieiunare noluit: & tu id non credens edacitatis uitio tribueris, temere iudicabis. Item si manifestã edacitatẽ ebriositatemq; cognoueris, & ita reprehẽderis quasi nunq̃ illa possit corrigi atq; mutari, nihilominus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea quæ nescimus C quo animo fiant: neq; ita reprehẽdamus quæ manifesta sunt ut desperemus sanitatẽ. Euitabimus iu-

Matth. 7 dicium, de quo nũc dicitur, Nolite iudicare ne iudicetur de uobis. Potest autẽ mouere quod ait, In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis: & in qua mensura mensi fueritis, remetieť uobis. Nunquid enim si nos in iudicio temerario iudicauerimus, temere etiã de nobis deus iudicabit? Aut nunquid si mensura iniqua mensi fuerimus, apud deum iniqua mensura est unde nobis remetietur? Nam & mensuræ nomine ipsum iudicium significatũ arbitror. Nullo modo deus uel temere iudicat, uel iniqua mensura cuiq; repẽdit. Sed hoc dictum est, quoniã temeritas qua punis alium, eadem ipsa te puniat necesse est, D Nisi forte arbitrandum est q̃ iniquitas ei noceat aliquid in quẽ procedit, ei autem nihil à quo procedit: imo uero sæpe nihil nocet ei qui patitur iniuriã, ei autẽ qui facit necesse est ut noceat. Quid enim nocuit martyribus iniquitas persequentiũ? Ipsis autem persecutorib. plurimum, Quia & si aliqui eorum correcti sunt, eo tamen tempore quo persequebanť, excęcauit illos malitia eorum. Sic & temerarium iudiciũ plerunq; nihil nocet ei de quo temere iudicať, ei aũt qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est ut noceat. Ista regula etiam illud dictum arbitror,

Matt. 26 Omnis qui percusserit gladio, gladio morietur. Quàm multi enim gladio percutiunt, nec tamen in gladio moriunť, sicut neq; ipse Petrus: Sed ne istũ uenia peccatorũ talẽ euasisse pœnã quis putet A q̃q̃ nihil absurdius, q̃ ut maiorẽ putet gladij pœnam esse potuisse, quæ Petro nõ accidit, q̃ crucis quæ accidit: quid tamen de latronib. dicturus est,

Lucæ 23 qui cũ dño crucifixi sunt: quia & ille qui meruit ueniã, posteaq; crucifixus est meruit, & alter omnino nõ meruit? An forte om̃es quos occiderãt, crucifixerãt, & ꝓpterea hoc etiã ipsi pati meruerãt? Ridi-

Gladio perire culũ est hoc putare. Quid ergo aliud dictũ est, Omnis enim qui in gladio percusserit, gladio morieť: nisi quia ipso peccato anima moriť, quodcũq; cõmiserit? Et quoniã de temerario & iniquo iudicio hoc loco dominus monet: uult enim ut simplici corde, & in unũ deũ intẽti faciamus quæcunq; facimus: ut multa incertũ est quo animo fiãt, de quibus iudicare temerariũ est, Maxime aũt hi temere B iudicãt de incertis, & facile reprehẽdunť, qui magis amãt uituperare & damnare, q̃ emendare atq; corrigere: quod uitiũ superbiæ est, uel inuidentię.

Matth. 7 Et cõsequẽter subiecit & dicit, Quid aũt uides festucã in oculo fratris tui, trabẽ aũt in oculo tuo nõ uides? Vt si forte uerbi gratia, ira ille peccauit, tu odio reprehendas. Quantũ aũt inter festucã & trabem, quasi tantũ inter iram distat & odium. Odiũ eñi est ira inueterata, quasi quæ uetustate ipsa tantum robur acceperit, ut merito appelletur trabes. Fieri aũt potest, ut si irascaris homini, uelis eũ corrigi. Si aũt oderis hominẽ, non potes eũ uelle corrigere. Quomodo enim dicis fratri tuo, Sine eijciã festucã de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo C tuo, & reliqua: id est primo abs te expelle odium, deinde poteris iam eũ quem diligis emendare. Et bene ait Hypocrita. Accusare enim uitia, officiũ est bonorum uirorũ & beneuolorũ. Quod cũ mali faciunt, alienas partes agũt, sicut hypocritæ, qui tegunt sub persona quod sunt, & ostentãt in persona quod nõ sunt. Hypocritarũ ergo nomine simulatores acceperis. Et est uere multũ cauẽdum & molestũ simulatorũ genus, qui cũ omniũ uitiorũ accusationes odio & liuore suscipiãt, etiã cõsultores uideri se uolũt. Et ideo pie cauteq; uigilandũ est, ut cum aliquẽ reprehẽdere uel obiurgare nos necessitas eo egerit, primũ cogitemus utrũ tale sit uitiũ q̃d nunq̃ habuimus, uel quo iã caruimus. Et D si nunq̃ habuimus, cogitemus et nos homines esse, & habere potuisse. Si uero habuimus, & nõ habemus, tangat memoriã cõmunis fragilitas, ut illã reprehensionẽ aut obiurgationẽ nõ odiũ, sed misericordia pręcedat: ut siue ad correctionem eius, propter quẽ id facimus, siue ad peruersionẽ ualuerit, nam incertus est exitus, nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nosmetipsos inuenerimus in eo esse uitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, nõ reprehendamus neq; obiurgemus, sed tamen cõgemiscamus: & nõ illum ad obtemperãdum nobis, sed ad pariter cauẽdum inuitemus. Nã & illud quod

1 Cor. 9 dicit Apostolus, Factus sum Iudæis tanq̃ Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem: His qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cum nõ sim ipse sub lege, ut

eos

eos qui sub lege erāt lucrifacerē. His qui sine lege
sunt, quasi sine lege, cū sine lege dei nō essem, sed
sim in lege Christi, ut lucrifacerē eos qui sine lege
sunt: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lu-
crifacerē: omnibus omnia factus sum, ut omnes lu
crifacerem, non utiq; simulatione faciebat, quēad
modum alij intelligi uolūt, ut eorū detestāda simu
latio tanti exempli autoritate muniaṫ. Sed hoc fa-
ciebat charitate, qua eius infirmitatē, cui uolebat
subuenire, tanq; suā cogitabat. Hoc em̄ pręstruxit
dicendo, Cum em̄ liber sim ex omnibus, me omni
um seruū feci, ut plures lucrifacerē. Quod ut intel
ligas non simulatione, sed charitate fieri, qua infir
mis hominibus tanq; nobis cōpatimur, ita monet
alio loco, dicens, Vos in libertatē uocati estis fra-
tres, tantū ne libertatē in occasionē carnis detis,
sed per charitatē seruite inuicem. Quod fieri non
potest, nisi alterius infirmitatē quisq; habeat quasi
suam: ut eam æquanimiter ferat, donec ab ea libe-
retur ille, cuius curat salutem. Raro ergo & in ma-
gna necessitate obiurgationes adhibēdæ sunt, ita
tamē ut etiā in his ipsis nō nobis, sed dño ut seruia
tur, instemus, Ipse est em̄ finis: ut nihil duplici cor-
de faciamus, auferentes trabem de oculo nostro
1 Retract.10 inuidentiæ uel malitiæ uel simulationis, ut uidea-
mus eijcere festucam de oculo fratris. Videbimus
enim eam oculis colūbæ, quales in sponsa Chri-
sti pędicanṫ, quā sibi elegit deus gloriosam Eccle
siam non habentē maculā neq; rugam: id est, mun
dam & simplicē. Sed quoniā potest nōnullos dei
præceptis obtēperare cupientes, nomē simplicita-
tis decipere, ut sic putent, uitiosum est aliquando
uerū occultare, quomodo uitiosum est aliquando
falsum dicere, atq; hoc modo aperiendo ea quæ hi
quibus aperiunṫ sustinere nō possunt, amplius no
ceant q̄ si ea penitus semperq; occultarēt, rectissi
Matth.7 me subiungit. Nolite sanctū dare canibus, neq; mi
Ioan.16 seritis margaritas uestras ante porcos: &c. Quia
dñs quāuis nihil mētitus sit, uera tamē aliqua oc-
cultare se ostēdit dicēs, Adhuc multa habeo uobis
1 Cor.3 dicere, sed adhuc nō potestis illa portare. Et Apo-
stolus, Nō potui, inquit, uobis loqui quasi spirita-
libus, sed quasi carnalibus: tanq; paruulis in Chri-
sto lac uobis potū dedi nō escā. Neq; em̄ poteratis
sed neq; nūc potestis, Adhuc em̄ estis carnales. In
hoc aūt præcepto quo ꝓhibemur sanctū dare ca-
nibus, & mittere ante porcos margaritas nostras,
dilīgēter quęrendū est quid sit sanctū, quid marga
ritæ, quid canes, quid porci. Sanctū est, q̄d uiolare
atq; corrūpere nephas est, cuius utiq; sceleris cona
tus & uolūtas teneṫ rea: q̄uis illud sanctū natura
inuiolabile atq; incorruptibile maneat. Margari-
tæ autē, quæcunq; spiritalia magni æstimāda sunt,
& quia in abdito latent, tanq; in ꝓfundo eruunṫ,
& allegoriarū integumētis quasi apertis conchis
inueniunṫ. Licet itaq; intelligi, ꝗ una eademq; res
& sanctū & margarita dici possit. Sed sanctum ex
eo q̄d nō debet corrūpi, margarita ex eo quod nō
debet cōtemni. Conaṫ aūt unusquisq; corrūpere
quod nō uult esse integrū: cōtemnit uero quod ui
le ducit, & quasi infra se esse existimat, & ideo cal-

cari diciṫ quicquid cōtemniṫ. Quapropter canes
A quoniā insiliūt ad dilacerandū, quod aūt dilacerāt
integrū esse nō sinūt, Nolite, inquit, sanctum dare
canibus: quia & si dilacerari & corrūpi nō potest,
& manet integrū atq; inuiolabile: illi tamē qui uel
lent, cogitandū est, ꝗ acriter atq; inimicissime re-
sistūt, & quantū in ipsis est si fieri possit conantur
perimere ueritatē. Porci uero q̄uis non ita ut ca-
nes morsu appetāt, passim tamē calcādo coinqui-
nāt: Neq; ergo miseritis, inquit, ante porcos mar-
garitas uestras, &c. Canes ergo ꝓ oppugnatorib.
ueritatis, porcos ꝓ cōtēptorib. positos nō incon-
grue accipimus. Q̄d aūt ait, Cōuersi dirūpāt uos:
nū ait ipsas margaritas dirūpant, Illa em̄ cōculcāt
etiā cū cōuertunṫ ut adhuc aliquid audiāt, dirum-
punt aūt eum à quo iam missas margaritas cōcul-
B cauerunt. Nō em̄ facile inueneris q̄d gratū ei esse
possit q margaritas cōculcauerit: id est, cū magno
labore diuina inuēta contēpserit. Qui aūt tales do
cent, quō nō dirūpantur indignādo & stomachā-
do, non uideo utrunq; aūt animal immundū est,
& canis & porcus. Cauendū est ergo ne quid ape-
riatur ei qui non capit: melius enim quærit quod
clausum est, q̄ id quod apertū est aut infestat aut
negligit. Neq; uero alia causa reperiṫ, cur ea quæ
manifesta & magna sunt, non accipiantur præter
odium & cōtemptū, quorū propter unum canes,
propter alterū porci nominati sunt. Quæ tamen
omnis immundicia rerū tēporaliū dilectione con
cipitur, id est, dilectione huius seculi, cui iubemur
renunciare ut mūdi esse possimus. Qui ergo mun
C dum & simplex cor habere appetit, nō debet sibi
reus uideri si aliquid occultat, quod ille cui occul-
tat capere nō potest. Nec ex eo arbitrandū est lice
re mētiri, nō em̄ est cōsequens, ut cum uerū occul
tatur, falsum dicatur. Agendū ergo primum est, ut
impedimenta detrahantur quibus efficitur ut nō
capiat: quia utiq; si propter sordes nō capit, mun-
dandus est uel uerbo uel opere, quātum fieri à no-
bis potest. Quòd aūt dñs noster quædā dixisse in-
uenitur, quæ multi qui aderant, uel resistendo uel
contēnendo nō acceperūt, nō putādus est sanctū
dedisse canibus, aut margaritas misisse ante por-
cos: nō enim dedit eis, qui capere nō poterant, sed
eis qui capere poterāt, & simul aderant: quos pro
pter aliorū immundiciā negligi nō oportebat. Et
D cum eum tentatores interrogabant, respōdebatq;
illis ita, ut quod contradicerent nō haberēt, quā-
uis uenenis suis cōtabescerent potius, q̄ illius ci-
bo saturarenṫ, alij tamen qui poterant capere, ex
illorum occasione multa utiliter audiebant. Hoc
dixi, ne quis forte, cū interroganti respondere nō
potuerit, hac sententia se excusare uideatur, si di-
cat, nolle se sanctū dare canibus, uel ante porcos
mittere margaritas. Qui enim nouit quid respon-
deat, debet respondere, uel ꝓpter alios, quibus de
speratio suboritur, si propositam quæstionem sol-
ui non posse crediderint: & hoc de rebus utilibus,
& ad instructionē salutis pertinētibus. Multa sunt
em̄, quæ inquiri ab ociosis possunt, superuacua, &
inania, & plerūq; noxia, de quibus tamen nō nihil

dicendũ est:sed hoc ipsum aperiendũ & explican
dum,cur inquiri talia non oporteat.De rebus ue- A
ro utilibus aliquãdo ad id respondendũ est, quod
interrogamur:sicut dominus fecit, cũ eum Saddu
cæi de muliere interrogassent,quę septẽ uiros ha-
buit , cuius eorũ in resurrectione futura esset.Re-
spondit enim ꝙ in resurrectione neq; uxores du-
cent,neq; nubent, sed erunt sicut angeli in cœlis.
Aliquando aũt ille qui interrogat, interrogandus
est aliud: ꝙ tamẽ si dixerit , ipse sibi ad id quod in-
terrogabat,respondeat.Si aũt dicere noluerit , nõ
uideat ijs qui assunt iniustũ,si et ipse quod interro
Matt.21 gauit nõ audiat.Nam & Pharisæi qui interroga-
uerunt tentantes,utrũ reddendũ esset tributũ , in-
terrogati sunt aliud:id est,cuius haberet nummus
imaginẽ,qui ab ipsis prolatus est. Et quia dixerũt
quod interrogati erãt,id est, Cæsaris imaginẽ ha- B
bere nũmum,ipsi sibi quodãmodo responderunt
id quod dominũ interrogauerunt.Itaq; ille ex eo-
rum respõsione ita cõclusit, Reddite ergo Cæsari
quod Cæsaris est , & deo quod dei est. Cum autẽ
principes sacerdotum & seniores populi interro-
gassent, in qua potestate illa faceret , interrogauit
eos de baptismate Ioannis:& cum nollent dicere,
Matt.21 quod cõtra se uidebãt dici:de Ioanne aũt nihil ma
ledicere auderẽt,ꝓpter circũstantes, Nec ego uo-
bis dicã,inquit, in qua potestate hæc facio, quod
iustissimũ apparuit circũstantib. Hoc eñ se dixe-
runt nescire, quod sciebant,sed dicere nolebãt.Et
reuera iustum erat,ut qui sibi uolebãt responderi
quod interrogauerãt,prius ipsi facerẽt quod erga
se fieri postulabãt.Quod si fecissent , ipsi sibi utiq; C
respõdissent.Ipsi enim miserãt ad Ioannẽ quæren
tes quis esset:uel potius ipsi missi erãt sacerdotes
& Leuitæ,purãtes ꝙ ipse esset Christus : quod ille
se negauit esse,& de domino testimonium perhi-
buit:de quo testimonio si cõfiteri uellẽt, ipsi se do
cerent in qua potestate illa faceret Christus:quod
quasi nesciẽtes interrogauerũt, ut calũniandi adi-
tum reperirẽt. Cũ igitur præceptũ esset, ne sanctũ
daretur canibus,& margaritæ ante porcos mittan
tur , potuit auditor occurrere & dicere, conscius
ignorãtiæ atq; infirmitatis suæ , & audiẽs præcipi
sibi ne hæc daret,quę seipsum nõdũ accepisse sen
tiebat,Potuit ergo occurrere ac dicere, Quod san
ctum me dare canib.& quas margaritas me mitte
re ante porcos uetas,cũ adhuc ea me habere nõ ui D
1 retract.9 deam? Opportunissime subiecit,dicẽs, Petite, in-
Matth.7 quit,et dabit̃ uobis:quęrite,& inuenietis:pulsate,
& aperiet̃ uobis &c.Petite pertinet ad impetran-
dam sanitatẽ firmitatemq; animi,ut ea quæ præci-
piuntur,implere possimus:inquisitio aũt ad inue-
niendã ueritatẽ.Cũ enim beata uita actione & co-
gnitione cõpleatur,actio facultatẽ uiriũ,contem-
platio manifestationẽ rerum desiderat. Horum er
go primũ petendũ,secundum quærendũ : ut illud
detur,hoc inueniatur:sed cognitio in hac uita uiæ
priusq; ipsius possessio est : sed cum quisq; ueram
uiam inuenerit , perueniet ad ipsam possessionẽ,
quę tamen pulsanti aperietur. Vt ergo tria ista : id
est,petitio,inquisitio,pulsatio,manifesta fiant,sub

aliquo exemplo ponamus. Videmus aliquẽ infir-
mis pedib.ambulare non posse:prius ergo sanan-
dus est,& firmãdus ad ambulandũ:& ad hoc perti
net,quod dicit,Petite,Quid aũt prodest ꝙ ambu-
lare iam,uel etiã currere potest,si per deuia itinera
errauerit? Secundũ est ergo,ut inueniat uiam quę
ducat eum quò uult peruenire : quã cum tenuerit
& peruenerit ad eũ ipsum locũ,ubi habitare uult,
si clausum inuenerit,neq; ambulare potuisse,neq;
perrexisse ac peruenisse profuerit,nisi aperiat̃ : ad
hoc pertinet quod dictũ est,Pulsate. Magnã autẽ
spem dedit, & ille qui ꝓmittendo nõ decepit. Ait
enim,Omnis qui petit,accipit:& qui quærit, inue
nit:& pulsanti aperietur. Ergo perseuerãtia opus
est,ut accipiamus quod petimus , & inueniamus
quod quęrimus,& quod pulsamus aperiat̃. Quẽ-
admodũ aũt egit de uolatilib.cœli & de lilijs agri,
ne uictũ nobis uestitumq; desperaremus adfutu-
rum,ut spes à minorib.ad maiora consurgeret, ita
& hoc loco.Aut quis erit ex uobis,inquit, homo,
quẽ si petierit filius suus panẽ,nũquid lapidẽ por-
riget ei? Aut si piscẽ petierit,nũquid serpentẽ por
riget ei? & reliqua. Quomodo ergo mali dant bo
na? Sed malos appellat dilectores adhuc seculi hu
ius & peccatores:bona uero quę dant, secundum
eorũ sensum bona dicenda sunt,quia hęc pro bo-
nis habent. Quanq; & in rerum natura ista bona
sint,sed tẽporalia ad istam uitã infirmã pertinẽtia:
& quisquis ea malus dat,non de suo dat, Domini Psal.24
est enim terra & plenitudo eius:qui fecit cœlũ &
terrã,mare & omnia quæ in eis sunt.Quantum er
go sperandũ est daturũ deum nobis bona petenti
bus,nec nos posse decipi, ut accipiamus illud pro
alio cum ab ipso petimus,quãdo etiã nos, cum si-
mus mali, nouimus id dare quod petimur.Nõ eñ
decipimus filios nostros,& qualiacunq; bona da-
mus,non de nostro,sed de ipsius damus. Firmitas
aũt & ualentia quædam ambulandi per sapientiæ
uiam,in bonis morib.cõstituta est,qui perducun-
tur usq; ad mundationem simplicitatemq; cordis,
de qua iam diu loquens ita concludit, Omnia er- Matt.7
go quæcunq; uultis ut faciant uobis homines bo-
na,ita & uos facite illis : hæc est enim lex & Pro-
phetæ.In exẽplaribus Græcis sic inuenimus, Om
nia ergo quæcũq; uultis ut faciãt uobis homines,
ita & uos facite illis.Sed ad manifestationẽ sentẽ-
tiæ puto à Latinis additũ,bona.Occurrebat enim
quid si quisquã flagitiose aliquid erga se fieri uel-
let,& ad hoc referat istam sententiã? Veluti si ue-
lit aliquis prouocari ut immoderate bibat & se in-
gurgitet poculis,& hoc prior illi faciat à quo sibi
fieri cupit.Ridiculũ est hũc putare istã impleuisse
sententiã.Cũ ergo hoc moueret,ut arbitror, addi-
tum est ad manifestationẽ rei unũ uerbũ , ut post-
eaquam dictum est,Omnia ergo quæcunq; uultis
ut faciãt uobis homines,adderetur bona.Quod si
deest exemplaribus Græcis , etiam illa emendan-
da sunt.Sed quis hoc audeat? Intelligẽdum est er-
go,plenam esse sententiã , & omnino perfectam,
etiã si hoc uerbum non addatur. Id enim quod di-
ctum est, Omnia quæcunq; uultis : non usitate ac
passim

passim, sed proprie dictũ accipi oportet. Volũtas A nanq; nõ est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisq; factis cupiditas proprie dicit̃, nõ uolũtas. Nõ quia sic semper loquant̃ scripturæ, sed ubi oportet ita om̃ino propriũ uerbũ tenẽt, ut nõ aliud sinant intelligi. Videt̃ aũt hoc præceptũ ad dilectionem proximi pertinere, nõ etiã ad dei, cũ alio loco duo

Mat. 22 præcepta esse dicat, in quib. tota lex pẽdet & Prophetæ. Nã & si dixisset, omnia quæcunq; uultis fieri uobis, hæc uos facite: hac una sententia utrunq; illud præceptum cõplexus esset, Cito enim diceretur, diligi se uelle unumquenq;, & à deo, & ab hominibus. Cũ itaq; & hoc ei præciperetur, ut quod sibi facere uelit, hoc faceret: id utiq; præciperetur, ut diligeret deũ & homines. Cum uero expressius de hominibus dictum est, omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis: nihil aliud dictum uidetur, q̃ diliges proximũ tuum sicut teipsum. Sed nõ est negligenter attendendũ quod subiecit. Hæc est enim lex & Prophetæ. In his autẽ duobus præceptis, non tantũ ait, lex pendet & Prophetæ: sed etiã addidit, tota lex & Prophetæ: pro eo quod est om̃is prophetia. Quod cũ hic nõ addidit, seruauit locũ alteri præcepto, quod ad dilectionem dei pertinet. Hic aũt quoniã præcepta simplicis cordis exiguntur, & erga eos metuẽdum est ne habeat quis duplex cor, quibus occultari cor potest: id est erga homines, quibus idipsum præcipiendũ fuit. Nemo eñ fere est qui uelit quenquã duplici corde secũ agere. Id aũt fieri non potest: id est, ut simplici corde homo homini aliquid tribuat, nisi ita tribuat ut nullũ ab eo temporale cõmodum expectet, & ea intentione faciat de qua superius satis tractauimus, cũ de oculo simplici loqueremur. Mundatus ergo oculus simplexq; redditus, aptus & idoneus erit ad intuendã & contemplandam interiorẽ lucem suam. Iste eñ

Oculus cordis oculus cordis est. Hũc enim talem oculum habet ille qui finem bonorum operum suorũ, ut uere bona opera sint, nõ in eo cõstituit ut hominibus placeat: sed etiã si prouenerit ut eis placeat, ad eorum salutem potius hæc refert & ad gloriam dei, nõ ad inanem iactantiã suam. Neq; propterea bona aliquid ad salutem proximi operatur, ut ex eo cõparet ea quæ huic uitæ transigendæ sunt necessaria: neq; temere animũ hominis uoluntatẽq; contemnit in eo facto in quo non apparet quo animo & uoluntate sit factũ: & quicquid officiorũ exhibet homini, hac intentione exhibet, qua sibi exhiberi uult: id est, ut nõ ab eo aliquid cõmodi temporalis expectet. Ita erit cor simplex & mũdum in quo

Matth. 5 quæritur deus. Beati ergo mundo corde, quoniam ipsi deum uidebũt. Sed hoc quia paucorũ est, iam incipit de inuestiganda & possidenda sapientia loqui, quod est lignũ uitæ: cui utiq; inuestigandæ ac possidendæ, id est cõtemplandæ, talis oculus per omnia superiora perductus est, quo uideri iam possit & arcta uia & angusta porta. Quia ergo deinceps dicit, Intrate per angustã portã, quia lata porta: & reliqua: nõ ideo dicit, quia iugũ Christi asperum est & sarcina grauis: sed quia labores finire pauci uolũt, minus credẽtes clamãti, Veni-

A te ad me oẽs qui laboratis & ego reficiã uos, Tollite iugũ meũ super uos: & reliqua. Hinc ergo sermo sumpsit exordiũ de humilib. & mitibus corde: — Matth. 11

quoniã iugum lene & leuem sarcinã multi respuunt, pauci subeunt: eo q̃ sit arcta uia quæ ducit ad uitam, & angusta porta qua intrat̃ in eam. Hic ergo illi qui promittũt sapientiã cognitionẽq; ueritatis quã nõ habẽt, præcipue cauẽdi sunt, sicut sunt hæretici, qui se plerunq; paucitate cõmendãt. Et ideo cũ dixisset, paucos esse qui inueniunt angustam portã & arctam uiã, ne se illi supponant nomine paucitatis, statim subiecit: Cauete à pseudo- — Matth. 7

prophetis qui ueniunt ad uos in uestitu ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Sed isti non fallunt oculum simplicẽ, qui arborẽ dignoscere ex fructi-

B bus nouit. Ait enim, Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Deinde similitudines adiungit, Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autẽ arbor, malos fructus facit: & reliqua. Quo loco illorum error maxime cauẽdus est, qui de ipsis duabus arboribus duas naturas opinãtur esse: quarũ una sit dei, altera uero neq; dei neque ex deo. De quo errore & alijs libris disputatũ est uberius: &, si adhuc parũ est, disputabitur. Nunc aũt, non eos adiuuare duas istas arbores, docendũ est. Primum, quia de hominibus eum dicere tam clarum est, ut quisquis præcedentia & sequentia legerit, miret̃ eorum cæcitatem. Deinde attendunt quod dictũ est, Non potest arbor bona fructus malos facere,

C neq; arbor mala fructus bonos facere. Et ideo putant neq; animã malam fieri posse ut in melius cõmutetur, neq; in deterius bonã: quasi dictum sit, Non arbor bona mala fieri, neq; arbor mala bona fieri: sed dictum est, Non potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere. Arbor est quippe ipsa anima, id est, ipse homo, fructus uero opera hominis. Non ergo potest malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo si uult bona operari, prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipse dominus, Aut facite ar- — Matth. 12

borem bonam, & fructus eius bonos: aut arborẽ malã, & fructus eius malos. Quòd si duas naturas istorũ, his duabus arboribus figuraret, nõ diceret, facite. Quis eñ hominũ, potest facere naturã? Deinde etiam ibi, cum ipsarũ duarũ arborum menti-

D onem fecisset, subiecit, Hypocritæ, quõ potestis bona loqui, cum sitis mali? Quandiu ergo quisq; malus est, non potest facere fructus bonos. Si eñ bonos fructus fecerit, iam malus non erit. Sic uerissime dici potuit, non potest esse nix calida: cum enim calida esse cœperit, nõ iam niuem, sed aquã uocamus. Potest ergo fieri, ut quæ nix fuit, non sit: non autem potest fieri, ut nix calida sit. Sic potest fieri, ut qui malus fuit, non sit malus, non tamen fieri potest ut malus bene faciat. Qui etiam si aliquando utilis sit, non hoc ipse facit, sed fit de illo diuina prouidentia procurante, sicut de Pha- — Matth. 23

risæis dicit, Quæ dicunt facite, quæ autem faciũt, facere nolite. Hoc ipsum quòd bona dicebant,

& ea

& ea quæ dicebāt utiliter audiebantur & fiebant,
Matth.23 non erat ipsorum, Cathedram em̄, inquit, Moysi A
sedent. Per diuinam ergo prouidētiam legem dei
prædicantes, possunt esse audientib. utiles, cū ipsi
sibi non essent. De talibus alio loco per prophetā
Hier.12 dictum est, Seminastis triticum & spinas metetis:
quia bona præcipiūt & mala faciunt. Nō ergo qui
eos audiebāt & faciebāt quæ ab eis dicebātur, de
spinis legebāt uuas, sed per spinas de uite legebāt
uuas: tanquā si manum aliquis per sepem mittat,
aut certe de uite quæ sepi fuerit inuoluta uuam legat,
non spinarū est fructus iste, sed uitis. Rectissime
sanè quæritur quos fructus nos attēdere uoluerit,
quibus cognoscere arborem possimus. Multi
enim quædā in fructibus deputant, quæ ad uestitum
ouiū pertinēt, & hoc modo à lupis decipiuntur: B
sicuti sunt uel ieiunia, uel orationes, uel eleemosynæ:
quæ omnia nisi fieri etiam ab hypocritis
possent, nō superius diceret, Cauete iustitiā uestrā
facere coram hominib. ut uideamini ab eis, Qua
sententia præposita, ipsa tria exequitur, eleemosynam,
orationē, ieiunium. Multi enim multa pauperibus,
nō misericordia, sed ambitione largiuntur.
Et multi orāt uel potius uidentur orare, nō intuentes
deum, sed hominib. placere cupientes. Et
multi ieiunant & mirabilē abstinentiā prætendūt
eis quibus ista difficilia uidētur, & honore digna
existimantur: & huiuscemodi dolis eos capiunt,
dum aliud ostētant ad decipiendū, aliud exerunt
ad deprædādū, uel interficiendū eos qui sub uestitu
ouino lupos uidere non possunt. Hi ergo non C
sunt fructus de quib. cognosci arborē monet. Ista
enim cū bono animo in ueritate fiūt, propriæ sunt
ouibus uestes: cum aūt malo in errore, nō aliud q̄
lupos tegunt. Sed nō ideo debēt oues odisse uestimentū
suum, quia plerunq; illo se occultant lupi.
Qui sunt ergo fructus quibus inuentis cognoscamus
Gal.5 arborem malā? dicit Apostolus, Manifesta
autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicatiões, immunditiæ,
luxuriæ, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitiæ,
cōtentiones, æmulationes, animositates,
dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessatiões,
et his similia, quæ prædico uobis sicut prędixi,
quoniā quia talia agunt regnū dei nō consequētur.
Et qui sunt fructus per quos cognoscimus
arborē bonā, idē ipse Apostolus cōsequēter dicit, D
Fructus aūt spiritus est charitas, gaudiū, pax, longanimitas,
benignitas, bonitas, fides, māsuetudo,
continentia. Sanè sciendū est, hic gaudiū propriè
positum, mali enim homines non gaudere, sed gestire
dicuntur propriè: sicut superius diximus uoluntatē
propriè positā, quā nō habēt mali, ubi dictū
est, Omnia quæcunq; uultis ut faciāt uobis homines:
& reliqua. Ex ista ꝓprietate uerbi qua gaudium
nō dicitur nisi in bonis, etiā Propheta loquitur
Isa.57 dicens, Non est gaudere impijs dicit dn̄s: Ita
quoq; posita est fides, nō quæcūq; utiq; sed uera fides,
& cætera quæ hic posita sunt, habēt quasdam
imagines suas in malis hominib. & deceptoribus:
ut omnino fallāt, nisi quisq; iam mūdum oculū &
simplicem habuerit, quo ista cognoscat. Optimo
itaq; ordine primo actū est de mūdando oculo, &
A deinde dicta sunt quę cauerētur. Sed quoniā quāuis
quisq; oculo mūdo sit, id est, simplici & syncero
corde uiuat, nō potest tamē cor alterius intueri:
quęcūq; ergo in factis uel dictis apparere nō potuerūt,
tentationib. aperiunť. Tentatio aūt duplex
est, aut in spe adipiscēdi aliquod cōmodū tēporale,
aut in terrore amittēdi. Et maxime cauendū est,
ne tēdētes ad sapientiā, quę in solo Christo inueniri
potest, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ
absconditi, Cauendū, inquā, est ne pro Christi
nomine ab hęreticis uel quibuslibet male intelligentibus
& seculi huius amatorib. decipiamur.
Nam ideo sequiť & monet dicens, Nō omnis qui
dicit mihi dn̄e dn̄e, intrabit in regnū cœlorū: & reliqua,
ne putemus ad illos fructus pertinere, si qs
dn̄o nostro dicat, dn̄e domine, & ex eo nobis arbor
bona uideatur. Sed illi sunt fructus, facere uoluntatē
patris qui est in cœlis, cuius faciendæ seipsum
exēplū præbere dignatus est. Sed merito potest
mouere, quō huic sententiæ cōueniat illud Apostoli
ubi ait, Nemo in spiritu dei loquens dicit 1 Cor.12
anathema Iesum: & nemo potest dicere dn̄s Iesus
nisi in spiritusancto: quia neq; aliquos habentes
spūmsanctū possumus dicere nō introituros in regnum
cœlorū si perseuerauerint usq; in finē, neq;
illos qui dicunt dn̄e domine, & tamen nō intrāt in
regnū cœlorū, possumus dicere habere spiritūsanctum.
Quomodo ergo nemo dicit dn̄s Iesus nisi
in spiritusancto, nisi quia propriè Apostolus posuit
uerbum quod est, dicit, ut significet uoluntatem
atq; intellectū dicentis? Dominus uero generaliter
posuit uerbū quod ait, Nō omnis qui dicit, &
reliqua. Videtur enim dicere etiā ille qui nec uult
nec intelligit quod dicit: sed ille propriè dicit, qui
uoluntatē ac mentē suā sono uocis enūciat, Sicut
paulo ante quod dictū est, gaudiū in fructib. spiritussancti,
propriè dictū est, nō eo modo quo alibi
dicit idem Apostolus, Non gaudet super iniquitatem: 1 Cor.13
quasi quisquā possit super iniquitatē gaudere:
quia illa elatio est animi turbidè gestiētis, non
gaudiū: nā hoc soli boni habēt. Ergo dicere uidentur
etiā illi qui non hoc quod sonāt dicere uidenť,
& intellectu cernūt & uoluntate agunt, sed uoce
tantum sonant, secūdum quem modum dominus
ait, Non omnis qui dicit &c. Vere aūt ac propriè
illi dicunt, à quorū uoluntate ac mente non abhorret
prolatio sermonis sui, secundū quā significatione
dicit Apostolus, Nemo potest dicere dn̄s Iesus
nisi in spiritusancto. Atq; illud ad rē maxime pertinet
ne decipiamur tendentes ad contemplationem
ueritatis, non solum nomine Christi, per eos
qui nomen habent & facta non habent, sed etiam
quibusdā factis atq; miraculis: qualia propter infideles
cum fecerint, dominus monuit tamen ne talibus
decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilē sapientiā,
ubi miraculū uisibile uiderimus. Adiungit
ergo & dicit, Multi mihi dicent in illa die, dn̄e Matth.7
dn̄e, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus?
& reliqua. Nō ergo cognoscet nisi eū qui operať
æquitatē. Nam & ipsos discipulos suos prohibuit
gaudere

gaudere ex talibus: id est, quia dęmonia illis subie-
cta fuerint. Sed gaudete, inquit, q̄a nomina uestra A
scripta sunt in cœlis. Credo in illa ciuitate Hieru-
salē quę est in cœlis, in qua nō nisi & iusti & sancti
1 Cor.6 regnabūt. An nescitis, ait Apost. q̄m iniqui regnū
dei nō possidebūt? Sed fortasse quis dicat: nō pos-
se iniq̄s uisibilia illa miracula facere, & mētiri poti
us illos credat, q̄ dicturi sunt, in nomine tuo ꝓphe
tauimus & dæmonia eiecimus, & uirtutes multas
fecimus. Legat ergo quāta fecerint resistētes famu
lo dei Moysi magi Ægyptiorū: aut si hoc nō uult
legere q̄d nō in nomine Christi fecerūt, legat quæ
ipse dn̄s dicit de pseudoꝓphetis, Tunc si quis uo-
Mat.24 bis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite
credere: surgēt enī pseudochristi & pseudoꝓphe-
tæ, & dabūt signa magna & prodigia, ita ut in er- B
rorē ducant̄ etiā electi. Quàm
ergo mūdo & simplici oculo opus est, ut inueniat̄
uia sapiētiæ, cui tātæ malorū & peruersorū homi-
nū deceptiones errorescp obstrepūt, quos oēs eua
dere, hoc est uenire ad certissimā pacē & immobi
lem stabilitatē sapiētiæ. Vehemēter enī metuen-
dum est, ne studio altercandi & cōtendēdi quisq;
nō uideat quod à paucis uideri potest, ut paruus
sit strepitus cōtradicentiū, nisi etiā sibijpsi obstre-
pant. Quod pertinet etiā ad illud quod Apost. di-
2.Timot.2 cit, Seruū aūt domini nō oportet litigare, sed mitē
esse ad oēs, docibilē, patiētē, in modestia corripiē
tē diuersa sentiētes, ne forte det illis deus pœnitē-
Mat.5 tiā ad cognoscēdā ueritatē. Beati ergo pacifici, q̄m
filij dei uocabunt̄. Cōclusio ergo huius totius ser-
monis q̄ terribiliter inferat̄, ualde attēdendū est. C
Mat.7 Omīs ergo, inquit, q̄ audit uerba mea hæc & facit
ea, similis est uiro sapiēti qui ædificauit domū suā
super petrā. Nō enī quisq; firmat quę audit uel per
cipit, nisi faciēdo. Et si petra Christus est, sicut mul 1 Cor.10
ta scripturarū testimonia prædicāt, ille ædificat in
Christo, qui q̄d audit ab illo, facit. Sequit̄, descēdit
pluuia, uenerūt flumina, & flauerūt uēti, & irrue-
rūt in domū illā, & nō potuerūt illā mouere, funda
ta enī erat supra petrā. Nō ergo iste metuit ullas ca
liginosas superstitiōes. Quid enī aliud intelligitur
pluuia, quū in mali alicuius significatiōe ponitur?
Aut rumores hominū, quos uētis cōparatos puto.
Aut uitæ huius fluuiū, carnalib. cōcupiscētijs tan-
quā fluentē super terrā uel petrā. Horū enī triū qui
prosperitatib. inducit̄, aduersitatib. frangit̄: quo-
rum nihil metuit, qui fundatā habet domū super
petrā: id est, qui nō solū audit præcepta dn̄i, sed e-
tiam facit. Et his omīb. periculose subiacet, qui au
dit et nō facit, nō enim habet stabile fundamentū,
sed audiēdo & nō faciēdo ruinā ædificat. Ait enī
cōsequenter, Et omīs qui audit uerba mea hæc &
nō facit ea, & reliqua usq;, Et factū est quū cōsum-
masset Iesus uerba hæc, admirabant̄ turbæ super
doctrinā eius: erat enī docēs eos sicut potestatem
habēs, nō quasi Scribæ eorū & Pharisæi. Hoc est
quod ante dixi per Prophetā esse significatum in
Psalmis, cū diceret, Fiducialiter agā in eo, eloquia Psal.11
dn̄i eloquia casta, argentū igne examinatū proba
tū terrę, purgatū septuplū. Propter quę numerum
admonitus sum etiā præcepta ista ad septem illas
referre sententias, quas in principio sermōis huius
posuit de beatis quū diceret: & ad alias septē illas
operationes spūsancti, quas Esaias propheta cō-
memorat, sed siue iste ordo in his cōsiderādus sit,
siue aliquis alius, facienda sunt quę audiuimus à do
mino, si uolumus ædificare super petram.

DIVI AVRELII AVGVSTINI

EXPOSITIONIS EPISTOLAE PAVLI AD ROMANOS INCHOATAE SALVTATIONE TANTVMMODO expedita, Liber unus.

IN epistola quā Paulus apostolus
scripsit ad Romanos, quātum ex
1 eius textu intelligi potest, quęstio
nē habet talē: utrum Iudæis solis
Euangeliū dn̄i nostri Iesu Christi
uenerit ꝓpter merita operū legis: an uero nullis
operum meritis præcedēntibus, omnib. gentib. ue- D
nerit iustificatio fidei quę est in Christo Iesu, ut nō
quia iusti erant homines, crederent: sed credendo
iustificati, deinceps iuste uiuere inciperēt. Hoc er
go docere intendit Apostolus, omnib. uenisse gra
tiam Euāgelij dn̄i nostri Iesu Christi. Quā propte
rea etiā gratiā uocari ostendit, quia nō quasi debi
tū iustitiæ redditū est, sed gratuito datū. Cœperūt
enī nonnulli qui ex Iudæis crediderāt tumultuari
aduersus gentes, & maxime aduersus apostolum
Paulum, q̄d incircūcisos & à legis ueteris uinculis
liberos admittebat ad Euāgelij gratiā, prædicans
eis ut in Christū crederēt, nullo imposito carnalis
circūcisionis iugo. Sed plane tāta moderatiōe, uti
nec Iudæos superbire permittat, tanq̄ de meritis
operum legis: Nec gētes merito fidei aduersus Iu-
dæos inflari, q̄ ipsi receperint Christū quē illi cru-
cifixerūt: tanq̄ enim, sicut alio loco dicit, pro ipsō
dn̄o legatione cōfungens, hoc est, pro lapide an-
gulari, utrūq; populū tā ex Iudæis q̄ ex gentib. cō
nectit in Christo per uinculū gratiæ, utrisq; aufe-
rens omnē superbiā meritorū, & iustificandos u-
trosq; per disciplinā humilitatis associās. Itaq; Epi
stolā sic exorsus est, Paulus seruus Iesu Christi uo- Rom.1
catus Apostolus, segregatus in Euāgeliū dei. Bre
uiter in duobus uerbis ecclesiæ dignitatē à syna-
gogæ uetustate discernit, ecclesia quippe ex uoca
tione appellata est, synagoga uero ex cōgregatio
ne, Cōuocari enim magis hominibus cōgruit, cō-
gregari autē magis pecoribus, unde greges pro-
prie pecorum dici solent. Quanq̄ ergo plerisq;
scripturarū locis ipsa ecclesia grex dei, & ouile dei
& pecus dei uocetur: tamē quum in cōparatione
homines pecora dicuntur, ad uitam ueterem per-
tinet. Et apparet huiusmodi homines, non cibo
sempiternæ ueritatis, sed temporaliū promissio-
num

num tanquã terreno pabulo esse contentos. Paulus ergo seruus Christi Iesu uocatus est Apost. quę A uocatio illum cooptauit Ecclesiæ. In Euangelium aũt dei segregatus est, unde nisi à grege synagogę si uerborum Latinorum significatio omnimodo

Non concordat cum Græca interpretatione concordat? Sanè Euangeliũ dei in quo segregatũ se esse cõmemorat, cõmendat autoritate prophetarum: ut quoniam credẽtes Christo, in quorum numero uocatus est, Iudæis præposuerat, à quibus se dixerat segregatum, gentes rursus iam non superbire admoneat. Siquidem de populo Iudæorum fuerunt Prophetæ, per quos Euangelium, cuius fide credentes iustificantur, ante promissum esse testatur. Segregatus enim, inquit, in Euangeliũ dei quod ante promiserat per prophetas suos. Fuerũt eñ & Prophetæ non ipsius, in quibus etiam aliqua inueniuntur B quæ de Christo audita cecinerunt, sicut etiam de Sibylla dicitur: quod nõ facile crederẽ, nisi quòd poetarũ quidã, in Romana lingua nobilissimus, antequã diceret ea de innouatione seculi, quæ in domini nostri Iesu Christi regnũ satis cõcinere & conuenire uideantur, præposuit uersum dicens,

Aeglog. 4 Vltima Cumæi iam uenit carminis ætas.

Cumæũ autẽ carmen Sibyllinum esse nemo dubitauerit. Sciens ergo Apostolus ea in libris gentiũ inueniri testimonia ueritatis, quod etiã in actibus

Act. 17 Apostolorũ loquens Atheniensibus manifestissime ostendit, non solum ait per prophetas suos, ne quis à pseudoprophetis per quasdam ueritatis cõfessiones in aliquam impietatẽ seduceretur, sed ad-

Coloss. 4 didit etiã in scripturis sanctis: uolens utiq; ostẽdere C literas gentiũ superstitiosæ idololatriæ plenissimas, non ideo sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid quod ad Christũ pertinet inuenitur. Et ne quisquã etiam Prophetas aliquos remotos atque alienos à gente Iudæorũ forte præferret, in quib. nullus simulachrorũ cultus esset: quantum attinet ad simulachra quæ humana operatur manus, Nã simulachris phantasmatũ suorum sectatores suos omnis error illudit, Ne quis tamen aliqua huiusmodi præferens, quia ibi Christi nomen ostentat, eas potius sanctas scripturas esse asserat, non eas quæ populo Hebræorũ sunt diuinitus creditæ, satis opportune mihi uidetur adiungere cũ dixisset, In scripturis sanctis, quod adiecit, de filio suo qui

Rom. 1 factus est ei ex semine Dauid, secundũ carnẽ. Da- D uid enim certe rex Iudæorũ fuit. Oportebat autẽ ut ex illa gente orirentur Christi prænunciatores Prophetę, ex qua gente carnem assumpturus erat quẽ prenunciabant. Occurrendum aũt erat etiam illorum impietati, qui dominũ nostrũ Iesum Christum secundũ hominẽ tantummodo quem susceperat, accipiunt: diuinitatẽ autem in eo non intelligunt ab uniuersæ creaturæ cõmunione discretã: uelut ipsi Iudæi, qui Christum filiũ Dauid tantũmodo esse opinabãtur, ignorantes excellentiam qua dominus est ipsius Dauid, secũdũ id quod est

Mat. 22 filius dei. Vnde illos in Euangelio redarguit per prophetiã quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quẽ ipse Dauid dominũ appellat, quomodo filius eius sit? Cũ deberent utiq; respõdere, quod secundum carnẽ filius esset Dauid, secundum diuinitatem aũt filius dei & dominus ipsius Dauid. Quod Paulus apostolus quia iam dixerat, posteaquã dixit, in Euãgelium dei quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid: addidit, secundũ carnem: ne hoc solum & totũ in Christo esse arbitrarentur, quod factum erat secũdum carnem. Addendo ergo, secundum carnem, seruauit diuinitati dignitatem suã. Quæ nõ solum semini Dauid, sed nec alicui angelicæ aut cuiusuis excellentissimæ creaturæ generationi tribui potest, quandoquidẽ ipsum est uerbũ dei, per qđ facta sunt omnia. Quod uerbũ ex semine Dauid caro factũ est, & habitauit in nobis, nõ mutatum & cõuersum in carnẽ, sed carne ut carnalib. cõgruenter appareret indutũ. Quapropter Apostolus nõ solum eo uerbo ꝙ ait, secundũ carnem, humanitatem à diuinitate distinxit: sed etiam illo quo ait, factus est. Nõ est enim factus secundũ id quod uerbũ dei est, Omnia enim per ipsum facta sunt: Nec Ioan. 1 fieri cum omnib. posset per quẽ facta sunt omnia. Neq; ante omnia factus est, ut per ipsum fieret omnia: Ipso enim excepto, si ante illa iam factus esset, non essent illa omnia quæ per illũ fierent: nec possent uere dici facta omnia per ipsum in quib. ipse nõ esset, si ipse etiam factus esset. Et ideo Apostolus cum factum diceret Christum, addidit, secundum carnẽ: ut secũdum uerbũ quod est filius dei, nõ factũ à deo, sed natum esse monstraret. Eundẽ sanè ipsum qui secundũ carnem factus est ex semine Dauid, prędestinatũ dicit filium dei, in uirtute: non secundum carnem, sed secundũ spiritum, nec quẽlibet spiritũ, sed spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorũ. In resurrectione enim uirtus morientis apparet, ut diceretur prædestinatus in uirtute secundũ spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorũ. Deinde sanctificatio uitã nouam fecit, quæ in domini nostri resurrectione signata est. Vnde idẽ Apostolus alio loco dicit, Si Coloss. 3 cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Potest quidẽ etiam sic esse ordo uerborũ, ut non ad spiritum sanctificationis adiungamus quod ait, ex resurrectione mortuorũ: sed ad id quod ait, prædestinatus est: ut ordo sit, qui prædestinatus est ex resurrectione mortuorum: cui ordini interposita sunt hæc, Filius dei in uirtute secundũ spiritũ sanctificationis. Et nimirũ iste ordo certior & melior uidetur, ut sit filius Dauid in infirmitate secundum carnẽ, filius aũt dei in uirtute secundũ spiritũ sanctificationis. Factus est ergo ex semine Dauid, id est, filius Dauid ex mortali corpore, ꝑpter quod & mortuus est. Prædestinatus est autẽ filius dei, & dominus ipsius Dauid ex resurrectione mortuorum. In quantum enim mortuus est, ad id pertinet ꝙ est filius Dauid: in quantũ aũt resurrexit à mortuis, ad id ꝙ est filius dei, & dominus ipsius Dauid, sicut alibi idẽ Apostolus dicit. Nam & si mor- 2 Cor. 13 tuus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei: ut infirmitas

infirmitas pertineat ad Dauid, uita uero æterna ad uirtutem dei. Ideoq; in his ipsis uerbis dñm suum Psal.110 designat eum Dauid dicens, Dixit dñs dño meo, sede ad dexterã meã. Donec ponã inimicos tuos sub pedibus tuis. Ex eo enĩ q resurrexit à mortuis, sedet ad dexterã patris. Prędestinatũ ergo ex resurrectione mortuorũ, ut sederet ad dexteram patris, uidens in spiritu Dauid, non auderet dicere filium suum, sed dñm suum. Vnde & consequenter hic adiungit, Iesu Christi dñi nostri: posteaquã dixit, ex resurrectione mortuorũ: tanquã admonẽs unde illum Dauid dominũ suum potius q̃ filium esse testatus sit: non autem ait eum prædestinatũ à mortuis, sed ex resurrectione mortuorũ. Non enĩ resurrectione ipsa sua filius apparet, de propria illa & eminentissima dignitate qua etiam est caput ecclesię, cum & cęteri mortui resurrecturi sint: sed filius dei prædestinatus est quodam principatu resurrectionis, quia ex resurrectione omnium mortuorũ ipse prædestinatus est: id est, ut præ cæteris & ante cæteros resurgeret designatus. Vt q̃d hic positum est, filius dei, cum dixisset, prædestinatus est, ad documentũ ualeat tantæ sublimitatis. Non enim sic prædestinari oportuit, nisi filiũ dei secundum quod est etiam caput ecclesiæ, unde illũ alio Col.1 loco primogenitũ ex mortuis appellat. Eum enĩ decebat uenire ad iudiciũ resurgentiũ, qui præcesserat ad exemplum: neq; ad exemplũ omniũ resurgentiũ, sed ad exemplũ eorum qui sic resurrecturi sunt, ut cum illo uiuant & regnent in sempiternũ, quorũ etiam caput est, tanquã corporis sui. Ex ipsorum enim resurrectione etiã prædestinatus est, ut ipsis princeps fieret: cæterorũ autem in sua conditione resurgentiũ nõ princeps, sed iudex est. Nõ itaq; ex illorũ mortuorũ resurrectione prædestinatus est quos est damnaturus. Prędestinatum enim esse ex resurrectione mortuorũ, ut præcederet resurrectionem mortuorũ, uult intelligi Apostolus. Hos autem præcessit, qui ad ipsum cœleste regnũ quò eos præcessit secuturi sunt. Propter quod nõ ait, qui prædestinatus est filius dei ex resurrectione mortuorũ Iesus Christus dñs noster: sed resurrectione mortuorũ Iesu Christi dñi nostri. Tanq̃ si diceret, q prædestinatus est filius dei ex resurrectione mortuorũ suorum: hoc est, ad se pertinentiũ in uitam æternã: uelut si interrogaretur, quorũ mortuorum, & responderet, ipsius Iesu Christi dñi nostri. Ex resurrectione enim cæterorũ mortuorum non est prædestinatus, quos non præcessit ad gloriam uitæ æternæ, non utiq; secuturos, quoniã ad pœnas suas impij resurrecturi sunt. Ergo ille tanquam filius dei unigenitus, etiam primogenitus ex mortuis prędestinatus est, ex resurrectiõe mortuorum. Quorum mortuorũ, nisi domini nostri Ie Rom.1 su Christi? Per quem accepimus, inquit, gratiam et apostolatũ. Gratiã cum omnibus fidelibus, apostolatum aũt non cũ omnibus. Et ideo si tantummodo apostolatũ se diceret accepisse, ingratus extitisset gratię, qua illi peccata dimissa sunt: tanq̃ enim meritis piorum operũ accepisse apostolatum uideretur. Optime itaq; tenet ordinẽ causæ, ut ne

A mo audeat dicere uitę prioris meritis se ad Euāgelium esse perductũ: quando nec ipsi Apostoli, qui cæteris mẽbris post caput corporis supereminẽt, accipere apostolatũ proprie potuissent, nisi prius cõmuniter cum cæteris gratiã quæ peccatores sanat & iustificat accepissent. Quod aũt subiungit, Ad obediendũ fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: ad hoc dicit apostolatũ se accepisse, ut obediatur fidei pro nomine dñi nostri Iesu Christi: hoc est, ut credant omnes in Christo, & signentur in eius nomine qui salui esse cupiũt. Quam salutem non solis Iudæis, sicut nonnulli qui ex ipsis crediderant arbitrabant, uenisse iã ostendit cũ ait, In omnibus gẽtibus, in quibus estis, inquit, & uos uocati Iesu Christi, id est, ut & uos sitis eius Iesu

B Christi, qui omniũ gentium salus est: quanquã nõ in numero Iudæorũ, sed in numero cæterarũ gentium sitis inuenti. Hucusq; dixit ipse quis esset qui scribit epistolam. Est enim qui scribit epistolam, Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangeliũ dei. Sed quia occurrebat, quod Euangeliũ? respõdit, quod ante promiserat p prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Item quia occurrebat, de quo filio suo? respondit, qui factus est ei ex semine Dauid secũdum carnẽ, qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundũ spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorum, domini nostri Iesu Christi. Et quasi diceret, quomodo tu ad eum pertines? respondit, Per quẽ accepimus gratiã & apostolatũ, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Item

C quasi diceretur, Quæ igitur causa est ut scribas ad nos? respondit, In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Nunc deinde adiungit ex more epistolæ quib. scribat: Omnibus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis: etiã hic significauit benignitatẽ dei potius q̃ meritũ illorũ. Non enim ait, diligẽtibus deũ, sed dilectis dei. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, ut & nos eũ dilecti diligeremus. Inde etiã addidit, uocatis sanctis. Quanquam enim sibi quis tribuat q uocanti obtemperat, nemo potest sibi tribuere q uocatus est. Vocatis aũt sanctis, non ita intelligendũ est, tanq̃ ideo uocati sint, quia sancti erant: sed ideo sancti effecti, quia uocati sunt. Restat ergo ut salutẽ dicat, ut compleatur usitatũ epistolæ principium, tanquã

D ille illis salutẽ: pro eo autem ac si diceret salutem, Gratia, inquit, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Non enim omnis gratia est à deo. Nam & iudices mali præbẽt gratiã in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti. Neq; omnis pax dei est uel ab illo, unde ipse dñs discernens ait, Pacem meã do uobis: adiun Ioan.14 gens etiã & dicens, non sicut mundus dat, ... talem pacem dare, quã dat hic mũdus. Gratia est ergo à deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittunt, quibus aduersabamur deo. Pax uero ipsa qua reconciliamur deo. Cum enim per gratiã remissis peccatis absumptæ fuerint inimicitiæ, restat ut pace adhæreamus illi à quo nos sola peccata dirimebãt. Sicut Propheta dicit, Non grauabit Esaie 59

aurem ut non audiat, sed peccata uestra inter uos
A & deum separant. Quibus remissis per fidē domi
ni nostri Iesu Christi, nulla separatione interueni-
ente pax erit. Fortasse aūt quisq; miretur, quomo-
do intelligenda sit iustitia iudicis dei, cum gratiā
præbet ignoscendo peccatis. Sed hoc plane iustū
est apud deum, quia uere iustum est, ut ij quos pec
catorū suorū pœnitet, eo tēpore quo nondū pœ-
narum manifestus terror apparet, misericorditer
separētur ab eis qui defensiones peccatorū suorū
pertinaciter exquirentes, nulla pœnitētia corrigi
uolunt. Iniustū est em̄ ut cum his illi ad consortiū
pœnale copulent̄, qui uocantē deum non spreue
runt, & peccātes displicuerūt sibi, ut quēadmodū
B ille peccata eorū, sic etiā ipsi odissent sua. Ea enim
demū est humanæ iustitiæ disciplina, nō in se ama
re, nisi quod dei est, & odisse q̄d proprium est: nec
approbare peccata sua, nec in eis aliū improbare,
sed seipsum, nec putare satis sibi esse ut sua pecca-
ta displiceant, nisi etiā uigilantissima deinceps in-
tentione uitentur: nec in eis uitādis uires suas exi-
stimare sufficere, nisi diuinitus adiuuetur. Iustum
est ergo apud deū, ut ignoscatur talibus quæcūq;
antea cōmiserunt, ne quod iniustissimū est, cū eis
qui tales nō sunt confundant̄ atq; misceant̄. Qua
propter & quia talibus non ignoscitur, iustitia dei
est: & quia ignoscitur, gratia est. Iusta est ergo gra
tia dei, & grata iustitia, cum in eo quoq; etiā pœni
tentiæ meritum gratia præcedat, quod neminem
C peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua uo
cationis dei. Porrò iustitiæ diuinæ tanta constan-
tia est, ut cū pœna spiritalis & sempiterna pœnitē
ti fuerit relaxata, pressuræ tamē cruciatusq; corpo
rales, quibus etiā martyres exercitatos nouimus,
postremo mors ipsa, quā peccando meruit nostra
natura, nulli relaxet̄. Quod enim iustitia iusti ho-
mines et pij, tamen exoluūt ista supplicia, de iusto
dei iudicio uenire credendū est. Ipsa est quæ in sa-
cris scripturis etiam disciplina nominat̄, quam ne
mo iustorū effugere sinitur. Neminē quippe exce
Hebr. 12 pit cum diceret: Quē enim diligit deus, corripit:
flagellat autem omnē filium quem recipit. Vnde
etiā ipse Iob, qui propterea tam multa illa passus
est, ut hominibus quis uir esset & quantus dei ser-
uus eluceret, pœnas tamen corporis pro peccatis
D suis se exoluere sæpe testat̄. Petrus quoq; aposto-
lus exhortans fratres ad perferendas pro Christi
1. Pet. 4 nomine passiones ita loquitur, Nemo autem ue-
strum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledi
cus, aut curas alienas agēs. Si uero quasi Christia-
nus, nō erubescat: glorificet aūt deū in isto nomi-
ne, quia tēpus inchoationis iudicij à domo dei. Si
autem initiū à nobis, quis finis eorum qui nō cre-
Prouer. 11 dunt Euāgelio dei? Et si iustus quidem uix saluus
fit, peccator & impius ubi parebit? Manifeste o-
stendit easdē ipsas passiones quas iusti patiuntur,
ad iudiciū dei pertinere. Quod inchoari dixit ex
domo dei, ut inde conijciat̄, quanta impijs futura
seruantur. Vnde etiam ipse Paulus ad Thessaloni
2. Thess. 1 censes dicit, Ita ut nos ipsi de uobis gloriemur in
ecclesiis dei, pro uestra patiētia & fide in omnib.

persecutionibus uestris, & pressuris quas sustine-
A tis in exemplū iusti iudicij dei. Quod omnino ad
illud respicit, quod ait Petrus, tempus esse inchoa 1. Pet. 4
tionis iudicij a domo domini: & illud quod de ꝓ-
pheta interposuit, Et si iustus uix saluus erit, pec-
cator & impius ubi parebit? Vnde mihi uidet̄ etiā
illa quæ per Nathan prophetā regi Dauid cōmi- 2. Reg. 12
natus est deus, quanq; statim ignouerit pœniten-
ti, propterea tamē accidisse omnia, ut demonstra-
retur illam ueniā spiritaliter datam propter futurū
iudiciū pœnarū, quod expectat eos qui hoc tēpo
re corrigi nolunt. Dicit enim & alibi Petrus, Pro- 1. Pet. 4
pter hoc enim & mortuis euangelizatū est, ut iu-
dicentur quidē secundū hominē in carne, uiuant
B aūt secundū deum in spiritu. Hoc dixi, ut ostende
rem quantū possem, & quantū opportunitas præ
sentis loci scripturarū sinit: nō sic accipiendā gra-
tiam & pacē dei cū dicitur, ut existiment homines
à iustitia deū posse discedere. Nam & ipsam pacē
cū promitteret dn̄s, ait, Hæc dixi, ut in me pacē ha Ioan. 16
beatis, in mundo autem pressuram Sed tribulatio
nes & molestiæ cum per iustitiā dei reddunt̄ pec-
catis, bonos & iustos, & quibus iam plus peccata
ipsa displicent, q̄ ulla corporis pœna, nō reflectūt
ad peccandum, sed ab omni labe penitus purgāt.
Pax enim perfecta etiā corporis suo tempore ro-
borabitur: si nunc pacē quam dominus per fidem
dare dignatus est, inconcusse spiritus noster atq;
incōmutabiliter teneat. Quod aūt Apostolus gra Rom. 1
C tiam & pacem à deo patre & domino nostro Iesu
Christo dicit, non adiungens etiā spiritū sanctum:
nō mihi alia ratio uidetur, nisi quia ipsum donum
dei, spiritum sanctū intelligamus. Gratia porrò &
pax, quid aliud est q̄ donum dei? Vnde nullo mo
do dari hominibus gratia potest qua liberamur à
peccatis: & pax qua recōciliamur deo, nisi in spiri
tu sancto. Et ideo ipsa trinitas, pariterq; incōmuta
bilis unitas in ista salutatione cognoscitur. Quod
propterea maxime credo, quoniā excepta episto
la quā ad Hebræos scripsit, ubi principiū salutato
riū de industria dicit̄ omisisse, ne Iudæi qui aduer-
sus eū pugnaciter oblatrabāt, nomine eius offensi
uel inimico animo legerēt, uel omnino legere nō
curarēt, quod ad eorū salutē scripserat. Vnde non
nulli eam in canonem scripturarū recipere timue
D rūt. Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, ex-
cepta hac epistola, cæteræ omnes quæ nulla dubi-
tante ecclesia Pauli apostoli esse firmantur, talem
cōtinēt salutationē, nisi q ad Timotheū in utraq;
interponit misericordiā. Nam ita scribit, Gratia, 1. Tim. 1
misericordia, pax à deo patre, & Iesu Christo do- 2. Tim. 1
mino nostro. Quo em̄ familiarius, eo dulcius quo
dammodo scribens ad Timotheū, id uerbū inter-
posuit, quod plane aperit̄ atq; ostenditur, nō meri
tis operū priorū, sed secundū misericordiā dei no-
bis dari spiritū sanctum, ut & peccatorū abolitio
fiat, quibus seiūgebamur à deo, & recōciliatio, ut
illi inhæreamus. Nec aliæ Apostolorum epistolæ
quas usus ecclesiasticus recipit, parum nos admo
nēt de ista trinitate in principijs suis. Nam Petrus
ita dicit, Gratia uobis & pax adimpleat̄. Deinde 1. Pet. 1
statim

ſtatim ſubiecit, Benedictus deus & pater dñi no-
ſtri Ieſu Chriſti:ut per gratiã & pacem ſpiritu ſan-
1. Pet. 1 cto intellecto, patris & filij cõmemoratio animũ
de trinitate cõmoneat. Et in alia ſic ait, Gratia uo-
bis & pax multiplicet in recognitione dei & Chri
ſti Ieſu domini noſtri. Ioannes autẽ neſcio quã ob
cauſam omiſit tale principiũ, ſed plane trinitatis
cõmemorationẽ nec ipſe neglexit, pro gratia &
1. Ioan. 1 pace, ſocietatẽ interponens. Quod ergo uidimus,
inquit, nunciamus & uobis, ut & uos ſocietatẽ ha
beatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cũ patre & fi-
lio eius Ieſu Chriſto. In ſecunda uero illis quæ ad
2. Ioan. 1 Timotheũ ſunt cõſonat dicẽs, Sit uobiſcũ gratia,
miſericordia, pax, à deo patre & Ieſu Chriſto filio
patris. In tertiæ principio de trinitate penitus tace
tur, credo ꝙ ſit omnino breuiſſima. Sic enim inci-
pit, Senior Gaio dilectiſſimo, quem ego diligo in
B ueritate. Quã ueritatẽ pro ipſa trinitate poſitã pu-
to. Iudas nominato deo patre & dño Ieſu Chriſto,
ad intelligendũ ſpiritũ ſanctũ, hoc eſt donum dei,
tria uerba ponit: ſic qppe incipit, Iudas Ieſu Chri-
ſti ſeruus, frater aũt Iacobi, in deo patre dilectis, &
in Ieſu Chriſto conſeruatis & uocatis, miſericor-
dia uobis, & pax, & charitas adimpleatur. Gratia
enim & pax ſine miſericordia & charitate intelli-
gi nõ poteſt. Iacobus aũt uſitatiſſimũ exordium fe
Iacob. 1 cit epiſtolæ, ita ſcribens, Iacobus dei & dñi noſtri
Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus quæ ſunt
in diſperſione ſalutẽ. Credo conſiderãs ſalutẽ non
eſſe niſi in dono dei, ubi gratia & pax. Et quanꝗ
ante hoc uerbũ nominauerit deum & dominũ no
C ſtrum Ieſum Chriſtum: tamen quia nulla gratia &
nulla pace ſalui fiunt homines, niſi quæ eſt à deo
patre & domino Ieſu Chriſto, ſicut Ioannes in ter
tia ueritatem, ſic iſte ſalutem pro ipſa trinitate po-
ſuiſſe mihi uidetur. Quo loco prorſus nõ arbitror
prætereundũ, quod pater Valerius animaduertit
admirãs. In quorundã ruſticanorũ collocutione,
cum alter alteri dixiſſet ſalus, queſiuit ab eo qui et
Latine noſſet & Punice, quid eſſet ſalus: reſpon-
ſum eſt, tria. Tum ille agnoſcens cum gaudio ſalu
tem noſtrã eſſe trinitatẽ, conuenientiã linguarum
nõ fortuitu ſic ſonuiſſe arbitratus eſt, ſed occultiſ-
ſima diſpẽſatione diuinæ prouidẽtiæ: ut cũ Latine
nominat̃ ſalus, à Punicis intelligant̃, tria: & cum
Punici lingua ſua tria nominãt, Latine intelligat̃,
D ſalus. Chananæa enim, hoc eſt, Punica mulier, de
finibus Tyri & Sidonis egreſſa, quæ in Euange-
lio perſonã gentiũ gerit, ſalutem petebat filiæ ſuę,
Matth. 15 cui reſponſum eſt à dño, Non eſt bonum partem
filiorũ mittere canibus. Quod crimen obiectũ illa
non negans, tanꝗ de confeſſione peccatorũ im-
petratura ſalutem filiæ, hoc eſt nouæ uitæ ſuæ: Ita,
inquit, domine. Nam et canes edunt de micis quę
cadunt de menſa dominorũ ſuorũ. Tria enim mu
lieris lingua ſalus uocant̃. Erat enim Chananæa.
Vnde interrogati ruſtici noſtri, quid ſint, Punice
reſpondẽtes Chanani, corrupta ſcilicet, ſicut in ta
libus ſolet, una litera, quid aliud reſpõdẽt ꝙ Cha-
nanæi. Petens itaq; ſalutẽ, Trinitatẽ petebat: quia
& Romana lingua quæ in ſalutis nomine Trinita

tem Punice ſonat, caput gentiũ inuenta eſt in ad-
A uentu dñi. Et diximus, Chananæam mulierẽ, gen
tium ſuſtinere perſonã. Panem aũt appellans dñs,
id ipſum quod à muliere petebat̃, quid aliud ꝙ tri
nitati atteſtatur? Namq; alio loco eandem trinita
tem in tribus panibus intelligendã eſſe apertiſſi-
me docet. Sed hæc uerborũ conſonantia, ſiue pro
uenerit, ſiue prouiſa ſit, nõ pugnaciter agendum
eſt, ut ei quiſq; conſentiat, ſed quantũ interpretan
tis elegantiã hilaritas audiẽtis admittit. Illud ſanè
magna intentione animi conſiderandum, & totis
uiribus pietatis amplectendũ ſatis apparet, quo-
niam ſi gratia & pax ad implendã trinitatis cõme
morationẽ ſic ab Apoſtolo ponitur, ac ſi ſpiritum
ſanctum nominaſſet: ille peccat in ſpiritũ ſanctũ,
qui deſperans uel irridens, atq; contemnens præ-
B dicationẽ gratiæ, per quam peccata diluunt̃, & pa
cis, per quã recõciliamur deo, detractat agere pœ
nitẽtiã de peccatis ſuis, & in eorũ impia atq; mor-
tifera quadã ſuauitate perdurandũ ſibi eſſe decer-
nit, & in finem uſq; perdurat. Quod ergo ait dñs,
dimitti homini ſi uerbum dixerit aduerſus filium
hominis: ſi aũt uerbum dixerit aduerſus ſpiritum
ſanctum, nõ ei dimitti neq; hic neq; in futuro ſecu
lo, ſed reũ eſſe æterni peccati, nõ negligẽter audiẽ
dum eſt. Conſtituamus enim aliquem Latinæ lin
guæ ignarũ, cum illo audiente pronũciatus fuerit
ab aliquo ſpiritus ſanctus, quærere quid rerum ſi-
gnificetur ſub iſto ſyllabarũ ſono. Ab aliquo autẽ
deceptore uel irriſore impio reſponderi aliquid
aliud, quodlibet uile & abiectum, ut quærentẽ de
C cipiat, ſicuti à talib. fieri ſolet ridẽdi gratia. Illũ aũt
per ignorantiã contempſiſſe hoc nomẽ, dũ neſcit
quid ſignificet, & aliqua etiã in hoc conuitia iactĩ
taſſe: neminẽ eſſe arbitror tam uanũ & inconſide-
ratum, qui hunc hominẽ ullo crimine impietatis
aſpergat: at cõtrà, ſi tacito nomine, res ipſa uerbis
quibus poteſt ad quærẽtis intelligentiã perduca-
tur, tum uero ſi aliqua cõtumelioſa in tantã ſancti
tatem uel uerba uel facta protulerit, reus tenebit̃.
Quæ cum ita ſint, manifeſtũ eſſe arbitror, eum qui
hoc nomine audito, aliã pro alia re ſignificari pu-
tauerit: & aduerſus eã rem quã ſignificari hoc no-
mine credidit, uerbũ dixerit: nõ hunc ſic peccare
ut aduerſus ſpiritũ ſanctum uerbũ dixiſſe iudicet̃.
D Itaq; ſi quiſquam quærẽs quid ſit ſpiritus ſanctus,
audiat ab imperito, hunc eſſe filium dei per quem
facta ſunt om̃ia, qui etiã certa opportunitate tem-
poris de uirgine natus ſit, & occiſus à Iudæis, & re
ſurrexerit: quib. auditis uel neget, uel irrideat quæ
dicta ſunt, nõ eum ſic teneri putandũ eſt, ac ſi uer-
bum aduerſus ſpiritũ ſanctum dixerit: ſed potius
aduerſus filiũ dei, uel filium hominis, ſicut & uoca
ri & eſſe dignatus eſt. Non enim quid ſit imperito
per uocem propoſitũ, ſed per rationẽ expoſitum,
conſiderandũ eſt: quia ille cum maledicta profer-
ret, ei utiq; maledicebat, quẽ ſibi enarratũ in cogi-
tatione intuebatur. Quodlibet autem uocaretur,
utrũ res ipſa ueneranda, an negãda, uel uituperan
da eſſet, hoc quæritur. Hoc modo etiã ſi quiſpiam
quærat quis ſit Ieſus Chriſtus: & ea quærenti re-

spondeant quæ non in filiũ dei, sed potius in spiri
tum sanctum conueniũt, quib. auditis ille blasphe
met: nõ utiq; aduersus filiũ, sed aduersus spiritum
sanctum uerbum dixisse tenebit. Sed si transitorie
ac negligenter attenderimus quod dictum est, Si
quis uerbum dixerit aduersus spiritũ sanctum, nõ
remittetur ei, neque in hoc seculo, neq; in futuro,
quis inueniri poterit cui ueniã peccatorũ dederit
deus? Nam & pagani qui appellantur, etiam nũc
totam nostram religionẽ, quia iam ferro & cædi-
bus prohibent, maledictis cõtumelijsq; insectan
tur: & quicquid de ipsa trinitate dicimus, negãdo
& blasphemando contemnũt. Nõ enim excipiũt
sibi spiritũ sanctum quem uenerentur, ut in cæte-
ra sæuiãt: sed simul aduersus omnia quęcunq; soli-
cite de trina dei maiestate loquimur, quanto pos-
sunt furore impietatis oblatrãt. Nam neq; de ipso
deo patre digna sentiunt, quẽ partim penitus ne-
gant, partim sic fatentur, ut de illo falsa fingendo,
non utiq; illum, sed sua figmenta uenerent. Multo
magis ergo quod de filio dei, uel de spiritu sancto
dicimus, suo impio more deridere, ꝙ nostra pia so
cietate colere maluerunt. Quos tamen quantum
possumus adhortamur ad Christum cognoscen-
dum, & per ipsum patrẽ deum: summoq; & uero
imperatori militandum esse suademus: eosq; pro-
missa impunitate præteritorũ omniũ peccatorum
inuitamus ad fidẽ. Qua in re satis iudicamus, etiã
si quid aduersus spiritum sanctum in sua sacrilega
superstitione dixerunt, cũ Christiani facti fuerint,
sine ulla caligine dubitationis ignosci. Iudæi uero
quales aduersus spiritũ sanctum fuerint, testis est
Stephanus, quem ipso spiritu sancto plenũ lapida
uerunt, cũ illa omnia quę in eos dixit, ipse spiritus
dixerit. In quibus uerbis apertissime dictũ est Iu-
Act.7 dæis, Vos semper restitistis spiritui sancto. In illo
tamẽ numero Iudæorũ resistentiũ spiritui sancto,
& non ob aliud Stephanũ uas eius, nisi ꝙ eo ple-
nus erat, lapidantiũ, etiam Paulus apostolus erat,
in manibus omniũ quorum uestimenta seruabat:
quod sibi postea etiã pœnitendo increpitat, eo ip
so spiritu iam plenissimus, cui primo inanissimus
resistebat, & paratus iam lapidari pro talibus di-
ctis, qualium prædicatorẽ ipse lapidauerat. Quid
Samaritani? Nonne ita spiritui sancto aduersant,
ut ipsam prophetiã penitus conẽtur extinguere,
quæ per spiritũ sanctum ministrata est? Quorum
tamen saluti & ipse dominus attestatur, in eo qui
decẽ leprosis mũdatis solus reuersus est ut ageret
gratias, cum esset Samaritanus. Et in illa muliere,
cũ qua ad puteũ sexta hora locutus est, & eis qui
per illam crediderunt. Post domini autẽ ascensio-
nem, sicut in Actibus apostolorũ scriptũ est, quan
ta gratulatione sanctorũ recepit Samaria uerbum
Act.8 dei. Simonem quoq; magum arguens Petrus apo
stolus, ꝙ tam male de spiritu sancto senserit, ut eũ
uenalem putans pecunia sibi emendum popo sce
rit: non tamẽ ita de illo desperauit, ut uenię locum
nullũ relinqueret. Nam benigne etiã ut eum pœ-
niteret admonuit. Ipsa deniq; catholicæ ecclesiæ
tam insignis autoritas, quæ in eodẽ dono spiritus
sancti omnium sanctorũ mater toto fœcunda or-
A be diffundit, cui unquã hæretico uel schismatico
spem liberationis si se corrigat amputauit, cui pla 1.Pet.4
candi dei aditum clausit? Nonne omnes ad ubera
sua, qui eũ superbo fastidio reliquerũt, cum lachry
mis reuocat? Quis uero uel de principibus, uel de
regibus hæreticorũ inuenit, qui nõ aduerset spiri
tui sancto? Nisi forte quisquã tam peruerse sentit,
ut arbitretur eum teneri reum qui aduersus spiritũ
sanctũ aliquid dixerit: eũ uero qui aduersus spiritũ
sanctum multa fecerit, non teneri. Qui autem tan
ta euidentia contra spiritum sanctum pugnant, ꝙ
illi qui aduersus ecclesiæ pacẽ superbissimis con-
tentionibus sæuiunt? Sed si de uerbis quæstio est,
B quæro utrũ nihil dicant aduersus spiritũ sanctum,
cum alij eũ, quod ad ipsum proprie pertinet, om-
nino non esse, asseuerent: sed ita esse unũ deum, ut
idẽ ipse pater, idem ipse filius, idẽ ipse spiritus san
ctus appellet. Alij fateant quidem esse spiritũ san
ctum, sed æqualem filio, uel omnino esse deũ ne-
gent. Alij unã quidem & eandẽ trinitatis substan-
tiam esse fateant, sed de ipsa diuina substãtia tam
impie sentiãt, ut eam cõmutabilem & corruptibi
lem putent: ipsumq; spiritũ sanctum, quem dñs di
scipulis se missurũ esse promisit, non quinquagesi
mo die post eius resurrectionem, sicut apostolorũ Act.2
Acta testantur, sed post trecentos ferè annos per
hominẽ uenisse confingãt. Alij similiter aduẽtum
eius, quẽ tenemus, negent: & eum prophetas in
C Phrygia per quos tanto post loqueretur elegisse
contendãt. Alij sacramẽta eius exufflent, & bapti
zatos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti de
nuo baptizare nõ dubitent. Sed ne pergã per sin-
gula quæ sunt innumerabilia, his certe omnibus
quos pro tẽpore breuiter attigi, ad sponsam Chri-
sti redeũtibus, & errorẽ atq; impietatẽ pœnitẽdo
damnantibus, nulla catholica disciplina negandã
ecclesiæ pacẽ, & claudenda uiscera misericordiæ
iudicauit. Quod si quisquã tunc putat uerbũ dici
aduersus spiritũ sanctum, cum ab eo dicit cui iam
per baptismũ dimissa sunt peccata, attẽdat nec ta-
libus per ecclesiæ sanctitatẽ auferri pœnitentię lo
cum. Si enim propterea credit non dari ueniam
quia gratia fidei sacramẽtisq; fidelium iam perce-
ptis nõ potest dici peccatũ ignorantiæ: uideat aliã
D causam esse, cũ dicitur propterea nõ ignosci, quia
ignorãtiæ tempore peccatum est: & aliã causam
esse, cum dicitur propterea non ignosci, quia uer-
bum dixit aduersus spiritũ sanctum. Si enim sola
ignorãtia ueniã meretur, & ignorãtia non accipi-
tur, nisi antequã quisq; fuerit baptizatus: non solũ
si aduersus spiritũsanctum, sed etiã si aduersus fi-
lium hominis post baptismũ dixerit uerbũ: & om
nino si qua fornicatione uel homicidio, uel ullo
flagitio aut facinore post baptismũ sese maculaue
rit, non potest pœnitẽdo curari. Quod qui sense-
runt, exclusi sunt à cõmunione catholica, satisq;
iudicatũ est, eos in illa crudelitate, diuinæ miseri-
cordiæ participes esse nõ posse. Si autẽ illud solũ,
quod aduersus spiritũsanctum dicitur, sine uenia
esse post acceptum baptismũ putatur: primo do-
minus

minus cum inde loqueretur nullũ tempus excepit, sed regulariter ait, Qui dixerit uerbũ aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Deinde Simon, quẽ paulo ante cõmemoraui, iam baptismũ acceperat, cum spiritum sanctũ turpissimo mercatui subditũ credidit. Cui correpto à se Petrus, tamẽ consiliũ pœnitẽdi dedit. Quid aũt agimus de ijs, qui cum baptismi sacramẽta pueri uel infantes perceperint, postea negligẽter educati, per ignorãtiæ tenebras uitã turpissimã ducũt: nesciẽtes omnino quid Christiana disciplina iubeat aut uetet, quid polliceatur & quid minetur: quid credendũ, quid sperandũ, quid diligendũ sit: num audebimus peccata eorũ propterea nõ ignorãtiæ peccato deputare, quia baptizati peccauerũt, cum omnino ignorantes, & omnino, quẽmadmodũ dicitur, ubi caput haberẽt nescientes, in magno errore peccauerint? Quod si eo tẽpore cum scientia quisq; peccasse dicatur, quo scit malũ esse quod faciat, & tamẽ facit, cur hoc in spiritũ sanctum solũ, non etiã in dominũ Iesum Christum irremissibile iudicatur? Adhuc si hoc ipsum esse creditur peccare, uel uerbum dicere aduersus spiritũ sanctũ, quodlibet peccatũ cum sciẽtia committere: ut quicquid homines ignorãdo peccant, in filiũ peccare: quicquid autẽ scientes peccant, in spiritũ sanctum peccare iudicentur: quæro quis nesciat malum esse, uerbi gratia, corrumpere pudicitiam uxoris alienæ, uel eo ipso certe quod hoc in sua coniuge nollet perpeti: aut fraudare quenquã in negocio, aut circũuenire mendacio, aut opprimere testimonij falsitate, aut auferendæ rei causa insidiari & occidere quempiã: & si quid omnino est quod sibi ab altero fieri nõ uult, & si fieri senserit, toto corde indubitãter accusat: aut si hæc ab ignorantib. fieri dicimus, quid inueniemus in quo sciẽtes homines peccare uideãtur? Restat ergo ut si hoc est peccare in spiritum sanctum, peccare cũ sciẽtia, illis peccatis quæ cõmemoraui negetur pœnitendi locus, quoniã peccato in spiritũ sanctũ omnem spem ueniæ dñs amputauit. Quod si regula Christiana respuit, omnesq; illos qui sic peccãt ad correctionem uitæ uocare non cessat, adhuc quærendum est quid sit peccare in spiritum sanctũ, cui peccato uenia nulla conceditur. An forte non est dicendus cum sciẽtia peccare, qui peccatũ ipsum malum esse nouit, & tamen deum uoluntatemq; eius ignorãs peccat? Hoc enim uidetur & ad Hebræos dicere cũ dicit, Voluntarie eñ peccãtibus nobis postquã accepimus scientiam ueritatis, nõ adhuc relinquitur pro peccatis sacrificiũ. Parum enim erat si tantũmodo diceret, uolũtarie peccantibus nobis: nisi adderet, postq; accepimus sciẽtiã ueritatis, in qua utiq; deus uoluntasq; eius cognoscitur. Quæ sciẽtia uidetur congruere dominicæ illi sententiæ, cũ ait, Seruus ignorãs uoluntatẽ domini sui, & faciẽs digna plagis, uapulabit pauca. Seruus aũt sciẽs uoluntatem domini sui, & faciens digna plagis, uapulabit multa: ut hoc putemus dictum esse quod dictũ est uapulabit pauca: tanq; si diceret, leuiter emendabitur ad ueniã pertinebit: in

Heb. 10 (margin, beside "Hebræos dicere")

Lucæ 12 (margin, beside "sententiæ")

eo uero quod dictum est, uapulabit multa: sempiternũ supplicium intelligatur, quod minatur peccantibus in spiritũ sanctũ, quibus dicit nunq; posse dimitti peccatũ: ut hoc sit peccare in spiritũ sanctũ, cognita dei uoluntate peccare. Quod si ita est, cogitari oportet & discuti prius, quando cognoscatur uoluntas dei. Nonnulli enim & ante perceptũ baptismi sacramentũ cognouerũt eam. Nam & Cornelius Centurio uoluntatẽ dei uniq; apostolo Petro docẽte cognouit, & ipsum spiritũ sanctũ manifestissimis coattestantib. signis antequã baptizaretur accepit: quanq; nõ ideo sacramẽta illa contempserit, sed multo certius baptizatus sit: ut etiã ipsa sacrosancta signacula, quorũ res in eo præcesserat, ad perficiendã scientiam ueritatis percipere nullo modo moraretur. Multi aũt nec post acceptum baptismũ curant cognoscere uoluntatẽ dei. Quapropter quisquis ante baptismũ cognita dei uolũtate peccauerit, nõ possumus dicere, aut ullo modo credere, cũ ad baptismũ accesserit, nõ ei dimitti omnia quæcũq; peccauit. Huc accedit quod uoluntas dei in diligẽdo deo & proximo breuiter insinuetur credentibus, ita ut in his duob. præceptis tota lex pendeat & omnes prophetæ. Dilectionẽ autem proximi: id est, dilectionẽ hominis, usq; ad inimici dilectionem, nobis dñs ipse cõmendat: & uidemus quod multi iam baptizari, & uera esse ista fateantur, & tanquã domini præcepta uenerentur: cum autẽ perpessi fuerint alicuius inimicitias, ita rapiunt animo ad ulciscendũ, & tantis inardescũt facibus odiorũ, ut nec prolato & recitato Euangelio placari possint: & talibus hominib. iam baptizatis ecclesiæ plenæ sunt: quos tamẽ spirituales uiri fraterne admonere nõ cessant, & in spiritu lenitatis instanter instruunt: ut huiusmodi tentationibus occurrere ac resistere parati sint, & magis diligãt in Christi pace regnare, quod de inimici oppressione lætari. Quod inaniter fieret, si taliũ peccatorum nulla spes ueniæ, nulla pœnitẽtiæ medicina remaneret. Et certe caueãt qui hoc sentiũt, ne Dauid patriarchã diuina electione probatũ atq; laudatũ ignotasse affirment uoluntatẽ dei, cũ alienæ cõiugis amore perculsus, etiã maritũ eius decipiẽdum necandũq; curauit: de quo tamẽ scelere cum esset primo sua, deinde prophetæ uoce damnatus, pœnitendi humilitate, & peccati cõfessione liberatus est. Sed plane uapulauit multa, & exemplo suo docuit intelligi, non ad sempiternã pœnã, sed ad seueriorẽ disciplinã pertinere quod dictum est à domino: Qui aũt nouit uoluntatẽ domini sui, & facit digna plagis, uapulabit multa. Nam & illud ad Hebræos qui diligentius pertractant sic intelligunt, ut non de sacrificio contribulati per pœnitentiã cordis accipiendũ sit quod dictum est, non adhuc pro peccatis relinquitur sacrificium: sed de sacrificio de quo tunc loquebatur Apostolus, id est, holocausto dominicæ passionis, quod eo tempore offert quisq; pro peccatis suis, quo eiusdem passionis fide dedicatur, & Christianorum fidelium nomine baptizatus imbuitur: ut hoc significaret Apostolus, nõ posse deinceps eũ qui pecca-

Act. 10 (margin)

Matt. 22 (margin)

Luc. 12 (margin)

Heb. 10 (margin)

uerit iterum baptizando purgari. Quo intellectu
non intercluditur pœnitẽdi locus, ita sanè, ut eos A
qui nondum baptizati sunt, nondũ plenã scientiã
ueritatis accepisse fateamur. Ex quo conficitur, ut
omnis qui scientiã ueritatis accepit, etiã baptiza-
tus intelligatur. Non autem omnis baptizatus e-
tiam scientiam ueritatis accepit, propter quorun-
dam posteriorum profectum uel miserabilem ne
gligentiã: & tamẽ illud sacrificium de quo loque-
batur, id est, holocaustum domini, quod tunc pro
unoquoq; offertur quodãmodo, cum eius nomi-
ne in baptizando signatur, iterũ si peccauerit of-
ferri nõ potest. Nõ enim possunt denuo baptiza-
ri qui semel baptizati sunt, q̃uis etiã post baptis-
mum, per ignorantiã ueritatis peccauerint. Ita fit
ut quoniã sine baptismo nemo recte dicitur acce
pisse scientiã ueritatis, omnis qui accepit eam, nõ B
ei relinquatur pro peccatis sacrificiũ, hoc est, non
possit denuo baptizari. Nec tamen omnis qui nõ
accepit per doctrinã sciẽtiã ueritatis, debeat arbi-
trari posse pro se illud offerri sacrificiũ, si iam obla
tum est, id est, si iam eiusdem ueritatis post baptis-
mum sacramẽta percepit, nõ potest iterũ baptiza
ri. Tanquã si diceremus omnem hominẽ non esse
quadrupedẽ, non ideo tamen omne animal quod
homo non est, etiã quadrupes esse. Eos enim qui
iam baptizati fuerint, curari melius dicimus per
pœnitentiã, non renouari: quia renouatio in ba-
ptismo est. Vbi quidẽ operatur pœnitẽtia, sed tan
quam in fundamẽto. Manẽte itaq; fundamẽto, re-
curari ædificiũ potest: si autẽ fundamentũ iterare
quis uoluerit, totũ ædificiũ subuertat necesse est. C
Propterea hoc dicit Hebræis, qui ex nouo testa-
mento ad sacerdotiũ uetus declinasse uidebãtur.
Heb. 6 Ideoq; remittentes, inquit, initio Christi uerbũ, in
consummationẽ respiciamus, non iterũ iacientes
fundamentũ pœnitẽtiæ à mortuis operibus, & fi-
dei in deũ, lauacri doctrinæ, impositionis manus,
resurrectionis etiã mortuorũ, & iudicij ęterni. Ista
omnia in baptismo traduntur, quæ negat esse repe-
tenda, utiq; in cõsecrãdis fidelibus. Nam in uerbi
dei tractatione atq; doctrina, nõ iterũ tantũ, sed sę
pius dicẽda sunt, sicut rerũ de quibus disseritur op-
portunitas flagitat. An uero iam illud occurret, ut
non si quodlibet peccatum sciens admiserit, sed si
proprie peccatũ in spiritũ sanctum sciens admise- D
rit, tunc nõ habere ueniã iudicetur? Quo loco quæ-
ri potest, utrũ scirent Iudæi per spiritũ sanctũ ope-
rari dñm, quando eum in principe dæmoniorũ dę
monia excludere blasphemabant? Miror autẽ quo
modo possent in illo spiritum sanctum cognosce
re, cum ipsum dominũ filium dei esse nescirent: in
Rom. 11 illa scilicet cæcitate quę ex parte in Israel facta est,
donec plenitudo gentiũ intraret. De qua oppor-
tunius suo loco, dño adiuuante atq; permittente,
tractabitur. Deinde si dijudicatio spirituũ illa in-
telligitur, qua quisq; dijudicat utrũ in quoquã spi
ritus sanctus, an fallaciæ spiritus operetur: hæc autẽ
dijudicatio certo quodã tempore per spiritũ san-
1 Cor. 12 ctum fidelibus datur, sicut alio loco idem Aposto
lus dicit: quomõ poterant infideles Iudęi sine isto
munere dijudicare, utrũ per spiritũ sanctum domi
nus operaretur: & tamen in eis ut iusta pœna feri-
rentur, apertissima indicia maleuolentiæ claruę-
runt, & cũ falsos testes in eum cõpararunt, & sub-
miserũt simulatores qui eum in uerbo caperẽt: &
cũ tremẽda mirabilia quæ in eius resurrectione fa
cta sunt eis renunciarẽtur, famã falsam dissemina-
re, ac ueritatẽ abscõdere custodũ corruptione co
nati sint, & alia malitiosi & uenenosi animi signa
in eis, quantũ euãgelica narratio demõstrat, appa
rerẽt. Vnde iam uelut incepit elucere eũ peccare
in spiritũ sanctum, qui operib. quæ per spiritũ san
ctum fiunt maleuolo animo cõtradicit. Quanquã
enim nesciat, utrũ ille sit spiritus sanctus, tamẽ qui
hoc animo est, ut ea opera quib. inuidet, malit nõ
esse spiritus sancti, nõ quia mala sunt, sed quia in-
uidet eis, q̃a ipsi bonitati est cõtrarius per malitiã
suam, recte in spiritũ sanctum peccare iudicatur.
Veruntamẽ si ex eo quoq; hominũ numero, qui-
bus dominus illud crimẽ obijcit, uenirẽt ad fidem
Christi, & pœnitẽdi cruciatib. edomita inuidia sa-
lutẽ cum lachrymis poscẽs: sicut etiã nõnulli eo-
rum fortasse fecerũt: quæro utrum quisquã tanto
errore crudescat, ut aut neget eos ad Christi ba-
ptismum admitti oportuisse, aut frustra admissos
esse contẽdat? Nam si quis per inuidiã opera diui
na blasphemat, quoniam bonis dei, hoc est donis
dei malitia sua resistit, in spiritũ sanctũ peccare, &
propterea spem uenię nõ habere existimãdus est.
Attendamus utrũ ex eo numero fuerit idẽ aposto
lus Paulus. Dicit enim, Qui prius fui blasphemus 1 Tim. 1
& persecutor & iniuriosus, sed misericordiã con-
secutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
An forte ideo non pertinuit ad hoc genus crimi-
nis, quia nõ erat inuidus? Audiamus quid alibi di
cat: Fuimus enim, inquit, & nos stulti aliquãdo & Tit. 3
increduli, errãtes, seruientes uoluptatibus, & desi
derijs uarijs, in malitia & inuidia agẽtes, abomina
biles, inuicem odio habẽtes. Si ergo nec Paganis,
nec Hebræis, nec hæreticis, aut schismaticis nõdũ
baptizatis ad baptismũ Christi aditus clauditur, ubi
condẽnata uita priore in melius cõmutentur, q̃uis
Christianitati & ecclesiæ dei aduersantes anteq̃
Christianis sacramẽtis abluerentur, etiã spiritui san-
cto quanta potuerũt infestatione restiterũt: si etiã
hominibus qui usq; ad sacramentorũ perceptio-
nem ueritatis scientiã perceperunt, & post hæc i-
psi spiritui sancto restiterunt, ad sanitatẽ redeunti
bus, & pacẽ dei pœnitẽdo quærẽtibus, auxiliũ mi
sericordiæ non negatur: si deniq; de illis ipsis qui-
bus blasphemiam in spiritũ sanctum ab eis prola-
tam dominus obiecit, si qui resipiscẽtes ad dei gra
tiam confugerũt, sine ulla dubitatione sanati sunt:
quid aliud restat, nisi ut peccatum in spiritum san
ctum, quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro di-
mitti dominus dicit, nullum intelligatur nisi perse
uerantia in nequitia & malignitate cũ desperatio
ne indulgentiæ dei? Hoc est enim gratiæ illius & pa
ci resistere, de quibus nobis sermo nunc ortus est.
Nam hinc licet aduertere etiã ipsis Iudæis, quorũ
blasphemiam dñs arguit, non fuisse clausum cor-
rigendi

rigēdi se & pœnitendi locū, quod idem dominus
Mat.12 in ea ipsa reprehēsione ait illis, Aut facite arborē
bonam, & fructū eius bonum. Aut facite arborem
malam, & fructū eius malum. Quod utiq; nulla ra
tione diceretur eis, si propter illam blasphemiam
iam cōmutare animū in melius, & recte factorum
fructus generare non possent, aut frustra etiā sine
peccati sui dimissione generarēt. Ergo quia domi
nus in spiritu dei expellebat dæmonia, cæterosq;
humanorū corporū morbos, lāguoresq; sanabat,
Matth.3 nō ob aliud nisi ut crederet̄ dicenti sibi, Agite pœ
nitentiā, appropinquabit enim regnū cœlorū. In
uisibiliter enim peccata dimittuntur, cui dimissio
Marc.2 ni fidē miraculis comprobat, quod in illo paraly-
tico manifestissime ostēditur. Quū enim primo ei
donū uisibile obtulisset, propter quod uenerat, nō
enim iam uenerat filius hominis, ut iudicaret secu
lum, sed ut seruaret mundū. Quum ergo dixisset,
Ioan.3 Dimissa sunt tibi peccata: murmuratūq; esset à Iu-
dæis indignantib. quod eis tantā potestatem sibi
arrogasse uideretur, Quid est, inquit, facilius dice
re, Dimissa sunt tibi peccata: An dicere, surge &
ambula? Vt sciatis autē, quia potestatē habet filius
hominis dimittere peccata, dicit paralytico: Tibi
dico surge, tolle grabbatū tuū et uade in domum
tuam. Quo facto, & quibus dictis, satis declarauit,
ideo se illa facere in corporib. ut crederet̄ animas
peccatorū dimissione liberare, id est: ut de potesta
te uisibili potestas inuisibilis mereret̄ fidem. Quia
ergo in spiritu dei faciebat ille omnia, ut gratiam
pacēq; hominibus largiretur, gratiā in remissione
peccatorū, pacem in reconciliatione dei, à quo se
parant sola peccata, quū dixissent Iudæi quod in
Mat.12 Beelzebub eijceret dæmonia, misericorditer eos
uoluit admonere ne uerbū dicerēt, & blasphemiā
in spiritumsanctū: hoc est, ne gratiæ dei paciq; resi
sterēt, quam per spiritumsanctū donare dominus
uenerat. Nō quia iam hoc fecerant quod sibi neq;
in hoc seculo, neq; in futuro dimitteretur, sed ne
desperando de uenia, aut quasi de sua iustitia præ-
sumendo, & pœnitētiam non agēdo, aut perseue-
rando in peccatis, hoc facerent: hoc modo em̄ di-
cerent uerbū, hoc est blasphemiā in spiritūsanctū,
in quo dominus signa illa propter largiendā gra-
tiam pacēq; faciebat: si perseuerantia peccatorū,
ipsi gratiæ paciq; resisterent. Verbū enim dicere,
A non ita uidetur hic positū, ut tātummodo illud in
telligatur, quod per linguā fabricamus, sed quod
corde conceptū, etiā opere exprimimus. Sicut e.n̄
non cōfitētur deum, qui tantū oris sono cōfitent̄,
non etiam bonis operib. Nam de his dictum est,
Confitentur enim se nosse deum, factis autem ne- Tim.1
gāt. Ex quo manifestū est, dici aliquid factis, sicut
manifestum est negari aliquid factis. Et sicut illud
quod ait Apostolus, Nemo dicit dominus Iesus,
nisi in spiritu sancto: non potest recte intelligi, nisi 1 Cor.12
in factis dicere intelligatur. Nō enim hoc in spiri-
tusancto dicere putādi sint quib. ipse dominus di-
cit, Vt quid mihi dicitis, domine domine, & non
facitis quę dico uobis? Et illud, Non omnis qui mi Matth.7
hi dicit, domine domine, intrabit in regnū cœlo-
B rum, Sic etiā qui hoc uerbū, quod sine uenia uult
intelligi dominus, in spiritumsanctū dicit, hoc est,
qui desperās de gratia & pace quā donat, in pec-
catis suis perseuerandū sibi esse dicit, ne dicere in-
telligēdus est, si nō facit. Vt quomō illi factis do-
minum negant, sic isti in factis dicāt se in mala uita
sua & perditis morib. perseueraturos, ut etiā ita fa
ciāt, hoc est perseuerēt. Quod si faciūt, quis iā mi-
rer̄, aut quis nō intelligat, & dominū Iesum Chri-
stum per illam comminationē ad pœnitētiam uo-
casse Iudæos, ut eis in se credentib. gratiam pacēq;
donaret: & huic gratię paciq; resistētib. & hoc mo
do uerbū atq; blasphemiā in spiritumsanctū dicen
tibus hoc est in peccatis suis desperata atq; impia
C mētis obstinatione perseuerātib. & aduersus deū
sine humilitate confessionis atq; pœnitētiæ super
bientib. neq; in hoc seculo neq; in futuro ueniam
posse concedere? Quæ si ita sunt, opportunitate
tractādi de gratia & pace, quæ nobis est à deo pa-
tre & domino nostro Iesu Christo, magna & diffi-
cillima eodē ipso domino largiente quæstio disso
luta est. Quisquis autē adhuc de re tāta diligētiorē
considerationē tractationēq; desiderat, in Euāge-
lij tractatione, atq; in uerbis Euangelistarū sibi de
sideranda esse cognoscat. Et meminerit nos nunc
Epistolā Pauli Apostoli ad Romanos suscepisse
tractandā, cuius Epistolæ textū consequentē in a-
lijs uoluminib. si dominus uoluerit, uestigabimus.
Vt in huius salutatione iam tādem iste sit modus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
EXPOSITIONIS QVARVNDAM PROPOSITIONVM EX EPISTOLA AD ROMANOS LIBER

ENSVS hi sunt in Epistola ad Roma-
nos Pauli apostoli. Primo omnium ut
s quis intelligat in hac epistola quęstio-
nē uersari operū legis & gratiæ. Qđ
1 aūt ait, Secundū spiritū sanctificatiōis
Rom.1 ex resurrectiōe mortuorū, id est, qa spiritus donū
acceperūt post eius resurrectionē, mortuorū uero
resurrectionē memorat, quia in ipso oēs crucifigi
2 mur & resurgimus. Qđ aūt dicit, Vt gratiā uo-
bis spiritalē impartiā, dilectionē scilicet dei et ꝓxi
mi, ut ꝑ charitatē Christi gētib. in Euāgeliū uoca-
tis minime inuiderēt. Qđ aūt dicit, Reuelat̄ ira 3
dei de cœlo suꝑ omnē impietatē, &c. Ait & Salo- Rom.1
mō de sapiētib. mūdi, Si em̄ tātū potuerūt scire ut Sapien.13
possint æstimare seculū, quō ipsius mūdi dn̄m &
creatorē nō facili⁹ inuenerūt? Sed qs arguit Salo-
mō, nō cognouerūt ꝑ creaturā creatorē: qs aūt ar-
guit apostolus, cognouerūt, sed gratias nō egerūt,
& dicētes se esse sapiētes, stulti facti sunt. & ad co-
lēda simulachra deciderūt. Nā sapiētes gētiū q in

 uenerunt

uenerint creatorē, manifeſtè idem Apoſtolus cū
Act.17 Atheniensib. loqueretur oſtendit. cum em̄ dixiſ-
ſet, Quia in ipſo uiuimus & mouemur & ſumus.
addidit, Sicut & quidam ſecundum uos dixerunt.
Hac autem intentione prius arguit impietatē gen
tium, ut ex hoc probet etiam ad gratiā poſſe perti-
nere conuerſos. Iniuſtum eſt enim ut pœnam ſub-
eant impieratis, & præmium fidei non accipiant.
Quod autem dicit, Cognoſcentes dominū nō
4 ut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Hoc
Eccl.10 caput eſt peccati, de quo dictum eſt, Initium om̄is
peccati ſuperbia. Qui ſi gratias egiſſent deo qui
dederat hanc ſapientiā, non aliquid tribuiſſent co
gitationibus ſuis. Quapropter in deſideria cordis
ſui traditi ſunt à domino, ut facerēt quæ non opor
5 tet. Quod autē dicit, Tradidit, intelligitur dimi
ſit in deſideria cordis eorum. Mercedē autem mu
tuā dicit recepiſſe à deo ut traderētur in concupi-
6 ſcentias cordis eorum. Quod autē denuo dicit,
Tradidit illos deus in reprobā mentem, &c. reple
tos omni iniquitate, datur intelligi ad nocendum
pertinere iſta quæ nūc dicit, id eſt facinora. Supe-
rius autem dicebat de corruptelis, quæ flagitia no
minātur, ex quib. ad facinora peruenitur, quoniā
quiſq; pernicioſam dulcedinē flagitiorum ſequēs,
dum impedictis perſonam remouere conatur per
git in facinus. Sic diſtinctus eſt etiam ille locus in
Sapientia Salomonis, ubi cum enumeraſſet ſupe-
riora flagitia: ait, circūueniamus pauperem iuſtum
Sap.2 quoniam inutilis eſt nobis: &c. Quod autē di-
7 cit, Nō ſolum qui faciunt, ſed etiā qui conſentiunt
facientib. ſignificat quia quæcunq; fecerunt, non
inuiti fecerunt. Nā cum ad mala facta cōſentiunt,
etiā illa quæ non fecerunt approbant, & ideo de
8 perfectis iam peccatis dicit. Quod autem ait, Pro
Rom.2 pterea inexcuſabilis es ò homo om̄is qui iudicas.
Omnis autē cum dicit, ſubintrat iam ut monſtret,
non ſolum gentilem, ſed etiam Iudæum, qui ſecun
9 dum legem uolebat iudicare de gentib. Quod
autem dicit, Theſaurizas tibi iram in die iræ. Iram
dei ubiq; loquitur pro uindicta. Idcirco ait, Iuſti iu
dicij dei. Notandum autē, quia ira dei ponitur &
in nouo teſtamento, quod cum in uetere legūt ho
mines qui legi ueteri aduerſantur, culpandā eam
putant, cū deus utiq; ſicut nos perturbationib. nō
ſubiacet, dicēte Salomone, Tu autē dominus uir-
Sap.12 tutum cum tranquillitate iudicas, Sed ira ut dictū
10 eſt in uindictæ ſignificatione ponitur. Quod au
tem dicit, Cōteſtante conſcientia illorum. Secun-
dum illum locū loquitur Ioannes Apoſtolus quo
1.Ioan.3 ait, Dilectiſſimi, ſi cor noſtrū nos reprehenderit,
maior eſt deus cōſcientia noſtra: &c. Quod au-
11 tem dicit. Spiritu non litera: hoc eſt, ut ſecundum
ſpiritum, non ſecundum quod habet litera lex in-
telligatur, quod cōtingit illis qui circūciſionē ma
12 gis carnaliter q̃ ſpiritaliter aceeperunt. Quod
autē dicit, Cuius laus nō ex hominib. ſed ex deo.
Illi conuenit quo ait, Qui in ſecreto Iudæus eſt.
13 Quod autē dicit, Quia non iuſtificabitur in le-
Rom.3 ge omnis caro corā illo. Per legem enim cognitio
peccati, & cætera ſimilia, quæ quidā putant in cō-

tumeliā legis obijciēda, ſolicite ſatis legenda ſunt,
A ut neq; lex ab Apoſtolo improbata uideatur, neq;
homini arbitriū liberū ſit ablatum. Itaq; quatuor
iſtos gradus hominis diſtinguamus, ante legē, ſub
lege, ſub gratia, in pace. Ante legē, ſequimur con-
cupiſcentiam carnis. Sub lege, trahimur cum ea.
Sub gratia, nec ſequimur eam, nec trahimur ab ea.
In pace, nulla eſt cōcupiſcentia carnis. Ante legē
ergo nō pugnamus, quia non ſolū concupiſcimus
& peccamus, ſed etiā approbamus peccata. Sub
lege pugnamus, ſed uincimur. Fatemur em̄ mala
eſſe quæ facimus, & fatendo mala eſſe, utiq; nolu-
mus facere: ſed quia nōdū eſt gratia, ſuperamur. In
iſto gradu oſtēditur nobis quomō iacemus, & cū
ſurgere uolumus & cadimus, grauius affligimur.
Inde hoc dicit, Lex ſubintrauit ut abūdaret de- 14
B lictū. Inde & q̃d nunc poſitū eſt, Per legē cogni- Rom.5
tio peccati, Nō enim ablatio peccati eſt, quia per 15
ſolā gratiā auferetur peccatū. Bona ergo lex, quia
ea uetat quę uetāda ſunt, & ea iubet, quæ iubenda
ſunt. Sed cum quiſq; illam uirib. ſuis putat imple-
re, non per gratiam liberatoris ſui, nihil ei prodeſt
iſta præſumptio. Imo etiā tantū nocet ut uehemen
tiori peccandi deſiderio rapiatur, & in peccatis e-
tiam præuaricator inueniat. Vbi enim non eſt lex Rom.4
nec præuaricatio. Sic ergo iacēs cū ſe quiſq; cog-
nouerit, per ſeipſum ſurgere non ualere, imploret
liberatoris auxiliū. Venit ergo gratia quæ donet
peccata præterita, & conantē adiuuet, & tribuat
charitatē iuſtitiæ, & auferat metum. Quod cum 16
ſit, tametſi deſideria quædā carnis dum in hac ui-
ta ſumus, aduerſus ſpiritū noſtrū pugnant ut eum
C ducant in peccatū, non ramē his deſiderijs conſen
tiens ſpiritus, quoniā eſt fixus in gratia & charita-
te dei, deſinit peccare. Non em̄ in ipſo deſiderio 17
prauo, ſed in noſtra cōſenſiōe peccamus. Ad hoc
ualet, quod dicit idē Apoſtolus, Non regnet pec-
catū in ueſtro mortali corpore ad obediendū con Rom.6
cupiſcentijs eius. Hic em̄ oſtēdit eſſe deſideria qui
bus non obediēdo peccatū in nobis regnare non
ſinimus, Sed quoniā ita deſideria carnis de carnis
mortalitate naſcūtur, quā trahimus ex primo pec-
cato primi hominis, unde carnaliter naſcimur, nō
finiet hæc niſi reſurrectione corporis immutata il
la quę nobis promittūr, meruerimus, ubi perfecta
pax erit, quā in quarto gradu cōſtituimus. Ideo au
tem perfecta pax, quia nihil nobis reſiſtit, non reſi
D ſtentib. deo. Hoc eſt quod dicit Apoſtolus, Cor 18
pus quidē mortuum eſt propter peccatū: ſpiritus
autē uita eſt propter iuſtitiā. Si ergo ſpiritus eius
qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in uobis, q Rom.8
ſuſcitauit Chriſtum Ieſum, uiuificabit & mortalia
corpora ueſtra p̄ inhabitantē ſpiritū eius in uobis.
Liberū ergo arbitriū perfecte fuit in primo homi-
ne, in nobis autē ante gratiā non eſt liberum arbi-
triū ut nō peccemus, ſed tamē ut peccare nolimus.
Gratia uero efficit ut nō tantum uelimus recte fa-
cere, ſed etiā poſſimus, nō uirib. noſtris, ſed libera-
toris auxilio, qui nobis etiam perfectam pacem
in reſurrectione tribuit, quæ pax perfecta bonam
uoluntatem conſequitur. Gloria enim in excelſis
deo

Luc.2 deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.
19 Quod autem dicit, Legem euacuamus per fi- A
Rom.3 dem? Abſit, ſed legem ſtatuimus: id eſt: firmamus.
Sed quemadmodum firmanda fuerat lex, niſi per
iuſtitiam? Iuſtitia autem quæ eſt ex fide, quia ex
ipſa quæ non poterant impleri per legem, per fidē
20 impleta ſunt. Quod autē ait. Si enim Abraham
Rom.4 ex operibus iuſtificatus eſt habet gloriam, ſed nō
apud deum. Hoc eſt quia Abraham ſine lege dū
non ex operib. legis gloriam conquirit, quaſi ſuis
uiribus legem impleat. Cum autem adhuc lex iſta
data non eſſet, dei illa gloria, non ſua eſt. Non eñ
merito ſui tanquam ex operibus, ſed dei gratia fi-
21 de iuſtificatus eſt. Quod autem ait, Ei autem
qui operatur, merces non imputatur ſecundum
gratiam, ſed ſecūdum debitum: dixit quemadmo
dum homines hominib. reddant mercedem. Nam B
deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit,
ut per fidem iuſte uiuerent: id eſt, bene operaren-
tur. Quod ergo bene operamur iam accepta gra-
tia, non nobis, ſed illi tribuendum eſt qui per gra-
tiam nos iuſtificauit. Nam ſi debitam mercedem
uellet reddere, & pœnam redderet debitam pec-
22 catoribus. Quod autem ait, Qui iuſtificat im-
pium: hoc eſt de impio pium facit, ut de cætero in
ipſa pietate permaneat atq; iuſtitia, quia ideo iuſti
ficatus eſt ut iuſtus ſit, non ut peccare ſibi licere
arbitretur. Quod autem ait, Lex enim iram o-
23 peratur: uindictam ſignificat, ad illum ſecundum
Rom.4 24 gradum pertinet, cum eſt quiſq; ſub lege. Quod
autem ait, Ante dominū cui credidiſti: ſignifica-
uit fidem in interiore homine eſſe in cōſpectu dei, C
non in oſtentatione hominum, ſicuti eſt carnis cir
25 cuncíſio. Quod autem ait de Abraham, Dans
gloriam deo: aduerſus illos poſitum eſt, qui glori-
am ſuam de operibus legis coram hominib. quæ
26 rebant. Quod autem ait. Non ſolum autem, ſed
Rom.5 & gloriamur in tribulationib. & cætera gradatim
perducit uſq; ad charitatem dei, quam charitatem
dicit nos habere per donum ſpiritus, monſtrat illa
omnia quæ poſſimus nobis tribuere, deo eſſe tri-
buenda, qui per ſpiritum ſanctum gratiam dare di
27 gnatus eſt. Quod autem ait, Vſq; ad legem eñ
peccatum in mundo fuit. Intelligendum eſt quo-
uſq; ueniret gratia, Contra eos enim dictū eſt, qui
arbitrantur per legem auferri potuiſſe peccata.
28 Dicit autem Apoſtolus manifeſtata eſſe pecca D
ta per legem, non autem ablata cum dicit, Pecca-
tum autem non deputabatur, cum lex non eſſet.
Non enim ait, non erat: ſed, non deputabatur. Ne-
que cum lex data eſt, ablatum eſt, ſed deputari cœ
pit, id eſt, apparere. Non ergo putemus uſq; ad le-
gem ita dictum eſſe, quaſi iam ſub lege non eſſet
peccatum, ſed ſic dictum eſt uſq; ad legem, ut to-
tum legis tempus annumeret uſq; ad finem legis,
29 quod eſt Chriſtus. Quod autem ait: Sed regna
uit mors ab Adam uſq; ad Moyſen, & in ijs qui
non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricatio-
nis Adæ, duobus modis diſtinguitur: aut, In ſimi-
litudinem præuaricationi. Adæ regnauit mors:
quia & qui non peccauerunt, ex origine mortali-
tatis Adam, mortui ſunt. Aut certe regnauit mors
& in ijs qui non in ſimilitudinem præuaricationis
Adæ peccauerunt, ſed ante legem peccauerūt: ut
illi peccaſſe intelligantur in ſimilitudinem prçua-
ricationis Adæ qui legem acceperunt, quia & A-
dam accepta peccati lege peccauit. Sane etiam id
quod dictum eſt, ad Moyſen: totum tempus legis
intelligitur. Forma autē futuri dictus eſt Adā, ſed
à cōtrario, ut quomodo per illum mors, ſic per do
minum noſtrum uita. Quòd autē ait, Sed nō ſicut
delictum, ita eſt & donatio: Duob. modis donatio
præcellit, uel ꝙ multo magis abundet gratia, qua
utiq; in æternū uiuitur, Tēporaliter autē per mor-
tem Adæ mors regnauit: uel ꝙ unius delicti con-
demnatione mors multorū facta eſt per Adā, per
dominum autem noſtrū Ieſum Chriſtū multorum
delictorū donatione data gratia in uitam æternā.
Aliam uero differentiā ſic explicans dicit, Et non
ſicut per unū peccantē, ita eſt & donū. Nam iudici
um quidem ab uno in condemnationē, gratia au-
tem ex multis delictis ad iuſtificationē. Ex uno er
go quod dictū eſt, ſubauditur delictū, quia ſequi-
tur, gratia autē ex multis delictis. Ergo hæc diffe-
rentia eſt, ꝙ in Adam unum delictū damnatū eſt,
à domino autem multa donata ſunt. Quod ergó
ſequitur ambas iſtas differentias tener, ut explice-
tur ſic, Si enim ob unius delictum mors regnauit
per unum, multomagis qui abundantiam gratiæ
& iuſtitiæ accipiunt in uita regnabunt per unum
Ieſum Chriſtum. Quod autem dixit, Multo magis
regnabunt: ad uitam æternam pertinet. Quod au-
tem dixit, Abundantiā gratiæ accipient, ad dona
tionē multorū pertinet delictorū. Poſt explicatas
autē has differētias redit ad formā unde cœperat,
cuius ordinem ſuſpēderat, cum diceret, Sicut eñ
per unum hominē peccatū intrauit in hunc mun-
dum, & per peccatum mors: ad quod nūc redit cū
dicit, Itaq; ſicut per unius delictū in omnes ad cō-
demnationē, ita & per unius iuſtificationē om̃es
homines ad iuſtificationē uitæ. Sicut enim per in
obedientiā unius hominis peccatores conſtituti
ſunt multi, ita & per unius obedientiā iuſti cōſtitu
ti ſunt multi. Hæc eſt forma futuri Adā, de qua ſu-
perius loqui cœperat, & eius aliquas differētias in
terponēs diſtulerat ordinē, ad quē nunc redeūdo
cōcluſit dicēs, Itaq; ſicut per unius delictū in om̃es
D homines. &c. Quod autē ait, Lex ſubintrauit ut 30
abundaret delictū, Ipſo uerbo ſatis ſignificauit ne Rom.5
ſciſſe Iudæos qua diſpenſatione lex data ſit. Non
enim data eſt quæ poſſet uiuificare, quia gratia ui-
uificat per fidem, ſed data eſt lex ad oſtendendum
quantis, quamq; arctis uinculis peccatorum con-
ſtricti tenerentur qui de ſuis uiribus adimplendā
iuſtitiam præſumebant. Sic abundauit peccatum
cum & concupiſcentia ex prohibitione ardenti-
or facta eſt, & peccantibus contra legem præuari-
cationis crimē acceſſit. Quod intelligit qui ſecun
dum gradum in illis quatuor gradib. conſiderat.
Quod autem ait, Quid ergo dicemus? Per-
manebimus in peccato ut gratia abundet? Abſit. 31
Qui mortui ſumus peccato, quomō uiuemus in Rom.6
eo

eo? Hinc ostēdit de prȩteritis peccatis factum esse
ut donarentur, & in eo superabundasse gratiam
ut præterita peccata dimitterētur, Ergo quisquis
adhuc quærit augmenta peccati, ut augmentum
gratiæ sentiat, non intelligit id se agere, ut nihil in
eo gratia operetur, Opus enim gratiæ est, ut mori
32 amur peccato. Quod autem ait, Hoc scientes,
quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut e-
uacuetur corpus peccati: refert ad illud quod per
Deut.21 Moysen dictum est. Maledictus omnis qui in li-
gno pepēderit. Veteris hominis crucifixio signi-
ficata est in cruce domini, sicut noui hominis in-
stauratio in resurrectione signata est. Manifestum
est autem secundum eum nos agere ueterem ho-
minem qui maledictus est propter peccatū, & de
domino dictum esse nemo ambigit quòd peccata
nostra portauit, & peccatum pro nobis fecit, & de
33 peccato condemnauit peccatum. Quid est autē
euacuare corpus peccati? Ipse exposuit, Vltra nō
34 seruiamus peccato. Et illud quod ait, Si mortui
sumus cum Christo, hoc est si crucifixi sumus cum
Gal.5 Christo, Dicit enim alio loco, Qui autem Christi
Iesu sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs
& concupiscentijs. Non ergo dominum maledi-
xit Moyses, sed quid ostenderit eius crucifixio,
35 prophetauit. Quod autem ait, Peccatum enim
in uobis non dominabitur, Non enim estis sub le-
ge, sed sub gratia: utiq; ad tertium illum gradum
iam pertinet, ubi homo iam mente seruit legi dei,
q̃uis carne seruiat legi peccati, Non enim obau-
dit desiderio peccati, q̃uis ad hoc sollicitēt concu-
piscentiæ, & prouocent ad consensionem, donec
uiuificetur etiam corpus, & absorbeatur mors in
uictoriam. Quia ergo non cōsentimus desiderijs
prauis, in gratia sumus, & non regnat peccatum
in nostro mortali corpore, & omnino ex illo loco
ubi ait, Qui mortui sumus peccato, quomodo ui-
uemus in eo? eum describit, qui est sub gratia con
stitutus. Cui autē dominatur peccatum, q̃uis pec-
36 cato non resistat, adhuc sub lege est, nō sub gra-
Rom.7 tia. Quod autem dicit, Mulier etiam sub uiro ui
uo marito, uincta est legi: si autem mortuus fuerit
uir eius, euacuata est à lege uiri: &c. Animaduer-
tendum est, istam similitudinem in hoc differre ab
ea re propter quam adhibita est, q hic uirum dicit
mori, ut mulier nubat cui uolet liberata à lege ui-
ri: ibi autem constituat animam quasi mulierē, ui-
rum autem quasi passiones peccatorum, quæ ope
rantur in membris, ut fructum ferant morti, id est
ut tali coniugio proles digna nascatur, & lex quæ
data est non ad auferēdum peccatum, uel ad libe-
rationem à peccato, sed ad ostendendum peccatū
ante gratiam. Per quod factum est, ut sub lege po-
siti, & uehementiori desiderio peccandi raperen-
tur, & amplius etiā de præuaricatione peccarent.
Cum ergo & ibi tria sint, anima tanq̃ mulier, paſ-
siones peccatorum tanq̃ uir, & lex tanq̃ lex uiri,
non ibi peccatis mortuis tanq̃ uiro mortuo libe-
rari animam dicit, sed ipsam animam mori pecca-
to & liberari à lege, ut sit alterius, id est Christi cū
mortua fuerat peccato, quanuis adhuc quasi ui-
uente ipso peccato, quod fit cum adhuc manenti
A bus in nobis desiderijs & inuitamentis quibusdā
ad peccandum, nō obedimus tamen, neq; consen
timus mente seruientes legi dei, quia mortui su-
mus peccato. Morietur autem & peccatum, cum
reformatio corporis in resurrectione facta fuerit,
de qua post dicit, Viuificabit & mortalia corpo- Rom.8
ra uestra propter spiritum manentem in uobis.
Quod autem dicit, Occasione accepta peccatū 37
per mandatum operatum est in me omnem con-
cupiscentiam: intelligendum est non omnem fuis
se concupiscentiam antequam prohibitione au-
cta esset, Augetur enim prohibitione concupiscē
tia quando deest gratia liberantis, ideo nondum
est omnis antequam prohibeatur, cum autem pro
hibita fuerit, desistente, ut diximus, gratia, tantum
B crescit concupiscentia, ut ita in suo genere omnis,
id est consummata fiat, ut etiam contra legem fa-
ciat, & præuaricatione crimen accumulet. Cum
autem dicit, Sine lege enim peccatum mortuum
est: Non quia non est, dixit mortuum est, sed quia
latet, quod in consequentibus manifestat cum di-
cit, Sed peccatum ut appareat peccatum, per bo-
num mihi operatum est mortem. Bona est enim
lex, Sed sine gratia ostendit tantummodo pecca-
ta, non tollit. Quod autem ait, Ego autem ui-
uebam aliquando sine lege: intelligendum est, ui- 38
uere mihi uidebar, quia ante mandatum latebat
peccatum. Et quod ait, Adueniente autem man-
dato, peccatum reuixit, Ego autem mortuus sum:
intelligendum est, peccatum apparere cœpit, ego
autem mortuum me esse cognoui. Quod au- 39
tem ait, Peccatum occasione accepta per manda-
C tum fefellit me, & per illud occidit: Ideo dictum
est, quia desiderij prohibiti fructus dulcior est. Vn
de etiam quæcunque peccata occulte fiunt dulci-
ora sunt, quanuis mortifera ista dulcedo sit. Inde
est quòd apud Salomonem fallacis doctrinæ ima
gine sedens mulier & inuitans ut ad se ueniant in-
sipientes, scribitur dicere, Panes occultos liben-
ter edite, & aquam furtiuam dulcem bibite. Ista Prouerb.9
dulcedo est occasio per mandatum inuenta pec-
cati: quæ cum appetitur utiq; fallit, & in maiores
amaritudines uertit. Quod autem ait, Quod er 40
go bonum est, mihi factū est mors? Absit, Sed pec
catum ut appareat peccatum, per bonum mihi o-
D peratum est mortem. Hic euidenter ostēdit quod
superius dixerat. Sine lege etiam peccatum mor-
tuum est: ideo dixisse, quia latet: quandoquidem
nunc dicit, Nō illud bonum, id est, legem factam
sibi esse mortem, sed peccatū operatum esse mor-
tem per bonum legis, id est, ut appareret peccatū
quod latebat sine lege. Tunc enim se mortuum
quisq; cognoscit, cum illud quod recte præceptū
esse cōfitetur implere non potest, & præuaricatio
nis crimine amplius peccat, quàm si non prohibe
atur. Hoc est quod in consequentibus dicit, Vt fi-
at supra modum peccator peccans per mandatū,
quod ante mandatū minus erat, quia ubi non est
lex, nec præuaricatio. Quod autē ait, Scimus quia 41
lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Satis 1 Retrat.23
ostendit

ostēdit non posse impleri legem, nisi in spiritalib.
quales facit gratia dei: similis enim quisque factus A
ipsi legi, facile implet quod præcipit, nec erit sub
illa sed cum illa. Is est autem qui iam non capitur
temporalibus bonis, nec terretur temporalib. ma-
42 lis. Quod autem ait, Venundatus sub peccato:
Rom.7 intelligendum est, quòd unusquisq; peccando ani
mam suam diabolo uendit, accepto tanq̃ precio
dulcedine temporalis uoluptatis. Vnde & domi-
nus redemptor noster dictus est, quia hoc modo
quo dictum est, uenditi eramus, Quod autem
ait, Quod enim operor ignoro, Potest uideri mi-
nus intelligentib. contrarium esse illi sentētiæ qua
dixit, Peccatum ut appareat peccatum, per bonū
mihi operatum est mortem. Quomodo enim ap-
paret si ignoratur? Sed ignoro, sic dictum est hoc
loco, ut intelligatur, nō approbo. Quomodo enī B
tenebræ nō uidentur, sed lucis comparatione sen-
tiuntur: hoc autem sentire tenebras quod est non
uidere: sic & peccatum, quia non illustratur luce
iustitiæ, non intelligendo dignoscitur, sicuti tene-
Psal.18 bras dictum est non uidendo sentiri. Et ad hoc per
tinet quod in Psalmo dicitur, Delicta quis intelli-
44 git? Quod autem ait, Non enim quod uolo hoc
ago, sed quod nolo hoc facio. Si autem quod nolo
hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Satis
quidem lex ab omī criminatione defenditur. Sed
cauendum ne quis arbitretur his uerbis auferri nō
bis liberum uoluntatis arbitrium, quod non ita
est, Nunc enim homo describitur sub lege posi-
tus ante gratiam. Tūc enim peccatis uenditur, dū
uiribus suis iuste uiuere conatur sine adiutorio li- C
berantis gratiæ dei. In libero autem arbitrio habet
ut credat libère & accipiat gratiam, ut iam illo qui
eam donat liberante & adiuuante non peccet: at-
q; ita desinat esse sub lege, sed cum lege uel in lege
implēs eam charitatem dei, quod timore non po-
terat. Quod autem ait, Video aliam legem in
45 membris meis: & reliqua, legē peccati dicit, qua
quisq; carnis consuetudine implicitus astringitur.
Rom.7 Hanc repugnare ait, legi mentis suæ, & se captiua
re sub lege peccati. Vnde intelligit ille homo de-
scribi qui nōdum est sub gratia: Si enim repugna-
ret tantū cōsuetudo carnalis & nō captiuaret, nō
esset damnatio. In eo enim est damnatio q obtem
peramus & seruimus desiderijs prauis carnalib. Si
autem existant, & nō desint talia desideria, non ta D
men his obediamus, nō captiuamur & sub gratia
iam sumus, de qua loquitur cum exclamauit libe-
ratoris auxiliū, ut possit per gratiā charitas, quod
per legem timor non poterat. Dixit enim, infelix
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Et subiecit, Gratia dei per Iesum Christum
dominum nostrum. Deinde incipit describere ho
minē sub gratia constitutū: qui tertius gradus est
46 illorum quatuor quos distinximus: Ad hunc
gradū iam pertinet quod statim subiungit, Igitur
ego ipse mēte seruio legi dei, carne autem legi pec
cati: quia licet existentib. desiderijs carnalib. iam
non seruit consentiendo ad faciendum peccatum
qui sub gratia cōstitutus, mente seruit legi dei, Le

gem autē peccati dicit transgressionem Adæ con
ditionem mortalem, qua mortales facti sumus. Ex
hac enim labe carnis concupiscentia carnalis solli
citat, & secundum hanc dicit, Fuimus & nos natu Ephe.2
ra filij iræ sicut & cæteri. Quod autē dicit, Nul- 47
la ergo condemnatio est nūc his qui sunt in Chri- Rom.8
sto Iesu: satis ostendit condemnationem non esse
si existant desideria carnalia, sed si eis ad peccan-
dum obediatur. Quod contingit his qui sub lege
constituti sunt, nondum sub gratia. Nam sub lege
constituti, non solum repugnantem habent con-
cupiscētiam, sed etiam captiui ducuntur, cum ob
temperant. Non autem contingit his qui mente
seruiunt legi dei. Quod autem ait, Quod enim 48
impossibile erat legi, in qua infirmabatur per car-
nem, deus filium suum misit in similitudinem car-
nis peccati, & de peccato damnauit peccatum in
carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui
non secundum carnem ambulamus, sed secundū
spiritum: Manifestissime docet eadem ipsa præ-
cepta legis propterea nō impleta, q̃uis essent im-
plēda, quoniam quib. data erat lex ante gratiā, de
diti erant carnalib. bonis, & ex his beatitudinem
acquirere cupiebant, neq; metuebant, nisi cum
talibus bonis imminebat aduersitas, & ideo cum
illa temporalia deturbarentur, facile recedebant
à præceptis legis. Infirmabatur ergo lex non im-
plendo quod præcipiebat, non sua culpa, sed per
carnem, id est per eos homines qui carnalia bona
appetendo non amabant legis iustitiam, sed ei tē-
poralia commoda præponebant, Et ideo libera-
tor dominus noster Iesus Christus suscipiēdo mor
talem carnem, uenit in similitudinem carnis pec-
cati. Carni enim peccati, debita mors est. At uero
illa mors domini, dignationis fuit, non debiti, &
tamen hoc quoq; Apostolus peccatum uocat su-
sceptionem mortalis carnis, quanuis non pecca-
tricis, ideo quia immortalis tanquam peccatum
facit cum moritur. Sed de peccato, inquit, con-
demnauit peccatum in carne. Id enim egit mors
domini, ne mors timeretur, & ex eo iam non ap-
peterentur temporalia bona, nec metuerentur tē-
poralia mala, in quibus carnalis erat illa pruden-
tia, in qua impleri legis præcepta non poterant.
Hac autem prudentia in homine dominico ex-
tincta & ablata, iustitia legis impletur, cum secun-
dum carnem non ambulatur, uel secundum spiri-
tum. Vnde uerissime dictum est. Non ueni solue- Matth.5
re legem, sed adimplere. Plenitudo ergo legis cha
ritas, & charitas eorum est qui secundum spiritum
ambulant, Hæc enim ad gratiam pertinent spiri-
tussancti. Quando enim non erat charitas iusti-
tiæ, sed timor, lex non implebatur. Quod au- 49
tem ait, Quia prudentia carnis inimica est in de-
um. Legi enim dei non est subiecta, nec enim po-
test: ostendit quid dixerit, inimica: ne quis putaret
tanq̃ ex aduerso principio aliquam naturam quā
non condidit deus, inimicitias aduersus deum ex
ercere. Inimicus ergo dei dicitur, qui legi ipsius
nō obtēperat, & hoc per carnis prudentiam, id est,
cum appetit tēporalia bona, & timet temporalia
mala

mala. Definitio enim prudentiæ in appetendis bonis & uitandis malis explicari solet. Quapropter A recte appellat Apostolus carnis prudentiam, qua hæc appetuntur pro magnis bonis quæ non perseuerant cum homine, & ne hæc amittantur time tur, quæ quandoque amittenda sunt. Non potest autem talis prudentia legi dei obtemperare. Sed tūc obtēperatur legi cum hæc prudentia extincta fuerit, ut ei succedat prudentia spiritus, qua nec in tēporalib. bonis spes nostra est, neque in malis timor. Eadem nanque animæ natura & prudentiam carnis habet, cum inferiora sectatur: & prudentiam spiritus, cum superiora elegit, diligit. Quemadmodū eadem aquæ natura & frigore congelascit, & calore resoluitur. Sic ergo dictum est, Legi dei non

Rom.8 est subiecta prudētia carnis: nec enim potest: quo modo recte diceretur, niuem non posse calefieri, B neque enim potest: Sed cum adhibito calore soluit, & calescit aqua, iam nemo potest eā niuē dicere.

50 Quod autem ait, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Corpus mortuum dicit mortale: ex ipsius enim mortalitate indigentia rerum terrenarū solicitat animā: & quædam desideria excitat, quibus ad peccandum non obtemperat qui iam men

51 te seruit legi dei. Quod autē ait, Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantē spiritū eius in uobis. Iam quartum gradum demonstrat ex illis quatuor quos superius distinximus. Sed gradus iste in hac uita non inuenitur. Pertinet ēm ad spem qua expectamus redemptionē corporis C

1 Corin.15 nostri quando corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatē. Ibi pax perfecta est, quia nihil molestiarum anima de corpore patietur iam uiuificato, & in cœlestē qualitatem immutato.

52 Cum autem ait, Non enim

Rom.8 accepistis spiritum adoptionis filiorū in quo clamamus, abba pater. Euidētissime duorū testamentorum distincta sunt tēpora. Illud enim ad timorē pertinet, nouum autem ad charitatem. Sed quæri-

Rom.6 tur quis sit spiritus seruitutis, Nam spiritus adoptionis filiorū, utique spiritussanctus est. Spiritus ergo seruitutis in timore, ille est qui potestatē habet mortis, quia in ipso timore per totam uitam rei erant seruitutis qui sub lege agebant, non sub gratia. Nec mirandum est quod eum acceperunt per diui D nam prouidētiam qui bona temporalia sectabantur, non quia ipsius est lex, & mandatum, Nā lex sancta est & mandatum sanctum & iustum & bonum. Ille autem spiritus seruitutis non utique bonus est, quem accipiūt qui præcepta datæ legis implere non possunt, dum seruiunt desiderijs carnalib. nondum gratia liberatoris assumpti in filiorū adoptionem, quia & ipse spiritus seruitutis non habet quenquam in potestate, nisi qui ei per ordinem diuinæ prouidentiæ traditus fuerit, dei iustitia sua cuique tribuēte. Quam potestatem acceperat Aposto-

1 Tim.1 lus cum dicit de quibusdam, Quos tradidi Satanæ

1 Cor.5 ut discant non blasphemare. Et iterū de alio. Iam iudicaui, inquit, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis ut anima salua sit. Qui ergo necdū sub gratia sunt, sed sub lege constituti, uincuntur peccatis ad obediendum desiderijs carnalibus: & præuaricatione augent reatum criminum suorū: spiritum acceperūt seruitutis, id est, spiritum eius qui potestatem mortis habet. Nam si spiritum seruitutis ipsum spiritū hominis intellexerimus, incipit & spiritus adoptionis ipse intelligi tanquam in melius cōmutatus. Sed quia spiritum adoptionis spiritumsanctum accipimus, quod manifeste ostēdit cum dicit, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro: testatur spiritum seruitutis illum intelligamus cui seruiunt peccatores: ut quemadmodum spiritussanctus à timore mortis uindicat, sic spiritus seruitutis qui potestatem habet mortis, eiusdem mortis terrore eos teneat, ut se ad liberatoris auxiliū quisque conuertat, etiam ipso diabolo inuito qui eum semper in potestate habere desiderat.

53 Quod autem ait, Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati ēm Rom.8 creatura subiecta est non sponte: & c. usque ad id quod ait, Et ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Sic intelligendum est, ut neque sensum gemendi & dolendi opinemur esse in arborib. & oleribus & lapidibus & cæteris huiuscemodi creaturis. Hic enim error Manichæorum est. Neque angelos sanctos uanitati subiectos esse arbitremur: & de his existimemus quod liberabuntur à seruitute interitus, cum interituri utique non sint: sed omnem creaturā in ipso homine sine ulla calumnia cogitemus. Nō ēm creatura ulla esse potest, nisi aut spiritalis quæ excellit in angelis, aut animalis, quæ etiam in uita bestiarum satis apparet, aut corporalis quæ uideri & tangi potest, Omnis autem est etiam in homine, quia homo constat spiritu & anima & corpore. Ergo creatura reuelationem filiorum dei expectat, quicquid nunc in homine laborat, & corruptioni subiacet, illam scilicet manifestationem de qua idē dicit Apostolus, Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo: Cum Col.3 Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos cū ipso apparebitis in gloria. Dicit enim et Ioannes, Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum appa- 1 Ioan.3 ruit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. Hanc ergo reuelationem filiorū dei expectat creatura, quæ in homine nunc uanitati subiecta est, quod diu dedita est temporalibus rebus quæ transeunt tanque umbra. Vnde & in Psalmis dicitur, Homo Psal.144 uanitati similis factus est, dies eius uelut umbra prætereunt. De qua uanitate etiam Salomō loqui tur cum dicit, Vanitas uanitantium, & omnia ua- Eccl.1 nitas, Quæ abundātia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole? De qua item dicitur, Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis menda- Psal.4 cium? Non sponte autem dicit esse subiectam uanitati creaturā, quoniā pœnalis est ista subiectio. Non enim homo sicut sponte peccauit, sic etiam sponte damnatus est, quæ tamen damnatio non si-

ne spe reparationis irrogata est naturæ nostræ. Et
ideo propter eum, inquit, qui subiecit eam in spe
quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute interi
tus in libertatem gloriæ filiorum dei, id est etiã ip-
sa natura, quæ tantummodo creatura est, nõdum
per fidẽ aggregata numero filiorum dei, sed tamẽ
in eis qui credituri erãt uidebat Apostolus quod
dicit, quia creatura liberabit̃ à seruitute interitus,
ut interitui nõ seruiat, cui seruiũt omnes peccato-
Gen.2 res. Peccatori enim dictũ est, Morte morieris. Li-
berabitur autẽ in libertatẽ gloriæ filiorũ dei, id est
ut & ipsa perueniat ad libertatem gloriæ filiorum
dei per fidẽ, quæ fides cũ in ea non erat, tantũmo-
do creatura dicebatur. Et ad ipsam refert quod se-
quitur, scimus em̃ quia creatura cõgemiscit & do
let usq; adhuc, Erãt enim adhuc credituri qui spiri B
tui subiacebãt, laboriosis errorib. Sed ne quis pu-
taret de ipsorum labore tantũ dictũ esse, subiũgit
etiam de ijs qui iam crediderãt. Quanq; em̃ spiri-
tu, hoc est mẽte seruirẽt legi dei, tamen quia carne
seruitur legi peccati, q; diu in hac uita molestias &
solicitudines mortalitatis nostræ patimur, ideo ad
Rom.8 didit dicens, Non solũ autẽ ipsi, sed & nos primi-
tias spiritus habentes, & ipsi in nobis ingemisci-
mus adoptionẽ expectantes, redemptionẽ corpo
ris nostri. Non solũ ergo, inquit, ipsa quæ tantum
modo creatura dicitur in hominib. qui nondũ cre
diderũt, & ideo nondũ in filiorũ dei numero cõsti
tuti sunt, congemiscit & dolet, sed etiã nosmetipsi
qui credimus & spũs primitias habemus, q; spiri-
tu adhæremus deo per fidem, & ideo nõ iam crea
tura sed filij dei appellamur, tamẽ & ipsi in nobis C
ingemiscimus adoptionem expectantes redem-
ptionem corporis nostri. Hæc enim adoptio quæ
iam facta est in ijs qui crediderũt, in spiritu nõ cor
pore facta est. Nondũ enim etiã corpus reforma-
tũ est in cœlestẽ illã mutationẽ, sicut spiritus iam
mutatus est reconciliatione fidei ab errorib. con-
uersus ad deum. Ergo etiã in ijs qui crediderunt,
expectatur adhuc illa manifestatio quæ in corpo-
ris resurrectione ꝑueniet: quæ pertinet ad quar-
tum illum gradum, ubi ex toto perfecta pax erit,
& requies æterna, nulla nobis ex aliqua parte cor
54 ruptione existẽte, aut solicitãte molestia. Quod
autem ait, Similiter & spiritus adiuuat infirmita-
tem nostram, Quid enim oremus sicut oportet, ne
scimus. Manifestum est eum de spiritusancto di-
cere, quod in consequentib. clarũ est, ubi ait, quia D
secũdum deum interpellat pro sanctis. Nos ergo
q̃d oremus sicut oportet, nescimus. Duas ob res
& illud quod futurum speramus, & quò tẽdimus
necdũ apparet: & in hac ipsa uita multa possunt
nobis prospera uideri quæ aduersa sunt, & aduer
sa quæ prospera. Nam & tribulatio quando acci-
dit seruo dei ad probationem uel emẽdationem,
uidet̃ nonnunq; minus intelligentib. inutilis: sed
Psal.59 si referatur ad illud quod dictum est, Da nobis au
xilium de tribulatione, & uana salus hominis: in-
telligitur, quia plerunq; de tribulatione nos adiu-
uat deus: & frustra salus optatur, quæ aliquando
aduersa est, cum delectatione & amore huius ui-

tæ implicat animam. Inde est & illud, Tribulatio- Psal.114
A nem & dolorem inueni. Cum enim dicit, inueni:
significauit utilẽ, Non enim recte gratulamur nos
inuenisse, nisi quod quæramus: ergo quid oremus
sicut oportet, nescimus. Deus enim nouit, & quid
nobis in hac uita expediat, & quid post hanc uitã
daturus sit. Sed ipse spiritus interpellat in gemiti-
bus inenarrabilibus. Gemere dicit spiritũ, q; nos
gemere faciat charitatem concitans desideriũ fu-
turæ uitę, sicut dicit, Tentat uos dominus deus ue Deut.13
ster ut sciat si diligatis eũ, id est ut scire uos faciat,
Non enim deum aliquid latet. Quod autem ait, 55
Quos uocauit, ipsos & iustificauit, Potest mouere Rom.8
& quæri, utrum omnes qui uocati sunt, iustificen-
tur: sed alibi legimus, Multi uocati, pauci autẽ ele Matt.22
cti, Tamẽ quia ipsi quoq; electi utiq; uocati sunt,
manifestum est non iustificatos nisi uocatos: quã-
quam non omnes uocatos, sed eos qui secundum
propositum uocati sunt, sicuti superius dixit. Pro-
positum autem dei accipiẽdum est non ipsorum:
Ipse autem exponit quid sit secundum propositũ,
cum dicit, Quoniã quos ante præsciuit & præde-
stinauit conformes imaginis filij dei: Non enim
omnes qui uocati sunt, secundũ propositũ uocati
sunt: hoc enim propositum, ad pręscientiam & ad
prædestinationem dei pertinet: nec pędestinauit
aliquẽ, nisi quem præsciuit crediturũ & secuturũ
esse sanctorũ uocationem, quos & electos dicit,
Multi enim non ueniunt, cũ uocati fuerint: Nemo
aũt uenit qui uocatus nõ fuerit. Quod autẽ di- 56
cit, Vt sit primogenitus in multis fratrib. Satis do-
cet aliter intelligendum deum nostrũ unigenitũ,
aliter primogenitum: Nam ubi unigenitus dicit̃,
fratres non habet, & naturaliter est filius dei uer-
bum in principio, per quod facta sunt omnia. Se-
cũdum susceptionem aũt hominis & incarnatio-
nis dispensationem, per quã nos etiam non natu-
raliter filios in adoptionem filiorũ uocare digna-
tus est, primogenitus dicitur cum adiunctione fra
trum. Vbi enim primus dicitur nõ utiq; solus, sed
cõsecuturis fratrib. in quo ipse præcessit. Vnde &
alio loco primogenitũ eũ à mortuis dicit, ut sit in
omnib. ipse primatũ tenẽs. Resurrectio enim mor
tuorum ut iam nõ moriatur, ante illum nulla, post
illum autẽ multorum sanctorum est, quos fratres
non confunditur appellare propter ipsam cõmu-
nicationem humanitatis. Quod aũt dicit, Quis 57
nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an
angustia, an persecutio &c. Ex superiore sentẽtia
pendet ubi ait, Si tamẽ cõpatimur ut & glorifice-
mur, Existimo enim q; nõ sunt cõdignæ passiões
huius tẽporis ad futurã gloriã quę reuelabit̃ in no
bis. Ad ipsam enim hortationẽ omnis huius loci
intẽtio directa est, ne illi quib. loquimur persecu-
tionib. frãgerent̃, si uiuerẽt secũdũ prudentiã car-
nis, qua tẽporalia bona appetunt̃, & timent̃ tẽpo
ralia mala. Quod aũt ait, Certus sum em̃: & non 58
dixit, opinor: plena fide tenuit, q; nec mors ulla, Rom.8
nec uitæ tẽporalis ꝓmissa, nec cætera subsequẽtia
possunt credentẽ à charitate dei detorquere. Ne-
mo ergo separat, nec qui minat̃ mortem, quia qui

credit in Christo, licet moriaṫ uiuet: Neq; qui pol
liceṫ uitã, quia ille dat uitã æternã. Nã tẽporalis ui
tæ pollicitatio, æternæ uitæ cõparatiõe cõtẽnen-
da est. Neq; angelus separat, quia licet angelus, in-
Gal.1 quit, de cœlo descẽdat & annũciet uobis præterq;
quod accepistis, anathema sit. Neq; principatus,
Col.2 id est cõtrarius, quia exuit seipse bos principatus
& potestates triũphãs eos in semeripso. Neq; pręsentia,
neq; futura, id est tẽporalia uel quę delectãt
uel quæ premunt, uel quæ spẽ dant, uel quæ incu-
tiunt timorẽ. Neq; uirtus, Et hic uirtutẽ cõtrariam
Luc.11 oportet intelligi secundũ quam dicit, Nemo uasa
fortis diripiet, nisi prius alligauerit fortẽ. Neq; alti
tudo, neq; profundũ: plerũq; eñ inanis curiositas
earũ rerũ quæ inuenirt nõ possunt, aut frustra etiã
inueniuntur siue in cœlo siue in abysso, separat à
deo: nisi charitas uincat, quę ad certa spiritalium
non unitate rerũ quæ foris sunt, sed ueritate quæ
intus homines inuitat. Neq; creatura alia, Quod
duob. modis intelligi potest, Aut uisibilis creatu-
ra, quia & nostræ animæ creatura sunt, sed inuisibi
lis: ut hoc dixerit, q nõ separet alia creatura à cha-
ritate dei, id est amor corporũ, Aut certe quia nos
non separat alia creatura à charitate dei, ex eo q
nulla creatura est alia inter nos & deum, quę se op
ponat & à cõplexu eius excludat: supra bumanas
enim mentes quæ rationales sunt, iam nulla crea-
59 tura, sed deus est. Quod autem dicit, Quorũ pa
Rom.9 tres ex quibus Christus secundum carnem: & ad-
iecit, Qui est super oĩa deus benedictus in secu-
la: plenissima fide commendat q deum nostrum
secundum susceptionẽ carnis filium hominis con
fitemur, & secũdum æternitatẽ & uerbum in prin
cipio deum benedictũ super omnes in secula. Hu-
ius aũt confessionis Iudæi quoniam partem tenue
runt, refelluntˢ à domino. Nam cũ eos interrogas-
set, cuius filium dicerẽt esse Christum, Responde-
Matt.22 runt, Dauid. Hoc aũt secundũ carnem est. De diui
nitate uero eius quod deus est, nihil responderũt.
Ideo dominus air eis. Quõ ergo Dauid in spiritu
uocat eum dominum? Vt intelligerent hoc se cõ-
fessos esse tantũ, q Christus filius est Dauid, boc
aũt tacuisse, q est Christus dominus ipsius Dauid.
Illud eñ est secundum susceptionẽ carnis, hoc se-
60 cundum æternitatẽ diuinitatis. Quod autẽ ait,
Rom.9 Nondũ eñ nascentiũ, neq; agentiũ aliquid boni
aut mali, ut secũdũ electionẽ propositũ dei mane-
ret, nõ ex operib. sed ex uocãte dictum est ei, quia
Gen.25 maior seruiet minori: Sicut scriptũ est, Iacob dile-
Malac.1 xi, Esau aũt odio habui. Nõnullos mouet, ut putẽt
Apostolum Paulum abstulisse liberũ uoluntatis
arbitriũ, quo promeremur deũ bono pietatis, uel
malo impietatis offendimus. Dicũt eñ, q ante o-
pera aliqua, seu bona seu mala, duorũ necdum na
scentiũ deus unũ dilexerit, & alterũ odio habue-
rit, Sed respõdemus, præsciẽtia dei factũ esse, qua
nouit etiã de nõdũ natis, qualis quisq; futurus sit.
Sed ne qs dicat, Opera ergo elegit deus in eo quẽ
dilexit, quanq; nondũ erant, q erãt futura præscie
bat. Quod si opera elegit, quomodo dicit Aposto
lus, nõ ex operib. factã electionẽ? Propterea ergo
intelligendũ est, opera bona per dilectionẽ fieri,
A dilectionẽ aũt esse in nobis p donũ spiritussancti,
sicut idem Apost. dicit, Charitas dei diffusa est in Rom.5
cordib. nostris per spiritũsanctũ qui datus est no-
bis. Nõ ergo quisq; gloriari debet ex operib. tãq;
suis, quæ per donũ dei habet, cũ ipsa dilectio in eo
bonũ operaṫ. Quid ergo elegit deus? Si enim cui
uult donat spiritũsanctũ per quẽ dilectio operaṫ
bonũ, quõ elegit cui donet? Si eñ nullo merito,
nõ est electio, æquales enim omnes sunt ante me-
ritũ, nec potest in rebus omnino æqualib. electio
nominari, Sed quoniã spiritussanctus nõ datur ni-
si credentib. nõ quidẽ deus elegit opera quæ ipse
largitur, cum dat spiritũsanctũ, ut per charitatẽ bo
na operemur, Sed tamẽ elegit fidem. Quapropter
B nisi quis credat in eum & in accipiendi uoluntate
permaneat, nõ accipit donũ dei, id est spiritũsan-
ctum per quẽ infusa charitate bonũ possit opera-
ri, Nõ ergo elegit deus opera cuiusq; in præscien- 1 Retract. 23
tia, quæ ipse daturus, sed fidẽ elegit in præscientia,
ut quẽ sibi crediturũ esse præsciuit, ipsum elegerit
cui spiritũsanctũ daret, ut bona operãdo etiam ui-
tam æternã consequereṫ. Dicit enim idẽ Aposto- 1 Corin.12
lus, Idẽ deus qui operaṫ oĩa: & in omnib. Nusq;
aũt dictum est, Deus credit oĩa in omnib. Quod 1 Retract. 23
ergo credimus, nostrũ est: quod aũt bonũ opera- 2 sent. distin.
mur, illius est qui credentib. in se dat spiritũsanctũ. 28 c. in expo
Hoc aũt exemplũ quibusdã Iudæis obiectum est, sitione
qui Christo crediderãt, & de operibus ante gratiã
gloriabantur, & dicebant se Euãgelij gratiam per
C sua bona opera præcedentia meruisse, cũ bona o-
pera in nullo esse possint, nisi qui acceperit gratiã.
Est aũt gratia, ut uocatio peccatoris prorogetur,
cum eius merita nulla, nisi ad dãnationẽ præcesse
rint: Quòd si uocatus uocãtẽ secutus fuerit, quod
est iam in libero arbitrio, merebiṫ & spiritũsanctũ
per quẽ bona possit operari, in quo permanens,
quod nihilominus est in libero arbitrio, merebiṫ
etiam uitã æternã, quæ nulla possit labe corrũpi.
Quod autẽ ait, Miserebor cui misertus ero, & 61
misericordiã præstabo cui misericors fuero: Hinc Exod.33
ostẽditur nõ esse iniquitatẽ apud deũ, qd possunt
dicere quidã cũ audiũt anteq; nascerentˢ: Iacob di
lexi, Esau autẽ odio habui. Miserebor, inquit, cui Malach.1
misertus ero, Primo enim misertus est nostri deus,
D cum peccatores essemus ut uocaret nos. Cui ergo
misertus ero, inquit, ut eum uocem miserebor ad-
huc eius cum crediderit. Quomodo aũt adhuc, ni
si ut det credẽti & petẽti spiritũsanctũ? Quo dato
misericordiã præstabit cui misericors fuerit, id est,
ut faciat eum misericordẽ quo bona possit per di-
lectionẽ operari. Nemo ergo sibi audeat tribue-
re q misericorditer operatur: quia deus illi per spi
ritumsanctum dedit dilectionem, sine qua nemo
potest esse misericors. Nõ ergo elegit deus bene
operantes, sed credentes potius, ut ipse illos faci-
at bene operari. Nostrum enim est credere & uel-
le, illius autem dare credentibus & uolentibus fa-
cultatẽ bene operãdi per spiritũsanctũ, per quem Rom.5
charitas dei diffundiṫ in cordib. nostris, ut nos mi Rom.9
sericordes efficiat. Quod autẽ ait, Igitur nõ uo- 62
lentis

lentis, neq; currentis sed miserentis est dei: Nō tol
lit liberū uoluntatis arbitriū, sed nō sufficere dicit A
uelle nostrū, nisi adiuuet deus, misericordes nos
efficiēdo ad bene operādū per donū spiritussan-
cti: ad hoc referēs, quod superius dixit, Miserebor
1 Retract. 23 cui misertus ero, & misericordiā præstabo, cui mi
sericors fuero. Quia neq; uelle possumus: nisi uoce
mur: & cū post uocationē uoluerimus, nō sufficit
uoluntas nostra, & cursus noster, nisi deus & uires
currentibus præbeat, & perducat quò uocat. Ma-
nifestum est ergo, nō uolētis neq; currētis, sed mi-
serentis esse dei ꝙ bene operamur: quanq; ibi sit
etiā uoluntas nostra, quæ sola nihil posset. Vnde
sequit etiā de Pharaonis supplicio testimoniū, cū
ait scriptura de Pharaone, Quia ad hoc te excita-
ui, ut ostendā in te potentiā meā, & ut annunciet
Exod. 9 nomen meū in uniuersa terra. Sicut ēm legimus in B
Exodo, Obduratū est cor Pharaonis, ut tam eui-
Exod. 10 dentibus signis non moueretur. Quod ergo tunc
Pharao nō obtēperabat præceptis dei, iam de sup
plicio ueniebat. Nō aūt quisq; potest dicere obdu
rationē illā cordis immerito accidisse Pharaōi, sed
iudicio dei retribuētis incredulitati eius debitam
pœnā. Nō ergo hoc illi imputat ꝙ tūc nō obtēpe-
rauit, quādoquidē obdurato corde obtemperare
nō poterat, sed quia dignū se præbuit, cui cor ob-
duraretur priori infidelitate. Sicut ēm in ijs quos
elegit deus, nō opera, sed fides inchoat meritum,
ut per munus dei bene operenť: sic & in his quos
damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ me
Rom. 1 ritum, ut per ipsam pœnam etiā male operentur:
sicut & superius idem dicit Apostolus, Et quoni-
am non probauerūt deum in notitia habere, tradi C
dit illos deus in reprobum sensum, ut faciant quæ
non cōueniunt. Quapropter ita cōcludit Aposto
Rom. 9 lus, Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdu
rat: Cuius enim miseretur, facit eum bonum ope-
rari, & quē obdurat, relinquit eum ut mala opere-
tur. Sic & illa misericordia præcedēti merito fidei
tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati,
ut & bona per donum dei operemur, & mala per
supplicium, cū tamen homini nō auferatur liberū
uoluntatis arbitriū, siue ad credendū deo ut conse
quatur nos misericordia, siue ad impietatē ut con
sequatur nos supplicium. Qua conclusione illata,
infert quæstionē tanq; à contradicente. Ait enim,
Rom. 9 Dicis itaq; mihi: Quid adhuc conqueritur? Nam
uoluntati eius quis resistit? Cui sanè quæstioni sic D
responder ut intelligamus spiritalibus uiris, etiam
nō secundū terrenū hominē uiuētib. patere posse
prima merita fidei & impietatis, quō deus præsci-
entia eligat credituros, & damnet incredulos: nec
illos ex operibus eligens, nec istos ex operib. dam
nans, sed illorum fidei præstans ut bene operētur,
& istorum impietatem obdurans deserēdo ut ma
le operētur. Qui quoniam intellectus, ut dixi, spi-
ritalibus patet, à carnali autē prudentia longe re-
motus est, sic refellit inquirentem, ut intelligat se
deponere debere prius hominem luti, ut ista per
spiritum inuestigare mereamur. Itaq;, inquit, O
homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid

dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me feci-
sti? An non habet potestatem figulus luti, ex eadē
conspersione uas facere, aliud quidem in honorē,
aliud in cōtumeliam? Quandiu figmentum es, in-
quit, & ad massam luti pertines, nondū perductus
ad spiritalia, ut sis spiritalis, omnia iudicans & à ne
mine iudicatus, cohibeas te oportet ab huiusmo-
di inquisitione, & non respondeas deo. Cuius cō-
silium quisq; scire cupiēs, oportet ut prius in eius
amicitiam recipiatur. Quod contingere nisi spiri-
talibus non potest, iam portantibus imaginē cœ-
lestis hominis, Iam enim, inquit, non uos dicā ser- Ioan. 15
uos, sed amicos: Omnia enim quæ audiui à patre
meo, nota feci uobis. Quandiu itaq; uas figuli es,
conterendum est hoc ipsum in te prius uirga illa Psal. 2
ferrea, de qua dictū est, Reges eos in uirga ferrea,
tanq; uas figuli cōfringes eos: ut corrupto exterio
re homine, interiore innouato, possis in charitate
radicatus & fundatus comprehendere latitudinē,
longitudinem, altitudinē, & profundum, cogno-
scere etiam supereminentiam scientiæ charitatis
Christi. Nunc itaq; cū ex eadem conspersione de-
us alia uasa in honorem fecit, alia in cōtumeliam,
non est tuum discutere, quisquis secundū eandem
conspersionē adhuc uiuis, id est, terreno sensu car
naliter sapis. Quod aūt ait, Attulit in multa pati 65
entia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: Rom. 9
Hinc satis significauit obdurationē illam cordis,
quæ in Pharaone facta est, ex merito uenisse oc-
cultæ superioris impietatis: quā tamen patienter
sustinuit deus, donec ad illud tempus perduceret,
quo opportune in eū uindicta procederet, ad cor
rectionē eorū quos ab errore instituerat liberare
& ad cultū suū pietate uocando perducere, preci- 64
bus eorū & gemitib. opem præbens. Quod aūt
ait, Quos & uocauit nos, non solum ex Iudæis, sed Osee 2
etiā ex gentib. Sicut & Osee dicit, Vocabo nō ple
bem meā, plebem meā: &c. Totius huius disputa-
tionis propositum ad hoc perducit: quoniam do-
cuit misericordiam dei esse, ꝙ bene operamur, nō
tanq; ex operib. Iudæi glorientur, qui cū Euange-
lium percepissent tanq; meritis suis id tribuendū 1 Retract. 23
existimantes, nolebāt gentib. dari: à qua superbia
iam debent desistere, intelligētes, quoniā si nō ex
operibus sed misericordia dei uocamur ut creda-
mus, & credentib. præstatur bene operemur, non
est gentib. ista inuidēda misericordia, quasi præla-
to merito Iudæorū, quod nullū est. Quod autē 65
dicit, Esaias aūt clamat pro Israel, Si fuerint nume Esa. 10
rus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ sal-
uæ fient: Ostendit quemadmodum sit dominus la
pis angularis, utrunq; parietē in se iungens. Testi-
monium enim Osee Prophetæ dictū est pro gen-
tibus, Vocabo non plebem meam, plebem meā,
& non dilectam meam, dilectā meam: & Esaiæ te Esaiæ 10
stimonium dictū est pro Israel, quoniā reliquæ sal
uæ fient, ut ipsi deputentur in semen Abrahæ qui
crediderunt in Christum: ita cōcordes ambos po
pulos facit secundum domini testimonium dicen
tis in Euangelio de gentib. Habeo alias oues quæ Ioan. 10
nō sunt de hoc ouili, quas oportet me adducere,

66 & erit unus grex & unus pastor. Quod aũt ait,
Rom.10 Bona uolũtas cordis mei & deprecatio fit pro illis
in salutẽ. Hinc iam incipit de spe Iudæorũ loqui,
ne etiã gentes superbire audeãt aduersus Iudæos.
Sicut eñ Iudęorũ superbia refellenda erat tanquã
ex operibus gloriantium, sic & gentibus occurrẽ
dum, ne tanquam Iudæis prælati superbiant.
67 Quod aũt dicit, Prope est uerbum in ore tuo, &
in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod prædica-
mus: Quia si confitearis in ore tuo quia dñs est Ie-
sus, & credideris in corde tuo quia deus illum su-
scitauit à mortuis, saluus eris: Corde enim creditur
ad iustitiã, oris aũt cõfessio fit ad salutẽ. Totus hic
locus ad illud refertur, quod superius dixit, Ver-
bũ enim consummans & breuiãs faciet dominus
super terram. Remotis enim innumerabilibus &
multiplicibus sacramentis, quibus Iudaicus popu
lus premebatur, per misericordiam dei factum est
ut breuitate confessionis fidei ad salutem perueni
68 remus. Quod autem dicit, Secundum testimo
nium fidei Moysi, ego ad æmulationẽ uos addu-
cam in nõ gẽtem, in gentẽ insipientẽ irritabo uos:
dicendo, gentẽ insipientẽ, exposuit quid dixerit,
in non gentẽ: quasi ꝙ nec gens dicẽda sit quæ in-
sipiens est. De cuius tamẽ fide irritandũ dicit po-
pulum Iudaicum, quia illa apprehenderunt quod
isti respuerunt. Vel certe in nõ gentẽ, in gentẽ in-
sipientẽ: quia cum esset gens insipiẽs omnis gens
idola colens, tamen gentilitatẽ credendo depo-
Rom.2 nunt. Vnde etiam illud est, Si igitur præputiũ iu-
stitias legis custodiat, nónne præputiũ eius in cir-
cuncisione deputabitur? Vt sit hic sensus, Ego in
æmulationẽ uos adducam in eam gentẽ, quę non
gens facta est, deponendo gentilitatem per fidem
Christi, cum fuisset gens insipiens colendo idola.
69 Quod autem ait, Nunquid repulit deus ple-
Rom.11 bem suã? Absit: Nam & ego Israelita sum ex semi-
ne Abraham de tribu Beniamin: Ad hoc refertur,
quod superius dixit, Non potest autem excidere
Rom.9 uerbum dei: Non enim omnes qui sunt ex Israel,
hi sunt Israelitæ, neq; qui sunt semen Abraham, o-
mnes filij: sed in Isaac uocabitur tibi semen, ut de
ipso scilicet populo Iudæorum illi deputentur in
semen, qui domino crediderunt. De hoc item di-
70 cit superius, reliquiæ saluæ fient. Quod autem
Rom.11 dicit, Ergo nunquid deliquerũt ut caderẽt? Absit:
Sed illorum delicto salus gentibus est. Non ideo
dicit, quia non ceciderunt, sed quia casus ipsorum
non fuit inanis, quoniam ad salutem gentiũ pro-
fecit. Non ergo ita deliquerunt ut caderent: id
est, ut tantummodo caderent, quasi ad pœnam
suam solum, sed ut hoc ipsum quòd ceciderunt,
prodesset gentibus ad salutem. Deinde incipit ex
hoc loco Iudæorum populum commendare, eti-
am de ipso casu infidelitatis, ut nõ superbiant gen
tes, qui etiam casus Iudæorum tam preciosus ex-
titit pro salute gentium: sed magis debent caue-
re gentes ne dum superbiunt similiter cadant.
71 Quod autem dixit, Si esurierit inimicus tu-
Rom.12 us, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim fa-
ciens, carbones ignis congeres super caput eius:
Multis uidere potest repugnare illi sententiæ,
A qua dominus præcepit, ut diligamus inimicos
nostros & oremus pro ijs qui nos persequuntur:
uel huic etiam quam idem Apostolus superius
dixit, Benedicite persequentes uos, benedicite
& nolite maledicere: Et iterum, Nulli malum Rom.12
pro malo reddentes. Quomodo enim quisque
diligit eum cui propterea cibum & potum dat, ut
carbones ignis congerat super caput eius, si car-
bones ignis hoc loco aliquem grauem pœnam
significant? Quapropter intelligendum est ad
hoc dictum esse, ut eum qui nos læserit prouoce-
mus ad pœnitentiam facti sui, cum ei nos bene
faciamus. Isti enim carbones ignis ad exustio-
nem, id est, contribulationem spiritus ualent, qui
est quasi caput animæ in qua exuritur omnis ma-
B litia, cum homo in melius per pœnitentiam com
mutatur, ut sunt illi carbones, de quibus dicitur
in Psalmis: Quid detur tibi, & quid apponatur Psal.119
tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acu-
tæ cum carbonibus uastatoribus. Quod au- 72
tem ait, Omnis anima potestatibus sublimiori- Rom.13
bus subdita sit, Non est enim potestas nisi à deo:
Rectissime admonet ne quis ex eo quòd à domi-
no suo in libertatem uocatus est, factus Christia-
nus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in
huius uitæ itinere seruandum esse ordinem suum,
ut potestatibus sublimioribus quibus pro tempo-
re rerum temporalium gubernatio tradita est, exi
stimet non se esse subdendum: Cum enim conste-
C mus ex anima & corpore, quãdiu in hac uita tem-
porali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsi-
dium degendæ huius uitę utamur, oportet nos ex
ea parte quę ad hanc uitam pertinet subditos esse
potestatibus, id est, hominibus res humanas cum
aliquo honore administrantibus. Ex illa uero par
te qua credimus deo & in regnum eius uocamur,
non nos oportet esse subditos cuiquam homini,
idipsum in nobis euertere cupienti quod deus ad
uitam æternam donare dignatus est. Si quis er-
go putat quoniam Christianus est, non sibi esse
uectigal reddendum, aut tributum, aut non esse
exhibendum honorem debitum eis qui hæc cu-
rant potestatibus, in magno errore uersatur. Item
si quis putat se esse subdendum ut etiam in suam
fidem habere potestatem arbitretur eum qui tem
D poralibus administrandis aliqua sublimitate præ-
cellit: in maiorem errorem labitur. Sed modus
iste seruandus est quem dominus ipse præscribit, Matt.22
ut reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo
quæ dei sunt. Quanquam enim ad illud regnum
uocemur ubi nulla erit potestas huiusmodi, in
hoc tamen itinere dum agimus, donec peruenia-
mus ad illud seculum ubi fit euacuatio omnis prin
cipatus & potestatis, conditionem nostram pro
ipso rerum humanarum ordine toleremus, nihil si
mulate facientes, & in eoipso nõ tam hominibus
quàm deo qui hæc iubet obtemperantes. Quod 73
autem ait, Vis non timere potestatem? bonum
fac & habebis laudem ex ea: Potest mouere ali-
quos cum cogitauerint ab istis potestatibus per-
secutionẽ

perſecutionem ſe paſſos fuiſſe: Chriſtiani ergo nõ
faciebant bonum, qui non ſolum non ſunt laudati
ab iſtis poteſtatibus ſed & pœnis affecti & necati
ſunt. Cõſideranda ergo ſunt uerba Apoſtoli. Non
enim ait, Bonum fac & laudabit te poteſtas: ſed
Rom.13 ait, Bonum fac & habebis laudem ex illa. Siue e-
nim probet factum tuum bonum, ſiue perſequa-
tur, laudem habebis ex illa: uel cum eam in obſe-
quium dei lucratus fueris, uel cum eius perſecutio
ne coronam merueris. Hoc etiam in conſequenti
bus intelligitur, cum dicit, Dei enim miniſter eſt,
tibi in bonum, etiam ſi ſibi in malum. Quod au
47 tem ait, Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote: Ad hoc
ualet ut intelligamus, quia neceſſe eſt propter hãc
uitam ſubditos nos eſſe oportere, non reſiſtentes
ſi quid illi auferre uoluerint in quo ſibi poteſtas
data eſt de temporalibus rebus: Quæ quoniam
tranſeunt, ideo & iſta ſubiectio non in bonis qua-
ſi permanſuris, ſed in neceſſarijs huic tempori cõ-
ſtituenda eſt. Tamen quoniam dixit, Neceſsitati
ſubditi eſtote: ne quis non integro animo & pu-
ra dilectione ſubditus fieret huiuſmodi poteſtati-
bus, addidit dicens, Non ſolum propter iram, ſed
etiam propter conſcientiam: id eſt, non ſolum ad
iram euadendam, quod poteſt etiam ſimulate fie-
ri, ſed ut in tua conſcientia certus ſis, illius dilectio
ne te facere cui ſubditus fueris iuſſu domini tui,
qui omnes uult ſaluos fieri, & in agnitionem ue-
ritatis uenire. Et hoc enim cum diceret Apoſto-
lus de ipſis poteſtatibus aiebat. Hoc eſt, quod ſer-
uis alio loco ſuadet, Non ad oculum ſeruientes
quaſi hominibus placentes: ut idipſum quòd ſub-
duntur dominis ſuis non eos oderint, aut fallacijs
75 promereri deſiderent. Quod autem dicit, Qui
Rom.13 enim diligit proximum, legem impleuit. Oſten-
dit cõſummationem legis in dilectione poſitam,
id eſt in charitate. Vnde & dominus in illis duo-
Mat.22 bus præceptis totam legem pendere dicit, & om-
nes Prophetas: id eſt, in dilectione dei & proxi-
mi. Vnde & ipſe qui legem uenit implere, dile-
ctionem donauit per ſpiritumſanctum, ut quod
antea timor implere non poterat, charitas poſt-
modum impleret. Inde eſt & illud eiuſdem Apo-
Rom.13 ſtoli, Plenitudo autem legis charitas. Et illud, fi-
1.Timot.1 nis autem præcepti eſt, charitas de corde puro, &
conſcientia bona, & fide non ficta.
76 Quod autem ait, Et hoc ſcientes tempus quia
hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: Illuc ſpectat
2.Cor.6 quod dictum eſt, Ecce nunc tempus acceptabile,
ecce nunc dies ſalutis. Tempus enim Euangelij
ſignificatur, & illa opportunitas ſaluos faciendi
77 credentes in deum. Quod autem ait, Car-
nis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentijs:
Oſtendit non eſſe culpandam carnis prouidenti-
am, quando ea prouidentur quæ ad neceſſitatem
ſalutis corporalis ualent. Si autem ad ſuperfluas
delectationes atque luxurias, ut quiſq; in his gau-
deat quæ carne cupit, recte reprehenditur, quia
prouidentiã carnis in concupiſcentijs facit. Quo-
niam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet cor-
ruptionem: id eſt, qui delectationibus carnalibus

gaudet. Quod autem dicit, Infirmum autem in 78
A fide recipere, non in dijudicationibus cogitatio- Rom 14
num: Hoc dicit ut eum qui infirmus in fide eſt re-
cipiamus, & noſtra firmitate infirmitatem eius ſu
ſtineamus, neq; dijudicemus cogitationes eius: id
eſt, quaſi ferre audeamus ſententiã de alieno cor-
de quòd non uidemus. Ideo ſequitur & dicit, Et
alius quidem credit manducare omnia: Qui au-
tem infirmus eſt, olus manducet: Quia illo tem-
pore multi iam firmi in fide, & ſcientes ſecundum
ſententiam domini, quod non macularent ea quæ
in os intrant, ſed quæ exeunt, indifferenter ſume-
bant cibos ſalua conſcientia: Quidam uero infir-
miores abſtinebant à carnib. & à uino, ne uel ne-
ſcientes inciderent in ea quæ idolis ſacrificaban-
tur. Omnis enim tunc immolatitia caro in macel-
B lo uenũdabatur, & de primitijs uini libabant gen
tes ſimulachris ſuis, & quædam in ipſis torculari-
bus ſacrificia faciebant. Iubet ergo Apoſtolus &
his qui ſalua conſcientia talibus alimentis uteban
tur, non ſpernere infirmitatem illorum qui ſe à ta-
libus cibis & potu abſtinebant. Et illis infirmis, ne
eos qui carnibusueſcebantur & uinum bibebãt,
tanquam pollui iudicarent. Ad hoc ualet, quod
conſequenter dicit, Qui manducat, non mandu-
cantem non ſpernat: & qui non manducat, man-
ducantem nõ iudicet. Firmi enim infirmiores cõ-
tumaciter contemnebãt, & infirmi firmos temere
iudicabant. Quod autem dicit, Tu quis es qui 79
iudicas alienum ſeruum? ad hoc dicit, ut in his re- Rom.14
bus, quæ poſſunt & bono animo fieri & malo, iu-
C diciũ deo dimittamus, ne audeamus de alterius
corde, quod non uidemus ferre ſententiam: In his
enim rebus quæ ita comprehenduntur, ut eas bo-
no & caſto animo non poſſe fieri manifeſtum ſit,
non improbatur ſi iudicemus. Itaq; hoc quod de
cibis dicit, quia ignoratur quo animo fiat, nõ uult
nos eſſe iudices, ſed deum. De illo autem nefario
ſtupro, ubi uxorem patris ſui quidã habuit, præce
pit debere iudicari. Non enim poterat ille dicere,
bono animo ſe tam immane flagitium cõmiſiſſe.
Ergo quęcunq; facta ita manifeſtantur, ut nõ poſ-
ſis dicere, Bono animo feci, iudicanda ſunt à no-
bis: quæcunq; autem ita fiunt, ut quo animo fiant
incertum ſit, non ſunt iudicanda, ſed ſeruanda iu-
dicio dei: ſicut ſcriptũ eſt, Quæ occulta ſunt, deo:
D quæ autẽ palàm ſunt, uobis & filijs ueſtris. Quod
autẽ ait, Alius quidem iudicat alternos dies, alius
autem iudicat omnem diem, Sequeſtrata interim
meliore conſideratione, non de duobus homini-
bus mihi uideť dictũ, ſed de homine & deo. Qui
enim alternos dies iudicat, homo eſt: poteſt enim
hodie aliud, cras aliud iudicare: id eſt, ut quem ho
die malũ conuictũ cõfeſſumq; dãnauerit, cras bo-
num inueniat & correctum: uel cõtra, cum aliquẽ
iuſtũ hodie laudauerit, cras inueniat deprauatum.
Qui autẽ iudicat omnem diẽ, deus eſt, quia nõ ſo-
lum qualis quiſq; ſit, ſed etiam qualis omni die fu-
turus ſit, nouit. Vnuſquiſq; in ſuo intellectu abun
det, inquit, id eſt, quãtum humano intellectui, uel
unicuiq; homini cõceſſum eſt, tantũ audeat iudi-

tere: quandoquidē nō ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtū & deum patrem ſe A Apoſtolū nouerit. Singula igitur ab ipſo epiſtolæ ueſtibulo, permittēte domino & adiuuāte ſtudiū noſtrū, ſic conſideranda & tractanda ſuſcepimus.

Gal.1 Expoſitio capituli primi. Paulus apoſtolus nō ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtū & deum patrē qui ſuſcitauit illum à mortuis, & qui mecum ſunt omnes fratres, eccleſijs Galatiæ. Qui ab hominibus mittitur mendax eſt, qui per hominē mittitur poteſt eſſe uerax, quia et deus uerax poteſt per hominem mittere. Qui ergo neq; ab hominibus, neque per hominem, ſed per deum mittitur, ab illo uerax eſt, qui etiā per hominē miſſos ueraces facit. Priores ergo Apoſtoli ueraces, qui non ab hominib. (1 Retract. cap.24) ſed à deo per hominem miſſi ſunt, per Ieſum Chriſtum ſcilicet adhuc mortalem. Verax etiā nouiſſimus Apoſtolus, qui per Ieſum Chriſtū totum iam deum poſt reſurrectionem eius miſſus eſt. Priores ſunt cæteri apoſtoli per Chriſtum adhuc ex parte hominē, id eſt mortalem: Nouiſſimus eſt Paulus apoſtolus per Chriſtū iam totū deum, id eſt, omni ex parte immortalē. Sit ergo teſtimonij eius æqualis autoritas, in cuius honorem implet clarificatio domini, ſi quid habebat ordo tēporis minus. Ideo enim cū dixiſſet, Et deū patrē: addidit, Qui ſuſcitauit illum à mortuis: ut etiā ex hoc modo breuiter iam clarificato miſſum ſe eſſe cōmemoraret. Gratia uobis & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto. (1 Retract. cap.24) Gratia dei eſt qua nobis donantur peccata ut reconciliemur deo, pax autem qua recōciliamur deo. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut C eximeret nos de præſenti ſeculo maligno. Seculū præſens malignū propter malignos homines qui in eo ſunt intelligendum eſt: ſicut dicimus etiā malignam domū, propter malignos inhabitantes in ea. Secundum uoluntatem dei & patris noſtri, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Quāto igitur magis homines nō debent arroganter ad ſeipſos referre ſi quid operantur boni, quando & ipſe dei filius in Euāgelio, nō gloriam ſuam ſe quęrere dicit, neq; uoluntatem ſuā ueniſſe facere, ſed uoluntatem eius qui eū miſit. Quā uoluntatē gloriamq; patris nūc cōmemorauit Apoſtolus, ut ipſe quoq; domini exemplo, à quo miſſus eſt, non ſe quærere gloriam ſuam ſignificaret, nec facere uoluntatem D ſuam in prædicatione Euangelij, ſicut paulo poſt dicit: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non (Gal.1) eſſem. Miror quod ſic tam cito trāſferimini, ab eo qui uos uocauit in gloriā Chriſti, in aliud Euangelium, quod non eſt aliud. Euangeliū enim ſi aliud eſt præter id quod ſiue per ſe ſiue per aliquem dominus dedit, iam nec Euangeliū recte dici poteſt. Vigilanter autem cū dixiſſet, transferimini ab eo qui uos uocauit in gloriā Chriſti: quam uolebant illi euacuare, quaſi fruſtra uenerit Chriſtus ſi iam circumciſio carnis atq; huiuſmodi opera legis tantum ualebāt, ut per illa homines ſalui fierent. Niſi aliqui ſunt conturbantes uos & uolentes conuertere Euangelium Chriſti. Non quemadmodum iſtos cōturbant, ita etiam conuertunt Euāgelium Chriſti, quia manet firmiſſimū: ſed tamen conuertere uolunt qui ab ſpiritalib. ad carnalia reuocant A intentionē credentium: Illis enim ad iſta cōuerſis, manet Euangeliū non cōuerſum. Et ideo cum dixiſſet, cōturbantes uos: nō dixit, & conuertentes: ſed, uolentes, inquit, conuertere Euangeliū Chriſti. Sed licet ſi nos, aut angelus de cœlo uobis euāgelizauerit, præterq; quod euangelizauimus uobis, anathema ſit. Veritas propter ſeipſam diligenda eſt, non propter hominē, aut propter angelum per quem annunciatur. Qui enim propter annunciatores diligit eam, poteſt etiā mendacia diligere, ſi qua forte ipſi ſua protulerint. Sicut prædiximus, & nūc iterum dico, ſi quis uobis euangelizauerit, præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Aut præſens hoc prædixerat, aut quia iterauit q̄d B dixit, propterea uoluit dicere, ſicut prædiximus. Tamen ipſa iteratio ſaluberrime intētionem mouet ad firmitatem retinendi eam quę ſic cōmendatur fidem. Modo ergo hominib. ſuadeo, an deo? Aut quęro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerē, Chriſti ſeruus non eſſem. Nemo deo ſuadere poteſt, quia manifeſta ſunt illi omnia: ſed hominibus ille bene ſuadet, qui non ſe illis placere uult, ſed ipſam quā ſuadet ueritatē. Qui eñ placet hominibus non ab ipſis ſuam gloriā quærens, ſed dei ut ſalui fiant, non iam hominibus, ſed deo placet: aut certe iam cū & deo placet ſimul & hominibus, nō utiq; hominib. placet: Aliud eſt enim placere hominibus, aliud & deo & hominib. Item qui hominibus propter ueritatem placet, nō ipſe C illis, ſed ueritas placet: placere autem dixit quantum in ſeipſo eſt, quantum ad eius uoluntatem attinet: ac ſi diceret, placere uellem. Nō enim ſi hoc eo nō agēte placeat alicui, quaſi propter ſeipſum & non propter deum atq; Euangelium quod annunciat, ſuperbiæ ipſius potius, quàm errori eius cui peruerſe placet, tribuendum eſt. Iſte itaq; ſenſus eſt, Modo ergo hominib. ſuadeo, an deo? Aut quia hominibus ſuadeo quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus quærerem placere, Chriſti ſeruus non eſſem. Iubet enim ille ſeruis ſuis, ut diſcant ab eo mites eſſe & humiles corde: Quod nullo modo poteſt, qui ꝑpter ſeipſum, id eſt, propter ſuam quaſi priuatam & propriā gloriā placere hominibus quærit. Dicit autē & alibi. Homini- 2 Cor.5
D bus ſuademus, deo aūt manifeſti ſumus: ut intelligas quod hic ait, Hominibus ſuadeo, an deo? non utiq; deo, ſed hominibus ſuadendum. Non ergo moueat, quod alibi dixit, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Addidit enim, Non quærens 1 Cor.10
quod mihi prodeſt, ſed quod multis, ut ſalui fiant. Nulli autē prodeſt, ut ſaluus fiat, ſi homo ei propter ſeipſum placeat: Qui non placet utiliter, niſi cum propter deū placet: id eſt, ut deus placeat & glorificetur, cum dona eius attenduntur in homine, aut per miniſterium hominis accipiūtur. Cum aūt ſic homo placet, nō iam homo, ſed deus placet. Vtrunq; ergo recte dici poteſt, et ego placeo, & nō ego placeo. Si enim adſit bonus intellector, piusq; pulſator, patebit utrunq;, & nulla inter ſe

 repugnan-

repugnantia repellet intrantem. Notum enim uobis facio fratres Euangeliũ quod euangelizatum A est à me, quia nõ est secundũ hominẽ: Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi. Euangeliũ quod secũdum Psal.115 hominem est, mẽdacium est: Omnis enim homo mẽdax: quia quicquid ueritatis inuenit̃ in homine, non est ab homine, sed à deo per hominẽ. Ideo iam quod secundũ hominẽ est, nec Euangeliũ dicẽdum est: quale illi afferebant qui in seruitutẽ ex libertate attrahebant eos quos deus ex seruitute in libertatem uocabat. Audistis enim cõuersationem meã aliquando in Iudaismo, quia supra modum persequebar ecclesiam dei, & uastabã illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundãtius æmulator existẽs paternarũ mearum traditionum. Si perse- B quendo & uastando ecclesiã dei proficiebat in Iudaismo, apparet cõtrarium esse Iudaismũ ecclesiæ dei, non per illã spiritalem legem quã acceperunt Iudæi, sed per carnalem cõuersationem seruitutis ipsorũ. Et si æmulator, id est, imitator paternarum suarũ traditionũ, persequebatur Paulus ecclesiam dei, paternæ ipsius traditiones cõtrariæ sunt ecclesiæ dei. Nõ autem legis illius culpa est: Lex enim Rom.7 spiritalis est, nec carnaliter se cogit intelligi: sed illorum uitiũ est, qui & illa quæ acceperũt, carnaliter sentiũt, & multa etiã sua tradiderũt, dissoluentes, sicut dominus dicit, mandatũ dei propter traditiones suas. Cum aũt placuit deo, qui me segregauit de uentre matris meę, & uocauit per gratiã suam, reuelare filium suum in me, ut annũciarem C eum in gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Segregatur quodãmodo de uentre matris, quisquis à carnalium parentum cõsuetudine cæca separatur: Acquiescit autem carni & sanguini, quisquis carnalibus propinquis & consanguineis suis carnaliter suadentibus assentit̃. Neq; ueni in Hierosolymã ad præcessores meos Apostolos, sed abij in Arabiã, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres, ascendi Hierosolymam uidere Petrũ, & mansi apud illũ diebus quindecim. Sic cũ euangelizasset Paulus in Arabia, postea uidit Petrum, nõ ideo ut per ipsum Petrum disceret Euangelium, nam ante eum utiq; uidisset, sed ut fraternam charitatem etiam corpora- D li notitia cumularet. Alium aũt Apostolorum uidi neminẽ, nisi Iacobum fratrem domini. Iacobus domini frater, uel ex filijs Ioseph de alia uxore, uel ex cognatione Mariæ matris eius debet intelligi. Quæ aũt scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior. Qui dicit, Ecce corã deo quia non mentior, iurat utiq;: Et quid sanctius hac iuratione? sed non est contra præceptum iuratio quæ à malo est, non iurantis, sed incredulitatis eius cui iurare cogitur: Nam hinc intelligitur ita dominum prohibuisse à iurando, ut quantum in ipso est quisq; nõ iuret, quod multi faciunt in ore habentes iurationem tanq; magnum aut suaue aliquid. Nam utiq; Apostolus nouerat præceptum domini, & iurauit tamen: Non enim audiendi sunt qui has iurationes esse nõ putant. Quid enim faciet de illa, Quotidie morior per gloriã uestram fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro: quam Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse conuincunt. Quantũ ergo in ipso est, non iurat Apostolus: Non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi: amplius est enim quàm est, est: non, non: & ideo à malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter mouentur ad fidem. Deinde ueni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ quæ in Christo sunt: Animaduertendum, non in sola Hierosolyma Iudæos in Christum credidisse, nec tam paucos fuisse, ut ecclesijs gentium miscerentur, sed tam multos ut ex illis ecclesię fierent: Tantum autẽ audientes erant, quia qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quã aliquando uastabat, & in me magnificabant deum: Hoc est quòd dicebat non se placere hominibus utiq; per seipsum, sed ut in illo magnificaret̃ deus: Hoc est quod etiam dominus dicit, Luceant opera uestra coram hominibus ut uideant bona facta uestra, & glorificẽt patrem uestrum qui in cœlis est.

1 Cor.15

Math.5

Expositio capituli secundi. Gal.2

Deinde post annos quatuordecim iterũ ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito: Tanquã testimonijs pluribus agit, cum etiã istos nominat. Ascendi autem secundum reuelationem: Ne moueret eos quare uel tunc ascenderit quò tamdiu non ascenderat. Quapropter si ex reuelatione ascendit, tũc proderat ut ascenderet. Et exposui illis Euangeliũ quod prædico in gentibus seorsum his qui uidebantur. Quod seorsum exposuit Euangelium eis qui eminebant in ecclesia, cum iam illud exposuisset coram omnibus, nõ ideo factum est quòd aliqua falsa dixerat, ut seorsum paucioribus uera diceret, sed aliqua tacuerat, quæ adhuc paruuli portare non poterant. Qualibus se ad Corinthios lac dicit dedisse, non escam. 1 Corint.3 Falsum enim dicere nihil licet. Aliquando autem aliquid ueri tacere utile est. Perfectionem ipsius opus erat ut scirent cæteri Apostoli: Nõ enim sequebatur ut si fidelis esset, uerãq; & rectam teneret fidem, iam etiam Apostolus esse deberet. Illud autem quod subiungit, Ne forte in uacuũ curram aut cucurri: nõ ad illos eum quibus seorsum contulit Euangelium, sed ad istos quibus scribit quasi per interrogationẽ dictum intelligendũ est: ut ex eo appareret nõ eum in uacuũ currere aut cucurrisse, quia iam etiam attestatione cæterorum nihil ab Euangelij ueritate dissentire approbatur. Sed neq; Titus qui mecũ erat, inquit, cum esset Græcus compulsus est circumcidi. Quãuis Titus Græcus esset, & nulla eũ consuetudo aut cognitio parentum circũcidi cogeret sicut Timotheum, facile tamen etiã istum circumcidi permisisset Apostolus: Non enim tali circũcisione salutẽ docebat auferri, sed si in ea cõstitueretur spes salutis, hoc esse cõtra salutem ostendebat. Poterat ergo ut superfluam æquo animo tolerare, secundũ sententiam quã alibi dixit, Circũcisio nihil est, & præputium 1 Cor.7 nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Propter

subintroductos

subintroductos aűt falsos fratres non est cōpulsus Titus circūcidi:id est,non ei potuit extorqueri ut A circūcideretur:quia illi qui subintroierūt dicit ꝑscultare libertatē eorū,uehementer obseruabāt et cupiebāt circūcidi Titū, ut iam circuncisionē etiā ipsius Pauli attestatione & cōsensione,tanq̃ salutinecessariā prædicarent.Et sic eos,ut ait,in seruitutem redigerēt:id est, sub onera legis seruilia reuocarēt.Quibus se nec ad horā:id est,nec ad tempus cessisse dicit subiectioni, ut ueritas Euangelij permaneret ad gētes.Denotabāt aűt suspectumq̃ haberi uolebant inuidi apostolum Paulum,q̃ aliquādo persecutor Ecclesiarū fuerit:& ideo dicit, De his aűt qui uidenť esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt:Quia & qui uidentur esse aliquid, carnalib.hominibus uidenť esse aliquid:Nam nō sunt ipsi aliquid:Et si enim boni mi B nistri dei sunt,Christus in illis est aliquid, non ipsi per se. Nā si ipsi per se essent aliquid, semper fuissent aliquid:quales aliquādo fuerint:id est,quia et ipsi peccatores fuerunt, nihil sua dicit interesse. Quia deus hominis personā nō accipit:id est, sine personarū acceptione omnes ad salutem uocauit, nō reputās illis delicta eorū.Et ideo absentib.illis qui priores facti erant Apostoli,Paulus à domino perfectus est:ut quando cū eis contulit, nihil esset quod perfectioni eius adderet:sed potius uiderēt, eundē dominū Iesum Christū, qui sine personarū acceptione saluos facit,hoc dedisse Paulo ut ministraret gētibus,quod etiā Petro dederat, ut ministraret Iudæis.Nō ergo inuenti sunt in aliquo dissentire ab illo, ut cum ille se perfectum Euangeliū C accepisse diceret, illi negarēt & aliquid uellēt tanquam imperfecto addere:sed è cōtrario pro reprehensoribus imperfectionis, approbatores perfectionis fuerunt.Et dederūt dexteras societatis: id est,cōsenserunt in societatem,& paruerūt uoluntati domini consentientes,ut Paulus & Barnabas irent ad gentes,ipsi aűt in circumcisionē,quæ præputio:id est,gentib.contraria uidetur.Nam etiam sic potest intelligi,quod ait,è cōtrario,ut ordo iste sit,Mihi enim qui uidētur nihil apposuerunt, sed è cōtrario,ut nos quidē in gētes iremus, quia sunt cōtrariæ circūcisioni,ipsi aűt in circumcisionē, cōsenserunt mihi & Barnabæ:hoc est, dexteras societatis nobis dederunt.Neq; in contumeliā præcessorum eius putet quis ab eo dictum: Qui uidētur D esse aliquid,quales aliquādo fuerint,nihil mea interest.Et illi enim tanq̃ spiritales uiri uolebant resisti carnalibus,qui putabāt aliquid ipsos esse non potius Christum in eis,multumq̃ gaudebant cum persuaderetur hominibus,& seipsos præcessores Pauli sicut eūdem Paulum ex peccatorib.iustificatos esse à domino,qui personam hominis nō accipit,quia dei gloriam quærebāt, non suā.Sed quia carnales & superbi homines si quid de uita ipsorū præterita dicitur irascuntur & in contumeliā accipiunt,ex animo suo cōijciunt Apostolos. Petrus autem & Iacobus & Ioānes honoratiores in Apostolis erant, quia ipsis tribus se in monte dominus ostēdit in significatione regni sui, cū ante sex dies

dixisset.Sunt hic quidā de circūstantibus qui non *Matt.16* gustabūt mortem,donec uideant filiū hominis in regno patris sui.Nec ipsi erāt columnæ, sed uidebantur.Nouerat enim Paulus sapientiā ædificasse sibi domum,& nō tres columnas constituisse, sed septem:Qui numerus uel ad unitatem ecclesiæ refertur:Solet enim ꝑ uniuerso poni, sicut in Euangelio dictū est,Accipiet in hoc seculo septies tan- *Mat.19* tum:ac si diceret:Quasi nihil habentes,sed omnia possidentes.Vnde etiā Ioannes ad septem scribit *Apoc.1* Ecclesias,quę utiq̃ uniuersitatis Ecclesię personā gerūt:Vel certe ad septenariam operationem spiritussancti magis refertur septenarius numerus columnarum:sapientiæ & intellectus,consilij & fortitudinis,sciētiæ & pietatis & timoris dei, quibus operationib.domus filij dei,hoc est, Ecclesia continetur.Quod aűt ait,Tantum ut pauperū memores essemus,quod & studui hoc ipsum facere,Cōmunis cura erat omnib.Apostolis de pauperibus sanctorū qui erant in Iudæa,qui rerum suarū uenditarum precia ad pedes Apostolorum posuerāt. Sic ergo ad gentes missi sunt,Paulus et Barnabas, ut ecclesiæ gentium quæ hoc non fecerant, ministrarent oratione ipsorū eis qui hoc fecerant: sicut ad Romanos dicit: Nūc autem pergam Hierusalem ministrare sanctis, placuit enim Macedoniæ *Rom.15* & Achaiæ cōmunionem aliquā facere in pauperes sanctorū qui sunt in Hierusalem. Placuit enim illis,& debitores eorum sunt. Si enim spiritalibus eorum cōmunicauerunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. In nulla ergo simulatione Paulus lapsus erat, quia seruabať ubiq; quod congregari uidebat,siue ecclesijs gētium,siue Iudæorum,ut nusquā auferret consuetudinē,quæ seruata nō impediebat ad obtinēdū regnū dei:tātū admonēs,ne quis in superfluis poneret spem salutis, etiā si consuetudinē in eis propter offensionē infirmorū custodire uellet. Sicut ad Corinthios dicit, *1 Cor.7* Circūcisus quis uocatus est, non adducat præputiū:in præputio quis uocatus est, nō circuncidať. Circūcisio nihil est,& pręputiū nihil est,sed obseruatio mandatorū dei:Vnusquisq; in qua uocatione uocatus est,in ea permaneat. Hoc enim ad eas cōsuetudines uel cōditiones uitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisq; moribus:Nō enim si latro erat quisq; cū uocatus est,debet in latrocinio permanere.Petrus aűt cum uenisset Antiochiam obiurgatus est à Paulo, nō quia cōseruabat cōsuetudinem Iudęorum in qua natus atq; educatus erat, quanquā apud gentes eam nō seruaret,sed obiurgatus est,quia gentib.eam uolebat imponere. Cū uidisset quosdam uenisse ab Iacobo,id est à Iudæa: Nam ecclesiæ Hierosolymitanæ Iacobus præfuit. Timens ergo eos qui adhuc putabant in illis obseruationibus salutem constitutam, segregabat se à gentibus & simulate illis consentiebat ad imponenda gētibus illa onera seruitutis,quod in ipsius obiurgatione uerbis satis apparet.Non enim ait,Si tu cum Iudæus sis gentiliter & non Iudaice uiuis, quemadmodum rursus ad cōsuetudinem Iudæorum reuerteris:sed quemadmodū, inquit, gentes cogis

cogis Iudaizare. Quod autẽ hoc ei corã omnibus dixit, necessitas coegit, ut omes illius obiurgatione sanarentur. Non enim utile erat errorẽ qui palã noceret, in secreto emendare. Huc accedit ꝙ firmitas & charitas Petri cui ter à domino dictũ est,
Ioan. 21 Amas me? Pasce oues meas, obiurgationẽ talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat. Nam erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitãdum difficilior. Facilius est enim uidere quid in alio corrigas, atq; id uituperando uel obiurgãdo corrigere, ꝙ uidere quid in te corrigendũ sit, libenterq; corrigi, uel per teipsum nedũ per aliũ, adde posteriorem, ad de corã omnibus. Valet aũt hoc ad magnum humilitatis exemplũ quę maxima est disciplina Christiana: humilitate enim cõseruatur charitas. Nam B nihil eã citius uiolat ꝙ superbia. Et ideo dominus nõ ait, Tollite iugum meũ & discite à me, quoniã quatriduana de sepulchris cadauera exuscito, atq; omnia dæmonia de corporibus hominum mor-
Matt. 11 bosq; depello, & cætera huiusmodi: sed, Tollite, inquit, iugum meũ, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde: Illa enim signa sunt rerũ spiritalium, mitem aũt esse humilem charitatis conseruatio est. Res ipsæ spiritales sunt, ad quas per illa ducuntur, qui oculis corporis dediti fidem inuisibilium quia iam de notis usitatisq; nõ possunt, de nouis & repentinis uisibilib. quærunt. Si ergo & illi qui cogebant gentes iudaizare, didicissent mites esse & humiles corde, quod à domino Petrus didicerat, saltẽ correcto tanto uiro ad imitandũ inuita C rentur, nec putarent Euãgeliũ Christi iustitiæ suæ tanq; debitum redditũ. Sed scientes quoniã nõ iu
Gal. 2 stificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Christi Iesu ut impleat opera legis adiuuantẽ infirmitatem suã, non merito suo, sed gratia dei, nõ exigerent de gentibus carnales legis obseruationes, sed per ipsam gratiã dei, spiritalia opera legis eos implere posse cognoscerent. Quoniam ex operibus legis, cum suis uiribus ea quisq; tribuit, nõ gratiæ miserantis dei, non iustificabitur omnis caro: id est, omnis homo siue omnes carnaliter sentientes. Et ideo illi qui cum iam essent sub lege Christo crediderunt, non quia iusti erant, sed ut iustificarentur, uenerunt ad gratiam fidei, Peccatorũ autem nomen gentibus imposuerant Iudæi iam uetusta quadam superbia, tanquã ipsi iusti essent, ui- D dendo stipulam in oculo alieno, & non trabem in suo. Secundum eorũ morem locutus Apostolus ait, Nos natura Iudæi & nõ ex gentibus peccatores: id est, quos appellant peccatores cum sint & ipsi peccatores. Nos ergo, inquit, natura Iudæi, cũ gentiles non essemus, quos nisi peccatores appellant, tamen & nos peccatores in Christo Iesu credimus, ut iustificemur per fidẽ Christi. Nõ autem quærerẽt iustificari nisi essent peccatores. An forte quia in Christo uoluerũt iustificari peccauerũt, quia si iam iusti erant, aliud quærendo utiq; peccauerunt: sed, si ita est, inquit, ergo Christus peccati minister est. Quod utiq; non possunt dicere, quia & ipsi qui nolebant nisi circumcisis gentibus tra-

di Euangeliũ, in Christo crediderãt. Et ideo quod A dicit, Absit: non solus, sed cum ipsis dicit. Destruxit autem superbiam gloriantem de operibus legis quę destrui & deberet & posset, ne gratia fidei uideretur non necessaria, si opera legis etiam sine illa iustificari crederẽtur, Et ideo præuaricator est si rursus illa ædificat, dicens, ꝙ opera legis etiã sine gratia iustificant, ut Christus peccati minister inueniatur. Posset ergo illi obijci, Si enim quę destruxi hæc eadem rursus ædifico, præuaricatorem meipsum constituo: Quid ergo, quia fidem Christi oppugnabas antea, quã nunc ædificas, præuaricatorem te constituis. Sed illã non destruxit, quia destrui non potest. Hanc aũt superbiã uere destruxerat, cõstanterq; destruebat, quia destrui poterat & ideo nõ ille præuaricator est qui rem uerã cum conaretur destruere, & postea uerã esse ac destrui nõ posse cognosceret, tenuit eã ut in ea ædificet. Sed ille præuaricator est qui cum destruxerit rem falsam quia destrui potest, eã rursus ędificat. Mortuum autem se legi dicit ut iam sub lege non esset, sed tamen per legem, Siue quia Iudæus erat, & tãquam pædagogum legem acceperat: sicut postea manifestat, Hoc autem agitur per pędagogum, ut non sit necessarius pædagogus, sicut per ubera nutritur infans ut iam uberibus non indigeat, & per nauem peruenit ad patriã, ut iam naui opus nõ sit: Siue per legẽ spiritaliter intellectã legi mortuus est, ne sub ea carnaliter uiueret. Nã hoc modo per legẽ legi ut morerentur uolebat, cũ eis paulopost ait, Dicite mihi sub lege uolentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim, ꝙ Abrahã duos filios habuit & c. ut per eandem legem spiritaliter intellectam morerentur carnalib. obseruationibus legis. Quod aũt adiungit, ut deo uiuã. Deo uiuit qui sub deo est, legi aũt qui sub lege est. Sub lege autẽ uiuit inquantum quisq; peccator est: id est, inquãtum à uetere homine non est mutatus: sua enim uita uiuit, & ideo supra illum est: quia qui eam non implet infra illam est, Nam iusto lex posita nõ est, 1 Tim. 1
id est imposita, ut supra illã sit: in illa est enim potius quàm sub illa, quia non sua uita uiuit, cui coercendæ lex imponitur. Vt enim sic dicam, ipsam quodãmodo legem uiuit qui cum dilectione iustitiæ iuste uiuit, non proprio ac transitorio, sed communi ac stabili gaudens bono: Et ideo Paulo non erat lex imponenda, qui dicit, Viuo autem iam Gal. 2
non ego, uiuit uero in me Christus. Quis ergo audeat Christo legem imponere qui uiuit in Paulo? Non enim audet quis dicere Christum non recte uiuere, ut ei coercendo lex imponenda sit. Quod autem nunc uiuo, inquit, in carne, quia non posset dicere Christum, adhuc mortaliter uiuere, uita autem in carne mortalis est. In fide, inquit, uiuo filij dei: ut etiã sic Christus uiuat in credente habitando in interiore homine per fidem, ut postea per speciem impleat eum cum absorptum fuerit mortale à uita. Vt autem ostenderet quòd uiueret in illo Christus, & quòd in carne uiuens in fide uiuit filij dei non meriti sui esse, sed gratiæ ipsius: Qui me, inquit, dilexit, & tradidit
seipsum

seipsum pro me. Pro quo utiq;, nisi pro peccatore,
ut eum iustificaret? Et dicit hoc qui Iudæus natus A
& educatus erat, & abundantius æmulator extite-
rat paternarum suarum traditionũ. Ergo si & pro
talibus se tradidit Christus, etiam ipsi peccatores
erant. Non ergo meritis iustitiæ suæ datum dicat,
quod non opus erat iustis dari. Non enim ueni uo-
Matth. 9 care iustos, ait dominus, sed peccatores: ad hoc
utiq;, ne sint peccatores. Si ergo Christus me dile-
xit & tradidit seipsum pro me, non irritã facio gra-
tiam dei, ut dicam per legem esse iustitiã: Nam si
per legẽ iustitia, ergo Christus gratis mortuus est:
id est, sine causa mortuus est, quãdo per legem: id
est, per opera legis quibus Iudæi cõfidebant, pos-
set esse iustitia in hominibus. Gratis autem mor-
tuum Christum nec illi dicunt quos refellit, quo-
niam Christianos se uolebant haberi. Nõ ergo re- B
cte per illa legis opera Christianos iustificari per-
Gal. 3 suadebant, quibus recte dicit. O stulti Galatæ
Expositio capituli tertij quis uos fascinauit? Quod non recte diceretur de
his qui nunquam profecissent, sed de his qui ex
profectu defecissent. Ante quorum oculos Chri-
stus Iesus proscriptus est, crucifixus: hoc est, quib.
προεγράφη uidentibus Christus Iesus hæreditatem suam pos-
sessionemq; suam amisit: his utiq; auferẽtibus eã,
dominumq; inde expellentibus, qui ex gratia fi-
dei per quam Christus possidet gentes, ad legis o-
pera eos qui crediderant reuocabant, Christo au-
ferendo possessionem suam: id est, eos quibus iu-
re gratiæ fideiq; inhabitabat. Quod in ipsis Gala-
tis accidisse uult uideri Apostolus. Nam ad hoc
pertinet, quod ait, Ante quorum oculos: Quid e- C
nim tam ante oculos eorum contigit, quàm quod
in ipsis contigit? Cum autẽ dixisset Iesus Christus
proscriptus est: addidit, crucifixus: ut hinc eos ma-
xime moueret, cũ considerarent quo pretio eme-
rit possessionem quam in eis amittebat: ut parum
esset gratis eum mortuũ, quod superius dixerat. Il-
lud enim ita sonat tanquã non peruenerit ad pos-
sessionem pro qua sanguinem dedit. Proscriptio
aũt quæ tenebatur aufertur. Sed hæc proscriptio
non obest Christo, qui etiam per diuinitatem do-
minus est omniũ: sed ipsi possessioni: quæ eius gra-
tiæ cultura caret. Hinc iam incipit demonstrare
quemadmodũ gratia fidei sufficiat ad iustificandũ
sine operibus legis, ne quis diceret non se quidem
operibus legis tantũ totam hominis iustificatio- D
nem tribuere, sed neq; tantũ gratię fidei, ex utroq;
aũt perfici ad salutem. Sed hæc quæstio ut diligen-
ter tractetur, ne quis fallatur ambiguo, scire prius
debet opera legis bipertita esse: Nam partim in sa-
cramentis, partim uero in moribus accipiunt. Ad
sacramenta pertinent, circũcisio carnis, sabbatum
temporale, neomeniæ, sacrificia, atq; omnes hu-
iusmodi innumeræ obseruationes. Ad mores aũt,
Exod. 20 Non occides, nõ mœchaberis, nõ falsum testimo-
nium dices, & talia cętera. Nunquidnã ergo Apo-
stolus ita potest non curare utrum Christianus ho-
micida aut mœchus sit, an castus atq; innocens,
quemadmodum non curat, utrũ circuncisus car-
ne an præputiatus sit? Nunc ergo de his operibus
maxime tractat quę sunt in sacramentis, quanquã
& illa interdum se admiscere significet. Prope fi-
nem autẽ epistolæ de his separatim tractauit, quæ
sunt in moribus: & illud breuiter, hoc autem diu-
tius. Hæc enim onera potius imponi gentib. quo-
rum utilitas in intellectu est: nam hæc omnia ex-
ponuntur Christianis, ut quid ualeant, tantum in-
telligant, etiam facere non cogantur: in obserua-
tionibus autem si non intelligantur, seruitus sola
est: qualis erat in populo Iudæorũ, & est usq; ad-
huc. Si aũt obseruentur illa, & intelligantur, non
modo nihil obsunt, sed etiam prosunt aliquid, si
tempori congruant. Sicut ab ipso Moyse Prophe-
tisq; obseruata sunt, cõgruentibus illi populo, cui
adhuc talis seruitus utilis erat, ut sub timore custo-
diretur. Nihil enim tam pie terret animam quàm
sacramentum nõ intellectum: intellectum autem,
gaudium pium parit, & celebratur libere, si opus
est tempori: si aũt non est opus cum suauitate spiri-
tali tantũmodo legitur & tractatur. Omne autem
sacramentũ cum intelligitur, ad cõtemplationem
ueritatis refertur, aut ad bonos mores. Cõtempla-
tio ueritatis in solius dei dilectione fundata est:
boni mores in dilectione dei & proximi, in quib.
duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ.
Nunc igitur quemadmodum circũcisio carnis, &
cætera huiusmodi legis opera, ubi iam gratia fidei
est, non sint necessaria, uideamus. Hoc solum, in-
quit, uolo discere à uobis, ex operibus legis spiri-
tum accepistis, an ex auditu fidei? Respondetur,
Vtiq; ex auditu fidei. Ab Apostolo enim prædica-
ta est eis fides, in qua prædicatione utiq; aduẽtum
& præsentiã sanctispiritus senserant: sicut illo tem-
pore in nouitate inuitationis ad fidem etiam sensi-
bilibus miraculis præsentia sancti spiritus appare-
bat: sicut in actibus Apostolorũ legitur. Hoc autẽ
factũ erat apud Galatas, anteq; isti ad eos peruer-
tendos & circũcidendos uenissent. Iste ergo sen-
sus est, Si in illis operib. legis esset salus uestra, nõ
uobis spiritussanctus nisi circũcisis daretur. Dein-
de intulit. Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis,
nunc carne consumemini. Hoc est quod superius
in exordio dixerat, Nisi aliqui sunt conturbantes
uos, & uolẽtes cõuertere Euangeliũ Christi. Con-
turbatio enim ordini contraria est. Ordo est autẽ
à carnalib. ad spiritalia surgere, nõ ab spiritalibus
ad carnalia cadere, sicut istis acciderat. Et hæc est
Euangelij cõuersio retrorsus, quod quia bonũ nõ
est, nõ est Euangeliũ cum hoc annũciatur. Quod
aũt dicit, Tanta passi estis: Multa iam pro fide tole- *Gal. 3*
rauerant, non timore tanq; sub lege positi, sed ma-
gis in ipsis passionib. charitate timorem uicerant.
Quoniã charitas dei diffusa est in cordib. eorum
per spiritũsanctum, quem acceperant. Sine causa
ergo, inquit, tanta passi estis, qui ex charitate, quę
in uobis tanta sustinuit, ad timorem relabi uultis.
Si tamẽ sine causa tanta passi estis. Quod enim si-
ne causa factum est, dicitur superfluũ, nec prodest
nec nocet. Hoc uero uidendũ est, ne ad perniciem
ualeat: non enim hoc est non surgere, quod est ca-
dere: quãuis isti nõdum cecidissent, sed iam incli-
narentur

narentur ut caderẽt. Nam utiq; adhuc in eis spiri-
tussanctus operabaẽ, sicut cõsequenter dicit, Qui
ergo tribuit uobis spiritũ, & uirtutes operaẽ in uo
Gal.3 bis, ex operib. legis, an ex auditu fidei? Responde
tur, Vtiq; ex auditu fidei, sicut superius tractatum
est. Deinde adhibet exemplũ patris Abraham, de
quo in epistola ad Romanos uberius apertiusq;
dissertũ est. Hoc enim maxime in eo uictoriosum
est, ꝙ antequã circuncideretur, deputata est fides
eius ad iustitiã, & ad hoc rectissime referẽ, quod
Gen.22 ei dictum est, Quia benedicẽtur in te omnes gen-
tes: imitatione utiq; fidei eius, qua iustificatus est
etiam ante sacramentum circũcisionis, quod fidei
signaculũ accedit, & ante omnẽ seruitutem legis,
quæ multo post data est. Quod autẽ ait, Quicunq;
enim ex operib. legis sunt, sub maledicto sunt le-
gis, Sub timore uult intelligi, nõ in libertate: ut sci
licet corporali præsentiq; uindicta uindicareẽ in
eos, qui nõ permanerent in omnibus quæ scripta
sunt in libro legis, ut facerent ea. Huc quoq; acce-
debat, ut in ipsa corporum pœna etiam maledicti
ignominiã formidarent. Ille autẽ iustificatur apud
deum, qui eũ gratis colit: nõ scilicet cupiditate ap
petendi aliquid ab ipso præter ipsum, aut timore
amittẽdi. In ipso enim solo uera nostra beatitudo
atq; perfecta est, & quoniam inuisibilis est oculis
carneis, fide colitur quãdiu in hac carne uiuimus:
sicut supra dixit, Quod aũt nunc uiuo in carne, in
fide uiuo filij dei: & ipsa est iustitia, quò pertinet
Habac.2 quod dictum est, Quia iustus ex fide uiuit. Hinc
enim ostẽdere uoluit, quia in lege nemo iustifica-
tur, quia scriptũ est iustum ex fide uiuere. Quare
intelligendũ est in lege, quod nũc ait, in operib. le
gis dictum esse: & hoc istis, qui in circũcisione car
nis, & talibus obseruationibus continenẽ: in qui-
bus qui uiuit, ita in lege est, ut sub lege uiuat. Sed
legem, ut dictũ est, pro ipsis operib. legis nunc po
suit, quod de posteriorib. manifestatur. Ait enim,
Lex autem nõ est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet
in illis. Nõ ait, qui fecerit eam, uiuet in ea: ut intel-
ligas legẽ in hoc loco pro ipsis operib. positã. Qui
autem uiuebant in his operibus, timebãt utiq; ne
si nõ ea fecissent, lapidationẽ, uel crucem, uel ali-
quid huiusmodi paterẽtur. Ergo qui fecerit ea, in-
quit, uiuet in illis: id est, habebit præmiũ, ne in ista
morte puniatur. Non ergo apud deum, cuius fide
siquis in hac uita uixerit, cum hinc excesserit, tunc
eum magis habebit præsentissimũ præmium. Nõ
itaq; ex fide uiuit, quisquis præsentia quæ uiden-
tur, uel cupit uel timet. Quia fides dei ad inuisibi-
lia pertinet, quæ post dabuntur. Nam est ista quæ-
dam in operib. legis iustitia, quando sine suo præ-
mio relicta non est: ut qui fecerit ea, uiuat in eis.
Rom.4 Vnde & ad Romanos dicit, Si enim Abraham ex
operibus iustificatus est, habet gloriam, sed nõ ad
deum. Aliud est ergo nõ iustificari, aliud nõ iustifi
cari apud deum. Qui omnino nõ iustificatur, nec
illa seruat, quæ temporale habẽt præmiũ, nec illa
quæ æternum: qui aũt in operibus legis iustificaẽ,
non apud deum iustificatur: quia temporalem in-
de expectat uisibilemq; mercedem. Sed tamen est

A etiam ista, ut dixi, quædam, ut sic dicã, terrena car-
nalisq; iustitia: nã & ipse Apostolus eam iustitiam
uocat, cum alibi dicit, Secũdum iustitiam quæ in Philip.3
lege est conuersatus, qui fuerim sine querela. Pro-
pterea dominus Iesus Christus iam libertatẽ datu
rus credentibus, quædam earum obseruationum
non seruauit ad literã. Vnde etiã cum sabbato esu
rientes discipuli spicas euulsissent, respondit indi-
gnantibus, dominũ esse filiũ hominis etiam sabba
ti. Itaq; illa carnaliter nõ obseruãdo, carnaliũ con-
flagrauit inuidia: & suscepit quidem pœnã propo
sitam illis, qui eã non obseruassent, sed ut creden-
tes in se talis pœnæ timore liberaret: quò pertinet
quod adiũgit, Christus nos redemit de maledicto
legis, factus pro nobis maledictũ: quia scriptum Deut.21
est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quæ
B sententia spiritaliter intelligentib. sacramentũ est
libertatis: carnaliter autem sentientibus, si Iudæi
sunt, iugũ est seruitutis: si Pagani aut hæretici, ue-
lamẽtum est cæcitatis. Nam quòd quidam nostri
minus in scripturis eruditi, sentẽtiam istam nimis
timentes, & scripturas ueteres debita pietate ap-
probantes, non putant hoc de domino esse dictũ,
sed de Iuda traditore eius, Aiunt enim propterea
non esse dictum, Maledictus omnis qui figitur in
ligno: sed, qui pendet in ligno, quia nõ hic domi-
nus significatus est, sed ille qui se laqueo suspẽdit.
Nimis errant, nec attendunt se cõtra Apostolum
disputare, qui ait, Christus nos redemit de maledi
cto legis, factus pro nobis maledictũ: quia scriptũ Deut.21
est, Maledictus omnis qui pẽdet in ligno. Qui er-
C go pro nobis factus est maledictum, ipse utiq; pe-
pendit in ligno: id est, Christus, qui nos liberauit à
maledicto legis: ut non iam timore iustificaremur
in operib. legis, sed fide apud deum: quæ non per
timorem, sed per dilectionem operatur. Spiritus
enim sanctus, qui hoc per Moysen dixit, utrunq;
præuidit: ut & timore uisibilis pœnæ custodiren-
tur, qui nondũ poterant ex inuisibilium fide uiue-
re: & ipse timorem istũ solueret suscipiendo quod
timebatur, qui timore sublato donum dare pote-
rat charitatis. Nec in hoc ꝙ maledictus est appel-
latus, qui pendet in ligno, contumelia in dominũ
putanda est: ex parte quippe mortali pependit in
ligno: mortalitas aũt unde sit, notum est credentĩ-
bus. Ex pœna quippe est, & maledictio peccati
D primi hominis, quam dominus suscepit, & pecca
ta nostra pertulit corpore suo per lignum. Si ergo
diceretur, mors maledicta est: nemo exhorresce-
ret. Quid autem nisi mors domini pependit in li-
gno, ut mortẽ moriendo superaret? Eadem igitur
maledicta, quæ uicta est. Item si diceretur, pecca-
tum maledictum est: nemo miraretur. Quid autẽ
pependit in ligno, nisi peccatum ueteris hominis,
quod dominus pro nobis in ipsa carnis mortalita
te suscepit? Vnde nec erubuit nec timuit Aposto
lus dicere, peccatum eum fecisse pro nobis: ad-
dens, ut de peccato condemnaret peccatum. Nõ
enim & uetus homo noster simul crucifigeretur,
sicut Apostolus alibi dicit, nisi in illa morte domi Rom.6
ni, peccati nostri figura penderet, ut euacuaretur
corpus

corpus peccati, ut ultra nō seruiamus peccato. In
eius peccati & mortis figura etiā Moyses in ere- A
mo super lignum exaltauit serpentē. Persuasione
quippe serpētis homo in damnationē mortis ceci
dit. Itaq; serpēs ad significationē ipsius mortis, cō
uenienter in ligno exaltatus est: in illa enim figura
mors domini pēdebat in ligno. Quis autē abhor-
reret si diceretur, Maledictus serpēs qui pendet in
ligno? & tamen mortem carnis domini præfigu-
rans serpens pendebat in ligno, cui sacramento
ipse dominus attestatus est, dicens, Sicut exalta-
Ioan. 3 uit Moyses serpentem in eremo, ita & exaltari o-
portet filium hominis super terram. Non enim &
hoc in contumeliā domini Moysen fecisse aliquis
dixerit, cum tantā in ea cruce salutem hominū es-
se cognosceret, ut nō ob aliud ad eius indiciū ser-
pentē illum erigere iuberetur, nisi ut eum intuen- B
tes, qui morsi à serpentibus, morituri erāt, conti-
nuo sanarentur. Nec propter aliud ille serpens æ-
neus factus erat, nisi ut permansuræ passionis do
mini fidē significaret. Etiā uulgo quippe dicuntur
ænea, quorū numerus manet. Si enim obliti essent
homines, & obliteratū esset de memoria tēporis,
q Christus pro hominibus mortuus est, uere mo-
rerentur, nunc autē tanq; ænea permanet crucis
fides, ut cum alij moriātur, alij nascātur, ipsam ta-
men sublimem permanere inueniāt, quam intuen
do sanētur. Non igitur mirū, si de maledicto uicit
maledictum, qui uicit de morte mortē, & de pec-
cato peccatū, de serpente serpentē. Maledicta au-
tem mors, maledictum peccatum, maledictus ser-
pens: & hæc omnia in cruce triumphata sunt. Ma
Deuter. 21 ledictus igitur omnis qui pendet in ligno. Quia er C
go non ex operib. legis, sed ex fide iustificat Chri-
stus credentes in se, timor maledictionis crucis
ablatus est: charitas benedictionis Abrahæ pro-
pter exemplū fidei permanet ad gētes: ut annun
ciationē, inquit, spiritus per fidem accipiamus: id
est, ut non quod timetur in carne, sed quod spiritu
diligitur, credituris annuncietur. Vnde etiā testa-
menti humani mentionem facit: quod utiq; multo
est infirmius q̃ diuinū. Tamē hominis confirma-
Hebr. 9 tum testamentū, inquit, nemo irritum facit, aut su-
perordinat: quia cum testator mutat testamentū,
non confirmatū mutat: testatoris enim morte con
firmatur. Quòd autē mors testatoris ualet ad con-
firmandū testamentū eius, quia consilium mutare
iam nō potest: hoc incōmutabilitas promissionis D
dei ualet ad confirmandā hæreditatē Abrahæ, cu-
ius fides deputata est ad iustitiā. Et ideo semen A-
Rom. 4 brahæ, cui dictæ sunt promissiones, Christū dicit
Apostolus, hoc est omnes Christianos fide imitā-
tes Abraham: quod ad singularitatē redigit, com-
mendando q nō dictum est, & seminibus: sed, se-
mini tuo: quia & una est fides, & nō possunt simi-
liter iustificari qui uiuunt ex operibus carnaliter,
cū his qui uiuunt ex fide spiritaliter. Inuincibiliter
autē infert, q lex nondū data erat: nec posset post
tātos annos ita dari, ut antiquas Abrahæ promis-
siones irritas faceret. Si enim lex iustificat, non est
iustificatus Abrahā, qui multum ante legem fuit.

Quod quia dicere nō possunt, coguntur fateri nō
A legis operibus iustificari hominē, sed fide. Simul
enī nos cogit intelligere omnes antiquos, qui iu-
stificati sunt, ex ipsa fide iustificatos. Quod enim
nos ex parte præteritū, id est primū aduentum do
mini: ex parte futurū, id est, secundū aduentum do
mini credendo salui efficimur: hoc totū illi, id est,
utrunq; aduentū futurū credebant, reuelante sibi
spiritusancto, ut salui fierent. Vnde est etiā illud,
Abrahā concupiuit diem meū uidere, & uidit & Ioan. 8
gauisus est. Sequitur quæstio satis necessaria. Si
enim fides iustificat, & priores sancti, quia apud
deū iustificati sunt, per ipsam iustificati sunt, quid
opus erat legē dari? Quā quęstionem tractandam
sic intulit, interrogans & dicēs, Quid ergo? Huc-
usq; enim interrogatio est. Deinde infertur respō-
B sio, Lex trāsgressionis gratia proposita est, donec 1 Retract.
ueniret, inquit, semen, cui promissum est, disposi- cap. 24
tum per angelos in manu mediatoris. Mediator Gal. 3
autē unius non est, deus uero unus est. Mediato-
rem Iesum Christum secundū hominē dici, ex illa
eiusdē Apostoli sententia fit planius, cum ait, Vnus
enim deus, unus & mediator dei & hominum ho 1 Tim. 2
mo Christus Iesus. Mediator ergo inter deum &
deū esse non potest, quia unus est deus: mediator
autē unius non est, quia inter aliquos medius est.
Angeli porrò, qui nō lapsi sunt à cōspectu dei, me
diatore nō opus habent, per quē reconcilientur.
Item angeli qui nullo suadente spōtanea præuari-
catione sic lapsi sunt, per mediatorē non reconci-
liātur. Restat ergo, ut qui mediatore superbo dia-
bolo, superbia persuadēte deiectus est, mediatore
C humili Christo humilitatē persuadente erigatur.
Nam si filius dei in naturali æqualitate patris ma-
nere uellet, nec se exinaniret, formam serui acci-
piens, non esset mediator dei & hominum. Quia
ipsa trinitas unus deus est, eadē in tribus, patre &
filio & spiritusancto deitatis æternitate & æquali
tate constante. Sic itaq; unicus filius dei mediator
dei & hominum factus est, cum uerbum dei deus
apud deum, & maiestatem suā usq; ad humana de
posuit, & humilitatē humanā usq; ad diuina sub-
uexit, ut mediator esset inter deū & homines, ho- Psal. 44
mo per deum ultra homines: Ipse est enim specio
sus forma præ filijs hominū, & unctus oleo exul-
tationis præ participibus suis. Sanati sunt ergo ab
D impietate superbiæ, ut reconciliarentur deo, qui-
cunq; homines humilitatem Christi, & per reue-
lationem antequā fieret, & post Euangeliū post-
eaquam facta est, credendo dilexerunt, diligendo
imitati sunt. Sed hæc iustitia fidei, quia non pro
merito data est hominibus, sed pro misericordia
& gratia dei, non erat popularis antequam domi
nus homo inter homines nasceretur. Semen au-
tem, cui promissum est, populū significat: nō illos
paucissimos, qui reuelationibus ea futura cernen-
tes, quāuis per eandē fidem salui fierent, populum
tamen saluum facere non poterant. Qui populus
sanè, si per totum orbem consideretur, nam de to-
to orbe ecclesiam Hierusalem cœlestem congre-
gat, pauci sunt, quia uia angusta paucorum est: in

unum tamen cōgregati, quotquot existere potuerunt, antequam Euangeliū prædicabatur: & quotquot existere potuerūt, ex quo Euangelium prædicatur: & quotquot poterūt usque ad finē seculi per omnes gētes, adiunctis sibi etiā illis, quāuis paucissimis, qui ex fide domini fidei prophetica ante ambos aduentus eius salutē gratiæ perceperūt: implēt sanctorum beatissimū ciuitatis sempiternæ statū. Superbienti ergo populo lex posita est ut quādo gratiam charitatis nisi humiliatus accipere non posset, & sine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, transgressione humiliaretur ut quæreret gratiam, nec se suis meritis saluū fieri, quod superbum est, opinaretur: ut esset nō in sua potestate & uiribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. Per angelos aūt ministrata est omnis dispensatio ueteris Testamenti, agente in eis spiritusancto, & ipso uerbo ueritatis, nondū incarnato: sed nunquam ab aliqua ueridica administratio ne recedente. Quia per angelos disposita est ipsa dispensatio legis, cum aliquando suam, aliquādo dei personā, sicut Prophetarum mos est, agerent: perque illam legem morbos ostendentem, non auferentem etiam præuaricationis crimine contrita est superbia. Dispositum est per angelos, sed in manu mediatoris, ut ipse liberaret à peccatis, iam per transgressionē legis coactos cōfiteri opus sibi esse gratiam & misericordiā domini: ut sibi peccata dimitterentur, & in noua uita per eum, qui pro se sanguinē fudisset reconciliarentur deo. In istis enim erat per transgressionem legis confringenda superbia, qui gloriātes de patre Abrahā, quasi naturalem se iactabant habere iustitiam, & merita sua in circuncisione, cæteris gentibus tanto per niciosius, quanto arrogantius præferebant, Gentes autē facillime etiam sine huiusmodi legis trāsgressione humiliarentur. Homines enim nullam ex parentibus originem iustitiæ se trahere præuidentes simulachtorū etiam seruos inuenit Euangelica gratia. Non enim, sicut istis dici poterat, nō fuisse illam iustitiā parentum eorū in colēdis idolis, quam esse arbitrabantur: ita etiam Iudæis dici poterat falsam fuisse iustitiam patris Abraham.

Matt. 3 Itaque illis dicit, Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ: & ne dixeritis uobis, patrem habemus Abraham: potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Istis autem dicitur, Pro-

Ephe. 2 pter quod memores estote, quia uos aliquādo gētes eratis in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufacta, qui eratis illo tēpore sine Christo, alienati à societate Israel, & peregrini testamentorū, & promissionis spem nō habētes, & sine deo in hoc mūdo. Denique illic infideles de oliua sua fracti, hic aūt fideles de oleastro in oliuam illorū inserti esse monstrantur. Illorum ergo erat de legis trāsgressione cōterēda superbia, Sicut ad Romanos cū scripturarū uer-

Rom. 3 bis peccata eorū exaggerasset: Scitis autē, inquit, quoniā quæcunque lex dicit, his qui in lege sunt loquitur: ut omne os obstruatur, & reus fiat omnis mūdus deo: Iudæi scilicet de transgressione legis, & gētes de impietate sine lege. Vnde & iterū ait,

A Conclusit enim deus omnia in incredulitatem, ut Rom. 11 omnibus misereatur. Hoc & nūc dicit, refricās ipsam quæstionē. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura omīa sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credētibus. Non ergo lex data est ut peccatū auferret, sed ut sub peccato omnia cōcluderet. Lex enim ostēdebat peccatū esse, quod illi per consuetudinē cæcati, possent putare iustitiā: ut hoc modo humiliati, cognoscerent non in sua manu esse salutē suā, sed in manu mediatoris. Maxime quippe humilitas reuocat, unde nos deiecit superbia. Et ipsa humilitas est accōmodata percipiendæ gratiæ Christi, qui singulare humilitatis

B exemplū est. Ne quisquā hic tam imperitē dixerit, Cur ergo nō profuit Iudæis, quod per angelos legē ministrātes, in manu mediatoris dispositi sunt? Profuit enim quantū dici non potest. Quæ enim gētium ecclesiæ uenditarū rerum suarū precia ad pedes Apostolorū posuerūt, quod tot milia hominum tam repēte fecerūt? Nec turbæ infideliū considerandæ sunt: omnis enim area multis partibus ampliorē habeat paleam, quàm frumērum. Vnde etiā illa eiusdē Apostoli uerba ad Romanos, nisi de sanctificatione Iudæorū. Quid ergo? Nunquid Rom. 11 repulit deus plebem suam? Absit: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem suā quam præsciuit. Cum autē laudaret præ cæteris ecclesiis gen-

C tium ecclesiam Thessalonicensium, similes eos fa 1. Thess. 2 ctos ecclesiis Iudææ, quia multa à contribulib. suis pro fide passi erāt, quomodo & illi à Iudæis. Hinc est & illud quod pauloante cōmemoraui, quod ait ad Romanos, Si enim spiritalibus eorū cōmunicauerūt gentes, debēt & in carnalibus ministrare eis. De ipsis ergo Iudæis etiā consequēter dicit, Rom. 15 Prius autē quàm ueniret fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eam fidem, quæ postea reuelata est. Vt enim tam propè inueniretur, etiā de proximo ad deū uenditis suis rebus accederent, quod dominus eis præcepit qui uellent esse perfecti, lege ipsa factum est, sub qua custodiebātur: conclusi in eam fidem, id est in aduentum eius fidei, quæ postea reuelata est: cōclusio enim eorum erat tum

D timor unius dei. Et quòd præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, nō ad perniciē, sed ad utilitatem ualuit eis qui crediderunt: cognitio enim maioris ægritudinis, & desiderari medicū uehementius fecit, & diligi ardentius. Cui enim plurimū dimittitur, plurimum diligit. Ita lex, inquit, pædagogus noster fuit in Christo: hoc est quod ait, Sub lege custodiebamur conclusi in ea. Posteaquā uenit fides, iam nō sumus sub pædagogo. Eos ergo nunc reprehendit, qui faciunt irritam gratiam Christi: quasi enim nondū uenerit, qui uocaret in libertatem, sic adhuc uolūt esse sub pędagogo. Quod autem filios dei dicit esse omnes per fidem, quia induerunt Christum, quicunque in Christo baptizati Gal. 3 sunt: ad hoc ualet, ne gētes de se desperarent, quia

non

non custodiebātur sub pędagogo,& ideo se filios
non putarent:sed per fidem inducendo Christum, A
omnes fiunt filij:nō natura sicut unicus filius, qui
etiā sapientia dei est:neq; præpotentia & singula
ritate susceptionis ad habendam naturaliter & a-
gendam personam sapientiæ,sicut ipse mediator,
unum cum ipsa suscipiēte sapientia sine interposi-
tione alicuius mediatoris effectus:sed filij fiūt par
ticipatione sapientiæ,id præparante atq; præstan
te mediatoris fide:quam fidei gratiam nunc indu-
mētum uocat,ut Christū induti sint,qui in eū cre-
diderunt:& ideo filij dei fratresq; eius mediatoris
effecti sunt.In qua fide non est distantia Iudæi ne-
Gal.3 que Græci: non serui, neq; liberi:non masculi &
fœminæ:inquantum enim omnes fideles sunt, o-
mnes unū sunt in Christo Iesu:& hoc facit fides,
per quam in hac uita iuste ambulatur, quāto per- B
fectius atq; cumulatius id species ipsa factura est,
cum uidebimus facie ad faciē? Nam nunc quāuis
primitias habētes spiritus,qui uita est, propter iu-
stitiam fidei,tamen quia adhuc mortuum est cor-
pus propter peccatū,differētia ista uel gentiū, uel
conditionis, uel sexus iam quidem ablata est ab
unitate fidei,sed manet in conuersatione mortali,
Eiusq; ordinem in huius uitæ itinere seruandum
esse & Apostoli præcipiunt,qui etiam regulas sa-
luberrimas tradunt: quemadmodū secum uiuant
pro differētia gentis Iudæi & Græci:& pro diffe-
rentia cōditionis domini & serui,& differentia se
xus uiri & uxores:uel si qua talia cætera occurrūt.
Matth.22 Et ipse prior dominus,qui ait, Reddite Cęsari quę
Cæsaris sunt,& deo quæ dei sunt. Alia sunt enim
quæ seruamus in unitate fidei sine ulla distantia:&
alia in ordine uitæ huius tanquam in uia, ne no- C
men dei & doctrina blasphemetur . Et hoc non
solum propter iram,ut effugiamus offensionē ho
minum,sed etiā propter conscientiam : ut non si-
mulate,quasi ad oculos hominum ista faciamus:
sed pura dilectionis conscientia propter deū, qui
1 Tim.2 omnes homines uult saluos fieri,et in agnitionem
ueritatis uenire. Omnes ergo, inquit, uos unum
estis in Christo Iesu. Et addidit, Si autem, ut hic
subdistinguatur, & subaudiatur, uos unum estis
in Christo Iesu: ac deinde inferatur, Ergo Abra-
hæ semen estis: ut iste sit sensus, Omne ergo uos
unum estis in Christo Iesu.Si autem uos unū estis
in Christo Iesu,uos ergo Abrahæ semen estis. Su- D
perius enim dixerat, Non dicit & seminibus, tan-
quam in multis,sed tanquam in uno,& semini tuo
qui est Christus. Hic ergo ostendit unum semen
Christum,non tantum ipsum mediatorem intelli-
gendum esse,uerumetiā Ecclesiam, cuius ille cor
poris caput est: ut omnes in Christo unum sint,
& capiant secundum promissionem hæreditatem
per fidem:in quam conclusus erat: id est, in cuius
aduentu tanquā sub pædagogo custodiebatur po
pulus usq; ad ætatis opportunitatē:quia in liberta
tem uocandi erant : qui in eodem populo secun-
dum propositum uocati sunt:id est,qui in illa area
Expositio capituli quarti frumentum inuenti sunt, Ad hoc enim subiungit:
Gal.4 Dico autem, Quanto tempore hæres paruu-

lus est,nihil differt à seruo, cum sit dominus om-
nium:sed sub procuratoribus & actoribus est us-
que ad præfinitū tempus à patre.Sic & nos cum
essemus paruuli,sub elementis huius mundi era-
mus seruientes.Quæri autē potest, quomodo se-
cundū hanc similitudinē sub elemētis huius mun-
di fuerint Iudæi,cum illis per legem, quam acce-
perunt,unus deus qui fecit cœlum & terram, co-
lendus commendaretur.Sed potest esse alius exi-
tus capituli huius, ut cum superius legem pæda-
gogum fecerit, sub quo erat ille populus Iudæo-
rum:nunc procuratores & actores dicat elemen-
ta mundi, sub quibus seruiebant gentes: ut filius
ille paruulus,id est populus propter unam fidem
ad unum semen Abrahæ pertinens,quoniā & de
Iudæis & de gentibus cōgregatus est:partim fue-
rit sub pædagogo legis,tempore pueritiæ suæ, id
est ex ea parte,qua de Iudæis cōgregatus est: par-
tim sub elementis huius mundi, quibusdam tan-
quam procuratoribus & actoribus seruierit,ex ea
parte qua de gentibus congregatus est: ut quòd
immiscet Apostolus personam suam, non dicens,
cum essetis paruuli,sub elementis huius mūdi era-
tis seruientes:sed dicens, Cū essemus paruuli, sub
elementis huius mundi eramus seruientes: non
pertineat ad significationē Iudæorum, ex quibus
Paulus originem ducit,sed magis ad gentium,hoc
duntaxat loco: quoniam & eorum personæ de-
center se potest annectere,quibus ad euāgelizan-
dum missus est.Deinde iam dicit, Veniente ple- Gal.4
nitudine temporis,deum misisse filium suum ad li
berādum paruulum hæredem,seruientem ex par-
te legi,tanquam pædagogo:ex parte elemētis hu
ius mundi, tanquā procuratoribus & actoribus:
Misit deus, inquit, filium suum factum ex mulie-
re. Mulierem pro fœmina posuit, more locutio-
nis Hebræorum. Non enim quia de Eua dictum Gen.2
est,Formauit eam in mulierē : iam passa erat con-
cubitus uiri,quos non scribitur passa, nisi cum di-
missi erant de paradiso. Factum autem dixit, pro-
pter susceptionem creaturę:quia qui nascūtur ex
fœminis, non tunc ex deo nascuntur, sed tamen
deus illos facit:ut sic nasci possint,ut omnis crea-
tura. Factum autem sub lege dixit, quia & circun
cisus est,& hostia pro illo legitima oblata est.Nec
mirū si & illa legis opera sustinuit:ex quibus libe-
raret qui eis seruiliter tenebātur, qui etiā mortem
sustinuit,ut ex ea liberaret eos qui mortalitate te-
nebantur. Vt adoptionē,inquit, filiorum recipia-
mus.Adoptionē propterea dicit, ut distincte in-
telligamus unicū dei filium. Nos enim beneficio
& dignatione misericordiæ eius, filij dei sumus:
ille natura est filius, qui hoc est quod pater. Nec
dixit accipiamus, sed recipiamus, ut significaret
hoc nos amisisse in Adā ex quo mortales sumus.
Hoc ergo quod ait, Vt eos qui sub lege erant redi
meret,& ad liberandum eum populum pertinet,
qui paruulus sub pædagogo seruiebat: & refertur
ad id quod dixit,factum sub lege. Illud autē quod
ait, ut adoptionem filiorum recipiamus, refertur
ad id quod dixit, factum ex muliere. Hinc enim

adoptionem recipimus, quod ille unicus nõ dedi-
gnatus est participationem naturæ nostræ, factus
ex muliere, ut nõ solum unigenitus esset ubi fra-
tres non habet, sed etiam primogenitus in multis,
fratribus esset. Duo enim propoiuit, factũ ex mu-
liere, factum sub lege: sed mutato ordine respon-
dit. Iam illum populũ adiungẽs qui paruulus sub
procuratorib. & actoribus seruiebat: id est, elemẽ-
tis huius mũdi: ne putarent se non esse filios, quia
non erãt sub pędagogo. Quoniã autem filij estis,
inquit misit deus spiritum filij sui in corda uestra
clamantẽ, abba pater. Duo sunt uerba quæ posuit,
ut posteriore interpretaretur primum. Nam hoc
est abba, quod pater. Eleganter autem intelligitur
nõ frustra duarum linguarũ uerba posuisse idem
significantia, propter uniuersum populum qui de
Iudæis & de gentibus in unitatẽ fidei uocatus est:
ut Hebræum uerbũ ad Iudæos, Græcum ad gen-
tes, utriusq; tamen uerbi eadẽ significatio ad eius-
dem fidei spiritusq; unitatẽ pertineat. Nam & ad
Romanos, ubi similis quæstio de pace in Christo
Rom.8 Iudæorum gentiumq; tractatur, hoc dicit, Non e-
nim accepistis spiritum seruitutis iterum in timo-
re: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in
quo clamamus, abba pater. Recte autem de præ-
sentia & de dono spiritussancti probare uoluit gẽ
tibus, ꝙ pertineant ad promissionem hæreditatis.
Non enim euangelizatum est gentibus, nisi post
ascensum domini & aduentũ spiritussancti. Cœ-
perant enim iam Iudæi credere cum in terris ad-
huc filius dei mortalem hominem gereret: sicut in
Euangelio scriptum est, Vbi quanquam & Cha-
Matth.15 nanææ mulieris fidẽ ipse laudauerit, & illius Cen
Matth.8 turionis, de quo ait, Non se inuenisse talem fidem
in Israel: tamen proprie tunc Iudæis esse euange-
lizatũ, uerbis ipsius domini satis clarũ est: cum ad
Matth.15 ipsius Chananææ deprecationẽ dixit, non se esse
Matth.10 missum nisi ad oues quæ perierũt domus Israel: &
discipulos cum mitteret, ait, In uiam gentium ne
abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introie-
ritis, sed ite primũ ad oues quæ perierunt domus
Ioan.10 Israel. Gentium autem aliud ouile appellauit cum
diceret, Habeo alias oues quæ nõ sunt de hoc oui
li: quas tamen se adducturũ ait, ut esset unus grex,
& unus pastor: Quando autem, nisi post clarifica-
tionem suam? Post resurrectionem autẽ ad gen-
Act.1 tes discipulos misit, cum eos interim Hierosoly-
mæ manere iussisset, donec eis secundum promis-
sionẽ suam spiritũsanctum mitteret. Cum ergo di-
Gal.4 xisset Apostolus, Misit deus filium suum, factum
ex muliere, factum sub lege ut eos qui sub lege e-
rant redimeret, ut adoptionem filiorum recipia-
mus, restabat ut etiam gentes, quæ non erant sub
lege, ad eandem tamen adoptionem filiorum per-
tinere ostẽderet: quod de sanctispiritus dono, qui
omnibus datus est docet. Vnde se etiam Petrus
de baptizato incircunciso Centurione Cornelio
defendit apud Iudæos qui crediderant, dicens,
Act.10 Non se potuisse aquã negare illis, quos sanctũspi-
ritum accepisse claruerat. Nam ipso grauissimo
documento etiã superius usus est Paulus cum di-
ceret. Hoc solum uolo discere â uobis, ex operib. Gal.3
A legis spiritũ accepistis, an ex auditu fidei? Et pau-
lo post, Qui ergo tribuit uobis spiritũ & uirtutes,
operatur in uobis ex operibus legis, an ex auditu
fidei? Sic & hic, Quoniam, inquit, filij dei estis, mi
sit deus spiritũ filij sui in corda uestra clamantem,
abba pater. Deinde manifestissime ostẽdit, de his
etiam se dicere qui ex gentibus ad fidem uenerãt,
ad quos etiã epistolam scribit, Ita iam, inquit, non
est seruus, sed filius: ꝓpter id quod dixerat. Quan
diu hæres paruulus est, nihil differt â seruo. Si au-
tem filius, inquit, & hæres, per deum: id est, per mi
sericordiã dei, non per promissiones patrum: de
quibus quanquã carnaliter sicut Iudæi natus non
es, es tamen filius Abrahæ secundũ imitationẽ fi-
dei, cuius fidei gratiã per misericordiam domini
B meruisti. Sed tunc quidem, inquit, ignorantes
deum, his qui naturaliter non sunt dij seruistis.
Nunc certe quia non Iudæis scribit sed gentibus, Gal.4
nec, ait, seruiuimus: sed, seruistis: satis probabile
est etiam superius de gentibus dictum, ꝙ sub ele-
mentis huius mundi erant seruientes tanquam sub
procuratoribus & actoribus. Nam ipsa elementa
utiq; non sunt naturaliter dij, siue in cœlo, siue in
terra: quemadmodum multi dij, & domini multi:
sed nobis unus deus pater, ex quo omnia, & nos
in ipso: & unus dominus Iesus Christus, per quem
omnia, & nos per ipsum. Cum autem dicit, His
qui naturaliter non sunt dij, seruistis: satis demon-
strat unum uerũ deum natura esse deum, quo no-
mine trinitas fidelissimo & catholico gremio cor
C dis accipitur. Eos autem qui natura non sunt dij,
propterea superius procuratores actoresq; appel
lat: quia nulla creatura est, siue quæ in ueritate ma
net, dans gloriam deo: siue quæ in ueritate non
stetit, quærens gloriam suam: Nulla ergo creatu-
ra est, quæ non, uelit nolit, diuinæ prouidentiæ ser
uiat: sed uolens facit cum ea quod bonum est: de
illa uero, quæ hoc non uult, fit quod iustum est.
Nam si etiã ipsi præuaricatores angeli, cum princi
pe suo diabolo non recte dicerentur procurato-
res uel actores diuinæ prouidentiæ, non dominus
magistratum huius mundi diabolum diceret: nec
uteretur illo ad correptionem hominum ipsa po-
testas Apostolica, eodem Paulo alibi dicente,
Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphema- 1 Tim.1
D re: & alio loco ad salutem, ait enim, Ego quidem 1 Corin.5
sicut absens corpore, præsens spiritu, iudicaui
quasi præsens, eum qui sic operatus est, in nomi-
ne domini Iesu Christi congregatis uobis & meo
spiritu, cum potentia domini nostri Iesu Christi,
tradere huiusmodi hominem Satanæ in interi-
tum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Ie-
su. Sed magistratus sub tanto imperatore non fa-
cit, nisi quantum illi permittitur: & procurato-
res actoresq; huius mundi nihil faciunt, nisi quan
tum dominus sinit: non enim latet eum aliquid si-
cut hominem, aut in aliquo est minus potens: ut
procuratores atq; actores, qui sunt in eius pote-
state, aliquid ipso siue nõ permittente, siue nesciẽ-
te in subiectis sibi pro suo gradu rebus efficiant:
non

non eis tamen rependitur quod de ipsis iuste fit,
sed quo animo ipsi faciunt: quia neq; liberam uo-
A luntatem rationali creaturæ suæ deus negauit, &
tamen potestatē, qua etiā iniustos iuste ordinat, si-
bi retinuit. Quem locum latius & uberius in libris
alijs tractauimus. Siue ergo solem & lunā & side-
ra & cœlum & terrā, cæteraq; huiusmodi gentes
colebant, siue dæmonia, recte sub procuratoribus
& actoribus fuisse intelliguntur. Verumtamen ea
quæ sequuntur, iam quasi explicatam quæstionē
rursus implicant. Cum enim per totam epistolam
non ab alijs ostendat solicitatam fuisse Galatarū
fidem, nisi ab eis qui ex circuncisione erant, & ad
carnales obseruationes legis tanquam in eis salus
esset, adducere cupiebāt: hoc tantum loco ad eos
loqui uidetur, qui ad gentiliū superstitiones redi-
B re tentarent. Ait enim, Nunc autem cognoscētes
deum, imò cogniti à deo, quomodo reuertimini
ad infirma & egena elementa, quibus rursus ut
Gal.4 antea seruire uultis? In eo eñi quod dicit, Reuer-
timini, quando nō circuncisis, sed gentibus loqui
tur, sicut in tota epistola apparet, non utiq; ad cir-
cuncisionem dicit eos reuerti, in qua nunquam
erāt, sed ad infirma, inquit, & egena elementa, qui
bus rursus ut antea seruire uultis. Quod de genti-
bus intelligere cogimur: his enim supra dixerat,
Sed tunc quidem ignorātes deum, his qui natura
nō sunt dij, seruistis. Ad quam seruitutem reuerti
eos uelle significat, cū ait, Quomodo reuertimini
ad infirma & egena elemēta, quibus rursus ut an-
Ibidem tea seruire uultis? Quòd autē adiūgit, Dies obser-
uatis, & menses & annos, & tempora: Timeo ne
forte sine causa laborauerim in uobis: magis hanc
C sententiā cōfirmare uideri potest. Vulgatissimus
est enim error gentilium iste, ut uel in agendis re-
bus, uel in expectandis euentibus uitæ ac nego-
ciorum suorum, ab Astrologis & Chaldæis nota-
tos dies, & menses, & annos, & tempora obser-
uent. Fortasse tamē non opus est, ut hoc de genti-
lium errore intelligamus, ne intentionem causæ,
quam ab exordio susceptam ad finem usque per-
ducit subito in aliud temere detorquere uelle ui-
deamur, sed de his potius de quibus cauēdis eum
agere per totam epistolam apparet. Nam & Iudæi
seruiliter obseruāt dies & mēses & annos & tēpo-
ra in carnali obseruatiōe sabbati & neomeniæ &
mēse nouorū, & septimo quoq; anno, quē uocant
D sabbatū sabbatorū. Quæ quoniā erant umbræ fu-
turorū, iam adueniēte Christo in superstitione re
manserūt, cum tanquā salutaria obseruarentur à
nesciētib. quò referenda sint: ut tanquā hoc dixe-
rit Apostolus gētibus, Quid prodest uos euasisse
seruitutē qua tenebamini, cū seruiretis elementis
mūdi, quando rursus ad talia reditis, seducti ab eis
qui nondū agnoscentes libertatis suæ tēpus, inter
cætera opera legis quæ carnaliter sapiūt, etiā tem-
poribus seruiūt: quib. & uos rursus ut antea serui
re uultis, & obseruare cū eis dies & menses & an
nos & tēpora, quibus seruiebatis anteq; Christo
crederetis? Manifestū est enim uolumina tempo-
rum per elemēta huius mūdi, hoc est, cœlū & ter-

ram et motus atq; ordinem syderum administrari.
A Quæ infirma appellat ex eo ꝙ infirma & instabi-
li specie uariant. Egena uero ex eo ꝙ egent sum-
ma & stabili specie creatoris, ut quoquo modo
sunt esse possint. Ergo eligat lector utrā uolet sen-
tentiā, dūmodo intelligat ad tantū periculum ani
mæ pertinere superstitiosas tēporū obseruatiōes,
ut huic loco subiecerit Apostolus, Timeo uos ne
forte sine causa laborauerim in uobis. Quod cum
tāta celebritate atq; autoritate per orbē terrarū in
ecclesiis legat, plena sunt cōuenticula nostra ho-
minib. qui tēpora rerū agendarū à mathematicis
accipiūt. Iam uero ne aliquid inchoetur, aut ædifi
ciorū aut huiusmodi quorūlibet operum diebus
quos Aegyptiacos uocāt, sæpe etiam nos monere
nō dubitāt, nesciētes, ut dicit, ubi ambulāt. Quòd
B si locus iste de Iudæorū superstitiosa obseruatione
intelligēdus est, quā spem habēt, cum Christianos
se dici uelint, ex ephemeridis uitā naufragam gu-
bernantes: quando de diuinis libris, quos deus ad
huc carnali populo dedit si more Iudæorū tēpora
obseruarēt, diceret eis Apostolus, Timeo uos ne
forte sine causa laborauerim in uobis: & tamen si
deprehēdatur quisquā uel catechumenus Iudai-
co ritu sabbatū obseruās, tumultuat ecclesia. Nūc
aūt innumerabiles de numero fideliū cum magna
confidētia in faciē nobis dicunt, die post calendas
nō proficiscor. Et uix lēte ista prohibemus arridē-
tes, ne irascātur, & timētes ne quasi nouū aliquid
mirētur. Væ peccatis hominū, quæ sola inusitata
exhorrescimus. Vsitata uero pro quib. abluendis
filij dei sanguis effusus est, quālibet magna sint, &
C omnino claudi cōtra se faciant regnū dei, sæpe ui-
dendo omnia tolerare, sæpe tolerādo nōnulla etiā
facere cogimur, atq; utinā ò domine nō omia quę
nō potuerimus ꝓhibere faciamus. Sed iam uidea
mus quæ sequūtur, Sanè prætereramus quod di-
ctum est, Nūc aūt cognoscētes deū, imò cogniti à
deo. Videt enim certe hoc loco etiam Apostolica
locutio cōgruere uelle infirmitati hominū. Neq;
tantūmodo in ueteris Testamēti libris usq; ad ter-
renas hominū cogitationes modus diuini eloquij
descēdisse uideatur, Nā quoniā correxit quod di-
xerat, cognoscētes deū: nihil nos mouere debet. 2 Corin.5
Manifestū est enim ꝙ diu per fidē ambulamus nō
per speciē, nondū nos cognouisse deū, sed ea fide
purgari ut opportuno tempore cognoscere ualea
D mus. Sed quod in ipsa correctiōe ait, imò cogniti
à deo: si proprie accipitur, putabit deus quasi ex
tēpore aliquid cognoscere qd ante non nouerat.
Trāslate ergo dictū est, ut oculos dei accipiamus
ipsam dilectionē eius, quā cōmēdauit minendo ꝓ
impijs unicū filiū: sic enim de ijs qui diliguntur di
cere solemus, ꝙ ante oculos habeātur. Hoc est er-
go cognoscētes deū, imò cogniti à deo. Quod &
Ioannes dixit, Non ꝙ nos dilexerimus deum, sed
quoniā ipse dilexit nos. Dicit autē, Estote sicut & 1 Ioan.4
ego: Qui utiq; cū Iudæus natus sim, iam ista carna
lia spiritali dijudicatione contēno. Quoniā & ego
sicut uos: id est, homo sum. Deinde opportune ac
decēter facit eos recolere charitatem suā, ne tanq;

inimicũ illum deputent. Dicit enim, Fratres pre-
A cor uos nihil me læsistis, Tanꝗ̃ si diceret, ne ergo
putetis ꝙ ego lædere uos cupiam. Scitis quia per
infirmitatẽ carnis iampridẽ euangelizaui uobis:
id est, cũ persecutionẽ paterer. Et tentationem ue-
strã in carne mea nõ spreuistis neq; respuistis. Tẽ-
tati sunt enim, cũ persecutionẽ pateretur Aposto-
lus, utrũ timore desererent eũ, an charitate ample
cterẽtur. Et neq; spreuistis, inquit, tanꝗ̃ utilẽ istam
tentationẽ: neq; respuistis, ut nõ susciperetis com
munionẽ periculi mei. Sed sicut angelũ dei exce-
pistis me, sicut Christũ Iesum. Deinde admirans,
opus eorũ spiritale cõmendat, ut hoc intuẽtes, in
carnalem timorẽ non decidant. Quæ ergo fuit, in-
quit beatitudo uestra? Testimonium uobis perhi-
beo, quoniã si fieri posset, oculos uestros eruisse-
B tis & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum
uobis, uerũ prædicãs? Respõdetur utiq;, non. Sed
quid uerũ prędicãs, nisi ut nõ circũcidanẽ? Et ideo
uide quid adiungit. Æmulantur uos non bene: id
est, inuident uobis, qui uos carnales de spiritalib.
uolũt facere: hoc est æmulãtur nõ bene, sed exclu-
dere, inquit, uos uolũt, ut illos æmulemini, hoc est
imitemini. Quomõ, nisi ut seruitutis iugo attinea
mini, sicut ipsi attinẽtur. Bonũ autẽ est, ait, æmula
ri in bono semp. Vult enim ut seipsum imitentur,
propter hoc addidit, Et non solũ cũ præsens sum
apud uos. Cũ enim præsenti oculos suos dare uel-
lent, utiq; ipsum conabãtur imitari, quẽ ita dilige-
bant. Ad hoc dicit etiã, Filioli mei: ut tanꝗ̃ paren-
tem utiq; imitentur, Quos iterũ, inquit, parturio,
donec Christus formetur in uobis. Magis hoc ex
1 Thess. 2 persona matris ecclesiæ locutus est: nã & alibi di-
C cit, Factus sum paruulus in medio uestrũ, tanquã
si nutrix foueat filios suos. Formaẽ autẽ Christus
in credẽte per fidẽ in interiore homine, uocato in
libertatẽ gratiæ: miti & humili corde, nõ se iactan
te de operũ meritis, quæ nulla sunt, sed ipsa gratia
Matth. 25 meritũ aliquod inchoãte, quo possit dicere mini-
mus sum: id est ipse sum ille, qui ait, Cũ enim feci-
stis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Formatur
eñ Christus in eo, qui formam accepit Christi: for
mam aũt accipit Christi, quia adhęret Christo dile
ctione spiritali. Ex hoc eñ fit, ut huius imitatione
sit quod ille, quantũ gradu suo sinitur. Qui eñ di-
1 Ioan. 2 cit se in Christo manere, ait Ioãnes, debet quomõ
D & ille ambulauit & ipse ambulare. Sed cũ homi-
nes à matrib. cõcipiãtur ut formẽtur, iam formati
aũt parturiantur ut nascãtur, potest mouere quod
dictum est, Quos iterum parturio, donec Christus
formeẽ in uobis. Nisi parturitionẽ hanc pro cura-
rũ angorib. positã intelligamus, quibus eos partu-
riuit ut nascereneẽ in Christo: & iterum parturit ꝓ-
pter pericula seductiõis, quibus eos cõturbari ui-
det. Solicitudo autẽ talium de illis curarum, qua se
quodãmodo parturire dicit, tãdiu esse poterit, do-
nec perueniãt in mẽsurã ætatis plenitudinis Chri-
sti, ut iam nõ moueãtur omni uẽto doctrinæ. Non
ergo propter initiũ fidei, qua nati erant, sed pro-
pter robur perfectiõis dictũ est, Quos iterũ partu
rio, donec Christus formeẽ in uobis. Hanc parturi

tionẽ alijs uerbis etiam alibi cõmendat, ubi dicit,
Incursus in me quotidianus, solicitudo omnium 2 Cor. 11
ecclesiarũ, Quis infirmatur, & ego non infirmor?
Quis scãdalizaẽ, & ego nõ uror? Quod uero sub-
iecit, Vellem aũt nũc adesse apud uos, & mutare
uocẽ meã, quia cõfundor in uobis: q̃d aliud intelli
gitur, nisi quia filiolos suos esse dixerat, parcẽs eis
fortasse p̃ literas, ne seueriore obiurgatiõe cõmo-
ti, facile in eius odiũ traducerẽtur à deceptorib. il-
lis, quibus absens non posset resistere. Vellẽ ergo,
inquit, nũc adesse apud uos, & mutare uocẽ meã:
id est, negare uos filios, quia confundor in uobis.
Malos eñ filios ne de his erubescãt, etiã parentes
abdicare solẽt, Deinde subiungit, Dicite mihi sub
lege uolẽtes esse, Legẽ nõ audistis? Et de duobus
quidẽ filijs Abrahæ quod dicit, facile intelligitur:
nã ipse interpretaẽ hanc allegoriã. Hos enim duos
filios habebat Abrahã, cum duo testamẽta signifi
cata sunt. Post mortẽ autẽ Saræ, quos de alia uxo-
re genuit, nõ pertinent ad hanc significationẽ. Et
ideo multi legẽtes Apostolum, librũ autem Gene
seos ignorãtes, putãt solũ duos filios habuisse A-
brahã. Hos ergo solos cõmemorat Apostolus, q̃a
solos adhuc habebat cũ hæc significarentur, quæ
consequenter exponit. Quòd ille de ancilla, quæ
Agar uocabaẽ, uetus testamentũ significat, id est
populũ ueteris Testamẽti, propter iugum seruile
carnaliũ obseruationũ, & ꝓmissa terrena, quibus
irretiti & quæ tantũmodo sperãtes de deo, nõ ad-
mittũtur ad hæreditatẽ spiritalẽ cœlestis patrimo-
nij. Non autem sufficit ꝙ de libera uxore natus est
Isaac, ad significandũ populũ hæredẽ noui Testa-
mẽti: sed plus hic ualet ꝙ secundũ promissionẽ na
tus est. Ille aũt & de ancilla secundũ carnẽ & de li-
bera nasci potuit secundũ carnẽ, sicut de Cethura Gen. 25
quã postea duxit Abrahã, nõ secundũ ꝓmissionẽ,
sed secundũ carnẽ suscepit filios. Isaac eñ mirabi-
liter natus est per promissionem cũ ambo paren-
tes senuissent. Quòd si data per Apostolũ fiducia,
ꝙ duos illos allegorice accipiẽdos apertissime o-
stendit, uoluerit aliquis etiã Cethurę filios in ali-
qua rerũ figura futurarũ inspicere, non eñ frustra
de talib. personis administratiõe spiritus sancti hęc
gesta conscripta sunt, inueniet fortasse hæreses &
schismata significari. Qui filij de libera quidẽ sicut
isti de ecclesia, sed tamẽ secundũ carnem nati sunt
nõ spiritaliter per repromissionẽ. Quod si ita est,
nec ipsi ad hæreditatẽ inueniũtur pertinere, id est
ad cœlestẽ Hierusalẽ, quam sterilẽ uocat scriptu-
ra quãdiu filios in terra non genuit. Quæ deserta
etiã dicta est cœlestẽ iustitiã deserẽtibus hominib.
terrena sectãtibus, tanꝗ̃ uirũ habente illa terrena
Hierusalẽ, quia legẽ acceperat. Et ideo cœlestem
Hierusalẽ Sara significat, quæ diu deserta est à cõ-
cubitu uiri ꝓpter cognitã sterilitatẽ, Non enim ta
les homines qualis erat Abraham ad explendam
libidinẽ utebantur fœminis, sed ad successionem
prolis: accesserat aũt sterilitati etiam senectus, ut
ex omni desperatiõe diuina ꝓmissio magnũ meri
tum credẽtib. daret. Certus ergo de promissione
dei, officio gignẽdi accessit ad ætatẽ iam grauem,
quam

quã in annis uegetiorib. corporali copulatiõe de-
seruerat. Non em̃ ob aliud Apostolus adiũcta ea-
rum mulierũ figura interpretatur, quod per Pro-
Esaiæ 54 phetã dictũ est, Quoniã multi filij desertæ magis
q̃ eius quæ habet uirũ. Cum & marito prior Sara
sit mortua, neq; inter eos ullũ extitisset diuortiũ.
Vnde ergo illa deserta, aut illa habens uirũ, nisi q͛
Abrahã propagandæ prolis operã ad Agar ancil-
læ fœcunditatẽ ab uxoris Saræ sterilitate trãstule-
rat: ipsa tamẽ permittente & ultro offerente ut ma
ritus eius de ancilla susciperet filios. Antiqua em̃
iustitię regula est, quam cõmendat ad Corinthios
1 Cor.7 idem Apostolus, Mulier sui corporis potestatem
non habet, sed uir. Similiter aũt & uir sui corporis
potestatẽ non habet, sed mulier. Et huiusmodi em̃
debita, sicut cætera, in eorũ quibus debent̃ pote-
state consistunt. Cui potestati qui fraudẽ nõ facit,
ille castitatis cõiugalis iura custodit. Senectus aũt
parentũ Isaac ad eam significationẽ ualet, quoniã
noui testamenti populus quamuis sit nouus, prę-
destinatio tamẽ eius apud deũ, & ipsa Hierusalem
cœlestis antiqua est. Vnde & Ioãnes ad patres di-
1.Ioan.2 cit, Scribo uobis patres, quoniã cognouistis q̃d e-
rat ab initio. Carnaliter aũt qui sunt in ecclesia, ex
quib. hæreses & schismata fiunt, ex Euãgelio qui-
dem occasionẽ nascẽdi acceperũt, sed carnalis er-
ror quo concepti sunt, & quem secũ trahunt, non
refertur ad antiquitatẽ ueritatis. Et ideo de matre
adolescentula, & de patre sene sine promissione
nati sunt. Quia & dñs non nisi ob antiquitatẽ ueri
Apoc.1 tatis in Apocalypsi albo capite apparuit. Nati sũt
ergo tales ex occasione antiquæ ueritatis nouitio
temporaliq; mẽdacio. Dicit ergo nos Apostolus
secundũ Isaac promissionis filios esse, Et sic perse-
cutionẽ passum Isaac ab Hismaele, quemadmodũ
hi qui spiritaliter uiuere cœperãt, à carnalibus Iu-
dæis persecutionẽ patiebant̃: frustra tamẽ, cum se
Gen.21 cundũ scripturã eijciatur ancilla & filius eius, nec
hæres esse possit cum filio liberæ. Nos aũt, inquit,
Gal.4 fratres nõ sumus ancillæ filij, sed liberæ. Ea enim li
bertas nũc maxime opponẽda est seruitutis iugo,
quo in operibus legis tenebant̃, qui ad circũcisio
Expositio capituli quinti Gal.5 nem istos trahebãt. Cum aũt dicit, State ergo, si
gnificat eos nondũ cecidisse: accõmodatius em̃ di
ceret, surgite. Sed quod addidit, Et ne iterũ serui-
tutis iugo attineamini. Quandoquidẽ hic nullum
aliud iugũ potest intelligi, quo eos attineri nolit,
nisi circũcisionis taliumq; obseruationũ Iudaica-
rum. Ita enim & sequit̃, Ecce ego Paulus dico uo-
bis, quia si circũcidamini, Christus uobis nihil p-
derit: quomodo accepturi sumus quod ait, ne ite-
rum seruitutis iugo attineamini: cum ad eos scri-
bat qui Iudęi nunq̃ fuerãt? Nam hoc agit utiq;, ne
circuncidant̃. Sed nimirũ hic declaratur & confir
matur illa sentẽtia, de qua superius disputauimus.
Quid enim aliud hoc loco gentib. dicat, non inue
nio, nisi ut prosit illis q͛ à seruitute superstitionis
suæ per fidẽ Christi liberati sunt, ne iterũ serui esse
uelint sub iugo obseruationũ carnaliũ, quãuis sub
lege dei, tamẽ carnalem populũ seruiliter alligan
tium. Christum aũt nihil eis profuturũ esse dicit, si

circuncidant̃. Sed illo modo, quo eos isti uolebãt
A circuncidi, id est ut in carnis circũcisione ponerẽt
spẽ salutis. Non em̃ Timotheo non profuit Chri-
stus, quia Paulus ipse illum iam Christianũ iuuenẽ
circũcidit: fecit aũt hoc propter scandalũ suorum,
nihil simulãs omnino, sed ex illa indifferẽtia, qua
dicit, Circuncisio nihil est, & præputiũ nihil est: ni 1.Cor.7
hil enim obest illa circũcisio ei qui salutẽ in illa es-
se nõ credit. Secundũ hanc sententiã etiã illud ad
dit, Testificor aũt omni homini circuncidenti se, Gal.5
id est, tanq̃ salutarẽ istam circuncisionẽ appeten-
ti, quia debitor est uniuersæ legis faciendę. Quod
ideo ait, ut uel terrore innumerabiliũ obseruatio-
num, quæ in legis operib. scriptæ sunt, ne omnes
implere cogerent̃: quod nec ipsi Iudæi, nec paren
tes eorum implere potuerũt, sicut Petrus in Acti- Act.15
B bus apostolorũ dicit, abstinerent se ab his, quibus
eos isti subiugare cupiebãt: Euacuati, inquit, estis
in Christo, qui in lege iustificamini. Hæc est illa
proscriptio, qua Christũ proscriptũ superius di-
xerat, ut cum isti euacuarent̃ à Christo, id est Chri
stus ab eis tanq̃ à possessione quã tenebat, absce-
dit, opera legis in eã possessionẽ tanq̃ in uacuã in
ducant̃: quod quia non Christo sed illis obest, ad-
didit, à gratia excidistis. Cum em̃ hoc agat gratia
Christi, ut illi qui debitores erant operũ legis, libe
rentur hoc debito, isti ingrati tantæ gratiæ, debi-
tores esse uolunt uniuersæ legis faciendæ. Nondũ
aũt erat factũ, sed quia uolũtas iam moueri cœpe-
rat, ita plerisq; locis loquit̃ quasi factũ sit. Nos em̃,
inquit, spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus.
C In quo demonstrat ea pertinere ad fidem Christi,
quę spiritaliter desiderant̃ & expectant̃, non quę
carnaliter: quib. promissionib. seruitus illa teneba
tur: sicut alio loco dicit, Non respicientibus quæ 2 Cor.4
uidentur, sed quæ non uident̃. Quæ enim uident̃,
temporalia sunt: quę aũt non uident̃, æterna sunt.
Deinde subiũxit, In Christo enim Iesu neq; circum Gal.5
cisio quicquam ualet, neq; præputiũ: ut illam in-
differentiã declararet, nihilq; perniciosum esse in
hac circũcisione ostenderet, nisi ex illa salutẽ spe-
rare. Nihil ergo ualere dicit in Christo circũcisio-
nem aut pręputiũ, sed fidem quę per dilectionem
operat̃. Et hic illud tetigit, quia sub lege seruitus
per timorẽ operat̃. Currebatis bene, inquit, quis
D uos impediuit ueritati nõ obedire? Hoc est quod
superius ait, Quis uos fascinauit? Suasio, inquit,
uestra non ex eo est qui uocauit uos. Hæc enim
suasio carnalis est, ille aũt in libertatẽ uocauit. Sua
sionem aũt eorum dixit, quod eis suadebant. Eos
autem paucos, qui ad illos ueniebant, ut ista sua-
derent, quia in cõparatione multitudinis creden-
tium Galatarũ exiguo numero erant, fermentum
appellat. Recipient aũt isti fermentũ, & tota mas-
sa, id est tota eorũ ecclesia, in corruptione carna-
lis seruitutis quodãmodo fermentabitur, si tales
suasores tanq̃ iustos & fideles recipientes hono-
rauerint. Ego, inquit, cõfido de uobis in domino,
q͛ nihil aliud sapietis. Hinc utiq; manifestũ est nõ-
dum illos fuisse possessos à talibus. Qui autẽ con-
turbat uos, inquit, portabit iudicium, quicunq; il-

se fuerit. Hæc est illa conturbatio contraria ordini, ut de spiritalib. carnales fiant. Et quoniã intelligendum est fuisse quosdã, qui cũ uellent eis istam seruitutem persuadere, & uiderent eos Pauli apostoli autoritate reuocari, dicerent etiã ipsum Paulum id sentire, sed nõ eis facile aperire uoluisse sententiam suam, opportunissime subiecit, Ego autem fratres, si circuncisionẽ adhuc prædico, quid adhuc persecutionẽ patior? Erã ab ipsis enim patiebatur persecutionẽ, qui talia persuadere moliebantur, cum iam Euangeliũ suscepisse uiderẽtur.
2 Cor.11 Quos tãgit alio loco, ubi ait: Periculis in falsis fra-
Gal.2 tribus: & hic in capite epistolæ, ubi dicit: Propter subintroductos autẽ falsos fratres, qui subintroierunt proscultare libertatẽ nostram, quã habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutẽ redigerent. Ergo si circuncisionẽ prędicabat, desinerent eũ persequi. Qui tamen ne timerenẽ ab eis quibus Christiana libertas annunciabatur: aut ne ab ipso Apostolo timeri putarentur, propterea superius libera plenus fiducia nomen suum etiam professus est,
Gal.5 dicẽs: Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit: tanquam si diceret, Ecce me imitamini ut nõ timeatis, aut in me causam refundite si timetis. Quod autem dicit, Ergo euacuatũ est scandalum crucis: sententiã illam
Gal.2 reperit, Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Sed hic quoniã scandalũ nominat, in memoriã reuocat: propterea maxime in Christũ passos esse scandalum Iudæos, quia istas carnales obseruationes quas pro ipsa salute se habere arbitrabantur eum sæpe animaduertebant pręterire atque contemnere. Hoc ergo ita dixit, ac si diceret, Sine causa ergo Christũ, cum ista cõtemneret, scandalizati Iudæi crucifixerunt, si adhuc eis pro quibus crucifixus est talia persuadẽtur. Et adiecit elegantissima ambiguitate quasi sub specie maledictiõis benedictionẽ dicens, Vtinã & abscondantur qui uos conturbant. Non tantũ, inquit, circuncidanẽ, sed abscindantur. Si enim fiunt spadones propter regnum cœlorum, & carnalia seminare cessabũt. Vos enim, inquit, in libertatẽ uocati estis fratres. Quia illa cõturbatio à spiritalib. ad carnalia reuocans in seruitutẽ trahebat. Sed iam hinc opera illa legis tractare incipit, de quibus eum supra dixerã in fine epistolæ tractaturũ, quę ad nouũ quoque testamẽtum pertinere nemo ambigit, sed alio fine: quo liberos ea facere decet: id est, charitatis æternæ sperantis hinc præmia, & ex fide expectantis. Non sicut Iudæi, qui timore ista implere cogebantur, nõ illo casto permanẽte in seculum seculi, sed quia timebant præsenti uitæ suæ: & ideo quædam opera legis implebãt quæ in sacramentis sunt, illa uero quæ ad bonos mores pertinẽt omnino non poterant. Non enim implet ea nisi charitas. Quia & hominẽ si propterea non occidit aliquis, ne & ipse occidatur, nõ implet præceptum iustitiæ: sed si ideo nõ occidat, quia iniustũ est, etiã si id possit facere impune, non solũ apud homines, sed etiam
1.Reg.26 apud deum. Sicut Dauid cũ diuinitus accepisset in potestatẽ regem Saul, impune utique occideret:

A nec hominib. in se uindicaturis, quia multũ ab eis diligebatẽ idem Dauid: nec deo qui hãc ipsam potestatem dedisse se dixerat, ut omnino ei faceret quod uellet. Pepercit ergo diligẽs proximũ tanquam seipsum, nõ solum persecutũ, sed etiam persecuturum, qui eum corrigi quam interfici maluit: homo in ueteri testamento, sed non homo de ueteri testamento, quem fides futuræ hæreditatis Christi reuelata & reddita saluum faciebat, & ad imitandũ uocabat: ideo nũc dicit Apostolus, In libertatem Gal.5
uocati estis fratres, tantũ ne libertatẽ in occasionẽ carnis detis: id est, ne audito nomine libertatis, impune uobis peccandum esse arbitremini. Sed per charitatem, inquit, seruite inuicem. Qui enim per charitatẽ seruit, libere seruit, et sine miseria obtemperans deo, cum amore faciendo quod docetẽ, nõ
B cum timore quod cogitẽ. Omnis enim lex, inquit, in uno sermone impleta est, in eo quod diliges proximum tuum tanquam teipsum. Omnem ergo legem, nunc dicit ex his operib. quæ ad bonos mores pertinent. Quia & illa quæ sunt in sacramentis, cum bene à liberis intelliguntẽ, nec carnaliter obseruãtur à seruis, ad illa duo præcepta referũtur necesse est, dilectionis dei & proximi. Recte itaque accipitur ad hoc pertinere quod etiã dominus ait, Non Matth.5
ueni legẽ soluere, sed implere: quia erat ablaturus timorẽ carnalẽ. Spiritalem autem charitatẽ daturus qua sola lex impleri potest. Plenitudo enim le Rom.13
gis, charitas, ut quando fides impetrat spiritũ sanctum, per quẽ charitas dei diffusa est in cordibus operantium iustitiã, nullo modo quisquã ante gra
C tiam fidei de bonis operibus glorietẽ. Quapropter istos iactãtes se de operib. legis ita refellit Apostolus, dum ostendit opera uetusta sacramentorũ umbras futurorum fuisse, quas iam aduentu domini libere hæredi necessarias non esse monstrauit. Opera uero ad bonos mores pertinentia non implerinisi dilectione, per quam fides operatẽ. Vnde si opera legis quædã post fidẽ superflua, quædã ante fidem nulla sunt, uiuat iustus ex fide: ut & onus graue seruitutis abijciat, leui sarcina Christi uegetatus, & iustitiæ metas non transgrediatur, leui iugo charitatis obtemperãs. Quæri autẽ potest, cur Apostolus & hic solam cõmemorauit proximi dilectionẽ, quam lege dicit impleri, et ad Romanos cum in eadẽ quæstione uersaretẽ, Qui enim diligit Rom.13
D alterũ, inquit, legẽ impleuit. Nam nõ adulterabis, non homicidiũ facies, non furaberis, nõ concupisces, & si quod est aliud mandatũ, in hoc sermone recapitulatẽ, Diliges proximũ tuũ tanquam teipsum. Exod.20
Dilectio proximi malum nõ operatur. Plenitudo 1 Cor.13
aũt legis charitas. Cũ ergo in duob. præceptis di- Rom.13
lectionis dei & proximi perfecta sit charitas, cur Apostolus & in hac & in illa epistola solã proximi dilectionẽ cõmemorat, nisi quia de dilectiõe dei possunt mẽtiri homines, quia rariores tẽtationes eam probant: in dilectione autẽ proximi facilius conuincunẽ eam nõ habere, dum inique cũ hominibus agũt? Consequẽs est aũt, ut qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente deum diligit, diligat & proximũ tanquam seipsum. Quia hoc iubet ille

It quę ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligit: itē diligere proximū, id est, omnē hominē A tanq̃ seipsum, quis potest, nisi deum diligat, cuius præcepto & homo dilectionē proximi possit implere? Cū ergo utrunq; præceptū ita sit, ut neutrū sine altero possit teneri, etiā unum horum cōmemorare plerunq; sufficit, cum agit de operibus iustitiæ: sed opportunius illud de quo quisq; facilius 1.Ioan.4 conuincitur. Vnde Ioānes dicit, Qui enim non diligit fratrē suum quem uidet, deum quē non uidet quomodo potest diligere? Mentiebant enim quidam dilectionē se dei habere, & de odio fraterno eam nō habere cōuincebant. De quo iudicare in quotidiana uita & motib. facile est. Si aūt mordetis, inquit, & comeditis inuicem, uidete ne ab inui B cē consumamini. Hoc em̄ maxime uitio cōtentionis & inuidentiæ, perniciosæ disputationes inter eos nutriebant, male de inuicē loquendo, & quærendo quisq; gloriā suam uanāq; uictoriā: quibus studijs consumitur societas populi, dum in partes dissiungit. Quomodo autē ista uitare possunt, nisi spiritu ambulēt, & concupiscētias carnis non perficiant? Primū enim & magnū munus est spiritus, humilitas, & mansuetudo. Vnde illud q̄d iam memoraui, Matth.11 dominus clamat: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et illud Prophetæ: Super Esa.66 quē requiescit spiritus meus, nisi super humilē & quietum, & trementē uerba mea? Quod autē ait: Gal.5 Caro concupiscit aduersus spiritū, spiritus autem aduersus carnē. Hæc enim inuicem aduersant, ut C non ea quæ uultis faciatis: putant hic homines liberum uolūtatis arbitriū negare Apostolum nos habere, nec intelligūt hoc eis dictū, si gratiā fidei susceptā tenere nolūt, per quā solam possunt spiritu ambulare, & concupiscētias carnis nō perficere. Si ergo nolunt eam tenere, non poterūt ea quæ uolūt facere. Volunt enim operari opera iustitiæ, quæ sunt in lege, sed uincunt concupiscentia carnis, quā sequendo deserunt gratiā fidei. Vnde & Rom.8 ad Romanos dicit: Prudētia carnis inimica in deum, legi em̄ dei nō est subiecta, neq; enim potest. Cum enim charitas legē impleat, prudentia uero carnis cōmoda temporalia consectando spiritali charitati aduersetur, quomodo potest legi dei esse subiecta: id est, libēter atq; obsequēter implere iustitiā, eiq; non aduersari, quādo etiā dum conat, D uincatur necesse est, ubi inuenerit maius commodum temporale de iniquitate se posse assequi, q̃ si custodiat æquitatē? Sicut enim prima hominis uita est ante legē, cum nulla nequitia & malitia prohibetur, neq; ulla ex parte prauis cupiditatib. resistit, quia non est qui prohibeat: sic secunda est sub lege ante gratiā, quando prohibetur quidē & conatur à peccato abstinere se, sed uincitur: quia nōdum iustitiā propter deum & propter ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi uult ad conquirendū terrena seruire. Itaq; ubi uiderit ex alia parte ipsam, ex alia cōmodum temporale, trahit pondere temporalis cupiditatis, sed qua relinquit iustitiā. Quā propterea tenere conabat, ut haberet illud quod se nunc uidet amittere, si illam tenuerit. Tertia est uita sub gratia, quando nihil temporalis cōmodi iustitiæ præponit, quod nisi charitate spiritali quā dominus exēplo suo docuit & gratia donauit, fieri non potest. In hac enim uita etiā si existant desideria carnis de mortalitate corporis, tamē mētem ad consensionē peccati non subiugāt. Ita iam non regnat peccatū in nostro mortali corpore, quāuis nō possit nisi inhabitare in eo quādiu mortaliter potest. Primo enim nō regnat cū mente seruimus legi dei, q̄uis carne legi peccati, id est pœnali consuetudini, cum ex illa existūt desideria, quib. tamē non obedimus. Postea uero ex omni parte extinguitur. Quoniam si spiritus eius habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, uiuificabit B & mortalia corpora nostra propter spiritū qui habitat in nobis. Nūc ergo implēdus est gradus sub gratia, ut faciamus quod uolumus spiritu, etiam si carne non possumus: id est nō obediamus desiderijs peccati ad præbendū illi membra nostra arma iniquitatis, etiā si nō ualemus efficere ut eadē desideria nō existāt: ut q̄uis nondū simus in pace illa ęterna ex omni hominis parte perfecta, iam tamē desinamus esse sub lege, ubi præuaricationis rea mens tenet, dum eā concupiscentia carnis in consensionem peccati captiuam ducit: simus autē sub gratia, ubi nulla est condēnatio ijs q̃ sunt in Christo Iesu: quia nō certantē, sed uictū pœna cōsequitur. Ordinatissime itaq; subiungit, Quòd si spiritu 1 Retract.24 ducimini, nō adhuc estis sub lege: ut intelligamus C eos esse sub lege, quorū spiritus ita cōcupiscit aduersus carnē, ut nō ea quæ uolūt faciāt: id est, non se teneāt cōiunctos in charitate iustitiæ, sed à concupiscente aduersum se carne uincant: non solum ea repugnāte legi mētis eorū, sed etiā captiuante illos sub lege peccati, quæ inest in mēbris mortalibus. Qui em̄ nō ducunt spiritu, sequit ut carne ducant. Non aūt pati aduersitatem carnis, sed duci à carne dānatio est. Et ideo q; si spiritu, inquit, ducimini, nō adhuc estis sub lege. Nā & superius non ait, spiritu ambulate, & cōcupiscentias carnis nō Gal.5 habueritis: sed, ne perfeceritis. Quippe nō eas omnino habere, nō iā certamē, sed certaminis præmium est, si obtinuerimus uictoriā perseuerādo sub gratia. Cōmutatio em̄ corporis in immortalē statum, solas carnis cōcupiscētias nō habebit. Deinde D incipit opera carnis enumerare, ut intelligāt se, si ad operādū ista desiderijs carnalib. cōsenserint, tunc duci carne, nō spiritu. Manifesta aūt sunt, inquit, opera carnis, quę sunt fornicationes, immundiciæ, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contētiones, animositates, æmulatiōes, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis, sicut prædixi, q̄m qui talia agūt, regnū dei non possidebunt. Agunt aūt hæc q cupiditatibus carnalib. consentiētes facienda esse decernūt, etiam si ad implendū facultas nō datur. Cæterū qui tangunt huiusmodi motibus et immobiles, & in maiore charitate cōsistunt, nō solū non eis exhibētes mēbra corporis ad male operandum, sed neq; nutu cōsensionis ad exhibendū consentiētes: non hæc agūt, & ideo regnū dei possidebunt

sidebunt. Non enim iam regnat peccatũ in eorũ mortali corpore, ad obediendũ desiderijs eius, quis habitet in eodẽ mortali corpore peccatũ nondũ extincto impetu consuetudinis naturalis, quia mortaliter nati sumus, & propriæ uitæ nostræ, cũ & nosipsi peccãdo auximus quod ab origine peccati humani dãnationisq; trahebamus. Aliud est enim nõ peccare, aliud non habere peccatũ. Nam in quo peccatũ non regnat, non peccat: id est, qui nõ obedit desiderijs eius. In quo aũt non existunt omnino ista desideria, non solum non peccat, sed etiã non habet peccatũ. Quod etiã si ex multis partib. in ista uita possit effici, ex omni tamẽ parte nõ nisi in resurrectione carnis atq; cõmutatione sperandum est. Potest autẽ mouere quod ait, quæ dico uobis, sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum dei nõ possidebunt: si quæraĩ ubi ista prædixerit, nã in hac epistola nõ inuenitur. Ergo aut præsens cũ esset hoc prædixerat, aut cognouerat peruenisse ad illos epistolã quæ missa est ad Corinthios. Ibi enim sic ait, Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruiẽtes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebũt. Hic ergo cum enumerasset opera carnis quib. clausum est regnũ dei, subiecit etiam opera spiritus quos spiritus fructus uocat, Fructus autẽ spiritus est, inquit, charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mãsuetudo, cõtinẽtia: & addidit, Aduersus huiusmodi nõ est lex: ut intelligamus illos sub lege positos in quibus ista non regnãt. Nam in quibus hæc nõ regnant, ipsi lege legitime utunĩ, quia non est illis lex ad coercendũ posita. Maior enim & præpollentior delectatio eorũ iustitia est, sic enim ad Timotheum dicit, Scimus enim quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, sciens hoc quia lex iusto posita non est. Iniustis autẽ & non subditis & impijs peccatorib. & scelestis & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorũ cõcubitoribus, plagiarijs, mẽdacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersaĩ: subaudiatur, his lex posita est. Regnant ergo spiritales isti fructus in homine in quo peccata non regnant. Regnant aũt ista bona si tantũ delectãt, ut ipsa teneant animũ in tentationibus ne in peccati cõsensionẽ ruat. Quod eñi amplius nos delectat, secundũ id operemur necesse est: ut ubi gratia, occurrit forma speciosæ fœminæ, & mouet ad delectationẽ fornicatiõis: sed si plus delectat pulchritudo illa intima & syncera species castitatis, p gratiam quæ est in fide Christi, secundum hanc uiuimus & secundũ hanc operamur: ut nõ regnãte in nobis peccato ad obediẽdũ desiderijs eius, sed regnante iustitia per charitatẽ cum magna delectatione faciamus quicquid in ea deo placere cognoscimus. Quod aũt de castitate & de fornicatione dixi, hoc de cæteris intelligi uolui. Neq; moueat, uel q non omnino ad eundem numerũ & ordinẽ opera carnis in hac epistola enumerauit, atq; in illa ad Corinthios: uel q spiritalia bona pauciora,

1\. Cor. 6

1\. Tim. 1

A pluribus carnalib. uitijs opposuit: neq; ita ẽ cõtrario ut fornicationib. castitas, immundicijs mundicia, atq; ita cæteris cætera occurrant: nõ enim hoc susceperat ut doceret quot sint, sed in quo genere illa uitanda, illa uero expetẽda sint: cũ carnis & spiritus nominib. à pœna peccati atq; peccato ad gratiam domini atq; iustitiæ nos conuerti oportere prædiceret: ne deserendo gratiã temporalem, qua pro nobis dñs mortuus est, non perueniamus ad æternam quietem, in qua pro nobis dominus uiuit: neq; intelligẽdo pœnam temporalem, in qua nos dominus mortalitate carnis edomare dignatus est, pœnam sempiternã incidamus, quæ perseueranti aduersum dñm superbiæ præparata est. Cum enim cõmemoratis multis operibus carnis, addidit & his similia: satis ostendit nõ se ista exa-

B minatiore numero collocasse, sed liberiore sermone posuisse. Hoc etiã de spiritalibus fructib. fecit. Non enim ait aduersus hæc nõ est lex: sed, aduersus huiusmodi: hoc est, siue ista siue cætera huiusmodi. Sed tamẽ diligenter considerantib. non hic omnimodo carnaliũ spiritaliumq; operũ oppositio inordinata atq; confusa est. Ob hoc autem latet, quia pauciora sunt, uel singula quibusdã pluribus opponunĩ. Nam ex eo q carnaliũ uitiorũ in capite posuit fornicationes, in capite autẽ uirtutũ spiritalium charitatẽ, quem non diuinarũ literarũ studiosum faciat intentũ ad perscrutanda cætera? Si enim fornicatio est amor à legitimo connubio solutus, & uagus explendæ libidinis cõsectando

C licentiã: quid tam legitime ad spiritalẽ fœcunditatem coniungiĩ q anima deo? Cui quãto fixius inhæserit, tanto est incorruptior. Inhæret aũt charitate. Rectè igitur fornicationi opponiĩ charitas, in qua sola est custodia charitatis. Immundiciæ aũt tem sunt perturbationes de illa fornicatione conceptę, quibus gaudiũ tranquillitatis opponiĩ. Idolorum autẽ seruitus, ultima fornicatio est animæ, propter quam etiã bellũ aduersus Euangeliũ cum recõciliatis deo furiosissimũ gestum est, cuius reliquiæ quamuis tritæ diu, adhuc tamẽ recalẽt. Huic itaq; pax cõtraria est, qua reconciliamur deo, eademq; pace etiã cum hominib. custodita, ueneficiorũ, inimicitiarũ, contentionũ, æmulationũ, animositatũ, dissensionumq; uitia sananĩ in nobis.

D Vt autem ea in alijs, inter quos uiuimus, iusta moderatione tractenĩ, & ad sustinendũ longanimitas, & ad curandũ benignitas, & ad ignoscendum bonitas militat. Iam uero hæresibus fides, inuidiæ mansuetudo, ebrietatib. & comessationib. continentia reluctatur. Ne quis sanè arbitretur hoc esse inuidiam quod est æmulatio: uicina enim sunt, & propter ipsam uicinitatẽ plerunq; utrumlibet horum pro altero, uel æmulatio pro inuidia, uel inuidia pro ęmulatione ponitur. Sed quia utrunq; hic locis suis dictũ est, utiq; distinctionẽ de nobis flagitant. Nam æmulatio est dolor animi, cum alius pcruenit ad rẽ quã duo pluresue appetebãt, & nisi ab uno haberi nõ potest. Istam sanat pax, qua id appetimus quod oẽs sibi appetunt si assequãtur, unum in eo fiũt. Inuidia uero dolor animi est, cum indignus

Aemulatio

Inuidia

indignus uidetur aliquis assequi, etiã quod tu nõ
appetebas. Hanc sanat mãsuetudo, cum quisq; ad-
iudiciũ dei reuocans non resistit uoluntati eius, &
magis ei credit recte factum esse, q̃ sibi quod pu-
tabat indignum. Crucifixerũt autem carnẽ suã cũ
passionibus & concupiscentijs, sicut consequen-
ter dicit, qui sunt in Christo Iesu. Vnde aũt crucifi
xerunt, nisi timore illo casto permanẽte in seculũ
seculi, quo cauemus offendere illũ quem toto cor
de, tota anima, tota mẽte diligimus? Nõ enim hoc
timore timet adultera ne custodiat̃ à uiro, quo ti-
met casta ne deseratur. Illi eñi tristis est præsentia
uiri, huic absentia. Et ideo timor ille corruptus est
& transire nõ uult hoc seculũ: iste autẽ castus per-
maner in seculũ seculi. De quo timore crucifigi se
Psal.118 optat propheta cũ dicit, Confige clauis à timore
tuo carnes meas. Ista crux est de qua dominus di-
Matt.16 cit, Tolle crucẽ tuã, & sequere me. Si spiritu, in-
Expositio sexti capituli Gal.6 quit, uiuimus, spiritu & sectemur. Manifestum est
certe secũdũ id nos uiuere quod sectati fuerimus,
sectabimur autẽ quod dilexerimus. Itaq; si ex ad-
uerso existãt duo, præceptũ iustitiæ & cõsuetudo
carnalis, & utrunq; diligitur, id sectabimur quod
amplius dilexerimus. Si tantundẽ utrunq; diligi-
tur, nihil eorũ sectabimur, sed aut timore inuiti tra
hemur in alterutrã partem, aut si utrunq; æquali-
ter etiam timemus, in periculo sine dubio remane
bimus, fluctu dilectiõis & timoris alternãte quas-
sati. Sed pax Christi uincat in cordib. nostris. Tũc
enim orationes & gemitus, & in auxiliũ inuocata
dextera misericordiæ dei, sacrificium contribula-
ti cordis nõ despicit, charitatẽq; sui ampliorẽ cõ-
mendatione periculi, de quo liberabit, exuscitat.
In eo autem illi fallebantur, quod negare quidem
non poterãt, sectandũ sibi esse spiritũ sanctum as-
sertorem atq; ducẽ libertatis suæ, sed ad opera ser-
uilia carnaliter cõuersi, retrorsum se conari nõ in
telligebãt. Propterea nõ ait, si spiritu uiuimus, spi-
ritũ sectemur: sed, spiritu sectemur, inquit. Fatebã
tur enim spiritui sancto seruire oportere, & eum
non spiritu suo, sed carne uolebant sectari: nõ spi-
ritaliter obtinentes gratiã dei, sed in circũcisione
carnali & cæteris huiusmodi spẽ constituentes sa
lutis. Nõ efficiamur, inquit, inanis gloriæ cupidi,
inuicẽ inuidentes, & inuicẽ prouocantes. Prorsus
magnifice et omnino diuino ordine, posteaq̃ eos
instruxit aduersus illos à quibus in seruitutẽ legis
seducebantur, hoc in eis cauet ne instructiores fa
cti, & uolentes iam calũnijs carnaliũ respondere
contentionib. studeant, & appetitu inanis glorię,
legis onerib. non seruientes, uanis cupiditatib. ser
uiant. Nihil autẽ sic probat spiritalem uirũ, q̃ pec-
cati alieni tractatio, cũ liberationẽ eius potius q̃
insultationem, potiusq; auxilia q̃ conuitia medi-
tatur, & quantũ facultas tribuitur suscipit. Et ideo
dicit, Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in a-
liquo delicto, uos qui spiritales estis instruite hu-
iusmodi. Deinde ne sibi quisq; uideatur instruere,
etiam cum proterue exagitat irridetq; peccantẽ,
aut superbe tanq̃ insanabilem detestatur: In spiri-
tu, inquit, mansuetudinis: intẽdens teipsum, ne &

tu tenteris. Nihil enim ad misericordiam sic incli-
A nat, q̃ proprij periculi cogitatio. Ita eos nec dees-
se uoluit fratrũ correptioni, nec studere certami-
ni. Multi enim homines cum à somno excitantur,
litigare uolunt: aut rursus dormire, cum litigare
prohibentur. Pax igitur & dilectio & communis
periculi cogitatio in corde reseruetur: modus aũt
sermonis, siue acrius, siue blandius proferat̃, sicut
salus eius quẽ corrigis postulare uidet̃, moderan-
dus est. Nam & alio loco dicit: Seruũ autem domi
ni litigare nõ oportet, sed mitẽ esse ad omnes, do-
cibilẽ, patientẽ. Et ne quisquã ex eo putet cessan-
dum sibi esse à correptione erroris alterius, uide
quid adiungat, In modestia, inquit, corripientẽ di
B uersa sentientes. Quomodo in modestia, quomo-
do corripientẽ, nisi cum leuitatẽ corde retinemus
& aliquã medicamenti acrimoniam uerbo corre-
ptionis aspergimus? Nec aliter accipiendũ uideo
quod in eadẽ epistola positũ est, Prędica uerbum,
insta opportune, importune, argue, hortare, incre
pa in omni longanimitate & doctrina. Importuni
tas enim opportunitati utiq; cõtraria est: neq; om
nino ullum medicamentũ sanat, nisi quod oppor-
tune adhibueris. Quanq̃ ergo & sic possit distin-
gui, insta opportune, ut alius sit sensus, importu-
ne argue, deinde cætera contexant̃, hortare, incre
pa cum omni longanimitate & doctrina. Vt tunc
opportunus sentiaris cũ instas ædificando, cũ au-
tem destruis arguendo, non cures etiã si importu
C nus uidearis, si hoc est talibus importunũ. Ita duo
quæ sequuntur, ad duo superiora possunt singilla
tim referri: hortare cum opportune instas, incre-
pa cũ importune arguis. Deinde cætera duo simi
liter, sed conuerso ordine, referunt̃, cũ omni lon-
ganimitate ad sustinendas indignationes eorum
quos destruis, & doctrina ad instruenda eorũ stu-
dia quos ædificas. Tamen etiã si illo usitatiore mo
do distinguatur: insta opportune, quod si hoc mo
do nõ proficis, importune: ita intelligendũ est, ut
tu opportunitatẽ omnino non deseras, & sic acci
pias quod dictũ est, importune, ut illi uidearis im-
portunus, qui non libenter audit quæ dicuntur in
eum: tu tamẽ scias hoc illi esse opportunũ, & dile-
ctionẽ curamq; sanitatis eius animo teneas man-
sueto & modesto & fraterno. Multi enim postea
D cogitantes quę audierint & q̃ iuste audierint, ipsi
se grauius & seuerius arguerunt: & q̃uis pertur-
batiores à medico uiderẽtur abscedere, paulatim
uerbi uigore in medullas penetrante, sanati sunt:
quod nõ fieret, si semper expectaremus periclitã-
tem putrescentib. mẽbris, quando uri liberet aut
secari. Quod nec ipsi corporis medici attendunt,
qui terrenæ mercedis intuitu curãt. Quotus enim
quisq; reperitur qui ferrũ eorum aut ignem non li
gatus expertus sit, cũ & illi rariores sint qui uolen
tes ligati fuerint. Plures enim resistentes, & mori
se malle clamantes, q̃ illo curari modo, uix lingua
ipsa eorum relicta libera omnib. mẽbris constrin-
xerunt, neq; ad suum, neq; ad reluctantis, sed ad ip
sius artis arbitriũ: quorum tamen uocibus conui-
tijsq; dolentium nec cõmouetur curãtis animus,
nec

necquiescit manus. Medicinæ autẽ cœlestis ministri, aut per odiorum trabem cernere stipulam A in oculo fratris uolunt, aut tolerabilius mortẽ uidere peccãtis, q̃ uerbũ indignantis audire. Quod non ita accidisset, si tam sanum animum curando alterius animo adhiberemus, q̃ sanis manibus illi medici aliena membra pertractant. Nunquã itaq; alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negocium, nisi cũ internis interrogationib. examinantes nostram conscientiã, liquido nobis corã deo respõderimus, dilectione nos facere. Quod si conuitium uel minæ, uel etiã persecutiones eius quẽ argueris, lacerauerint animum, si adhuc ille per te sanari posse uidebitur, nihil respondeas donec sa- neris prior: ne forte carnalibus motib. tuis ad nocendum cõsentias, & exhibeas linguã tuam arma B iniquitatis peccato ad reddendũ malum pro malo, aut maledictũ pro maledicto. Quicquid enim lacerato animo dixeris, punientis est impetus, nõ charitas corrigẽtis. Dilige & dic quod uoles, nullo modo maledictũ erit quod specie maledicti sonuerit, si memineris senseris q; te in gladio uerbi dei, liberatorẽ hominis esse uelle ab obsidione uitiorum. Quod si forte, ut plerũq; accidit, dilectione quidẽ talẽ suscipis actionẽ, & ad eam corde dilectionis accedis, sed inter agendũ surrepserit aliquid dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis uirio percutiendo, & ipsi homini faciat infestum: postea te lachrymis lauantẽ huiusmodi pulueiẽ, multo salubrius meminisse oportebit, q̃ nõ debeamus super aliorũ superbire peccata, quãdo & ipsa eorũ obiurgatione peccamus, cum facilius C nos ira peccatis iratos, q̃ miseria misericordes fa-

Gal. 6 cit. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: legẽ utiq; charitatis. Si autẽ implet legẽ qui diligit proximũ, dilectioq; proximi etiã in ueteribus scripturis maxime cõmendatur: in qua dilectione dicit alio loco idem Apostolus,

Rom. 10 recapitulari omnia mãdata legis: manifestum est etiam illam scripturã quæ priori populo data est, legem Christi esse, quam uenit implere charitate, quæ nõ implebatẽ timore. Eadem igitur scriptura & idem mandatum cum bonis terrenis inhiantes premit seruos, testamentũ uetus: cũ in bona æterna flagrantes erigit liberos, testamentum nouum uocatur. Si enim aliquis, inquit, uidet̃ esse aliquid cum nihil sit, seipsum seducit. Nõ enim eum sedu- D cunt laudatores eius, sed ipse potius: quia cum sibi sit ipse præsentior q̃ illi, mauult se in illis quærere, q̃ in seipso. Sed quid dicit Apostolus? Opus au

Gal. 6 tem suum probet unusquisq;, & tunc in seipso tantum gloriã habebit, & non in altero: id est intus in conscientia sua, & nõ in altero, id est cum eũ alter laudat. Vnusquisq; enim, inquit, proprium onus portabit. Non ergo laudatores nostri minuũt onera conscientiæ nostræ, atq; utinã non etiã accumulent, cum plerũq; ne illis offensis laus nostra minuatur, cũ obiurgatiõe illos curare negligimus, aut iactanter eis aliquid nostrũ ostentamus potius q̃ constanter ostendimus. Omitto ea quę fingunt et mentiunt̃ de se homines propter hominũ laudes.

Quid enim ista cæcitate tenebrosius, ad obtinendam inanissimã gloriam errorẽ hominis aucupari, & deum testẽ in corde cõtemnere? Quasi uero ullo modo cõparandus sit error illius qui te bonũ putat, errori tuo, qui homini de falso bono placere studes, de uero malo displices deo. Iam cætera planissima esse existimo. Nã & illud usitatũ pręceptum est, ut prædicatori uerbi dei præbeat necessaria cui prædicatur. Ad bona enim opera hortandi erant, ut etiã egenti Christo ministrarẽt, statuti ad dexteram cum agnis: ut plus in eis operetur dilectio fidei, q̃ legis posset timor. Neq; hoc quisquam maiore fiducia debet præcipere quàm hic Apostolus, qui manibus suis uictum transigens, hæc in se nolebat fieri, ut maiore põdere, propter eorum magis utilitatem qui hæc exhiberẽt, quàm propter eorum quibus exhiberent ea se monere, omnibus dẽmonstraret. Quod autem deinceps subiungit, Nolite errare, deus non subsannatur. Quod enim seminauerit homo, hoc & metet. Nouit inter quæ uerba perditorum hominum laborent, qui constituuntur in fide rerum earum quas non uident. Vident enim seminationem operum suorum, sed messem non uident. Nec talis eis messis promittitur, qualis hic reddi solet, quia iustus Abac. 2 ex fide uiuit. Quia qui seminauerit, inquit, in carne sua, de carne metet corruptionem. Hoc dicit de amatoribus uoluptatũ magis quàm dei. In carne enim sua seminat, qui omnia quæ facit, etiam si bona uideantur, propterea tamen facit ut carnaliter ei bene sit. Qui autem seminauerit in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Seminatio in spiritu est, ex fide cum charitate seruire iustitię, & non obaudire desiderijs peccati, quamuis de mortali carne existẽtibus. Messis aũt uitæ æternæ cum inimica nouissima destruetur mors, & absorbebitur 1 Cor. 15 mortale à uita, & corruptibile hoc induet incorruptionẽ. In hoc ergo tertio gradu quo sub gratia sumus, seminamus in lachrymis cũ existũt desideria de animali corpore: quib. nõ cõsentiendo renitimur, ut in gaudio metamus, cũ etiã reformato corpore, ex nulla parte hominis, ulla nos solicitabit molestia, ullũmue tentationis periculũ. Nam etiã ipsum animale corpus deputat̃ in semine. Seminatur eñ corpus animale, ait alio loco: ut ad messem pertineat quod adiunxit, surget corpus spiritale. Huic ergo sentẽtiæ propheta cõcinit dicens, Qui Psal. 125 seminant in lachrymis, in gaudio metet. Bene autẽ seminare: id est, bene operari, facilius est q̃ in eo perseuerare. Fructus enim solet laborẽ consolari, Messis aũt nostra in fine promittit̃, & ideo perseuerãtia opus est. Qui enim perseuerauerit usq; in Matth. 10 finem, hic saluus erit. Et propheta clamat, Sustine Psal. 26 dominũ, uiriliter age, & confortetur cor tuũ, & sustine dominũ. Quod nunc Apostolus, Bonũ autẽ faciẽtes, inquit, nõ infirmemur: proprio eñ tẽpore metemus infatigabiles: itaq; dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes, maxime autẽ ad domesticos fidei. Quos eũ credendũ est, nisi Christianos significare? Omnibus enim pari dilectiõe uita æterna optãda est, sed nõ omnibus eadẽ possunt

sunt exhiberi dilectiõis officia. Deinde cũ docuisset, opera ipsa legis quæ sunt salubria, & ad bonos A mores pertinẽt, dilectione fidei posse tantũmodo impleri, nõ timore seruili, redit ad illud, unde tota causa agitur, Vidistis, inquit, qualib. literis uobis scripsi manu mea. Cauet ne quisꝗ̃ sub nomine epistolæ eius, fallat incautos. Qui uolũt, inquit, placere in carne, hi cogũt uos circũcidi, tantũ ut in cruce Christi persecutionẽ nõ patianť. Multũ eñ persequebanť Iudæi eos qui uidebantur deserere traditas huiusmodi obseruationes: quos ipse ꝗ̃ nõ timeat satis ostendit, cum tales literas etiã sua manu scribere uoluit. Docet ergo timorẽ adhuc in istis operari tanꝗ̃ sub lege cõstitutis, qui ad circũcisio B nem gẽtes cogerẽt. Neꝗ̃ eñ qui circũcisi sunt, hi legẽ custodiũt. Illã enim dicit custoditionẽ legis, non occidere, nõ mœchari, nõ falsum testimoniũ dicere, etsi qua huiusmodi ad bonos mores pertinere manifestũ est, quę nisi charitate & spe bonorum æternorũ, quæ per fidẽ accipiunť, impleri nõ posse iã dictũ est. Sed uolunt uos circũcidi, inquit, ut in uestra glorientur carne: id est, ut nõ solũ non patianť persecutionẽ à Iudæis, qui nullo modo ferebant incircũcisis legẽ prodi, sed etiã glorientur apud eos ꝙ tã multos proselytos faciunt. Vt enim unum proselytũ Iudæi faciãt, mare & terrã eos circũire solere dominus dixit. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quẽ C mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Mundus mihi crucifixus est ait, ut me nõ teneat: & ego mũdo, ut eum nõ teneã id est, ut neꝗ̃ mũdus mihi nocere possit, neꝗ̃ ego de mũdo aliquid cupiã. Qui aũt in cruce Christi gloriať, nõ uult placere in carne, quia persecutiones carnalium non timet, quas prior ut crucifigereť ille sustinuit, ut uestigia sua sectantib. præberet exemplum. Neꝗ̃ enim circũcisio aliquid est, neꝗ̃ præputiũ. Seruat usꝗ̃ in finem illam indifferẽtiã, ne quis eũ putaret, uel in Timothei circũcisione simulate aliquid egisse, uel in cuiusquam agere si forte aliqua talis causa extitisset. Ostendit enim nõ ipsam circuncisionẽ obesse aliquid eredentib. sed spẽ salutis in talibus obseruationib. cõstitutã. Nã & in actib. Apostolorũ hoc (Act. 16) modo inueniuntur illi circũcisionem persuadere, ut aliter eos qui ex gentib. crediderant saluos fieri D negent posse. Non ergo ipsius operis, sed huius erroris perniciẽ refellit Apostolus. Neꝗ̃ circũcisio ergo aliquid, neꝗ̃ præputiũ, sed noua, inquit, creatura. Nouam creaturã dicit uitam nouã per fidem Iesu Christi: & notãdũ uerbum est. Difficile enim inueniť creaturam uocari etiã eos qui credẽdo in A adoptionẽ filiorũ uenerũt. Dicit tamen & in alio loco: Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera trãsierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia (2 Cor. 5) aũt ex deo. Vbi autem dicit, Et ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus: & postea dicit, Nõ solum aũt, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes: (Rom. 8) discernit eos qui crediderũt ab appellatione creaturæ, quomodo eosdem aliquando homines, aliquando non homines dicit. Nam exprobrãs obiecit Corinthijs quodam loco ꝙ adhuc homines essent, ubi ait. Nõne homines estis, & secundũ hominem ambulatis? Quomõ eundem dominũ etiã (1 Corint. 3) post resurrectionẽ, alicubi non hominẽ appellat, sicut in principio huius Epistolæ cum ait, Non ab hominib. neꝗ̃ per hominẽ, sed per Iesum Christũ: alicubi autẽ hominẽ, sicut illo loco ubi ait, Vnus enim deus, unus & mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Et quicunꝗ̃, inquit, hanc regulam sectanť, pax super illos & misericordia, & super Israel dei: id est, eos qui uere ad uisionem dei (1. Timot. 2) præparanť, nõ qui uocanť hoc nomine, & carnali cæcitate uidere dñm uolunt, quãdo gratiã eius respuentes serui esse temporũ cupiũt. De cætero, inquit, laborẽ nemo mihi pręstet. Nõ uult per turbulentas cõtentiones tædiũ sibi fieri de re, quantũ satis erat, exposita, & in epistola quã ad Romanos scripsit, & hac ipsa. Ego eñ stigmata domini Iesu Christi in corpore meo porto: id est, habeo alios conflictus & certamina cũ carne mea, quæ in persecutionib. quas patior mecũ dimicant. Stigmata eñ dicunť notę quędã pœnarũ seruiliũ, ut si quis, uerbi gratia, seruus in cõpedib. fuerit propter noxiam: id est, propter culpã, uel huiusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicať: et ideo in iure manumissionis, inferioris est ordinis. Nunc ergo Apostolus stigmata uoluit appellare, quasi notas pœnarũ ex persecutionib. quas patiebať. Propter culpam enim persecutionis, qua persecutus erat Ecclesias Christi, hęc sibi tetribui cognouerat. Sicut ab ipso domino dictũ est Ananiæ, cũ idẽ illum (Act. 9) Ananias tanꝗ̃ persecutorem Christianorũ formidaret, Ego illi ostendam, inquit, quę oportet eum pati pro nomine meo. Verũtamen propter remissionem peccatorũ in qua baptizatus erat: omnes illę tribulationes nõ ei ualebant ad perniciem, sed ad coronam uictoriæ proficiebãt. Conclusio Epistolæ tanꝗ̃ subscriptio manifesta est. Nã & in nõnullis alijs epistolis ea utitur, Gratia domini Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

DIVI AVRELII AVGVSTINI
ANNOTATIONVM IN IOB LIBER VNVS

(De cap. 1) T opera magna erãt ei super terram] Quia operabatur de ipsis E operibus. Faciebant conuiuium quotidie donec eorum numerus impleretur] Signum est charitatis. Et offerebat pro eis uictimas secundum eorum numerũ] Intelligendum alias esse peculiares cõfessiones quasi singulas uictimas. Aliud uero sacrificiũ pro omnium & pro omnibus peccatis quod significat dominum.

Ne forte peccauerint filij mei, & maledixerint deo in cordib. suis] Bene additur, ne forte: quia in corde eos maledixisse suspicabatur. Et ecce uenerũt angeli dei ut starẽt corã deo] Affectio ani-

mæ ad ueritatem nõ potuit aliter narrari, nisi temporaliter & localiter quodãmodo diceretur. Et
A uenit equidẽ diabolus cũ eis] Vtrũ quia non potuit nisi per eos audire, dictũ est, cũ eis. Et dixit dñs diabolo, Vnde ades?] Collatio præteritæ actionis cũ eo, unde permittitur aliquid deinceps agere, respõsio ad interrogationẽ est. Ipsa uero interrogatio uis diuina est, in qua nõ permittit agere quodlibet. In cogitationib. enim impij interrogatio erit ad manifestandũ eũ nobis. Sed mitte manũ tuã, & tange omnia quæ habet, da potestatem, nisi ad faciẽ tuã benedixerit tibi] Pendẽs locutio: Id est, si nõ tibi in faciẽ benedixit tactis reb. suis, quasi subaudiretur, quid iubes? Et discessit diabolus à facie dñi] A cõsultatiõe ad actionẽ.

Sap.1 (margin)

Et uenerunt hostes & ceperũt eos] Secundum
Eph.2 illud, Qui nunc operat in filijs diffidentiæ, etiam
B istos excitauit. Notãdũ aũt quomodo in hominibus habuerit potestatẽ & in elementis, sed tamen datam à deo. Nudus exij de utero matris meæ] Notandũ q̃ cõsolatorie loquat, q̃uis secundũ cõ
De cap.II suetudinẽ luctũ fecerit. Ecce trado illũ tibi, tantum animã eius custodi] Ne uitam eripere posse præsumeret. Et tulit sibi testã ut raderet saniẽ] Per passionem domini significat radi peccata cõ
De cap.III fitentium. Et nox in qua dixerunt, cõceptus est homo,] Aliquæ superiores potestates quæ hoc potuerunt. Dies illa sint tenebræ] Ne patiatur iam quæ passus est: hoc est, sint tenebræ: id est, sit obliuioni. Neq; requirat eã dominus desuper] Non repatetur per immortalitatem: id est pereat mortalitas. Nec ueniat in eã lumẽ] Lumen me-
C moriæ. Sed excipiãt illã tenebræ & umbræ mortis] Vita ista quæ umbra est futuræ uitæ, ut sit sensus. Iustus qui lumẽ est, non eã uideat, sed tenebræ, hoc est, peccatores & carnales tribulationes de uita ista. Et conturbent eam quasi amaritudines diei] Præcepta bonæ uitæ, uel dies iudicij, quibus perturbant carnales. Et noctẽ illã accipiant tenebræ perpetuæ, Nõ sit in dieb. anni] Iustis spiritalib. qui sole fruũtur, & maiores sunt. Sed nox illa sit dolor] quia dolorẽ facit diligẽtib. se. Neq; numeretur in dieb. mensiũ] Iusti in Ecclesia pro-
1 Cor.3 pter lunã tanq̃ minorem, Ad quos dicitur, Et ego fratres, non potui uobis loqui quasi spiritalib. ut ipse Paulus sit de dieb. anni. Sed maledicat illã
D maledicẽs illi diei dominus] Qui maledicit amantes carnalia. Tenebrescant sydera noctis illius] Eminentes in peccatis. Permaneat, & in lucem non ueniat] Quia non conuertent, dicit per Pro-
Psal.9 phetam. Quia non cõclusit portas uentris matris meæ] Ciuitatẽ terrenã, quam significat Babylon. Cõcluderentur enim portæ si non laudaretur peccator in desiderijs animæ suæ. Quare enim in uentre non obij] Antequã eminerẽ ibi per aliquam actionem. Cõceptus enim ad spẽ pertinet.

Ex utero exij, et nõ protinus perij] Huius ergo figura intelligenda est in his uerbis, qui in talibus concupiscentijs fuerat inueteratus. Et ut quid cõstiterũt mihi genua] ut ibi cõfirmarer. Quare ubera suxi?] doctrinæ nutrientes ad nequitiam.

Nũc utiq; dormiẽs quiescerem] moriẽdo huic mundo. Cum regib. honoratis terræ in Ecclesia qui gloriabant in gladijs, Vnde est, Et gladiũ spi- Ephe.6
ritus, quod est uerbũ dei. Aut cum principibus quibus multũ fuit aurum] sapientia. Qui compleuerunt domus suas argento] eloquio domini.

Aut tanq̃ abortiuum prolapsum de uulua matris] ut nunq̃ emineret. Aut tanq̃ infantes qui non uiderunt lucẽ] Ad nobilitatem aliquam non peruenerunt. Ibi impij deposuerũt furorẽ suũ] In morte ab hoc mundo. Ibi requieuerunt fatigati corpore] Aut fatigati corpore, nõ animo, aut finem corporaliũ consecuti. Non audierunt uocem exactoris] Iudex tradet te exactori, inde est: Matth.5
hoc est, donata illis esse peccata: de impijs quippe dicebat: Pusillus & magnus ibi est] De uno dictum puto bene intelligi, secũdum illud, q qui se humiliat exaltabitur. Et seruus nõ timens dñm Luc.14
suum] Siue secundũ illud, Vis non timere pote- Rom.13
statem, bonũ fac. Siue secundũ illud, Cõsummata 1 Ioan.4
dilectio foris mittit timorẽ. Vt quid enim dat eis qui in amaritudine sunt lux?] peccatorum honor. Et uita animab. quæ sunt in doloribus?] In dolorum materia, hoc est, in peccatis. Quæ desiderant mortem, & nõ contingit illis] Adoptionẽ fructus peccati. Mors uiro requies, cuius uita abscondita est] uel quia corã deo, uel quia paucis nota. De ea uero morte accipiendũ per quam morimur mũdo, In illa enim non est requies. Conclusit enim deus aduersus eum] nõ eum dando in desideria cordis sui. Ante escas quippe meas gemitus adest] Ante gaudium ciborum dei tribulationes præcedere. Et fleo coarctatus timore] uidens quia euitare nõ possum quæ timui. Timor quem uerebar uenit mihi] Aduersa quæ de misericordia dei ad correptionẽ fiũt. Neq; in pace, neq; in silentio, neq; in requie] Falsa enim fuerunt propter quæ timebat. Venit ẽm mihi ira] uindicta, secũdũ quam iustus uix saluus fit. Pondus autem uerborũ tuorum quis sustinebit?] Hic Verba Eliphaz ex cap.
ergo dicit se cogi ad loquendũ, quia non sustinet IIII
dicta eius. Nonne timor tuus stultus est?] Paratus ẽm ad hæc esse debueras, si alijs ueraciter suadebas. Nec talia bene timuisti, cũ diceres. Timor enim quẽ uerebar uenit mihi. Et spes tua & simplicitas uitæ tuæ quasi stultitia] Qua ista bona putãtur. Fremitus leonis & uxor leenæ] Ipse diabolus & superbiæ ciuitas, quæ sæpe etiam bestiæ more à Prophetis ponitur. Et gaudium draconum extinctum est] superborũ & insidiosorum.

Myrmicoleõ perit, eo q nõ haberet escã] Quia in nouissimo non erunt quos inducens comedat, Separabuntur enim pij ab impijs. Hic aũt errat, q ea quæ de diabolo audierat prophetata, de Iob intelligebat, Myrmicoleon uero accipiẽdus est, uel quia utrunq; in eo est, cum & rapit et occulte prosequitur frumenta quæ sublato oculo facit nõ germinare: uel quia auaris & in terra thesaurizantibus dominatur: uel quia iustos persequitur, quasi formicas præparantes sibi escas æstate ad hyemẽ, quibus tum pascẽtur, cum boni ab impijs fuerint separati

separati. Et catuli leonũ diuisi sunt ab inuicem]
Conspiratio principũ ciuitatis illius dissipata est, A
qui nati sunt de illa societatis ciuitate & diabolo:
Mar.13 uel quia se inuicẽ uastauerũt. Inde est, Exurget gẽs
supra uel cõtra gentem. Nihil horum tibi acci-
disset] Vel illa damna & orbitas & plaga uulne-
ris: Vel te non penetraret dolor animi, quia & te
consolareris, si alijs ex corde dixisses. Nunquid
non capit auris mea ab eo magnifica?] Quia ista
quæ dicit, ex reuelatione se dicit dicere. Et spiri
tus in faciẽ mihi occurrit] Quasi flatũ sensisse uult
intelligi, nam negat in consequentib. fuisse figu-
ram. Reminiscẽdum ita etiã spiritũ in Apostolos
descendisse: Quid enim? nũquid homo coram
domino mũdus erit?] Aut hæc audisse se dicit, aut
dicit ideo se horruisse, quia nemo mundus coram
domino, ut deum, ut est, uideat. Modo mũdus se- B
cundũ perfectionẽ accipiendus, ut quod superius
negat mundũ hominẽ perire, secũdum quendam
modum intelligamus. Si contra seruos suos nõ
3. Reg.19 credit] Quod euenit cũ diceret Helias, Domine,
Prophetas tuos occiderũt. Et dicit illi, Reliqui mi
hi septẽ milia uirorũ. Non enim inde septem milia
uirorũ iam munda erãt, Nam angeli dicti sunt &
Prophetæ. Et aduersus angelos suos prauũ quid
reperit] Vel quod aduersus eos dicitur, uel quod
ipsi dicant. Hoc tamen potest etiam de ueris ange
lis accipi. Habitãtes etiam domos luteas, quo-
rum cõuersatio nõ est in cœlis, percussit illos tan-
quam tinea] Aut aliqua corruptio percussit eos
tanquã tinea: aut deus eos percussit, uel hac tinea,
uel sicut percutit tinea: hoc est, latẽter intrinsecus C
corruptione ab eisipsis exorta per cõcupiscentias
carnales, hoc est, habitatione in domibus luteis.

Et à mane usq; ad uesperã ultra nõ sunt] Aut ul
tra secundũ hoc non sunt, aut à prosperis reb. usq;
ad tribulationẽ, pœnã enim cõsecuti sunt. Et q;
nõ possent sibijpsis subuenire, perierunt] cum in
se habent spem. Interierunt, quia nõ habebant
De cap.V sapientiã] in se sperando. Inuoca autem si quis
tibi respondeat.] Illis enim respondetur qui mũdi
sunt coram deo. Etenim stultũ perimit ira.] In-
dignatio qua quisq; angitur tanq; inique sibi ali-
quid acciderit: dum non cogitat usq; adeo se im-
mundum esse corã deo, ut inuocanti nõ angeli re-
spondere, aut se demõstrare dignati sint. Qui enĩ D
hoc non cogitat, stultus est, & ira irrationabili in-
terimitur. Aut idcirco angelos non audire, nõ ui-
dere potest stultus, quia ira interẽptus est, & à ze-
lo occisus. Errantẽ aũt occidit zelus] ad imitan
dum peccatores. Ego aũt uidi stultos, radicem
mittẽtes] Stultos nũc impios accipiendũ, ut è cõ-
trario sapientia hominis pietas sit, sicut in conse-
quẽtib. dicitur. Et conterant super ianuas infir-
morum humiliũ, cum recepti fuerint in cubiculũ
à sponso, & stulti foris remanserint. Quæ enim illi
cõgregauerũt, iusti comedẽt] Et de Iudæis potest
intelligi, congregantib. prophetias, quas gentiles
cõgregatas potius comederunt, Et de his qui fa-
cientes comedũt, quę alij præcipiunt & nõ faciũt.
Ipsi uero de malis non liberabuntur, q̃uis prædi-

cent nõ esse faciẽda. Exhauriatur fortitudo eo-
rum] qua superbiũt aduersus infirmos, Exhauriat̃
aũt ut iam incipiat laborare. Non enim prodiet
de terra labor] Id est, de creatura non conqueran
tur, sed de se. Sed homo in labore nascitur] Se-
cundum id dictũ est, nascit̃, secundũ q; in laborio-
sam uitam ex quieta quisq; cõuertitur. Pulli aũt
uulturis altissime uolitãt] Vultur bene intelligit̃
dominus, quia altitudine prophetiæ uidit morta-
litatem nostrã, qua descendens pasceretur, cõuer-
tens nos in corpus suum. Pulli ergo uulturis, filij
sponsi dicti sunt. Altissime aũt uolitantes, conuer Philip.3
sationem in cœlis habentes, ut à labore liberetur
in quo homo nascitur. Secuti sunt quippe uocem Matth.11
dicentis, Venite ad me omnes qui laboratis. Pos-
sunt & pulli uulturis in malo intelligi aereæ pote-
states, quæ mortib. hoc est, peccatis pascunt̃, Quo
niam huiusmodi præuaricatores angeli non sunt
perducti ad humilitatẽ mortalitatis multum labo
riosam in qua homo nascit̃, unde illi superbiunt,
hoc est, altissime uolitant. Qui dat pluuiã super
faciẽ terræ] Tanq; cõfitentib. faciat misericordiã.

Vt non faciat manus eorũ ueritatẽ] Non faciãt
quod promittunt. Inhiantes dominari infirmis,
in die occurrent illis tenebræ] Vt Iudæis qui do-
minũ nõ cognouerũt quis esset. An tanq; in no
cte palpabunt in meridie] Sicut uidentes signa, ta
men dubitabãt dicẽtes, Propheta est. Alij, seducit Ioan.7
populũ: quãdo nec ad lucernam uidere uoluerũt.

Et pereãt in bello] In tẽtationib. Et egrediat̃
de manu potentis] diaboli, infirmus. Sit autem
infirmo spes] Illi enim fortes rẽ hic quęrũt. Bea
tus aũt uir quem arguit dominus] In hoc enim er
rat, quia uidetur sibi, q; Iob iniquitatibus suis hæc
patiatur, cũ ex hoc beatus sit, quia in hac uita cum
arguit̃, habet corrigendi possibilitatẽ. Et in se-
ptimo nõ te tanget malum] Sacramentũ sabbati.

In fame te liberabit à morte] Verbo enim alit
& facit firmũ ad tentationes. In prælio uero de
manu ferri soluet te] De potestate uinculorũ. A
flagello linguæ abscondet te] Ne sentias cõtume
lias. Nónne patieris iniustos, & iniquos deride-
bis?] Vt sapientia perditioni iniquorum irridebit

Et feroces bestias nõ timebis] id est Iudæos nõ
timebis: quia tibi gentes obaudient] Hæc autem
de domino accipiẽda sunt. Eliphaz hic errat, quia
putat de Iob intelligenda quæ ei reuelata sunt, cũ
totum domino cõpetat. Quia cum lapidib. agri
habebis fœdus] Lapides agri, quia in gentib. nul
la ordinatio legis fuit, ut quasi de ædificio lapides
essent. Bestiæ enim feræ pacatæ erũt tibi] Siue
de Iudęis, siue de gẽtibus. Deinde scies quod in
pace erit domus tua] id est, Ecclesia. Et filij tui
erũt quasi om̃is herba in cãpo] sine ariditate. Et
uenies in sepulchrũ tanq; frumentũ maturũ] post
passionẽ. Ecce hæc ita exquisiuimus] Hic auto
ritas huius Prophetię cõfirmatur. Tu uero scito
temetipsum] quid egeris. Nõ enim iniuste hæc ti-
bi deus permisit accidere. Sed ut uidetur, uerba Verba Iob ex
mea sunt mala] Non enim uerba Iob de impatien Capite VI
tia sunt flagellorũ, cum significent dolorẽ, nõ pe-

culiarem

culiarē Iob, sed quē habuit de omni genere huma
no. Sagittę enim dñi in corpore meo sunt] Ver
ba dei quib. anima transfigitur, cū cogitur ad con
fessionē. Quarū furor bibit sanguinē meū] Tol
lunt enim peccatū. Cum enim incipio loqui, sti
mulāt me] Quòd enim loquor illi cogūt. Quid
enim? Nunquid frustra onager clamabit nisi escā
requirens] ne inde famem patiatur, quia liber esse
uoluit. Aut bos mugiet cū habeat in præsepi ci
bos] Asino cibaria labore bouis præparātur, si-
cut gentib. labore Prophetarū & Apostolorū, qui
utiq; Iudæi fuerūt. Itaq; hæc uerba cibū desideran-
tis sunt, id est, auxiliū, nō impatientis ad dolorem.
Nunquid potest sine sale edi panis] Quasi ei di
ceret: Cur sic ea per figuras dicis] Respōdit, quia
si ex persona sua ea diceret, insulsa essent. Aut
est sapor in sermonib. uanis] Vanos sermones ho
minum dicit, quia panis uerba dei sunt, sed panis
cœlestis. Sic nec anima mea potest cessare] Quo-
modo nō potest sine sale edi panis, sic nunc mini-
Rom.10 steriū præbeo uerbo dei, propter illud: Quomodo
audiēt sine prædicāte? Fœtidas eñ escas meas
uideo, sicut est odor leonis] Nā uerba mea fœtida
sunt sicut leo, uel propter superbiā, per quā iactan
tes putent, uel propter quod amplexātes carnalia
fœtorē leonis habēt, qui proprijs uerbis gaudēt.
Quis det ut ueniat postulatio mea] Postulatio-
nem dicit rem quā petebat. Et spem meā det do
minus] Sic enim cōfidēs ob spem post tribulatio-
nem uēturæ cōsolationis, opportune tentat. Be-
ne aūt spem dicit, quia cū res uenerit, iam tentatio
nō erit necessaria. Sit mihi ciuitas sepulchrū, su-
per cuius muros saliebam] Societatem illā Baby-
lonij uult sibi sepulchrū, nō ut eum obruat, sed ut
sciat quia mortuos teget quicunq; in illa fuerunt,
de cuius tanq; firmamēto & munimine superbie-
bat. Nō parcam. Nō enim mentitus sum: uerba
sunt sancti dei mei] Quia nō alia dixit q̄ audiuit à
deo, id est, de homine generaliter prophetat, quia
auxilio indiget in cōfessione. Quæ enim uirtus
mea ut sufferam] Quod significabat uulnus eius.
Aut quod tēpus meū ut sustineat anima mea]
Quia imminēte morte terrentur homines ut con-
uertantur & confiteant deo putredinē peccatorū
cuius cōsideratione se dicit cogi ad cōfessionem.
Nunquid uirtus lapidū uirtus mea] Duros &
impenetrabiles iaculis uerborū dei, qui nō mouē
tur ad confitendū. Aut non in ipso confidebam
cū mihi bene esset] id est cū essem immortalis ad
imaginem dei. Sed adiutoriū à me recessit] Fa-
ctus mortalis uolēs in me cōfidere. Et uisitatio
Psal.8 domini me despexit] Secūdū quod dictū est: Aut
filius hominis, quoniā uisitas eum. Propinqui
mei non respexerunt me] Horrui angelis. Tā-
quam torrēs deficiēs] Misericordia enim aliquan
do inūdauit me. Et siccaui & nō fui mihi fons
Aut sicut fluctus transierūt me] Tanq; sint conso
lationes potus. Qui me metuebant, nūc irrue-
runt super me] Diabolus cū angelis suis. Perij,
& exul de domo mea factus sum] Aut de habita-
tione cœlesti, aut de conscientia. Idcirco foras ex-
tra domum suam sedebat. Vias Themanorū ui-
A dete, semitas Sabeorum intuemini] Illos signifi-
cat qui in temporalib. fidunt, de quib. s. id est ho-
minem quē significat, dicit nō præsumere. Nūc
autē & uos insurrexistis in me sine misericordia]
putantes beatitudinē hominum, si carnalib. abun
dent, quia insultabant potius q̄ compatiebantur.
Sed uidentes uulnus meū, timete] Intelligētes
quid significet, timete futuras pœnas. Quid eñ,
nunquid aliquid uos petij, aut fortitudine uestra
indigeo] Quia coram eo infirmus est qui potest
eum saluare. Docete me, & ego obmutescam]
Idcirco enim patientes debuerunt esse ad doctri-
nam eius, quia ipsi eum docere nō poterāt. Sed
ut uideo, parua ueri hominis uerba dicitis] Eū di-
B cit uerū hominem qui personam significat agētis
pœnitentiā, conuersione ad dominum, cuius par-
ua uerba dicebant. Non enim à uobis auxilium
peto] Verus enim homo à deo petit auxiliū. Ille
enim uerus est qui confitetur. Vnde est, Qui facit Ioan.3
ueritatem, uenit ad lucē. Neq; enim elocutionē
sermonis uestri sustinebo] Dei enim locutionem
se dixit sustinere qua instruat. Veruntamen su-
per populum irruistis] Quod ad uos pertinet, in-
sultare mihi uoluistis, quamuis non intellexeritis
quid significet, quia neq; Iob quē uidebāt insulta-
te debuerant. Ideo ueniunt tamē. Nunc autem
aspicientes uacate mihi] Non habentes quod me
doceatis. Et rursum iustitiæ adestote] Quia pri
mo uidebant sibi iustitia cogi ad loquendū. Nō
C est enim in orē meo iniquitas, & fauces meæ nōn-
ne sapientiā meditabātur] Dicit se non deum ac-
cusasse, sed hominē induxisse accusantē iniquita-
tes suas, sicut superius sermo eius intellectus est.
Hanc dicit meditationē sapientiæ. Nūquid nō De cap. VII
tētatio est uita humana super terrā] Hic iam aper
tius ostendit, ex cuius significatione superius lo-
queretur: Tentationem uero dicit tanq; studium
certaminis, ubi uincit homo uel uincit. Et sicut
quotidiani mercenarij uita eius] Temporalē mer
cedem expectātis, ut iam eorū qui iustitiæ suæ fru
ctum in futuro expectāt, nō sit uita super terram.
Aut tanq; seruus metuēs dñm suum & consecu
tus umbram] Quod significat absconditio Adæ
à facie domini, & tectio foliorum de quib. umbra
fit, quam relicto deo consecutus est homo. Aut
D tanq; mercenarius qui expectat mercedem ope-
ris sui] Iste à superiori in hoc differt, q; superior ha
buit, hic autem habere desiderat ipsa temporalia.
Sic & ego expectaui mēses uanos] Iam ad um-
bram dixit uanos, id est, temporalia bona. Et nō
ctes dolorum datæ sunt mihi] In quibus & luxa-
mittitur sapientiæ, & materies est pœnarum. Si
dormiero, dico, quādo dies est? & si surrexero, rur
sum, quando uesper?] Quādo cupiditatem nego
ciū parit homo in ocio, & ociū in negocio. Re
pleor aūt dolorib. à uespere usq; ad mane] Quo
occidit à deo. Vnde & ad uesperā deābulās deus
eos dimisit: quod significat uolentes, quibus nul-
la expectatio est remedij, nisi mane. De quo dici-
tur, Mane astabo tibi, id est, quādo post iudicium
mane

mane deus reuelabitur iustis. Vnde & dominus
Ioan.19 & 20 uespere sepelit̃ & mane resurgit. Hãc ergo uitam A
tanq̃ lucifero potest cõparare. Et cõcrescit corpus meũ putredine] uermium multitudine. In
fundo globos terræ, radens saniẽ] Expressio cupiditatũ uel curarũ cõfessionis, in qua gaudẽt iniqui, quod ad occasionẽ redigũt peccãdi, quæ alij
per pœnitentiã cõfitẽtur, unde sunt canes qui La-
Lucæ 16 zari uulnera lingebant. Et uita mea exilior est
quàm loquela] Minus em̃ facio q̃ loquor. Recordare ergo quia spiritus est uita mea] id est in uita spiritali. Et nõ reuertar ad uisibilia] Non me
cognoscet oculus uidẽtis, quia mutabor, ut uidentem hic diabolũ accipiamus inuidentem. Oculi
tui in me, & nõ subsisto] interficis enim in me uitã
carnalẽ in qua fui. Tanq̃ nubes expurgata de
cœlo] Aut per cœlũ turbata, quomodo dicimus
de ferro purgato, ut hic significauerit auxiliũ sibi
fuisse de cœlo, ut purgaretur: Aut certe ut iam nõ
sit nubes, sed in aerem purũ extenuetur, tanq̃ radijs solis expurgata, ut obscuritas carnis & sangui-
1 Cor.15 nis nõ sit in cœlo: Nõ enim caro & sanguis regnũ
dei possidebũt, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & absorbebit̃ mors in uictoriam. Si
enim homo descẽderit ad inferos, ultra nõ ascendet] Ad hoc ergo recordare, ut nõ descẽdas. Et
nõ reuertet̃ amplius in domũ suam] id est ad requiem suam. Propterea itaq; & ego nõ parcam
ori meo] Cõfitendo cũ tempus est. Vtrũne mare sum ego, aut draco] Nõ enim sicut impios aut
diabolum repulisti: quia statuisti super me custodiã] ut nõ me mouẽ ad perturbationẽ, ut sunt ma- C
ris termini. Quia dixi cõsolabit̃ me lectus meus] Carnalia in quib. requiescebat. Et referã ad
meipsum cõsolationẽ in thoro meo] Ad te enim
debeo referre cõsolationem meã. Exterres me
per somnia, & per uisionẽ me obstupefacis] per
tribulationes uitę huius, quæ ita somnia sunt, quo
modo & bona uitæ huius somnia. Absolues à
spiritu meo animã meã] propter uisibiles terrores
à quib. liberabitur anima metuens uenire ad eos.

Et à morte ossa mea repuli, nã i erant in mortem
ossa mea, nisi bis exterritus fortior essem, & patiens, quod est ossiũ firmitas. Nõ enim in sempiternũ uiuã] ut patiẽter feram breuitate uitæ: Et
metu mortis me correxi] Vnde incõuertibilis dia- D
bolus, quia nõ moritur, sed damnatur. Initium sa-
Eccl.1 piẽtiæ timor domini est. Discede à me, uana est
enim uita mea] Quia nõ suffero tẽtationes. Aut
quia sensu tuo intẽdisti in eum] propter quod ra-
1 Cor.2 tionalis est. Vnde illud, Nos autẽ sensum domini
habemus. Rationis uero munus dicit extẽsionem
intellectus. Et in requie iudicabis eum] dignũ
requie. Vsquequo me nõ dimittis, uinctũ tribulationib. neq; deseris donec deglutiã saliuã meã]
In dolore ac flagellis contineã & absorbeã uoluptatum fluxus, per tribulationes admonitus. Si
ego peccaui, quid possum tibi facere] Sensus hic
est, Si peccaui, nihil possum facere. An forte loquendo molesti tibi sunt homines] Tu ergo qui
scis sensum: Quare cõstituisti hominẽ ut loque-

retur aduersus te, ut esset tibi oneri] Si aũt pecca-
A tũ hominis, nec facto nec dicto tibi nocet: Quare
non obliuisceris peccatum eius] Sed purgas illud
potius: nisi quia illa quæ supra dicta sunt, ad bonitatẽ tuã referunt̃. Quid est enim homo q̃ exaltasti eum &c.] Quæ non intelligentes amici eius,
putauerunt ab eo deum reprehendi. Si enim non
propterea facis mihi tentationes ut cohibeam fluxos motus meos, ut mihi ita consulas, quę alia causa est, ut corripias hominem? Nõ enim nocere tibi potest: quia peccat: Aut sentis quasi aduersitatẽ
loquelę eius, cum scias sensum humanum, & utiq;
posses, quod tibi aduersarium est, nõ constituere.

Et quare non es oblitus iniquitatis meæ] Si nõ
ea causa ut mihi prodessent tentationes istę, ut bonitatis tuæ sit totũ, & q̃ me corripis? Nunc autẽ
B in terrã ibo] Cum enim purges peccatũ meũ, restat mihi tamen adhuc in terrã ire per mortẽ corporalem. Nã euigilabo, & ultra non ero] in hac
terra. Misit in manũ iniquitates eorũ] In manũ Baldath Suitis uerba.
misit, aut in uindictã, aut supplantationẽ: Debitores eos] id est peccatores demõstrauit. Et re- De cap. VIII
stituet tibi uitam] iustitiæ, quæ debetur iustitiæ, id
est, beatã, Et erũt priora tua minima] in cõparatione posteriorũ, quæ infinita erũt. Aut nũquid nõ
hi docebunt te & referent tibi] Quoniã nõnullorum maior est autoritas. Iam & hic de Christo dictus audita narrat, quomodo Eliphaz reuelationem. Nũquid uiret scirpus sine aqua] Ita ergo
& impij arescent sine misericordia dei. Adhuc
in sua radice cõsistit, & nõ meretur] Si aquam nõ
C habeat. Anteq̃ uiuat omĩs herba, nónne arescit]
nisi bibat? Nõ enim aliquãdo uiruit impius, atq;
araneis implebit̃ tabernaculũ eius. Opera inutilia. Iam uero de Iudæis & domino uidetur dicere.

Quòd si & suffulserit domũ suã nõ stabit] Aut
scripturis sanctis, aut spe promissiõis domini, aut
regnum ipsum. Et cũ cœperit, nõ permanebit
sequi deũ] Quod Iudęis euenit, qui secuti nõ sunt
incipiẽtes. Humidus enim est ante solẽ] carnalium fluxu putrescẽs. Ante solẽ uero, sub tribulationibus ut ante, sub, significet, sicut dicimus, ante
me fac. Et de putredine eius germen eius ascendet] Nisi enim illi tã mali essent, non per passionẽ
exaltaretur dominus, qui de illis secundũ carnem
natus est. In congregationib. lapidum dormit]
D Maiores enim illũ crucifigent, & in medio lapillorũ uiuet humilium, de quib. fuerũt Apostoli. Si
deglutietur locus, mentiet̃ eum] Si abscõderit q̃
filius dei sit, dicet̃, quia non est filius dei. Opus est
ergo ut ipse sese indicet: In hoc em̃ loco non possunt diuina cognosci. De terra aũt alterũ germinauit] uel dominus resurgẽdo, uel alterum genus
piorũ, id est, Christianorũ. Dominus enim non
probauit innocẽtẽ] An nõ reprobauit? Vel illud
impiũ nõ probauit innocẽtẽ. Nec ullũ munus]
Id est, sacrificia quæ habebãt Iudæi. Veraciũ aũt
os impleuit risu] cõfitentium. Et tabernaculum
impij nõ permanebit] uel ipsum templum, uel regnum. Vere scio quia ita est] Id est, quia secun- Verba Iob de
dum iniquitates meas hoc mihi restituit: Sed non Capite IX

ſicut uos arbitramini. Sed quia nemo eſt in con
ſpectu eius iuſtus, nō reſpōdebunt ei unus de mil-
le] In omnib. quippe cōuincet. Qui in uetuſta
tem perducit montea & neſciūt] Id eſt, ad infirmi-
tatem. Vt eſt, Inueteraui in omnib. inimicis meis.

Qui uertit eos in ira] Iraſcēdo eos uertit, id eſt,
ut aliud inueniant ꝙ appetierant, cum qui ſe exal
tat, humiliabitur. Qui cōmouet orbem à funda
mentis] per uocationē quæ facta eſt, per quā com
moti ſunt excellētes in mūdo. Et columnæ eius
mouebūtur. Qui præcipit ſoli & non oritur] Vt
aut ſapiētia nō intelligatur, aut qui ſcripſerunt. Vt
Dan. 12 eſt, Signa librum. Qui extendit cœlū ſolus] Ec
cleſiam, quę proprie dei ſedes eſt, quam extendit
per totū orbem ſolus, ad ſignificandā unitatē trini
tatis. Nam utiq; per filiū in ſpirituſancto omnia fa
cta ſunt. Et ambulat ſuper mare tanꝙ ſuper ter
ram] Super terrā, id eſt, firmiter cōfirmans Eccle-
ſiam in ſeculo. Vel ſubijciendo ſibi peccatores in
quib. nō mergitur, non cedendo tentationib. eo-
rum. Si trāſgreſſus me fuerit, non uidebo. Si al-
tior me fuerit, aut celeritate perſtrinxerit me, non
agnoſcā] Opus eſt ergo, ut & cōgruat infirmitati
meę, & non me deſerat. Si enim morti tradide-
rit, quis auertet] Morti enim tradit, cū uel trāſgre-
ditur, uel tranſit ut neſciatur. Hæc eſt mors animæ
ut deum neſciat. Ipſius enim inauertibilis ira]
Aliorū enim poteſt auerti. A potētiore ab ipſo
ſubdita ſunt cætera ſub cœlo] Excepto ipſo cœ-
lo, id eſt, rationali creatura, quia ſi ipſa ſibi cætera
ſubdidiſſet, nunꝙ per ea quæ ſibi ſubdiderat pu-
niretur. Quia uero deus ei illa ſubdidit, punit̄ per
ea quādo offenderit eum qui ſubdidit. Quòd ſi
etiā iuſtus fuero, non exaudiet me] Rogans eum
præſumens de mea iuſtitia. Cōparans enim ea his
quæ apud ſe ſunt incōmutabilibus & perpetuis,
tanꝙ iniuſtū me non exaudiet. Ergo eius mihi mi
ſericordia neceſſaria eſt. Iudiciū eius rogabo]
Quia ego iudicare nō poſſum me iuſtū eſſe. Vnde
1 Cor. 4 eſt, Sed neq; meipſum iudico, qui aūt iudicat me,
dominus eſt. Si uero inuocauero, & non exau-
dierit, non credā, quoniā exaudiuit uocem meā]
Cum iudiciū eius rogo, ſi nō exaudierit, non cre-
dam ꝙ aliquando exaudierit me: Occultis eñ cau
ſis me audiuit, nō merito deprecationis meæ: aut
certe nō credā nō me exauditum nunc: Aliquādo
enim exauditus ſum. Aut ita, Quia ſi exaudierit ꝙ
peto, credam etiā exauditū me: Nam ſi non credi-
dero, quāuis fiat quod peto, tamen nō exauditus
ſum, ut ſignum exauditionia credulitas poſtulātia
ſit. Ne forte in turbine me conterat] Propterea
quæro iudicium eius, ne in turbine me conterat.

Multas enim tribulationes meas fecit ſine cau-
ſa] Quorum cauſa me latuit. Aut certe confitētis
uox eſt, flagellis dei cōfitentis nō ſe eſſe correctū,
et idcirco poſſe turbine cōteri quaſi maiori ſuppli
cio. Non enim ſinit me reſpirare.] Tam multæ
ſunt tribulationes meę. Etenim quia poteſt, ob-
tinet & uincit] Vt uoluntatē eius faciā, nō meam.

Quòd & ſi fuero iuſtus, os meū impia loquet̄:
Si me iuſtum putauero, uerūtamen auferetur uita
mea] Quāuis neſciam ſi impie egi, tamen auferet̄
A uita mea, ut patiar quæ nolo, aut non faciam quæ
uolo. Vnū eſt quod dixi, magnū & potentem
diſperdit ira] Id eſt, propter hoc unum fiunt tribu
lationes hominib. ut magnus ſibi potensq; nemo
uideat̄, præſumens de uirib. ſuis. Quia nequam
homines in magna morte erant] Nō in mediocri
in qua ſunt etiā iuſti cum tribulant̄, & ab eis deri-
dentur. Terra tradita eſt in manus impij] Aut
corpus iuſtorū non anima, quū eos perſequūtur,
aut quando impius dominari permittitur. Poteſt
& accipi homo peccator in manus diaboli ſecun-
dum mortalitatē ſuā. Faciens iudiciū eius ope-
rit] Aut ipſius impij iudiciū, aut iuſti: In hoc enim
tēpore opertū eſt. Aut certe hoc ipſo facit iudiciū
eius: id eſt, eo illū punit, quo occultat ei prouiden
B tiam ſuā. Vt eſt, Præ magnitudine iræ ſuæ non re-
quiret. Vel eo iuſtū uindicat quo occultat. Per-
ſecutori eius iudicium ſuum] Id eſt, prouidētiam
ſuam, ut arctius peccatorū laqueis per impunita-
tem capiatur. Quod ſi nō eſt, quis ergo eſt] Po-
teſt hoc de domino intelligi, qui & deriſus eſt, &
cuius terra, hoc eſt corpus, traditū eſt in manus Iu
dæorum, & cuius iudiciū faciens occultauit male
ſtatē ipſius. Quod ſi ipſe nō eſt, quis ergo eſt, qui
maiora facit ꝙ fecit ipſe? Vel ſic, Quod ſi nō facit
deus iudicium iuſti uel impij, quia poteſt facere?

Vita autē mea leuior eſt curſore] Tanꝙ fugiti-
uos dicit homines à iuſtitia diſcedentes, ut ille fi-
lius minor profectus in regionem longinquam.

Aut quaſi aquilę uolantis & quærentis eſcam]
C De ſuperiorib. in quib. animę rationales naturali-
ter beatæ ſunt: id eſt, operib. iuſtitiæ: inclinauerūt
ſe ad terrenas uoluptates. Quod ſi & locutus fue-
ro, obliuiſcor dum loquor.] Locutio quemadmo
dum affectū habuit ad exteriora, ſic anima dū ꝓ-
greditur ad ea quæ foris ſunt cupiditate fruendi
creatura, obliuiſcitur interiorem creatorē. De-
clinans in faciem ingemiſcā] Illam enim declina-
tionē dolorea ſequunt̄. Cōmoueor omnib. mē
bris] Timor quo incipit recurrere. Et quia ſum
impius, quare non ſum mortuus, & laboro] Scio
ſubaudis, Aut dicit ſe laborare, ꝗa impietati mor-
tuus nō eſt. Et mūdatus fuero mundis manib.]
Aut dei manib. aut ſuis: id eſt, bonis operibus per
regenerationē. Satia in ſorde me tinxiſti] In iſtā
D mortalitatē perductum. Et execratum me eſt
ueſtimentum meum] Immortalitas qua cupimus
ſuperueſtiri. Sed quia nō poſſumua in hac corru-
prione, ideo dicit, Execratū me eſt ueſtimentum
meū. Nō eſt eñ homo ſicut & ego cui cōtradi-
cam] Homini enim poſſem demonſtrare iuſtitiā
meā, in tuo aūt iudicio inuenior iniuſtus. Vtinā
eſſet nobia arbiter] Videtur blaſphemare, niſi illū
mediatorē dei & hominum optare intelligatur, ut
per eū alleger preces ſuas. Hoc modo enim ille au
dit inter utrūq; poſitus, & arguit hominē: Filio eñ Ioan. 5
omne iudiciū pater dedit, & qui argueret, & ꝗ au
diret inter utrūq;. Auertat à me uirgā ſuā] Trāſeat
timor legis, ut adoptionis libertate & charitate il-
li cōiūgar. Nō eñ ſum mecū] quia his hæreo quæ De cap. X
foris

foris sunt. Proferā cōtra me sermones] Hæc cō fitentis sunt: Et dicā ad dominū, Noli me docere impiū esse] Noli me tētare ultra ꝙ possum ferre, nec mihi sinas accidere quib. mihi impietas persuadeat. Aut bonū est tibi si inique egero?] Nō est aūt tibi bonū si inique egero. Nō ergo iniuste me ita cōstituisti, quia despicis opus quod manus tuæ fecerūt. Si quod despicis opus manuū tuarum, ad cōsiliū impiorū animaduertisti?] Sed nō eius impietatis quæ hominib. apparet. Et ad cōsilium impiorū animaduertisti?] Nō quia placerēt illi, ut inique agant. Aut sicut homo perspicis?] qa utiq; nō sicut homo perspicis: Ideo in consilio impiorū animaduertisti. Est enim impietas quā tu solus uides, & ab hominibus nō uidetur. Aut humana est uita tua] id est breuis, ut non possis de perpetuitate iudicare. Et peccata mea inuestigasti] Non eñ te latere potuerūt quę latēt homines.

Scis eñ me nihil impij fecisse] Nā quantū ad homines nihil impij feci. Sed quis est qui de manibus tuis eripiat?] iudicātis. Sicut deus iudicas, cū uides etiā eas impietates quas homo non uidet.

Postea uero mutatus percussisti me] Me scilicet mutato; nō deo: quia mutatus homo mutatū deū sentit, ut per tenebrarū diuturnitatē mutati oculi mutatū solem sentiūt. Memor esto quia de luto finxisti me] Tua ergo misericordia indigeo. In terram me iterū cōuertes] Morte quæ pœna est peccati. Nōne tanꝙ lac mulsisti me?] Quia etiā iam mortalib. præbuit misericordiā, cū homines de hominib. informi primordio formauit. Hæc ergo cū in te sint, scio quia oīa potes, quia tātæ bonitatis sunt, ut carnalē quoq; substātiam operent.

C

Quòd si & peccauero, custodies me] aut ut me nō perdas, aut ne lateat peccatū meū. Et si iustus fuero, nō possum respirare] in cōspectu hominū. Nā tu uides peccata quæ homines latēt. Plenus eñ sum opprobrio] in cōspectu tuo. Et capior sicut leo] ad occisionē: Est supbię peccatū qd homines latet, quādo etiā in factis laudabilib. possit obrepere. Iterū aūt cōmutatus sęuissime crucias me] post pœnā peccati qua mortalis factus est homo. Secundū has dicit tribulatiōes quas in hac uita homines patiunē, quia repēte pleræq; accidunt tribulatiōes quæ turbāt quietē ipsius uitæ mortalis, cū in salute est, uel in securitate rerū, ꝙuis temporaliū, quā misericordiæ dei deputauit. Instaurasin me tormēta mea] Quia iam ipsa mortalitas tormentū est, de qua tribulatiōes aliæ sūt. Quare ergo de uētre eduxisti me?] De obscuritate ad notitiā, quæ sola maioris miseriæ est materia cum subuertit. Hāc generationē superius etiā cōmemorauit. Et essem tanꝙ nō fuisse] penitus ignotus. Vnde est, Vocat ea quę nō sunt tanꝙ ea quę sunt: id est, secundū ignobilitatē. Aut nunquid non est tēpus paruū uitæ meæ?] Nō enim propter longitudinem uitæ meæ mortuus nō sum, cum utiq; paruū sit quod uiuo. Patere me donec requiescā pusillū] Post misericordiā qua de limo fecisti me, & mutatū mortalitate percussisti me, & ipsa mortalitate cōsolatus es me, deinde exercuisti me tribulatiōibus: Patere ergo me, ut requiescā in te:

A

Anteꝙ eā in pœnas unde reuerti nō licet] Ab his eñ quas supra cōmemorauit licet reuerti, si se homo ad deū cōuerterit. Vult aūt requiescere anteꝙ eat in pœnas æternas, ad hoc utiq;, ut non eat. Quēadmodū si dicamus alicui, Corrige te, anteꝙ dāneris: Non eñ cum se correxerit, dānabitur. Vbi nō est lux, nec est uidere uitā hominū] Illa est eñ uita hominū, ubi est lumen uerū, quod illuminat omnē hominē. Alia est terra uiuentiū, alia terra morientiū. Aut nunquid uidebit eloquens iustus esse?] Putat enim Iob uerbis magis ꝙ operibus abundare. Beatus natus homo, breuis uitæ] Sentētiam suam illi replicat, quā uult intelligi loquaciter dictam & inaniter. Cū nemo sit qui contradicat tibi] Quia quando dicebat, nemo ei contradixit. Sed quō dominus loquatur ad te] Ea loquere potius, quibus misereatur tui deus, quia duplex erit super te, corripiendo, & cōsolando. Et tūc scies quia digne reddita sint tibi à domino quæ peccasti] Post correctionē sequente illuminatione. Aut uestigium dei inuenies] ut uelis deū reprehēdere. Sublime est cœlū: Et quid facies] ut inuenias sacramenta cœli? Nō eñ debes eum reprehendere cuius opera non cōprehendis. Quis dicet illi, quid fecisti?] Et hoc eñ recte erit factum si deus hoc fecerit: Quia facere aliquid ille nisi recte non potest. Ipse enim nouit opera hominū iniquorū] Nō iniqui operis est. Vnde uult intelligi, quia stulte hic quē iniquum putat reprehenderit deum: Sic enim eū loqui existimauit. Homo uero aliter nutat sermonibus] Modo illi placet deus, modo illi displicet, cum apud deū sit firmitas. Et uir natus mulieris tanꝙ onager erit in deserto] Cupiditate libertatis impatiens dominatoris atq; domitoris. Et extendēs ad eum manus tuas ut accepter opera tua. Si iniquum quid est, in manu tua est] Ipsa duo repetiuit, sed ordine mutato. Et iniquitas in domo tua nō maneat] Hoc dixit cor. Sic enim fulgebit facies tua tanꝙ aqua pura] cōscientia. Tanꝙ fluctus qui non præterit, & non terreris] nisi omnes tangat in hac uita. Et oratio tua tanquam lucifer erit, ante illuminationē præibit] Quasi & ista ad prophetiam sanctæ ciuitatis uel ad populū dei pertinentia, audita, uel reuelata dicuntur, sicut à superioribus amicis eius dicta sunt. Et rogabūt faciem tuam multi] Omnia ista de ecclesia. Sed iustus uir & sine crimine uenit in derisum] De domino intelligendus est sensus. Non ergo mirū si & ego uobis in derisum ueni. Et domus eius ut deuastaretur ab iniquis] Ecclesia à persecutoribus: Imò uero nullus confidat, cum sit nequam, se impunitum futurū: Quia iudicium à domo dei. Tanquam inquisitio in eos non sit futura] non cōfidant. Sed tamē interroga quadrupedia si tibi respondeant] Ideo recte inquirit iniquos, quia ex operib. potuerūt cognoscere creatorē, & colere debuerūt. Nō enim creaturarū respōsione doceri nō debuerāt, cum acceperint rationē qua ista cognoscerent. Si nō in manu est anima omniū

Ioan. 1

Sophar Naamathitæ uerba Cap. XI

B

C

D

Verba Iob De cap. XII

1 Pet. 4

uiuẽtiũ] Hinc ergo scitur quia ipse omnia creauit, quia anima omnium uiuentium in manu eius: A Et spiritus omnis carnis humanæ, id est, rationalis anima. Auris enim sermones dijudicat] Quẽadmodũ sensus sensibilia dijudicat, ita spiritalia spiritus, quæ debuit cognoscere, quoniã in manu dñi est opera dñi. In multo tẽpore sapientia est] Nõ utiq; in multo tẽpore. Sed apud dñm] à quo petenda est. Si destruxerit, quis ædificabit?] propter uirtutẽ destruxerit, & propter sapientiã clauserit, ut ad eã non perueniat. Si prohibuerit aquã, siccabit terrã] Sapientiã ipsam, terrã uero hominem. Quod & si emiserit, perdet euertens terrã] Multis eñi sapientibus factis turbabũtur peccatores. Qui ducit cõsultores captiuos] Subiugat enim sibi eos qui se consulunt. Iudices enim terræ in pauorem misit] B Aut Iudęos, aut Pilatum, aut sensu terreno iudicantes. Qui collocat reges super sedes] id est Apostolos. Et circũdedit baltheo lumbos eorũ] id est, continentia.

Qui dimittit sacerdotes captiuos] ut ab hominibus ducantur: Et significantur Iudæi. Qui permutat labia fideliũ] Permutat in bonũ, ut nõ de iustitia sua, sed de gratia eius præsumãt. Et intelligentiam senum cognouit] Cui placet intelligentia senũ. Vnde est, Cogniti estis à deo. Cui aduersariũ est, Nõ noui uos. (Gal. 4, Matth. 25) Et bene cœpit à fide, et peruenit ad intelligentiæ canos. Qui reuelat ꝓfunda de tenebris] aperiẽdo prophetias. Et produxit in lucem umbram mortis] id est, fecit ut cognoscetetur uita ista, quia umbra mortis est. Decipiẽs gentes & perdẽs eas] putãtes ꝙ nocerẽt ecclesiæ dei cũ sibi nocerẽt: quod de impijs intelligendum C est. Sternẽs gẽtes, & in uiam ducẽs eas] ad humilitatẽ tanꝗ illum asinũ. Reconcilians corda principũ populi terræ] Sibi recõciliãs uel Iudæos uel reges terræ, qui primò persequebantur ecclesiam. Eduxit aũt eos in uiã quam non nouerant] Subruẽdo legis opera, ut simpliciter intelligerentur: Hinc eis uisus est peccator. Quo errore tenebrati sunt tanꝗ ebrius] (De cap. XIII) Et arguã in cõspectu eius si uoluerit] ut arguat seipsum, quod est cõfessionis. Et curatores malorũ omnes uos] Bonos enim nõ potestis cõsolatione curare. Audite ergo obiurgationẽ oris mei] in uos. Et ante conspectum eius profertis dolum] cum uultis uos uideri iustos quod non estis. An subtrahitis uosipsos iudices fieri? Nunquid potestis dissimulare, D & non peccare?] Iudicate, quia de uobis uerũ dico. Si enim omnia facietis, adijciemini ei] Id est, etiã si omnia præcepta faciatis, inueniet in uobis quod arguat. Nemo enim iustus in conspectu eius. Quòd & si occulte personas mirati fueritis suas] seipsos iustificãdo, non solũ ad homines, sed etiã ad seipsos. Corpus aũt luteum] ut fragilitatis saltẽ uestræ cõsideratione timeatis. Apprehendẽt meas carnes dentib. meis] Non mihi parcam, ut nõ solũ uos arguã, sed etiam me. Et animam meã ponã in manu] inspiciendã ut nihil cęlem, siue ut computem peccata mea. Licet occidat me ille qui potens est, qui & cœpit] Quamuis occidat peccata mea: Tamen loquar, & coram eo arguã me] nõ me iustificabo abscõdens peccata mea. Ecce enim appropinquo iudicio meo] ut iudicẽ de me. Quasi ipsa sit hominis iustitia in cõfessione sibi nõ parcere. Tunc à facie tua nõ abscondar] quemadmodũ abscõduntur peccatores. Manum aufer à me] ut nihil in me sit castigandũ, & sit in me charitas. Et timor tuus non me terreat. Quot sunt iniquitates meæ?] Hinc potest uideri illud dixisse: Animã meam ponã in manu mea ad cõputandum. Aut putas me esse contrariũ tibi?] Cum utiq; infirmus sim, & quasi hoc metuis, ne si iustificatus fuero, par tibi sim: Cum soliũ sim] Ergo est aliqua latẽs causa, quãdo hoc nõ est. Et imposuisti mihi peccata iuuentutis] Vt hæc sit causa quare dicat abscõdi à se peccata sua, quia superbierit, quod est peccatũ iuuẽtutis. Et posuisti in cõpede pedem meũ] in uinculo mortalitatis. Et radices pedum meorũ cõtemplatus es] Cupiditates meas. Qui ueterasco sicut uter] ut uinũ nouũ portare nõ possim: Aut pãno nouo cõsui, uelut uestimẽtum quod à tinea comestũ est: Homo enim natus ex muliere, breui uiuens tempore, & plenus iracũdiæ plenę: Et hũc fecisti uenire in iudiciũ corã te] Quãuis enim ita mortalis sit, & ipse habet tamen, unde rationẽ reddat: Exigitur tamẽ de illo quod potest, ꝗuis perparũ possit. Dinumerati enim sunt menses eius apud te] Eo enim ꝙ tẽporalis est, de peccato conuincitur: Nã æternũ illũ tu feceras. Discede ab eo, sine requiescat] Secũdũ opinionẽ carnalis & animalis hominis, cui totũ bonum hęc uita est. Et C ideò sibi uult parci ut fruatur hac uita. Est enim arbori spes] Irridẽter hęc prõnũcianda: Vtiq; eñi magna est spes hominis, quod carnales nolũt credere. Vir uero cũ mortuus fuerit, abijt] Et hic ironia est. Tẽpore enim minuetur mare, nã post (De cap. XIIII) impletur] Dicit autẽ de his locis ubi accessus & recessus fit, uel ꝙ omnia litora latenter minuunt & augẽtur, horis lunaribus scilicet, cũ oritur luna uel nobis uel alijs usq; ad mediũ mẽsem crescit, & inde minuitur. Vsq; quo cœlũ est, non cõsuetur ad nouũ] id est ipsi cœlo. Atq; utinã apud inferos me custodisses] Vsq; adeo est spes resurrectionis, ut iam & his carerẽ uitę incertis. Et absconditses me donec requiesceret ira tua] Hinc est abscõdere pusiliũ donec trãseat ira dñi, id est, donec D trãseat ista mortalitas & ad resurrectionẽ ueniat.

Si eñi mortuus fuerit homo, uiuet] Nã hæc nõ est uita: Cõsummatis diebus uitæ suæ, tunc uiuet.

Deinde uocabis, & ego respõdebo tibi] Obediens tibi sine impedimẽto mortalitatis. Signasti in sacculo iniquitates meas] ut redderes mihi.

Annotasti si quid inuitus errraui] Etiã hoc annotasti, Inuitũ aũt errare pœna peccati est. Et quidem mõs cadens defluit] Ita & homo ex altitudine & firmitate sua cecidit. Et petra ueterascit in loco suo] ut homo in genere suo & cõditione sua.

Et alluuione frequentiũ gurgitũ, quasi et homo ita ad exilitatẽ perductus sit] cũ crebris cupiditatũ alluuionib. atterit. Spẽ uero hominis perdidisti]

disti] Gradus feci de mõte ad petrã, à petra ad lapides, à lapidib. ad arenã, quia has minutiões carnales patiũtur. Et bene iam perdidisti dixit. Impulisti enim in finẽ] in consumptionẽ, ut pereat spes ista] qua carnales gaudẽt. Mutasti faciẽ eius, dimisisti eũ] cũ imago dei in eo exterminata est. Et cũ multi fuerũt filij eius, nescit] Quia moritur, q̃uis propageť soboles. Sed carnes eius super eũ doluerũt] id est, talem conditionẽ suã homo carnaliter dolet, & animaliter luget. Spiritalis em̃ nouit, quia & si exterior homo corrũpitur, sed interior renouať de die in diẽ, quia hoc fieri sentit in seipso. Et impleuit dolore uentrẽ] Spiritus enim sciẽtiæ per cõsolationẽ sanat potius à doloribus: Tu aũt qui imples uentrẽ dolore, nõ spiritu scientiæ respõdes. Nõnne tu repulisti timorẽ?] Deum nõ timuisti in eũ talia dicens. Et elegisti linguã malorũ] qua homines maledicũt. Quid enim?] Nũquid primus homo natus es] Quia tantum superbis: Aut ante colles cõcretus es?] Etiam montes nomine colliũ accipiẽdos, id est ante omnes uirtutes spiritus potẽtes. Sed & senex & decrepitus in nobis est] Qui sciat quæ nos nescimus, est inter nos. Quid ausum fuit cor tuum, & quid sustinuerũt oculi tui? Sperauerũt, quid est cur homo ut sit sine crimine] Quod tu dixisti. Si in sanctis eius nõ est fides] propter incerta tẽporum quib. plerunq; falluň, ut multa dicant, & nõ faciant. Et cœlũ nõ est mũdũ ante eũ] pro his qui habitant in cœlo. Aut certe cœlum pro ipsis sanctis ponitur, quia in his habitat deus. Quæ sapiẽtes dixerũt, et nõ celauerũt parẽtes suos] Quia etiã Iudæis Apostoli prædicauerũt: Ipsi solis data est terra] In hac tantũ. Nec superueniet illis quisq; extraneus] nec sanctus homo uel angelus: id est, in securitate possidebũt. Cũ putauerint se esse iam in pace] Ita dicit quasi hoc putet ipsi Iob euenisse. Nõ credit cõuerti à tenebris] nõ credit ut cõuertať à peccatis. Et decretus est in escam uulturũ] aerearũ potestatũ, quæ mortib. peccatorum pascũtur. Sicut dux in prima acie decidet] Audax est & nõ fert tribulationes: Quia eleuauit manus contra deum] An quia eleuauit, & currit contra eum contumeliose, aduersaria faciendo q̃ præcepit? In crassa ceruice scuti sui] præsumẽs de protectiõe sua. Quia operuit faciẽ eius in adipe suo] Per adipẽ: id est, per exaltationẽ superbiæ suæ abscõdit à se deum. Et fecit capistrũ super femora] Vt libidinib. suis colligaretur, quo uinculo duceretur ad mortẽ. Quæ enim illi parauerunt, alij auferunt] Ipsum etiam regnũ terrenum, uel quãcunq; spem tẽporalem, quam cum toto mũdo iusti accipiẽt. Et nõ ditabitur, nec permanebit substãtia eius] impij scilicet. Nõ immittet super terrã umbrã] id est nõ uiret. Sed stirpẽ eius arefaciet uẽtus] Tẽtatio. Præcisio eius ante horã] Corrũpetur priusq; speret. Decidat tanquã flos oliuæ] Decidat à pace, uel quia meliora hos sequũť quemadmodũ florem fructus. Testimoniũ enim impij mors] Signum. Et ignis cõburet domus eorũ qui munera accipiunt] Hi sunt enim impij qui munera temporalia præponunt iustitiæ. Cõcipiet & in uẽtre gemitus] Ea quæ sperat, in pœnã illi proficiunt. Audiui alia multa] Non solum quæ uos dicitis. Cõsolatores malorum omnes] Malos potestis consolari, quia ipsi uos imitantur, non bonos: Et est uocatiuus. A nullo enim uestrum audiui aliquid boni. Quid enim?

Nunquid ordo in sermonibus est?] Spiritus superbiæ. Aut in quo molestũ tibi erit?] Quãuis non ames quod dicis. Et ego secundum uos loquor] Quomodo digni estis. Si subiecta esset anima uestra pro mea] Si uos pateremini quod ego, loquerer sermonibus, non factis: ita nihil est loqui quod non facitis. Si enim loquar non dolebo uulnere] Ostenditis uos neq; in loquẽdo, neq; in tacendo prudentes esse: Nam sapientes & cum loquuntur: in consolationibus condolescunt, uel in cõfessione sua loqoẽtes dolẽt uulnus suum: uel cum tacẽt, prudẽter tacẽt. Nunc aũt lassauit me, & fecit stultũ & putrem] ut nõ cõtra uos loquar.

Deus fregit superbiã] ut stultus factus sapiens fiam. Apprehẽdisti me, & in testimoniũ factus sum] Cõuicisti me de peccatis meis, & aduersum me ego sum testis. Et surrexit super me mendacium meũ] cum mihi iustus uidebar. Contra faciem meã respõdi] hoc est, statuã te ante faciem tuã. Iracundię usus deiecit me] Bene dixit, usus iracũdiæ, nõ em̃ eam patior. Deiecit me taoq; superbũ, fremuit super me dẽtibus] Obiurgauit me, ut dẽtes pro uerbis intelligaň. Sagittę piratarũ eius super me deciderũt] Aereas potestates quib. utitur deus, & eis pmittit ut aut exerceãtur boni, aut puniantur mali. Piratæ autẽ quia in hoc mari nauigãtib. insidiãtur. Acie oculorũ irruit]. Nõ dissimulauit à peccatis meis, tanq; innuit ut punirer. Ipse enim tanquã lumẽ est punitoribus, ostendens puniendos. Ruina mihi fuit aspectio eius] Aut ita feci ut uiderẽ peccatum meum, ante enim nõ sic mihi ad sensum perductũ fuit. Acriter percussit me ingens dñs, & simul cucurrerunt in me] Deo enim percutiẽte, illi cucurrerunt angeli satanæ. In pace cum essem, discerpsit me]. Ab ipsa pace a semetipso discerpsit, ut ab aduersarijs & sibi aduersantib. dilacerer. Et tenẽs comã eã diuellit] per peccata mea me aduersum me diuisit. Statuit me sicut signũ] in quẽ iacularentur, ut solet signũ poni iaculantib. quò iacula dirigãtur. Circũdederunt me lanceis, emittẽtes in renes meos, nõ pepercerũt] propter desideria carnalia, quæ sibi impacta dicit per malas persuasiones ab angelis malis. Effuderunt in terrã fel meũ] ut terrena bona zelarer in ijs qui his abundãt. Deiecerũt me pstratiõe magna] ne carnalẽ prostrationẽ intelligeremus. Ciliciũ assuerũt corio meo] peccata interiora quibus reminiscitur se fuisse in bonis. Et super palpebrã meam umbra mortis] Volo uidere, & impedit me consuetudo carnalis. Terra ne operiar sup sanguinẽ carnis meæ] id est, ne si immũda fuerit oratio mea, optãdo terrena, accedat cumulus terræ super uinculũ mortalitatis meæ, quod significauit nomine sanguinis

guinis: id est, ne cupiditate terrena maiorib. calamitatib. uolūtarij peccati operiar, q̄d est illud natu rale peccatū de cōditiōe mortali. Nec sit locus clamori meo] Intercludaᵭ meritū orationis meæ.

Et ecce nūc in cœlis est testis meus] De dn̄o ui detur dicere, quia nondū in terrā descēderat. Et conscius meus in excelsis] propter participationem mortalitatis. Dijudiceᵭ uir cum dn̄o] Veniat dn̄s ut cum eo uir iudiceᵭ, tanq̄ Ioannes cum Christo : In quorū dijudicatione intelligiᵭ quid di stet inter hominē perfectū, & deū hominē factū.

Lucæ 10 Sicut filius hominis ad proximū suū] dn̄s homine suscepto ad eum qui inciderat in latrones. Anni enim dinumerati uenerunt mihi] Quòd mihi per

Gal.4 Christum subueniatur plenitudine tēporum. Et uiam per quam nō reuertar, ingrediar] uia tenun-

De cap. XVII ciādi seculo. Defeci agitatus spiritu] Ordo, De feci spiritu laboribus cōeussus. Oro ut sepeliar, & non cōtingit mihi] ut absorbeatur mortale à ui ta: Ingemiscimus em̄ grauati, in quo nolumus spo liari, sed superuestiri: id est mutemur potius q̄ mo riamur. Quod utiq; quamuis hic homo cupiat, nō contingit: Debet enim mortē condēnatione peccati. Preces adhibeo cū labore, & quid feci non mihi feci] impetrans. Furati sunt externi bona mea] Ipsam immortalitatē qua spoliaᵭ significat, qui semiuiuus à latronibus est relictus. Quis est iste, ad manū meam ligetur?] qui mihi subuenturus est, dn̄m significans. Sed ideo dicit, quis est, qa inter homines futurus erat, ut uix ab eis discerneretur, uinculo charitatis, ut custodiat me & ducat quò uult. Quia cor eorum abscondisti à pruden C tia] Qui eū non cognouerunt abscōdisti, propter hoc non exaltabis eos] quia humiles non fuerunt. Ideo cęcati sunt] & non potuerunt humilitate Christi exaltari. Partim annuncientur mala] Quòd cæcitas ex parte in Israel facta est, siue quia eis mala uidebantur quæ Christus annuncia

Ioan.7 bat, ut diceret, Seducit turbas: Siue per Prophetas quæ annunciata sunt de cæcitate Israel, nō utiq; toti, sed parti acciderunt. Et oculi super filios eorū tabuerūt] admiratione miraculorū, quibus dictū

Matt.12 est, Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filij uestri in quo ejiciūt? Posuisti autē me in loquelam nationibus] hominem quem redemit: id est, ecclesiam de qua loquerentur nationes, siue quę loque retur nationibus. Et in risum illis deueni] aut nationibus, cū ei detraherēt, aut Iudæis qui loque D bantur nationibus. Obscurati sunt ob iram ocu li mei] Obscurati sunt oculi Ecclesiæ, id est Apostoli, cum intellecti non sunt ab ijs qui hac pœna erant puniendi. Et expugnatus sum ualde ab omnibus] Tam Iudæi quam gentes expugnauerunt ecclesiam. Et numerati sunt super hoc ueraces] Vel quare potestas data sit impijs in ecclesiam, uel quare ab impijs Euangelium agnitū nō sit. Iustus autem super inimicum consurgit] Qui temporaliter cadit persecutionibus, ut postea infidelibus dominetur. Et purus membris sumat audaciam] Spei audaciam, ut confiteatur Christum in persecutione. Non enim inuenit

in uos ueritatē] Omnibus em̄ tam Iudæis q̄ alijs A gratia necessaria est. Et conuulsæ sunt cōpages cordis mei] Vt non cælem peccata mea. Noctem in diem uerterunt impij] Vnde est, Væ illis qui dicūt quod bonū est malū, & malum bonum, qui ponunt tenebras lucem, et lucē tenebras. Si sustinuero, inferi domus mea erūt] Pertulero pec cata mea, ut nō cōfitear. Interitū appellaui patrē meum] Non ero filius uitæ. Appellauit autē de us matrē meam & sororē tabem] Ex eo q̄ insepa rabiliter hæreant tanq̄ cognati. Quæ est enim mihi iam spes?] Subauditur, Si sustinuero, inferi domus mea erūt. Aut bona mea uidebo] Quis seductus conuerti noluit, & sustinuit peccatorē?

Et lumen impiorū extinguetur] Noli ergo mi- Baldath uerba. De Cap. XVIII
rari, si & tuum tanquam impij lumen extinctum B est. Lux eius fuerunt tenebræ, in domo claritas domus eius] Id est, aut diabolus aut antichristus.

Et lucerna super eum extinguetur] Exiguum & terrenum lumen. Accipiant infimi substantiam eius] Quæ habere ille noluit, habeant humi les. Immissus est pes eius in laqueum] Ipse em̄ captus est, dominum persequendo. Confortauit super eum sitiens] Vt uincant eum esurientes & sitientes iustitiam. Absconditus est super ter ram funiculus eius] Quo capiaᵭ: Hoc est, ea quæ illi quasi cōceduntur. Et captio eius in semitis] quà transit. Per circumitum perdant eum dolo res] undiq;. Et multi circa pedes eius ueniūt in angustia famis] Multi qui eū sequūᵭ, uel qui ei ob sequuntur. Comedātur rami pedū eius] doctri narum eius: id est, quà it. Rumpatur de habitacu lo eius sanitas] tranquillitas huius uitæ. Et tene at eū necessitas causæ regalis] Opportunitas punitionis eius quæ ualebit ad gloriā dei, ꝑpter q̄d modo illi permittitur cupiditas sua. Causam regalem dicit, quia se Christum iactabit. Habitet in tabernaculum eius in nocte eius, necessitas causæ regalis cruciet conscientiam eius] Appetitio tyrannidis, in nocte in supplicio cæcitatis eius quan do damnaᵭ. Aspergētur speciosa eius sulphure] quib. placebat igne fœtido eōcremenᵭ. Et de sur sum irruet messio eius] à deo. Et non sit nomē eius in facie platearum ubi erat] Tollatur de memoria populi. Et non sit cognominatio in populo suo] Ad tātam deiectionem ueniat, ut à suis non agnoscatur. Neq; resaluetur sub cœlo domus eius] Aliqui enim resaluabuntur. Sed in populo eius uiuāt alteri] Alij subiugetur populus eius. Et destruitis me uerbis] Infirmatis me, Verba Iob
qui me consolari debuistis. Scirote tantū, quia De cap. XIX
deus fecit mihi sic] apud quē possum de peccato conuinci, non apud homines. Et uallum suum circa me circundedit, fossa circa muros est] Coactus sum ad cōfessionē. Ecce rideo opprobria, & nō loquor] Vtilitatē dicit confessionis, quia si uellet ridere peccatū suum, & nō illud proloqui, clamaret, & nō exaudiretur. In uultu meo tene bras posuit] Illuminationē uultus mei abstulit à me, quod cōtigit aduersis. Et abstulit coronam de capite meo] Dignitatē spiritalem quam dat sa pientia

pientia. Et dirupit me undiq;, & abij] Omnia tenebam, & abstulit illa à me, aduersus illud q̄ (A) acceperat uirtutē cōtinendi omnia. Et arbitratus est me tanq̄ inimicū] Sic me iudicauit, quasi ei nocerem si ei par essem. Et circundederunt tabernalum meū] Cor & conscientiā. Fratres mei recesserunt] in spe correctionis, quia fratres sunt, q̄uis primo correctionē meā aspernati sint. Et eos se cuti qui sibi aliena] hoc est perniciosa suaderent.

Et amici mei immisericordes facta sunt] In malis spiritalib. qui nō cōdolēt proximis suis, sed potius eos irridēt, quos nō irriderēt in malis carnalibus cōstitutos. Et sciētes nomē meū, obliti sunt me] Nō me cognoscētes q̄ mutatus sum. Vicini domus & ancillæ meæ cū quib. secreta cōmunicabam] Adulatores qui recedunt ab eo qui cōfite- (B) tur deo: Ipsi em̄ dicuntur ancillari. Seruū meum uocaui, & nō respondit] Aut corpus, aut eos qui ei ad mala seruiebant. Os meum deprecabar, &

Psal. 41 rogabā uxorē meā] tanq̄ dicens, Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me? id est cupiens, ut ei consentiat. Inuocaui blandiens filios uteri mei, quos genueram] persuadens eis spem seculi.

Et quos dilexeram, consurrexerunt in me] in illa uita. In cute cōputruerūt carnes meæ] Amore eorū quæ forinsecus sentiuntur, cōputruerunt interiora mea: Nam uriq; leue est si ad literam accipiamus tanq̄ scabiem habuerit. Et ossa mea in dentibus meis sunt] Firmitas & fortitudo mea in uerbis est, nō in factis. Miseremini mei, miseremini mei, ó amici] Angelos uidet postulare, ut pro eo deprecentur, aut certe sanctos, ut pro pœniten- (C) te orent. Manus enim dñi est quæ tetigit me] Manu domini se tactū dicit, ut doleret uulnus suū quod sine sensu eius fuit. Quare me persequimini sicut & dñs?] Detestamini & horretis sicut dominus, uel obiurgatis, cū iam confitear. De carnibus meis satiamini] Non gaudetis si carnaliter uiuā. Stylo ferreo & plūbo] ut quēadmodum cedit plūbum stylo ferreo, sic cedant sermonibus meis corda hominū. Aut in testimoniū in petris sculpātur] ut illi ea discant qui firmi sunt ad Euangelizandum. Scio enim quia ęternus est qui me resoluturus est] quia potest me reparare. Quorum ego mihi cōscius sum] quia merui illa. Quę

1 Cor. 2 oculus meus uidit & nō alius] Hoc est, Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus qui in ipso est.

Et omnia mihi cōsumpta sunt in sinū] In interioribus ubi nemo uidet, id est in cōsciētia. Quod

Gal. 6 si & dixeritis, quid dicemus contra eum?] Secundum q̄ dictū est in spiritalibus. Intendens teipsum ne & tu tēteris. Et radicē sermonis inueniemus in eo] ut de ipsius eum conuincamus. Ira enim super iniquos ueniet] Qui se extollunt super peccatores, & putant se tales esse non posse, ipsos di-

Verba Sophar cit iniquos. Non enim intelligitis magis quàm ego] Ad alios se conuertit, qui cum eo Iob consolabantur. Eruditionē cōfusionis meæ audiam]

De cap. XX Oblique uult ut Iob audiat eruditionem confusionis suæ: Tunc enim potest etiam spiritum sapientiæ consequi. Hæc autem locutio solennis est, cum dicimus, Bonum est mihi ut caueā: Nam ma- (A) lum mihi erit cū uolumus ut alius caueat. Nunc quid hæc nostis à seculis?] Ex quo sunt secula, sic est. Et hoc putat, q̄ Iob ignoret tanq̄ impius. Oculus uidebit, & non adijciet] Non enim uidebitur. Filios eius disperdat impius] Siue imitatores, siue seductos ab eo diabolus. Et manus eius succendātur doloribus] Operibus eius crucient̄.

Ossa eius impleta sunt iuuētute eius] Superbit de firmitate sua. Abscondet eam sub lingua sua] Non illam demonstrabit tanquam dolosus, ut tacite illa utatur. Parcet ei & non relinquet eam] Amans eam & nolens ea carere, non eam persequitur. Aut parcit ei dominus, & hac impunitate non eam relinquet. Et tenebit eā in medio gut- (B) ture suo] Tanquam quod eum delectat. Et nō poterit subuenire sibi] Nō ideo se liberabit. Fel aspidis in uentre eius] In interioribus, in occultis habens nocendi maliciam. Diuitię inique congregatæ euomentur] Cum tormento interiorum & pressura cordis. De domo eius protrahit eum angelus] Quandocunq; manifestabunt̄ occulta eius per tribulationes. Et furore draconum fulgebit] ut ille qui primo occultus fuit, tribulationibus proditus, furore draconū fulgeat iam palàm.

Interficiat illum lingua colubri] Seducat eū diabolus. Et non uideat mulctram pecorum] Fructus ouium, id est iustitiæ opera nō faciat, ut se inde intelligat posse redimi. Neq; pabula mellis & butyri] Opera bona cum charitate & hilaritate cordis, & largitate præbentis: Butyrum enim, (C) lac pingue est. In uanum & frustra laborauit] Quia non intelligit hæc de his operanda quæ ad misericordiam pertinent. Vnde & dñs butyrum & mel dicitur manducare, quia hæc illi in humilibus eius præbent̄. Quæ egerunt ut durū quid] quod mandi nō potest, nec glutiri. Durum nescio quid est, puto, iniquitas uel superbia. In desiderio suo non saluabitur] quia iniqua desiderauit.

Non erūt reliquiæ de cibis eius] Transierut cupiditates eius. Cum putauerit se repletum esse, coartabitur] Non tam satietas est de plenitudine cupiditatum q̄ pressura. Si quomodo impleat uentrem suum] Talis necessitas ei ueniet, ut dubitet utrum impleat uentrem suum, cum utiq; ista ideo quærantur, ut pellatur necessitas. Hoc autē dixit, quia tanto plus cupit, quāto plus habuerit.

(D) Et emittet super eum furorem iracūdiæ] Quia non uidit facere opera bona. Vulneret eum sagitta ærea] perpetua. Pertranseat corpus eius iaculum] Penetret eum tentatio, ut & de his quæ sperat, & de his quæ relinquit. Vulneretur tanquam à pectore] per tergū traiectus. Fulgura in tabernaculis eius] terrores repentini, in cogitationibus eius. Lædat aduena domū eius] Diabolus qui aduenitius est ad tētandum, si quidem habeat homo etiam proprias tentationes. Et detegat cœlum iniquitates eius] Cœleste iudicium. Et possessio bonorum eius ab ipso] Hæc illi largietur deus. Et non sit mihi à uobis hæc cōsolatio] Qua putatis bonis temporalibus gaudendum

gaudendum, cum communia sint pijs & impijs.

Et si quãdo quis iniquus esset, hinc in eum uindicari.] Cum Iob dicat usque ad sepulchrũ permanere bona ista impijs, & non in eos per ea uindicari.

Quid enim? Nũquid humana est castigatio mea?] A deo est mihi castigatio. Itaque & ipse potest cõsolari, nõ uos. Aut quare nõ irascar?] Nolite ergo me ita cõsolari: Nã impiorũ utique felicitatẽ uideo.

Respicite ad me & admiramini] tanquam inania dicentẽ. Si enim recordor, perturbor] In dignitates humanæ uitæ rediens ad affectũ perterri tum ab eo quo nũc est, cum cõfitetur. Et tenenẽ carnes meæ dolorib.] Carnaliter doleo. Quare impij uiuũt?] Quærit ab eis causam, quia dicebãt hic in impijs uindicari. Et permanent sicut uetustate oues eorũ] Quõ possunt uetustate perseuerare? Non enim semper erũt. Erant aũt in manib. eorũ bona] Nõ tulit eis bona ipsa cũ hęc diceret: Imò uero, impiorũ lucerna extinguetur] claritas temporalis, etiã si non sicut isti intelligebant.

Deficiãt filij eius] bona eius bona quę in eis persuasit, tẽporalia scilicet, aut antichristi aut diaboli.

Videant oculi eius necem suam] Significat & hanc prosperitatẽ ignorari ab his qui hac gaudent, in futuro aũt ad sensum etiam impiorũ perducet.

Quia nulla uoluntas eius in domo sua post eũ] Quia in cõscientia sua dñm non consecuti sunt in tribulationibus: Licet numerus mensiũ eius dimidiatus sit] Quamuis dñm præsentem coluerit, tamen quia non futura sperauit, quod est plenus mẽsium numerus. Ipse enim homicidia iudicat] Quia impij cum persuaserint impietatẽ per dilectionem carnalium impietatũ, futuro seculo utique occidunt: Non tamen talia homicidia iudicant homines, sed solus deus. Hic morieẽ in robore simplicitatis suę] Videtur exequi occulta homicidia, cõmemorãs largũ unum, & aliũm auarũ, quia homines abundantes & largi putanẽ & boni. Intestina eius plena sunt adipe] habet lætitiam. Et medulla eorum diffunditur] intestinorũ, quia nõ tenet intra se bona sua, sed impendit illa uel in se uel in alijs. Itaque scio uos audacter mihi insistere] Non enim consideratẽ dicitis. Quia dicitis, Vbi est domus principis?] uel impiorum, uel superbi, quia putabant hic eis auferri bona, cum pleri que etiã pleni uitã finierunt per ea puniendi. Et ubi est uelamẽ in tabernaculis impiorũ?] Honor. Interrogate eos qui transeunt per uiam] qui non delectantur uia, sed transeunt per eam. Et signa eorum non ignorabatis] uel impiorum quæ dant transeuntes, dicentes quid eis futurũ sit, uel à quibus cognoscuntur impij. Quis annunciabit coram eo uiam eius?] Coram impio uiam suam nemo, nisi dominus annunciat fiducialiter, quia ipse ei respondet. Et tamen ipse dominus, in sepulchrum deductus est,] ita merces pietatis non hic sperãda est. Et super aceruũ uigilauit] Ante enim ipse resurrexit quàm aceruus resurgeret resurgentium. Dulces fuerunt ei lapides torrentis] quos seculum non subuertit, id est, discipulos suos.

Et post eum omnis homo sequitur, & ante eum innumerabiles] Aut post eũ omnis homo, id est, unus homo: Et ante eũ innumerabiles, qui nũc in numero hominũ deputati sunt. Aut post eum turba credentiũ, & ante eũ patriarchæ & prophetæ.

Quomodo ergo cõsolamini me?] inaniter pręsentia bona uel mala suadentes. Nõnne dominus est qui docet sensum & scientiã?] Quasi dixerit Iob, nõ eum rectè iudicare, cum utique reprehendi deus nõ possit, nisi per intelligẽtiam qua superior est, si quidẽ ab ipso detur homini. Et ueniet tecũ in iudiciũ] ut cõpareris ei? Lumẽ tuum in tenebras cõuersum est] dignitas, & dormiẽte te aqua operuit.] securũ inundinatio tribulationis. *Eliphaz Themanitæ uerba Cap. XXII*

An per nebulã diiudicat?] Quasi per nebulam uidere nõ possit. Nubes latibulũ eius, & nõ uidebit] Latẽt eũ quæ in terra sunt, & ambitũ cœli percurrit, figurã & nõ terram. Ergò ne semitam seculi custodis?] Quasi Iob putarit à deo res humanas nõ curari. Quia capti sunt immaturi] secundum se immutari. Putabant enim se in perpetuum permãsuros: aut certe antequã peruenirent ad sapientiam, sed quia hoc audierãt, nõ quia ista sentiebant isti amici Iob. Et cogitatio impij longe est ab eo, & implet domos eorũ bonis] Et longe est ab eo cogitatio impij, quia nõ sic facit sicut sperat impius: id est, aut quia placet ei impietas, aut non uidet eã. Videntes iustiores erunt] Intelligentes, quãuis isti non intellexerint, putantes quia hic redditur impijs. Et inculpabilis subsannabit eos] impios. Esto durus] si sustinueris patiens, hoc est dura. Procul facies iniquitatẽ à tabernaculo tuo] Cõuersationem uel uitam tuam, quãuis hęc isti carnaliter dicãt. Et ponens illud super aggerem in petram] Aduersus id quod dixit, Flumen decurrens fundamenta eorũ, quia humiliauit semetipsum ipsum lumen. Et dices, elatus es in superbiã] aduersus superbos. Erue innocentem, & saluaberis mundicia manuũ tuarũ] Noli deficere in bonis operibus, quia curat deus humana. Et quidem scio quia de manu mea est increpatio] de peccatis meis. Et manus mea grauis facta est super gemitum meum] Ideo me percussisti ut doleam. Et uenire usque ad soliũ eius] ut sim tam sanctus ut perueniã ad eorũ numerum qui sedes eius sunt. Tũc enim possunt dicere uera & audire: Vnde & cœli dicuntur sancti. Et cognoscam causationes quas loquetur mihi] Redditiones causarũ, quibus se omnia iuste iudicare demonstrat. Et sentiã quę annunciat mihi] iam proximus ei. An in multa uirtute diiudicabitur mecũ?] ut per potentiã resistat mihi. Nequaquam tamẽ in terrore abutatur me] propter peccata mea pro quibus timeo modo, cum sum in terrore, nõn abutatur me. Cæterum cum ad eum uenero] in illa libertate qua ego annumerabor solio eius: omnia amabo, & nõ mihi resistet uirtus eius] quãuis modo possit me abuti, utpote peccatore, id est faciat de me quod uult, etiam cum pœna mea, iuste tamẽ. Veritas enim & increpatio est ab eo] id est, non iniuste increpat. Educit in finem iudicium meum] Etiã si modo corripit, postea manifestabit *Verba Iob. Cap. XXIII*

feſtabit. Nam ſi primus ambulauero, poſtea nō ero] Non arrogāter ſperem, nō infideliter deſpe- rem: hoc eſt, non declinare dextra aut ſiniſtra: In- Pſal.138 de eſt, Si aſcēdero in cœlū, tu ibi es. Quis me in de poteſt pellere, &c. A læua quid aget? Non ap- prehendā] Superiora repetit. A læua aūt dicit nō ſe apprehenſurū deditū temporalibus. Conuer tetur ad dexterā, & non uidebo] Ideo non debeo eſſe à læua. Conuertetur aūt dixit, quia ipſe in ſpi- ritalibus eſt: unde ego me auerto, ſi à læua fuero.

Scit ipſe uiā meā] ut etiā ſi per tribulationes me duxerit, ſequar. Probauit me ſicut aurū] in tri- bulationibus. Ingrediar in præceptis eius] de tenebris meis exeam, ſed tamē in præceptis eius.

Si autē ipſe iudicauit] ſic ut per tribulationes tanquam aurum probet. Propterea ad eum fe- ſtinaui] quia me tribulauit, ideo relictis tempora libus ad eum feſtinaui. Et cōmonitus ſolicitus fui de eo] ut his pœnis carnalibus æterna ſuppli- cia deuitarē. Idcirco à facie eius turbabor] mo- do turbabor, ut caueam cogitās futurum iudiciū, ubi erit eius manifeſtatio. Et dominus molliuit cor meū] & ipſum timere, quo cauet futuras pœ- nas, miſericordiæ dei deputat. Non enim ſciret ſu peruenturas pœnas, & tenebras malis, niſi domi- nus molliret cor eius præſentib. tribulationibus, Rom.9 aduerſus illud quod indurat deus cor Pharaonis.

De ca.XXIIII Quare dominum non latuerunt horæ: Quam- obrem finem tranſgreſſi ſunt] Chriſtum. Et in- clinauerunt pauperes à uia iuſta] ut uel imitaren- tur eos, uel inde arbitrarentur non eſſe diuinū iu- dicium, quia impunitam uidebant malitiam, quia eis nocebant relinquentes iuſtitiam. Simul ab- ſconditi ſunt mites terræ] cum his qui declinaue- runt à uia iuſta abſconditi ſunt mites, ne mihi fer- rent auxilium. Nam tria ſunt genera hominum in eccleſia cum fit perſecutio: alij em̄ conſentiūt, alij fugiunt, alij patiunt̄, quorū perſonā ſuſtinet Iob.

Et irruerunt aſini feri in agro ſuper me] ſtulti & indomiti, & ob hoc ſuperbi irruerūt ſuper me con fitentem, ſcilicet eccleſiam. Et exeūtes ad opus ſuum] hoc enim opus eſt eorū ut in me irruant: id eſt, ad hoc deputati ſunt à deo. Suauis factus eſt ei panis in adoleſcētes] impio & perſecutori ſua- uem panem dicit, id eſt perſecutionē, qua libēter fruebatur, cum eam faceret adoleſcētibus: ut ado- leſcētes aut pro amatoribus uoluptatum accipia- mus, quia ipſi facile talibus conſentiunt: aut pro eis qui tantum in eccleſia profecerunt, ut pueritię quidem ſimplicitatē tranſierint, ſed nondum per uenerunt ad robur illud uirile, quo etiam perſecu tor contemnitur. Agrū ante tempus non ſuum demeſſuerunt] aut genera dicit perſecutionum, ut aliquem agri damno terrerent: aut pro agro ec cleſia intelligenda, quam ante maturitatem perſe cutionibus metere uoluerunt, id eſt, anteq̄ ſimul Matth.13 zizania creſcerēt, ut tempore meſſis ſeparentur.

De ſtillicidijs montiū madeſcent] confugien- tes nudi ad ſpeluncas, ubi ſaxa diſtillāt. Rapue runt ab ubere pupillū] pupilli & uiduæ plerunq; ex perſona eccleſiæ accipiēdi. Eſt populus ſub tormento, & eum qui ceciderat, humiliauerunt] A deſertū uel auxilio dei, uel alicuius, quod eſt ma- gnæ ſæuitiæ nō talibus parcere. In anguſtijs in- ſidiati ſunt inique] in neceſſitatibus. De ciuita tibus & de domibus ejciebant̄] ab eis ejcieban- tur alij. Anima uero paruulorū in gemitu] ual- de fuit. Ipſe aūt deus eorū curā non habuit] im- piorum, quia eorū modo curā non habendo, fecit eos deſperare de iudicio dei. Quia impune mala faciebant. Et ideo in tenebris traditi ſunt] igno rantiæ iudicij dei. Et repente eos ut fur occupa bit dies ille. Oculus adulteri obſeruat tenebras] Oſtendere uult in quas tenebras tradantur impij per impunitatē: non enim eas quas captāt adulte- ri & cæteri qui male faciunt per noctem, ne agno ſcantur per diē, ſed illas quæ etiam male ſuper eos ſunt. Suffodit in tenebris domos] Alia mala fa- cta cōmemorat: Per diem obſignauerūt ſemet- B ipſos] occultauerūt. Non cognouerunt lucem, quia ſimul eis manet umbra mortis] nō quia nox receſſit, propterea eos deſeruit umbra mortis.

Leuis eſt ſuper faciē aquæ] ad comparationē terræ ſplendidiores accipiendi ſunt quos lux pe- netrat & imago leuitatis, & ideo leuis eſt ſuper eos umbra mortis. Nam & ipſi portant eam per conditionem carnis. Vel leuis eſt ſuper faciem a- quæ, dixit ſuper eos qui in baptiſmo confitentur.

Maledicatur pars eorum ſuper terram: ſterile ſit quod delegerunt] de ſinu enim pupillorum ra puerunt. De ore infirmorum uerbum] per ma- lam ſuaſionem. Deinde rememoratum eſt pec C catum eius] quod putabat in obliuionem uenire.

Conteratur ſicut lignum inſanabile omnis ini- quus] quod non ſanat. Sterili enim non fecit bene] quæ ſine conſolatione filiorum eſt. Con ſurgens ergo non credit contra uitam ſuam] non credit aduerſus uitam ſuam: debuit enim credere malam ſe habere uitam, & eo ipſo conſurgere.

Cum infirmari cœperit, non ſperet ſanitatem] tribulari, ſed cadit in languorem. Tales enim im- pius conſolationes quærit in rebus aduerſis, qui- bus infirmior fiat. Emarcuit ſicut malua in æſtu altitudo eius] quia non tulit æſtum tribulationis: Malua autem propter infirmitatem. Aut ſicut de ſtipula ſpica decidens] ſponte eius, quia mane erat in culmine ipſius] Ipſe enim ſibi elegit tales D conſolationes quib. peius infirmet̄. Alioquin quis eſt qui loquatur mendacium me dicere] ſi & aliter ſunt. Quid enim exordiū quàm timor ab De cap.XXV eo?] iſta ſubiunctio uidetur illis uerbis cōſentire, quibus dicit Iob, Idcirco à facie eius turbabor, conſiderabo & timebo ab eo. Nemo putet eſſe moram piratis] ſine mora ſecundum permiſſum eius tentant. In quem enim non ueniēt inſidiæ ab eo?] Hoc eſt, cum ipſe permittit. Inſidias autē dicit tentationes. Aut quomodo erit homo iu- ſtus coram domino?] ergo iuſte eum tentari per- mittit. Vel quomodo ſe mūdauit natus ex mu- liere?] niſi enim à deo mundatus fuerit, immūdus eſt. Si lunæ præcipit, & non lucet] quoniam ſi exigāt rationes & ordo prouidētiæ ipſius, ut luna

non luceat, præcipiat ut non luceat, & nõ lucebit. Sed quare? Vtrũ inde uelit uideri non mundã lunam corã eo, quia præcipit ei & nõ lucet: aut fortè rationalis animæ natura figuratè hic insinuať, cui sol intelligibilis est, lumẽ illud uerũ quod illuminat omnẽ hominẽ. Et quoniã tanto magis luna lucet terrenis aspectibus, quãto magis recedit à sole, cum aũt propinquat soli, interimitur terris: intelligamus animæ diuinitus præcipi, ut superata natiuitate terrena atq; mortali, qua splendor eius apparet, terreno sensu uidẽtibus appareat & propinquet, subiugeturq; sapientiæ, quo eius luce secretissima exultãs, caueat facere iustitiã suã coram hominib. ut uideať ab eis, sed cum gloriať, in dño glorietur. Quia & cum apparet hominibus, dono creatoris apparet. Nec stellæ sunt mundę apud eum] in comparatione eius. Cui ades? uel quẽ aditurus es?] cum indignans tanquam iniustitiæ eorũ putaret eos à deo puniẽdos. Verũ sibijpsi loquens seipsum reuocat, ut deo potius dimittat iudicium eorũ, ne aut adesse deo uideatur, aut adiuuare eum uelle: quasi inualidũ ad coercendos uel corrigẽdos homines. Aut consiliũ dare quid cum illis agat, aut sequi eum tanq; assecuturus causam, quare dolosos homines esse & uiuere patiatur.

Decap. XXVI

Cum superet omnẽ animã quęrentẽ] uirtute incomprehẽsibili: aut quasi annunciarẽ illi aliquid de illis. Cum ab ipso habeat homo & spiramẽ] cũ aliquid enũciat. Nunquid gigantes redigentur in nihilũ?] non ergo mirandũ si istis deus parcit, quãdo gigantẽ nõ redegit in nihilũ. Et ne diceretur, Sed ad inferos detrusi sunt, subiecit, quia infernũ uidet deus] & tamẽ eos ibi ordinauit ubi esse meruerunt, sicut iustos siue nũc sicut sunt, siue postea sicut erunt, quamuis eos nunq; remoueat à facie sua, quia omnia nuda sunt coram eo] ita de proximo gigantes etiam istos cõsolatores superbos accipias. Subter aquã & proximi eorum] an subter aquam, subaudiendũ, tenentur, uel aliquid tale. Et non est uelamen perditionis] Etiã perditio eũ non latet. Extẽdens aquilonem super nihilũ] potest aquilo diabolum significare, & terra peccatorẽ, quoniam & illi & illis inanis est spes. Suspendẽs terrã super nihilũ] in aere. Ligans aquã in nubibus suis] propter obscuritatem prophetię. Et nõ est scissa nubes sub eo] sub ueritate quã habuit nubes, quæ non scindiť, scripturas intelligẽtibus: non enim aduersa dicunť, sicuti putãt non intelligẽtes. Qui tenet faciẽ solis] ne agnosceretur ab impijs sol iustitiæ. Et extendit super eum nubẽ suam] carnẽ quã dominus suscepit. Præceptũ circũdedit super faciẽ aquæ] populos: usq; ad cõsummationẽ lucis] huius uitæ finem, hoc est finẽ seculi. Aut quousq; cõsummẽtur] id est perficianť homines, quibus dictum est, Fuistis enim aliquãdo tenebræ, nũc aũt lux in domino. Columnę cœli cõtremuerũt & obstupuerũt ab increpatione eius] quod cõtigit Petro per Paulum. Virtute sua sedauit mare] placauit seculũ, à quo persecutionem patiebatur ecclesia. Vt etiã columnas cœli cõtremuisse ab increpatione

Ephe.5

Gal.2

eius, potest hoc modo intelligi, ut robustissimi ecclesiæ cõtremuerint pro infirmis, ab increpatione dñi permittẽtis tentationes persecutionis. Columna enim clamat: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & nõ uror? Prudentia eius uulneratus est cetus] uulneratũ dicit diabolũ dolore, quo ei iusti nõ cedebãt. Et claustra cœli metuunt eum] uel angeli uel qui acceperunt claues regni cœlorũ. Præcepto autem peremit dracone desertorẽ] eundem & cetum. Sed nunc ostẽdit quomodo sit uulneratus, cũ acceperũt pręceptũ qui ei renunciauerũt. Ecce hæ partes uiæ huius] quã ad dominũ uenitur. Virtutẽ autem tonitrus eius quis sciet?] quando faciet. Tonitrũ dicit euidentissimã uocẽ manifestationis eius. Aut illam forte uocẽ, quam dedit per filiũ tonitrus, In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ: ut sit ordo, Quãdo faciet, quis sciet uirtutẽ tonitrus eius? Et spiritus diuinus in naribus meis] hic ostenditur prophetice eum dicere quæ dicit, & prophetice cognoscere, quia isti consolatores eius dono pleni sunt. Absit à me iustos uos dicere donec moriar] etiã si usq; ad mortem persequamini me, quia uos libere reprehendo. Nec enim separabo innocentẽ] nec uos autẽ: nec enim conscius sum mihi iniquum quid cõmisisse] illi enim solent plerunq; alijs parcere, qui metuunt sibi aliquid ueri obijci. Quę enim spes est impio?] quia expectat ne q; putaret male eum optasse inimicis suis, hic aperuit quo animo dixerit. Impietatẽ quippe illorum uult euerti, & perire superbiã, quod fit cum soluitur ab impietate anima quæ tenebatur rea: soluitur autem per confessionẽ pœnitẽtis hominis, & gratiam ignoscentis dei. Ergo quæ enim est spes impio: Interrogatio & responsio. Quia expectat & cõfidit in domino, si forte soluať, aut preces eius exaudiat dominus] potest quidem & alius sensus occurrere in his uerbis, sed non ita contexiť & libro & fidei, ut quasi totũ ex desperatione sit, q; spem prorsus nõ habeat impius. Cum aduersus scriptum sit: Credẽti aũt in eum qui iustificat impiũ, deputatur fides eius ad iustitiã. Et ideo quod sequitur, gratia domini dicere intelligitur. Aut si euenerit ei necessitas] ideo debemus expectare gratiã soluẽtis.

Nunquid eñ in necessitate] id est in tẽtatione, habuit fiduciã?] meritorum in conspectu dei.

Aut si inuocauerit exaudiet eũ?] si tanq; fiducia operũ suorũ inuocat, quæ nulla sunt. Quapropter annunciabo uobis quid sit in manu dñi] quid disponat deus. Ecce oẽs nostis, quia uane uana loquimini, ob hoc gratia iã expectanda est. Quõ enim allegauit merita operũ suorũ uane uana loques? Possessio uero potentiũ ueniet ab omnipotẽte super eos ut possideant eos potẽtes] id est, diabolus & angeli eius. Potẽtes aũt ideo dicit, quia isti infirmabunť sequẽtes uanitatẽ, ut in eos illi præualeant duces & principes uanitatis, quomodo & dñs forte eum appellat, nõ ob aliud nisi quia tenet inualidos. Quod si multi fuerint filij eius, in occisionẽ erunt] filios eius dicit qui eũ ad seducen-

A 2 Cor.11

B Ioan.1

Ot cap. XXVII

C

Rom.4

D

seducendum imitanť, falsorum dogmatũ persua-
sorẽ in damnationẽ. Si aũt iuuenes facti fuerint, A
indigebũt] id est, si cõfirmati fuerint in errore, in-
digebunt: non enim eos satiauit uanitas. Et qui
circa eũ sunt morte morienť] qui simillimi ei sunt
ad seducendũ. Et uiduis eorũ non miserebitur]
plebibus quas seduxit cũ eis, uiri morte desertis,
quasi fidẽ illis coniugalẽ in erroris promissione
seruauerit. Quod & si collegerit ut terrã argen-
tum] id est, si prudẽtes & sapiẽtes: cũ adhuc terra
& lutum sunt] id est, cum adhuc stulta & carnalia
sentiunt, eis cõsenserint, postea correcti & cogno
scentes ad iustos conuertentur. Erunt enim do
mus eorum sicut tinea & araneæ, quæ seruabat]
cor uel conscientia. Aut domus dixit munimenta
quibus se protegunt, uerũ astuta & latebrosa, sed
inualidissima, sicut tineæ folliculus quo se abscon
dit, & araneæ cauerna, in quã se recipiẽdo coope-
rit, & claudit eam. Quam seruauit aũt, intelligitur B
seipsam in illa cauerna: quia non omnes araneæ
hoc faciunt, propter spontaneã & interiorẽ corru
ptionẽ iniquę cogitatiõis, & propter inutilia ope
ra, quæ quasi diligenter in domo seruauit sibi im-
pius. Diues dormiet & non adijciet] quia post
mortem non adijciet ad ipsas impietates diuitias.

Oculos suos aperuit, & nõ est] in resurrectione
enim nõ inuenier seipsum diuitẽ quod putauerat.

Tollet eum æstus & abibit] aut æstus maris tri
bulatio seculi: aut æstus quo arescunt herbæ quæ
radicẽ nõ habẽt. Et uẽtilabit eum de loco suo]
aut de spe sua, aut deus eum uẽtilabit de loco suo,
ut nõ sit in loco dei: hoc est, in populo quẽ inhabi C
tabit deus. Et proijciet super eũ, & non parcet,
tanquã aggerem pœnarũ plaudet super manibus
suis] sicut dictum est: Et ego perditioni superride
Prouer.1 bo: non enim superlugebit perditionẽ impiorũ.

De cap. XXVIII Est eñ argẽti locus unde fit] prudẽtes qui ma-
gis in actione sunt. Locus aũt auro ubi purga-
tur] sapientes qui in contẽplatione sunt. Ferrũ
de terra fit] Hæc metalla indifferẽter in bono ac-
cipiẽda sunt: nam ideo ferrũ dixit, quasi superius
de ferro diceret, quamuis per ferrũ possint fortes
intelligi. Reuera enim nulla distinctio est in sapi-
entia hominũ quàm in ea sunt. Æs aũt similiter
ut lapides excluditur] quia totũ de terra separať:
Vt ostendat propterea esse bonos malis mixtos
ad tempus, quia de ipsis malis seducunť boni, & D
per illos purgantur tanquã metalla operi uel ædi-
ficio necessaria, cum ipsa terra opus habeant eli-
quari ac formari, unde & separandi sunt, ut post
hanc separationẽ habeat terra locũ atq; ordinem
suũ, sicut impij per damnationẽ pro meritis suis.

Et omnẽ finem ipse inuenit] quid quò perdu-
ceret: inuenit autem dixit, instituit. Lapis tene-
bræ & umbra mortis] lapis, id est, uetus testamen
tum, tenebris & umbræ mortis datum est: id est,
carnalia sectantibus, quamuis ab uno deo hoc ex
pectarent. Vbi superbientes nõ descendebant
torrentem] id est, non transibant per lapsum tem
poralium ad aliquam soliditatem, sed ipso lapso se
rebantur. Et facta est discissio torrentis à cine-

re] hoc est, à confitente peccata sua, & non super-
A biente de meritis operũ, quod factum est per gra-
tiam noui testamenti: discissio torrentis à cinere
ab hominibus: Et cõmoti sunt ab hominibus adu
lantibus non increpante deo, ab ipsa quæ eis pro-
missa erant perdendo primatũ suum. Terra de
qua egressus est panis] subaudiendum, ipsos dico
cõmotos, de quibus tanquã de terra panis domi-
ni exijt, & eam incensurus est] infidelem cœlesti
iudicio dominus. Locus saphyri lapides eius]
ordo, locus saphyri, id est, preciosi & necessarij æ-
dificio ciuitatis cœlestis. Et aggeres aurum ei]
aurum ei non modicum est, sed aggeres. Semi-
tam quam nõ cognouit auis] humilitatem domi-
ni. Nec uidit eã oculus uulturis] diaboli. Nõ
transit super eam leo] per fortitudinẽ superbiens.

In durissimo lapide extendit manũ suam] po- Matth.3
tens est enim deus de lapidibus excitare filios A-
B brahæ. Et ripas fluminum dirupit] ut totum ir-
rigaret. Flumina enim dixit prædicatores uerbi,
uoluerunt quippe ripis suis contineri, ut tantum
circuncisioni prædicarent. Omne uero precio-
sum uidit oculus meus] humanus, per uerbũ car-
nem factum. Altitudinem fluminũ reuelauit]
uirtutes tolerandi persecutiones in martyrio.

Occultæ & altæ sunt in homine] donec tenta-
tione persecutions reuelentur. Ostendit uirtu-
tem suam in lumine] in eis quibus dixit, Vos estis Matth.5
lux mundi. Per quos etiam pars Iudæorũ nõ par-
ua cõuersa est. Abyssus, dixit, nõ est in me] ideo
in abysso cõstituti homines eã inuenire nõ potue
C runt, quia in ea non est. Non dabitur aurũ pro
ea inclusum] id est thesaurus. Non erit deterior
auro Ophir] tanquã si diceret, uel sic eam quæri-
te, siquidẽ deterior non sit auro Ophir. Non æ-
quabitur ei aurum & uitrum] aut intelligendum
aliquod uitrũ speciosum, aut quia sunt homines,
qui uitrum plus diligant quàm sapientiam. Et com
mutatio eius uasa aurea] non sunt, subaudis. Et
excelsa & grauis nõ erũt in memoria] in obliuio-
ne erunt in comparatione eius: aut excelsa & gra-
uis tanquã superba quæq; non sint in memoria, ut
per humilitatẽ trahas de absconditis sapientiam.

Sapientia unde inuẽta est?] dicit, quia non po-
tuit eã inuenire homo nisi per gratiã, ideo ad deũ
conuertendũ esse cor. Later ab oculis omnis ho
D minis] quia non est in sensibilibus. Perditio &
mors dixerunt] perditi & mortui, cum in delicijs
uiuunt. Dominus cõmendauit uiam eius] hu-
militatem, quæ abscondita est à uolucribus cœli.

Et ipse nouit locum eius] locus sapientiæ quis
nisi pater est? Cum enim dicitur: Ego in illo, & il- Ioan.4
le in me, inuicẽ sibi quasi loca sunt. Ipse eñ om-
ne quod est sub cœlo perspicit] hoc modo ea no-
uit quo fecit, & non sensibiliter. Ventorũ libra
menta atq; mensuras] tota creatura per partem si Sap.11
gnificatur. Et bene, põdere, mensura, & numero,
omnia dixit facta, in quibus intelligitur creator.

Quando fecit, sicut uidit numerauit] nõ extra
uidit ut faceret, sed in semetipso sicut artifex. Et
uim tempestatum uocibus] tempestatũ pro ten-

tatione positum est. Tentationem autem pro his
qui tentantur, quomodo dicerētur uoces naufra- A
gij pro uocibus naufragorum. Tunc uidit eam
& exposuit eam] In prædestinatione dominus ui
dit uiam qua se conuertent tentati. Parauit &
inuestigauit] in prædestinatione, non in actione.

De cap. XXIX Quisnam me restituet in menses priorū dierū?
Hæc ex persona dici uidentur ecclesiæ simul cum
capite Christo, tanquā totus ipse homo loquatur
tempore abūdantiæ, tribulationum, & tentatio-
num, tanquam his diebus, de quibus dominus di-
Luc.17 cit, Venient dies quando optabitis uidere unum
de diebus istis, & non uidebitis. Eo enim tempo-
re quo dominus erat in terra, nulla erat sollicitu-
do, quamuis adhuc populo paruo Christiano, qui
constabat ex his qui in eum crediderāt, ex quibus B
erant plus quàm quingenti fratres, quibus etiā post re
surrectionē apparere dignatus est, sicut Aposto-
1 Cor.15 lus dicit. Nulla ergo tunc erat sollicitudo, ne aut à
malis male gubernaret ecclesia, aut hæresum uel
schismatū laniaretur insidijs. Nam nec ipsas cor-
porales persecutiones passa est, non aliquas pertu
lit uel intrinsecus uel extrinsecus aduersitates. Lo
quitur itaq; Iob ex persona hominis: hoc est, po-
puli ad nouum testamentum pertinentis, deside-
rantis illos dies, sicut prædixerat dominus. Et for-
tasse ideo menses appellat, nō annos, quia ex quo
elegit dominus discipulos, usq; ad passionem, nō
anni, sed menses fuerunt. Cum lucebat lucerna
eius super caput meum] uel carnē domini uisibili
ter præsentē, uel uerbum ex ore præsentis corpo-
raliter. Cum uerbū domini inspiceret domum C
meam] ad diligentiā custodiendi conuersationē.

Et circū me pueri mei] qui obsequebantur hu-
militer necessaria administrantes. Cum flueret
per uias meas butyrū] per mores meos exultatio
nem fidei & bonorū operū. Cum montes mei
abundarent lacte] prophetæ bene paruulis expo
nerentur. Cum exirē matutinus in ciuitate] aut
cum iam claritas lucesceret, transactis tenebris ti-
moris, aut in exordio ecclesiæ, ut non satis occul-
tus, non satis manifestus. Et in plateis ponebat
mihi sella] à turbis deferebatur mihi docendi au-
toritas. Videntes me adolescētes abscōdeban-
tur] dediti concupiscentijs. Senes aūt assurge-
bāt] prudentes. Et potentes cessauerūt loqui]
superbientes de doctrinis suis, quia auris audiuit, D
Psal.17 & beatificauit me] populus quem non cognoui
seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et
oculus uidens me, declinauit] Iudæorum non cre
dentium, & os uiduæ benedixit mihi] eius animę
Luc.7 quæ diaboli coniugio renunciauit. Ecce fereba-
tur mortuus filius unicus matris suæ quæ erat ui-
dua. Et uestiebar iudicio sicut chlamyde] in
præferēdis spiritalibus, carnalibus, nesciat sinistra
quid faciat dextra tua: id est, qua intētione opere-
tur: operta enim sinistra, dextra exerta est, in uesti
tu chlamydis, quod facit qui recte iudicat, quò sit
referendū quod operat. Iudiciū quod nō noue
Matt.19 ram exquisiui] ecce nos dimisimus oīa, & secu-
ti sumus te, quid nobis erit? Dicit felicitatis suæ
fuisse q; habuerit à quo quæreret de futuro iudicio.

A Confregit molas iniquorū] ut iā nō deuorarēt
plebē de cibo panis. Ætas mea senescit sicut ar
bor palmæ] multo uiuā tēpore: prælongabit enī
& ero sicut arbor palmæ in honore sempiterno,
& celsitudine & rectitudine. Et ros mutabit in
messe mea] ex quo seminatur & germinat ager,
messis dicitur. Gloria mea noua mecū] id est,
noui testamenti, & arcus meus in manu mea gra-
dict] faciā quod præcipio. Et in sermone meo
non adiecerūt] perfectionē Euangelij significat:
nam sermo synagogæ datus indiguit adiectione,
sed gauisi sunt cū loquerer eis] quia prior locutio
timorē habebat, sequens charitatē. Quod & si
riderē ad eos, nō credebāt] de his quæ in parabo-
B lis ita loquebat, ut non intelligeret: nam nō sicut
uerba sonare uidebant, uana dicere putaret. Hic Gen.18
est risus Saræ, q significabat omnia eos in prophe
tia fecisse, unde figurate aliquid dicit. Elegi eo
rum uiā, & sedi princeps] aut suscipiēdo mortali-
tatē, aut cū publicanis & peccatoribus conuiuan
do, sed ita ut princeps eis essem ad salutē. Et ha
bitabā sicut rex cinctus fortib.] qui suis dimissis
eū secuti sunt. Quasi cōsolās tristes] eos dicit q
spe gaudebāt, cū de præsenti uita erāt tristes: Bea- Matth.5
ti lugentes, ut dictū est, Et quasi tristes, semper aūt 2 Cor.6
gaudentes, qui non possunt tenere illam magnitu
dinem de qua dictū est, Qui aūt fecerit, & sic do- Matth.5
cuerit, magnus uocabit in regno cœlorū. Nunc De cap. XXX
aūt deridēt me infimi, nūc monēt me minores tē-
pore] quia & postea nati sunt in ecclesia tales, &
C nō proficiūt plurimū. Monent me, aūt dixit, quia
honores ecclesiasticos accipiūt, potestatē prædi-
candi populo quæ ipsi non faciūt. Quorū sper-
nebā parentes] parentes eorū dixit, quorū imita-
tione filij sunt, quibus tunc dicebat, Vę uobis scri
bæ & Pharisæi hypocritæ. Et uirtus manuū eo- Mat.23
rum quasi nihilū mihi erat] parentum potestates
qui tunc usqueadeo plurimū poterāt ut crucifige
rent dn̄m. In eis peribat omnis uita] quia nō se
uel in fine correxerūt. Egestate & fame instabi
les] à uarijs desiderijs insatiabiles. Qui fugiebāt
in desertū heri] cōferēdo se ad excusationē legis,
quā nō simpliciter intelligebāt. Et quia in deserto
acceperāt, fugiētes in deserto heri: sicut enī hodie
pertinet ad nouū testamentū: sic ad uetus heri. De
D nouo enī dictū est, Hodie si uocē eius audieritis, Psal.94
nolite obdurare corda uestra. Et, Filius meus es Psal.2
tu, ego hodie genui te. Qui radebāt cortices ar
borū] quia figuras legis quibus utilia tegebant, p
cibo habebāt: quorū erat cibus radix herbarū] sa-
cramenta quæ corporaliter iussi erant celebrare,
tanquā terræ inhærētia, ex quibus tamē simplicis
intelligētię fructus surgeret, & supra terrā in liber
tatem ferretur, quò illi peruenire non poterant.

Inhonorati & abiecti, & egentes omni bono]
amisso primatus honore ab spe pmissionis, quia
& ipsum terrenū donū pro meritis suis amiserant,
& regnū cœlorū nō tenēt. Qui radices lignorū
manducabāt] propter magnā famem, quod de ra
dicibus herbarū dictum propter fructum frumen

ti

ti,hoc de radicib.lignorũ intelligendũ est,& pro-
pter fructum uini & olei. Nam oẽs istos spiritales
fructus accepit ecclesia,quorũ radices terrę impli
catæ & sacramẽta erãt quę corporaliter Iudęi ob-
seruare cogebant̃:Sabbatũ,circuncisionẽ & uicti
mas, & cætera huiusmodi spiritualium ciborum.
Insurrexerũt super me fures] q̃ ad honores in-
debitos, qui iustorũ sunt proprij , per tenebrosas
fallacias peruenerunt. Quorũ domus erant ca-
uernæ petrarũ] qui concupiscentias suas defende
bant,& tegebãt quibusdã obscuritatibus diuino-
rum librorũ. Et inter arbores clamabãt] Mani-
festa erant peccata eorũ,quãuis ea scripturarũ ob-
scuritate quasi umbris arborũ tegere conarentur.
Gen.18 Hinc est,Clamor Sodomorum ascendit ad me.Et
plerisq; locis pro manifestis peccatis clamorẽ po
nit scriptura,ut uerbũ sit quicquid corde cõcipit̃,
clamor cum procedit in factum. Qui sub stirpi
bus terræ manebant] non saltem in stirpibus, sed
etiam inferius in stirpibus manere possunt intelli
gi,qui uel carnaliter præcepta custodiũt. Stirpes
enim sunt non iam ipsi fructus, sed unde surgunt
partes fructiferæ,uel arborum, uel herbarum,si ta
men fructiferũ genus est, quia & nõ fructiferi ge-
neris stirpes dicuntur filij stultorũ & ignobiliũ Iu
dæorum:nam hos dixit superius parentes eorum
propter imitationẽ, q̃a & isti sub dei nomine am-
bulant quem nõ colunt. Stultos aũt & ignobiles
dicit Iudęos,qui è contrario nõ solũ se confidebãt
esse duces cæcorum,sed etiam filios esse Abrahæ,
quo patre se esse iactabant ignobiles: Sed cum au
Matth.15 diunt,Cæci sunt & duces cæcorum : stulti demon
Ioan.8 strantur.Et cum audiũt,Si filij Abrahæ estis, facta
Abrahæ facite: degenerãdo demonstrantur igno
biles. Nomen & honor extinctus à terra] erat
enim,sed extinctum est. Nunc aũt cithara eorũ
ego sum] horum quorum illi patres sunt, qui me
ad aurẽ habebant,non ad cor. Et me habent ad
fabulam] inanẽ & inutilem narrationẽ & auditio
nem,quãuis me & narrẽt & audiant. Abomina
ti sunt enim me discedentes procul] longe facti
sunt à iustitia peccãdo, & præcepta iustitiæ malis
moribus execrãdo. Nec enim in faciem meam
pepercerũt spuere] execranda namq; facies Chri
sti est,his qui præcepta eius cum contẽptu exhor-
rent: uel,male me innotescere fecerunt morũ suo
rum prauitate. Aperiẽs enim pharetram suam
afflixit me] secreta rerum, unde tentationes exi-
stunt. Et frenũ in faciẽ meam miserũt] ut eis in-
uitus consentirẽ,portans eos ducẽtes quò uellent
ad ima sua. Et à dextris germinãtes consurrexe
runt] & fauendo bene monendo exorti sunt qui-
dem ut suas cupiditates explerẽt non persequen-
do. Pedes meos uinxerunt cõpedibus] officio
rum ecclesiasticorum, ut non eos possent fugere.
Cõtritæ sunt semitæ meæ] ut nõ apparerẽt per
quas solent boni ambulare,non quærẽtes sua, sed
Christi. Exuit enim me stola] autoritate pristi-
na,cui credi solet, quod contingit multitudine &
cõsuetudine peccatorũ preualẽte. Et iaculis suis
uulnerauit me] præceptis quibus uideo mala,&

quia coercere non possum,erucior. Abusus est
A me sicut uoluit] etiam calamitate & miseria mea
usus est ad iustitiã suã deus sicut uoluit. Dolori
bus inuolutus sum] & in me & in alijs patior.Fo-
ris pugnæ,intus timores . Quis infirmatur,& ego 2 Cor.11
nõ infirmor? Et iterantur dolores mei, discedit
sicut spiritus spes mea] Quasi inane aliquid con-
uersi ad spem temporaliũ, habentes quod promit
to. Et sicut nubes transiit salus mea] non speran
tes salutẽ promissam amore præsentis salutis. Et
nunc super me effundet̃ anima mea] peccando.
Nocte uero ossa mea cõfracta sunt] firmitatem
quã habuit,dixit sibi ereptã. Et nerui mei disso-
luti sunt] actiones præteritæ. In mulra uirtute
apprehẽdit stolam meã] ad demonstrandã uirtu-
tem suã,modo affligẽdo,& postea reparãdo. Et
B quasi ora uestimẽti mei circumdedit me] modicũ
mihi reliquit autoritatis. In terra & in cinere
pars mea] in pœnitẽtia,quia extremũ. Stererũt
& considerauerũt me] & me iacẽte superbè stete
rũt, quærẽtes quid in me reprehẽderẽt. Et pro-
iecisti me à salute] Illos dolet qui spẽ reparatiõis
amiserũt. Domus enim est omni mortali terra]
ideo se dicit mortẽ metuere, quia cõuersatio eius
nõ sit in cœlo, secundũ plures qui mali sunt in ec-
clesia,& terrenè uiuunt. Atq; utinã possem me
ipsum interficere] ut morerer seculo, aut rogarẽ
alium & faceret mihi hoc] uel angelum meliorẽ,
uel deum per quẽ corrigerer. Ego bona præsto
labar] dolet quia repẽte sibi ista euenerũt. Ven
ter meus efferbuit,et nõ tacebit] interiora,uel me
C moria qua recordatur quid fuerit primo, & quo-
modo afflicta est in gemitibus. Et steti in cœtu
clamans] quia non in frequẽtia audita est eorum
qui se nolebant corrigere. Cutis mea innigrata
est ualde] ex his quæ forinsecus patiebat̃. Ver-
sa est in luctum cithara mea] opera bona quibus
laudabat deũ gaudens. Testamentũ feci oculis De cap.
meis] nunquid cœpi separare uisibilia? ut nõ co- XXXI
gitem de uirgine] ut subaudiat̃ absit. Hinc iam in
cipit merita ecclesiæ cõmemorare, in his qui per-
seuerãt in fine in tentationib.magnis, abundante
iniquitate,& refrigescente charitate multorũ. Et
nõ cogitabo de uirgine,incorruptione sapientiæ
uel iustitiæ. Et quę est alia pars dei super?] sub-
D auditur,nõ cogitabo,aut ita,& quæ est,nisi illa?
Si incessi cũ irrisoribus] iam bonis qui sunt in
ecclesia difficile est nõ talibus sociari. Vel si fe-
stinauit ad dolum pes meus] hypocrisis. Serã,
& alij fructus meos edant] quomodo Iudæis con
tigit,id est ea dicere quæ alij faciant magis q̃ ipsi.
Sine stirpe sim super terrã] ut facile arescã. Ille
enim in terra tanquã in petra firmus est, qui facit
quod dicit. Si secutũ est cor meũ mulierẽ] ut suã
quæreret gloriam in populo dei potius q̃ dei, cui
uni iure debetur. Aut si obsedi ianuas eius] insi
diose captaui desideria plebis eius, uel timorem,
quibus ageretur,ut mihi potius seruiret q̃ deo.
Placeat quoq; uxor mea alteri] fama mea dia-
bolo,cui q̃n placemus,displicemus deo. Ille enim
malis nostris gaudet. Et filij mei humilientur]

facta, uel imitatores mei. Furor enim animæ
meæ est indomitus, commaculare uiri uxorem] A
mihi eam uendicando. Quod si & despexi iudi
cium famuli mei & ancillæ cum iudicarẽtur apud
1.Cor.6 me] secundum quod dictum est: Secularia igitur
iudicia si habueritis. Famulos autem dixit laicos,
adhuc secularibus deditos. Quod si & uisitatio
nem, quod respõsum dabo?] in tribulatione, quã
consciẽtiam habeo, quia ista despexit? Nõnne
sicut ego conceptus sum in utero, & illi?] Eadem
enim in sacramẽtis omnib. prædicanť, eadem ere
dunt. Et fuimus similiter in uentre] non enim
ille aliter renũciat, quàm ille qui plene seruiturus
est deo. Et de uentre matris meę dux eis fui] ab
initio enim fui. Hæc operať ecclesia. Aut si de- B
spexi nudum pereuntẽ, & nõ operui] si non de fi-
de remissionis peccatorũ tanquã tunicam non ha
bentem, uel aui à nuditate fœditatis: id est, peccati
pereuntẽ. Iam enim desperat multitudine pecca-
Psal.31 torum. Et hinc est, Et quorũ tecta sunt peccata
infirmorũ. Si non benedixerũt mihi humeri] spe
immortalitatis tanq̃ pallio desuper cooperti. Ne
aũt post fidẽ remissionis peccatorũ sufficere puta
rent prætetitarũ pœnarum metu carere, & incipe
rent sperare tẽporalia, bene adiecit. De tõsura
ouium mearũ calefacti sunt] quod à frigore spei
terrenæ illorũ uindicati sunt cõsideratione, si car-
nalia per renunciationẽ posuerunt, exẽplo gregis
detonsarũ. Si leuaui super pupillũ manũ meã]
qui non inueniẽdo patrẽ poterat creaturã uel ho C
minẽ sequi. Fidens quia mihi est adiutoriũ mul
tum] uolens eis dominari. Discedat humerus
meus à iugulo meo] quod his contingit qui se ab
ecclesia separànt, dum uolunt populis dominari,
ut præcisionẽ præcisionis patianť. Per humerum
autẽ aut brachiũ significantur actiones. Timor
enim cõtinuit me] ne leuaret manũ super pupillũ.
& à pondere eius non sustinebo] si hoc uelim ut
pupillum opprimã. Posui aurũ robur meũ, num
quid præsumpsi?] de doctrina aut sapientia dei.

Quod si & in lapide precioso fidebã] quasi de
operib. meis. Si & lætatus sum cum esset mihi
census multus] quasi de meo, ut qui gloriatur, in
domino glorietur. Si & in innumerabilib. posui
animã meã] subaudiendũ ad omnia. discedat ab
humero meo brachiũ meũ] quod amaretur à mul D
tis. Et deceptũ est clam cor meũ] ordo, Si & in
innumerabilibus posui animã meam, & deceptũ
est clam cor meũ, si consensi tali cogitationi, ut in
me præsumerem. Quod si & osculatus sum ma
num meã] ponẽs ad os meũ, gauisus sum tanquã
de operib. meis. Quod si & gauisus sum super
ruina inimici mei] ecclesiæ, ut sunt persecutores
ecclesiæ, audiat auris mea maledictionẽ meam]
perducať ad sensum meũ, opprobrio sim in po-
pulo meo] diffamatus plebi sanctorum, ut separe
tur tanquam illusus. Quod si sæpe dixerunt an
cillæ meæ] adulatores, quid det nobis ut carni-
bus eius saturemur] cum satis bonus essem ut imi
tarentur felicitatem carnalem in me. Non ta-
men hæc gessi] ne dicerẽt enim hæc, nõ me præ-
bebã in talib. bonũ. Foris nõ manebat hospes]
A recipiebã peregrinũ in seculo. Quod si & spon
te peccaui, abscõdi peccatũ meũ] uolũtarie enim
peccãtibus nobis, postquã accepimus notitiã ue-
ritatis. Aut si dimisi infirmũ sinu uacuo exire ia
nuam meã] ut ideo exierit ianuã, quia sinu uacuo
fuit, quis mihi tribuat auditorẽ?] quis mihi præ-
stat ut audiat? Manũ domini si non timui] qua
scripsit, Si non dimiseritis, nec pater uester dimit- Matth.6
tet uobis. Conscriptionẽ si quam habeo] ordo,
Conscriptionẽ si quam habeo: Et si non dirupi
eam super humeros meos, & coronatus publice
legam] id est, aduersus faciẽ meã, statuã te ante fa-
ciem tuã. Quia populi corona cõfundar] quia
B non feci mandatũ domini, quod me fecisse iam di
xeram, negando primo me habere conscriptionẽ
quæ mihi postea obijcitur. Si super me unquã
terra gemuit] stipendiarij ecclesiæ q̃ malus sum.

Aut sulci eius plorauerũt simul] quo semina re
cipiũtur, & unde fructus dantur, quia malus sum,
& mala semina seminabam: Ideo simul: Aut si
& uirtutẽ eius comedi solus sine precio] ipsa mi-
sericordia quia participat catechizãti qui catechi Gal.6
zatur, hoc est, solus non retribuens ei qui daret.

Aut si animã domini terræ decipiens contrista
ui] non me dignũ exhibens passioni eius qui pro
me animam fudit: Nolite contristari spiritum san- Ephes.4
ctum in uos. Pro tritico germinet mihi urti-
ca] pro spiritalibus doctoribus magistri prurien-
C tium auditu per confricationes hominum mente
corruptorum & à ueritate destiturorum. Et pro
hordeo spina, pro carnalibus obedientibus pec-
catores & resistentes. Erat enim Iob in conspectu
suo iustus in consciẽtia sua. Deus abiecit eum,
& non uir] ut hanc dicam causam cur tacuerint. Verba Heliu Buzitis

Et sermonibus uestris nõ respondebo ei] ego De cap.
enim talia dicam, ut mihi quemadmodũ uobis re- XXXII
spondere non possit. Quia ergo expectaui, &
non sunt locuti] quasi ad Iob conuersus dixit.

Venter meus sicut uter musto plenus] Cõmen
dat hũc scriptura, quia in prophetia locuturus sit.

Et ueluti follis ærarij diruptus] ad duritiam sol
uendam. De ui loquor] inde & iratus dicitur.
Non enim opus esset ut ego loquerer, si uos ei re-
sponderetis, alioquin & me tineæ edent, aut sicut
D uos, aut sicut omnes qui mirantur personas.

Mundũ est cor meum in uerbis] non duplex. De cap.

Spiritus diuinus qui me fecit] subaudis est: Spi XXXIII
ritus diuinus est qui me fecit. Quomodo ergo
dicis, Iustus sum, & non exaudiuit me?] quasi ad-
uersario dixerit Iob. Semel enim loquitur do-
minus] quasi uocationem omnium iustorum se-
mel fecit dominus, & temporaliter circa singulos
hoc agit diuina prouidentia. Per somnium aut
in uisitatione nocturna] aut in ignorantia, aut in
tribulatione. Aut sicut incidit sæuus timor in
homines cum dormiunt in cubiculis] securi, &
corpus eius à ruina eruat] translate sicut ossa.

Et pepercit animę eius à morte] cum eum con
uerterit, parcet ei. Quia uenturũ est bellum, &
iterum arguet eum in infirmitate in cubili] post
conuer-

conuersionē iam probat ne de se præsumat. Et multitudo ossium eius emarcuit] fiducia de se, A omnemq; escā non poterit sumere] consolationē de temporalibus. Et renouabit corpus suum sicut litura in pariete] mutationē uitæ, & hic trāslate propter ædificiū in societatē. Et molliet carnes suas sicut paruuli] ne sit durus superbia, secundum q Heliu uidetur, tētatur Iob humilis per innouationē. Et intrauit facie hilari cum professione] paratus ad tentationes. Salua animā] ne ueniam in corruptionē, hic tentatio mortis. Vices tres cum uiro] cōuersionis, probationis, mortis. Sed eruit animā meam de morte] Quia adhuc hæc mortis restat: Vt anima mea in lumine collaudet eū] Iam ergo orationes cessabunt, quia nulla erit indigētia. (De cap. XXXIIII) Respondens autē Heliu dixit] Quomodo dicitur, & adiecit? B Et qui habetis scientiam, aurib. percipite] spiritalibus. Quia auris sermones probat] ista carnalis. Quid est bonum quia dixit Iob, iustus sum?] Quid boni dixit, quia dixit? Et in iudicio meo mentitus est] Hinc est, Ego bona præstolabor: Ideo præter spē, q est, mentitus est. Quis est uir ut Iob?] Adhuc uerba Iob sunt. Dixit enim, Non uisitabitur qui ambulauerit cū deo] Hic illum putat deceptum, quia hoc sperās illa omnia fecerit. Aut certe q in bonū non putat uisitari eū qui ambulauerit cū domino, Absit à deo impietas] Aut ut non uisiter in bono qui cū eo ambulauerit, aut etiā si uisitauerit in tentatione, impie & iniuste agat. Impius est qui dicit regi, iniuste agis] Tu autē non debes illud dicere, qui non es impius. Bene, qui dicit, non qui dixerit, ne iam etiā Iob hoc esset: Quomodo C dicitur factū est, qui hoc facit. Impijssime principibus] tanquā angelis dicat, Nisi Michael princeps uester, impijssime agitis. (Dan. 10) Aut si ita impijssime dicitur principibus, quāto magis regi. Abusi sunt enim inique cum excluderentur infirmi] Male usi sunt exclusione sua, cum propter infirmitatem excludētur ab ea uisione, qua uidetur omnia diuinitus ordinatissime ordinari & administrari. In eo autem male usi sunt, quia spiritū suum sequi maluerūt, deum ista non curare: Ex hoc enim illis uane ueniet, ut in necessitatib. suis clament & rogēt hominē, cum deum rogare debuerunt. Neq; erit locus, & non est umbra mortis ut latitent qui faciunt iniqua] Nō ad hoc est umbra mortis ut la D titent, ut est, Non senes habent sapientiā, quia nō senectus est causa sapientiæ: &, Hæreticū ne salutes, ne inde, quia hæreticus est. (Tit. 3) Et euertet noctem & humiliabuntur, ut supra eos sit quod sub ipsis erat] id est, premat eos quod subditū illis erat. Et extinxit impios, lucere sibi uidebantur, & iustitias eius non cognouerūt] Dicit quod bona deus fecerit de iniquitate eorum, ut perferatur ad eū clamor pauperis. Ipse quierē dabit, & quis poterit cōdemnare?] (Rom. 8) Non qualē quærunt homines, quæ illis tribulationib. turbatur. Si deus iustificat, quis est qui condemnet? Et contra hominem] simul aduersus gētiles & Iudæos. Qui regnare facit hominē hypocritā propter peruersitatem populi] Quoniā dicitur, Qui ergo doces aliū (Rom. 2) A teipsum nō doces. Absq; me uidebo, tu ostende mihi re reprehendēs, meipsum forte reprehendendum esse nō uideo?] Interrogātèr pronunciandū.

Si iniquitates operatus sum, non adijciā] correptus à te. Nunquid à te exigit eā quia repulisti?] quia reprehendisti. Et uir sapiēs audiet uerbum meū] deum omnia curare. Iob autē non in sapientia locutus est] putādo quod aliquid sibi inique diuinitus acciderit. Quare hoc existimasti in iudicio?] (Verba Heliu. De cap. XXXV.) Quare hoc iudicasti? Tu quis es qui dixisti, iustus sum ante cōspectum domini?] Ante cōspectum domini dixisti, iustus sum: Vtrunq; enim reprehēsibile est in homine. Vnū, si aut superbe dicatur, aut falsum sit iustū eum esse, etiā secundum humanā iustitiā: Alterum autem, quia nunq; B uere ab homine dici potest, Quod ante conspectum dei sit iustus] cui cōparatus quilibet iniquus est. Aut dicis quid prodest tibi, aut quid faciam si peccaui?] Hoc enim ei uidetur Iob dixisse deo, quasi aut deo psit peccatū eius, ut isto dolore ad impietatē cogatur, ubi ait, Nolite me docere impium esse: Aut bonum est tibi si inique egero, aut deo noceat peccādo, & ideo illum sic insequatur deus quasi hostem suū premens, ne aliquid ab illo mali patiatur: Nā hoc etiā dixerat, Si ego peccaui, quid possum tibi facere? Aut si multa iniusta feci, quid poteris facere? Ad utrunq; ergo Heliu respondit, consequentibus uerbis, Ego dabo tibi responsum, & tribus amicis meis: Aspice in cœlum & uide, respice in nubes quàm alte sint à te, si peccasti, quid agis?] Cōfirmat quod ab eo di C ctum est, Si ego peccaui, quid possum tibi facere? Plus est, multa iniusta fecisti, quàm quod superius dixit, peccasti. Sed tamen quid poteris facere deo?] quando ne nubes quidem poteris lædere.

Et si iustus es, quid dabis ei? E contrario quomodo iustitia tua nihil ei prodest, sic iniustitia nihil nocet. Aut quid de manu tua accipiet?] Etiā si dare uelis propter sacrificia, quæ stulti putant deū sumere uelut eis indigētem. Viro simili tui impietas tua, & filio hominis iustitia tua, uel illa nocet, uel hęc prodest] Sed his uersibus confirmauit potius quàm refellit sententiam, quam dixit Iob, Si ego peccaui, quid possum tibi facere? Consequenter ergo opportet ut ostēdat, quare in hac uita homines affligantur iniurijs malorum inter D quos etiam diabolus cum angelis suis numeratur princeps iniuriarum & iniquitatum omnium. Cum enim deo non possint nocere peccantes, cur eos tradit in potestatem affligendo malis? Et exponit deinceps, dicens, A multitudine clamabunt, uociferabuntur à brachio multorum, & non dixit, ubi est deus qui fecit me] Ad hoc enim patiuntur hæc, ut dominū quærat, non ut inaniter uociferētur. Quòd autē ait, fecit me, pro documēto est. Quia quærentē se non relinquet quē ipse fecit. Qui distribuit custodias nocturnas] Tempora huius seculi sub certis potestatibus ordinata, quia nec in ista erroris nocte relinquet hominem sine custodia qui eum fecit. Qui separat me à

quadrupedib.terræ,& à uolatilib.cœli sapientio-
rem me fecit] Sic enim quęrendus est dominus in
afflictionibus uitæ huius,ut non ab eo terrena bo
na desideremus,quia iam bestijs meliores sumus
anteq; illa accipiamus, Ibi clamabũt & non au-
dies] Ibi dixit,in multitudine in afflictione clamã
tium,& à brachio multorũ,Aut certe ibi, propter
hoc,sicut est,Ibi ceciderunt qui operantur iniqui-
Psal.35 tatẽ:Et non audies quod dixit,de eo dixit,ab iniu
rijs malorũ,subaudiendũ clamabunt. Vana eñ
nõ uult dominus uidere] Nõ uult subuenire uana
petentib.& non ideo uociferantib.in afflictione
ut bona sempiterna percipiant,cũ propterea sepa
rati sint à quadrupedib.terræ,& sapientiores facti
uolatilib.cœli:Sed uociferantur, quia non sunt in
huius seculi iniquitate felices. Ipse enim omni-
potens perspicit eos qui faciũt iustitiã, & saluum
me faciat] Sicut ipse uidet faciẽtes,qui cordis inti
ma perspicit, sic ea salute saluos facit, quam ipse
1 Cor.2 uidet in occulto. Quia nec oculus uidit,nec auris
Esa.64 audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ præpa-
rauit deus diligentib.se.Ideo etiam si perturbetur
uana salus hominis,dat tamen auxiliũ de tribula-
tione pater qui uidet in abscondito. Iudicare ita
q; eum si potes] collaudare eum sicuti est.Hoc eñ
uisus est Iob dicere, cum ait, Vtinã esset nobis ar-
biter. Et nũc quia non est uisitans irã suam, nec
Psal.50 cognouit debita uehemẽter] Cognouit ad uindi-
ctam. Vnde est,Quoniã iniquitatẽ meam ego co
gnosco.Et in eodẽ loco.Auerte faciẽ tuam à pec-
catis meis.Cognouit ergo delicta : Nam ideo pa-
tiuntur homines tribulationes in hoc seculo. Sed
non uehementer,quia partib.corrigẽs das locum
pœnitentiæ. Et Iob uane aperuit os suũ,in igno
Verba Heliu rantia sua uerba multiplicat] Sustine me pusil-
De capite lum ut te doceã,adhuc enim in me sunt sermones,
XXXVI suscipiẽs scientiã meam de longe] Quoniã q̃diu
Psal.49 sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino.

Operib.autẽ meis quę iusta sunt loquat] Ne di
catur ei quod peccatori dicit deus, Quid tu enar-
ras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ per
os tuum? Tu uero odisti eruditionẽ:Ergo hic ope
rib.loquendum est:Nam scientia de longe suscipi
tur ex pte & in ænigmate.Cum autẽ uenerit quod
perfectum est,quod ex parte est,auferetur,& non
iam de longe erit,quoniã uidebimus eũ sicuti est.
In ueritate & nõ iniusta uerba iniuste intelliges]
Ea ipsa quæ patiebatur Iob,uerba dei dicit esse in
ueritate & non iniusta, sed ab isto iniuste intelligi
existimat,quem putet conqueri se immerito pati,
1 Pet.4 cum etiã de iustorum tribulatione dictum sit, Tẽ-
pus est ut iudicium incipiat à domo domini. Et
scito quia dominus non abijciet innocentẽ] q̃uis
corripiat quẽ diligit,& flagellet omnẽ filiũ quem
recipit. Fortis robore cordis nõ uiuificat impiũ]
q̃uis ad tempus ei parcere uideatur. Et bene for-
tis robore cordis, quia tunc cum non uiuificabit,
quãdo sero pœnitẽtiæ locũ quęrit cum lachrymis
& non inueniet,nec flectet ad misericordiã forti-
ter iudicantẽ,quẽ modo misericorditer admonen
tem contẽnit. Et iudiciũ pauperib.dabit] qui iu

dicent eos à quib.patiunẽ iniquitatẽ. Et bene pau
A perem,ut superius impium diuitẽ intelligas, id est
superbũ. Nõ aufert à iusto oculos eius] etiã cum
eum uelut in fornace probat tẽtatione tribulatio-
nis. Nõ ei auferet intelligentiam] qua cognosci
tur & colitur deus.Ex quo satis ostendit impiorũ
pœnã esse ipsam cæcitatẽ, etiã cum uidetur eis par
ci. Et cum regib.in solio] subauditur sedere eos
fecit,hoc est iustos.Reges autẽ dicit qui carnẽ su-
am regunt,unde est illud. Quis est rex qui uadit Luc.14
committere bellũ cum alio rege &c. Et sedere
eos fecit in perpetuũ,& exaltabunẽ] Et hic subau
ditur quod supra dixit,cum regib.in solio.Exalta-
buntur autẽ dixit, quoniã humiliati sunt. Et qui
compediti sunt cõpedib.] A quo uinculo dicit A-
B postolus,sibi bonũ esse dissolui & esse cũ Christo,
id est,retinacula huius uitæ, in qua corpus quod
corrumpitur aggrauat animã. Capienẽ in funib.
paupertatis] Cõ uinciẽtur longis consuetudinib.
delectationũ carnalium,quæ sunt de rerũ indigen
tia,quibus mortalis uita sustentatur & agitur. Et
annunciãtur eis opera eorũ] Non utiq; bona,siue
ista ipsa concupiscẽtialia, de quibus dicitur, Scio Rom.7
quia non habitat in carne mea bonũ, quæ etiam si
non regnẽt in nostro mortali corpore ad obedien
dum eis,nõ tamen desunt:siue quib.ad hæc homo
uenire meruit ex traduce peccati. Et delicta cũ
fuerint roborati] Ipsa sunt opera quæ supra dixit.

Non enim infirmis facile possunt annũciari, id
est manifestari,sed ijs qui iã ita profecerũt ut trans
ierint omnẽ istã iniquitatẽ,quæ uulgo nota est in
C apertissimis operib.flagitiosis & facinorosis. Sed
iustum exaudiet] cum scilicet, qui ex fide uiuit,
& gratiæ dei deputet,non meritis suis,non solum
q; secundũ uitæ istius modũ iustificatus est, sed e-
tiam quod restat,ut ab uniuerso delictorũ malo li
beretur. Quẽ annunciat ueritas] fidelib.cũ fue-
rint roborati. Quando capienẽ in finib.pauper
tatis] Adhuc enim cõpediti sunt cõpedib.nondũ
exaltati,ut sedeant in solio cum regib.in perpetu-
um. Et dixit,qui conuertẽtur ab iniquitate] Et
dixit,subaudiendũ est deus. Si obaudierint, &
seruierint,cõplebunt dies suos in bonis, & annos
suos in gloria] Tũc uero nullũ peccatũ erit in bo-
mine,quia nulla erit mortis contentio,id est,indi-
gentia mortalitatis,quæ facta est de peccato, cum
D iam diceẽ. Vbi est mors cõtẽtio tua? Impios ue
ro nõ faciet saluos] eo q; noluerunt scire deũ.Hoc 1 Cor.15
ad gentes magis uidetur pertinere. Et cũ mone
renẽ inobediẽtes erãt] Hoc ad Iudæos & oĩes q
per inobedientiam similes sunt,etiam in ecclesia.

Et hypocritæ corde ponent furorẽ] quo domi-
nũ crucifixerũt. Nõ clamabũt,quia ligabit eos]
honore nominis super oĩes gentes.Moriatur er-
go in iuuentute anima eorũ] in superbia qua se ex
tollebant ueluti de meritis operũ suorũ. Et uita
eorũ uulnereẽ ab angelis] Cõmodius accipitur à 2 Cor.2
nũcijs ueritatis,quorũ alijs odor uitæ in uitã, alijs
odor mortis in mortẽ. Quòd tribulauerint infir-
mũ & inualidũ] Illud infirmũ dei,q̃d fortius est ho 1 Cor.1
minib. Iudiciũ uero mansuetorũ statuet] ipse do
minus

minus exẽplo mãſuetudinis ſuæ differens etiã uin
dictã imitantiũ ſe,ſed tamẽ certo futurã. Et quia A
decepit te ab ore inimici abyſſus] Decepit, ſicut
uiſum eſt perſecutorib.eius,profunditas huius ſe-
culi Chriſtũ ab ore falſi teſtis,ad ipſum em̃ domi-
num cõuertit ſermonẽ. At effuſi ſuper ea] ſubau
diendũ deceperunt te,grauati enim terrenis cupi
ditatib.ſubter abyſſum effuſi dicti ſunt. Et deſcẽ-
dit menſa tua plena pinguedine] ſacramentũ cor-
Ioan.6 poris & ſanguinis eius panis qui de cœlo deſcen-
dit: Nõ deficiet iuſtos iudiciũ] Quãuis edãt pau
peres & ſaturẽtur ad imitãdas paſſiones domini,
parati de plenitudine charitatis,nõ tamẽ ideo nõ
facit iudiciũ ipſorũ cito. Et ira ſuper impios erit
propter impietatẽ munerũ quæ accipiebãt iniqui
tatib.] Omnia munera dicit quæcũq; cõmoda tẽ-
poralia, propter quæ commoda iniquitates fiunt. B
Nõ te auertat uolũtas animi] Domino dicitur,nõ
monẽtis autoritate ac iubẽtis audacia,ſed locutio
ne prophetiæ per imperatiuũ modũ futura prædi-
Pſal.44 cẽtis:ſicuti eſt,Accingere gladiũ tuũ ſuper femur
potentiſſime. A precib.infirmorũ] cũ in neceſ-
Rom.7 ſitate fuerint clamãtiũ,Infelix ego homo quis me
liberabit de corpore mortis huius? Et omnes qui
habent fortitudinẽ] præſumentes de operib.ſuis,
& ſuam iuſtitiã uolentes cõſtituere. Nolite ex-
trahere p̃ noctẽ] Manifeſtũ ſit,q; eos à populo ſe
cernis,ſiue illos ſuperbos qui de oliua fracti ſunt,
ſiue ſacramenta de uite amputata,unde hęreſes &
1 Cor.1 ſchiſmata exorta ſunt. Vt aſcendãt populi pro
Luc.14 eis] ut inſerantur infirma huius mũdi cõfuſis for-
tib.Quoniã qui ſe humiliat,exaltabit̃:& qui ſe ex
altat humiliabitur. Sed cura ne quid facias inde- C
cens] Ne nomẽ domini dei & doctrina blaſphe-
Eſa.52 metur,dũ dicunt,quorũ iudiciũ iuſtum eſt, Facia-
Rom.3 mus mala,ut eueniãt bona. Hoc em̃ elegiſti ſu-
per inopiã] Non ſolũ elegiſti inopiã confitẽtis,ſed
ſuper hanc uitæ ac morũ decus,ut doctrina ſaluta
ris ornetur in omnib. Ecce deus conſolabitur]
uel roborabit̃. In fortitudine ſua] Quia & ſi cru
2 Corin.13 cifixus eſt ex infirmitate, ſed uiuit ex uirtute dei.
Quis enim eſt ſicut ille potens? uel quis eſt qui
diſcutiat opera eius] tanq; iudicãs de illo, cũ ipſe
ſit iudex uiuorũ & mortuorũ. Aut quis eſt qui
dicat ei inique? Memento quia magna ſunt opera
eius quẽ laudauerunt uiri] Euãgeliſtæ atq; om̃es
prædicatores uerbi miniſterio ſuo uita congruen
tes. Omnis homo reſpicit ad eum [memor infir D
mitatis humanæ.Quicunq; cõpungunt̃ homines
pœnitentia peccatorũ,homines ſunt. Ecce deus
Rom.5 multus,& neſciemus] Multus, quia ſicut abunda
uit peccatũ,ſuperabundauit gratia.Neſciemus au
tem ex perſona eorum dictũ eſt,quorum ex parte
cæcitas facta eſt,donec plenitudo gentiũ intraret.
Rom.11 Numerus annorũ eius infinitus] Propter æter-
nitatẽ poſitũ eſt: & innumerabiles ſtellæ & plu
uiæ] Hoc em̃ quod homines prædicatores imple
uit Euangeliũ,numerabile eſt uſq; in conſumma-
tionem ſeculi,donec auferatur ſciẽtia quæ ex par-
te eſt,& ueniat quod perfectũ eſt facie ad faciem.
1 Cor.13 Effundetur imber per ſemitas ſuas [Non enim

uiæ malorũ capient eum. Fluent nubes & tene-
A braſcent ſuper homines plurimos] Quia & ſi ob-
uelatum eſt Euangeliũ,in his qui pereunt eſt ob-
uelatũ. Horũ cõſtituit iumentis,& ſciũt cubilis
ordinẽ] Quoniam cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, Eſa.1
& aſinus præſepe domini ſui. In his omnib.non
obſtupeſcit animus eius] Initium ſapientiæ timor Prouerb.1
domini. Nec mutatur cor tuũ à corpore] ut e-
leuatũ à terra ſurſum habeatur ad dominum. Si
cogitauerit extendere nebulam] ut qui uidẽt cæ- Ioan.9
ci fiant. æque per tabernaculũ expandit eã] In
carne quippe mortali tanq; tabernaculo habitãs,
per eam nõ eſt agnitus à perſecutorib.dũ eis ceſ-
ſit,& eam extendit atq; expãdit in cruce. Ecce
fundit ſuper omnia lucem ſuã] quã abſconderat,
cum cæcitas ex parte in Iſrael fieret. Effundit ſu
B per omnes gentes,& radices maris cõtexit] Cupi
ditatem ſeculi redarguit.Non em̃ ad abſcõdendũ
lux contegit,ſed ad manifeſtandũ. In eis enim iu-
dicauit populos,oſtendendo illis peccata eorum
per lucẽ ueritatis. Dabit eſcã plurimis] utiq; ag
noſcentib.cum arguuntur peccata ſua,& eſurien-
tibus ac ſitientib.iuſtitiã. Immanib. contexit lu
men] Si ab eo q; ſunt immanes his qui nõ dimit-
tunt peccata hominib.cũ ſibi à deo dimitti uelint.
Si autem ab eo q; ſunt manus,his qui de manibus
ſuis,hoc eſt de operibus,extollũtur ſeipſos iuſtifi-
cantes. Cõtexit enim lumẽ,ad hoc dixit,ne uidea-
tur ab eis. Quia excæcatũ eſt inſipiens cor eorum. Rom.1
Et mãdauit de eo in contrarium] ut qui faciunt
ueritatem,uel dimittẽdo ut dimittatur eis, uel con
fitendo mala ſua ut gratiæ dei ſubdantur,ipſi ueni
C unt ad lucẽ ut manifeſtẽtur opera eorũ,quoniã in
deo ſunt operata,non in ipſis. Cõtrarius eſt enim,
& immani miſericors, & ſuperbo humilis. Vt
nunciaret ſuper illo amico ſuo] ſuper illo lumine,
hoc eſt,de illo quod contexit ut abſconderet im-
mani & ingrato,uel id annũciaret,id eſt, aperiret,
non iam ſeruo ſub lege, ſed reconciliato per gra-
tiam,ut amico ſuo,imitatori ſuo:Quia & filius ho Matt.20
minis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Poſ-
ſeſſionem contra eos qui aſcẽdere nituntur] ut ip
ſum lumen poſſideant qui ſe à terrenis extrahunt.
Ipſis enim annunciatur qui ad hoc nitũtur aſcen-
dere,quia cũ aſcenderint,non opus erit annuncia
tore facie ad faciem uidentibus.Contra eum uero
quod ait,aſcendere nitũtur,nõ quaſi aduerſantes,
D ſed obuiã eũtes,ſicut Apoſtolus dicit, In obuiam 1.Theſſ.4
Chriſto. Sed & in hoc obſtupuit cor meum] ad De capite
miratione. Et euulſum eſt de loco ſuo] de terre XXXVII
nis reb.quib.delectabatur,ut ſurſum habeatur ad Iob.37
dominum. Audite ſonitum terroris & uocis e-
ius] Hinc eum apparet iſta in ſpiritu dicere.Nã in
cipit dicere cur euulſum ſit cor eius de loco ſuo,
autoritate ſcilicet Euangelij per totũ orbem terri- Matth.3
biliter ſonãtis,Pœnitentiam agite, appropinqua-
bit enim regnũ cœlorum. Et ſtrepitu oris illius
exeunt] ad eos utiq; qui foris ſunt in delectationi
bus rerum uiſibiliũ. Subter uniuerſum cœlum
circuit,& lumen eius in finib.terræ] Dum Eccle-
ſia per omnes gentes diffunditur. Poſt eum fre
met

met uox] Post primũ aduentum eius nouissima tu
ba secundi aduentus eius in claritate tonabit. In
sonitu superbiæ suæ] Superbiam pro celsitudine
posuit: Quia primus aduentus in humilitate fuit.
Et nõ poterit inuestigari cum audita fuerit uox
eius] Nunc ergo quæratur dominus dum inueni-
ri potest: hoc est, cõprehẽdi ad salutem per fidem
non fictã. Tunc enim non poterit cum uenerit iu-
dicare, & audita fuerit uox eius, dicẽtis. Ite in ignẽ
Matt. 25 æternum. Quoniã sera tũc erit & infructuosa in-
fideliũ pœnitentia. Tonabit fortis in uoce sua mi-
rabiliter] Quia non fortitudinis eius, sed infirmi-
tatis nostræ ex participatiõe mortalitatis uox illa
fuit primi aduentus eius, de quo dictũ est, Quod
1 Cor. 1 infirmũ est dei, fortius est hominib. Fecit enim
magna quæ nesciebamus] Hæc in primo aduẽtu:
Et ideo postea ad exigenda quæ dedit iudex uẽtu
rus est. Quæ nesciebamus autẽ, dictũ est ex perso-
na eorũ quos latuit diuinitas domini in infirmita-
tem carnis intuentes. Pręcipiẽs nubi ut sit super
terram] carni suæ, ut per sacramentũ accipiatur in
memoria eius ad imitationẽ humilitatis & forma
tionem charitatis. Et tempestas pluuiæ & tẽpe-
states imbriũ potestates eius] Est enim nubes quę
dã super terrã. Sed quãdo exprimatur ad irrigan-
da corda per pluuiam imbresq; sermonis, quod fit
cum sacramẽta intelliguntur, nõ in nostra, sed in
ipsius potestate est. In manu omis hominis sig-
nat] Signat ei per opera eius q; reus sit, ut sciat o-
mnis homo infirmitatẽ suã, & clamet, Infelix ego
Rom. 7 homo quis me liberabit de corpore mortis huius?
Introierũt autẽ bestiæ sub protectione, & quieue-
runt in cubili] Introierunt autẽ peccatores sub in-
dulgentia gratiæ, & quieuerũt in conscientia, re-
missis peccatis. De prõptuarijs superuenit tempe
stas] Tentatio de occulto rerũ ordine: Et de prõ-
ptuarijs frigus] de secretis iudiciũ in eos qui non
perseuerant, ut refrigescat ęorũ charitas ex abun-
dantia iniquitatis. Merito enim cõtingit, dũ spem
suã non in deo, sed in hominib. ponunt. Et ab spi-
ritu dei dabitur glacies] Non solũ ex abundantia
iniquorũ frigescãt, qui spem ponũt in hominibus
sed etiã ex operib. bonis ipsorum, in quib. est spiri
tus dei, durescũt quidã quasi glacie liuoris, quibus
est Paulus odor mortis in mortẽ: Et ad hæc quis
2 Cor. 2 idoneus? ut intelligat quoniã recte ac iuste à spiri-
tu dei dabitur glacies, Sicut enim carnalib. homi-
nib. labẽtib. contingit ex hominum iniquitate fri-
gescere desperando, ita carnalibus laudari cupien
tib. contingit ex hominũ iustitia durescere inuidẽ
do. Gubernat autẽ aquã qualiter illi placuerit]
ut pluat super unã ciuitatẽ, & super aliã non pluat,
Quod ad imbrem attinet spiritalẽ, pro subditarũ
aut non subditarum meritis animarum. Et fru-
mentum si cupimus irrigari, dissemināuit nubem
lucem suã] Euangelium incarnationis suæ: & ip-
sa per circuitũ uertitur] per orbẽ terræ ipsa tracta-
tur, in gubernaculis] ad operandũ omia quæ mã
dauerit eis. Gubernacula, in quib. illa nubes per
circuitum uertitur, prædicatores sunt uerbi, per
quos ecclesiæ gubernãtur ad operanda omnia mã
data dei. Hæc cõstituta sunt ab eo super terrã] à
A domino nostro Iesu Christo: siue in tribu, siue in
terra sua] Siue in tribu Iuda, unde secundũ carnẽ
natus est, & passus, & resurrexit, & ascẽdit in cœ-
lum: Ex hac enim geniti erant Apostoli, & multi
fratres prope inuẽti & salui facti: Siue ante passio
nem eius per ipsum uocati, siue post ascensionem
per Apostolos in ipsa Hierusalẽ, atq; in ecclesiis
Iudęæ quæ erant in Christo, sicut cõmemorat A-
postolus Paulus, propter ueritatẽ dei, ad confirmã Rom. 15
das patrũ promissiones: siue in misericordia inue
niri uoluerit eam] Illam nubẽ scilicet in misericor
dia uoluerit inueniri à credentib. gentib. Hoc em̃
sequitur, Gentes autẽ super misericordiã glorifi-
care deum. Aurib. percipe hęc Iob] Quasi reno
B uat intentionẽ, dicturus de uocatiõe gentiũ: Sta
& cõmouere uirtutẽ domini] Noli moueri mẽte,
aliquid tibi tribuẽdo. Scimus quia deus posuit
opera sua] reprobans utiq; gloriãtes de operibus
suis. Cũ faceret lucẽ de tenebris] cũ iustificaret Ephe. 5
impios. Fuistis em̃ aliquando tenebræ, nunc autẽ
lux in domino. Scit differentiã nubiũ] Euangeli
starũ aliorũ sibi ante passionẽ, aliorũ post passio-
nem credentiũ. Et ingentes lapsus malorũ] Nõ eo
rũ qui elapsi sunt crucifigẽtes eũ, ut eos postea pœ
niteret, ut baptizarentur in eo, sed eorũ lapsus qui
nec corrigi potuerũt, perseuerãter etiã postea per
sequentes Ecclesiã: horũ enim non parui, sed ingẽ
tes lapsus sunt. Tua uero stola est ualida] Digni-
tas superba, tanq; in eum quippe dicit qui de ope
rib. suis audet extolli, Quiescente terra ab austro,
C firmabis cũ eo cœlos] Qui æqualiter ad uidendũ
fusi sunt ab austro. Terrã congruẽter intelligimus
eos qui de Iudæis crediderunt in Christum. Sicut
enim sol ab aquilonali terra remotior est, australi
autẽ uicinior: ita quos prope inuentos dicit Apo-
stolus luci Euangelistarũ, non absurde accipiunt
terra ab austro. Sicut autẽ cœlos Euãgelistas sole-
mus accipere, ut est, Cœli enarrant gloriã dei. De Psal. 18
his enim dictũ est, In omnẽ terrã exiuit sonus eo-
rum, & in fines orbis terræ uerba eorũ: Ita terras
recte accipimus plebes, quib. euangelizatũ est. Et
quoniã plebes quæ de Iudæa crediderunt, postea-
q; quieuerunt, exeũtes de hac terra, nunc enim hic
non sunt, firmata est tamen autoritas Euangelista
rum in Ecclesiis quæ sunt ex gentib. firmata autẽ
D misericordia dei, nõ iam opitulante autoritate ec-
clesiarũ Iudææ quæ in Christũ est, propterea sen-
sus hic est, ut per interrogationẽ pronunciet, Nũ-
quid tu quiescente terra ab austro, id est, iam non
existente in hac uita plebe ulla Christiana ex Iu-
dæis, firmabis cum eo Euangelistas, & diuinarum
scripturarũ libros, qui per manũ dei non solis Iu-
dæis, sed etiam gentib. æqualiter ad uidendũ fusi
sunt? gratiã quippe dei cõmendat et misericordiã,
ne quis de meritis glorietur, quæ Iudæorum erat
superbia. Quare doce me quid dicamus ei & re-
quiescamus multa dicentes] quia non est quod ei
dicant cõuicti, nullũ se habere meritũ per seipsos
sed eius indigere misericordia. Nnnquid liber
aut scriba assistis mihi] ut stãs faciam hominem ta
cere

cere: Quare ergo nō dicis] si habes quod dicas:
Non enim quasi dictanti mihi excipis, ut tu nihil A
dicas. Sed utiq; colloquimur, omnib. autē non
est uisibile lumen] quod refulget in nubib. Redit
ad ea quæ dicebat de spe remissionis peccatorū,
& illuminationis gratiæ per misericordiam dei:
refulget enim lumen in nubib. Non tamē istarum
nubium propriū est, illuminantur enim. Aliud est
eñ quod fulget suo lumine, aliud quod refulget
illustratum. Sed non est omnib. uisibile. Multi eñ
putant lumine suo fulgere animas, cum sapientes
Rom.1 sunt. Vnde sunt illi, qui dicentes se esse sapientes,
Psal.17 stulti facti sunt. Et spiritus transiit, & mundabit
eas] Hic spiritū dixit, de quo dictū est, Ab increpa
tione spiritus iræ tuæ, & à spiritu tuo quò fugiam?
Per correptionis enim tentationē ostēditur homi B
nib. meritum eorū, quia ipsi peccatis suis tenebræ
sunt, & egent gloria dei, ut illius lumine illustrari
uelint, illi dantes honorē, nō sibi, atq; ita superbia
deposita, mūdentur à delicto magno: Nā spiritus
sanctificationis non transit, sed manet. Ab aqui
lone nubes coloris aurei] ab sceleratissima impie
tate, & à deo longe remota, ueniunt tamē mūdati
atq; cōuersi, & illuminati sapientia, unde nisi p gra
tiam qua non merita attenduntur, sed peccata di-
Psal.50 mittuntur? unde ille cum sibi uellet ignosci, Doce
am, inquit, iniquos uias tuas, & impij ad te cōuer-
tentur: tanq; nubes ab Oriente uel Aquilone iam
coloris aurei, illuminatis tenebris suis. In his est
magna gloria et honor omnipotētis] cui plurimū
dimittitur, plurimū diligit. Quoniā potest & impi
um iustificare qui est omnipotēs: & non inuenie-
mus aliū similem uirtuti eius] solus eñ hic pecca- C
ta non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. So-
lus enim deus uerax, omnis autē homo mendax:
unde uicit cū iudicaretur deus homo factus, qui
iuste iudicat, nō putas exaudire eum? Nō itaq; ho
mo de uenia desperando addat peccata peccatis,
tanq; addictus iam dānationi, quia certus est de iu
stitia dei, sub qua nō potest esse impunitus. Ita eñ
deus iuste iudicat ut etiā exaudiat ueniā deprecan
tes, & tāto magis q̃to magis iuste iudicat, Nō eñ
iusti iudicij est, pœnitētes supplices miscere cū ijs
qui recusant humilitatē & satisfactionē pœniten-
tiæ. Propterea timebunt eū homines] si se homi-
nes esse meminerint, cōfitendo peccata sua, quia
adhuc homines sunt, quib. dicitur, Nonne homi- D
nes estis? Timebūt quoq; eū & sapientes corde]
ne sibi tribuēdo quod acceperūt, & dicēdo se esse
sapiētes, stulti fiant: Potest eñ auferri superbis q̃d
datur humilib. Quapropter & sapiētes q̃uis cor-
dis illuminatione, non linguæ iactatione sapiētes
sint & reges, spiritaliter iudicantes terrā, ipsi autē
à nemine iudicētur, seruiāt tamē domino in timo-
re, & exultēt cum tremore, ne pereāt de uia recta.
Phil.2 Deus est enim qui operatur in eis & uelle & ope-
De capite rari pro bona uoluntate. Et postq; quieuit He-
XXXVIII liu loqui, dixit dominus ad Iob p turbinē nubis]
Etiam si hoc modo uox ista facta est quomodo ad
Moysen, uel quomodo cum se dominus trib. disci
Matt.17 pulis in mōte ostendisset, tamē q nondictū est sim
pliciter per nubem, sed per turbinē nubis, hoc si
gnificari arbitror, q non per sanā carnem interro-
gatus, hoc est tentatus est Iob, sed per tribulatio-
nem perturbationēq; carnis. Quis est qui celat
meum consiliū, contēnens sermones in corde, &
me putat dare] Nemo est ergo qui se immeritum
pati aliquid asperū dicat, quia si non factis, saltem
uerbis peccatur: & si non uerbis, saltem temera-
ria præsumptione intus in corde, uel sermonibus
cogitationum, & deum non latet: nemo flagella-
tus dicat indigne se accipere disciplinā: quasi ultra
non sit quo per illā proficiat. Sciendū est enim, sic
in principio libri huius diabolo laudatū Iob testi-
monio dei, & in fine trib. amicis eius, ut tamē nos
set deus q̃tum ei deesset ad perfectionē, quò etiā
laudabiles secundū hanc uitam uiros, & deo iam
placentes, paterna flagella perducunt, quæ noluit
ab Apostolo remouere, dicens, Sufficit tibi gratia 2 Corin.12
mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ac-
cingere tanq; uir lumbū tuum] Significat ad hoc
pati dura & amara dei seruos in hoc seculo, ut o-
mnes affectiones suas à terrenarū delectationum
fluxu colligāt atq; cōstringant. Interrogabo te,
tu autē responde mihi: Vbi eras cum fundarē ter-
ram] Hinc iam cōmendare incipit eminētiā domi
ni nostri Iesu Christi, quia in ipso est salus omniū
percussorū uenenata suasione serpētis, ne in se si-
bi quispiā esse salutē putet. Ille enim deus, nō sicut
dictum est, Dij estis & filij altissimi: sed cui rapi- Psal.81
næ nō fit esse æqualē patri: & filius hominis, nō si-
cut filij hominū in quib. non est salus: sed præ par-
ticipib. suis. Non enim iustus tantū, sicut Iob, sicut
Paulus, sicut Ecclesia, sed etiam iustificās tanq; u-
nigenitus à patre, plenus gratia & ueritate. Ad in Ioan.1
sinuandā ergo differentiam diuinæ humanitatis
eius, in quo princeps huius mundi nihil inuenit:
Quia in passione quæ non rapuit tūc hæc exolue
bat: & iustificationē sanctorum per peccatorum
remissionem, quib. sanctis in unū redactis, fit cor-
pus eius Ecclesia, cuius & particula est Iob secun-
dū historiam, quia iustificatus, & figura uniuersæ.
per prophetiā incipit dicere quę dicturus est. Vbi
eras cum fundarē terrā] Vtrum quia nondū erat,
an quia nō per eū fundata est, sicut per unicū filiū.
& terrā istam, an ipsam Ecclesiā? Ipsa autē accepit
lapidem angularē, de quo mox dicturus est. In-
dica mihi si nosti scientiā] Hæc enim quæ à domi-
no pro nobis temporaliter gesta sunt, ad scientiā
pertinent. Quis posuit mensuras eius si nosti]
secundū distributionē donorum spiritalium, Vni Ephe.4
cuiq; enim nostrū data est gratia secundū mensu-
ram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascē- Psal.67
dens in altum, captiuauit captiuitatē, dedit dona
hominib. Quia si totum corpus oculus, ubi audi-
tus? Secundū mensuram quippe uniuscuiusq; par
tis incrementum corporis facit, in ædificationem
sui in charitate. Aut quis est qui induxit super
eam funiculum] ut eam faceret hęreditatem suam
distinguens ab eis quib. dicit, Non noui uos. No- Matth.7
uit enim dominus qui sunt eius. Aut super quo
circuli eius fixi sunt] Quia constringunt eam ne
dissoluatur

diſſoluatur, diuini libri fixi ſuper deū: Quia quiſ-
A quis eos ſine illo interpretari uoluerit, fluitet atq;
Pſal.117 erret neceſſe eſt. Quis eſt autē qui miſit lapidem
angularē] ſuper eā, quem reprobauerūt ædifican-
tes. Quando facta ſunt ſydera] ſimul baptizata
tot milia uerbo uitæ, inter peccatores tanq; in te-
nebris fulgentia. Laudauerūt me uoce magna o-
mnes angeli mei] Euāgeliſtæ. Concluſi portis ma
re] populos amaricātes amore terrenorū. Sed qua
re portis? An forte ut nō ſolū modū haberet exer-
cendi iuſtos perſecutionib. ſed etiā ut liceret iuſtis
inde egredi? Cum fremeret ex utero matris ſuæ,
uolens progredi] Cum iraſceretur in concilio Ba
byloniæ ciuitatis, fornicantis amore huius ſeculi,
uolens extendere perſecutiones ſuas ad perden-
Ioan.17 dos de terra eos, de quib. dictum eſt, Non peto ut
B tollas eos de ſeculo: ſed, ut tollas eos de malo. Cir-
cumpoſui illi nubē operimentum] Non enim bo
ni tantū, ſed etiā mali multi amatoresq; huius ſecu
li ſacramento corporis Chriſti ſubiecti ſunt: Cu-
ius autoritate à ſanctorū perſecutione reprimun-
tur. Et nebula obuolui illud] Ignorātia qua ter-
renā inde expectant felicitatem, terrenāq; infelici
tatem timent: Et propterea timent quos niſi ita eſ
ſet perſequerentur. Non enim ſolū dictū eſt, Edēt
Pſal.21 pauperes & ſaturabunt, & laudabūt dominū qui
requirūt eum: ſed etiam dictū eſt, Manducauerūt
& adorauerunt omnes diuites terræ. Et poſui
illi terminos, & imponens clauſtra & portas] Ter
minos quibus ſæuitia cohibeatur, non ut nihil af-
fligat, ſed quouſq; exerceat: Clauſtra, ut iniuſti nō
C progrediantur: Portas, ut ab eis iuſti egrediantur.
Et dixi, Hucuſq; uenies & non trāſibis] Sicut ip-
ſe diabolus modū accepit quouſq; affligeret Iob,
ita illud mare quouſq; perſequeretur Eccleſiam.
Sed in temetipſo cōminuentur fluctus tui] alter
na uaſtatione diſcordiarū atq; bellorum. Aut num
quid tecū lucem conſtitui matutinā] id eſt, cū con
ſilio tuo tempus reſurrectionis prædeſtinaui: Aut
cognouit lucifer ordinem ſuum] ſubaudiendum
eſt, Nunquid tecū. Dominum autem luciferū di-
cit, propter ipſum matutinū reſurrectionis exor-
tum. Non enim de alio dici potuit, Et lucifer oria-
1 Petri.1 tur in cordib. ueſtris. Ipſe agnouit ordinem ſu-
um] ut eſſet primitiæ dormiētium, primogenitus
à mortuis, caput Eccleſiæ ſecuturo etiam corpore
D Pſal.138 in futura reſurrectione ſanctorum. Apprehen-
dere pennas terræ] dictum eſt, Si recipiam pēnas
meas in directum: uirtutes utiq; ſpiritales fidelium
quib. à ſecularib. ſuſpenduntur illecebris: Excu
tere impios ex ea] Ad hoc enim prior tanto ante
reſurrexit agnoſcens ordinem ſuum, ut fidem re-
ſurrectionis inſinuaret, atq; per ipſas pēnas Eccle
ſiæ ubiq; prædicatus, miniſterio circumuolantium
nunciorum iuſte apprehendat eas in opus iudicā
di duodecim tribus Iſrael, cum uenerit excutere
impios ex Eccleſia, qui nūc ante iudicium permi
xti tolerantur. Et tu ſumens terræ lutum figura-
ſti animal] Siue ipſum Adam commemoret, ſiue
q nunc ſexta ætate ſeculi, ſicut tunc ſexto die de
peccatorib. tanq; de luto terræ homo factus eſt,

ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Non
A utiq; hoc fecit Eccleſia, ſed in hoc potius facta eſt
per uerbum opportuno tempore incarnatum, per
quod facta ſunt omnia. Et famoſum eum poſui
ſti ſuper terram] Magis iſte homo famoſus poſi-
tus ſuper terrā, qui ſexta ætate ſeculi factus eſt, q̄
ille qui ſexta die antequam eſſent cæteri homines
per quos diffamaretur: Niſi forte, quia nunc ita in
notuit. Et abſtuliſti ab impijs lucem] Sicut ille
qui uenit, ut qui non uident uideant, & qui uidēt,
cæci fiant: Aut brachiū ſuperborum comminu
iſti] Potentiā eorum, ſicut ille qui infirma mundi
elegit ut confunderet fortia. Aut ueniſti ad fon
tem maris] ſicut ille cui uenienti patuit confitēdo
quicquid occultum erat in cordib. impiorum, qui
B credendo in eum iuſtificati ſunt: Nam quem fon-
tem maris melius accipimus, niſi ſecretum unde
erumpit omnis hæc amariſſima impietas, quæ in-
gentes fluctus iam manifeſtorum malorū operū
cōcitat, quæ uident homines in apertis factis, qui
fontem ipſum uidere nō poſſunt? Aut in ueſtigijs
abyſſi ambulas] Abyſſus hic recte intelligitur ui-
ta ſecularis, quæcunq; eſt in profundo malorum,
quò ſicut ſcriptū eſt, cum uenerit peccator, cōtem Prouerb.18
net. Quia ipſi quoq; deſperatiſſimi ſubiecti gratię
remiſſionis peccatorum, ſalui facti emerſerunt, &
receperunt Chriſtum, nō in abyſſum quo preme-
bantur. Sed in locum eius ubi ambulabat cal-
cans eos ambulet] inhabitans eos Chriſtus, in ue-
ſtigijs abyſſi remanentib. per memoriam peccato
rum ſuorum, ut dum recolūt ubi fuerint, amplius
C diligant quem receperunt, à quo ſibi tāta dimiſſa
ſunt. Aut tibi aperiūtur metu portæ mortis] O-
mnib. enim morientib. aperiuntur portæ mortis,
ſed non metu ſicut uni illi qui deſtruendæ mortis
cauſa mortuus eſt: Aut certe aperiuntur ad reſur-
gendum, Aut ianitores inferni uidētes te timue
runt] ſicut illū unū in quo nihil dignū morte prin
ceps mundi inuenit, quē tam cito dimiſerunt, quē
inuiti amiſerunt. Inferi autem ianitores, aliquæ in
feriores poteſtates morti præpoſitæ intelligendæ
ſunt. Aut cognouiſti latitudinem ſub cœlo] ſicut
cognouit qui per illā diffudit Eccleſiam. Narra er
go mihi quanta quæq; ſint] Quis ergo hoc ſciat,
niſi quem ille docuerit? Aut in qua terra habitat
lux] Ille enim docet, quia manifeſtatio uerborum
D eius illuminat, & intelligere facit infantes. Aut
quis tenebrarū locus] Hoc ille utiq; docet, qui di-
cit, Accedite ad eum & illuminamini. Hinc enim Pſal.33
oſtendit eos tenebreſcere, qui recedunt dū nolūt
eſſe infantes. Initiū enim ſuperbiæ hominis apo- Eccl.10
ſtatare à deo. Inde qui nō glorificauerunt deum,
aut gratias egerunt, euanuerunt in cogitationib.
ſuis, & obſcuratū eſt inſipiens cor eorum, & facti
ſunt tenebrarum locus. Niſi forte ille eſt tenebra-
rum locus, qui excipit perſeuerantes in peccatis,
ut ipſi ſint tenebræ quarum ille eſt locus, quē uere
nullus hominū nouit. Similiter & terra in qua ha-
bitat lux, poteſt intelligi terra illa uiuentiū: id eſt,
beatitudo exceptura perſeuerantes in fide & ſpe
& charitate, qui fuerunt aliquando tenebræ, nunc
autem

autē lux in domino. Si duces me in fines eorũ] quousq; perueniũt qui tales sunt. A Quid est enim ubi nõ sit sapiētia dei?] quæ attingit à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Cui utiq; nullus hominũ cõparandus est. Quod si & nosti semitas eorum, nunquid scis quia tũc natus es, & numerus annorũ tuorum multus?] Quod si & nosti semitas impiorum, qui uel tenebræ sunt, uel tenebrarum locus, quia omnes etiam qui iam ad deum conuersi sunt, in ipsis semitis ambulauerũt antequam acciperēt à deo gratiam, qua iustificat impium. Nunquid scis tamen, quia tunc tibi extitit causa mortaliter nascendi in hoc seculo, cum easdem semitas inierunt primi omnium hominũ parentes, qui præuaricatione impij manib. & uerbis accersierunt mortē, ut omnes in Adam moreB rentur. Non enim ex quo quisq; in hac uita apparuit, cõputandus est numerus annorum eius tam paruus, sed ex quo facta est prima mortalis natiuitas. Cum enim uerbi gratia, natus est Abraham, tunc omnes in illo Hebræi nati sunt. Numerus ergo annorũ unicuiq; multus est secũdũ mortalitatis originem, quæ exorta est in semitis impiorum. Quis autē meminit fuisse se, aut cũ esset, scire potuit esse in lumbis patris sui? Quandoquidē nec illud tēpus quisq; recolit, quo nõ in parentibus, sed in seipso natus est, quo tempore certe nemo dubitat quod iam erat & uiuebat & sentiebat, Omnia autē scit illa sapientia quę format omnia, non tantum illa supercœlestia, sed etiam illa mortalia. Et C quia Christus dei uirtus est & dei sapiētia, scit ista ille qui etiã mortaliter natus est, non conditione mortali, quia in mortuis liber, sed miseratiõe mortalium, ut à morte faceret liberos. Aut uenisti in thesauris niuis?] Id est, ad eam cognitionē peruenisti, sicut ille sciebat etiam opportunas causas imminentiũ scandalorũ secretas atq; abditas. Nã inde appellat thesauros, ad probanda & exercenda

Matth.18 spiritalium corda, cum exclamaret, Væ mundo à scãdalis. Oportet autē uenire scandala: Væ aũt illi homini per quem scandalũ uenit. Per superbiã quippe elati in alto more niuis cõgelascunt & ca-

Matt.24 dunt: Ex quorum iniquitate abundãte refrigescit

Psal.26 charitas multorũ. Qui aũt sustinent dominũ uirili-

Rom.12 ter agentes & spiritu seruentes, perseuerēt usq; in D finē, & salui erũt. Aut thesauros grandinis uidisti] Grando sunt illi iniqui, quãdo non solum torpent nullũ feruorē spiritus habētes, sed etiã obstinata duritia persequēdo uel irruendo contundũt. Quæ reposita sunt tibi in tempus inimicorũ, & in die pugnæ & belli] Vel hinc quis nõ uideat, cuius personã in prophetia gestet Iob? Nõ eñ huic uni homini reposita sunt ista in tēpore inimicorũ, & in die pugnæ & belli, sed utiq; unico populo dei. Tēpus quippe inimicorũ est, donec trãseat iniquitas, quæ quãto magis abũdat, tãto magis aduersus diabolũ acrius pugnãdũ atq; bellandũ est, ne charitas perseuerantiũ refrigescat. Vnde aũt procedit pruina, quis hoc nouit?] nisi quia hæc ut initia parturitionũ sunt. Pruina q̃ppe minutissima grando est. Et dispergit auster sub cœlo] Auster q̃-uis mortalib. carnibus grauis sentiatur, nõ tamen A uspiã memini in sanctis libris mali aliquid significare, sicut Aquilonē nunquã in bono. Illum quia ea parte flat qua lux claret, istum quia ex ea unde lux est remotior dispergitur. Ergo Auster sub cœlo, ut aduersus illas omnes iniquitates auxiliũ aliquod intelligatur dei, quandiu nondum in cœlo, sed sub cœlo sumus. Quis pręparauit flumē ualidæ pluuiæ, & uiam uocibus tempestatis?] Vide quemadmodum tria illa breuiter complexa sunt, quæ dominus in tentationib. ponit cõtemnenda his qui ædificãt super petrã, & perniciosa his qui ædificant super arenã. Pluuiam cõmemorauit & flumen & uoces tempestatis, ubi uētos intelligimus. Pluuia ergo tentatur, qui ex ipsa celsitudine B scripturarũ diuinarũ peccandi occasionem prauè intelligendo accipit: tanq; si audiens, Cui modi- Luc.7

cum dimittitur, modicum diligit, dicat sibi, Facia- Rom.3

mus mala ut ueniant bona, & permaneat in peccato ut gratia abundet: & multa huiusmodi, quibus homines sermonem diuinũ male interpretando subuertunt, impunitatē sibi promittentes, quãdo misericordia dei in diuinis libris cõmendatur. Flumine aũt, quando ab hominibus qui hæc ita intellexerunt & acceperunt, tentaĩ: Flumen enim nũc dicit illud quod de pluuia colligitur, & torrēs uocatur, cũ ait, Quis præparauit ualidæ pluuiæ flumen, quod impleat, & quod currat? Sicut sunt uasa iræ perfecta ad perditionē, quæ illo modo quo dixi, scripturas accipiunt. Per illos enim habet li- C beriorē cursum perniciosa illa interpretatio, quã agri fructiferi nõ recipiunt: Et tanto maiore impetu impellit & deijcit & trahit quod instabile inuenerit, quanto uidetur de autoritate diuina suscepta. Ventis uero tentatur, quem inflãt inanes suasiones hominũ superborum: id est, ex propria autoritate uerba uana iactantium. Qui ergo iudicio dei præparatur ad perditionē, nõ obtemperando uerbis eius, quod est super arenã ædificare, nõ resistit uentis talibus, & cadēdo fit uia uocibus tempestatis. Validæ aũt pluuiæ dictum arbitror difficilis ad capiendum: id est, ad intelligendum. Vt pluat super terram ubi nõ est uir] Subaudiendum est, Quis præparauit? Per uirum aũt uidetur legē significare, quæ data est Iudæis. Ergo super gētes D intelligimus imbrem Euãgelij: in deserto, ubi nõ est homo: in ipsis gentibus, ubi non erat aliqua autoritas cognoscentis deum. Vt faciat inuium & inhabitabile, & ut germinet herbæ uiror] Multi Esa.54

filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum: In omnibus autem his quatuor uersibus, subaudiendum est, Quis præparauit? Quis est pluuiæ pater?] sicut sponsus qui filios suos misit prędicatione regni cœlorũ irrigare terram. Et quis est qui peperit glebas roris?] Bene suscipiētes illam prædicationem. Sic enim ait glebas roris, quomodo dicuntur uasa uini ad hoc facta ut uinum suscipiant. De cuius utero procedit glacies] Vtrum glacies in bono accipienda est, propter stabilitatē & à fluxu continentiã, ut ita dictum sit, De cuius utero procedit glacies: quemadmodũ illud, Quis

eſt pluuiæ pater? An uterus pro ſecreto poſitus
eſt, ut de eius utero procedat glacies: ſicut dedit il
los deus in reprobū ſenſum? An potius illius ute-
ro procedit glacies, qui perſuadendo impietatem
qua intrinſecus plenus eſt, facit frigeſcere & dure
ſcere amiſſo calore charitatis. Quis enim hunc
nouit?] Sicut ille qui ait duris & reſiſtentib. Euan
Ioan. 8 gelio, Vos ex patre diabolo eſtis. Aut pruinam
in cœlo quis genuit?] quæ deſcēdit ſicut aquæ flu
men. Quod de glacie in ultimo ſenſimus, hoc &
de pruina intelligendū puto. Nec tamē fruſtra eſt
additum, in cœlo, ut ex ijs qui præſunt intelligan-
tur, imitantibus ſanè bonos nuncios ueritatis, qui
transfigurant ſe ſicut miniſtri iuſtitiæ. Quò perti-
net quod adiunctum eſt. Quæ deſcendit ſicut
aquæ flumen: Aut faciē impij quis tabefecit?] Id
Rom 8 eſt, cōfudit. Quis niſi ille qui quos iuſtificauit, ip-
ſos & glorificauit? Aut intellexiſti nexus pleia
dis, & ſeptum orionis aperuiſti? An aperies arctu
ros in tempore ſuo, & ueſperū ſuper ædificationē
eius induces?] Num & aſtrologia perſcrutāda eſt
ad cognoſcendum proprietates iſtorū ſyderū, ut
hunc locum intelligere poſſimus. Miror & ſi hoc
congruit ſermoni noſtro: & certe nimis longum
eſt, tranſimus ergo ad alia. An quibuſdā ſyderibus
nominatis, figura locutiōis qua intelligitur à par-
te totum, omnia ſydera accipienda ſunt? Si tamen
& Maziroth ſydus eſt, quod interpretatum nec in
Græca lingua inuenimus: Nam Hebræum eſſe no
men ſatis apparet. Ita enim à parte totum intelligi
Pſal. 109 tur, & quod ſcriptum eſt, Ante luciferum genui
te. Nō enim lucifer in omni creatura prior eſt con
ditus, ut ante luciferum, ante omnē creaturam di-
ctum uideatur: Sed per luciferum omnia ſydera,
quod eſt à patre totum: & per omnia ſydera om-
nia tempora intelliguntur. De ſyderib. enim ſcri-
Gen. 1 ptum eſt, Et ſint in ſignis & in temporibus, ut do-
minus natus ante omnia tēpora, nō utiq; natus in
tempore, & ob hoc patri coæternus inſinuaretur.
Pleiadis ergo & orionis & maziroth & ueſperi
cōmemoratio, cuncta ſydera intelligenda de com
pendio perſuadet. Si enim uno lucifero, quanto
magis tot nominatis etiā cæteri accipi per huiuſ-
modi locutionē licet? Cur ergo alibi dictū eſt, In-
tellexiſti nexus: alibi, aperuiſti: alibi, aperiens in tē
pore ſuo: & alibi, ſuper ædificationē eius inducēs:
propria ſunt iſta ſingulorū ex ordine cōmemora-
torū. An recte dici poſſit etiā ſeptum pleiadis in-
tellexiſti, & aperuiſti nexus orionis? Atque ita &
alia duo cōmemorari poſſunt, ſicut illud in Pſal-
Pſal. 2 mo, Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dn̄s ſub-
ſannabit eos: Nihil ſentētiæ deperiret, etiam ſi ita
diceretur, Qui habitat in cœlis ſubſannabit eos,
& dominus irridebit eos. Sicut enim ille qui habi
tat in cœlis, ipſe eſt dn̄s: ita ſiue pleiadis nomē, ſi-
ue orionis, in eadem ſignificatiōe eſt, ſi per utrūli-
bet omnia ſydera intelliguntur. Omniū itaq; ſyde
rum nomine, omnes in eccleſia tales intelligendi
ſunt, qui cōuerſationē habēt in cœlis, nexus eorū
intelligūtur, quibus & inuicē ſibi & deo cōnectū-
tūr ne cadāt. Charitas aūt nunq; cadit. Quis autē

hoc noſſet, niſi ille oſtēdiſſet, qui ait, Mandatū no Ioan. 13
A uum do uobis, ut uos inuicē diligatis. Et, Qui me Ioan. 14
diligit, diligetur à patre meo. Septū eorū eſt quo
ſepiuntur diuina ſcriptura, quā nō tranſgrediun-
tur. Quis autē hanc aperit, niſi ad quē tranſitur, ut
auferatur uelamen? Tempus apertionis eſt eo-
rum] id eſt, demonſtrationis & manifeſtationis,
cū ueniet dominus, & illuminabit abſcōdita tene
brarum, & manifeſtabit cogitationes cordis, &
tūc erit laus unicuiq; à deo. Solus enim hęc ipſe
faciet in tēpore ſuo] Quia cū ipſe apparuerit uita
noſtra, & nos cū illo apparebimus in gloria. Indu
cet aūt eos ſuper ædificationē eorū, qui eos faciet
hoc poſſidere, quod hic ædificauerūt. Si cuius em̄
opus permāſerit, quod ſuperædificauit mercedē
accipiet. Scis cōmutationes cœli] utrū in dete-
B rius, ſicut ij qui cognoſcētes deum, nō ſicut deum
glorificauerūt? Noluerunt enim eſſe ſedes dei]
Ac per hoc mutati ſunt, cū euanuerūt in cogitatio
nibus ſuis: An in melius? Quia omnes quidē reſur 1 Cor. 15
gemus, ſed nō omnes immutabimur. Qui aūt im-
mutabuntur manifeſtū eſt, cum ait, Et nos immu-
tabimur. Cū enim iuſti immutabūtur, cœlum im-
mutabitur: Quia thronus dei cœlū eſt, & ſapien-
tia uerbū dei, & deus erat uerbū, & thronus ſapien
tiæ, anima iuſti: An utrunq; potius? Non enim cō-
mutationē cœli, ſed cōmutationes dixit: Aut om-
nia quæ ſub cœlo ſunt, pariter fiunt. Sicut em̄ hu-
ius mutationes afficiunt ea quæ ſub cœlo ſunt, ita
& cōmutantur iuſti ſiue in deterius, ſiue in melius
afficiūt carnales ad utrunq;. Vocabis nubē uo-
C ce] aut interiore, aut illa qua dictum eſt, Sequere Ioan. 21
me: Aut illa qua dictum eſt, Saule Saule, quid me Act. 9
perſequeris? Et in tremore atq; ualide obediēt
tibi populi potētes] Cum audiūt. In timore & tre- Philip. 2
more ueſtrā ipſorū ſalutē operamini. Deus eſt em̄
qui operatur in uobis & uelle & operari p bona
uolūtate. Mittis ui flumina, & ibunt] Flumina, Ioan. 7
inquit, de uētre eius fluēt aquæ uiuæ. Vi aūt dicit,
fiducia, qua perſecutores nō timuerūt: Quia & q
uim faciūt, diripiūt regnū cœlorū. Aut dicēt ti-
bi, quid eſt] Quid eſt, nūquid abs te quærunt uel
uoluntatē iuſſionis tuæ, ſicut Saulus ait, Quid me
iubes facere? Aut ſpē mercedis ſuæ, ſicut dixerūt,
Ecce dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te: Quid Matth. 19
ergo erit nobis? Quis dedit mulierib. texturæ ſa-
D pientiā, & uarietatū ſcientiā? Texit & apud Salo Prouer. 31
monē mulier ueſtimenta uiro ſuo. Opera ergo in-
telligēda ſunt eccleſiarū, quibus honoratur deus:
Nam & ipſa textura, id eſt infirmos fratres, tanq;
lanuginantem tramam, firmorū atq; electorū ſpi-
ritalium, quaſi ſtaminum contextione conſtrin-
gere, maximum & ſingulare opus eſt eccleſiarū.
Et uarietatum ſcientia ad id ualet, ut tanquam in
polymito ea eſt uarietas colorum, qua non turbe-
tur decus unitatis: ſic in fratribus ita ſint dona di-
uerſa, ut nulla inuidiæ diſcrepantia cohæreant, ſi-
bi ſufferentes inuicem in dilectione ſtudentes ſer
uare unitatē ſpiritus in uinculo pacis. Aut quis
eſt qui numeret nubes ſapientia? Nouit enim do- 2 Tim. 2
minus qui ſunt eius. Quis autē hoc hominum, in-
quit

inquit, nouit? Et organa cœli in terrā declina-
uit] Angelos cœlestes, per quos diuinæ uoces e-
nunciari solent, Non enim ceciderunt sicut ille u-
nus, sed flexu obedientiæ declinati sunt in terram,
maxime cum & ipse dominus esset in terra: Nam
Matth.4 Euāgelista, inquit, Et angeli ministrabāt ei. Dif-
fusus est autē sicut terra cinis, & agglutinauit eum
sicut lapidibus cibum] Diffusa est late atq; abun-
danter humilitas pœnitentiæ, ad hoc ut dominus
1 Pet.5 qui superbis resistit, humilibus autē dat gratiā co-
Iac.4 hæreret eis tanquā glutine charitatis, homo homi
nibus, ut mediator esset dei & hominū, seipsum il-
lis dans cibū per sacramentum corporis & sangui
nis sui, stulta mundi tanquā lapides eligens, ut cō-
fundat sapientes, Angelis enim cibus est inquan-
tum est uerbum dei apud deum: lapidibus autem
Ioan.1 ut cibus esset, Verbū caro factum est, & habitauit
in nobis. Ergo agglutinabis tu hominibus, præce
dente pœnitentia: Tanquam cinis diffundatur
faciens ei uiam] Nā ille qui dicit, Facite ergo fru-
Matt.3 ctus dignos pœnitentiæ: Et ne dixeritis uobis, Pa
trem babemus Abraham, potēs est enim deus de
lapidibus suscitare filios Abrahæ. Quibus lapidi-
bus eum tanquā cibum agglutinandū esse nuncia
bat. Si autem non præcedit humilitas pœnitendi,
nō agglutinabitur, quia excelsa à lōge cognoscit.
Aut capies leoni escas, aut animas draconū re-
Psal.90 plebis] De diabolo dictum est, Et cōculcabis leo
nem & draconem, propter insidias & iram. Om-
nes ergo angeli eius leonibus & draconibus com
parantur. Ille autem capit eis escas & animas eo-
rum replet, qui de impietate conuictos tradit in
eius potestatem. Volunt enim latere impietatem
suam, sed cum producuntur, utiq; capiūtur, ut sint
in potestate diaboli & angelorū eius, quibus con
senserunt. Pauidi ergo sunt in cubilibus suis, inla-
tebris insidiarū suarum. Nam si pauidi nō essent,
quis subsisteret? Pauent autē illius imperium, sub
Marc.10 quo exclamarunt. Quid uenisti ante tempus per-
dere nos? Et quemadmodū de porcis manifestum
est, q̄ in eos non issent nisi permissi essent, sic intel
ligendum est, nihil eos in quenquā posse nisi per-
missos: Permitti autem iustitia qua reguntur om-
nia, siue probationis causa, siue uindictæ, uel ad
damnationē, uel ad correctionem irrogatæ. Et
sedent in insidijs insidantes] Non enim quiescit
in eis uoluntas nocendi, etiā cum potestas nō da-
tur. Obseruant autē in insidijs in tam syluosa den-
sitate occasionum carnaliū quis capiatur diuinis
legibus: id est, conuincatur de peccato suo, ita ut
eorum escæ deputari mereantur. Quis aūt præ-
parauit coruo escam? pulli enim eius ad deum cla
mantes & errantes, & escam quærētes] ut in Psal-
Psal.146 mo, Et pullis coruorū inuocantibus eum: Cui sen
tentiæ est locus iste simillimus. Nec in malo pos-
sunt intelligi, quia inuocant eum. Significantur er
go nigri, hoc est peccatores nondum dealbati re-
missione peccatorū. Sed ideo pulli, quia iam hu-
miles: ideo errantes, quia nondum cognouerunt
ueritatem, quā tamen pie quærunt cum ad deum
clamāt. Præparari autē coruo esca potest propter

Aug.to.4

eius præscientiā, qui nouit etiam nondū humilem
A quenquā conuersum iri: Sed tamen pulli, hoc est,
humiles ad dominū clamant. Si cognouisti tē- De cap.
pus pariendi tragelaphorum petras] Tragos hir- XXXIX
cus, elaphos ceruus. Tragelaphus ergo cōpositū
ex hirco & ceruo animal. Significat igitur mētem
seruientem legi dei secundum interiorem homi- Rom.7
nem. Videtur autem, quātum adhuc ex parte hir-
cus est, aliā legem in membris suis repugnantem
legi mentis suæ, & captiuantem se in lege peccati.
Peperit autē talibus petras opportuno tempore]
Ille qui firmamenta solida exemplorū in scriptu-
ris posuit, in quibus & quiescentes de se non de-
sperent, quorum caro concupiscit aduersus spiri-
tum, & spiritus aduersus carnē, donec uiuacitate
cerui serpentinis suasionibus superatis spiritu ui-
B uant, & spiritum sectētur ne regnet peccatū. Vn-
de similitudo cerui ducit̄ in eorū mortali corpore
ad obediendū desiderijs eius. Aut partus cerua
rum custodisti] Ecclesiarum. In numero spiritaliū
materno affectu imitationem suam persuadentiū,
quibus iam nō possunt serpentinę opiniones no-
cere, tamen & tales custodiuntur non de se, sed de
deo præsumentes. Et numerasti menses partus
earum] Non enim pariunt nisi per Euangelium,
quod à baptismo suo dominus usq; ad passionem
& ascensionem suā certis mensibus magisterij sui
autoritate prædicauit. Et dolores earum solui- Gal.4
sti] Nō enim sine dolore dicebatur, Filij mei quos
iterum parturio, donec Christus formetur in uo-
bis. Soluuntur isti dolores cum fuerit partus ædi-
tus: id est, ueritas persuasa eis pro quibus ita inge-
C miscitur, id agente in interioribus cōscientiæ uer-
bo dei. Et nutristi hinnulos earū sine metu] In
lacte sacramentorū non timidos: Non enim acce- Rom.8
perunt spiritū seruitutis iterum in timore, partus
earum euntes in libertatē uberioris pascuæ spiri-
talis, abrumpent filij eorum uincula concupiscen
tiarum seculariū. Multiplicabuntur in tritico]
solidiore cibo, sapientiæ post nutrimenta lactis.
Exibunt & non reuertentur eis] Exibunt, tan-
quam ex angustijs doctrinę, quæ per homines in-
cipientibus traditur. Et non reuertentur matri-
bus suis] Non iam opus habētes lacte, nec docto
ribus hominibus indigentes. Sanè isti tres uersus
nō per interrogationem pronunciandi sunt. Quis
autem est qui dimisit onagrum liberum?] Mirum
D nisi eos per onagrum significat, qui pauci ab om-
ni negocio liberi deo seruiunt: Et uincula eius
quis resoluit?] Affectionum carnaliū atq; popu-
larium. Posui enim habitaculum desertum & ta-
bernacula eius salsuginem] Vnde clamet, Sitiuit Psal.62
in te anima mea. Irridens multitudinem ciuita-
tis, quam Babyloniam scriptura dicit: perambu-
lantem per latā uiam, quæ ducit ad perditionem.
Et querelā exactoris nō audiēs] Nemini quic-
quam debēs. Cōsiderauit montes pascuæ suæ]
Magnitudinem reuelationū: Et post omne ui-
ride quærit] Omne sempiternum: Volet au-
tem monoceros seruire tibi] superbus dignitate
huius seculi. Quia & tales subiugauit Christus, &

Ii 2 ministros

Psal. 4 forte dictũ est, Irascimini & nolite peccare, Cum
iracundia enim saluberrima se debet quisq; corre
Psal. 41 ctione corripere, dicens, Vt quid tristis es anima
mea, & quare conturbas me? Spera in domino
quia cõfitebor illi, Quia enim ore confessio fit ad
Rom. 10 salutem, statim sequitur, Salutare uultus mei deus
meus. Nec credit donec clamauerit tuba, Ante
tempus quippe tentationis, etiã si euersa est terre-
na trepidatio, non apparet, nec facile credendum
est, nisi tempus ipsum tentationis docuerit. Cũ
aũt tuba cecinerit, dicet, Euge] Cũ tempus tenta-
tionis uenerit, tunc uero placebit ei anima eius si
gloriatur in tribulationibus: Quia tribulatio pa-
tientiam operatur, patientia uero probationem,
probatio uero spem, ut iam non dicat animæ suæ
irascens: Vt quid conturbas me? Sed glorians di- B
Psal. 145 cat, Lauda anima mea deum. Et procul odora-
tur pugnam] non quasi in hominibus persequen
tibus qui uidentur, sed procul, hoc est, longe ab
oculis: Sciens quia nõ est ei colluctatio aduersus
carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principes & pote
states & rectores mũdi tenebrarũ harũ, aduersus
spiritalia nequitiæ in cœlestibus, hoc est procul.
Apte autẽ dictum est, odoratur, propter principẽ
potestatis aeris huius. Odores quippe olfactu sen
tiuntur, siue boni siue mali. Odoratur ergo pugnã
qui intelligit principem potestatis aeris huius o-
perari in filijs diffidentiæ, quorum persequẽtium
iras aut insidias patitur, ut aduersus spiritalia ne-
quitiæ spiritalibus armis dimicet, non corporali-
bus aduersus carnem & sanguinẽ, id est, malos &
perditos homines quos carneis oculis uidet. To
nitrum ducum & clamorem] subaudiendum est
odoratur. Tonitrum autẽ propter ipsum aerẽ pu-
to dictũ esse, in quo clausa spiritalia nequitiæ uer-
santur. Non enim rectores mundi propterea dicti
sunt hi spiritus, quia cœlũ & terram regunt, sed si-
cut ipse exponit Apostolus, Etenim ne ita intelli-
geretur subiecit statim, quid dixerit rectores mun
di: tenebrarum harum, inquit, hoc est, impiorum:
Ephes. 5 Quibus ad dominũ conuersis, dixit, Fuistis enim
aliquando tenebræ, nũc autem lux in domino. In
uoluntate enim cuiusque est, utrum tenebræ sit an
lux. Sed cum tenebræ, in seipso, hoc est, peccatis
quæ ipsius sunt propria: cum aũt lux, non in seip-
so, sed in domino à quo illuminatur, ut quẽadmo-
Esa. 58 dum dixit Esaias, Tenebræ eius sint uelut meri-
Psal. 17 dies. Dicitur & in Psalmis, Illuminabis tenebras
Ephes. 6 meas. Quos ergo dicit Apostolus rectores tenẽ-
brarum, ipsi & in hoc uersu dicti sunt duces. Du-
cuntur enim & ab his tenebræ, hoc est impij, ut
persequantur pios, id est eos qui persecutionẽ pa
tiuntur propter iustitiam, non eos qui patiuntur
propter impietates & iniquitates suas. Ducum au
tem talium clamorem dicit odorari martyrem, nõ
quia sonitus aliquis inde auditur auribus corpo-
ris, sed quia cordis auribus per fidẽ clament, quan
ta diabolus & angeli eius aduersus dei seruos ma-
2 Cor. 2 chinentur. Ait enim Apostolus, Non enim igno-
ramus astutiam eius. Aduersus quem clamorem
ducum, surdæ utiq; sunt aures infidelium. Nun-

quid in sapientia tua plumescit accipiter?] sicut
A in sapiẽtia dei, quæ est Christus, nouus homo pau
latim innouatur, cõuersationem habiturus in cœ-
lestibus. Expansis pennis immobilis, respiciens
ad austrũ?] explicatis ab omni impedimento se-
culari uirtutibus geminæ dilectionis permanens
inconcussus in fide, non tamen in hoc ipso de se-
ipso præsumens, sed sperans in deum, & in illum
reuocãs intentionem, à quo ipse charitatis ardor
inspiratur, ut fortitudinẽ suã ad ipsum custodiat,
dicẽs, Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ip- Psal. 61
so enim salutare meũ. Etenim ipse est deus meus
& salutaris meus, susceptor meus, non mouebor
amplius. Ac tuo præcepto exaltabitur aquila?]
Sicut eius præcepto, qui ait, Cum exaltatus fuero, Ioan. 12
omnia traham ad me. Pro nobis enim moriturus,
& corpus resurrectione leuaturus in cœlum. Vbi
fuerit, inquit, cadauer, illic cõgregabunt & aqui- Matth. 24
læ. Satiauit enim in bonis cœlestibus desiderium Psal. 102
eius, cuius sicut aquilæ iuuẽtus renouabit. Potest
& exaltatio aquilæ ad id pertinere, quod ait Apo- 2 Cor. 5
stolus, Siue enim mẽte excessimus, deo: ut uersus
qui etiam ibi sequitur de uulture, ad id pertineat
quod etiam ibi sequitur, Siue temperantes sumus,
uobis. Sequitur enim, aut uultur super nidũ suũ
in petra sedens morabitur] quia ex affectu dictũ
uidetur non sublimia contemplandi mentis ex-
cessu, sed inferioribus consulendi per temperan-
tiam qua humanis rebus coguntur: Vt impij qui
pro mortuis habentur iustificati per uerbum, hoc
C est, quasi ore deuorati conuertantur in corpus ec-
clesiæ. Vultur enim de mortuis pascitur, & ideo
super nidum suũ ubi tanquam fœtus ponit opera
huic uitæ necessaria. Ideo aũt in petra, quia cũ di-
xisset Apostolus, Siue temperantes sumus, uobis: 1 Cor. 10
cõtinuo subiunxit, Charitas enim Christi cõpellit
nos, petra autem erat Christus. Et bene sedens
morabit] secundũ id quod dictum est. Cõpellor Philip. 1
aũt ex duobus, concupiscentiã habens dissolui &
esse cum Christo, multò enim magis optimum, ut
hoc ad exaltationẽ aquilæ pertineat, ad uulturem
uero sedentẽ in nido, et morantẽ, manere in carne
necessariũ propter uos. Et quia petra etiã tota ec-
clesia bene intelligitur, propter etiã Simonẽ, qui
ob hoc à domino Petrus appellatus est, summitas
petræ est caput ecclesiæ. Ad hoc addit uersus qui
D sequit. In summitate petræ & in cauerna] Sum-
mitas enim refertur ad id quod est caput, cauerna
uero ad id, quod uita nostra abscondita est cum
Christo in deo. Et cum ibi fuerit, quærit escas,]
de quibus dictum est Petro, Macta & manduca, Act. 11
ut incorporaret ecclesiæ credituros ex gentibus.
Longe oculi eius respiciunt, & pulli eius uolu-
tantur in sanguine] spe futuræ immortalitatis, in
uitam æternam intẽtionem suam longè porrigit;
quãuis corpora eius in carnis infirmitate uoluten
tur, id est, dubijs motibus iactentur, dum incer-
tum habet humana ignorantia ex ijs quæ miseri-
ricorditer facit, quid cui prosit ad deum, cũ tamen
longè oculis prospiciẽtibus propter æternam sa-
lutem syncera charitate dispensat. Sed cum inue-

uerit iste talis dispensator & operator eos qui per
affectum, quo renũciant diabolo, iam mortui sint
huic seculo, sine dubitatione aliqua eis exhibet
oris ministeriũ in opere sermonis quo eos in cor-
pus ecclesiæ iam paratissimos trajciat: Et ideo se-
quitur: Vbicunq; fuerint cadauera, cõfestim re-
periunt? Respondit dominus & dixit] Quòd nũc
dominus tanquã repetit sermonem cum ipse lo-
queretur, intelligitur Iob ad ea quæ dicta sunt ob-
stupuisse in silentio & quieuisse, ut nihil amplius
dicere auderet. Ergo duobus qui sequuntur uer-
sibus exhortatur eũ dominus ad respondendum.

Nũquid qui disputat cũ omnipotẽte quiescit?]
hoc est, Quare tu quiescis cũ omnipotente dispu
tans? Arguẽs deum respondebit ita] subaudiẽ-
dum est, nunquid, ut sit sensus, Nunquid arguit
deũ qui disputans respondebit? Quærendo enim
cũ omnipotente disputatur, nõ conuincendo aut
refellendo. Non ergo quia omnipotens est, ideo
quiescendum est à disputãdo cum eo: Neq; enim
ad arguendum ab eo aliquid per disputationem
tanq; ab ipsa ueritate requiritur. Potest & sic in-
telligi, Nunquid qui disputat cum domino, quie-
scit, id est quia non quiescit qui cum omnipotẽte
disputat, nõ est cum eo disputandum ut quiescat:
Solet enim disputans contradicere. Qui aũt con-
tradicit deo, quiescere non potest, hoc est, non in-
uenit quietem nisi in eius uoluntate, sine ulla con
tradictione consentiat. Arguens enim deum re-
spondebit ita, id est, cũ disputando respondet do-
mino, arguit deum, & propterea non peruenit ad
Rom. 9 quietem. Vnde dictũ est, O homo, tu quis es qui
respondeas deo? Sed quid tale fecerat Iob? Non
enim deus illũ accipit tanq; contradicentem sibi,
sicut amici eius non intelligentes, cum tale testi-
monium illi perhibeat, & in capite libri, & in fine,
an propter personam quam Iob gestabat dictum
est, hoc est, corporis domini, quod est ecclesia, in
qua multa infirmorum pars est, non quidẽ despe-

ratorum, sed tamen adhuc in prouectu suo pericli
A tantium, quibus pene cõmouentur pedes, & quo-
rum paulò minus effunduntur gressus, cum zelãt
in peccatoribus, pacem peccatorum intuentes?
Qui dicunt, quomodo sciuit deus, & si est scientia
in altissimo? Ecce ipsi peccatores, & abundantes
in seculo obtinuerunt diuitias. Nunquid uane iu-
stificaui cor meum, & laui in innocẽtibus manus
meas, & fui flagellatus tota die, & argutio mea in
matutinum? Nam hinc potius Iob ipse uidetur re-
spondere sequentibus uersibus. Respõdens au
tem Iob dixit, Quid ergo iudicer commonitus &
increpatus à domino, audiẽs talia cum nihil sim?]
id est, Quid ergo mihi iudicium comparo, cum
me commonet & arguit dominus? Si ei contradi-
cam audiens talia, id est, intelligens quanta iusti-
B tia & misericordia mecum sic agatur, cũ per me-
ipsum utique nihil sim. Quod responsum da-
bo?] id est, quid potero contradicere ueritati?

Manum ponam ad os meum] id est, tenebo &
cobibebo loquacitatem meam. Semel locutus
sum, iterum non adjciam] Nisi in mysterio acci-
piatur, quomodo semel locutus est Iob, qui toties
locutus est? Aut quomodo iterũ nõ adjciet, post
paululum locuturus? Sed locutio hic intelligẽda
est progressus animæ in hæc exteriora, quo relin-
quit deum & ei resistit: Vnde maior iste progres-
sus, etiam clamor in scriptura appellatur, cum di-
cit deus clamorem Sodomorũ ad se peruenisse. Gen. 18 & 19
Cui locutioni atq; clamori contrarium est beatis-
simum illud silentium, de quo dicitur, Et silebit si-
C ne timore ab omni malignitate. Bene itaq; dicit se
semel locutum continua quadam locutione in to
ta uita ueteris hominis, cum esset spiritus ambu-
lans & non reuertens. Nunc autem manum impo
nens ori, ne ultrà progrediatur, promittit se non
adjcere iterum, ne recedat à deo.

Tomi quarti operum D. Augustini, Finis.

BASILEAE, APVD HIERONYMVM FROB-
ET NICOLAVM EPISCOP. ANNO M. D. LVI.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii. Omnes sunt
terniones, præter Ii duernionem.

Ego frater Didacus Ramirez presentatus et Lector in conventu S. Stephani salmanticensi, Regij senatus S. inquisitionis auctoritate istum librum correxi iuxta catalogum editum anno 1583 ex mandato Ill.mi ac R.mi D. D. gasparis a quiroga Archiepiscopi Toletani atque inquisitoris generalis, In cuius fidem huic subscripsi 7 februarij 1585.

Fr. Didacus Ramirez





